Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Lectura Domini Baldi. de Perusio super secunda parte. ff. veteris

https://hdl.handle.net/1874/461454

# Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

# This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

cū libello.ꝙ vna ſolutio al's ꝓficiat. Circa .ꝙ uide autḣ. h ita.C.ð duo re.⁊ in cor.vñ ſumit'.⁊ ꝙ nō.docto.C. ð fideiuſſ minor.l.i. In eadem gl.in fi.Circa hoc vid quod nō.C.ð iud.l.i. Bal.

**Ille qui ſalutem.** Mandatū tempo rale limitatum poſt moram efficitur perpetuum.h.d. Iſtum.§.declara.vt i gl.⁊ bene. Uel ſic tempus inſertum per modum de monſtrationis non reddit obligatḣ.temporalez. ſecus ſi ꝑ modum ꝯdictḣ.vt.j.de vbo.ob.l.qui rome.§.augerius

**Paulus reſpondit.** Idonea cau°. dr̄ illa q̄ fit cuz fideiuſſore vel pignore.h.d. In glo.ſa ibi ſolo ſēſus ſapientḣ ⁊c̄. Nō.banc glo.⁊ pro hac glo. facit.j .de ꝓto r s ſtipula.l.i.§.cōmunes ibi dum dicit.vt qs cautior ſit interpoſitḣ.ſibi cautḣ.⁊c̄.⁊ ibi ꝑ Ja.ð are.⁊ facit ad hanc glo.illud qð nō.ꝑ glo.⁊ doc.in.l.illa inſtō.j.de hi dibuſ ⁊ quod nō.j.de vbo.ob.l.ex ea parte.⁊ vide qð nō.ſpe. in ti.de em .⁊ ven.§.i.i eadem glo.ibi qd ſi dixit plenā ⁊c̄.in tex.habes quid opatur dictio plene. Sed q̄ro quid ſi nō eſt dictum ꝙ caueas ydonee.an iſtud vbum idem importet qð vbum ydonee vel plene.⁊ ita nō.per glo.in.c.ex trāſmiſſa.ex̄ de reſti.ſpo.⁊c̄. In tex.ibi cō dictōe.ideſt forma.nam forma mādati habet vi mādati.

**Creditor.** Pendēte appellōne a mā datario poterit interim re° conueniri.h.d. Uel ſic proceſſus pendēs ex appellatione ꝯ mandatorē ñ impedit interim agi cōtra principalem.h.d.Et ē nō. Ja.de are.j.de fideiuſ.l. ſi ha bes a debitore.§. ꝙ ſi id. In gl o.nec enim in fi. nō. optimā limitatḣ. comunē.ꝙ illa regl'a nil nouari appel. pend.habet locum inter eoſdez non reſpectu ei° ad quē porrigitur appellatio.⁊ idem lz. Inno.de elec.c.cum ec cleſia rotomageñ.j.de excu.tu.l. diximus vide quod di xi in.l.ſi ꝑ imprudentiā.§.fi.j.de euic.⁊ melius in .l. fur ti.§.i.de his qui nō.infa. Nō.hic glo .ſcðam .⁊ vide quod nō. Ja.de are.in.l.ij.j.duobus reis ⁊ per dy.in.l. reos co.ti. Bal.

**Ad eum q.** Mandatū quod fit ad vtilitatḣ. mandantḣ.non parit actioñ.man dati contra tertium.h.d.⁊c̄.

Additio. Bal.

Quod quis promiſit.pro pace conſequēda occaſiōe matrimonij non poteſt a mulier.repetere.h. d.Et vide Ja.de manu.ui.l.ſi rogatos.§.ṁ.uin. dignitatē tuā di cit ouidi° ſi qua veles apte nubere nube pari.

**Duobus.** Plures mandatarij tenentur in ſoliduz.h.d. In gl.q̄ incipit ita tamē ⁊c̄.ibi in duobus mandatoribus ⁊c̄.ſed certe plu res mandatores tenentur inſolidum etiaz ſi nihil actū ſit vt.ſ.e.l.ſi mandato ticij.§.paulus reſpondit ſed circa plures mandatarios dic aut plures mandatarij recipi unt officium inſolidum.⁊ quilibet inſolidum tenetur vt .j.de cur.bo.dam.l.pe.aut non recipiunt officium inſoli dum.⁊ tunc non tenentur quilibet inſoliduz niſi expreſ ſe ſit actum ⁊ ita loquitur hic tex.⁊ gl. In eadē glo. ibi in fi.tz ergo gl.nr̄a.ꝙ hodie etiā plures mādatores non tenentur inſolidum ſed ꝯrium nō.⁊ melius in. l.fi. ſ.ꝙ iuſſu.⁊ ibi dixi.⁊ inſtḣ.ð fidei°.§.ſi plures. ⁊ ibi nō.

**Si inter maritum.** Glo.in hoc.§. ponit caſum.⁊ nō.iſtḣ.§.q̄ ponit nō.diſtinctḣ.⁊c̄.h.d. Maritus lucrat' vſuras dotḣ.quis percipit iure mariti.⁊ ſi minus eroget in.vx.ſecus ſi percipit vt miniſter ⁊ vide h dy .⁊ ol. dle.

ij.l.lucius el ꝑmo.⁊ facit ad.§.e.ti.l.lucius.§. a te peto. Item facit.j.de dona.inter vi.⁊ vxorez.l, mulier al's incipit ſulpicius nō.hic.ꝙ nō preſumitur expenſum niſi probetur ſm.Riz.⁊c̄.

**Lucius ticius.** Qñ negotium cōmitti tur in procuratorez ha bentem.liberam voluntatem valet qð agit' dum tamē dolus malus abſit.h.d. Iſte.§.nō.ex hoc.§.ꝙ in cōceſ ſione generalis adminiſtrationis non venit doli remiſ ſio.ſed vr̄ facta conceſſio quatḣ.bene gerat.ſed nec in cō ceſſione libere adminiſtrationis venit vt quis poſſit do nare videbitḣ.in.l.ꝯ iur.§.filius.ſ.de pac .probat' etiaz in.l.filius.ſ.videamus.j.de donatḣ.videbitḣ.etiam in.l.ꝓ cūr.cui libera.ſ.de ꝓcurator. Et aduerte ad hūc tex. ꝙ iſte tex.dixit in procūr.quod videtur mandatuz quod bona fide faciat idē dicit ne.geſtore.vt.l.non ſolum.§.ſi heres.j.de lib.leg.

Addi. Bal.

Uerba uniūſalia per q̄ datur libeꝝ arbitriū reſtrin gunt' ad id qð fit bona fide.vnde qui habet liberum ar bitrium ad adminiſtrandum non poteſt diſſipare nec ꝑ proprio facto rē domini obligare nec vr̄ ēt dolus remiſ ſus.h.d.nota. Nō.ꝙ ſi dat' alicui mādatū .ꝙ poſſit gcquid poſſet dñs ſi eſſet pñs. ꝙ iſta verba .inducunt li beram conceſſionem. Sed quatḣ.nō .optimam litte rā ad oayliaz que datur.in compromiſſ.ꝙ non extēdat' niſi ad id quod bona fide agitur ſm doc.ſupraſcripte q̄ dixit vt domino enti.tamen illa verba non. Important dominium ſed adminiſtrationem ſecundum. Ja .ð are.

**Cum controuerſia.** Si ha bens cō trouerſiam cum alio dicit metū futurum eſſe quicquid ex euentu litḣ ad eum ꝑuenerit cōicare tenetur gcquid ex trāſactḣ.ad eum peruenit. In glo.i.ibi videtur agi poſſe de hac.q.habes per glo.⁊ docto .C. de ſuffra gio.l.i. Bal.

**Mandaui.** Sine qs mādatum impleat ſiue faciat aliqd equipolēs mandato agit' mādati.h.d. Nō.ex hoc.§.ꝙ ſufficit fieri iuxta mā datū vel eius ꝯſilio.⁊ ita nō.glo.ꝑ hanc .l.ſ.ð ꝓcur.l.ad legatum ⁊c̄. Uel ſic hñs mādatū de fideiubendo.ſi obligat ſe mādatario nomie ꝑinde ē ac ſi fideiuſ. Bal.

Pro Socio. Rica.

In glo. Rica qualiter in iſta actḣ.formētur libellus poſitiones.⁊ articuli ⁊ qualiter formetur inſtr̄m ſocietḣ. vide in ſpe.in.iiij.parte de iudicijs.§.general'r collegas facit offiñ ſocios labor vnus. ſed cōites cōitiua iungit mēſa ſodales.iſti verſus ponunt' in cle.ꝑ glo. Bal.

**Societas.** Iſta.l nō ſū matur quia diſtinctionez ponit vſqz ad. §.ð illo in prin.iſtius.l.nō.glo .mag. quot modis dicatur per petuuz.

**In ſocietate.** In hoc .§.vide tex.ꝙ domi nium acquiratur ſine tradi tione ſeu poſſeſſione quod vr̄ contra tex .l. traditionib° C.de pac.cū ſimilibus.ſo.dic.ꝙ hic interuenit traditio ſi ficta ex quo fit contractus ſocietatis omnium bonoꝝ videntur inuicez poſſidere. Sed circa hoc quero qd .ſ.alio titulo vniuerſali omnia bona cōcedantur vniuer ſaliter an ad acquiſitionem dñij requiratur .traditio de



hoc dic.vt nō.in gl.in.l.i.in prin.j.pro dote in glo.que in cipit cum alijs ⁊c̄.in ſocietate ex ꝯctu ſocietatis tranſit dñium ſine traditione.ſed actḣ.perſonales nō tranſeunt ſine ceſſione.h.d.⁊c̄. Nō. hic ꝙ propter ſocietatem tranſfertur poſſio tacite ſine actu corporali.Et iſta.l.ij. videtur reſtringere ꝓcedentia:ſolum ad res poſſeſſas a cōitate.ſicut.n.ꝓcarium nō operatur in nō poſſeſſiſ vt.l. interdum de acq.poſ.ſic ſocietas ſm quoſdam.ſz Az.di cit qð dñium tranſfertur ſine illa traditione. ⁊ eſt ſpāle in ſocietate. ſecus eſſet in alio ꝯctu ſpāli vel generali. vel i ꝯctu dotḣ.vt nō.pro dote.l.i.§.ſi vniuerſe vbi ē glo.

Sed hic quero quid ſi alio titulo vniuerſali bōa oía vniuerſa ꝯcedantur.an reqratur traditio ad acqſitionez dñij dic ꝙ ſic vt nō.hac glo.cum te. Secundo nō.ꝙ pñtia tēpore ꝯctus fiunt ipō facto cōia. ſed poſtea q̄ ita ſunt cōicanda.⁊ deſideratur in illis traditio facti ut.j.e. l.ſi qs ſocietatez ſm glo.facit ſi.nō.ſ.ſi cer.pe.l.ſi ſociuſ Et ex hoc ar.ad.ij.q.ꝑmo ꝙ ex quo ſocietas.⁊ ꝓcarium equipatur q̄ntum ad tacitaz traditōem ꝙ ſicut in ſocieta te requiritur vera traditio futuroꝝ. ita in ꝓcario.vnde ſi obligo.tibi omnia bona mea ꝑſitia ⁊ futura ⁊ ꝯſtituo me ꝓcario noie poſſidere.iſta ꝯſtitutio ꝓcarij nō opera tur.circa futura.Effectus eſt iſte.q̄ pro pñt.bus.ſi inter uertat' poſſeſſio pōt agi cōdictḣ.ex.l.vlt.C. de acqr.poſſ. nec reqritur excuſſio.ſed pro futuris cpz.agi ypotheca ria ꝓcedēte excuſſione debitoꝝ ſm Uber.de bo.⁊ albē tum papieñ. Itē facit ad.q.de eo.qui do.ecclie bona ꝑ ſentia.⁊ futura.vt quoad futura nō q̄ratur dñium qð ē nō. Tertio nō.ꝙ obligatōnes ſunt inſepabiles a cor pore.⁊ actiones inde naſcētes.⁊ pro tāto requirit' ceſſio que hz vim traditōis.vt nō.h ⁊.j.de dona.l.p. ⁊ qð nō. ſ.man.l.ſi hereticus i glo.veꝝ. q̄ ſi fingerent' ficta tra ditō eſſent due fictiones ꝯ nō.ſ.man.l.ſi ꝓo nō remu.§. plane ar.ex qui.ca.ma.l.deniqz. Bal.

**Ea uero.** Nō. ꝙ difficilius ſeparantur ꝑſonalia iura.⁊ actōes q̄ corpo rales res.vt hic vidiſtis i.l.qs ergo caſus.ſ.de peculio. Que autez ſit rō huius dic.vt nō.hic glo.q̄ i cipit verum. Sed aduerte ad iſtaz glo.in q̄ntum dicit ꝙ q̄ in icorporalibus nulla ē ꝓpria poſſeſſio.vel vā tra ditio nō poteſt fingi iterueniſſe.q̄ ad illud dñiuz ſe pōri git fictio ꝙ ꝑ reruz naturaz nō eſt ipoſſibile.naz ex hoc dicte glo.nō.ꝙ ibi demū hz locuz fictio.vbi eſt poſſibile ꝙ habeāt locuz veritas idē nō.j.de libe.⁊ poſtu.l.galus §.ſi eius in gl.que incipit rūpendo circa fi.ꝓbat' hoc ex cōiunctōne duaꝝ.ll.videlicet.l.adoptō.ſ. de adopḣ.vbi tex.dicit ꝙ fictō imitatur nām cōiuncta.l.filio quez pr̄ i ꝓn.j.de li.⁊ po.vbi dicit ꝙ adoptio eſt fictio.fictio ergo imitatur nām:ergo fictio habet locum vbi poteſt haber' locum vitas ꝙ nō.

**De illo queritur.** Iuſta hr̄ditas dr̄ il la que ab inteſtato deffertur.h.d.Et nō.caſuz ſingularē iſtius.§. Nō.v. iuſta pōi pro ltima.⁊ ſic ſignificat ꝑmiſſionez legalem.

**Societatem.** In glo.i. ſol'o dic ꝙ ſo cietas pōt nō.⁊c̄. Tu vo dic ꝙ pōt ꝯtrahi egeſtate.ideſt ceſſione bo noꝝ.que fit ꝑꝑ egeſtatez vectigal'.ſ.ꝯducendi vel ꝯducti ꝯhire.⁊ pacto qð declarato re ipa vel ipō actu ar.j.e.l. pactū.⁊.l.itaqz. Itez pōt ꝯhi verbis.i. ꝯſenſu verbis de clarato ꝙ no.

Additio. Bal.

Ptās alicui ſimpl'r cōceſſa i dubio ſignificat arbitriū boni viri.hoc.d.Caſus ſilis.no.j.de fideiꝯ.lib.l.thays.

Nō.ꝙ bonus arbiter dz diſtribuere ſecunð merita ꝑſonaꝝ.⁊ ſcðm alias circūſtantias. Et ē ar. ad diſtri butḣ.offōꝝ quod no.Et facit ad.q.quo poſſet venire de facto quið poſuit ſe i manibus dñi ſui.⁊ dixit. ego pono me i manus vr̄as cōdemnetis me gcquid vultḣ.ꝙ ñ pōt ipz ꝯdemnare niſi arbitrio boni viri.vt hic.⁊.j.loc.l.ij. in ꝓn.de ꝯhen.emp.l.venditio.⁊ vide oio in ſili tex.⁊ ꝙ no.de inſti.cum veniſſent.⁊ extra de iure iurando.c.qui tanallis. Bal.

**Societas.** Iſta.l.nō ſūmatur. q̄ breuis ⁊c̄. Nō.ex.§.ſocietaſ ar.eq parari nobiles. ⁊ lr̄atos quo ad beneficia ob tinēda. Secūdo no.induſtriā eqparari facultatibus ſic j.e.l.ſi nō fuerant. Et ē ar.ad impoſitḣ.colectaꝝ.vt ſic ꝯ ſiderētur ibi ꝑſone pro facultatibus. Nō. ꝙ induſtria ⁊ patrimonium ponuntur vt ſeparata facit. j.de mu.⁊ one.l.Rto.§.fi. Bal.

**Societas.** Iſte.§.nō ſūmatur q̄ breuis i gl. fi.⁊c̄. Nota hāc glo.⁊ vide ꝙ no. j.de ꝯhē.emp.l.i uēditione ⁊c̄. Bal.

**Cohiri ſocietatem.** In ſocie tate ſim pliciter contracta lucra.tantum perſonalia ve niunt coicanda.h.d. Nō.tex.qui dicit ſimpliciter nā vides hic ſignificationem iſtius verbi ſimpliciter quan tum ſine diſtinctḣ.vel ſine aliqua replicatḣ.id. m hēs in.l. tanquam.C.de fideiꝯmiſ. Idem habeſ i.l.māifeſtiſſimi C.de furtis.j.de verboꝝ obli.l.i.§.ſi quis ita. ⁊.l .inter ſtipulantḣ.in prin.e.ti.

Addi. Bal.

Cohiri. Ubi pactuz nō diſtinguit nec nos quinymo dic contra.ſ.ꝙ pactum indiſtincte conceptḣ.recipit inter pretationem reſtrictiuā. Nō.ꝙ ſocietas.ſimpliciter contracta pertinet ſol'onē ad negociationem.⁊ lucrū.⁊ damna inde naſcētia non ad alia puta donationes ⁊ le gata vide bar.in.l.ſi patruus.C.cōi.vtri.iudi.

**Nec adiecit.** Nō.tex.i fi.cū quo tex. cōcor.ſ.ti primo. l. idem qz.§.fi.⁊c̄. Ex quo habes ꝙ quelibz libera litas in alium collata ꝓſumitur ob meritū vt.j.de mañ. teſ. l.cēturio adde quod nō.cy.i.l.i.C.ð ſacro ſanc.eccle. ⁊ bar.in.l.ſi is qui ſticum de ac.⁊ ob.

**Sed ⁊ ſi.** Nō .hic tex.nō.ex quo habes qð.qñ vnum verbum ſpeciale adicitur alteri generali reſtringit eius ſignifi cationem.ꝙ nō.

Addi. Bal.

Sed ſi adiciatur. Nō.ꝙ vbi ponitur ſpecies.⁊ ſpeci es ſequitur genus . illud genus artat' ad illam ſpeciē ſz iſtud eſt propter naturā cōtractus vt.ſ.eo.l.cohari ad idem facit.ꝙ ſpecies reſtringit genus.j.de ver.ſigni.l.ſi cum fundum de uino.⁊ ole.l'.l.fi.§.cui dulcia de pe.le.l. nam.ꝙ liquide.§.ſi cui penus ð l'.ij.l.legatoꝝ.§.qui plu res de here.inſti.l.qui nō mili abar.§.ij.⁊.l.cum i teſtō. §.vlt.ꝙ declarat nō. Ja.bu.in.q.ð legato relicto merca torib°.⁊ artiffitḣ.artis lane.

**Si conuenerit.** Pactuz ne intra certum tempus res comunis diuidatur nō operatur ne a ſocie tate recedatur. Item ſocietati non pōt in tēpeſtiue renunciari poſito etiā.ꝙ nō ſit dictū niſi in caſibus hic expreſſis.h.d. Nō.ex hac.l.in. v.ſz ſi conuenit. ꝙ ſi aliquis cōuenit cū aliquo de nō petendo diuiſionem rei vel de nō recedendo a ſocietate infra certum tempus


Cm


cm


Cm

Jus poſitivum et Interpretes

Folio n$^o$. 753.

86. **Baldus** de Ubaldis, Lectura super secunda parte digesti veteris. Z. n. en pl. 16 Febr. 1489. 2$^o$. L. 2$^o$. 753$^1$

162 bladen, 2 kol., 64 r., signat. ab$^{10}$c-t$^8$v$^6$. 2 got. typen: M$^{46}$ en M$^{88}$ (94, 95 m.M.). — DKGW. — Peddie I p. 78.

86 Bl. 1 (☐) ontbreekt. Bl. 2a $\alpha$ (m. signat. a2): Incipit lectura Domini Baldi. de Perusio su/pe2 secunda parte. ff. veteris.// De rebus creditis ꝛ si cer/tum petatur. ℞ica.// [(T)$^{11}$]Res. Par/tes hꝫ nostra Rub2ica. Bl. 161b $\beta$ r. 18: Explicit lectura famosissimi Jur̄ Utriusq̃ īterp̄tis/ dñi Bal. de perusio super secūda. ff. veteris cum non/ nullis suis aditiōib9[!]. Imp2essis anno. M.cccc.lxxxviiij./ die./ xvi. Feb2uarij. Bl. 162a Register. Bl. 162b ☐. Uit het kapittel van St. Maarten (van den Dom) te Utrecht. — Samengeb. met nr. 84.

84. **Baldus** de Ubaldis, Lectura super digesto novo. Milaan, Ulr. Scinzenzeller 27 Februari 1489. 2$^o$. L. 2$^o$. 753$^2$

Typen 4, 5. — H* 2310. — Peddie I p. 78.

Samengeb. met nr. 86.

Incipit lectura Domini Baldi.de Peruſio ſu
per ſecunda parte.ff.veteris.

# De rebus creditis ⁊ ſi cer tum petatur. Rica.

CRes. Partes hʒ
noſtra Rubrica.
Prima tractat ꝺ
rebus habito re
ſpectu ad ꝯctus i
generali. Secū
da tractat ꝺ rebꝰ
prout cadunt i ꝯ
ctu mutui. Ter
tia tractat.de qua
dam actione generali que dicitur certi cōdictio.parteſ
patent. Uel ſic.prima tractat de rebus prout ca
dūt i obligatōibꝰ.⁊ loquor i genē.ſa tractat ſpāl'r ꝺ mu
tui preſtatione.tertia tractat ꝺ certi cōdictione genera
liter.⁊ ſecundum hāc diuiſionem. Prima pars reſpicit
res.ſecūda ⁊ tertia reſpiciūt actiones.ſed prima diuiſio
verior videtur.qꝛ ſi certuʒ petat' nō eſt nomen actionis
ſed ponitur pro re mutuata. ⁊ ſic nō eſt vulgaris formu
la.ſed rei nomen.⁊ qꝛ. Circa iſtam rubricam ē opus
inquirere quatuor. Primo cōtinuationem ad prece
dentia. Secūdo expoſitionem rubrice. Tertio ra
tionem ordinis. Quarto rationem ſermonis aſſumpti
aſſignās. Ordo eſt incipere a genere ⁊ deſcēdere in
ſpēs ratio ſermonis eſt natura verboꝝ.i.virtus attribu
ta dictioni ab intellectu ad propoſituʒ mentis ſignificā
duʒ.qꝛ verba debēt eſſe appropriata mēti ſignificatiue
vel generali vſui vt.j.ꝺ ſupp.leg.l.labeo.§.idem tubero
⁊.j.de leg.iij.l.liberoruʒ.§.quod tamē caſſius.⁊.ff.ꝺ ver
bo.ſigni.l.tugurij.⁊.l.vt alphenus.alias nō creditur niſi
intrinſeca probatio afferatur.vt nō.C.de vſufruc.l.cum
antiqnitas.in fi.vel iuriſ preſumptio coaptetur.vt.j.e.l.
ſi tibi. In verbis enim quatuor cōſideranda ſūt.ſ.na
tura.quando certa.⁊ preciſa eſt vocabuli ſignificato. ut
ff.ꝺ v̄bo.ob.l.quicqd aſtringēde.aptitudo quando enim
verbuʒ vel nomē eſt equiuocuʒ.aptior iterpretatio faciē
da eſt ut.ff.ꝺ v̄bo.obli.l.quotiens niſi ſit ambigua ꝯſue
tudo.vt.ff.de ſupp.leg.l.i.in fi.⁊ vſus coaptetur nature
ſeu figure.dictionis adeo quod q̄dam noia imutabilia
ſunt vt.ff.ꝺ le.i.l.iiij.ſimilia verba ponūtur in rebus q̄
dicta ſunt in verbis.in glo.i.l.ij.§.i.j.e. Cōtinuatur
ergo rubrica ad p̄cedentia in hūc modū.dictum eſt.ſ.ꝺ
actionibus realibus.⁊ de mixtis.⁊ de perſonalibus i rē
ſcriptis.que imitantur naturam realium.ſequebat' vi
dere de meris pſonalibus.conſtat autē quod pſonales
naſcuntur ex contractibus naʒ hec eſt prima ſpecies v̄n
de naſcuntur.vt inſti.de obliga.§.ſequens ⁊ ideo dicit
hic primo de rebus creditis.que verba ſupponuntur ge
neraliter pro omni contractu.vt.j.e.l.i.⁊ quia contractꝰ
quattuor modis fiunt.ſ.re.verbis lr̄is ⁊ conſenſu vt in
ſti.de obligatio.§.fi.dicendum eſt de contractu.qui con
trahit' re.qꝺ fit dupliciter vel cū trāſlatiōe dn̄ij.⁊ ſic hē
mꝰ mutuū.vl' ſine trāſlatiōe dn̄ij ⁊ hoc fit quadruplicit
primo cum tranſlatione detentionis ⁊ vſus. ⁊ ſic habe
mus cōmodatum.ſo modo cuʒ tranſlatione detentōis
⁊ non vſus.⁊ ſic habemus depoſitum.tertio modo cuʒ
tranſlatione vere poſſeſſiōis.⁊ ſic habemus pignus .vt
inſti.quib.mo.re.cōtrahi.oblig.§.item is. ⁊.§. p̄terea ⁊
§.creditor.Quarto fit cuʒ trāſlatōe poſſeſſionis ⁊ vſus
vt in p̄cario.quod diſtat a ꝯmodato in poſſeſſione vt.ff.
ꝺ preca.l.⁊ hʒ.§.eū q. Item in qualitate vſus. quia i
ꝯmodato vſus eſſe prefixus.⁊ declaratus. In p̄cario
in certus.⁊ arbitrarius.vt nō.ff.de p̄ca.l.i.⁊.ff.de dona
tio.l.lucius.⁊ nō. C.ꝯmo .l.ij.⁊ per Jac.de are.in.l.ij in
poſſeſſorio.j.e.ſed qꝛ cōtractus qui cōtrahitur re cū trāſ
latione dn̄ij eſt dignior ⁊ efficacie potioris. ideo ſubicit'
ſa pars rubrice.ſi certuʒ.i.ſi mutuuʒ peta.nam ſup ſpe
cificatis non videtur datum arbitriū. ſed ſup incertis
vt.l.i.§.expillatores de effracto.⁊ expillato.⁊ quia actō
eſt ius intētandi contractū ⁊ obligationē in iudicio .ad
debitū conſequendum vt inſti.de actio . in principio ⁊
oportet ſcire que actio cōpetat.pro quolibet debito.vbi
certū debetur.tam ex alio contractu q̄ꝫ ex mutuo. iō po
nitur hic ⁊ de certi condictione que eſt actio generalis
que adaptatur ad quālibet ſuā ſpeciē.⁊ dictio de cauſa
.i.de contractibus. conuenienter dicit de cauſato .i.
de actionibus nam eſſe ſemper incipit a cauſa .ſed co
gnitio ſiue noticia intellectual'.quandoqʒ incipit a cau
ſa.quandoqʒ incipit ab effectu.nam per cauſam cogno
ſcimus effectū.⁊ dicitur noticia a priori ⁊ per effectum



DOMKEIN-ARCHIEF TE UTRECHT

cognoſcimus cauſam ⁊ dicitur noticia a poſteriori. vt
ff. de reg.iur.effectus.hic autem a cauſis incipit iuriſcō
ſultus in ordine partium rubrice exponitur aūt rubrica
de rebus credi.i.de omni contractu ſi cer. pet .i.de mu
tuo.⁊ de certi condictione.i.de actione perſonali.que ꝓ
ponitur ad certū vt inſti.ꝺ actio.§. appellamus. Itē
exponitur petatur.i.repetatur .qꝛ repetitio eſt actus re
tro cōtrarius propterea nō eſt actus primus. ſed actus
ſecūdus ſicut repetitio indebiti reſpectu ergo generis
repetitio eſt.itē etiam in mutuo ciuili eſt repetitio quo
ad fictionem.licet ſit petitio quo ad veritatem.quia nō
interuenit retro res.licet interuen.ſſe fingatur.ſed i na
turali mutuo reſpectu generis ⁊ qualitatis repetitio eſt
quia idē repetitur in genere ⁊ in qualitate.reſpectu aūt
ſubſtātie ſeu ſpēi.qꝛ non idem repetitur petitio eſt quia
alia res eſt ſic.j.ſol.matri.l.i.vbi ſimile verbum ſine di
ſtinctione proprie ſignificationis profertur.⁊ facit quod
nō.j.de condic.indebi.l.quod indebitū. Glo. tangit vl
terius duo dubia pmuʒ eſt utrum ſit reperire certi cōdi
ctionem pro mutuo ſpālem.⁊ hoc poteſt tripliciter intel
ligi.vno modo an competat certi condictio ſpecialis .⁊
generalis pro mutuo.an ſpālis tantum an generalis tā
tum quod vtraque ſic probatur pro mutuo certi ꝯdictio
generalis competit vt.j.e.l certi condictio.§. quoniam.
Item certi cōdictio ſpecial' ex mutuo vt iſti.qb. mo.
re contrahi.obliga.in fi.principij ergo cōpetit vtraque.
Quod ſit ſola certi condictio ſpālis ſic probatur. qꝛ
ſpecies eximitur ex genere.nec refertur generalis ꝓui
ſio ad ea que ſingularē prouiſionē hēnt ſiue vtraqʒ pro
uiſio ſit legalis ſiue hominis.ſiue vna legalis .⁊ altera
conuentionalis.vt .ff.de ali.⁊ ciba.legatj.l.alimenta.§.
baſilice.⁊.l.ſticus nutricis ⁊.ff.de vbo .obli. l. doli clau
ſula.⁊.l.ſtipulationes non diuiduntur.⁊ de vul.⁊ pupi.
.l.cohēdeʒ.§.qui prēm.C.de procura.l.maritus ⁊.C.de
pac.cōuen.l.fi.ſi ergo competit ſpālis.ergo nō general'
lʒ ſit ſecus in alijs ꝯctibus.Et quod ſit ſola certi condi
ctio generalis probat' ſic.ſi cōpeteret vtraqʒ eſſent due
actiones eiuſdeʒ generis.⁊ forme.⁊ altera eſſet fruſtra
ſed nulluʒ agens rōnabile agit fruſtra.ergo nec lex que
eſt artifex.rationabiliſſimus.de proc.l.nō cogendū.§.ſa
binus.⁊.l.ſicut.§.ea obligatio.⁊.j.loc.l.ij.Item etiam ſi
ſūmat originē in perſonis diuerſorū. lex vult eas ſaltē
quo ad intentatōem vt.j.de actio.emp.l.nō eſt nouū.Itē
ex vna ⁊ eadeʒ radice accepta ſolum quo ad vnaʒ conſi
derationem vel ſub vna cōſideratione.nō debet naſci.
niſi vna actio ar.j.de noua.l.ſi ita.ſed ſub diuerſis conſi
derationibus poſſent naſci plures ar.ff.de tutel.⁊ ratio.
diſtrahē.l.i.§.in tutella.Iteʒ nō habemus ponere plura
litateʒ.vbi nō oportet.qꝛ fruſtra.fit per plura quod pōt
fieri p pauciora vt.ff.de cōdi.inde.l. dñs teſtamēto.item
genus nō tranſit in ſpēʒ niſi generi addatur dña.vt.ff.
ꝺ iuſti.⁊ iure.l.ius ciuile.⁊ debet pro lege ſeruari.ſʒ adie
ctio mutui.nō importat dñam.ſed rem demōſtrat q̄ pe
titur.ergo nō cauſat ſpēm.ſeu ſpālem actioneʒ. Itē
idem videmus in ciuili mutuo.vt inſti.de vbo.obli.§.i.⁊
quod ſola generalis oriatur vt nō.in.l.certi cōdictio.in
ſ͞a glo. Iteʒ vbi eſt vna cā ibi eſt vna obligatio. ergo ⁊
actio erit vna.nec erūt plures agendi forme.cum nō ſit
niſi vnus titulus ꝯctuſ vt in ſili nō.dy.de publi.l.i.§.di
xerit aliquis.⁊ cōfirmatur qꝛ modus itentādi actiones
i iudicio dat' cognoſcere dñaʒ iparum.nam ex difformi
tate medij.⁊ concluſionis appet diuerſitas actionis.vt
dicunt dicto.in.l.edita.C.de edē.qꝛ cōcluſio libelli attē
di dʒ vt nō.dy.in.c.nullis pluribuſ.Circa mediuʒ.⁊ cy.

C.de fal.l.nec exemplū.⁊ vbi eſt eadeʒ cōcluſio.eſt ideʒ
libellus.qꝛ cōcluſio eſt exitus ⁊ determiatio tocius ora
tionis.vt ait tullius.ergo modus intētādi ſit vnicus tm̄
⁊ vniformis.ergo vnica eſt actio. Item nō differunt in
origine.qꝛ pciſe oriūtur.ex eodem fonte.ſiue attendas
pncipium.qꝺ etiaʒ remotuʒ dicitur.ſiue cām quo nomie
ſimpl'r ⁊ abſolute probatio.ꝓprie imediata cā cōtinetur
vt nō.ff.rer.amo.l.ſi militi.nec differunt petitione.quia
eadē eſt vulgar' formula.⁊ facti ⁊ iuris narratio nec dif
ferunt ex actione.i.effectu ergo nec differunt in cā mali
qꝛ re ꝯhitur vtrobiqʒ nec formali qꝛ preciſe. eadem eſt
forma obligatōis.ergo ⁊ actionis.nec finalis.qꝛ idem ſi
nis.ideʒ exitus ꝯtrovſia. ergo nō ſunt ſpē differētia nec
differētia genere ⁊ ſpē.quoꝺ eſt alterum genus diuerſi
tatis inſti.ꝺ iure natu.§.plebs.⁊.j.e.l.ij §.creditum.Itē
ſi nulla vtilitas eſt quando nomina multiplicamus.Itē
competit certi cōdictio generalis.ergo ſub vna ⁊ eadē
ratione nō competit ſpecialis vt dicta.l.i.⁊ .l.ſanctio le
gum.hanc opinionem tenet Ja.butr.⁊ cy.C.e.i rubrica
⁊ licet in mutuo ſint quedam ſpālia.qꝛ reſpicit quaſdaʒ
fictiones ut.j.e.l.ſingularia.tamen hoc ſuppoſito cōpe
tit certi condictio pro mutuo non ex mutuo ſpeciali no
mine cum differenti de hac differentia ſi eſt. ⁊ pro
pter quid eſt.⁊ quam utilitatem haberet uidere oportʒ
glo.hic ⁊.j.e.l.certi condictio in principio pro mutuo n̄
ex mutuo ſpāli.nomine cum differenti vt.ſ.dixi ſed vi
dere oportet glo.predictas.q̄ dicunt alteram genus al
teram ſpeciem eſſe nam ⁊ ipſe ꝯctus mutui habet natu
ram ſui generis.in quantum eſt creditum vt.j.e.l.ij.§.i.
⁊ habet naturam ſpecificam in quantuʒ mutuum ergo
differunt vt genus ⁊ ſpecies ſed propter quid differunt
⁊ quid ſit vtilitatis.hoc tacent.quidam dicunt quod con
tractus mutui ſicut meretur ſpecialem actionem.quia i
contractibus nominatis actio correſpondit nomini .vt
nō.de actio.⁊ obligatio.l.conſenſu ⁊ per dy.in arbore.⁊
tunc vtilitas eſt quia expedit habere plures vias ⁊ plu
res actiones vt.l i.C.eo.de legat.⁊ diuerſo modo con
cluditur in certi condictione.ſpāli vbi eſt medium quia
mutuaui ⁊ diuerſo in certi condictione.ſemper genera
li.vbi medium erit.⁊ qꝛ certum debes ideo peto ⁊c.⁊ ꝓ
hoc quia actio de mutuo oritur ex illa parte edicti.ſi cer
tum.i mutuum petatur .vt .j .de condict.triti.l.i.ergo
oritur ex ſpeciali capite ſm ray.⁊ Bar.ſed certi condi
ctio generalis orit' ex capite generali.⁊ ſic ſunt due ex
vna radice materiali.⁊ ex dīvſa radice cauſe efficiētis.
nec his obſtat. ff. de actio. ⁊ obligatio .l.ex maleficijs.
§.is quoqʒ.qꝛ licet ibi dicat de generali.nō repellit ſpā
lem nec dicit eam ceſſare.eodeʒ modo rn̄deo ad.§.i.ſeu
ad principium inſti.de verbo.obligatio.ar.j.de inſtito.l.
in eum.§.taberne.⁊.j.ad velle.l.q̄uiſ.§.ſi mulier āpliuſ
ſi dicerē.⁊ qꝛ mutuaui peto.⁊ expreſſo nomine actionis
ꝺ cereʒ ⁊ propono certi condictionem generalem proce
dit libellus.tum qꝛ apta ⁊ rationabilis eſt cauſa.⁊ mēs
actoris .vt nō. Innocen. extra de iudic. c. examinata.
tum quia ſpecies preſupponit genus vt nō.infra de le.
.i ij.l.ſi qd eoꝝ.§.terēptū.⁊ facit qꝺ nō.j.e.l.ſi a furioſo
⁊ habet vnus actus in ſe rationē.⁊ concluſionem gene
ris ⁊ ſpeciei ſicut in alijs contractibus ut.j.e.l.certi con
dictio que opinio ſatis placet.⁊ nō conſiſtit vtilitas plu
ralitatis ſolum.vt augeatur preſtatio ſed etiaʒ in here
pluribus vijs.⁊ plures agendi haberet formulas.vt .ff.
de leg.iij.l.ſi quis decedēs ⁊ de bo.liberto.l.ſi filius.nō
ob.l.doli clauſula.⁊.l.ſanctio legum.qꝛ eodem reſpectu
ſpecies prefertur. ſed diuerſis reſpectibus concurrunt

genus.ꝛ ſpecies vt.ff. de annuis legatis. l. qui marco
hōi dato. Item lex. ſanctio legum loquitur quando
inter genus ꝛ ſpēm eſt quedam ꝯtriatō. qꝛ vnū producit
penaꝫ arbitrariam.alterum parit non arbitrariam.ſed
p̄ciſam.nam ſuper ſpecificatis nō videtur datuꝫ arbitri
um ſed ſuper incertis vt.l.i.§.expillatores de effrac.ꝛ
expillato.ſed hic genus ꝛ ſpecies non differunt in conſe
cutionis effectu. Item poſito quod. l.ſanctio legum
intelligeretur quando vtraqꝫ pena eſt circa cauſam. qꝛ
diuerſa que eſt magis ſpecificata nō clauditur ſub clau
ſula generali .qꝛ variatur effectus.ſed hic non variat᷑
effectualis exactio.ſed titulus actionis tantuꝫ.vel ſolue.
qꝛ ibi loquitur quando eadem.lex habet caput genera
le ꝛ ſpāle.hic erāt diuerſe leges.i.diuerſi tituli.facit qđ
nō.cy.C.de ſepul.viola.l.q ſepulcrū.ꝛ probatur .j.e. l.i.
ibi poſt hoc.i.poſt hūc.ſed certe iſta expoſitio eſt impro
pria.ꝛ ideo cum ſit idemnitatis tituli.hec ſo .nō p̄cedit.
Item op.contra.qꝛ rubrica loquitur in ſingulari certi
condictione.ſed numerus ſingularis non concludit plu
ribus.nec pluralis ſmo congruit vniuerſitati. vt .ff. ad
trebel.l.iulian.ſed reſpondeo quod illud eſt verū.qñ no
men ponitur demonſtratiue ſeu relatiue.ſed qñ ponit᷑
abſolute.ꝛ non reſpectiue niſi.in regula vel diffinitione
tunc ſecus vt inſti.de verbo.obligatio. in principio ꝛ. j.
de verbo.ſignifica.l.in regulis iuris .ſecundo mouetur
aliud dubium an verba ſi cer.pet. ſit nomen actionis
glo.dicit ꝙ non ꝛ bene.qꝛ iſta actio eſt formata verbis
generalibꝰ ꝛ hoc tenent oēs.vnde me in arbore.Johan
nis ponitur vt nomen actionis.qꝛ non eſt nomen iuris
ſꝫ facti potius.nec ob. j.de triti.l.i.ꝛ expone ibi.illa actō
ne.vtitur.ſi cert.pet.i.ex illo capite.ſi cert.peta.

**Bene eſt.** Quia oportet
docēte incipe
re a doctrina principiorum. ꝛ a
declaratione eorūꝫ ꝛ ideo iuris
conſultus tanquam ſūmus do
ctor. ꝛ interpres a generalibus.
tanꝙ a principijs exordium ſūmens duo. facit .qꝛ p̄mo
ponit exordium.cū tacita queſtione.ſecundo reſpondet
ꝛ reſponſioneꝫ multipl'r probat.fa ibi quoniam alij di
uidunt in.vi.partes.primo cōmēdat tacitam queſtionē.
ſo ponit eius ſolutionē.tertio aſſignat rationem ex mē
te pretoris ſumpta ab ordine titulorum .ꝛ eorum ſitua
tione.quarto per locum ab auctoritate.quinto per locū
a generalitate.verbi credēre.ſexto per locum a generali
tate.verbi rei.alij diuidunt in quinqꝫ partes.naꝫ đ dua
bus vltimis vnā elicientes.quaſi ex partibus vnam ra
tionem cōponentes.ꝛ hoc dicit hic ſermo de reb .credi.
primus generalis eſt ad multos contractus ex mēte p̄
toris ex interpretatione celſi.ꝛ ex ſignficatōe verbi.cre
der.ꝛ verbi rei.hoc dicit.ꝛ facit.j.đ op.liber.l.cū duobꝰ
Caſus i terminis.ita poni pōt. Queſiuit iuuenis
a iur̄conſulto an appellatio de rebus creditis in rubrica
deſcripta.ponit᷑ large uel ſtricte.dicit iur̄conſultus .qđ
bonum eſt hoc in primis uidetur.ſo reſpondet cū dicit
quod generalis eſt ꝛ large ponitur.tertio p̱bat hoc ex
mēte pretoris.qui premiſſit hunc titulum de rebus cre
ditis tanquam generalem.ꝛ ſub ſe alios contractus cō
tinentem ceterorūꝫ contractuū.quarto probat per locū
ab auctoritate.nam celſus dicit ꝙ appellatio credendi
generalis eſt merito ergo pretor.ſub hoc titulo.đ cōmo
dato.ꝛ de pignore edixit.quinto probat ſic.credere uer
ſatur in omni contractu unde naſcitur obligatio ergo ē
generale ſexto probat quia nomē rei.ē generale.ꝛ ideo
pretor hoc nomē aſſumpſit. hoc dicit. Cōcludamus
ſed hoc eſt ex mēte ꝛ v̄bis.i.ex partꝫ natura verborum.ꝛ
interp̄tatione prudētuꝫ iam negari nō pōt.qn general'
ſit appellatio cōcor.ff.de v̄b.ſigni.l.nois.ꝛ rei. Nō.
primo quod ad cognitionem ſpērum debet p̄cedere co
gnitio generis. Nō.ſo quod nos debemus ſequi ordi
neꝫ titulorum.ꝛ ſic notatur ꝙ rubrica pōt allegari ſicut
textus.ergo noticia generis reqritur ad habēdam dif
finitiuaꝫ noticiā ſpecieꝝ.ꝛ validuꝫ eſt arg.ex ordine titu
lorum. Nō.tertio quod validuꝫ eſt arg. ab auctoritate.
Nō.quarto ꝙ genus rep̄ſentatur in qualibet ſpē.ꝛ etiā
ineſt cuilibet ſpēi.ſic enim hic arguit genus rep̄ſentatur
in qualibet ſua ſpē credere rep̄ſentatur in quolibet con
tractu.ergo credere ē genus ſm Ja.Et nō. ꝙ genus ē
illud quod ponitur in diffinitōe ſpēi.ſed general'r nō re
preſentat᷑ in qualibet ſpecialitate.vt. l.doli clauſula.j.
de v̄bo.obli.Aliud eſt ergo genus.ꝛ aliud eſt generali
tas ſm Ja. Nō.etiā ꝙ nomen ꝯtus eſt generale.ꝛ fa
cit ad nō.in aūt.ſacramēta puberuꝫ p cy. ꝛ alios. Nō.
quinto ꝛ vltimo.quod ſi partes oratiōis ſunt generales
ꝛ ip̄a tota oratio generalis erit.nam hec oratio đ rebuſ
creditis eſt cōpoſita ex dictōe creditꝫ.que eſt generalis.
vnde cum cōponatur ſapiat nām p̄tim cōponentium ſe
quitur quod dicta appellatio de rebus creditis erat ge
neralis.qꝛ genus addito alteri generi.ſeu vna qualitas
addita alteri generalitati.general'r ſignifignificat appa
ret.ergo quod orationes cognoſcūtur ex dictionibꝰ.Si
gnificatio v̄o propria orationiſ per diffinitionem uix di
ctionis cogniſcitur. Unde tullius ait cum de nomie
dubitatur veritas ꝛ diffinitio vocabuli diffiniēda ē v̄bis
Idem exponēdum eſt minus notuꝫ per magis nutum.
ſicut hic facit iuriſcōſultus exponēdo ꝙ credere.idem ē
quod fideꝫ habere verſatur in omni ꝯtu.vnde nō naſci
tur obligatio.ergo ꝛ credere ꝛ ſic pꝫ ꝙ verbuꝫ credere
generale eſt.or iſta ſunt textualia.expoſito textu. Ucio
ad apparatū opponēdo.ꝛ querēdo. Op.dr̄ hic quod
ſub hoc titulo p̄tor tractauit đ multis ꝯtibus.ꝯ ymo ñ
tractauit i hoc titulo.ſed i ſuis titulis ſep̱atis vt patꝫ.j.
como.ꝛ depo.ꝛ i alijs rubricis. So.ſub hoc titulo expo
nitur.i.poſt hunc titulū nec eſt miruꝫ. qꝛ vna ip̄oſitō ſeu
p̄poſitio.ꝛ dictō poteſt poni pro alia.vt. j. de cōdictio.ꝛ
demonſtratio.l.has cauſas.certe ſic exponendo non p̱
cedit.iō ponitur poſt hunc titulū ergo hoc genꝰ. ꝛ illud
ſpecies.ꝛ ideo melius ſtat .quia ſpecies ſubalternatur
generi ꝛ ſubiciatur ei.vt legitur ꝛ nō.j. đ v̄.ſi .l.recte di
cimꝰ.dicit ergo qđ p̱prie ſtat dictō ſub ꝛ titulꝰ p̱ rubrica
ponitur.qꝛ generalis in titulatio ꝛ ſuperſcriptio ad om
nia porrigitur.vt.ē.de eden.l.ſi qs ex argentarijs .§ .ſi
inicium tabularum.vel exponit᷑ ſub hoc titulo.i.ſub hoc
tractatu.qui continet octo libros.vt in conſtitutione om
nem.§.in ſo.ſm glo.ꝛ.Odofre.ſo opponitur.dr̄ hic ꝙ
creditor dicitur large.cōtra ymo ſtricte pro ſolo mutuā
te.vt.C.ſi aduer.credi.l.i.ſo.ibi ſtricte.hic large ponitur
vel hic proprie.qꝛ in ſuo abſoluto ſignificato ꝛ vt genꝰ.
ibi vt ſpecies. Tertio op.dr̄ hic ille dicitur creditor qui
debet mox recipere.contra ymo ſi in diem vel ſub con
dictione.vt.ff.de verbo.ſignifi.l.creditores. ſo .ibi non
dr̄ abſolute ꝛ ſimpliciter creditores ſꝫ cum.adiuncto.ē.
in diem.vel ſub condictione.vt.ff.de verbo.obligatio.lo
cum ſtipulamur ꝛ.l.ſi a colono.nec etiam dr̄ creditor .q
ſolam obligationem naturalem pretendit.vt.ff. de ſolu
tio.l.ſi is cui.§.flauius.qꝛ vbi non eſt actio. ꝛ non dicit᷑
quis creditor neqꝫ debitor proprie.vt.ff. de fideiuſſo .l.

fideiuſſor obligari.§.ij.⁊.j.de libe cā.l.vel obligatus eſt
§.i.ſed ſola naturali.cum ſit de iure gentium. ⁊ oriatur
ex nudo conſenſu vel quaſi conſenſu.⁊ careat admiculo
iuris ciuilis.nō ponit actionē.que eſt de iure ciuili. ⁊ re
quirit ea que iur̃ ciuilis ſunt vt.ff.ď pac.l.iur̃ gentium.§.
quīy mo.ħo modo ſoluitur quod dictio mox ſupponitur
v̄bo credere.quaſi dicat in ipō inſtanti.quo qs aliū obli
gat.dicitur credere.Quarto op.⁊ videtur ꝙ nomē rei.
nō debeat accipi in ſuo genere.ſed in ſpē.vt.š.de rei vē
di.l.ſi in rē.ſo.aliud in tractatu realium .vt ibi aliud in
tractatu perſonalium.vt hic.iſta non eſt bona ſolutio.qr
dictiones vbiq; ſignificant idē earum inſpecta natura.
ħa ſo.eſt ꝙ aut loquimur q̄tum ad ſignificationem ab
ſolute.⁊ tunc loquitur hic.aut quātum ad modum agen
di ⁊ deducendi rem in iudicium.⁊ tunc debet certa res
demonſtrari.vt ibi.quia non eſt ſuper quo lix conteſtet̃
nec feratur ſententia.de citatorio dic.vt.l.fi.de anna.ex
cep.ħz.Jaco.⁊ adde quod nō.ff.de verbo.ſignifica.l.rei
appellatione.vbi videtur glo.cōtraria huic.ſed ibi intel
ligitur de libello ſupplicatorio.hic autem i cōuentionali
ħm Bar.⁊ ſic habes ď triplici libello.Item facit.š.de
rei vēdica.l.idē pomponius in fi.Et de libello genera
li.dic vt nō.Inno.de reſti.ſpolia.c.cum ad ſedē.⁊ facit
de leg.ij.l .cum pater.§.vic.p Ja.⁊ facit.j.de v̄bo. obli.
.l.triticū. Quero qr diuerſa lr̃a eſt hic vna dicit bū alia
ex re.tertia here.que eſt melior lr̃a dic ꝙ quelibet ē bo
na ⁊ expone vt in glo.Et nō.ex vltima qď diffinitiones
que ſunt iuris pertinēt ad doctorē.qr intelligere ⁊ ſcire
cōſtat ex diffinitōe vt hic.⁊ eſt arg.qď teſtis interrogatꝰ
de diffinitione debeat rūdere.⁊ ſi dicit neſcio quod non
probet.qr proprias vocē nō intelligit ħm Bar. quod ē
verū.ſi teſtis deponit ſine redditōe cauſe.ſecus ſi cauſā
aſſignauerit.exemplū teſtis interrogatus de fama di
xit vera eſſe interrogatus qd ſit fama dixit neſcio.iſte
nō probat.qr nō cadit cognitio i intellectu ſuo. ſi neſcit.
ſed ſi iterrogatus ď cā dixit.qr audiui a maiori pte gen
tium.poſtea interrogatꝰ.de diffinitōne dixit neſcio nihi
lominus probat.qr videtur ius dixiſſe ſe neſcire nō factū
ſicut i poſſeſſione.ſi dixit ſe vidiſſe tenere lꝫ interrogatꝰ
quid eſt poſſeſſio dixit neſcio.tamē probat vt nō.ff.ď v̄.
ob.l.ſtipulatio iſta.§.hij quoq;.naꝫ ex quo videt aliquē
detinere p̄ſumitur aliquē poſſidere.ut nō. Inno.ex̃ de
p̄uileg.c.cum oliꝫ el ħo.⁊ omnis q ꝑcipit redditus preſu
mitur habere aliquale ius adminiſtrādi.vt.l.i.§ .exerci
torem. auten.⁊.j.de exercito.l.fideiuſſor nō tamē exigo
aliquo caſu perſpicaciter diffinire.cū etiā imperiti teſtes
adhibeātur nec requirit̃ in eis nec exigitur induſtria iur̃
ſed ſenſus.vt nō.C.ď vſur̃.l.i.ſed qď ſciat quādā groſſā
deſcriptōē v̄bi gratia i fama.ſi dicat fama.eſt cōe dcm̄
gentiū.⁊ in poſſeſſione.ſi dicat quod poſſidetur eſt ne ⁊
redire ad rē ⁊ fructus percipere.vt.l.fi.§.ſi qs.š. quib.
mo.vſuſfruc.amit.⁊.l.pōponius.naꝫ ſufficit qď cōſtet eū
intelligē merū fructū.⁊ factū ſcire plene ſciat ⁊ plene ď
eo deponat.Facit qď nō.Inno.ex̃ de teſti.c. cum cauſā
pꝫ ex p̄dictis ꝙ teſtis pōt interrogari qūo intelligat v̄
ba iuris.Item patet quid teneat̃ inde ſcire.vt nō. ff.ď
infa.l.lucius.Et nō.ꝙ ius interdum ponit̃ pro facti qua
litate vt.j.e.l.ſi vero.Itē teſtis ꝑ ſenſū corporis dꝫ hr̃e
noticiā nō p̄ſumptionē intellectus. qr aliud ē p̄ſume
re.aliud vidē.v.l.i.j.ď his q̄ in teſta.dele.naꝫ dictū teſtꝭ
nō trāſcendit ſenſū corporis. De pte que de iur̃ in
terrogatur.an dꝫ reſpōdere dic vt nō.vt.j.ď au.⁊ ar.le.
.l.ornamētorū.Adde quod dcm̄ teſtis nō p̄ſumitur.cir
ca ſolēnitatem vt.C.de vſu.l.i.nec ꝯ ambiguitatē vt ex̃

ď probatio.in p̄ſentia.⁊ nō.in.l.fi.j.ď pto.ſtipula.ſed pre
ſum tur quo ad veritatē.hoc modo. nam ſi ſunt teſtes
numero ſufficiētes p̄ſumitur ⁊ ſtatur vt.§. item v̄borū
inſtiꝫ.ď inutili ſtipula.ſed ſi ē vnus teſtis eſt p̄ſumptio
hominis.ideo legis.⁊ dic vt.j.ti.i.l.admonēdi. Item lꝫ
dictum teſtis dēat fundari in ſenſu.tamē ⁊ intellectu dꝫ
fundari ħm Ariſto.in problematibus intellectus inquit
videt.⁊ intellectus audit.⁊ eſt nō.Itē quādo teſtes ſūt
quaſi contrarij.preſumitur pro dicto teſtis.non quo ad
probandum.ſed debent teſtes.ad cōcordiam reduci ⁊
elidi probatio.vt ex̃.ď teſti.c.cuꝫ tu.ſed dicit.Inno.quod
illud eſt verū in numero pari.ſecus in diſpari.vt extra
ď offi.de leg.c cum cōtingat per.Inno. Secūdo que
ritur ď quorꝫ verborum interpretatiōe loquatur lr̃a .qui
dam dicūt quod erāt quedam verba que hodie nō habe
mus.iſta eſt diuinatio.quod alia verba eſſent q̄ inueni
antur.vt.C.ď ꝯhē.⁊ cō.ſtipula.l.i. Prima opinio eſt
verior tamē vtraq; pōt eſſe bona.quia bonum eſt prius
vidē ď iſto capite gnāli edicti.q̄ ď alijs edictꝭ ſinglaribꝰ
.i.q̄ ď ħa ſpē q̄.š .ſi cer.pet. Tertio queritur an ſub
iſto vocabulo cōtineantur cōtractus innominati glo. po
nit opiniōes.ħa verior.Quarto quero.an eo ipſo. ꝙ qs
cum alio cōtrahit videatur fidē haber̃.glo.dicit ꝙ ſic. ⁊
eo ipſo probatur niſi probetur cōtrarium vt.j.ď pigno.
actio.l.ſi.quaſi.⁊ max.ex appoſitiōe termini.vt.j.ď cōdi
ctio.ob cau.l.iij.§.ſꝫ ſi tibi dedero hanc fidē i cōtractu
venditionis poſſunt haber̃.tam domini.q̄ hij q poſſunt
diſtrahere inuito domino.vt.l.eleganter.§.ſi vēdiderit
j.de pig.act.⁊ ď ꝓcuratore. ⁊ alijs officialibus dic vt. l.
ſi ꝓcurator.j.de iure fiſ.⁊.ff.ď re iudi.l.a diuo pio .§. ſi
poſt.expedito apparatu veniamus ad ea que tangunt
doc. Dicitur hic ꝙ Rubrice pro autēticis habentur
⁊ inde licet arguer̃ ſic.C.ne fideiuſſo.doci.duc.⁊ ibi nō.
⁊ i prohemio.vi.libri. Itē op.ď rubricis decretorum.
So.ille nō ſunt legales ſed magiſtrales. ⁊ ideo ar
gumētum inde ſumptū eſt.probabile nō cōcludens .ne
ceſſario.vt.C.ď legib.l.i.ħm Odofre. Op.hic ⁊ dici
tur quod genus.eſt premittēdum ymo ďr quod ad hoc
vt dictum ſit generale poſtponēdum quia genus quan
do adicitur poſt ſpecies.reddit i diſpoſitionem legalē.
Sed quando ſpecies vel qualitas apponitur tūc lex
non diſponit.vt.ff.de verbo.ſignifi.l. ſi cum fundum. ⁊
de vi.triti .⁊ oleo lega.l.fi.§.cui dulcia.⁊ de penu.l ega.
l.nam quod liquide.§.ſi an.⁊ de le.ij.legatorum . §. qui
plures.ergo vt diſpoſitio ſit generalis genus debꝫ ſubi
ci ⁊ non p̄mitti. So.hic genus opponitur ad demon
ſtrationē ſpecierum hic ad argumētum.ħm.Ja.but.
Op.hic dicitur quod tenet argumētum per locum ab
auctoritate.⁊ cōcludit quando non eſt defectus ex par
te aſſumpti.nec ex parte aſſumētis ſic.C.de fide inſtru.
.l.pe. Sed contra.š.ď re.diuiſio.l.iij.tātum.§.fi.So.
hic auctoritas eſt ratione ſuſulta ibi contra rationē.vt
ff.de ſuppelec.legat.l.labeo.§.verum vel hic.auctoritas
legis latoris.vel auctoritas legis ⁊ ratiōis ibi hominis
⁊ rationis ⁊ ſic non ob. Op.ꝙ male arguat iur̃con
ſultus.in verſi.pe.qr omittit maiorē ꝓpoſitionē.ſ .illam
⁊ genus eſt quod rep̄ſentatur i qualibet ſpecie.ſed ſine
maiori.⁊ minori.⁊ cōcluſione nō procedit ar.ergo īepte
hic arguit iur̃cōſultus.Sol.hic ſubauditur maior propo
ſitā.ſicut alibi minor.vt nō.C.ď admi .tuto.l.cū q̄dā.nā
⁊ libellus procedit aliquando omiſſo medio.ſi ſubaudia
tur.⁊ preſumatur a iure.vt.ff.que in frau.credito .l .oēs
§.lucius.Item obmiſſa cōcluſione.i.q.iij.qr preſulatus
⁊ tamē libellus ad iſtar argumēti formādus eſt .ex hoc

argnit bar. quod idem i teſte. quod ſufficit ſi dictum ei⁹
includit ſenſum corporis p̄ſumptiue preſumptiōe iuris
vt ſi dicit talem eſſe bone vite. ⁊ fame. iterrogatus quo
mō ſcit. dicit q̄ꝛ vicinus nam preſumitur ſcire. vt. j̄. loc.
l. dominus. ⁊. ff. ꝺ flu. l. i. §. i. ⁊ nō. i. l. ij. C. qn̄ fiſ. vel p̄ua.
Item non oportet ſemper quod probationis cauſa
ſit neceſſaria dum tamē preſumptio iuris ei aſſiſtat. vt
nō. C. de probatio. l. neq̄ʒ natales. ⁊. j̄. de probatio. l. cuʒ
de etate. Ego nō credo hoc verū. q̄ꝛ teſtis debet red
dere rationem per cauſaʒ imediatam ſcientie. i. per ſen
ſum nec dicitur teſtis ſcire niſi ea quibus interfuit. ſed
pars dicitur ſcire que indubitanter credit ſi cum verita
te conſonet licet nō interfuerit facto de hac materia ha
betur in. l. ſi is ad queʒ ⁊. l. pantonius. ff. ꝺ acqui. hr̄di. ⁊
ff. de teſta. l. qui teſtamēto in fi. ⁊. C. ꝺ teſti. l. teſtiuʒ. ⁊ lʒ
vicini p̄ſumātur ſcire tamē ſi interrogati nō reddūt cāʒ
bonaʒ p̲ ſenſuʒ corporis nō probant nec p̄ſumitur ſcire.
alioquin fruſtra vicini iterrogarētur de cā ſcientie ſiſe
ille qui dicit vera eſſe preſumitur ſcire etiā ſi non addat
cām ſcientie niſi ſup̲ iure deponat. vt nō. Inno. ex̄ de te
ſti. c. cum cām ⁊ rōne ſi vlterius proceſſum ē ad interro
gatōem de cā ſcientie nō probat. q̄ꝛ mala ratio deſtruit
dictuʒ vt nō. in. l. ul. i. de offi. procura. ceſa. ⁊. l. nō oēm de
legib. nūquaʒ eniʒ p̄ſumit lex pro teſte. ſi reddat mallaʒ
⁊ inſufficiētem rōnem dicti ſui. q̄ꝛ ſicut ratio bona iuſtifi
cat dcm̄. ita mala elidit. q̄ꝛ in cā ſtat effectus. Extra q̄
ro hic ꝺ duabus queſtionibus. p̄ma an obligatus ex fiꝺ
iuſſoria cā dicatur obligatus ex ꝯctu. Secūda an agens
ex iure ceſſo dicatur creditor. Tertia queſtio etiā poteſt
moueri ex dictis Odofre. An ille qui petit iur̄dictionē
dicatur agere reali. q̄ꝛ iur̄dictio nō eſt dn̄ium rei corpo
ralis nec ſeruitus. ſed tertia ſpēs. q̄ꝛ ſi nō eſſet debitor
nō poſſet ꝯueniri. ⁊ vt appareat. que ſit vtilitas queſtio
ni. exempla ponēda ſunt. dicit ſtatutum ꝙ ꝺ omni ꝯctu
ſoluatur gabella. an ſoluatur ꝺ ꝯctu fideiuſſoris. ⁊ vr̄ ꝙ
ſic. nam fideiuſſor obligatur p̲ ſtipulationē ꝺ fideiuſſo. l.
blanditus. naʒ fideiuſſio nō eſt de iuregentiuʒ. ſed ꝺ iur̄
ciuili. ideo fit verbis. vt. ff. ꝺ v̂bo. ob. l. qnta. §. ſatis acce
ptio. ſed ſtipulatio eſt ꝯctus. ymo ⁊ pactuʒ nudū eſt ꝯct⁹
vt nō. de actio. ⁊ obligatio. l. i. in magna glo. ⁊. C. qꝺ me.
cau. l. donationis. ergo ⁊c̄. Preterea in fideiuſſione
reſultat ꝯctus mandati. ideo ꝺ eo dʒ ſolui. vt. l. qui patit̄
ff. manda. ⁊. ff. de reg. iur̄. l. ſemp̲ q̲ nō prohibet. In ꝯ
trium vr̄ quod fideiuſſio nō ſit ꝯctus ſtricte loquēdo. q̄ꝛ n̄
naſcitur hicinde obligatio directa nec ex vna pte dire
cta nec ex altera ꝯria. ergo ⁊c̄. vt. ff. ꝺ v̂bo. ſigni. l. labeo
§. ꝯctuʒ. naʒ ſtatuta ſūt ſtricte interp̄tanda. q̄ꝛ ſtatutum
eſt ſimile ſtipulationi. cuʒ fiat interrogatōe magiſtrat⁹
p̄miſſa. ⁊ populi rn̄ſione ſecuta. inſti. de iure natu. §. lex
eſt vel ē ſiſe cyrographo. q̄ꝛ ſcriptura ē de ſubſtantia ſta
tuti. cū ſit pars iuris ſcripti. vt inſti. ꝺ iure natu. §. i. ⁊ cui
cūq̄ʒ aſſimiles ſtricti iuris erit. Iteʒ pʒ q̄ꝛ parit cōdi
ctionem ex. l. que eſt ſtricti iur̄. Item fideiuſſio nō poni
tur ſub hoc titulo qui ē generalis ad omnes ꝯctus. ergo
nō ē eius ſpēs. ſed dicēdum eſt quod rō ſtatuti ponderā
da eſt maxie hic vbi v̂bum pōt hr̄e plures ſignificatōes
⁊ ſtrictaʒ ⁊ largam. q̄ꝛ ratio eſt mens ⁊ medula ſtatuti. ⁊
eſſentialiter. idem ē mens ſtatuti qꝺ ip̄m ſtatutū. vt. ff.
de v̂bo. ſigni. l. nois ⁊ rei. §. v̂bum ex legibus ⁊ nō. ff. de
ꝯdic. ⁊ demō. l. cum tale. §. pe. cum ergo ratio ſit gnāl̄is.
ergo ⁊ ip̄m ſtatutuʒ ar. ff. de mili. teſta. l. in frandē. §. fi.
dʒ ergo ſolui niſi de principali ꝯctu eſſet ſolutuʒ iſta ga
bella. q̄ꝛ duplici onē nō debēt ꝯhentes grauari ar. nō. in
. l. i. C. ꝺ mulie. ⁊ i quo loco vel niſi ꝯctus p̄ncipalis eſſet

ex p̄uilegio imunis a ſolutione gabelle ar. C. de vſu. l.
eos in p̄n. ⁊. §. i. in eo tamē quod dicit ſtatutum regrere
ſubſtātiaʒ ⁊ p̲ cōſenſuʒ. ⁊ formaʒ. ⁊ ſcripturaʒ ſicut cyro
graphū. Quidā dicūt ꝯ. q̄ꝛ exp̄ſſus cōſenſus populi ſine
ſcriptura tm̄ dʒ opari in inſtanti. quātuʒ cōſuetudo p̄ſcri
pta longo ſpacio tp̄is vt nō. in ſili in. l. ij. C. de dotj. pro.
ſed certa iura dicūt qꝺ nō reperit̄ ius nō ſcriptuʒ. niſi cō
ſuetudinariū vt inſti. de iure nāli. §. p. ſed ꝺ hoc nō cadit
ad p̄ſens diſputare. Alia q̄ſtio dicit ſtatutū. qꝺ obligat⁹
ex ꝯctu nō poſſit alienare bona ſua. niſi p̄mo ſoluat cre
ditoribus. queritur an fideiuſſor his v̂bis cōprehēdatur
⁊ vr̄ ꝙ. nō vt in. §. ꝯctum Sed ibi loqt̄ ſtrictiſſima iur̄
interp̄tatione. ſed v̂ba ſtatuti debent intelligi ſm̄ cōem
vſuʒ loquēdi. ⁊ cōis vſus loquēdi eſt largus. ⁊ gnāl̄is. ſʒ
pe. diſtinguit aut finale p̲iculuʒ nō tangit neq̄ʒ reſpicit
iſtuʒ fideiuſſorē. q̄ꝛ reus nō eſt ſoluēdo. vel al̄ nō habʒ re
greſſuʒ. ⁊ tūc ſtatutuʒ pretēdit̄ ad eum. aut ſ ma e p̲iculū
nō tangit reū. q̄ꝛ reus ē ſoluēdo. ⁊ eſt p̄mo excutiendus.
tūc iſte fideiuſſor nō ꝯtinetur ar. de ritu. nup. l. ſi qs tutō
⁊ bene facit. e. ti. ſenatꝫ. ⁊. l. libertus in rōne ſui. ⁊. ff. de ex
cuſatio. tuto. l. ſpadones. §. ſi iter ⁊. C. de fideiuſſo. l. blan
ditus. . item cum fideiuſſor teneatur. ergo ex contractu
tenetur vt inſti. de actionibus. §. ſequens. q̄ꝛ in alia ſpe
cie n̄ cadit eius obligatio. Quid autē ſi dictat ſtatutū
quod mercatores contrahentes ſint imunes a ſolutiōe
gabelle modo quidā mercator fideiuſſit ꝓ titio nō mer
catore. an de iſta fideiuſſione ſoluetur gabella. ⁊ vr̄ qꝺ
non. quia qui fideiubet non dicitur mercator nec nego
ciari nec mercari. vt. j̄. qꝺ cum eo. l. ticiam. ego dico con
tra. q̄ꝛ verba ſunt prolata reſpectu perſone nō reſpectu
actus. ſeu cauſe facit. ff. de publi. l. licitatio in fine. ⁊. C.
ad macedo. l. fi. in fi. Quero dicit ſtatutum. quod de
bitor poſſit cogi. de facto. ad petitionē creditoris. Mo
do queritur. an habens iura ceſſa. habeat iſtud priuile
gium. ⁊ vr̄ ꝙ nō. q̄ꝛ non eſt creditor proprie. argumēto
huius lr̄e. Tu dic contra. q̄ꝛ eſt creditor interp̄tatiue
vt. C. de dona. l. ij. ⁊ melior ratio eſt. q̄ꝛ venit ex perſona
aliena. ⁊ eodem iure vti debet. eum cedente ⁊ ex alteri⁹
perſona. credi. vt. C. de procura. l. qui ſtipendia nam be
neficium ſtatuti eſt annexum cauſe non p̲ſone. ideo trā
ſit. ad acceſſorium. ſm̄. Ja. but. Queritur vtrum rei
vendicatio competat pro iur̄dictione vendicanda. ⁊ vr̄
quod ſic. quia nomen rei eſt generale. vt hic. tu dic ꝯriū.
q̄ꝛ rei vendicatio ē nomē ſpālis actionis. que datur ꝓ re
corporali. nō incorporali. ſʒ dabitur vtilis confeſſoria vel
officium iudicis ſm̄. Odofred. facit ex̄ de iudi. c. exami
nata. tamen iſta ſubiectio quo ad iur̄dictionē. non eſſet ꝓ
prie ſeruitus. quia non caderet inter p̲ſonas ingenuas. ſʒ
eſt ius per ſe annexuʒ. territorio. vt. C. vbi ⁊ apud quos
l. ſi alij dicunt quod ꝓ temporali iur̄dictione. cōpetit vti
lis confeſſoria ꝓ ſpirituali meruʒ officium iudicis. quod
ꝓponitur maxime pro his que ſunt diuini iuris. vt. ff.
de peti. heredi. l. hereditas i fi. ⁊. l. ſancimus. C. de ſacro.
ſan. eccle. ⁊ de iſtis duabus iur̄dictionibus nō. Inno. de
poſtula. p̲lato. c. bone. Querit. Odofre. quare dixit ꝺ
rebus creditis ⁊ nō de rebus debitis. rn̄deo ꝙ correla
tiuoꝝ. eadem eſt diſciplina. ⁊ cognito vno cognoſcit̄ re
liquū. vt. l. i. ff. de his qui ſui. vel alie. iur. Itē eſt ideʒ
ſtatutū. C. de indic. vidui. l. fi. ⁊ de cup̄ſ. l. i. ⁊. ꝺ. de accepti
la. l. fi. ⁊ non reperitur creditor ſine debitore niſi in ca
ſu quando debitor deceſſit ſine herede. vt. l. depoſi. l. i.
§. plane. ⁊ de ſolutio. l. ſticum in p̄ncipio. Ultimo ha
bes hic quedam vocabula ſub hoc noie titulus. ⁊ quot
modis ponatur dic vt. C. fa. herciſ. l. non eſt. Iteʒ habes

hoc aduerbium mox.quod aliquando ponitur.i.īmedia
te ipſo iure.vt in auē.de inceſt.nup.in pncipio.aliqñ pro
triduo.vt.C.ð iudi.l.p.aliqñ pro minori ſpacio.vt.l. a di
uo pio.§.ſi ſuper rebus ⁊.§.ij.⁊ ſic ſecundum ſubiectaꝫ
materiaꝫ. Item habes h verbum res. ⁊ quot modiſ
ſūmatur dic vt nō.archi.xl.diſtictōne.ante.

**Mutuum.** Ex ɔctu mutui ñ oritur obli
gatō.ad idem i ſpē.nec ad di
uerſuꝫ i genere.ſed ad ideꝫ i genere ⁊ diuerſū
i ſpē.h.d. Prio ponit vnaꝫ regulam negatiuaꝫ.ſeu vnū
dcm̄ negatiuū. Secūdo ponit rōem huius dicti.Tertio
ponit quoddaꝫ dcm̄ affirmatiuū.Quarto probat p rōēꝫ
ſa ibi aliogn.tertia ibi.ſed ideꝫ.quarta ibi.nam ſi. Nō.
qð in mutuo.nō dꝫ reddi.ideꝫ i ſpē.ſed ideꝫ i genē. Nō.
ꝙ obligatio ɔcta ad aliud i genē nō ē obligatō mutui.ſꝫ
ex alio ɔctu. Nō.ꝙ idē dr̄ duobus modis.primo modo
idē i ſpē.qñ eſt ideꝫ corpus vt idē ſacchus frumēti.ſecun
do mō ideꝫ i genē qñ nō ē illud pmū corpus.ſꝫ aliud ſub
eodē genē.vt tm̄deꝫ frumēti. Ex his collige diffinitō
neꝫ mutui.naꝫ mutuuꝫ ē ɔctus qui re ɔhitur ex quo na
ſcitur obligatio ad tm̄deꝫ i eodeꝫ genē.ɔhitur vt.j.eo.l.
tm̄ quid.⁊ diuerſuꝫ i ſpē.Oppo. hic nā dicere ꝙ mutuū
cōſiſtat in ſpē ɔ.j.§.pximo.So.ſpēs dr̄ dupl'r. vno mō
res ſine corpuſ i genere ſuo functionē recipiēs.⁊ tunc ca
dit mutuū in tali ſpē.qꝛ actus corporalis hꝫ aliqd tradi
tionis ſuper aliquo corpōe cadē.ita loquitur hic.ſo mō
dr̄ ſpēs corpus.quod in genē ſuo nō recipit functōem vt
ſacchus.⁊ i tali ſpē nō conſiſtit mutuū.vt ibi.iſta ē ſo.gl.
aliqualiter declarata ⁊ deſignata .⁊ ſuppleta. Op.
ſo hic dr̄ qñ dꝫ idð reddi.ē ɔctuſ depoſiti.l' ɔmodati ɔ y
eſt ɔctus innoiatus vt.ff.ð pſcriptꝭ vb.l.ſi tibi.So.aut ñ
fuit trāſlatuꝫ dñiuꝫ.⁊ ſic loqtur hic.aut nō fuit trāſlatuꝫ
dñium ⁊ ſic loqtur ibi.qꝛ ē ɔctus innoiatuſ.videtur ex ɔ
ctu noiato.vel fuit appoſita ſtipl'o.vt.C.rem in pñti.§.i.

Op.⁊ vr̄ ꝙ dñio nō tranſlato ſit precariū.vt. j.ð do
na.l.lucius.So.cōcedo ꝙ poteſt eſſe pcariuꝫ ſi ɔhitur i
fōma pcarij nā ɔctuſ ex cōuentione nomē accipiūt vt.j.
ð donatio.l.vbi ita donatur vel clarius.aut res nō cōce
ditur ad vſum.⁊ ē depoſitum.aut ad vſum.⁊ tūc aut cer
tuꝫ ē.⁊ eſt cōmodatuꝫ.aut incertū.⁊ eſt pcariuꝫ.vt nō.C.
cōmo.l.ij. Opp.⁊ vr̄ quod in depoſito iterduꝫ trāſſe
ratur dñiuꝫ.j.depoſiti.l.dies ſpōſalioruꝫ.§.fi.So.ibi ex
ceſit terminos depoſiti.vt.ff.e.ti.l.lucius.i titulo depo
ſiti ſic.j.e.l.In naue ſauphelli. Opp.vlterius ⁊ vide
tur vbi illud idem dꝫ reddi nulla ɔhatur obligatio.vt.j.
de ſolu.l.q ſic.So.in hoc ſit diſtingue.aut ɔctus nō req
rit trāſlatōem dñij.⁊ tūc ɔhitur obligatio ſiue collebret
gr̄a creditoris tantum ſiue alterius vel cōi.vt in depoſi
to.⁊ cōmodato.vt hic aut requirit tranſlationem dñij.⁊
tunc aut ideꝫ dñium momentaneū affert vtilitatē rece
pti.alicuius q̄ſtus vel obligat⁹ ⁊ ɔhitur obligatō vt.j.ſo.
ma.l.ſeruus dotalis.aut nō affert vtilitem ⁊ non tranſit
dominium.vt.l.qui ſic . Si vero debꝫ reddi aliud .ſine
ſit aliud quo ad ſpeciem.auo ideꝫ quo ad genus .⁊ valꝫ
obligatio vt.j.de verboꝝ oblig.l.ſi penaꝫ.⁊ ibi nōt. ſiue
aliud quo ad ſpeciem ⁊ genus ⁊ adhuc valet obligatio
vt.j.de pſcriptꝭ.verb.l.naturalis ⁊ facit.j.e.l.ſi tibi.Ad
de quod dicam.j.in.§.mutui in glo .magna. Querit
glo.an i mutuo poſſit idem reddi.⁊ vr̄ ꝙ non vt.j.§.i.in
vbo magis q̄ per ſpēm. Item qꝛ idem nec cadē poteſt
i obligatōe.ergo nec i ſolutōne.ar.j.de acceptila. niſi cō
ſentiant.Iteꝫ ad hoc facit.ar.C.de remiſ.pig.l.ſolita nō
eniꝫ hoc vr̄ claudi ſub genē ex quo ſemel acceptū ē ɔtū
deteriāt glo.p tex.inſti.qb.mo.re ɔhit oblig.in pn.i vbo

qñqꝫ variatio ſolutōis vt.C.do reſcin.venditio.l.pcij cā
Item maior ē functio ſi idem ſoluat' q̄ ſi nō idem.ergo
⁊c.ponderata ratione tex .j.eodem.l.i. Preterea
ita repreſentatur idem genus. in iſta ſpecie . ſicut in
alia vt.ſ.e.l.i.ergo cum habeat in ſe generis eiuſdē rep
ſentatōeꝫ ſolui pt.⁊ hec eſt veritas.qꝛ ñ itereſt creditōiſ
vt.j.de ſolutio.l.paulus reſpondit de hoc nō eſt dubiū.
ꝙ illud fuit mutuum.a principio inſpecto propoſito ⁊.qꝛ
retro habuit omnia eſſentialia. Secundum dubium
eſt circa ſolutionem.an poſſit idem reddi .dic vt nō .j.
e.l.nam ⁊ ſi.nec obſtat quod lr̄a dicit hic.receptura non
idem.Quia verum eſt ex neceſſitate.obligationis.qꝛ nō
neceſſitat.ad idem preciſe.ſed ex natura rei ſoluende q
naturam ſui generis ſortitur. Queꝛit glo.quando dꝫ
reddi aliud genus.qs contractus eſt.⁊ dic vt.j.§.i.in gl.
magna.adde ſi aliud. aut hincinde .ſpēs ⁊ eſt permuta
tio.ſi autem genus hincinde vel ex altera parte eſt con
tractus innominatus.alius a permutatione vt.j.de pre
ſcrip.verb.l.naturalis.§.i.ſm.Odofre.⁊ alios.

**Mutui datio.** Dixit ad quid contrahitur
obligatio. nunc dicit i qb⁹
rebus cōſtant contractus.⁊ obligatio.⁊ diuiditur i tres
partes.vt i glo.pma patet.ſa ibi quoniam.tertia ibi.qꝛ
hoc dicit. Mutuum conſiſtit i rebus conſiſtentibus.
pondere numero.⁊ menſura qꝛ i alijs non cadit mutu
um.⁊ eſt ratio.qꝛ i dictis reb⁹ cadit functio.i. ſimilitudo
naturalis.debita ⁊ oimoda ex natura ſui generis.vt ex
ſolutōne eiuſdem ſpēi non ſic i alijs rebus.ſi eniꝫ i alijs
rebus caderet mutuum aut redderetur idem i ſpecie .⁊
eſſet cōtra naturam mutui.aut diuerſum ⁊ eſſet contra
rationem.qꝛ aliud.⁊ ita aliud quod ideꝫ fungi nō poſſet
pro alio inuito creditore.ſoluit diuerſum.ſꝫ idem qꝛ qð
eſt omnino ſimile.idē eſſe videt' iuris interpretatione
non eiuſdē ſpeciei ſolutione hoc dicit. Nota hic argum̄
tum a conſequenti deſtructo.quando oppoſitꝭ.conſequē
tis inferunt oppoſitꝭ.antecedentis al' nō eſt bonuꝫ argu
mentum.C.de proba.l.neqꝫ natales. Nota ꝙ vna
res fungitur loco alterius rei.eiuſdem generis in reb⁹
conſtitutis i pondere numero vel menſura non i alijs.
qꝛ i iſtis non eſt dr̄ia i effectu.adeo natura ad inuicē aſſi
milat.vt nec ſubtili artificio poſſit dr̄ia aſſignari.ſꝫ alijs
non eſt ſic.qꝛ vna non fungitur loco ⁊ vice alterius .qꝛ
non habent tantam ſimilitudinem ad inuicē nec ſimbo
lū nec equipollentiaꝫ ⁊ facit.j.e.⁊c. Nō.ſo quomō
genus.hic ſūmitur p q̄titate.⁊ p pondere ⁊ menſura.

Nota.tertio regulam quod aliud pro alio non pōt
ſolui. Op.ꝙ genus aliter ſūmatur.vt in arbore por
firij. So.concedo qð aliter loquūtur legiſte.de gene
re.⁊ de ſpē.⁊ aliter artiſte.apud eos genus habꝫ ſub ſe
ſpecies.de quibus predicat' ſpecies indiuidua.Induidu
um vero dicitur quod non habet aliud ſub ſe.⁊ nō habꝫ
aliam predicationē niſi ſui ipſius.ſed legiſte vocant ſpe
ciem corpus demonſtratum.genus vero.ꝙ ſine demon
ſtratione alicuius corporis profertur idiuiduum.Cuius
pars non eſt vel.Cuius pars permitti vel.Cuius pars
ſolui non poteſt.vt.ff.de verbo.oblig.l.ij. Querit gl.
de quinqꝫ queſtionibus.pma eſt vtrum menſura poſſit
reddi pro numero.⁊ dic ꝙ nō.qꝛ numerus ⁊ menſura.
habent ſe vt duo genera nam alterum genus eſt eoruꝫ
que numero alterum eorum que menſura ſed diuerſuꝫ
genus ñ poteſt ſolui.ut hac.l.iiij.rñſ.ergo ⁊c. Preterea
lex eſt expreſſa.j.de fideiuſſo.l.ſi fideiuſſorem accepero

Quid econtra.an nūerus poſſit reddi pro mēſura. ⁊
pecunia.pro frumēto.⁊ vr̄ ꝙ ſic p eandē legem i fi.⁊ per

.l.vinum.j̈.e.contrarium dico.vt.j̈.man.l.ſi is qui.§.fi.
nō ob.l.vinum.q̄ꝛ ibi creditoꝛ hoc petit propter moꝛam
rei. Secundo querit glo.nūquid numerus poſſit red
di pꝛo pondere .i.pecunia pꝛo maſſa.ꝛ vr̃ ꝙ ſic.per.l.i.ꝺ
aur.ꝛ ar.leg.ꝛ.C.de dona.l.ſi quis argentum i ꝑncipio.
Econtra ꝙ nō pꝛopter diuerſitatem generis. Itē ꝓ
pter.l.paulus.j̈.de ſolutio.pꝛimum tenet glo.dūmmō
ſoluatur in eadem materia.puta argentuꝫ pꝛo argento
puruꝫ pꝛo puro.ita quod ſit ibi ꝯtinuatō eriſ que facit ip
ſum i purū.ſꝫa hic.ꝛ rn̄deo ad.l.i.aliter quod ibi ſpāle eſt
i vltima volūtate que rō facit ad oppoſitum.q̄ꝛ i vltima
volūtate magis eſt ꝑciſſa obligatio vt.j̈.de le.iij.l.fidei
cōmiſſa.§.fi.ꝛ ideo opio glo.eſt va.ſi nō intereſt credito
ris ar.i.l.paulus.Item q̄ꝛ nūmi poſſunt i maſſaꝫ reduci
vt.ff.ꝺ le.iij.l.q̄ſitum.§.illud .nec obſtat qꝺ videat̃ diuē
ſum genus.q̄ꝛ ymo i eadeꝫ materia.q̄ꝛ materia ꝛ mātū
nō differūt genere niſi eſſet facta diſgreſſio in materia
tum.vnde pꝛo frumēco nō poſſet ſolui farina.vt.j̈.de pi
gno .actio.l.ſi ꝯuenerit.§.ſi quis ſic. Sed an pōt rde
di numerus ꝓnūero .in diuerſa materia puta tot lo.di.
quot valet vnus floren⁹ pꝛo vno floꝛeno.glo.dicit qꝺ nō
q̄ꝛ diuerſitas materie videtur eē diuerſitas generis.fal
lit vbi conſuetudo permittit ſolui.Ita nō.glo.in dicta.l.
ſi qs argentuꝫ.in ꝑn.Re.dicit ꝙ circūſcripta omni cō
ſuetudine.hoc pōt fieri.ſi nō intereſt creditoꝛis vt.l.pau
lus.j̈.ꝺ ſo.Sed q̄nqꝫ reſeruatio viciat actū q̄n reſeruan
tur ſubſtātialia.que reſeruari poſſunt vt nō.ꝑ dy.ff.ꝺ v.
ob.l.triticuꝫ.ꝛ vide.j̈.ꝺ cōſti.pec.l.qdam.quod cōcedo.ꝑ
.l.ꝛ.l.q̄ extrinſecus.ff.ꝺ vbo.ob.Et hec fuit opio Io.vt
pꝫ.j̈.in alia glo.magna.ꝛ ar.e.ti.l.cum ſticuſ.non obſtat
ꝙ ſic diuerſuꝫ genus materie.q̄ꝛ rn̄deo quod interꝑtat̃
eſſe idem q̄ꝛ omis quātitas eſt ſub genē eoꝝm que i nu
mero cōſiſtunt.vn̄ numerus vt genus cōplectitur quā
titatem cuiuſlibet materie ꝛ foꝛme.ꝛ ſufficit ſola cōueni
entia in genere.nec in nūmis cōſideratur qualitaſ intri
ſeca.ſed valoꝛ.Secus in aliis rebus vt.j̈.e.l.cum quid
illa eniꝫ rubꝛica reſpicit nō ſoluꝫ nām obligationis.ſed
beneficiuꝫ ſolutionis.ꝛ per cōſequenſ lꝫ intrinſeca boni
tas argenti ſit.ꝑma ſupꝛa bonitatem eris.tn̄ in quātita
te eſt ſpāle.vt nō cōſideratur iſta bonitas.ſed ſola equi
ualentia.ſed glo.ſentit ꝯꝛium.j̈.e.l.cum quid i ꝑma glo.
parua.quod illa rubꝛica hꝫ locum etiam in numero ꝛ in
quātitatibuſ.q̄ꝛ illa lex indiſtincte loquit̃.ꝛ q̄ꝛ diuerſitaſ
i materia vr̃ eſſe diuerſitas i ſubſtātia vt.j̈.ꝺ ꝯhen.ēpti.
.l.in vēditoꝛibus.ꝛ facit in rōne ſui.ff.de ſolu.l.pꝛout quiſ
que ſi incipit ab datione rei iſta ſpēs eſt.ſi vero a cōuen
tione dādi genus.tunc verum dicetur Ia.Tertio queri
tur nūquid menſura pꝛo mēſura.i diuerſa materia.vt cō
bis vini pꝛo coꝛbe frumenti.dicit glo.ꝙ nō ꝛ bene quia
ſunt valde diuerſa. Quid autem ſi das frumentum .vt
dem argētum glo.dicit ꝙ non eſt mutuum.ſed venditio
vel cōtractus innominatus nō declarat que ps iſtius al
ternatiue ſit vera.ꝛ ideo videtur.ꝑmo ꝙ ſit cōtractus i
nominatus vt.j̈.de condic.ob cauſam.l.fi.q̄ꝛ conuentio
eſt concepta ſuper datione rei. In contrarium videt̃
quod ſit empto.aut in maſſa vel in ſpecie.ꝛ tunc eſt con
tractus innominatus.ut.j̈.de pꝛeſcrip.vb.l.naturalis.§.
at cum do.ꝛ extra de vſu.c.nauiganti.nō ob.l.fi.de con
dictio.ob cauſam.quia illud quando ſpecies dari conue
nit hic quando genus.quod dari tacite inerat ex natura
generis ut nō.ff.de lega.i.l.ſi domus.§.de euictione ſe
cundum Iaco.butri.ſed certe ſi incipit ab datione rei
iſta ſpēs eſt ſi uero a conuentione dandi genuſ.tūc uerū
diceret.Iaco. Quarto querit glo.quid ſi do tibi car

tas ad pondus vel oues ad numerum.dicit gl.quod vi
detur viciūm.q̄ꝛ non omne quod ponderatur conſiſtit
in pōdere.nec omne ꝙ numerat̃ ꝯſiſtit in numero.alio
qn etiam i operis conſiſteret mutuum cum pꝛeſtentur
ad numeruꝫ.vt.j̈.de verbo.obligatio.l.i ſtipul̃.quod eſt
falſum.vt.j̈.de pꝛeſcrip.verb.l.ſi operas. Ad hoc er
go vt dicatur res.cōſiſtere i numero.ꝛ eadem doctrina
eſt de pondere.ꝛ menſura .quattuoꝛ requiruntur ꝑmo
natura.i.oꝛdinatio pꝛimeue iſtitutionis.quod res .ſit ad
hoc oꝛdinata ſeu nata.vt pecunia ad mutuandum.q̄ꝛ n̄
habeat̃ vtilitas ex ea niſi per numerationē.vel ꝑ noua
tionem.vt.j̈.de contrahen.emp.l.i.ſecundo requiritur
aptitudo.nam ſi homines numerētur ponderent̃ inep
tum eſt.ſed ſi pecunia numeret̃ aptiſſima.res eſt.q̄ꝛ ad
hoc eſt apta nata. Tertio reqritur conſuetudo.q̄ꝛ cō
ſuetudo debet attendi.ff.de fun.inſtruc.l.cū de lanionis
§.aſinam.vnde ꝑꝑ conſuetudinem eadem re.qs vtitur
diuerſimode.quandoqꝫ i foꝛma numeri vt nūmos nu
merando.quandoqꝫ i foꝛma ponderis vt nūmos ponde
rando.ſed ſi nō eſſet conſuetudo.mutuare nūmos ad pō
dus.nō poſſent mutuari ad pondus. Quarto qꝺ act⁹
mutuantis cōfoꝛmet ſe aptitudini.nam ſi do nūmos vt
ſpēm i ſacco nō eſt mutuum.non intelligas q̄ꝛ ſacchus i
pediat mutuū.ſed q̄ꝛ non fit ꝯnumeratio numeri.facit
vt.ff.de vſufruc.l.ſꝫ ꝛ ſi quis.§.i.ꝛ.ff.de cōtrahen.emp.
l.hec venditio.§.i.ꝛ ita dicit glo. Quinto querit glo.
an in pane cōſiſtat mutuum dicit glo.ꝙ non.alij contra
ſi ſit conſuetudo.ꝛ paritas hincinde.q̄ꝛ habent inicem
functionem ſm Guil.ꝛ Mar.de fa.ſed glo.dicit me
lius.q̄ꝛ iſta ſimilitudo nō eſt naturalis ſed accidentalis
ꝛ induſtrialis ꝛ huiuſmodi accidentia paria raro inſe
quuntur ſubiectum natura vero cōmunis eſt.ſꝫ ars in
genij diuerſa vt.j̈.de cōdic.indebi.l.ſi nō foꝛtē.§.libert⁹
ꝛ.ff.de ſolutio.l.inter artifices.ꝛ ſic apparet ex pꝛedictiſ
quomodo ſpecies ex ſuo genere.ꝛ quō geneꝛa ad inuicē
recipiant functionē.ſꝫ quid ſi dico mutuo tibi .x.coꝛbes
uini.vt reddas totidem grani.ita q̄ꝛ expꝛeſ.verbum mu
tuo.erit mutuum.dic quod non.q̄ꝛ ſpecies cōtractus pē
det ex legis oꝛdinatione ꝛ nō pōt pactum mutare ſpeci
em cōtractus.ſed transfert i cōtractum i quē cadere pōt
vt.j̈.de dona.cau.moꝛ.l.vbi ita. Circa qꝺ eſt aduertē
dum.nam quandoqꝫ contrahentes vtuntur uerbis.ſed
incongruis. Quandoque vtuntur pactis incongruis.
pꝛimo caſu non nocet incongruitas.uocis ſeu uocabu
li ſi.mens eſt apta.ut.j̈.loc.l.ſi uno.ꝛ in hoc ponderatur
natura cōtractus.plus quam natura pꝛolatoꝛum vboꝝ
ut ibi dicitur.ſed bene poſſet nocere omiſſio ſolemnita
tis.uel foꝛme.ut.j̈.de cōſti.pec.l.i.§.i.ſꝫo cāu pactum in
ſertum pꝛopꝛie cadere in aliquem cōtractum.ꝛ ille con
tractus intelligitur celebꝛari.ut.j̈.ꝺ dona cau.moꝛ.l.ubi
ita.aut nō poteſt inferre nouum cōtractum.ꝛ tunc aut
pactum apponitur ad augēdum.ꝛ nō uiciat contractum
ut.j̈.de ꝑcar.l.cum ꝑcario.aut apponitur ad detrahen
dum.ꝛ tūc aut apponitur ſuper eo quod eſt ꝑncipale ꝛ
ſubſtātiale.aut apponitur ſuper acceſſoꝛio.ꝑmo cāu.aut
apponitur incōtinenti ꝛ viciat contractum.aut ex inter
uallo.ꝛ tunc aut apponitur ſuper parte rei ſubſtantial̃
ꝛ nō uiciat.ſed uiciat̃ ut.ff.de uſu.ꝛ habi.l.ꝑ ſuū.§.i.aut
apponitur ſuper tota re.ꝛ tunc ualet q̄ꝛ receſſum uidet̃
a cōtractu.ar.j̈.de acceptil.l.ꝛ per iuſiurā.§.i.ꝛ.§.illud
ſꝫo caſu quando apponitur ſup acceſſoꝛio.ꝛ tunc licet pa
ctuꝫ ſit impoſſibile uiciatur.ꝛ nō uiciat.ut.ſ̈.ſi uſuſfruc.
pet.l.i.§.i.ꝛ nō.ſ̈.de adop.l.ſi pr̃ ꝛ ideo.multociens non
ualet.reſeruatio.ꝛ ualet actus ꝑncipalis ut.ff.ꝺ integr.

reſti.l.dñus.⁊ de fruc.⁊ lit.expen.l.terminato.Sꝫ quã
do reſeruatio uiciat actum.quando reſeruatur alia que
reſeruari non poſſunt ut nõ.p dy.ff.de uerbo.obligatio.
l.triticum.⁊ uide.ĩ.de conſti.pec.l.quidam.⁊ hoc quãdo
ẽ incõpaſſibile cum pncipali.Si aũt vtrũqꝫ põt valere
vtrũqꝫ ſeruãdum eſt.vt.C.ꝺ iure emphi.l.ij.⁊.ĩ.ꝺ ꝯhen.
emp.l.pacta cõuenta,interdũ etiaꝫ pcm̃ deducit ꝯctum
ad naturaꝫ pacti vt.ĩ.depo.l.lucius.qꝛ nõ ẽ ibi repugnã
tia ꝯtrarietatis.que verba. Nõ.illud auteꝫ certuꝫ ẽ ꝙ vba
ſunt interptanda ſm nãm ꝯctus.vt.ĩ.de vſur.l. ſi ſtipu.
⁊ de dam.infec.l.damni.vſi.quod ⁊ in ſtipulatõe. ⁊ facit
ad plura nõ.p Ja.ꝺ are.⁊ per dy.ff.de vbo.obli.l. conti
nuus.§.ſi fuerit.nam cõpaſſibilis clauſula nõ viciat. Si
aũt poteſt cadere in ꝯctum ſm naturam ꝯctus.tũc pro
prie ſtat.⁊ valet vt.ff.depo.l.i.§.ſi cõuenerit.⁊ nõ.etiam
ꝙ verba nõ ſunt cauillanda.vt.l.i.⁊.ij. §.p.ĩ.ad tertul.
Denuo dr̃ hic quod aliud pro alio ſolui nõ poteſt credi
toꝛe inuito.op.ff.de le.i.l.ſi domus.§. qui confitetur vbi
res debetur ⁊ extimatio ſoluituꝛ vt.ff.de re iudi.l.miles
§.e.vbi dãnum eſt in obligatõe.⁊ ſeruus in ſolutiõe vt i
autentico de alie.⁊ emphi.§.ſi vo ſm predictos vbi cre
ditoꝛ quãtitatis cogitur accipe poſſeſſioneꝫ inſolutuꝫ vt
in aũt.de fideiuſ.§. quod autem. vbi debens ſuſcipere
aurũ recipit intereſſe vt.C.ꝺ dona.l.ſi quis argẽtum.§.
ſi aũt donatoꝛ.vbi debitoꝛ ſpẽi liberatur p ſolutionem
quãtitatis.vt.ĩ.ꝺ cõſti.pec.l.qui autẽ.§.ij. vbi pꝛomiſſoꝛ
certi fideiuſſoꝛis.ſ.dandi.partẽ dando liberatur. So.h
ponitur regula.ſed ꝯtraria ſpãlia ſũt.⁊ ratio ſpecialitatis.i
§.qui confitetur ẽ ratio difficultatis in pmo exemplo ⁊
in humanitatis in ſo.nam dura ⁊ in humana ẽ ſepatio
cõiunctoꝛum ut.l.poſſeſſionum.C.co.vtrius iudi.in.l.mi
les.§.x.eſt ſpãle propter beneficiuꝫ legiſ.qꝛ illa actio nõ
eſt pꝛeciſſa.ſed noxalis.vbi exigi mutaretꝰ.ẽ.ꝺ infa.l.ſer
uus.⁊ in.§.ſi vero eſt ſpãle fauoꝛe eccl̃ie.⁊ odio fenera
toꝛũ in.§.quod auteꝫ eſt propter neceſſitateꝫ.qꝛ nõ erat
vnde aliunde.⁊.l.qui reſtituere eſt potius pꝛouiſio acto
ris qui iurauerit in liteꝫ ſolui gº glo.ponendo regulaꝫ ⁊
inſtantiam a regula.ſa ſo.eſt Jo.ꝙ aut debetur q̃titaſ
⁊ põt ſolui aliud pro alio.aut ſpẽs.⁊ tũc nõ.vt hic qꝛ hic
de ſpẽ loquitꝰ niſi ex iuſta cã cum debitoꝛe lex diſpenſet
ſm Jo.ſi Johes in pꝛimo mẽbꝛo ſenſit qꝺ pro quantita
te poſſit reddi.alia q̃titas pereque bona.etiaꝫ ex intri
ſeca bonitate.tũc ſm opi.Pe.bene dicit.ſi auteꝫ ſenſit
de qualitate alia re.male dicit.vt.C.de ſolutio.l. cũ pro
quo.Tu dic aut idem qꝺ ſoluitꝰ ſuccedit in obligatione
⁊ tũc ſolui poteſt.vt ff.de vbo.obli.l.ſtipulationes . non
diuidũtur.§.celſus.⁊.ĩ.de actio.emp.l.i.Aut pꝛecedit in
ꝯºne.⁊ idem vt .l.i.de penu .lega. aut eſt in ſolutõne.⁊
idem vt.l.miles.x. Si autem a pꝛincipio non eſt in obli
gatione.nec in ſolutione.tũc ex poſt facto ſolui nõ poteſt
niſi propter difficultatem ſupuenienteꝫ.vt .l.qui.autẽ.§.
ij.cum ſi.iſtud eſt veꝝ.q̃do difficultas ſupuenit in re de
bita.Si aũt in perſona debitoꝛis.⁊ nõ in re nõ excuſat
difficultas vt.l.cõtinuus.§.illud.ff.de vbo.obli. ⁊ ibi per
dy.vel dic.ad.l.pallegatam quod ibi eſt obligatio relati
ua ad aliud.⁊ acceſſoꝛia. ad illud.mõ ſi foꝛma pncipalis
obligationis nõ mutatꝰ.perſone variatio nõ curatur.ſed
pro pꝛima ſolutio facit.ĩ.loc.l.ſi qs domuꝫ.⁊ adde quod
nõ.inſti.de lega.§.ſi res in glo.nõ caute.⁊ faciũt pdicta
ad qõem vẽditoꝛ dedit fideiuſſoꝛem pro euictione ⁊ pro
miſit ei ꝯhere eum ꝺ fideiuſſione ad ſuam petitionem.
mõ fideiuſſoꝛ petit ſe exhi emptoꝛ nõ vult mutare pſonã
fideiuſſionis nec ad hoc cogi poteſt vt.ĩ.mãdati.l. ſi mã
dato meo.§.i.Quid ergo fiet.Undeo faciat debitoꝛ qꝺ
poteſt.nam id ad quod nõ poteſt nõ tenetur. Si autem
creditoꝛ conſentiret cogeretur dare eque bonum vt.ſ.ꝺ
arbi.l.labeo.§.fi.Idem quod pmo dixi erit in fideiuſſoꝛ
tutoꝛis.vt durante tutella nõ poſſit eximi vide Bar .ĩ.
de tutel.⁊ ratio diſtra.l.ſi tutelle.ſed ea finita eximetur
per ſolutionem ⁊ redditioneꝫ rationis.⁊ ad hoc poterit
fideiuſſoꝛ eum compellere.⁊ tunc nõ.quia nũc eſt impoſ
ſibile.

**Appellata.** Ponit ethimologiam. ⁊ argu
it ex ea. Nota ꝙ in mutuo
requiritur ad eius eſſentiam tranſlatio dominij ex per
ſona dantis in perſonam accipiẽtis. Op.⁊ uidetur
ꝙ mutuum fiat abſqꝫ traſlatiõe dominij.qꝛ lex dicit ꝙ
cõfeſſio habeat vim mutui naturalis.C.de nõ nu.pec.l.
in cõtractibus.⁊ tamẽ ibi nõ itercceſſit trãſitus dominij.
So.ibi loquitur i mutuo i pꝛopꝛie ſumpto per lr̃arum
obligationem.hic de veꝛo mutuo. Opp.ꝙ cõfeſſio p
veritate habetur ergo pꝛobat mutuum naturale vt.ĩ.ꝺ
poſi.l.publia.§.fi. So.hic loquituꝛ de cõfeſſione.que
eſt ſpecies cõtractus ⁊ nõ pꝛobat actionem naturalem.
ibi de ea que eſt ſpẽs pꝛobationis. Op.ꝙ omnis cõ
feſſio ſit ſpẽs pbatiõis vt.C.de nõ nu.pec.l.generaliter

Extra nõ.quod cauſa pſumpta puta pſumpte dona
tionis.nõ veſtit pactum nudum.vt.l.iuriſgẽtiũ.§.ſed cũ
nulla.ſed expꝛeſſa.ſic vt .l.ſi quis argẽtũ .quod eſt nota
bile.So.aut cõfeſſio fit.ex cauſa numeratiõis. Aut ex
alia cauſa.pꝛimo caſu.aut i mutuo.aut i dote.aut i alijs
cauſis.ſi i mutuo.aut ſcriptura accidit cõfeſſioni.⁊ eſt cõ
feſſio ſpẽs cõtractus.aut nõ interuenit ſcriptura ⁊ tunc
nõ trãſit i robur ꝯtractus vt.ĩ.e.l.qui pecuniaꝫ.⁊ nõ.C.
e.l.ſi nõ ſinguli.ſed i dote ſiue fuerit inde ꝯfecta ſcriptu
ra confeſſionis.Siue nõ.ideꝫ eſt vt.C.de dote.cau .l.fi.
qꝛ illa ñ eſt obligatio litteraꝝ ſed dotis. Si vero in
alia cauſa ꝯfeſſio ⁊ ſpẽs pꝛobatiõis.vt .l.publia.§ .fi.
hoc ſi fiat eſt ſpecies pꝛobationis.ad obligãdũ.vt.ĩ.ꝺ
libe.leg.l.aurelius.§.fi. Item ſi ꝯfeſſio ad obligãdũ
ñ ꝯtinet cauſam nõ eſt ſpecies pꝛobatiõis nec etiaꝫ obli
gatiõis vt.ff.de excep.dol.l.ij.§.circa ⁊.C. de pꝛobatio.
l.inſtrã.⁊.l.ratiões.Si autem ꝯfeſſio nõ fit ex cauſa nu
meratiõis.ſed ex alia cauſa ⁊ tũc loquitur.l.generaliter
⁊.C.ſi ceꝛ.pet.l.ſi ex ptio.⁊.C.de reſcin.vẽdi.l.precij. cã.
⁊ dic quãtũ.ad.l.general̃r.ꝙ aut allegatur eꝛogatio de
pꝛeterito.⁊ loquitur ibi.aut ſpecies.de futuro.⁊ tũc ius
vltimũ ſeꝛua.l.in ꝯtractibus ideo te.ſeꝛua ſua tempoꝛa.
In alijs ꝯctibus põt ſtatim efficaciteꝛ agi.niſi reus pro
bet exceptõeꝫ vt.ĩ.depo.l.publia.§.fi.⁊.ff.de excep.dol.
l.ij.§.circa. Opponitur vlterius.Quod ñ requiratur
i mutuo trãſlatio dominij.vt.C.e.l.q̃uis. So . ibi fu
it appoſita ſtipulatio.quo caſu ſufficit qꝺ ſit vallata nar
ratiõe facti.qꝛ ex quacũqꝫ cauſa ſtipulatio obligat ſiue
cauſa ſit facti.ſiue ius ꝯtineat vt.ff.de verbo. obligatio.
l.a ticio.⁊.l.mulier ſed vbi nõ eſt appoſita ſtipulatio exi
gitur ꝙ dominiũ ſit trãſlatum vt hic.⁊ adde.⁊ oĩo vide
quod nõ.ĩ.e.l.p.ad fi. Op.ad idem.de.l.nã ⁊ ſi fur.ĩ.
e.⁊ de fideiuſſo.l.ſi quis pro eo.§.ſi nũmos. So .illꝺ
vi recõciliatiõis per ꝯſumptioneꝫ.nõ vi ſollius numera
tionis.a pꝛincipio ⁊ eſt ratio.qꝛ cõſumptio affert totam
vtilitatem accipienti.q̃tuꝫ ſi ab initio fuiſſet factus dñs
merito ergo ꝺ equitate dꝫ teneri.Op.ꝺ.l.pcul⁹.⁊ de.l.
indeb.ti.§.fi.de ꝯdic.idebi. So.vbi ſuperuenit vſuca
pio.ex tũc recõſiliatur mutuum.qꝛ vſucapiens fingitur
habere dominium ab auctoꝛe . ibi ergo tunc tempoꝛis
cum dñium queritur mutuũ oꝛitur.ſꝫ ſi a pncº.trãſfertꝰ
a pꝛincipio oꝛitꝰ vt hic. Op.ꝺ.l.pꝛoinde.ĩ.eo. So.

ibi eſt fictum dominiū ⁊ fictio idem quod veritaſ opera
tur i his que recipiūt functionem. ⁊ ſic nō ob. Que
ritur hic an ille qui recipit a me pecuniam titulo mutui
poſſit mihi repetenti opponē exceptōnem dñij. ⁊ vr̄ ꝙ
ſic. nam alias fruſtra eſſet. iſte. §. ſi reus non poſſet ex
co ſe tueri. ⁊ excipere. iſta ꝑma exceptio eſt exceptō. per
quaꝫ dicitur ꝯtus nullus. ⁊ negat̃ obligatio nata a ꝑn
cipio. ſed omnis exceptio que reddit cōtractū funditꝰ nul
lum. poteſt opponi a quolibet cōuento. facit qđ nō. C. đ
tranſac. l. vbi pactū. Preterea ſi non poſſet opponi
hec exceptio pacti eſſet cōdictio pars ꝑdonis mutuantiſ
⁊ dñi cōtra. l. nam ⁊ ſi fur. ȷ̄. e. Preterea omnis agēs
debet ꝓbare eſſentialia. ſue intentionis ex qbus fundat
ſe. ſed domininiū veꝝ vel reꝑſentatuꝫ vel interꝑtatiuuꝫ
eſt đ eſſentialibus vt. ȷ̄. e. l. ſi i mutui datione. ergo licet
nō exciperet̃ tñ ꝓbandū eſt. Preterea qñ ſūt de ſub
ſtantia ꝓbationis ⁊ eē rei. nō ſufficit alteꝝ probare vt. ȷ̄.
de iureiurā. l. nam. ⁊ poſtea. §. ſi minor. ⁊ ex̄ de probatio.
. c. lꝫ cām. ſed hic deeſſe ꝯtus eſt traditio. ⁊ dñij tranſla
tio. ergo ⁊c̄. Preterea niſi probet trāſlatuꝫ dñium agē
do ad genus peteret plus re. nam plus re. cuius dñium
ad quō agit̃ nuda poſſeſſio ꝙ̄ trāſtulit. vt. ȷ̄. vti poſſide.
. l. ſi duo. §. fi. Preterea de ꝓprietate tertij ⁊ đ vtili do
minio. tertij pōt excipi lꝫ nō vſufructu vl̃ ſeruitute. tertij
vt nō. ȷ̄. de ꝯdic. indebi. l. idebiti. §. ſi nūmi. Ultimo rñſ.
In ꝯtrium ſic probatur lex dicit qđ cā ⁊ origo dñij pe
cunie mutuate nō eſt ꝓbanda. ergo nec dñium quod ſine
cā probari nō poteſt vt. C. e. l. ñ unde originē. Preterea
cum agitur ad reſtōem ille qui cā denegat vr̄ ſpoliare. ⁊
ideo nō dꝫ admitti ad excipiēdum đ dñio. vt nō. dy. ex̄ đ
reg. iur̄. l. q ad agēdum. Preterea hic dñium deducit̃
incidēter. qꝛ principalr̄ nō eſt queſtio dñij. ſed cōtractus
ſed qñ dñium venit in iudiciū incidēter ſatis ſufficit poſ
ſeſſio ad preſumptōem dñij vt. l. i. ſ. fa. herciſ. Et nō. C.
ne vxor pro marito. l. ob maritoꝝ. ⁊ l. i. C. đ ꝑuileg. fiſ. ⁊ đ
ſolu. l. ticia. Preterea ſi reus excipiat de dñio. actor di
cetur cōſumere. ſi tu vis. ⁊ ſi nō vult cōſumare eſt recon
ciliatuꝫ mutuū ac ſi eſſet cōſumptū vt nō. ȷ̄. e. l. nam ⁊ ſi
fur. qꝛ vocabula nō ſaluant cōſcientiaꝫ. qꝛ nō mutant eē
rei vt. ſ. de tranſ. l. cuꝫ aquiliana ⁊. ȷ̄. loc. l. ſi vno. §. i. ⁊ ꝑ
terea ſi ſalteꝫ ad poſſeſſioneꝫ nūmorum dꝫ dari ꝯdictio
dicti. §. ſi nūmi. ꝑmo rñſ. ⁊. C. de ꝯhen. ⁊ ꝯmit. ſtipula. l.
optimā ⁊. ff. iudi. ſol. l. iaꝫ tamen. §. in hac. ⁊. ff. de fideiuſ
ſo. l. qui ſatiſdare. ⁊ de ſolutio. l. ticia. ⁊. l. filie. ⁊ arg. ȷ̄. ad
velle. l. ſi mulier. itercedēdi aīo cum glo. ſua. Preterea
ad hoc facit quod nō. in. l. pe. de condi. inſti. Preterea
reddat ſaltem debitor quod accepit. alias locupletari vi
detur. quod nō eſt paciendum ar. ſ. de peti. here. l. fi. hāc
opīonem tenet Guil. ȷ̄. e. l. nam ⁊ ſi fur. ⁊. C. loca. l. ſi qs
ꝯductionis. So. aut loquimur i mutuo ciuili. uel i ſtipl̃o
ne. ⁊ nō ꝓcedit iſta exceptio per glo. noſtram. aut ex mu
tuo nāli. ⁊ tūc aut eſt ſecuta cōſumptio. ⁊ idem vt in. §. ſi
nūmos. aut nō eſt ſecuta ꝯſumptio. ⁊ tunc aut excipiens
aſſumit in ſe onus ꝓbandi. ⁊ ꝓcedit exceptio vt hic. aut
excipit. ſed nō probat exceptōeꝫ. ⁊ tūc ſuccūbit. qꝛ ꝑſum
ptio iuris ē ꝓ actore. vt. d. l. nō vñ. nō ob. l. ſi qs ꝯduc. qa
ibi agens erat in poſſeſſione. ⁊ ideo nō vr̄ ſpoliar̄. hic nō
Item nō ob. R̄a nec creditores. qꝛ agitur ad eādē rem. h
ad aliā. Itē hic in ꝯtu de cuius eſſentia ē dominū. ſꝫ
i pignore lꝫ quātum. ad ꝯferenduꝫ ius realis ypothece
exigatur dñium. uel quaſi. nō tñ quātum ad natiuitateꝫ
pignoraticie actionis ut. ȷ̄. de pigno. actio. l. ſi reꝫ alienā
§. ſi is quoqꝫ. qꝛ ibi eſt actō ꝑſonalis. ⁊ ita dꝫ itelligi qđ
nō. cy. C. e. l. ꝙuis. ⁊c̄. Baldus.

**Creditum.** Crediti appellatio generalis
eſt mutui ſpecialis eſt mutuum
ſub credito ſicut ſpecies eſt ſub genere. ⁊ conſiſtit credi
tum in omni re. tam diuerſa. ꝙ̄ eadeꝫ. ymo ⁊ ſi nihil ſit
profectum eſt creditum. ſed nō mutuuꝫ. ut i dote ꝓmiſſa
dari l̃ reddi falſa demōſtratōe iſerta. h. d. Nō. ꝙ genꝰ ⁊
ſpecies differunt. quia genus eſt ſupra ſpecieꝫ i predica
tiōe. ⁊ genus infert ſpecies remotiue. qꝛ a quo remoue
tur genus. ⁊ etiam quelibet eius ſpecies. vt nō. ȷ̄. ad ma
ce. l. ſed ſi. §. ſ. ſed poſito genere non ponitur neceſſario
quelibet eius ſpecies. vnde non ſequitur viuit animal. er
go viuit homo. nec etiam ſequitur eſt homo. ergo. petrꝰ
qꝛ actualiter ad poſitionē generis nō infertur ſpecies.
ſed actualiter bene infert̃ naꝫ genus equipolet enume
rationi ſpecierum quando eſt eadem ratio. particulariū
⁊ vniformitas incluſorum. vt dy. ex̄. de regu. iur. i regu
la prima. Et ecōtra ſpecies nō infert genus abnega
tiue. nam nō ſequitur. nō eſt petrus ergo nō eſt homo.
qꝛ inferius nō infert ſuū ſuperius. negatiue ſed affirma
tiue ſic. qꝛ genus repreſentatur i qualibet ſua ſpē. vt. ſ.
e. l. i. Nota in v̄ſi. veluti. ſm̄ primum intellectum qđ
promiſſio de dote. exigit matrimonium ſubeſſe ſic. ȷ̄. đ
iure doti. l. i. ⁊. ff. quod fal. tuto. l. p. ſecus in legato
pro dote. ⁊ ideo in legatis. adiectio cauſe dotis nō im
portat ꝯcluſioneꝫ. ſed modū. vt. ff. de ꝯdic. ⁊ demō. l. ticio
cētū. §. ticio genero. In cōtractibus etiam ſubdit̃. nā
aut promittit ex̄neus aīo donādi. etiam ſi matrimoniuꝫ
nō ſequatur. ⁊ nō ineſt ꝯdictio. aut nō animo donandi. ⁊
tūc aut eſt actum. quod nō inſit ꝯdictio ⁊ nō ineſt aut ñ
eſt actum ſic ⁊ tūc ineſt iux̄. nō. ȷ̄. de condic. ob. cau. l. qui
ſe debere. i. ⁊. ij. rñſ. Si vero ipſa mulier ꝓmittit ſem
per videtur ineſſe ꝯdictio. vt nō. i dicto. §. ticio. ⁊ hoc in
promiſſiōe. In ſolutiōe vero dic. quod aut eſt vera ſo
lutio ⁊ nō itelligitur ineſſe. ꝯdictio. ſed modus. qꝛ iceptū
fuit ab executiōe vt. ȷ̄. de iure dotꝫ. l. ſed nō. ⁊ in omnibꝰ
legibus. aut dicunt repeti per ꝯdictionem ob cauſaꝫ. vt
l. fi. ſ. vſufru. quēadmo. ca. aut eſt traditio ficta. ⁊ dic. tūc
vt. ȷ̄. de iure dotium. l. i. ⁊. ȷ̄. de ꝯdic. ob. cau. l. ſi mulier. ⁊
l. ſi quis accepto. Ex̄. nō. de v̄bo. poſt in. v̄ſi. veluti. nā
aliquando determinat principium temporis ſucceſſiui
aliquando finē. ⁊ facit ad ſtatutum dic. quod poſt ſonuꝫ
campane tertie. pene duplicētur nam ſi teſtis dicit poſt
ſonū. non tamē adiecit finituꝫ nō ꝯcludit ad penā duplā
ar. hic ⁊ extra de proba. c. i preſentia ⁊ de teſti. c. cum tu
filij ⁊. l. ſi inſulaꝫ. ſolu. matri. per. l. i. ⁊ facit quod nō. l. ti.
i. l. ſi duo. §. i. in verbo poſt longi. ⁊c̄. hoc verum niſi ex
adiuncto appareat certa intentio loquētis. quid enim ſi
dicat quo tp̄re pene duplicātur manifeſte ſentit de ſono
completo. Nota ſm̄ alium intellectum. quod ſi vir
promiſſit reſtituere dotem quam non recepit tenet pro
miſſio. Op. qꝛ eſt falſa cauſa ergo viciat cōtractum.
dicit gl. nō eſt falſa cauſa ſed falſa demonſtratio que ñ
viciat vt. C. e. l. ſi ex ꝑcio. tu dic quod eſt cauſa. ſed a ſciē
te nō ab errante prolata. vt. ȷ̄. de verbo. obliga. l. ſi diuor
tio. ⁊ nō. ȷ̄. de conſti. pec. l. quod ſi maritus. §. i. cauſa er
go collocata nō viciat obligationem ſecus ſi nulla cau
ſa ſit inſerta vt. ff. de excep. dol. l. ij. §. circa niſi i caſu quā
do preſumeretur donatio. vt qꝛ perſona eſſet de ꝯiūctis
vel ꝑceſſerunt merita vt. ff. đ oper. liber. l. campanus. ⁊
đ dona. inter vir. ⁊ vxo. l. ſi ſeruus cōmunis ⁊ de proba
tio. l. procula ⁊ nō. ȷ̄. e. l. cum quid ⁊. C. đ neg. geſt. l. i. ⁊. l.
alimēta. Op. qꝛ error in cauſa nō uiciat. ut. ȷ̄. đ ꝯdic.
ob. cau. l. iij. §. quā quā. So. ſi cauſa eſt impulſiua non
uiciat ut ibi ſi finalis ſic. uel ope. exceptioniſ i ſtipulatio

ne vel ip̄o iure i cyrographo.vt nō.C.de nō nu.pe.l.ge
neraliter in p̄n.in dubio autēʒ cā eſt apta ad talem obli
gatōneʒ pariēdaʒ ⁊ p̄ſumitur finalis.aut nō eſt apta ad
obligādum.ſed ad adminiculāduʒ obligationi ⁊ p̄ſumi
tur impulſiua.⁊ hoc in contractibus. in vltimis volun
tatibuſ cauſa nūquā p̄ſumit̄ finaſ.q̄ꝛ ex liberalitate pro
cedit relictuʒ.vt.ff.ð libe.leg.l.aurelio.§.fi. Op. quō
nō teneat ꝓmiſſio.quā facit vir ꝙ nō recipit. vt. C.ð do
na.ante nup.l.i.niſi det̄ ob recōpenſationeʒ.vt ſi qs acci
pit vxorē nobilē vt nobilitet prolē. Nō.C.ð dot.ꝓmiſ.l.
ſi volūtateʒ.vel cā pacis faciēde vir dotet vxorem vt.ff.
mā.l.creditor.§.p. So.hic matrimoniū erat finitum ip̄e
promiſſionis.⁊ intelligas.ō.ð promiſſiōe ꝑ ſtipulatōem
ſecus ſi ꝑ pactū.q̄ꝛ falſa cā nūquaʒ veſtit pactuʒ nudum
vt.j.ð cōſti.pec.l.fi.⁊.ō.ð pac.l.ingentiū.§. ſed cū nulla
⁊ facit.§.quymo in fi.quō eſt nō.ſicut in.§. appellata.⁊
nō.ð dictione poſt.⁊ facit ex̄ de teſti.c.cū tu.pone ꝙ vir
ꝯfitetur aio donādi ſe habuiſſe doteʒ.vtꝝ morte viri cō
firmetur.⁊ vr̄ qō nō interuenit traditio.vt de dona. iter
vir.⁊ vxo.l.papinianus dic quō ꝯfirmatur niſi vir oſten
diſſet v̄ba vel ſigna penitētie vt q̄ꝛ expuliſſet vxorem ð
domo.vel eam pena exercuiſſet ar.de ma.teſta.l.centu
rio ⁊ ð lib.leg.l.iij.in fi.⁊.ff.de le.ij.l.lucius.§.lucius.da
maʒ.nō ob.l.papinianus.q̄ꝛ loquit̄ in his que deſiderāt
traditōem.⁊ in pura dōatione.ſed hic ē donatio cā dotꝫ
⁊ eius retentio pro traidtōe hētur vel haberi dʒ ar.C.ð
dona.l.ſi qs ⁊ nō.C.ð dot.cau.l.ij. Denuo habes h̄
ꝙ nomē pecunie.ponitur ꝓ omni re mutuabili.ſed aliqñ
ponitur ꝓ pecunia nūerata tantuʒ.vt.j.de ſolutio.l.ſolu
taʒ.aliqñ pro omni re q̄ ponderat̄ nūerat̄ ⁊ mēſuratur
vt.j.ad trebellia.l.cogi.⁊ ponitur tribus modis ſm glo.

Quid aūt ſi dicit ſtatutū.ꝙ pena inſerta ðbito pecu
niario nō poſſit peti qualr̄ interp̄tabit̄ v̄buʒ iſtud equo
cuʒ.an ſtricte ꝓ pecunia nūerata tm̄.an large ꝓ qualibʒ
re mutuabili.an largiſſime ꝓ omni re.ego credo qō ſtri
cte.q̄ꝛ ē ꝯ ius cōe.vnde ſtrictiſſima interp̄tatio dʒ fieri.
vt.ſ.de legib.l.qō v̄o ꝯ rōeʒ. Sed nūquid dcm̄ ſtatu
tum hʒ locū in penis cōpromiſſoꝝ.ſi arbitri iubent dari
quātitateʒ ⁊ vr̄ qō ſic hʒ.ꝙ nō ſit certa quātitas a princi
pio ⁊ in fine.vt nō.j.e.l.certi ꝯdictio.In glo. dic certuʒ.
Itē q̄ꝛ ꝯpromiſſuʒ declaratur ꝑ laudū.ergo idē ꝯtinere
vr̄ vt.ff.ð leg.ij.l.i.⁊.l.in ſūma.⁊.l.huius ſnia.ſicut ſtipſa
tio iudicatū ſolui ꝯtinere vr̄ id qō ſniatur.ut.C.de vſur.
rei iudi.l.fi.i fi.ad idē ð dolo.l.cū ꝓponas.⁊ qō nō.dy.ff.
ð v̄bo.obli.l.v.§.fi.In ꝯrīū vr̄ ꝑ glo.ibi poſitaʒ.naʒ parē
laudo facti ē.ut ibi nō.⁊ fac.ff.ð arb.l.diē ꝓferre.§.fi.gº
rōne facti agitur facit.j.de actō.ēptio.l.lucius.Itē agit̄
rōe inobediētie.⁊ ꝯtentus ut.ff.de arbi.l.ſi qs rē.Itē de
ꝯſuetudine gnāli.apponit̄ pena.ergo pōt pacti. q̄ꝛ ꝯſue
tudo ꝯhendi infert ꝯſuetudineʒ exigēdi vt.j.e. l.certi cō
dictio.§.ſi nūmos.Iteʒ nūc ſumus i iudicio uel quaſi.ut
C.de iudi.l.rē ñ nouaʒ.naʒ in ꝯtibuſ puris.ff.de v̄b.ſig.
.l.v̄bo geſt̄.ut.ff.ſi qs ius dicē.nō obtemp.l.i.§.fi.⁊.ff.de
iurild c.om.iudi.l.ſi familia in ratione ſui.Item quia du
rius dʒ agi cum arbitro.quā cum eo q nō tenet figuram
alicuius ſuperioritatis.ut.ff. de arbi.l. celſus. Item ab
ſurdum eſt quod poſſit pena peti.ſi pars nō compareat
⁊ nō poſſit peti ſi nō ſoluat cum potius deberet eſſe eꝯ
quia preceptum diffinitiuuʒ magis artat ⁊ facit.l.ulti. j.
de preto.ſtipu.Item abſurduʒ eſt quod ex una parte pe
na ꝯmittatur.⁊ ab altera comitti non poſſit. Bal.

**In mutui datione.** Hic debet eſſe. §.quis ſituatus
ſit pro lege ⁊ primo ponit dictuʒ per modum traditiuū
regule.cōtra qō opponit ⁊ ſoluit.per ſimile .que ſolutio
videtur obiectionem fouere non ſoluere niſi intrinſecº
inſpiciatur.dictuʒ eſt.quod i mutui.datione dās dʒ eſſe
dn̄s tamē oppoſitum eſt de filio ⁊ ſeruo.ſimile de non
domino mutuante pro domino.que ſimilitudo eſt iſta ð
non domino.ad dominum.reſpondeo eſt ſimilitudo. q̄ꝛ
ſicut filius.⁊ ſeruus mutuant.⁊ nō ſunt domini. ſed mi
niſtri.ſic ille ficte mutuat.ꝓ quo dominus mutuat.⁊ iſte
mutuans interpretatiue nō eſt dominus. Item vter
que habet domini voluntateʒ.vel ſubtilius licet quo ad
factum filius ⁊ ſeruus mutuent.tamen dominus ē ille
qui dat.vt.j.de ma.vind.l.pater in fi. ⁊ ideo i primo ca
ſu.⁊ in ſeruo dn̄s dat.q̄ꝛ ea que facti ſunt dominus per
alium facit.ea que iuris ſunt co.qō ius ſit annexum do
mino vt dominum per ſe facit ⁊ miniſter eſt tanquam
pica ⁊ organum.vt.d.l.pr̄. Nō.ex̄ quare vſure ſunt
prohibite.q̄ꝛ ex quo accipiens fit dominus .⁊ vſus non
diſtinguitur.a dn̄o ſequitur quod non pro re. ſed pro tē
pore preſtatur vſura.ſm theologos ⁊ idē in illa queſtio
ne de monte florentie.quia illa eſt quedam negociatio
voluntaria ⁊ improba.eſt coactuſ tamen permutitur vſ
que ad modum cōmunis vel enim gētis intereſſe.ſupra.
illud ē vſura quia ꝯmenſuratur ſorti que imobilis ma
net nō autē.eſt diuiſa ſors in particulares p̄ſtatiōes.cū
remanet capitale ſaluū.licet nō dicat̄ mutuuʒ ſed colle
cta.vel aliud nomē ſorciat̄ nec ſaluat cōſcientiam ſi im
ponat̄ huic promiſſioni nomē dn̄i fur.q̄ꝛ vocabula nō
ſaluant conſcientiaʒ. q̄ꝛ nō mutant eſſe rei.vt.ō.ð trāſa.
l.cum acquiliana.⁊.j.loc.l.ſi ēno.§.i.⁊ q̄ꝛ nō eſt purū do
nū nec para gratia.factū cū cōmune.aliaſ factusº nō fo
ret.tale donū.⁊ ideo quicqd accedit ſorti ē vſura .vt nō.
j.e.l.rogaſti.§.fi.⁊ .C .de vſur .l. eos .§ .pe .multi ergo
ſunt uſurarij. Bal.

**Verbis.** Creditō dicitur etiā.qui ſtipulat̄ hoc
dicit. Querit̄ hic an iſte.§. loqua
tur i mutuo.quidā qō nō.alij qō ſic ſi ſtipulatio emanat
ex cauſa mutui.nam ut dicit gl.triplex eſt mutuū.natu
rale quod re contrahit̄ ciuile cui natura cooꝑatur qñ
numerationi adicitur ſtipulatio.ut.j.e.l.certi cōdictio.§.
quoniam.⁊ ciuile tantuʒ ut i cyrographo. Odo.dicit
quod tantū eſt mutuū.ſ. naturale.nā ſi ſtipulatio eſt con
tractus per ſe.ſimiliter obligatio lr̄aꝝ ⁊ unus ꝯtus eſt
alterius ſpēi ab altero.ut.j.ð acti. ⁊ obligatio .l. obliga
mur.⁊ ibi nō.de inſti.de obliga.§.fi. Ego dico quod
nomē mutui.poteſt ſūmi dupliciꝫ. uno modo pro nume
ratione uera . uel ficta ⁊ tunc non eſt niſi duplex .ſ.
verum ⁊ fictum.ſecundo modo pro nomine contractus
⁊ tūc nō eſt niſi vnicum.ſ .quādo re cōtrahitur vt nō.in
dicta.l.obligamur. Et faciūt iſta ad q̄ſtionē. Abbas
impetrauit a dn̄o papa qō poſſet acquirere mutuo mil
le ⁊ propterea obligare monaſterium ſuū.⁊ papa hoc ꝯ
ceſſit modo iſte abbas fuit confeſſus ſe habuiſſe .a titio
mille que ſibi promiſſit per ſtipulationē.⁊ obligauit mo
naſterium mortuo abbate nouus abbas dicit promiſſio
nem nō valere.q̄ꝛ nō apparet de vera numeratione.ꝓ
eo facit q̄ꝛ mutuū naturale tantū eſt veruʒ mutuum. lʒ
per ꝯfeſſionem nō ꝓbat̄ mutuū naturale .nec ciuile cui
natura cooperat̄ ſed ciuile merū abſtractū ab omni na
turalitate.ergo ⁊c̄.⁊ p̄dicta obl̄o.ergo valuit quo ad p̄
iudicium perſonale illius abbatis.nō quo ad p̄iudiciuʒ
reale ipſius monaſterij.vt i auc̄.de alie.⁊ emphite .§.ſi
vero quis.⁊ quod predicta verba debeant intelligi de
naturali facit.C.de noua.l.nō abſtulit ⁊.j.de nouatio.l.
ſi delegꝫ.ð verb.obliga.l.qui rome.§.calimachus.licet il

le.§.loquatur in mutuo.quod nō poteſt niſi ad id quod
nominatum ei iniūctum eſt.qꝛ eſt organuꝫ alterius .ut
iꝫs met.ut.ĩ.de cōſti.pec.l.ꝛ licet ad ideꝫ facit quod nō.
C.qui potio.i pigno.ha.l.aſſiduis.ꝛ.C.man.l. per diuer
ſas.in principio.in contrarium facit.naꝫ cōfeſſio inſerta
ſtipulationi nō eſt ſpecies cōtractus.qꝛ iſte nō eſt cōtra
ctus lrāꝝ ſed uerborū.ergo eſt ſpecies ꝓbationis.ut .ff.
depoſi.l.publia.§.fi.igitur probat actum naturalem.
Preterea ſi cōfiteretur abbas cū toto capitulo iſti con
feſſioni eſſet ſtanduꝫ ut in auč.contra qui propriam.
Sed ſi hoc factū eſſet ſpe future numerationiſ.poterit
hoc dicere.nec currit in hoc eccleſie biēniū vt nō .hoſti.
in.c.ij.de digni.ꝛ ar.C .i qui.cau.in inte.reſti.non eſt ne
ceſſaria.l.fi.in principio. Item nūc commiſſio facta
hinc abbati ſeu fratri videtur extendi .ad hoc . argu.ĩ.
de exercito.l.fi.ar .cōtra.ĩ.de inſti.l.fi.ꝛ. ff .verbo. obli
gatio.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus. ſed aliud eſt in ꝯ
feſſione inſtitoris ꝙ̄ prelati.ar.ĩ.de exer.l.i.§. magiſtrū
vſi.oia eniꝫ.ꝛ dicta auč.hoc ius.ꝛ facit.ĩ.e .l. ciuitas.
In procuratore vero ſpecialiter cōſtituto ad mutuū ac
cipiendum non ſufficit cōfeſſio qꝛ eſt actus qui nō inclu
dit id quod mādatum eſt.nec etiam preſumptiue qꝛ non
eſt inſerta forma mādati.ar.ĩ.de exercito.l.i.§. igitur ꝛ
de inſtitoria.l.cuiuſqꝫ §.ſed cuꝫ fullo.ꝛ.§.ſi ei nec habꝫ
iſte mandatum generale in quo includatur quod poſſit
ꝯfiteri.ꝛ ideo cōfeſſio ſua nō pōt tranſire in cōtractum
in preiudicium dn̄i a ĩ.ſi quid in frau.patro.l.i .§. qđ ſi
mutuū.ꝛ.C.de dona.añ nup.aūt.ſed iam neceſſe.iſta ta
men obligatio retorquebitur in ipſum procuratorem vt
teneatur creditori.ar.eius quod nō.ē.de neg.geſt.l.ſi pu
pilli.§.i.in fi.magne glo.ꝛ ideo in procuratore facto .ad
recipiēdam ſolutionem.quia non poteſt cōfiteri niſi ex
ſpāli mandato.ſed ꝓcurator ad iudicia lit̄ conteſtata pōt
ꝯfiteri.ante nō ſine ſpāli mandato.Sed qđ ſi eſt factus
ad ꝯfitendum adhuc videtur.ideꝫ qꝛ nō pōt falſum con
fiteri.nec h̄ mandatū quod mentiatur ar.ō ꝯdic.inde.l.
ſi procurator.§.celſus.Item confeſſio eſt ſolutio ciuilis
vnde ex quo ei natura nō cooperatur videtur de hoc nō
cogitatuꝫ.dico hoc veruꝫ ſi probetur cōfeſſio falſa.ſed i
dubio p̄ſumitur vera niſi ꝯ̈trium probetur ex quo factuꝫ
eſt a pſona legitima.ſicut ſi eſſet facta ab ip̄o dn̄o.ar.ff.
mā.l.creditor.§.lucius ibi vt dn̄o eūti.In p̄iudiciuꝫ autē
ip̄ius procuratoris bene tenet̄ dn̄o reddere quaſi exege
rit ſemp p̄ſumitur ꝯfeſſio v̂a ꝛ eſt ei.ſtandū ar.l.publia.
§.fi.ꝛ.C.ō nō nu.pe.l.general̄r in ratōe ſui. Quid āt
ſi procurator confitetur habuiſſe ꝛ recepiſſe.ꝛ penes ſe
habere.dico quod eſt iculcatio v̂borum.ꝛ iſta verba pe
nes ſe hr̄e.nil addunt cōfeſſioni .qꝛ non continent niſi
v̂balem actum.ꝛ cōfeſſionem vt.ĩ.man.l.q negocia.ꝛ.ĩ.
de ſolu.l.ſi ex pluribus.Quid ſi notarius dicit talis fuit
ꝯfeſſus habuiſſe a tali dante.ꝛ ſoluente centum an ꝓbet
naturaleꝫ ſolutōem dicit Ja.ꝙ nō quod totuꝫ ē de con
feſſione.ad quod faciunt dicta in tali queſtione. ꝛ iura
ibi allegata.naꝫ ſi in p̄ñtia.notarij.eſſet facta nunciatō
nō appoſuiſſet de confeſſione.ad idem qꝛ verba ſunt du
bia.vnde probant in leuiorem partē.vt nō.in.l.fi.de pre
to.ſtip.ad hoc.ĩ.de acceptila.l.ſi acceptolatum.§.pecūia
Quid ſi cōfeſſio mutui eſt facta i vltima volūtate. dico
quod nūquaꝫ tranſit in ꝯ̈ctum lr̄arum.nec etiam in pro
bationeꝫ veri mutui.qꝛ accedit vltime uolūtati nō ꝯ̈ctu i
vt.l.aurelius.§.fi.de libe.legat̄. Denuo facit glo .ad
aliaꝫ queſtioneꝫ quidam egit ꝯ̈ me ad.x.q̄ dicebat mihi
mutuaſſe nō ꝓbauit de nūeratione.ſed de cōfeſſione. an
ſuccūbat.ꝛ vr̄ ꝙ nō qꝛ vr̄ general̄r egiſſe cuꝫ triplex ſit
mutuū vt hic.Spe.dicit ꝯ̈.qꝛ vr̄ intētare mutuū natura
le.vt i ſpe.de teſt.§.i.v̂l i.ſed pone egi quod ē veꝝ ſi in li
bello ē facta mētio nūerationis vt.ĩ.ad macedo.l. qꝛ qđ
vulgo.al̄ credo p̄muꝫ dictum eē verius.qđ autem ſi per
vnū teſtē.ē ꝓbata nūeratio. ꝛ p aliū ꝯfeſſio reſpondeo
teſtes ſūt ſingulares.tñ vnus fouet dcm̄ alterius.ad ue
hemens iudiciū.vt ex̄ ō ſucceſſio.ab inte.c.cum dilectus.
ita nō.cy.in.l.ij.in pe.q.ſeu colūna.C.q̄ ſit lō.cōſue. vide
Bar.in.l.publia.in fi.ff. depo.ꝛ.ĩ.e.l.ſingularia.Circa
finem.Baldus.

C**um quid.** Debet reddi i eadē bon
tate mutuū i qua res mu
tuata erat tp̄e ꝯ̈ctus.qꝛ hoc qđ tacite agitur ꝓ
exp̄ſſo dꝫ hr̄i.h.d. Nō.quo ad bonitatē inſpici debē tp̄s
ꝯ̈ct⁹.nota vetera eſſe meliora.nō.ꝙ tacituꝫ dꝫ haberi ꝓ
exp̄ſſo.Op.ad p̄ncipiuꝫ ꝛ finaleꝫ cōcluſionem iſtius.l.ꝛ
vr̄ ꝙ nō inſpiciatur tp̄s ꝯ̈ctus.ſed terminus ſoluēdi vel
tp̄s more vl̄ petitōis ut.ĩ.e.l.uinū.unde ſi interiꝫ ē boni
tas aucta uel minuta ſit cōmoduꝫ uel icōmoduꝫ credito
ris.ut.ĩ.e.l.uinū. So.dicit glo.nōbil̄r quod duplex ē bo
nitas.nā q̄daꝫ ē bonitas ſeu qualitas intrinſeca ut ſapor
q̄daꝫ extrinſeca ut ualor ſimilē nō.C.de iure dot.l. ſi in
ter quo ad itrinſecā bonitatē inſpicitur tp̄s ꝯ̈ctus ut h̄
quo ad extrinſecaꝫ tp̄s more ut i dcā.l. ꝯ̈ria. ꝛ ē duplex
rō dr̄ie.p̄ma qꝛ itrinſeca bonitaſ ē parſ rei.ad quā ꝯ̈hit̄
obligatio.al̄ ſequeret̄ ꝙ omne mutuū in mūdo cōſiſteꝫ
in pecūia nūerata.ſi extimatio deberet̄ a p̄ncipio. ꝛ ad
de qđ nō.ĩ.e.l.lecta.Circa p̄ncipiū.ħa rō ē.qꝛ actio iſta ē
certa quantitate ꝛ qualitate.ergo nō dꝫ uariari ut.ĩ.e.l.
ſi quis certum.ꝛ argu.ĩ.de uerbo.obli.l.ſi quis inſulam
alias . l. inſulam intra biennium in ratione ſui . nam
illud quod eſſentialiter.pendet de futuro. dicitur incer
tum.vt.ff.de uerbo.obligatio.l.ubi autem nō apparet.
.§. qui id quod.ꝛ .§.qui illud ., Sed extimatio uenit
officio iudicis.ut nō.in ꝯ̈rio.qꝛ offm̄ iudicis pōt uariari.
Sed nō actō. Op.ſo.ꝛ ur̄ ꝙ tacitum ꝓ omiſſo d̄beat
reputari ꝛ ad id nō detur actio.ut.ĩ.ō uerbo .obligatio.
.l.qcqd aſtringēde.So.ibi dicit glo.ibi erat tacite actuꝫ
ab una pte tantum unde nil operatur.ĩ.de acti.ꝛ oblig.
.l.nō ſolum.hic v̂o inter utrūqꝫ.C.de condic.ob cauſam
.l.ſi repetēti uel aliter dic qđ i.d.l.quicqd v̂bis ꝯ̈hitur h̄
re.nā res ipſa loq uidet̄ argu.ff.ō legi.l.de quibus.§.fi.
Extra hoc.Op.ĩ.de verbo.obligatio.l .triticum vbi
etiaꝫ i ſtipulatiōe tacita habetur ꝓ expreſſo.ꝛ ideo dicit
Ja.de are.aut agitur de obligatiōe inducēda ꝛ tunc ob
miſſuꝫ habetur pro obmiſſo.ꝛ pro non acto.vt.l. quicqd
aſtringēde. Aut de ea declarāda ꝛ tūc habetur ꝓ ex
preſſo.ſic.ĩ.de teſt.l.hr̄des palā.§.ſed ſi notā Ja .butri.
dicit.ꝙ aut cōtrahitur re tantum vel verbis tantum .ꝛ
tunc glo.vera.aut verbis accedēte re ꝛ tūc loqui tr.l.tri
ticum.ꝛ nō.ĩ.e.l.certum.ꝛ eſt ratio dr̄ie.qꝛ obligatio re
latiua ſeu reſpectiua declaratur ex natura termini. ad
quem fit relatio.Sed obligatio abſoluta. nō pōt decla
rari hoc mō. Ego dico.cōtra.nam tacitū eſt duplex.
nam quando ineſt de neceſſitate cōtractus.ꝛ tūc habet̄
ꝓ expreſſo vt hic aliqñ nō ineſt.ꝛ iſtud habet̄ ꝓ obmiſ
ſo.vt i.l.quicquid.dicitur autem ineſſe.ſi actus eſt vt in
ſit vt nō.ff.de reg.iur.l.ſemper.Item in obligatiōe rela
tiua ad aliud.vt.l.triticum. Item in diſpoſitiōe lega
li.ſiue ex natura ꝯ̈ctus hoc inducētis. vt hic. Itē ex
vi tacite repetitiōis vt.ff.de verbo.obligatio .l. ticia. §.
idem rn̄dit. Item ex vi cōſuetudinis.vt nō.in dcā.l. ſem
per.quod nō.nō ineſt.ꝛ nō pōt haberi ꝓ expreſſo facit.
C.de fideiuſſo.l.nō recte.ꝛ qđ nō.ĩ.de.l.ꝯmiſſoria.l.fun

dñs.§.in ꝯmiſſoria.⁊ ideo ſi in ꝯtractu fuit obmiſſa promiſſio pene.notarius nõ potuit opponere penã vt nõ. C.de fal.l.ſatis apte.quã eni quãtitatem ſpecificaret.cũ pena nõ ſit vniformis.etiam ſi eſſet dictum quod aptet ad cõſilium ſapientis.nõ ponet ex ſe.ſed parteſ cogentᷣ ad ponẽdum.ſi ſapiens hoc mandet.vt nõ.ff.de verbo. obligatio.l. ex ea parte.⁊ ſapiens nõ põt addere uel detrahere facto ſeu materie.nec quo ad uolũtatem habet interponere partes ſuas tantũ quo ad ſolemnitatem i actu iam exercito ſolemnitatem dico uerborum aptoꝝ que potuerit ſub generalitate comprehẽdi. unde poteſt aptare uerba iuxta mentẽ cõtrahentium.ſed nõ adderᷣ veritati vel ſolemnitati.⁊ dictare ita quod valeat de iure facti.ſubſtãtia ideo nõ mutata vt nõ.ff.ď hered.inſti. l.illa inſtitutio.⁊.ĩ.mãda.l.ſi mãdato titij.§.fi.⁊ facit.C. loc.l.licet ⁊.l.excepto ⁊.C.de teſta.l.ambiguitatez .ſemper enim videtᷣ actum quod ſolemniter aptetur ita ꝙ bene valeant de iure.⁊.ff.de le.i.l.huiuſmodi i pͥncipio.

Op.de.l.fi.C.de nouatio.ſed ibi deſideratᷣ verborũ expreſſio. Jtẽ tacite põt fieri.ope exceptionis.vt nõ. ĩ.de noua.l.omnes conſtat de mẽte cõtrahentiũ. vt nõ. in.l.p.de p̄ro.ſtipula.⁊ eſt ratio quare verbis expreſſis fit ipſo iure.tacite per exceptionem.qꝛ tacitum accedit magis ad naturam nudi pacti ꝙ̃ ſtipulationis.ergo ⁊c. vt nõ.ff.de pac.l.ſi vnus. §.i.ſz queritᷣ quare videtur tacite agi.quod i eadẽ bonitate reddatᷣ.Rn.qꝛ nõ i deteriori.nam ineſt iactatio.qꝛ eſſet acceſſio.⁊ vſura vt.ĩ.e.l. rogaſti.§.fi.Querit gl.quid ſi traditio eſt indiſcreta.an preſumatur donũ vel mutuuz.vel depoſitũ.glo.dicit qd in pua quãtitate.p̄ſumitur donũ.quod eſt verũ inter cõiunctos.vt.ff.de donatio.inter vir.⁊ vxo.l.ſi ſeruus cõis vel ſi p̄cedant merita nõ preſumitur p̄mum de ꝯdigno. vt.ff.man.l.ſi vero.§.idem papinianus.⁊ de fideiuſſo.l. ſi teſtõ.§.i. Jn magna vero nõ preſumitur donatio niſi alia cõcurrant cum predictis vt.ff.de dona.l.procula.ar. ff.de le.ij.l.cuz pr̃.§.pater. Querit glo.an poſſit reddi melior qualitaſ pro deteriori ar.ꝙ ſic qꝛ vterqꝫ.pdeſt ar.ff.de ſolu.l.cum ſticus.Glo.dicit ꝯ̃rium.⁊ vide ſiľe ꝙ nõ.ĩ.de cond.c.ob cãm.l.fi.⁊ ſi dicas in optimo bonũ cõtineri veruz eſt effectu.ſz nõ a defectu.qꝛ hic debet conſiderari propter ius creditoris.vel aliud eſt in quantitate vt in.§.ſi plures.aliud in qualitate vt hic ſm glo.quam nõ. Glo.inducit in argumẽtum.ꝙ ſenes preſumãtur meliores ꝙ̃ iuuenes.hoc verum in dubio.ſecus ſi cõſtet de moribus.qꝛ mores etati nõ preferentur.vt in aũt.de mon.§.fi.⁊ facit.ĩ.ď fun.inſtruc.l.fi.⁊ quod nõ.Jnno.i.c. .i.de maio.⁊ obedien.⁊.ff.quod cuiuſqꝫ vniuerſi. l.nulli.

Extra queritur quod de moneta mutuata.an ſoluetᷣ noua p̱ veteri.⁊ in qua bonitate intrinſeca vel intrinſeca.dicunt.quidam quod ex quo moneta antiqua eſt mutata ſeu ſublata penitꝰ.quaſi interitu debitor ſit liberatꝰ vt.ĩ.e.l.quod te.ſed hoc nõ eſt veruz.quia noua loco veteris eſt ſubrogata.vnde nõ videtur ex toto periſſe.vt.ff. de dona.inter viꝝ ⁊ vxo.l.ſi donate.§.ſi ſpõſus.⁊ de cõdictj.⁊ demõ.l.filie.§.titia.Alij dicunt quod reddetur tãtũdem in bonitate.ſed extrinſeca.nõ venit niſi a tẽpore more.ĩ.e.l.vinum. Tertij dicunt quod in moneta tã intrinſeca bonitas ꝙ̃ ualor monete inſpicitur tẽpore cõtractus vt extra de cenſi.c.olꝫ.⁊ ideo uidemus quotidie dotes antiquas reſtitui cum melioramento antique monete.ſi autem antiqua moneta ſit adhuc in uſu ipa ſolui debet ideo noua.ſicut uinũ uetus debet ſolui.lꝫ ſuperueniat nouum nec .ut hic ponderabitur extimatio niſi ex die more.dr̃ia eſt.ergo utrum antiqua moneta in totum deſierit extare.⁊ nõ ſic in rerum natura.⁊ tunc ſoluatur in noua.ad eundem ualorem.nam ⁊ hic ſi non inuenire tur uinum uetus.oportꝫ ſolui in nouo. Sed certe de ualore nõ uidetur uerum.quia nõ eſt i obligatõe. ſed uenit ab extra ſolũmodo pp morã. Si vero adhuc extat antiqua.ſoluetur talᷓ qualis eſt.nam circa eandem monetam quottidie cõtingit variatio extimationis.⁊ tamẽ non curatur mutatio extimationis.an poſſit preſtari in extimatiões emergenti.niſi ex die more vt ſi mutuaui tibi centuz florenos.⁊ tũc apud campſores.florenus valebat tria.nũc valet duo.certe i hoc non eſt vis.tu florenos habuiſti a me.florenos reddendo liberaris niſi fuiſſes i mora.nã ex tũc veniret preciũ vt.l.vinũ. Hic teneo ꝙ ſi moneta extat dabitur ⁊ talis qualis eſt niſi ex mora augeatᷣ effectus.ſi nõ extat dabitᷣ tãtũdẽ nõ refferendo extiationẽ retrorſuz.ſꝫ ad p̄ſens tempus quãtitati nũc valet ſi videretur qð põt expenderᷣ ẽt maiori precio vt eẍ de iuriuran.c.intellecto.nõ enim eſt verum qð in extimatiõe.inſpiciatur tp̃us ꝯ̃ctus.ſed petitiõis .⁊ ad de qð nõ.in.c.vlti.ď deci.i cle.⁊ in ſpe.de ob.⁊ ſo. §.nũc aliqua v̂ſi.pone in ſtatuto.⁊ vide per.Ja.but.in queſtiõe veterum piſanorum.⁊ predicta hñt locum in obligatiõe ꝯmiſſa.ś.in obligatiõe ꝯmittenda.ſi interim mutetᷣ moneta dic vt nõ.ff.ď le.iij.l.vx.§.teſtõ.⁊ in.§.filio per dy. ⁊ facit.ĩ.de oper.liberto.l.eius artiſicij in ratione ſui coniuncta.l.ij.c.ti.

**Si quis nec cauſam.** Jn depoſito facto gratia ſolius depoſitarij p̱culum interitus pertinet ad depoſitarium.hoc dicit. Oppo.quod depoſitarius nõ teneatur niſi de dolo.⁊ lata culpa vt.ĩ. de po.l.quod nerua.ſo.illud quod depoſitum fiat ad vtilitatem ſolius deponẽtis.hic quando gratia ſolius d̄poſitarij. Queritur vtrum iſte depoſitarius. teneatur de caſu fortuito. Johan.quod ſic per.l.rogaſti infra.e. ſed verius eſt quod nõ tenetur niſi culpa ſaltẽ leuiſſima precedat caſum vt.ĩ.cõmo.l.ſi vt certo.§.nũc uidenduz. quero quomodo dicitur fieri gratia ſolius depoſitarij cum fenerator de quo hic dicit percipiat fenus.ut.ff.de uerbo.obliga.l.qui rome i principio.ratio quia nõ habebat propoſitum fenerandi pacti.ſed quodam gratia motus fuit forte ductꝰ.fuit miſᷓcorditer ſm glo.Ex hoc nõ. aliqd denomiari a p̄ncipali propoſito ut.ĩ. ď exercito.l. .i.§.unde queritur. Nõ.ꝙ qñqꝫ feneratõ exercet miſericordiaz fenerãdo.tamẽ iſta nõ eſt uera miſericordia ubi peccatum cõmittitur ut.ś.ď dol.l.elegãter .§.ſi ꝯpeditum.nam uera miſericordia nõ habet i ſe maculam.⁊ adde hic quod nõ.inſti.quib.mo.re cõtrahi.obligatio.§. preterea.i glo.hic nõ.ubi oio uideas.Bal.

**Res pignori.** Ponit duo dicta i creditore ab eo ſoluto d̄bito ꝯdicitur pignus, Jtem fructus.⁊ duo ponit in colono. prima qð finita cõductõe ſi p̱cipit fructus cõdicũtᷣ niſi p̱cipiat dñi volũtate.h.d.Ergo licet ante tẽpus ſeminauerit tamẽ poſt tp̃s nõ metet ſic.ś.de uſufruc.l.defuncto.⁊ facit.ĩ.de uſufruc.lega.l.iij.fructu.⁊ ibi uideas. ⁊ qð nõ.ĩ. de fur.l.ſi ſeruus.§.locaui. Querit glo.qua actione ꝯdicetᷣ dicit glo.ꝙ condictione furtiua ſi eſt in dolo.⁊ cõtractat.ut.ĩ.de fur.l.ſi quis uxor.§.cuz creditorẽ. Jtẽ condictione ſine cauſa.ſed qualiter formabitur libellus an petetur res uel poſſeſſio.in ꝯdictione furtiua qð dñs condicat rem ſuam.reſpectu dominij ſecus in alijs condictionibus ut.l.i.i fi.⁊.l.ij.ĩ.de tritica.que dicit rem cõdici.qꝛ omnis cõdictio degenerat contra ſinem.i. omnis

condictio datur contra naturam ſui generis .que eſt ut
nemo cōdicat rem ſuam.ut.l.fi.ff. de uſufruc.quēadmo.
ca.fiet ergo ꝯ nō reſtituētē oīs extia io tociuſ rei nō uñ
poſſeſſioniſ que eſt minor.ut.ff.uti poſſide.l.ſi duo in fi.
Sed nūquid agens cōdictōe furtiua poteſt petere rem
ſibi dari.quidaꝫ quod ſic in.§.ſi itaqꝫ inſtiꝫ.ꝺ actio.in ꝯ
tra io qꝛ dominus eſt agēs ergo ꝛc.facit quod nō .inſti.
de.l.ſuffici.cau.tol.§.fi.inſtꝫ.de leg.§.nr̄a dico quod ſpe
cifice debet quis petere rem non adiecto verbo dari.qꝛ
in iudicio quaſi ꝯbitur.ſꝫ etiam vbi agit̄ ex ꝯctu nō pōt
hoc explicite deduci.ergo nec i quaſi ꝯctu.ſeu in iudicio
ut.ff.de uerbo.obli.l.ſcire debemus.§.fi.ꝛ hoc tenet gl.
j.de condic.indebi.l.ſed ſi me puteꝫ.§.fi.ſed ſub nube ꝺ
betipetē rem.nō adiecto uerbo dari ꝛ ualet libellus con
leſſus ar.dicti.§.ſed quomodo dn̄s condicit fructus.cuꝫ
nūquaꝫ fuerit in poſſeſſione eoꝝ ut.j.ꝺ uſuſru.l.ſi homo
ꝛ.l.ſi qs teſta.liber.eſſe iuſ.fue.l.i.§.ſceuola.rn̄deo ut.ſ.
ꝺ publica.l.ſi ego.§.partus.ꝛ.C.ꝺ ſur.l.ancille .Bal.

**Ea que.** Licet fluminis impetus. rem meam
alteri exportet.nō deſino eſſe dominuſ
ꝛ poſſuꝫ ꝯdicere.a detinente.no a quod detentus eſt p̄
do.ꝛ ideo tali predoni nō cōpetit actio.ſi quis inde amo
ueret.niſi p vim faceret.vt.ff.de fur.l ſi fullo. Sꝫ an
licet dn̄s nō pdat proprietaceꝫ. tamen perdat.poſſeſſio
nem ꝛ dic ꝙ ſic qꝛ flumen aufert poſſeſſionem.vt.ff.de
acqui.poſſeſ.l iꝫ.§.labeo.Baldus.

**Quod te.** Mora facit ad debitorē tran
ſire periculū interitus.ꝛ vt mo
ra cōmittatur requiritur quod debitor ſoluere
potuerit.ꝛ ſe debere ſciuerit.vel ſi ipe ignorauerit ſe de
bere.hoc tamen ſcire debuerit.h.ꝺ. Primo tractat
de effectu more.ſo de eius cōmiſſione. Nō. moram
transferre periculum ꝛ impotentiam excuſare a mora.
Nō.qꝺ paria ſūt.ſcire.ꝛ ſcire debē. Nō.a ꝯtrario ſēſu ꝙ
iuſta ignorātia excuſat a mora facit.j.depoſi.l.ſi qſ iſicia
tꝰ. Op.ꝙ ēt ſine vlla mora ſit piculū debitoꝝ.vt.C.e.l.i
cendium. So.ibi in obligatione quātitatis.hic i obli
gatōe ſpēi ꝛ facit.j.de furt.l.ſi quis vxorem.§.labeoneꝫ
ꝛ ibi dixi.ad.Idem. Op.j.ad .l.fal.l.i ratione.§.icerte
So.ibi in obligatione generiſ hic ſpēi ꝛ eſt ratio .qꝛ ge
nus perire non poteſt ſpecies autem ſic. Op .ad idē
ff.de v̄bo.obligatio.l.in illa ſtipulatꝫ.ſi kalendis. So.
ibi ſpecies erat in condictōne hic in obligatōe.vnde ibi
nō cōtingit iteritus in re debita hic ſic ſm dy. Op.ꝺ
ſoluꝫ.l.ſtichum in prin.ſo.ibi in oblōne alternatiua.hic
in oblōne ſimplici.ꝛ dic vt ibi. Op.ꝙ iteritus liberet
debitorē quātitatis.vt.ff.de ſolu.l.q.x.ſo.illud pp morā
creditoris ibi quāti as erat i obligatiōe reſpectu ſpēi.ita
qꝺ ſpēs erat i ſolutōe fienda.ꝛ nō genus.vnde caſus iꝺ
qꝺ ſolutio operatur hic nō.ꝛ nō.qꝺ obligatō reſpectiua ē
alteriuſ nature q̄ alternatiua.vt.j.ſi cui.pluſq̄ per.l.fal.
.l.ij. Itē op. de eo qꝺ legit̄ ꝛ nō.j.e.l.nā ꝛ ſi fur.in gl.
ſꝫ tūc.ſo.vt ibi dicā. Itꝫ op.j.mā.l.ſi hoieꝫ vbi oblīo ꝯcta
p reſpectuꝫ ſpēi.nō finit̄ interitu.ſed ibi loqtur i obliga
tōe ad itereſſe q̄ cōcernit ſpēm p modū relatōnis.ad cā
nō p modū ſolōnis ſpēi.nā ibi ē obligatio reſpectiua tā
quā ad exemplar nō tāquā ad ſolōnem ſpēi.vt.j.ꝺ cōſti.
pec.l.nā qꝺ. Op.qꝺ debeat diſtingui.an res eſſꝫ co
deꝫ mō peritura actori nec ne.vt.l.ſi cū exceptōe.§.quod
ſi homo.ꝙ me.cau.ſ.ꝛ.ff.depo.l.ſi plures i fi.ꝛ.ff.de rei
vēdi.l.itē.§.fi. Mar.ꝯfitetur hoc. Jo.negat p.§.rectiſ
ſime.ꝛ p.l.cū res i fi.q̄ loquitur i caſmate nō i ruina nā
li. Nō obſtat ꝯtriuꝫ.ſ.formatuꝫ.qꝛ.§.qꝺ ſi homo loquit̄
i actōe.qꝺ me.cā.vbi mera pena eſt triplū.ꝛ tunc aūt cēt
quadruplū re perempta.ſi nō abeſt actori.nec adeſt reo
ꝛ ſic ē ibi pp nām illius actionis. Item.l. ſi plures ē
ſpāle in depoſito.qꝛ mitius agitur cuꝫ depoſitario. q̄ cū
alio debitore. Item in eo mora auxerat preſtatione
tradēdi.detentionem.qꝛ veniebat extimatio tocius rei.
ideo in alio releuatur. Item in.l.ſi v̄beratum loquit̄
in reali.vbi nō cadit obligatio.vt inſti.de actio. §. oīum.
vnde mitius agitur cum nō obligato quaꝫ cuꝫ obligato
Op.ad idem.j.ad.l.rod.de iac.l.ſi vehenda.§.idem
iur̄.vbi caſus ſupueniens in re vel in perſona ipedit pe
naꝫ vel intereſſe peti.ꝛ ponit ibi exemplū in cāu naufra
gi tēpeſtatiſ hominiſ mortui.ꝛ nauiſ deſtructe ꝛ p̄cipue
obſtat ille.§.in ratōne ſui.ꝛ i ſui principio. So.ibi cul
pa in obligatōne cōmittenda.hic mora qꝛ agi poterat ꝛ
fuerat debitor in mora.ut nō.dy.j.de acceptil.l.ꝛ an i to
tuꝫ cy.in.l.ad cōparandas.C.man.ꝛ de ſpon.ꝛ arg .j.e.
Op.ꝙ mora habeat aliud officium.Circa acceſſiōeſ
vt i.§.ſi autē. So.fateor in uſuris uero dic ut.C.de ꝯ
dic.inde.l.i. Uenio ad ſ̄aꝫ prem.ꝛ op.ꝙ difficlt̄as ñ
excuſet ut.l.cōtinuus.§.illud.ff.ꝺ v̄.ob. So.difficultas ñ
viciat promiſſionē vt ibi.ſꝫ impedit morā cōmitti.vt hic
dicit dy.ꝙ mora nō ꝯbitur.ſi difficultas impedit factū
vel dationē ſpeciei.qꝛ caſus cōtingit i re debita.ſecꝰ ſi ꝺ
betur quātitas vel genus.qꝛ tūc nō ꝯtingit caſus i re ꝺ
bita cuiꝰ paupertas.nō excuſat ſm dy.ibidē quo ad noſ
tamen a penis ſpiritualibus excuſat paupertas. vt nō.
Inno.de offi.dele.c.p.ꝛ gl. Itē a p̄ſumptione litis ꝺ
ſerte.vt nō. Inno.de ap.ex ratione facit.j.man.l.idēqꝫ.
§.ſi ignorātes.ꝛ facit.j.ꝺ op.liber.l.libertꝰ q poſt.ꝛ.l.in
terdum. Op.ad finale dictū.l.dicit̄ hic exigi ſciētiaꝫ
vel ſupinā ignorātiā. Op.ꝯ primū dic.ū.ff.ꝺ v̄bo.obli
gatio.l.ſi ſeruū.§.ꝺ illo.ſꝫ ibi dolus vel culpa i faciēdo.
hic ſimplex obmiſſio.nā grauior ē culpa cōmiſſionis . q̄
obmiſſionis.vt nō.i.l.ſi mora.ff.ſo.matri. Op. qꝺ nō
requiratur ſcientia.vt.ff.de v̄bo.obliga.l.ad diem ſo.ibi
in interpellatiōe iuris ſeu diei. hic i interpellatiōe homi
nis.ꝛ facit in ratione ſui.ff.ꝺ mino.l.emilius largianus.
Op.quod nō noceat culpabiliter ignorare.ſꝫ regrat̄
dolus vt.l.q ſine dolo.de reg.iur.ſo.illa itelligit̄ ſm iſtā
vt etiā culpa veniat ſm glo.quod eſt verum in lata cul
pa.ſm. Ja.nā ex deum ñ perpetuatur obligatio ratione
more ſed ratione culpe.ſi talis.culpa venit ex natura ꝯ
tractus.quod eſt notabile. Extra circa primam par
tem legis queritur.an cōdictio interpellet pro homine.
glo.inuit quod ſic.vt.ff.ꝺ verbo.ob.l.ſi ex legati cauſa.ꝛ
videtur caſus.e.ti.l. quod in diem.in ꝯtriuꝫ innuit.ff.e.ti.
ꝛ.l.ita ſtipulatus ꝛ etiam melius .qꝛ inter natiuitatem
obligationis.ꝛ moram debet eſſe interſtitiuꝫ tp̄ris .ar.
j.de viur.l.ſciēdum.ꝛ.ff.de ſolu.l.ratū.ꝛ de iudi.l.ſi debi
tum.ſed illud verum i mora legali.ſeꝺ i mora cōuentio
nali ſecus.vt.j.de actio.emp.l.ratio. §. fi. ſed appoſitio
termini habet̄ p mora ꝯuentionali.quare videtur dice
re dy.aut eſt appoſita ſimplex cōdictio.aut ꝯdictio .ꝛ di
es.p̄ma non interpellat.ſ̄a ſic.ar.ff.ꝺ verbo.obli.l.i illa
ſtipulatione ſi c̄ kalēdis.§.fi.qñ cōdictio cōſiſtebat in pre
ſtatione.ſecus i cōdictione cauſali. qꝛ dies cōdictionis ñ
itelligitur repetitus i ſolutōne ut.e.ti.l.iam hoc iure ubi
glo.dicit ꝙ ſic ꝛ.j.de conſti.pec.l.ſi duo.§.fi.ꝛ.l.pmiſſor
ſtici.§.i.ꝛ.ff.de arbi.l.ſi cū dies.§.fi. Sed quid ſi debi
tor obtulit ante diem.an per lapſum diei conſtituatur in
mora. vt.j.de conſti.pecu.l Item illa. Quid ꝺ dic i
certa.dic idem vt nō.cy.C.de contrahen.ſtip.l.magnaꝫ
facit quod nō.C.de pigno.l.debitores. Sed an dies
tacita iterpellat ſicut expreſſa .dic vt nō.ff. ſo.matri.l.ſi

mora. Sed an interpellatio ſimplex indicit moraꝫ in
officio iudicis. dic vt. ff. de dam. infec. l. cum poſtulaſſeꝫ.
Circa hanc partem legis. quero an ignorantia. excu
ſet. a pena cõpromiſſi. dic. ꝙ ſic ab expenſis. ſm. Jo. an.
in titulo de arbi. i additionibus. vnde q petunt reductio
nem. ad arbitriũ boni viri ⁊ ſuccũbant. ſi hñt iuſtaꝫ cau
ſam litigandi. excuſantur a pena cõpromiſſi quod ẽ nõ.
dignũ. idem ſi ſuccumbũt non propter iniquitatẽ petitio
nis reductionis. Sed ꝑꝑ defectum ꝓceſſus vel imperi
tiam aduocati. Sed ſi ꝑꝑ iniqtateꝫ petitionis reductio
nis tenerẽtur ad penam. vt. ff. de verbo obligatio. l. qui
rome. §. duo. ⁊ ibi per bar. ⁊. ꝯ. de his q ſunt ſui. vel alie.
iur. l. ſi iudex. ⁊. C. ꝺ epiſ. ⁊ cleri. aũt. generaliter. ⁊. C. ad
exhib. l. ſi res ſed cõtra hoc facit ꝙ ab expẽſis cõuentio
nalibus non excuſat probabilis cauſa litigãdi. vt nõ. ff.
de le. iij. l. ſi mulier. §. rem ergo nec a pena cõuentionali
licet a legali pena excuſet probabilis error vt. l. fi. ꝺ ꝺcre.
ab ordi. faciẽ. So. dico aliud i expenſis q̃ ſunt inter
eſſe agentis. ⁊ aliud in mera pena ar. ꝯ ꝙ ignorãtia nõ
excuſet actorẽ que pſumitur deliberaſſe vt. ff. de reg. iu.
l. qui i alterius. ⁊ facit. ff. ꝺ leg. ij. l. fi. in fi. ſi eſt ignorãtia
ꝓuata vr̃ nocere actori ſi publica. ⁊ cõis. nõ ob. l. queſitũ
qñ acti. de peccul. ⁊ facit. ff. de vbo. ob. l. interdum niſi ꝓ
natus error eſſet cauſatus ab aduerſario. vt. ff. quo. leg. l.
i. §. quod anteꝫ cum ſy. ab executione autẽ ⁊ natura ꝯtcꝫ
nõ excuſat ignorãtia nec ellidit obligatõem ex ipa ꝯuen
tione naſcenteꝫ vt. l. inter. §. ꝯria. j. de pigno. actio. ⁊ i de
lictis dic vt in. l. ſi plagij. ff. de vbo. obli.

**Certum.** Certũ eſt qñ apparet qd qua
le ⁊ quãtuꝫ ſit demõſtratõ fa
cit reꝫ certaꝫ nec refert qualiter fiat dũmodo
fiat. h. d. Nõ. an ſit dr̃ia inter quid quale ⁊ quãtuꝫ certe
ſic. quid ẽ ſub ꝑdicamẽto ſubſtãtie quale ſub ꝑdicamen
to qualitatis. quãtum ſub ꝑdicamẽto quãtitatis ut apud
dialeticos. Nõ. quod tñ operatur vna demõſtratio
quãtũ alia. ⁊ ponitur vna pro alia ⁊ rei demonſtrate. di
cit lex qꝺ fruſtra aditur alia demõſtratio. vt. ff. de dote
ꝑleg. l. i. i fi. nec refert. an fiat ad oculuꝫ. vel ad itellectuꝫ
vel fiat noĩe vel alio ſigno. demõſtratiuo vel ꝑ circũlocu
tioneꝫ. Et adde quod ſunt q̃dam noĩa per ſe nota vt
gallo paſſus. ut nõ. C. qui teſta. facere poſſ. l. hac conſul
tiſſima. Nõ. argu. ꝙ ſi qs accuſat. ⁊ nõ ponat confi
nia loci per ſe noti. ꝙ libellus procedit. q2 eſt certus ⁊
clarus vt palaciuꝫ poteſtatis. vt. l. antiqui. ſi pars here
di. pet. ⁊ de le. ij. l. pater. §. vicos. ⁊ qꝺ ibi nõ. per Ja. de
are. ſilr in re que hꝫ certos fines imutabiles. vt caſtruꝫ
facit quod nõ. Inno. i. c. cum ad ſedeꝫ ex̃ de reſti. ſpo. ⁊ ẽ
bonũ arg. de loco ad pſonam vt. ff. de vul. ⁊ pup. l. q plu
res liberos. qꝺ eniꝫ ſpecificatũ eſt nõ indiget magis ſpe
cificari. ⁊ facit. ff. ꝺ fideiuſſo. liber. l. lucius. ⁊ nõ. ꝙ multi
plex. eſt qualitas. ſ. rei vt hic ⁊ perſone. vt. ff. ꝺ nego. ge.
l. põponius la. ij. ⁊ facti. ff. ꝺ ſicca. l. i. §. diuus. inſtrumẽti
⁊ ex̃. de hõi. c. ſignificaſti. in fi. ⁊ loci. ⁊. ff. ꝺ pẽis. l. aut fcã
§. locus ⁊ tpe vt ea. l. §. tp̃s qualitas aũt eſt qcquid acce
dit ſubiecto. quod nõ cõtinetur ꝺ neceſſitate in ſubiecto
⁊ maxie denotatur qualitas ꝑ aduerbia vt nõ. ff. ꝺ neg.
geſt. l. põponius ſcribit ⁊ modus ꝑ gerũdia. ſꝫ qualitas
cõtinet̃ cum ſubiecto a ꝓncipio vt. ꝯ. e. l. cum quid. ⁊. ff. ꝺ
nox. l. in delictis. §. ſi ex̃neus. q2 qualitas hꝫ informare
ſubiectum. ⁊ ideo ei cõiuncta dꝫ eſſe ſubiectum. ꝺ' co ſub
ſtantiã ꝓncipalẽ id qꝺ ꝑ ſe ſtat qꝺ eſt informabile a qua
litate ⁊ ꝙ hꝫ eẽ hꝫ ꝑ ſe ipaꝫ. ⁊ vbi nõ ẽ ſubſtãtia ñ ẽ qua
litas vt. l. ij. ꝺ vſufruc. q2 omnis qualitas opꝫ quod fũde
tur i alio ſicut accidẽtia i ſubiecto. nam vt dicũt phi acci
dẽtis omne ẽ ineſſe. ⁊ ideo ille q nõ eſt fur. nõ pꝺt eẽ fur̃
mãifeſtus. vt. ff. ꝺ fur. l. is q ope. q2 a quo remouet̃ ſubie
ctuꝫ ⁊ qualitas ⁊ ille q nõ poſſidet nõ eſt bone fidei poſ
ſeſſor vt. j. e. l. poſt additaꝫ niſi eſſet qualitas ſubſtãtialis
⁊ dolus i furto. vt nõ. j. ꝺ iuriſdic. om. iudi. l. ſi quis id qꝺ
§. fi. eſt etiam qualitas duplex. quedam que requirit̃ re
ſpectu certi actus. ⁊ eſt inſtãtanea ut deprehẽdi in furto
⁊ iſta qualitas requiritur dum delictuꝫ eſt infieri vel in
flagranti crie vt. l. ſi quis i ſeruitute. ff. ꝺ fur. Quedã que
nõ requirit̃ reſpectu actus determinati. ſed in genere ut
eſſe famoſuꝫ. furẽ iſta ẽ qualitas ſucceſſiua. ⁊ hꝫ vetuſtio
rem cauſaꝫ quãdoqꝫ. vnde furem famoſaꝫ ex furtis per
petratis ſepius ſenis comprehẽditur pro vno furto po
ſtea facto peruſij iudex peruſin⁹ poterit damnare ad
furcas. q2 auget delictum. ⁊ ſemper ineſſe videtur. ⁊ ſeq
tur infamẽ infamia quocũqꝫ ipſe infamis proficiſcatur.
ar. ꝯ. de poſtu. l. ex ca. Alij dicunt in contrariũ ⁊ male q2
non agitur hic de alijs maleficijs punieñ. ſed agrauãdo
delicto ex perſona delinquentis ſm bar. ar. in. l. p. §. fi.
ff. ſi ex nox. cau. fac. ag. Or poſtquam diſgreſſio fa
cta fuit reuertor ad ꝓpoſitum. ⁊ quero aliquis promiſſit
mihi. x. corbes. boni fru. ⁊ nitidi granis an ſtipulatio ſit
certa quidã dicunt ꝙ ſic. nam licet arguere de cõtractu.
qui contrahitur re. ad eum qui contrahitur verbis vt. j.
e. l. omnia. ſꝫ mutuum boni vini parit certi condictionẽ.
q2 pro mutuo nõ datur niſi certi cõdictio ergo idem i ſti
pulatione glo. dicit ꝯrium per. l. vbi auteꝫ nõ apparet. ff.
de verbo. obliga. naꝫ bonũ eſt qualitas poſitiui. q2 ineſt
cõpatiuo ⁊ ſuperlatiuo cũ ergo poſitiuũ repreſentet̃
in pluribus ratione generalitatis eſt incertum non ob.
ar. de mutuo. q2 ibi ẽ obligatio reſpectiua ꝑ reſpectũ ad
id quod eſt mutuatuꝫ. cuius qualitas erat determinata
ad gradum poſitiui. ⁊ idem in ſtipulatione ſi adiceretur
mutuo. vt. ff. de verbo. obligati. l. triti. ſecus in abſoluta
ſtipl'one. in qua reus pꝺt ſoluer̃ illud. aut illꝺ. i bonũ me
lius. ⁊ etiã optimũ. ſed nõ eſt ſic in mutuo. vt nõ. ꝯ. e. l. cũ
quid. ⁊ nota. quod ꝯpatiuum excedit ſuũ poſitiuũ. exceſ
ſu indeterminato in quo non cadit alternatio ſolutiõis.
l. vbi autẽ nõ apparet. j. de verbo. obligatio.

**Omnia.** Mutuũ pꝺt trahi ſub ꝯdictione
⁊ pendere ex futuro euentu. hoc
dicit. ⁊ facit. ꝯ. e. l. ſi quis nec cauſam. ⁊. j. e. l. ro
gaſti. ⁊. ff. de acqui. poſſe. l. qui abñti. §. ſi quis cum ſimili
bus ⁊ nõ naſcitur interim actio quando cõdictio apponi
tur a principio ſecus ſi ex poſt facto. poſt obligationem
iam nataꝫ vt. j. e. l. pecuniam. ⁊. ff. de actio. ⁊ obligatio.
l. obligatõnũ ferc. §. ho. ⁊ plene nõ. j. e. l. lecta.

**Proinde.** Nõ. ꝙ ꝯtus pꝺt pender̃. no
ta ꝙ ſi legatarius repudiat le
gatum. fingitur nũquã fuiſſe dominus. ipſe. ſꝫ
heres fingitur fuiſſe dñs a die. addit. hereditatis ⁊ con
firmatur mutuũ ſicut alius ꝯtus ⁊ traditio ex alia cau
ſa. Op. quod in legato pecunie nõ tranſiuerit domi
niũ in legatarium q2 in legato quãtitatis vel generis nõ
tranſiuerit dominium. cum ſit quid intellectuale. non
aũt certum corpus vt nõ. j. e. l. certi condictio. poſt prin
cipiuꝫ. ſo. hic fuit legata pecunia i ſpẽ vt. ff. de lega i. l. ſi
ſeruus. §. q quinque ⁊ itellige de pecunia teſtatoris. naꝫ
ſi heredes non transferent dominium in legatarium
recta via. ut nota. ff. de fur. l. a ticio. ⁊ res heredis. ſubie
cta reſtitutioni. bene pꝺt alienari effectum ſecus in re
teſtatoris niſi legatarius repudiet legatum vt hic ⁊. ff.
de le. i. l. ſi heredis ſeruus in legato etiam alternatiuo ñ
tranſit dominium. nec prohibetur alienatio niſi p⁹ elec

tionem.vt nõ.ſ.de rei vendica.l.ſi in rem agat aliquis.
Idem i legato i diem vt.ff.de vſufruc.leg.l.ſempronius
attalus merito.ꝓhibetur heres alienare.qꝛ nõ dominuſ
ſed in fideicõmiſſo vniuerſali.licet ſit dominus anteꝙ̃
reſtituat ex trebelliano tamen alienare nõ poteſt.quia
lex prohibet vt in auc̃.res que ſi vero eſſet appoſita di
es.vel ꝯdictio interim valeret alienatio.vt.ff.de le.ij.l.
peto.§.predium .ſed exiſtente caſu reſtitutiõis infringi
tur alienatio qꝛ ꝯdictio retro trahit̃.ſm dy. vt ipſe nõ.
in.c.i.in fi. de regu.iur.lib.vi.quod videt̃ contra.l.i.§.ſe
cundum ad ſilla.ꝛ ideo melior ratio eſt.qꝛ finita poteſta
te datoris reſcinditur ius ſucceſſoris vt.j.de pig. l.lex
vectigalis.ꝛ ecõtra aucta poteſtate datoris augetur ius
ſucceſſoris.vt in auc̃ .de nup.§.quando infirmas .ꝛ ad
de qd̃ nõ.dy.j.de aq.plu.arc.l.ſi tertius.§.ſi quiſ prius.
Op.quod mutuũ in iſto vſi. Item ſi legata non
pendeant ſit ſtatiꝫ nullũ qꝛ heres nõ eſt dominus.vt.ſ.
de fur.l.a ticio. So.cõcedo quod nõ valet.tamẽ quia
poteſt cõfirmari nõ dr̃ pendere id autem qd̃ eſt nullũ ꝛ
non poteſt ꝯfirmari ñ dr̃ pẽder̃ de ſtipula.ſeruo.l.vſum
fruct.ꝛ.l.fi.cõ.ꝑdio. Op.ꝙ nõ ꝓpterea confirmetur
mutuũ.qꝛ nõ fuit a ꝑncipio dñiꝫ trãſlatum. vnde ius ſu
ꝑueniens.auctori nõ trãſfert dñium vt.l.ſi a ticio.ff. de
rei.vẽdi. Sed diceret ſtatiꝫ aliquis ſubtilis nõ tranſ
fertur directuꝫ.ſed vtile.ar.ff.d rei vẽdica.l.ſi culpa iſtd̃
nõ eſt benedcm̃ .qꝛ in re mobili nõ reperit̃ vtile dñium
ꝛ qꝛ.l.ſi a ticio.logtur d publiciana.non de vtili dñio. ꝛ
iſta tria noia.ſ.quaſi dñiꝫ vtile dominiũ directũ dñium
ſub ſuis noibus nõ poſſunt cadere i eadeꝫ pſona pro ea
deꝫ re vt.j.ad treb.l.ſi hr̃s.ꝛ.j.d pigno.l.ſi ab eo.ꝛ d pe
titio.hr̃di.l.ꝛ nõ tm̃.§.quod ſi pro emptore.ꝛ.C.ad exhi.
.l.ſi res.dic ergo ad ꝯrium.vt nõ.j.d actio.emp.l.ſi quis
alienaꝫ.aut ius actoriſ fingitur retro.ꝛ tũc logtur h aut
nõ fingitur retro.ꝛ tũc logtur ꝯrium.ꝛ eſt rõ differẽtie
qꝛ in.l.noſtra cã eſt de ꝑterito.ꝛ ius fingitur de preteri
to tranſlatum a die qua potuerit heres alienare.i.a die
adite hr̃ditatis lꝫ quo ad qd fingatur a die mortis vt.l.
ſi ex re.§.fi.de ſtip.ſer.ne teſtator intell̃r pro parte tp̃is
ſine hr̃de.fuiſſe ar.ſ.de mili.teſta.l.miles ita.§.ꝛ qꝛ dixi
mus. Op.ſi legatũ ẽ queſituꝫ legatario ip̃o iure quo
modo põt repudiare.Rñdeo qꝛ iſta ẽ acquiſitio cõmuta
bilis q̃ fit ignorãti. ſed acquiſitio plena fit deceptãti ut
nõ.j d ꝯdic.inſti.l.ſi qs.ita ſed i duobus caſibus nõ põt
legatuꝫ nõ agnituꝫ repudiari.primus ſi ius ſit tertio q̃ſi
tum.vt.l.ſi ꝑteꝫ.§.ſi fundus.ff.qui.mo.ſer.amit.ſecũdus
ſi hr̃es legatum repudiet i fraudeꝫ creditorum vt.j.de
bo.liber.l.liberto octoginta.Bal.

# Certi condictio.

Certi cõdictõ cõpetit ex om
ni facto ꝛ ex omni iure ex quo certũ petit̃ ſiue
ius.i.obligatio oritur ex ꝯctu celebrato a ꝑncipio ſuper
certo ſiue ſuꝑ incerto.vl̃.ſuꝑ facto ex quo deuentum ſit
ad petitõem intereſſe.ꝛ ſi obligatio ẽ pura ſtatiꝫ ꝯpetit
ſi ſub ꝯdictione oritur extante ꝯdictione.ſi in diẽ nõ iten
tatur ante diei euẽtuꝫ ꝛ cõcurrit cuꝫ actione ex teſtamẽ
to cuꝫ actõe legis acquilie.ꝛ cum actione furti. ꝛ cõdictõ
ne furtiua.ꝛ trãſit ad fideicõmiſſariũ vniuerſalem ꝛ põt
opponi ꝯ quẽlibet debitorem.noie ſuo vel alieno obliga
tum.hoc dicat Breuiter i vno verbo ſtat cõcluſio. certi
cõdictio generalis cõpetit pro quolibet debito certo ꝛ ꝯ
quẽlibet obligatum hoc dicit cõpetit.i. datur vel oritur.
qꝛ qñqꝫ eſt natiua ex radice obligatõis.vt.ff.de pac.l.iur̃
gentiꝫ.§.i.quãdoqꝫ datiua.vt.j.e.l.ſi a fure.i.rñſo.ꝛ. j.
e.l.ſi me ꝛ ticiuꝫ.qꝛ nõ procedit ex obligatione redita in

tex.ibi ex omni cã.i.facto quod factum ẽ cã ꝑmeua ꝛ re
mota.ſicut eſt ꝯctus ꝛ quaſi delictũ.ꝛ quaſi que facti ſũt
vt.C.de cura.furio.l.ꝯſilio.§.fi.ꝛ facit.j.§.proximo.ꝛ ui
de quod nõ.j.de cõdic.ob tur.cau.l.ſi ob turpem.In gl.
illa ꝛc.ꝛ.j.de inſtito.l.ſed ꝛ ſi pupilluſ.§.vltimo.In tex.
ibi ex omni obligatione ꝛ obligatio ẽ iuris vinculum ꝛ
ẽ imediata cã perſonalis actionis de procura.l.lꝫ.§. ea.
obl̃io.In tex.ibi ex certo ꝯctu.i.cõtinente certũ vt.ſ.e.l.
certum ex incerto.i.cõtinente icertum ut ſcm̃. naꝫ facta
ſunt incerta.qꝛ eſſential̃r pendent d futuro.ꝛ oẽ futuruꝫ
eſt incertum.ꝛ iſta dictio factum eſt nomen nõ participi
um.ꝛ ideo non ſignificat tempus. ꝛ dicitur factum.i.fa
ciendam. quia futurum promittitur. Nota de hu
ius actionis generalitate que adaptatur omnibus cau
ſis ex contractu ex teſtamento ꝛ ex delicto ꝛ omnibus
obligationibus natiuis vel datiuis.vt.j.de condic. ex le
ge.l.i. Nõ.ꝙ certi ꝯdictio ipedit natiuitatẽ actionis
ꝛ nota quod ante diem non põt agi.nota quod certi cõ
dictio competit ad intereſſe.vt patet qñ agitur ꝓ dãno
dato ſm guil.nota de dictiõe ex quod quãdoqꝫ reſpicit
ꝓximaꝫ cauſam vt obligationem quãdoqꝫ remotaꝫ vt
factum ꝛ facit.j.de excep.rei iudi.l.ꝛ an eadeꝫ.§.actio
nes cũ ſimilibus. Op.quod certi ꝯdictio.fruſtra ſit i
troducta in mutuo qꝛ pro mutuo cõpetit certi condictio
ſp̃alis inſti.e.in principio.ergo generalis nulluꝫ habet
effectũ. So.ſpecialis eſt ſub generali.tanquam ſpe
cies ſub genere nec dicitur genus inutile propter ſpeci
es ſuas vt.l.i.ſ.e.guiliel.Ja.but.ꝛ cy.dicunt quod ꝓ mu
tuo naturali nõ cõpetit certi ꝯdictio ſpecialis.ſꝫ genera
lis tantum ſufficit vt.j.§.proximo.nã pro ſtipulatiõe ex
cauſa mutui que eſt mutuũ ciuile nõ competit niſi gene
ralis vt inſti.de verbo.obliga.in principio ergo nec pro
numeratione.quia plus nõ minus debet ſtipulatio cum
numeratione ꝙ̃ ſimplex numeratio operari.vt.C.e.l.ij.
in fi.vbi tãtum actꝫ.naturalis ponderatur. vt hic in hac
l. n.§.ſi nũmos.ꝛ.ff.d acq.re. domi.l.ea que. ego teneo
glo.vt dixi.ſ.e.in rubrica. qꝛ ſpecificata cauſa ſpecifica
tos parit effectus. Op.quod ſupfluat ꝓpter triticari
am. So.nõ eſt ita.qꝛ habent ſo.vt excedẽtia.ꝛ exceſ
ſa.nam hec ad pecuniã.illa nõ.illa ad factum hec nõ q̃li
bet ergo eſt generalis tamẽ aliter ſe habꝫ vna ꝛ aliter
alia.ſm glo.ꝛ bene. Op.ꝙ ſit ſupflua ꝑ actioneꝫ ſi
cer.pet.que datur ꝓ omni pecunia ex quacũqꝫ cauſa de
bita.vt.l.i.de triti. So.illa nõ eſt nomen actionis.qꝛ
cauſe denominant actiones.nõ res.vnde nõ dicit̃ actio
de ſtico.vel actio de martino ſicut nõ actio pecunie nũe
rate.ſꝫ doc. Op.quod ſit ſupflua per actionẽ i factũ
vt.l.quotiens de ꝑſcrip.verb. So. iſta cõcurrũt cum
ſp̃alibus actionibus.illa vero nõ.qꝛ ẽ ſubſidiaria. Et
op.quod ſit ſupflua.qꝛ ſemper datur actio ſpecialis. vn
de iſta generalis opus eſt . rñdet glo.quod eſt neceſſa
ria ꝛ vtilis.nam in duobus caſibus eſt neceſſaria ꝛ vti
lis.nam in duobus caſibus eſt neceſſaria in ſtipulatiõe
certi.ꝛ vbi petitur intereſſe.non cõuentum expreſſe.ſed
tacite.vt.ff.de verbo.obliga.l.ſtipulationes non diuidũ
tur.§.celſus.quoniam intereſſe nulla alia actione peti
põt niſi certi cõdictione generali. quod eſt notandum.

Item eſt vtilis quando intẽtatur ex cauſa famoſa.
nam ſi uolo meũ ſꝫ uolo infamare reũ.proponam hanc
actionem quod eſt nõ.dignuꝫ ꝓ ꝯ°ne que deſcendit ex
ſtatutis terrarum.nam licet deſcendit ex cauſa famoſa.
iõ infamat.ꝛ actio.ꝛ oblig.ceſſat ꝛ eſt ratio.qꝛ infamia
eſt effectus ſententie.ꝛ ideo emergit ex poſt facto vnde
aſſumit ſibi condictio iſtaꝫ naturam ar.ſ.de peti.here.l.

item veniunt.§.cum prediximus. Sed quid ſi conuē
tus ꝯdictione ex lege.pro furto ꝯfitetur.an ꝯfeſſio facit
eum infamē.dic quod nō.q2 nō operatur plus confeſſio
ꝙ ſnia.vt nō.ſ.de infa.l.quid ergo.§.ex cōpromiſſo.nō.
⁊ adde qđ nō.j.ti.i.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.fi. In gl.ſub
audi.vbi apparet qđ probatio mera non infamat ⁊ ſic
pȝ ex ꝓdictis hanc actōem quādoqȝ eſſe neceſſariā. quā
doqȝ v.tlē.quīqȝ volūtariaȝ ſiſe in vſi.bonoꝝ poſſ. C. vn̄
legꝫp.certi.certum nō ergo ē ſuꝑflua actio. Ꝺp. ⁊ vr̄
quod ſint ſuꝑflua v̄ba iſtius.l.quia cum actio.⁊ obꝰſunt
idem.ergo nugatorie hic loquitur.vt.ff.ꝺ excep.rei iudi.
.l.ſingulis. Soluūt qdam ⁊ fatentur quod eſt incul
catio.⁊ dicunt male vt in prima ꝯſtitutione. C.§. qbus
Jo.alr̄ exponit.⁊ adhuc male q2 reſtringit iſtaȝ dictōeȝ
vniuerſalē omniſ.⁊ qui omnia dicit nihil excludit.ut.C.
ſiue cenſ.ul' reliq.l.omniſ.Glo.ſoluit ꝙ cā refferatur ad
cām remotam que eſt facti.ut.ff.de ac.poſſ.l.iij.§.ex plu
rimis.⁊ de cura.furio.l.cōſilio i fi.Obligatō refertur ad
ius.⁊ ad cām ꝓximaȝ actōis ut.j.de iur̄.l.fi.prius enim
eſt factum ꝙ̄uis.⁊ hȝ iſtud factuȝ ſucceſſiuū nomē.licet
factum in iſtanti cōſumetur vt nō.ff.ꝺ acq.poſſ.l.i.§.ve
teres. Op.oꝛ̄ hic qđ ex icerto ꝯctu agiꝛ̄ certi ꝯdictio
ne.ſed ꝯ iſtud ē iplicare ꝯria.⁊ ꝯ tex.inſti.ꝺ v̄bo.obliga.i
ꝓn.So.aut tu cōſideras actionē ꝓmitiuā ad factū aut ſe
cūdariā ad itereſſe ex ꝓma agitur ex ſtipulatu vl' ex alio
ꝯctu.vn̄ illa obl'io deſcendit.vt.j.de actio.ēp.l.i.i ꝓn.⁊.l.
ſi ſterilis.§.ſi.tibi.⁊ de ꝯhen.ēp.l.fundi ꝓteȝ.⁊ ſa ii ad in
tereſſe agiꝛ̄ certi ꝯdictōe vt hic. Op.ꝙ ymo ꝓciſe aga
tur ſeu cogatur reus ad fcm̄.vt.ff.ꝺ ope.no.nū.l.ſtipl'o.
§.ſiue. So.illud ē veꝝ.ſi vult actoꝛ.vnde ē in ſua ele
ctione.q2 qn̄ intētatur certi cōdictio petitio dȝ eſſe certa
vt in tex.ſed vbi petitur intereſſe nō ſpecificatur ꝙ̄titaſ
i libello vt inſti.de actio.§.curare.⁊ ſic peticio eſt icerta
ergo ⁊c̄.So.dicit glo.ꝙ quātitas dȝ eſſe certa vl' certifi
canda ꝑ ſniam.naȝ cum oio in ſnia ſit certificāda ꝙ̄titaſ
per ideȝ dȝ haberi ac ſi a ꝓncipio eſſet certuȝ.q2 ſnia eſt
declaratoria ⁊ q declarat rē nouā nō facit. ſed quod eſt
detegit.vt.ff.de acq.re.domi.l.adeo.§.cum qs nā iterēē
hȝ in ſe certaȝ ꝙ̄titatem ⁊ nām.ergo pro certo dȝ habe
ri ar.i.l.i.de leg.ij.⁊ de cōdic.ob cau.l.ſi pecuniā.§.ſi.ſer
uuȝ lȝ tollereꝛ̄ libelluſ incertꝰ ſuꝑ intereſſe.q2 magis per
tinet ad iudicem taxatio ꝙ ad partē iudex enī oio taxa
re dȝ vt.C.de inutili ſtipu.l.iij.in fi.⁊ facit quod nō.j.de
iniur.l.iniuriaꝝ.§.extimatio.Op.ꝯ hoc q2.l.dic ꝙ inter
eſſe eſt incertuȝ a ꝓncipio ſm glo. Sed ꝯ q2 nos. de
bemus iudicare ſm formaȝ petitōis.nō ſm formaȝ ꝓba
tionis vt.l cum q̄dam puella.§.fi.ff.de iurdic. om. iudi.

So.fateoꝛ illud quo ad iudiciuȝ fundādum ⁊ finiēdū
ꝑꝑ iudicis iuriſdictionem. ⁊ quo ad ingreſſuȝ iudici.ſed
quo ad eſſe vel nō eſſe actionis.q2 hoc reſpicit deciſſoria
magis cō ideramus finē quam principium. Cōcluda
mus ergo ex gl.ꝓmo ꝙ ꝓcedit libellꝰ icertꝰ ſuꝑ iterēē qi
ſit petitō generalis.ſecundo q2 ipſum iudex debet i ſen
tentia declarare. Et ex hoc noto quđ maioꝛ reqriꝛ̄ cer
titudo i ſentētia ꝙ i libello.vnde i ſimili.lȝ procedat li
bellus alternatiuus.iure dominij vel quaſi.tamē iudex
i ſententia debet eligere alterum.ne ſententia ſit icerta
lȝ aliquando admittatur libellus generalis tamen arti
culus ſuper quo examinatur teſtis debet eſſe ſpālis .⁊
certus vt nō.i.§.eligere i ꝓncipio gl.nam icertitudo naſ
cens ex facto conuenti vel natura rei facit admitti libel
luȝ incertuȝ.ſed nō incertam probationem vt ibi nō. ⁊
j.de ꝓto.ſtipu.l.fi.vbi de hoc. Tertio quod poteſt pe
ti intereſſe per certi cōdictionem ymo nō competit alia
actio ꝙ certi condictio ut in alia glo. Extra ꝯ iſtas ꝯ
cluſiones.Op.ſic ⁊ uidetur quod in libello quando peti
tur intereſſe debeat peti certa quātitas ſpecificata.nam
in actione legis acquilie agitur ad intereſſe.i.ad dānum
nūqd iſtđ eſt ſpecificādū in libello certe ſic. ut legitur ⁊
notatur.ſ.de rei uendica.l.ſi in rē.§.fi. Preterea nō
procedit libellus incertus ſi opponaꝛ̄ ut nō. C. ꝺ anna.
excep.l.fi.Hic opinio.tenēt Pe. ⁊ cy.q2 ſnia debeat eē
conformis libello vt.l.fi.de ſidei.liberta.⁊ notatur.j.e.
l.vinū.⁊.j.de triti.l.contra hic in magna gl.ſed illud eſt
debile argumentum.q2 ſententia debet eſſe conformis
libello.i.ferri debet ſuper ꝯtentis in libello.ſed omnia i
telliguntur contineri.que poſſunt includi.vt notatur.ſ.ꝺ
iudi.l.ſi quis intentione ambigua.ea vero que non per
tinent ad naturam petitionis fateoꝛ non icludi.vt .l.nō
poſſumus.ſ.ſi ꝑs hēdi.peta.⁊ cōi diuidun.l.vt fundus.⁊
probatio tunc facta cꝫ libellum nō valet.q2 nō eſt perti
nens ſed impertinēs.⁊ facta lite.non conteſtata.vt.ff.ꝺ
peti.here.l.ſi quis li.§.ſi.ſicut nec releuet.apꝛa probatio
ſi peticio eſt inepta.vt nō.extra.de iudi.c.examinata ꝑ
Jo.and.in nouella vbi oio videas.⁊ ſi ſententia eſt con
dēnatoria debet eē ꝯformis libello.i materia ⁊ i forma.
ſi abſolutoria iſta eſt ꝯtraria forme libelli. tamen ꝺ eo
quod petitur eſſe debet ⁊ facit.ff.de arbi.l. quid tamen.
§.fi. Quid dicemus procedit ne libellus incertus ſu
per intereſſe.reſpōdeo aut intereſſe petiꝛ̄ principaliter.
⁊ tunc debet declarari in libello.aut petitur incidenter
⁊ ſub ꝯdictione verbi grā.peto ꝙ tu tradas rem ⁊ ſi nō
trades peto intereſſe.hic non eſt neceſſaria ſpecificatio.
quia adhuc intereſſe non conſideratur .⁊ eſt de futuro
⁊ quod talis libellus procedat.notatur i.l. i. ff. de actio.
emp.⁊ facit quod nō.C.loc.l.cōductores.⁊.C.vnde vi.l.
nō ab re ⁊ extra de teſta.c.raynaldus. Op.⁊ videtur
quod icidēter veniat itereſſe i libello.⁊ ſine petitōne vt.
l.ediles.§.item ſciendum.ff.de edil.edic. So .illud ē
verū acceſſorie ſi emergit liꝗ.conteſtatā tamen.quod eſt
nō.licet oporteat peti ⁊ idem i iudicio appellationis. q2
ex ſuo officio poteſt ꝯdemnatoria de fructibus itereſſe
vt.l.fi.j.de re iudi.⁊ ibi per.Ja.i libello.⁊ ideȝ in expen
ſis vt nō.ff.de dam.ifec.l.ſi qs miſſum ſi tamen itereſſe
i libello non apparet tunc oportet ꝙ quātitas ſpecifice
tur idem i fructibus.vnde ſufficit dicere peto rem cum
fructibus perceptis ⁊ percipiendis.ſine taxatōne quan
titatis.vt.C.ſi qs alteri vel ſibi.l. cum ꝓpria.per cy.
Probatio vero ſemper debet eſſe certa.⁊ clara.⁊ icer
ta non valet.q2 probatio debet fundari ſuper certo ⁊ .ō
icerta adiectio nihil operatur vt.j.ti.ij.l.cum furti.⁊ in
probatōnibus.quod minimum eſt ſeqmur vt .j .de ꝓto.
ſtipula.l.fi.ſed quando iter contrahentes venit per mo
dum debiti ꝓncipalis ſemper oportet quod petatur via
ordinaria. Op.⁊ videtur quod itereſſe nō petatur iu
re actōnis.ſed officio iudicis.vt.j.e.l.vinū. So.i obli
gatōnibus dādi venit offō iudicis vt ibi. ſed i obligatō
nibus faciendi.venit actionis ope.vt.ff.de verbo.obliga
tio.l.ſtipulatōnes non diuiduntur.§.celſus .⁊ dic vt ibi
per dy.⁊ iſti.de actio.§.actōnum.i ꝓma gl.magna .⁊ fa
cit quod nō.Inno.ex̄ de ſenten.exco.c.ſacro.⁊ eſt ratio
dfie. q2 obligatō facti non ualȝ.niſi iterſit.unde i iterēē
ſtat ius ſed obligatō dādi ualet lȝ nō iterſit ⁊ ideo non
ſuccedit itereſſe.q2 nec ponderatur ⁊ facit.ff.ꝺ v̄bo. obli
gatio.l.ubi autē.§.fi.⁊.j.man.l.ſi remunerandi.§.ſi tibi.
Op.oꝛ̄ hic quod ante diem nō poteſt agi.cōtra quia
actio ē nata.ut.l.i.in fi.quādo dies uſuſfruc .leg. ced.
So.gl.hoc concedit.ſȝ cōtra hoc inſtat pe .⁊ ego. ꝙ gn̄

diez nõ ē nata actio ut.ff.ꝺ pac.l.iuriſgẽtium.§.qnymo
hic.⁊.j.e.l.nõ omnis.§.pe.⁊.ff.ꝺ verbo obligatio.l.ſi ita
ſtipulatus eſſem abſte.i fi. And .de piſſis tenet glo.
qꝛ dies nõ additur obligationi.ſed executioni obligatõ
nis vnde nõ impedit actionem naſci .ſed intẽtari. facit.
C.qñ dies vſuſfruc.leg.ced.l.ex his verbis. Guil. di
cit.aut dies ineſt.ex natura obligationis.⁊ tunc interim
non naſcitur actio.aut ex pacto.⁊ tunc naſcitur ſecundũ
Guil. ⁊ eſt ratio quia i pmo caſu repugnat natura obli
gationis.nõ ſolum natura tempr.ſed in.ƀo caſu nõ re
pugnat natura obligatõnis ſed ſolum natura temporis
ſed tempus non eſt modus impediendi originem actio
nis.qꝛ eſt tempus certum.vt.l.obligationuz.ſere.§.pla
cet de actio.⁊ obliga. Item qñ tp̃s uenit ex natura
obligationis.nam perceptũ eſt indiuiſibile.ſed quando
ex pacto duo videntur precepta.vt.l .celſus .ff. de arbi.

Bar.dicit quod ante diem oritur actio ſpecialis.ſʒ
nõ certi ꝯdictio generalis.vt hic qꝛ nõ niſi ad certum.ſʒ
interim nõ eſt certum pp interuſuriũ medij temporis.
ar.j.man.l.ſi mandauero tibi.i pncipio.cy.i.l.edicta aſſi
gnat iſtaȝ rationem.qꝛ añ diẽ nõ naſcit᷑ actio.qꝛ ſi naſce
retur.ergo naſceretur actio ad plus re vt.l.i.§. diem.ff.
de eden.ſʒ reſponſuȝ nõ eſt verũ.qꝛ naſcitur ante vt ab
ſoluatur poſt.⁊ ſic nõ ad plus breuiter truphe ſunt ſi di
es impedit actioneȝ naſci exceptio diei pẽdentis eſſet p
emptoria.⁊ nõ dilatoria ſolõnis qꝺ eſt falſuȝ.vt inſti.de
excep.§.tẽporales ⁊ mꝺie ex natura obligatõis ē caſus
ff.ſo.ma.l.ſi cõſtante.§.quotiens.⁊ de cõpenſatio.l.ſi cũ
militi.§.i. Nõ ob.§.qnymo. qꝛ hi fundabat agens ex
pacto actioneȝ ⁊ nõ replicatõem.vt poterat.⁊ ſic.nõ ob.

Opio etiã Bar.trupha ē cuȝ ex vna radice oriatur
certi cõdictio cum actione ſpãli ſimul oriũtur nec veruȝ
ē quod tẽpus cauſet incertitudinẽ.naȝ ⁊ iſta ſpãlis actio
nõ dicitur i minus cõpetere.ſed nõ poſſe interiȝ exigi ex
ea.⁊ ideo opio glo.eſt vera per legeȝ q̃ ad hoc a l. j. mã
dati.l.q mãdatum facit.C.ꝺ dona.l.iij.nõ ob.l.nõ omnis
§.i.qꝛ ibi oblĩo requirebat moraȝ vt ibi dicaȝ. Itẽ i obli
gatõibus facti.Iteȝ quãdo ē impoſſibilis preſtatio ante
dieȝ nõ eſt nata actio facit.j.loc.l.inſulaȝ. Cõcludamus
igitur qꝺ tp̃s certum omni certitudine non impedit ori
gineȝ petitõis.tñ ſi interim petat᷑.aut excipitur.⁊ abſol
uitur reus ab obſeruatõe iudicij.aut nõ excipit᷑.⁊ tũc bñ
ꝯdemnatur datis tñ ſibi inducijs duplicatiſ.vt nõ.Inn.
i.c.i.de plus peti.⁊ p̃dicta ſunt vera.qꝛ ex pura obligatõ
ne neceſſe ē actionẽ naſci.⁊ ſi ē neceſſe.ergo ſtatiȝ naſci
tur vt.ff.ꝺ nouatio.l.ſi pupilli.§.i. ſecus ſi lex ꝓuidet de
actõe poſt dieȝ.qꝛ interiȝ nõ naſcitur vt.ff.de tutel.⁊ rõ.
diſtrah.l.vbi finita.vel ibi erat certuȝ.ſed nõ quãdo vbi
ſubdiſtingue.aut dies qñ ē vniformis.⁊ tunc ſtatiȝ naſci
tur actio vt decõ.§.ſub cõdictione.aut multiformis.⁊ tũc
nõ naſcitur ſtatiȝ actõ.qꝛ nõ eſt certũ ex quo capite huic
eſt ꝙ i tutella lʒ tutor male adminiſtret nõ oritur ſtatiȝ
actio.qꝛ tutella põt finiri diuerſis modis.ſ.morte adole
ſcentia.⁊ remotõe iuris ⁊ hoĩs.vnde ex quo capite inte
riȝ oriatur incertuȝ ē ideȝ in ſocietate.qꝛ poteſt finiri mł
tis modis ſm Ray.vt.C.vt actio.ab hered.⁊ ꝯ hrd.l.i.
⁊ cy.i ſuis additõibus. Op.ꝙ legatariuſ nõ hẽat cer
ti cõdictõem cum ſit dñs vt.l.ſi.vſufruc. queãdmo.caut.

So.hic loqtur qñ nõ erat factus dñs. vt qꝛ res non
erat teſtatoris vł erat in quãtitate vel in genẽ ſm glo.⁊
facit qꝺ nõ.inſti.ꝺ lega.§.noſtra.ſed iſtud ē veꝝ ſi lega
tarius acceptat legatũ.⁊ dñiuȝ.ſʒ ſi agit pſonali.nõ vide
tur acceptare dñiuȝ ſed pſonaleȝ obligatõem.vt.ff.ꝺ le.
ij.l.cũ filius.§.varijs ⁊ nõ vꝛ habẽ certi cõdictionem ⁊
expedit ſibi pſonalis potius.qꝛ nõ hʒ probare de dñio.
q̃ eſt difficilis probatio. Et glo.querit an certi condi
ctio cõpetens loco redibitorie ſit eiuſdeȝ nãe.⁊ dic quod
ſic.qꝛ illa p̃ſcriptio elidit obligatõeȝ.⁊ ſic elidit id quod
fundat.certi cõdictioneȝ.⁊ qꝛ ex ipãli radice ambe proce
dant ⁊ facit.l.ſi cũ.§.q iniuriaruȝ.cuȝ glo.ſua.ff.ꝺ iniur.

Querit glo. an certi ꝯdictõ ppetuetur perpetuata re
dibitoria.⁊ vꝛ ꝙ nõ quia iſtud uenit ex poſt facto.nõ ex
pmeua origine. Ego dico ꝯtrium p.l.ſi ex multis.C.ꝺ
an.excep.qꝛ certi ꝯdictio generalis ē de appẽdicijs. ⁊ qa
potius uidetur ꝯſeruari ieſſe q̃ nouaȝ nãm aſſumere ut
j.de cõſti.pec.l.item illa.§.qꝺ adicitur.⁊ de dona.cauſa
mor.l.quod certaꝝ ꝺ caſtrẽ.pec.l.pñ.⁊.j.ꝺ iureiurã.l.naȝ
⁊ poſtea in.§.ſi minor ⁊ in.§. ſi is q temporali. Que
rit ſi certi ꝯdictio dat᷑ loco legis aqlie.an creſcat per in
ficiationem.⁊ uidetur ꝙ ſic .qꝛ eius loco ſuccedit. ergo
aſſumit eãdeȝ nãm.ut in.§.qui iniuriarũ. Glo.dicit ꝯtrũ
per.l.item ueniunt.§. cum prediximus de peti. heredit̃.
Non ob.quod actio ſubrogata ⁊c.quia eſt illud uerum
ꝙ aſſumit nãȝ pmordialẽ ñ ſcariã ⁊ accidẽtalẽ ꝙ ē nõ.itᷓ
certi cõdictio.generalis eſt potius coequeua q̃ actio ſub
rogata aduerte ergo.ꝙ iſta certi cõdictio potius adicit᷑
alij actioni q̃ in alterius loco ſubrogetur. Et h gl. fa
citquod ſtatutum diſponit ſup damno dato.⁊ agitur cõ
dictione ex ſtatuto licet reus neget nõ creſcet i duplum
ꝙ intemptatur ꝯdictio ex lege que nõ aſſumit ſibi iſtaȝ
naturam poſteriorem legis acquilie ſʒ primeuam que i
eſt actualiter nõ potẽtialiter.tene mẽti.⁊ quottidie alle
gatur.ſed ſi actio pmeua eſt bonefidei.an certi cõdictio
erit bonefidei.vꝛ quod ſic.vt.C.de pac.inter emp.l.ii.in
fi.⁊ quod nõ.per Guil.in.§.quinymo. Glo. determi
nat contrariuȝ inſti .de actio.§.actionum.nõ obſtat qꝺ
ſũmit ſibi parem naturam originaleȝ qꝛ eſſe bonefidei.
eſt magis beneficiũ q̃ natura. Itẽ ſi eſſet vera eſt ta
lis que nõ põt deuolui i aliam actionẽ. qꝛ habʒ in ſe ſpe
cificatam dñiam.vt.j.de noua.l.emptor. Querit glo.
ſi traditio eſt i obligatiõe.an habeat locuȝ certi cõdictõ.

Glo.dicit ꝙ ſic quãdo habet in ſe effectuȝ dandi .ſe
cus ſi purum factum debeatur vel reſtitutio rei ꝓprie.
ſm glo. Quidam reprobant.qꝛ traditio facti eſt. ⁊ lʒ
trãſeat dominium eſt ſequella quedam ⁊ nõ debitũ pn
cipale vt.j.de vſu.l.ſi ſtipulatᷓ.§.veruȝ.⁊.j.de cõdic.ob.
cau.l.fi.⁊ venit cõſecutiue. So.cõcedo glo.verum di
cere.quod licet venditor nõ teneatur transferre domi
nium.tenetur ſalteȝ transferre ius.i.vſucapiẽdi ꝯdictio
nem vt.ff.de ꝯhen.emp.l.clauibus.⁊ ſic nõ eſt puruȝ fa
ctum ⁊ facit.j.de acti.emp.l.ſeruus quẽ.§.ſi ſciens ⁊ de
v̇bo.obligatio.l.in cõuentionalibus.§.rem ⁊.j .ꝺ actio.
emp.l.ſi ea res.§.ſi uero. Querit glo.an ille qui pro
ponit certi condictionem debeat ſpecificare cauſam in
libello.⁊ vꝛ quod non.qꝛ omnis cauſa eſt eiuſdẽ ratiõis
⁊ ꝯcluſiõis.⁊ ꝯcluſio ex omni cauſa eſt vniformis ergo
non expedit cauſam remotam apponi.ſicut cum agitur
reali vt.ff.de excep.rei iudi.l.⁊ an eãdeȝ.§.actiões.⁊ ar.
ff.de libe.⁊ poſt.l.gallus.§.ſi eiuſdem.⁊ de acqui .here.
l.quod ſi dubitet. Itẽ ſpecificata cauſa videtur intẽta
ta.ſpecialis actõ.non generalis.ar.C.de peti.here.l.he
reditas matertere. Glo.dicit contrariuȝ.⁊ ē caſus.j.
de iureiurã.l.duobus.§.exceptõ.qꝛ ſine cã libellus nõ ꝓ
cedit.⁊ oportet quod cauſa ſit rationabilis.⁊ concludẽs
que ſi eſſet vera debet pro legitima reputari vt nõ.j.de
excep.dol.l.is.§.circa.nõ aũt ē de eſſe iudicij ꝙ cauſa ſit
uera ſed quod ſit apta ut.ꝺ.fa.hercıſ.l.cũ putarem.ſicut
nec ē deeſſe litis qꝺ actõ ſit uera.ſed quod ſit cõgrua.⁊

apta.ut.l.i.de offi.aſſeſſo.⁊ nō.in.l.i.C.ut que deſ.aduo.
par.iudex ſupple.⁊.l.ij.C.de formul.niſi libellus cōtine
ret apertam calumniam.qꝛ tunc libellus nō procedit ut
nō.j.de bo.liberto.l.q cuʒ maior.§.ſi patris.⁊ p Inno.
i.c.i.de offi.uica.qꝛ quando continet apertam defenſio
nem rei non procedit libell'.vt.C.de his qui.ad eccl.con
fugi.l.ſi ſeruus.⁊.C.vt nemo priuat.titul.l.ij.in fi.⁊ ibi
nō.⁊.C.de iura.cal.l.ij.§.ſin aūt reuſ. Itē ſi libel.⁹ñ
cōcludens ac etiaʒ cōfeſſio ſup eo nō cōcludit.vt ibi nō.
⁊ facit.C.de digni.l.quotiēs.li.xij.vnde cū daretur libel
lus cōtra militē poteſtatis.qꝛ extorſerat quedā manda
to poteſtatis fuit laceratus libellus tanꝙ cōtinens ap
tam excuſationē rei.vt nō.dy.in.c.ꝙ quis mandato.⁊ ſi
ꝓpterea poneret' milies in bāno nō teneret bānuʒ nec
ficta cōfeſſio per dictā glo. Cōcludamus ꝙ reqritur
ſpecificatio cauſe vt ſit ſaluū reo ius.deliberatōiſ vt nō.
in.l.is apud quē.C.ď edē.⁊.l.ſi i rem i fi.ď rei vēdicatio.
⁊ hoc fiet narratiue.tamē mediū cōcludēdi erit genera
le.qꝛ certū debes nō qꝛ vēdidi ſil'e nō.C.ď procurato.l.
qui ſtipēdia.⁊.ſ.ď dol.l.nō debet. Sed nūqd ſufficit
allegare factuʒ ſine obligatōe.⁊ vr' quod ſi ſui nā ē obli
gatoriuʒ ſtatim p̄ſumitur obl'io.⁊ ſufficit cā p̄ſumpta.l.
omnes.§.lucius.ff.que i frau.credito. Itē ſufficit tacita
⁊ p̄ſumpta ꝯcluſio vt nō.i.c.iiij.qꝛ p̄ſulatuſ.⁊ ar.in.l.i.ſ.
e.tota tamē vis libelli ſtat in ꝯcluſione.vt nō.dy.in.c.nl'
lis p'ſibus cy.C.de fal.l.nec exēplum.In criali nō exigi
tur cōcluſio.⁊ qñ proceditur p inqſitōnem ſufficit narra
tio facti vt ex̄ de ſymo.c.lʒ eli.in ꝯ.qꝛ pōt eſſe cā vera ⁊
tamē obligatio nō ē vera.ergo non procedit libellus vt
nō.i.l.i.ſ.ď edē.So.credo libellū ꝓcedere.qꝛ qui actōeʒ
ꝓponit obligatōeʒ allegare vr' ar.j.ď acq.heredi.l.illud
Sed quid ſi allegat' obl'io p̄terita.⁊ nō p̄ſenſ videt'
ꝙ nō ꝯcludat libellat.naʒ lʒ fueris obligatus.iam nō ſe
quitur neceſſario.ergo nūc ſil'r es obligatus.nec etiam
p̄ſumptiue.qꝛ p̄ſumptio requirit ꝓpoſitionē lʒ nō ꝓbatio
neʒ vt.j.ď adul.l.ſi adl'teriū cū inceſtu.§.ideʒ pollioni.⁊
ad hoc facit.qꝛ i dubio p̄ſumitur ex p̄terito in p̄ſenti ſic
in obligatōe.vt.l.ſiue poſſidetis.ſed ex p̄terita dñij alle
gatione libellus nō infert ď preſenti vt nō.j.ď confeſſ.l.
certuʒ.§.ſi fundus.ergo ⁊c̄. Preterea p̄terituʒ ꝑ ſe ꝓla
tuʒ vr' proferri cū ab negatōe p̄ſentiſ tpis ar.C.ď legib⁹
.l.cū lex. Tu dic qđ procedit libellus.qꝛ tacite vr' allega
ri.p̄ſens quod ex p̄terito infertur niſi aliud ꝓbetur.naʒ
p̄terituʒ de pn̄ti cōcludit.vt nō.dy.ff.de v̄.ſig.l.verbum
opʒ.⁊ facit ex̄ de trāſac.c.preterea. Quarto loco.nō
ob.§.ideʒ pollioni.qꝛ nullo mō allegaret id ſup quo fun
datur p̄ſumptio iuris nō ſufficit vt ibi.ſed allegare exp̄ſ
ſe ſufficit.l'itē tacite ar.ſ.e.l.cū quid ⁊.j.ď bo.liber.l.pau
lus.§.i.vlterius quod hic dr' de furto.adde quod dixi.ſ.
e.l.ſi qs nec cauſaʒ.§.res pignori. Extra quero ſi cer
ti ꝯdictō q̄ ꝯpetit fideicōmiſſio vniuerſali.ē eadē nūero
cum illa que cōpetebat defuncto.⁊ vr' quod ſic.qꝛ ē eadē
i ſubſtātia vt.ff.de nego.geſt.l.actio.In ꝯtrium videt'.qa
iſta eſt vtiliſ.⁊ hʒ nouā originē facit quod nō.ſ.de dol.l.
hr'dibuſ. So.dico ꝙ nō eſt eadē natura ⁊ ꝙ dr' quod
eſt vna ſubſtātia.Rñdeo vna i ſubſtātia i fundamēto.tñ
due ſūt nūero directa ⁊ vtilis quia ex tacita ceſſione q̄
fit p reſtōeʒ ex trebelliano oritur.vt nō.ſ.de pac.l.ſi cū
emptore.facit ſ.de tranſac.l.fi.ymo plus q̄ꝫ ceſſionari⁹
eſt qꝛ p̄fertur heredi.ſed ceſſionarius nō p̄fertur dño re
integra vt.C.de noua.l.iij.nam in fideicōmiſſario vniu̇
ſali cōcurrit lex ⁊ conſenſus in transferendo.⁊ ē trāſla
tio neceſſaria ⁊ elidat directam actionem.ſed mera ceſ
ſio nō elidit directam actionem in reali tamen ſemp vr'
ceſſionarius preferendus maxime cum p̄tendat cauſam
nō lucratiuam.vt.l.ſi culpa de rei vendi.Sed iura perſo
nalia ſunt magis ad radicata.l.iiij.ff.pro ſocio.ſi tamen
cedēs poſt ceſſionem exigit debet reſtituere ceſſionario
vt.ff.de excep.dol.l.apud celſum.§.ꝙ ſi is cui.⁊ ibi nō.
⁊ facit.j.de cōſti.pec.l.ſi poteſt facit.j.loc.l.iſulā.§.i.

Quoniam. Dictum eſt quod certi cōdictio
competit ex omni ꝯctu vnde cō
petit ſiue ꝯhatur re ſiue verbis.ſiue ꝯiunctiʒ re.⁊ v̄bis.
Sed quando ꝯiunctim queritur an oriatur ex re.an
ex verbis ⁊ ꝯcluſio eſt ꝙ ſi cōtractus verborum nō valʒ
agitur ex ꝯtractu re celebrato.⁊ hoc probatur quattuor
exēplis. Primo qñ nūeratio ē util' ſtip° v̄o inutil'.qꝛ ē
in tertium collata.Secundo quando numeratio ē vtil's
ſtipulatio inutilis.qꝛ inſerta eſt ſtipulationi cōdictio im
poſſibilis. Tertio qñ numeratio ē vtilis.qꝛ facta pu
pillo cum auctoritate tutoris ſtipulatio inutilis.qꝛ non
afuit tutoris auctoritas.quarto quando facta fuit nume
ratio ante prodigalitatem.ſtipulatio poſt prodigalitatē
⁊ interdictionem ⁊ in omnibus p̄dictis exemplis agitur
ex numeratione ex mutuo naturali.nec viciatur p inuti
le hoc dicit. Nota de ꝯctu qui celebratur cōiunctim
re ⁊ verbis. Nota qđ alteri ſtipulari nō poſſumus.
Nota ꝙ cōdictio impoſſibilis viciat ꝯctum. No
ta ꝙ pupillus non poteſt promittere ſine auctoritate tu
toris. Nota quod prodigus cui eſt bonis interdictū
equiparatur pupillo.⁊ vide quod nō.j.de condic.idebi.
l.iterdum.⁊.j.de fideiuſſo.l.marcellus. Op.cōtra p̄
mum ꝯnſum.ſi aliquis contractus cōtrahitur re ⁊ ver
bis ꝯiunctim ergo eſt altera ſpēs ꝯ.§.fi.inſti.de obliga.
ſic mixtum imperium eſt ſpecies p ſe.ſeparata.a mero
imperio.⁊ a mera iur'dictione.vt.l.imperiuʒ.ſ.ď iur'dic.
oium iudi.ar.j.ad ſille.l.ſi quis in graui.§.ſi quis tabu
las.⁊ vide quod nō.j.rē rat.haber.l.ſi ſint in p̄ncip.⁊.j.
ſolu.matrimonio.l.ſi cum dotem i p̄ncipio. So.dicit
glo.quod hic non loquitur de coniunctione que faciat
quintam ſpeciem nam ſi numero ⁊ ſtipulor.ꝯnus cōtra
ctus eſt.vel ſtipulatiōis.ſi valet ſtipulatio.vel numera
tionis.ſi nō valet ſtipulatio.iſta ergo verba denotant ꝯ
curſum actuū nō pluralitatem vt.j.de noua.l.ſi ita.§.fi.
cum.l.ſe. Item mutuū ciuile cui natura cooperatur
non eſt alius cōtractus q̄ꝫ verboꝝ re impletus ⁊ ſic nō
obſtat. Op.ꝙ quis poſſit alteri ſtipulari.vt.j.de con
ſti.pec.l.eum qui.§.ſi actori. So.diſtingue tria gene
ra perſonarum.quidam ſunt in noſtra poteſtate.⁊ tunc
valet ſtipulatio.ſi ſunt in plena poteſtate ſecus ſi eſt q̄
dam poteſtas ſemiplena vt domini in vaſalluʒ ⁊ patro
ni in libertum vt.ff.de verbo obligatio.l.ſi ita ſtipulat⁹.
§.griſogonus.quidam ſunt officiales.i.publice perſone
⁊ gerūt officiū publicuʒ auctoritate ⁊ vtilitate.vel ſaltē
auctoritate.⁊ valet ſtipl'o eo nomine quatenus ad eorū
officiū ſpectat vt decō.§.ſi actori.⁊.ff.de uſur.l.gaiuſ.⁊.j.
de ſolutio.l.quero.⁊ de adop.l.his v̄bis ⁊ de magiſtra.
ꝯue.l.i.§.exigere.ff.de uulg.ſubſt.l.cā cognita.qdam ſūt
qui non gerunt publicum officium.ſed priuatum.⁊ tunc
aut concipiunt contractum in perſonā domini tantum.
aut in perſona ſua.⁊ domini aut in perſona ſua tantum
iſerto tñ nominis officij ſi verba cōtractus ⁊ ſolutionis
diriguntur in dominum non valet ſtipulatio.qꝛ non ha
bet vbi fundetur vt.ff.de actio.⁊ obligatio.j.quecunqꝫ
gerimus ⁊ adde quod legitur.⁊ nō.C.ſi quis alteri.vel
ſibi.l.multum in fi.ſi uerba obligationis referantur ad
ſtipulantem.uerba ſolutōnis ad dominum.tūc aut q̄ris
an valeat ſtipulatio.aut an domius agat.abſqꝫ ceſſione

an ualcat ſtipulatio . ⁊ dico quod ſic. nam ex quo eſt
procurator negocium pertinet ad eum cura ⁊ ſolicitu
dine ⁊ ſic itereſt ſua ut.ff.de actō.emp.l.iulianus.§.ſi ꝓ
curator. Si vero an agat dn̄s ſine ceſſione.dico ꝙ n̄
niſi i cōtractibus reguletur vt nō.j̄.e.l.ſi pecuniam, niſi
in ſubſidiū vt.j̄.de inſti.l.i.in fi. Fallit in caſibus vt nō.
j̄.de dam.infe.l.damni.§.fi.ſed i iudicijſ non eſt neceſſa
ria ceſſio.vt in.l.pe.ſ̄.ſi qs cautio. Si autʒ nō tāquā
procurator.ſed tāquā p̄ncipalis pſona ſtipulor.ita ꝓmit
tis mihi qͦ dabis.alij diſtingūt.aut mea itereſt.⁊ valet
vt ego agaʒ vt.ff.de v̂bo.obliga.l.liber homo.§. fi. Aut
nō intereſt.⁊ nō agam iſtud ē veruʒ tamē quādocūqꝫ ſu
p̄ueniat intereſſe agē potero.vt.j̄.mā.l.ſi v̂o nō remunē
rādi.§.ſi tibi.⁊ nō.per Guil.in.l.i.ſ̄.de pac.qꝛ an iterſit
inſpicitur tempus que agitur nō tp̄s cōtractus.ſed non
ne ſemp mea itereſt cum ab illo ſim repetiturus vt.j̄.
mā.l.idemqꝫ.§.ſi cui.So.ibi ſtipulatō erat cōcepta ſup
re adibentis illū tertiuʒ.unde cā ſtipulationis concerne
bat p̄ncipaliter iſtum ſtipulātem.Si autē cā cōcerneret
p̄ncipaliter adhibitum.tūc nō daretur contra euʒ actio
⁊ facit.j̄.de ſolutio.l.q res.§.qui rome. Tertia conce
ptio verboruʒ eſt ꝓmittis mihi recipienti pro tali. tūc in
diſtincte valet.qꝛ collata ē in me actio . ⁊ exactō. i.obli
gatio.⁊ executio.vt.l.ſi huiuſmodi in p̄n.de v̂bo . obli.⁊
ibi nō.iſta verba ponit glo.ff.de v̂bo.ob.l.ſtiplō iſta.§.ſi
qs inſulaʒ vbi oīo vide. Sed an erit neceſſaria ceſſio
vt agat dn̄s p̄ncipali. dic quod nō in iudicijs. in ꝯtrib⁹
ſic regulr̄ ſi ſtipulator eſt p̄uata perſona.ſi publica non
nec ob.ff.de fur.l.ſi qs vxor̄.§.ſi fugit.qꝛ ibi recipit ꝓ ſe
⁊ ſua ſecuritate.ille officialis nō noīe alterius ſm Old.
⁊ vide Inno.ex̄ de cōuerſ̄.c.q ducū. Op.ꝙ lʒ nō va
leat ſtiplō alteri facta vt ſtiplō tn̄ valeat vt mādatuʒ ut
j̄.de ſolut.l.ſi cū cornelius. So.aut oblō erat retro
ꝯcta i perſona iutiliter paciſcētis alteri.⁊ tūc valet pcm̄
inutile tāquā ſimplex mādatuʒ.aut obligatio ē ꝯhenda
⁊ tūc nō valet.nec vt mādatum nec vt alr̄.⁊ nō .ꝙ non
oritur obligatō nālis.ſi qs alteri paciſcatur.ergo nec iu
re gentiū tenet pcm̄ vt.ff.ad treb.l.d̄bitor.§.fi.⁊ hoc veꝝ
in pacto exp̄ſſo.ſecus i tacito.qꝛ magis vr̄ acqſitio legal̄
ꝙ ꝯuentionaliſ.vt de pigno.acti.q̄ſituʒ.§.donū. Cp.
ꝙ vbi eſt appoſita ſtiplō nō poſſit agi ex nūeratione vt
ff.de noua.l.ſi ita ſtipulatꝫ.§.fi.cū.l.ſeq.So.ibi ſtiplō eſt
valida.hic inualida.⁊ qn̄ eſt inualida.⁊ tūc nō poteſt fieri
nouatio vt.C.e.l.ſi ex p̄cio.ergo ip̄o iur̄ actō naſcitur ex
nūeratione.ſed fit trāſfuxio in ſtiplōneʒ.⁊ qꝛ fit imedia
te.ita qͦ inter natiuitatē.⁊ trāſfuſioneʒ nō ē aliquod me
diū.⁊ fingitur nō nata.q̄ nec momēto durauit ar.ff. d̄ ſo
lutio.l.q ſic.Iſta rō nō videtur v̂a.qꝛ qn̄ obligatōnes ſil̄
ꝯhunt ibi nō fit nouatio vt.j̄.pro ſoc.l.duo ſocietateʒ. ⁊
ff.de v̂bo.ob.l.ſi qs cuʒ aliter.⁊ nō.j̄.d̄ ꝯhē.emp.l.pacta
ꝯuenta,nā nouatio fit a poſteriori . ⁊ hic rōe falſitatis
nō poteſt priuſ ⁊ poſteriuſ aſſignari.ſed qn ſucceſſiue ſūt
obligaiōes.ibi bene cadit nouatio.Preterea dicē quō
re v̂a naſcatur ꝯctus nō eſt veꝝ.qꝛ nō fit niſi vnus ꝯctus
vt dcā.l.ſi ita ſtipulatꝫ.Preterea nūeratio iteruenit p̄n
cipalr̄ ꝑꝑ aliud.i.ꝑꝑ ſtipulationeʒ nō aūt principalr̄ ꝑꝑ
ſe.ergo nō reſultat ꝯctus re ar.j̄.e.l.ſi ego.⁊.l.nō omnis
⁊ nō.j̄.de actio.⁊ ob l.obligamur.dic ergo qͦ vbi appo
nitur ſtiplō p̄ualet ſtipulatio ſi ſit valida.ſi inalida iualī
de p̄ualere nō pōt.ff.de le.iij.l.ſi mater. Cp.⁊ uidetr̄
qͦ nūeratio p̄ponderet ſtiplōni.ut.l.i.§.ij.de ſtip . ſuo.
So.ibi nūeratio hʒ iuſtioreʒ cām ⁊ loqtur ibi qn̄ con
feruntur in pſonis diuerſoꝝ de quo dic ut.j̄.e. l.§.ſi nū
mos hic aūt i pſona eiuſdē naſcebātur. Op.ſi nō ua
let ut ſtiplō nō dʒ ualere ut nūeratio ar.j̄.de cōſti.pec.l.
.i.§.i.So.ibi defficit forma hic n̄.nā re contrahitur obli
gatio.tamen ſi hic partes eēnt cōcordeſ.quod ex ſola ſti
pulatione ageretur nullo modo ageretur ſi ſtipulatō eſ
ſet inutiliſ ar.j̄.e.l.rogaſti.§.ſi tibi p̄mo rn̄ſo qꝛ nūeratō
regulatur a conſenſu ut ibi patet dʒ eſſe ueſtita conſen
ſu.⁊ quia aſtrinxerunt ſe ad unam ſpeciem.⁊ in alia con
ſenſus deeſt ar.l.d̄ acceptilatio.l.⁊ an inutilis ⁊.C.ſi qs
alteri uel ſibi.l.multum in fi.legis.Preterea ſtipulatio
apponitur ad roboris firmitatem nō ad detrahendum
obligatiōi.⁊ ideo nō viciatur id quod eſt ꝓpter illud qͦ
nō eſt ar.j̄.de p̄ca.l.cuʒ precario. Opp . qͦ utile per
inutile vicietur. vt.l.parui.ff.de arbi. Sed ibi fuit data
certa forma qua nō ſeruata nihil valet .qꝛ forma eſt in
diuiſibilis.hic vero plura facta ſunt.ſ . numeratio ⁊ ſti
palatio.⁊ nō viciatr̄ actus naturalis ſi ciuilis nō teneat.
ſed i cōtraria eſt vnus actus ⁊ vnum factū indiuiſibile
propter datā ſibi formā.ſic.j̄.de exercito.l.i.§.ſi plures.

Op.ad caſum de pupillo quod p̄ma actio ſit ſubla
ta vt in.§.preterea. So.ibi fuit digreſſio de vna ꝑ
ſona in aliam ⁊ quaſi electio noue perſone.hic in eadeʒ
perſona ſm glo. Op.ſ̄.de pac.l.i perſonam.§. q pe
cunia. So.hic nō fuit iſta cauſa ibi ſic.ſʒ glo .hec nō
videtur veruʒ.qꝛ hic aderat iuſta cauſa.quā alibi lex ſub
ſtantiam vocat.vt.C.e.l.ſi ex p̄tio.⁊.C. de nō nu .pec .l.
aduerſus.⁊ ideo dicunt quidā quod lex contraria loqui
tur in perſona legitima.⁊ habil .hic de inhabili. qꝛ oīs
actus de mondo.requirit perſone habilitatem. ⁊ de in
hab litate ſemper pōt opponi.vt.l.tutor.§.prodigus .j̄.
ti.i. Sed tu ſalua glo.nam ſi ex tali ꝓmiſſione incidē
ter pupillus locupletatr̄ tenet obligatio qꝛ habet lucruʒ
annexum.vt.j̄.como.l.iij.ſecus ſi vi obligationis nō effi
citur locupletior.vt hic.⁊ facit quod nō.ff.de trāſac .l.cū
hi.§.eam.⁊ quod nō.i ſimili.C.de iure delibe. l.ſi infan
ti.i p̄ncipio.⁊ i.l.ij ſ̄.de offi.eius cui.man. eſt iurdic.
Quid autē ſi aliquis eſt prodigus.tn̄ ei nō eſt iterdictū
bonis.dicunt quidam.aut eſt notorium ⁊ nō eſt neceſſa
ria prohibitio qꝛ lex interdicit.vt.ff.de actio .emp.l.em
ptorem ⁊ ar.i.l.fi.C.d̄ ſenten.paſ.iſtud nō eſt verum. qꝛ
lex nō iterdicit dn̄o ne alienet opus.eſt iudice. ⁊ miniſte
rio ſuo.vt.ff.de confeſſ.l.iulianus.ſed poſtea ſtatim poſt
ꝙ eſt interdictum vt hic i verbo mox.nec obſtat.ꝙ noto
rium equiparatur ſententie qꝛ verū eſt quātū ad effectū
declarationis.ſʒ quantum ad prohibēdum ſecus eſt .vt
ff.ad trebel.l.imperator.eſt ergo opus quod iudex inter
dicat.ſed hoc nō debet facere niſi ex notabili prodigali
tate.i.ex nimio ſuper exceſſu.ſumptuum.vel qꝛ ſit luxor
vel meretricator vltra modum.de vſucapio pro emp .l.
ſi quis cum ſciret. Et nota.ꝙ lex iſta nō facit mentio
nem.de datione curatoris nam hoc nō eſt de ſubſtātia
interdicendi bonis.qꝛ ſententia hoc efficit vt.ff .de ꝯh.
emp.l.ſi quis ſciens.equiparatr̄ ergo pupillo prodigus
declaratus.etiam nō habens curatorem.pari ambulāt
paſſu.in cōtractibus.vt hic. Item i iudicijs.vt. l.fulci
nius.§.idemqꝫ.⁊ in prodigo. Itē i delictis. ſm quoſ
dam.quod nō credo verum ⁊ dic ut nō.in.l.ſi qs i tantā
.C.unde ui. Itē in teſtamētis.ut.ff.de teſta .l. is cui
bonis.⁊.j̄.de cura.furio.l.i. Extra noto quoſdam ca
ſus i quibus utile per iutile uiciatur.p̄mus quādo iudex
cognoſcit de maiori ſūma ꝙ ſua iurſdictio ſit. nam i ma
iori ſūma nō ualebit.quia inſtantia iudicij nō poteſt pro
parte ualere.ut.C.qn̄ prouo.nō eſt ne.l.cum certa ratio
ne.⁊.l.extra territoriū. Nota. qꝛ ſi iſtātia poſſit diui
di.de uno iudicio fierent plura iudicia.⁊ plures lites.qͦd

eſſe nō debet ſecus eſt in cōtractibus.q2 viciantur ſoluʒ
id quod excedunt. Secūdus ſi iudex miſſit aliquem
ī poſſeſſionem pro debito quod erat pro pte uerum.⁊ ꝑ
parte falſam.naʒ decretuʒ iudicis eſt idiuidiuuʒ.ut.l.i.§.
hec uerba.ne uis fiat ei.⁊ ar.ſ.fa.herciſ.l.in hoc iudicio
⁊.ff.de condi.inde.l.ſi nō ſorteʒ.§.ſi certū. ⁊ hoc ꝺ facto
ꝯſuluit dñs.Bar.Rn.i termis. Terti⁹ ſi qs donat
alicui omnia ſua bona.preſentia.⁊ futura.q2 ſi preſentia
tantum dixiſſet.valeret.ſi futura tātum etiam valeret.
ſed quia vtrūqʒ dixit neutrum valet.nec poteſt eligi al
teruʒ.q2 nō eſt ratio quare magis dicamus valere vnū
q̄ alterum.iſtud enim pactum videtur fieri i fraudeʒ le
gum ſup futura ſucceſſione loquentium.vt nō.C.ꝺ pac.
l.fi.⁊ ideo nō valet i aliquo.ut nō.ff.de iure patro.l. ſi li
bertus.minorem.nam idem factū nō debʒ diuidi.ar.ff.
de his quib.ut ind g.l.eū qui.§.ꝑ parte.⁊ ar.ī.ad ſilie.
l.ſi quis in graui.§.ſi qs tabulas.⁊ uide quod nō.ff.rem
rat.habe.l.ſi ſine in pncipio.⁊.ī.ſol.matri.l. ſi cū doteʒ.

Quartus eſt.quādo iudex competēs procedit ſimul
cum incompetenti.putans ipſum eſſe ſuū collegam cū
competēti.in iuriſdictione delegata .argumentum con
tra.quod inofficiis .iutilis adiectio .nō uiciet.ff.de ioffi.
teſta.l.qdam decedens.⁊.l.ticiuʒ ⁊ meuiū a ꝯtrio ſenſu.
naʒ nil valet quod agitur vt ex.de offi.deleg.cum ſuper
qꝺ dic vt ibi. Quintus qn̄ ſunt duo arbitri.vnus ha
bilis.alter inhabilis.nam cōpromiſſum nō valet.nec lau
duʒ.q2 forma cōpromiſſi ſeruari nō pōt vt.ff.de arbi.l.pe
dius.naʒ forma non pōt diuidi. Sextus qn̄ inutilis
adiectio ipedit ꝯſenſum partiū.vt.ff.de v̄bo.ob.l.i.§.cuʒ
adiecit vt.ī.loc.ſi.x. Septimus qn̄ eſt contra naturā
actus vt.ī.de reg.iur.l.actus legitimi ⁊ nō hʒ in ſe repu
gnātiam nālem. Octauus qn̄ adiectio ſit ꝑ modum
ꝯdictionis vt hic ⁊.ī.de actio.⁊ obliga.l.nō ſolū. No
uus quādo facta relatione ad aliud reſultat repugnātia
iuris cōis.vt.ī.de fideiuſſo.l.grece.§.illud.⁊ illud ē verū
v̄bi fideiuſſor promittit ut fideiuſſor.ſed ſi pncipalis per
ſona tenetur.ut nō.e.ti.ſicut reus. Decimus ē ubicū
qʒ nō pōt vtile ab inutili ſeparari.vt.l.i.§.illud.⁊.§. treba
tius.de aq.quo.⁊ eſti.cum ſy.⁊ ideo qn̄cunqʒ aliqd fun
datur ſup indiuiſibili.pars inutilis totaʒ viciat hinc eſt
quod ſi teſtis dicit falſum in vno capl'o nō creditur i ali
quo.q2 depoſitio teſtis fundatur ſup indiuiſibili.i. ſup iu
ramēto ſm old.⁊ vide quod nō.ī.de cōdic. ob tur.cau.l.
ij.Et ecōtra inutilis adiectio nō viciat.nam ſi adiciatur
inutilis ſtipl'o nūerationi nō viciat vt hic.⁊.ff.de v̄b. ob.
.l.ſi ita ſtipulatus ſim.§.griſogonus. naʒ ſūt duo actus
eque pncipales.vnde vnus alterum nō poteſt viciare.

Secūdus caſus eſt ſi tutor verus ⁊ falſus.auctorien
tur ſimul valet auctoritas veri tutoris.⁊ auctoritas fal
ſi tutoris nō viciat.q2 nō habēt duo tutores cōiunctā ad
miniſtrationē.ſed quilibet ꝑ ſe.vt.ī.quod fal.tuto.l.i.§.i.

Tertius caſus ē ſi ſuſpectus.⁊ nō ſuſpectus edūt rō
nes creditur editioni pp fideʒ veri.vt.ſ.de eden.l. ſi qs
ex argētariis.§.i. Quartus ē ſi iudex habeat aucto
ritatem.qua vti pōt.⁊ ipe vtitur auctoritate qua nō pōt
ualet ex vera auctoritate vt nō.Inno.de p̄ſump.c.cum
ex officio facit ⁊.ff.de iudi.l.ij.§. Quintus ē in quocū
qʒ qui hʒ duas poteſtates vl' duo iura.q2 p̄ſumitur ſem
per eligere habileʒ viaʒ.⁊ incōgrua via nō viciat. vt.ī.ꝺ
mi.teſta.l.iij. Sextus in teſtō nō ſolemni de iure ci
uili.q2 nō viciat teſtm̄ de iur̄ ciuili ſolemne vt.ff.de iniu.
teſta.l.cum in fo. Septimus ſi adiectio tendit ad au
gendum ⁊ nō ad infringēdum.vt.ī.de p̄car.l. cum p̄ca
rio. Octauus ſi iudex cōdemnauit in taxata quātita

te.⁊ poſtea adiecit ſaluo ꝙ ſi eſſet ꝯ ſtatuta reducat̄ ad
formā ſtatutoꝝ.nam iſta clauſula nō viciat ſniam certā
q2 dicta clauſula eſt incerta ⁊ ꝯdictionalis.⁊ nō procedit
ex certo cōſenſu iudicis vt.ff.de arbi.l.qualem.⁊.l.nō di
ſtinguemus.§.de officio.⁊.ff.de pen.l.moris.§. iſte fere

Nonus qn̄ adiectio nō uenit ad aliud capl'm qualifi
candū.ſed facit nouū capl'm ut.ſ.fam. herciſ.l.quedam
mulier ⁊ de iure patro.l. carmel a pia. Decimus ſi
narratio mediū ⁊ concluſio libelli eſt bona. tamē actio
eſt inepta nō uiciat inutilis expreſſio actionis ſm Inno.
de iudi.examinata.nam tacite ex narratis cōcludit̄ actō
cōpetens.vnde icompetens adiectio nō uiciat ſm cuʒ ſe
cunduʒ v̄o alios uiciat.q2 peccat in forma ⁊ aptitudine li
belli nec itelligitur tacite proponi. una actō ex quo alia
exp̄mitur.q2 exp̄ſſum facit ceſſare tacitum ut.ī.e.l.roga
ſti.§.fi.imputet ergo ſibi qui exp̄ſſit ineptam actionem
ut.l.i.§.i.ſi meſſ.fal.mod. dix. Item actio inepta repu
gnat concluſioni.⁊ ubi eſt repugnantia ⁊ contrarietas
ſeu impaſſibilitas utile per inutile uiciatur. ut . C. de
fide inſtru.l.ſcripturas.Oppoſita enim ſimul ſe poſita
collidunt ad inuicē.ff.de reg. iur̄.vbi repugnantia .⁊ ad
de hic quod nō.dy.in.c.vtile.per inutile.li.vi. ⁊ adde qꝺ
dixi.ſ.e.l.ij.§.mutui. Uenio nūc ad.ij.queſtiones.pri
ma eſt an procedat iſte libellus peto.x .que mutuaui .⁊
que per ſtipulationē mihi reddere promiſiſti ⁊ v̄r.quod
non.q2 deduco mutuuʒ naturale.⁊ ciuile. ⁊ ſic cumulo.⁊
obſtat mihi regula.l.fundi.⁊.l.fundum.de exceptio.in ꝯ
trarium videtur ꝙ videatur agi ex mutuo ciuili. cui na
tura adminiculatur vt nō.ſ.e.l.ij.§.fi.⁊ ſi non probo .ſti
pulationem videtur quod debeā ſuccūbere.q2 non ꝓbo
illud mutuum ex quo egi.ſed aliud.Preterea ego vide
or me aſtrinxiſſe.ad plura probanda ergo ſi non probo
ſuccūbam.q2 eſto ꝙ nō noceret in nouo proceſſu tamen
nocet proceſſui ichoato ar.ī.de inſti.l.habebat ⁊ ex.ꝺ ꝓ
batio.c.licet cauſam.cōtrarium dico.q2 i libello non ſit
mentio quod ſtipulatio fuerit appoſita incōtinenti vnde
potuerunt eſſe duo cōtractus.vt.C.ꝺ noua.l.fi. ⁊ nō.cy.
C.e.l.ſi abſentis.ar.ff.de verbo.obligatio.l. ſi quis cum
aliter.§.fi.ſufficit ergo alterum probare .ar. ff .de exer
ci.l.i.§.ſi plures.⁊ facit quod nō.ī.de proba.l.circa. nō
obſtat lex habebat.q2 ibi loquitur quando ſunt plura.
quorum vnum veniebat ad aliud cauſandum vel quali
ficañ.hic quilibet ſtat per ſe. Itē nō ob.c.licet cauſaʒ.
q2 ibi aſtringit ſe quis ex neceſſitate.q2 aliter nō audire
tur.ibi opponēs.niſi ea forma opponeret̄ .⁊ ibi id debet
formaliter probare.Et nō ob.l.fundi.⁊ .l. fundus. q2 ibi
vna petitō accedebat alteri.hic nō.q2 ſic ibi dʒ eſſe ꝺ for
ma exceptiōis.uel dic ꝙ ſi opponatur debet eligere. ut
l.quod in heredem.§.eligere.ff.de tributo .uel ibi loqui
tur qn̄ ex uno ꝯctu.deſcēdunt plures actiōes.ſʒ hic poſ
ſunt eſſe plures ꝯctus ut dixi nā.§ .eligere .loquitur de
electione actionū non cōtractuum ⁊ facit.ī.de inſti. l.ſi
pupilli.§.ſi inſtitoria.⁊ facit.ī.de actio.emp. l. nō eſt no
uum. Secundo quero dicit ſtatutum quod coutra.in
ſtrumētuʒ ꝯfeſſionatum nō admittatur probatio teſtiū.
modo ꝯ inſtrm cōfeſſionatuʒ preducit̄ ſcriptura puata ⁊
imponitur ei fides per teſtes.an ſufficit ⁊ uidetur quod
non.quia teſtes nō debent hic exaiari nec recipi. ergo nī
credit̄ eis.In cōtrarium uidetur quia iſta non eſt mera
ꝓbatio ꝑ teſtes.ſed inducit̄ incidēter ⁊ acceſſorie ad ro
bur ſcripture.uel ſaltē iſta eſt mixta ꝓbatio. q2 ſtatutuʒ
nō reſpuit ar.ſ.de eden.l.ſi qs ex argētariis.§.i. Sʒ
ponamus quod eſt ꝓbatū mere ꝑ teſtes. an ualet ꝓba
tio ⁊ uī.ꝙ nō.q2 ꝓhibita eſt ar.C.de nō nu.pec. l.in ꝯcti

bus.§.de illo.⁊.ff.de queſtion bus.l. maritus. Jn cō
trarium uidet᷑ nam ex quo eſt admiſſus ad ꝓbandum
debet ualere teſtimoniū ar.ff.iudi.ſol.l.iam tñ.§. iij.
So.dico.ſi ē admiſſus.a iudice.⁊ aduerſario ꝓbationē
valere.tacito cōſenſu. ptium ſi aūt a iudice tm̄ .ſimplici
ter.vel ſub ꝓteſtatiōe.dico nō patrocinari ar.ſ̄. ꝺ iudi.
l.ſed ⁊ ſi ſuſceperit.⁊ ex̄ de reſti.ſpoliato.c.i.⁊.ff.ꝺ dam.
infec.l.qui bona.§.ſi qs iuſta in v̂bo fieri paſſus.⁊.C.de
iure do. impe.l.ij.nam qui tunc hanc probationem fien
daꝫ admiſſit factaꝫ ratū habere vr̄ ⁊ videtur renūciaſſe
beneficio ſtatuti ar.C.de teſti.l.ſi quis teſtibus. ſi ergo
nō proteſtat᷑ videtur ſibi p̄iudicare ſm̄ quoſdaꝫ ꝙ ē nō.

**Si nūmos.** Jn mutuo naturali ꝑ liberam
pſonam queritur actō directa
q̄ꝛ eſt directa ideo nō acq̄rit ceſſionē.h.d. Op.autem
iſta acq̄ſitio fit ip̄a ſola nūeratione.aut ꝑ pactuꝫ ꝙ red
dantur ei.cuius noīe mutuat᷑ nō ſola nūeratione vt. ĩ.e.
.l.non omnes ergo ex pacto.ſed alteri paciſci nemo pōt
etiā in mutuo naturali vt.ſ̄. §. qm̄. So. ibi i ſtipl̄one.
hic in pacto.⁊ eſt ratio.q̄ꝛ pactū roboratur re ſtipl̄o ver
bis vt in fi.iſtius gl.iſta.ſo.ñ eſt v̂a . q̄ꝛ nō debet operari
plus pactū q̄̄ ſtipl̄o cui etiaꝫ pcm̄ ineſt vt.ff.de acceptil.
.l.an inutilis.Secūda ſol̄o eſt quod iſtud pcm̄ re ꝯbitur
⁊ eſt intrinſecū ip̄ius ꝯtus mutui.ſꝫ in.§.qm̄ ſtipl̄o erat
extrinſeca ⁊ extra formā ⁊ nām p̄cedent nūerationis.⁊
eſt v̂a ratio dn̄e.q̄ꝛ per pactum nāle quod eſt facilius.
queritur alteri q̄̄ per ciuileꝫ actuꝫ vt.ĩ.de acq. re.domi.
.l.ea que ciuiliter.⁊.ſ̄.per quas perſo.l.i.⁊.l.traditio.§.ſi
ego de acqui.rer.do. Secūdo opp.dicitur hic ꝙ dn̄s
nūerauit vt nō dn̄s.ſic eniꝫ dicit meos tāquā tuos.ergo
nō trāſtulit dn̄ium vt.ĩ.de cōdic.ob cām.l.ij.§. ſubtilius
So.ibi ꝑ erroreꝫ domini.hic ex certa ſcientia vbi nō re
fert tāquā ip̄e.an tāquā alius.qꝺ eſt nō. Op.dicit᷑ h
ſi volūtate tua ē mutuū in p̄n. Nō.dixit etiā te ignoran
te.ergo tex.ſibi ꝯdicit.ſo.ſubaudi maxīe vel p̄mo loq̄tur
ꝺ acquiſitione ꝯmutabili.ſ̄o de icōmutabili. vt.ff.ꝺ ꝯdi.
indebi.l.ſi qs ita. Sed an interiꝫ.anteq̄̄ ratū habea
tur ē queſitū ius collige.nō.ex nō.ĩ.de ꝯdic.inde.l.ſi pro
curator in magna glo. Quero ergo glo.hic de tribus
q̄ſtionibus.p̄ma ē iſta nūeraui noīe tuo deceꝫ que icon
tinenti ſtipulatus ſum mihi reddi.modo tu agis ex nūe
ratione.⁊ ego ago ex ſtipl̄one.querit᷑ cui competat actō
⁊ vr̄ ꝙ mihi ex ſtipl̄one.q̄ꝛ nūeratio trāſfuſa videt᷑ i ſti
pulatione vt.ff.de noua.l.ſi ita ſtipulatꝫ.§.i. Preterea ſi
do dotē noīe berte.⁊ mihi ſtipulor mebi.querit᷑ actio ⁊
ñ mulieri cuius noīe nuāui.vt.ĩ.ſo.ma.l.quotiēs.ergo idꝺ
ī mutuo. Preterea iſtud qꝺ fuit icōtinenti vr̄ ineſſe ⁊ vi
detur partes penituiſſe nūeratꝫ eo nomīe quod videtur
poſſe.vt.ĩ.e.l.lecta. Preterea ego videor habē̄ iuſtā cāꝫ
q̄ꝛ iſtud negociuꝫ totū p̄ncipaliter ꝑtinet ad me.nā ⁊ tu
teneris mihi cedere iura.q̄ꝛ nō p̄ſumor tibi donaſſe. vt
.ĩ.man.l.idēqꝫ.§.ſi cui. Preterea tu hoc ius cōſequeriſ
facto meo.ergo poſſuꝫ tibi illud auferre.q̄ꝛ gratia mea
tm̄ queſiſſe videris.vt.ĩ.de ſer.expor.l.iij. ⁊ ibi nō.facit
qꝺ nō.ĩ.e.l.lecta.in glo.i.meſſeꝫ ⁊ i glo.ſ.q̄̄tuꝫ. Prete
rea debeo tibi poſſe ꝓhibere.⁊ ēt d̄bitori ne ſoluat vt.ĩ.
de ſolu.l.ſi cū cornelius.⁊.ĩ.ad treb.l.heres i fi. Jn ꝯtrū
ſic.ꝓbat᷑ nūeratio ſtatiꝫ traxit ſecū ſuū effectuꝫ ⁊ tibi pe
perit actioneꝫ.vnde lꝫ facto meo tamē nō poſſuꝫ penite
re poſt factū nec auferre tibi ius q̄ſitum vt.l.fi.ſ̄.ꝺ pac.
⁊ ar.ĩ.de ꝯtab.l.ſi poſt mortē.§.fi. Preterea ſtipl̄o mea
ē ſine cā.q̄ꝛ nūeratio ad aliud tendit᷑ q̄̄ ſtipl̄o.ergo ſtipu
latio nō hꝫ fundamētū cauſe vt.ff.de excep.dol.l.ij.§.cir
ca. Preterea ego nō habeo a te mādatuꝫ ad nouādum
ergo nō poſſuꝫ nouare.vt.C.ꝺ noua.l.nō abſtulit. Pre
terea lex vr̄ exp̄ſſa.q̄ꝛ potior eſt nūeratō ut.ĩ.de ſtip.ſer
uo.l.i.⁊.ij.⁊ nō.ſ̄.e.l.ij.§.qm̄.⁊ in hoc reſidet glo. Nō
obſtat.p̄ma ratio.q̄ꝛ lex ſi ita loquitur qñ uno nomīe fie
bat nūeratio ⁊ ſtipl̄o hic quando diuerſis noībus. Nō
obſtat ſ̄a ratio quia in dote nō cōtrahitur obligatio re.
ſed ſtipulatione ſalteꝫ tacita ⁊ exp̄ſſum facit ceſſare taci
tum. Nō ob.tertiuꝫ argumētuꝫ. q̄ꝛ ibi i preiudicium
tertij non habet locum penitentia. Nō obſtat quar
tuꝫ argumentum. quia licet habeam iuſtiorem cauſam
verum eſt ſi veniam ea via ꝯdictionis.qua debeo.ſ̄.via
ceſſionis.vt in.§.ſi tibi.ſm̄ Jaco. Nō obſtat.l.iij .de
ſeruis expor.q̄ꝛ illud eſt verum.qñ ius tertij pēdet ex ꝯ
tractu inominato vbi habet locum penitētia ſecus i ꝯcti
bus noīatis. Nō ob.l.ſi cū cornelius .q̄ꝛ ibi pactum
nō valebat iure obligatōis.ſꝫ iure ſimplicis ⁊ nude pro
miſſiōis ⁊ ideo habebat vim mādati vnde pōt reuocari
ar.ff.de acq.hr̄di.l.ſi qs mihi bona .§.iuſſū.⁊ i.§.ſi pr̄.

Non ob.ff.de pac.l.ſiue autem.q̄ꝛ ibi loq̄tur in limi
tatiōe obligatiōis naſcentis.hic i p̄uatione obligatiōis.
iam nate.⁊ facit.ĩ.de mañ.l.gaius.Ja.ꝺ ra.tenet qꝺ tu
p̄ſerraris.q̄ꝛ tu fingeris numeraſſe.vt.ĩ.e.l. ſingularia.⁊
ſi tu ver̄ numeraſſes ſtipulatio mea foret inanis.pe.ſen
tit ꝙ nos ſumus duo rei credēdi. Ego verbis tu re.
Non ob.l.ij.§.i.de ſtipula.ſeruo.q̄ꝛ ibi dn̄s i quem col
lata erat ſtipulatio nuda.nec vere nec ficte fuerat dn̄s.
hic āt habeo veritatē circa dominium q̄cquid ſit ꝺ fictō
ne.vnde veritas mihi dat fomētum.quā opinionē ſatis
credo ꝓbabilem nec ꝑ hoc infringit᷑ actio tibi q̄ſita ex
numeratione ⁊ de hoc nō.cy.C.e.l.ſi abſentis.nec enim
quo i me defficit obligatōis ſubſtātia.cum ex v̂a ⁊ iuſta
cā deſcēdit ar.C.e.l.ſi ex p̄tio.i ratione ſui.⁊.ff.de ſolu.l.
ſticum.§.fi.i ratiōe lr̄e.⁊.C.de nō nu.pec.l.aduerſus.
Secūda q̄ſtio ē iſta.mutuaui tibi meā pecuniā meo no
mine ⁊ eā incontinenti pactus ſum tibi reddi.q̄ritur an
valeat pactū.⁊ vr̄ quod nō.q̄ꝛ ſtipulatio nō valet vt i. §.
qm̄ ergo nec pactum glo inclinat ad ꝯriam ꝑtem.quia
pactū veſtitur a ꝯctu valido.⁊ inde aſſūmit vires licet
ſuis viribus tantū attētis.nō valet vt in.§.ſi qs aliꝫ.
Sed vr̄ iſtud pactum.non operari plus .q̄̄ ſimplex mā
datum.vt.l.ſi cū cornelius ꝺ ſolutio. Guil.dicit iſtud
pactū valere ⁊ illi queri actionem ꝑ.l.ſi res.ad exhib.⁊
C.de dona.q̄ ſub modo.l.quotiēs.Et nō ob. §.alteri.q̄ꝛ
ille.§.fallit.nā plerūqꝫ alteri ꝑ alterum acq̄ritur actio.
naꝫ p̄mo hoc facit pſonarū idemptitas.vt ſi filius ſtipu
latur patri.⁊ ſeruus dn̄o.quia vna pſona cēſentur.inſti.
de inutili.ſtipula.§.i.⁊ facit qꝺ nō.ĩ.ti.i.l.iij.§.pe. Jn gl.
.l.nam ⁊ poſtea.§.penul.intellige de filio i poteſtate nā
filius emancipatus patri directo ſtipulari non pōt .nec
eꝯ idem in matre.vt.l.ſticum.§.q̄ſituꝫ de ſolutio.ad tre
bel.l.debitor.§.fi.facit qꝺ nō.ſ̄.de pac.l.ſi tibi.§.ſi pact⁹

Jnterdū hoc facit officij neceſſitas vt .ff. de conſti.
pec.l.cū q.§.ſi actori.⁊ ꝺ admi.tuto.l.quotiēs. i p̄ncipio
⁊ ideo aliud eſt i ꝓcuratore cuius offm̄ eſt voluntarium
fallit i ꝓcur̄e miliꝫ.vt.ĩ.e.l.ſi pecuniā.⁊ idē dico i his q̄
ſtipulātur noīe eccl̄ie romane vt q̄rant ei ſine ceſſione
q̄ꝛ eccl̄ia romana eſt eccl̄ia militans.vt in.c. fundamen
ta de elec.li.vi.⁊ adde quod nō.in ſpec.de locato .§.nūc
aliqua v̂ſi.lxxiiij.⁊ v̂.i.clxxx.⁊ ibi uideas.quādoqꝫ hoc fa
cit pſone auctoritas.ut iudex.⁊ tabellio.ut ff.de adop.l.
nō aliter ⁊ de magi.ꝯue.l.i.§ .exigere .hoc dictū reſtrin
git. Jnno.de ꝯuerſa ꝯiugato.dudū.q̄ꝛ officium tabellio
nis nō eſt ad ſtipulādum alteri adiuētum. ſed ad ſcriben
dum facit.C.de magi.conueni.l.fi. Sed cōis pratica

⁊ ꝯſuetudo ſimpliciter approbat qd̛ ſi notarius ꝓ alio
recipit q̄ritur alteri.ſine ceſſione.q꞉ eſt publica ꝑſona.
ſi aūt ſtipularetur nō tanꝗ̄ publica ꝑſona.idem i eo qd̛
i ꝑuata ar.ȷ̄.iudi.ſol.l.iij.§.ſꝫ ſi quideꝫ tutor ⁊ tūc nō ua
let inſtrm̄ iuū ſup hoc ꝯctu.ſꝫ ſi tanꝗ̄ publica ꝑſona hm̄
ualet ar.ſ.de adop.l.ſi ꝯſul.⁊ de iure fiſ.l.deſierit.§.i.⁊
ff.de eden.l.quedā.§.nūmularios.i glo. Quandoqꝫ
hoc facit pretoria ſolemnitas.ut i ꝑtorijs ſtipulation hꝰ
vt.ȷ̄.de ꝑto.ſtipulatio.l.in omnibus ⁊.ff.ſi qs cautio.l.p.
⁊ fi.iudic.orum etiā auctoritas idem opatur.ſꝫ glo.dicit
alibi.nō queri i iudicijs ſine ceſſiōe ⁊ hoc verius vt nō.
ȷ̄.de iureiuran.l.nam.⁊ poſtea.§.fi.⁊.l.fi.§.fi.e.ti. Quā
doqꝫ hoc facit rei ꝯnexitatis vt ſi procurator ſtipulat̄ ex
re mea vt q꞉ locat agrū meū.⁊ ſtipulatur mihi penſiōeꝫ
vel ꝑtem fructuū vt.ſ.de procura.l.quod procurator ex
re cōcipiendo tamē verba apte vt dixi.ſ.apte in.§.qm̄

Quandoque hoc facit perſonarum ꝑn̄tia vel uicini
tas vt.ȷ̄.de vbo.obli.l.ſi ꝓcuratoris hoc caſu ualet etiaꝫ
vbis directis in dominū ar.ȷ̄.de fideiuſſo.tuto.l. cū oſtē
dimus.§.iul.⁊ hoc nō poteſt unus ſtipulari qd̛ alius ſti
puletur ſibi ꝑſenti.Quādoqꝫ hoc facit ſubſidij oportuni
tas.ut.ȷ̄.de inſti.l.i.in fi.⁊ de exercito.l.i. §. eſt aūt ⁊ rō
ibi redditur.nam ſi nō in ſubſidium via ordinaria debet
agi ad cedēdum.quod eniꝫ ſine ceſſione agatur via extraor
dinaria eſt.⁊ ideo nō concurrit cuꝫ ordinaria. ⁊ ita expo
nit ibi glo.ſimile quod vbi ceſſio iminet agitur in ſubſi
dium ſine ceſſione.C.de actio.⁊ obli.l.i.tamē ſine ceſſio
ne ſit cautus in probādo ſubſidiū iminere facit quod nō.
in ſimili.C.ad treb.l.pe.nō enim prius debet hoc ꝑmit
ti ꝗ̄ exploratum ⁊ diſcuſuꝫ ſit cedi nō poſſe ar.ff. d̛ vb.
obli.l.hoc iure.⁊.ff.de acq.heredi.l.eum qui duobuſ.§.fi
lius.Quandoqꝫ hoc facit fauor dotis ⁊ ꝑſonarum quali
tas vt.ȷ̄.ſo.ma.l.gaius.Quādoqꝫ hoc facit poſſeſſio ⁊ ꝓ
prietas in iſto.§.ſi nūmos.vt.ȷ̄.depoſi.l.publia. ⁊. C.ad
exhiben.l.ſi res ⁊.C.de dona.que ſub modo.l.quotiens
ſm̄ guil.qui in hoc vltimo nimis audacter loqtur.q꞉ ſeq̄
retur quod valeret ſtipulatio quod eſt contra.§.quoniaꝫ
vnde verum dicit in obligatione que re cōtrahitur vt h
Item verum dicit quando pactuꝫ apponitur ſup eadem
re vt.l.publia.⁊ vide.ȷ̄.de dona.l.donationes in cōcubi
naꝫ.§.huiuſmodi.ſed qm̄ ſuper alio in ſpecie apponitur
vt in mutuo videtur ꝙ nō valeat pactuꝫ vt in.§.allega
to. Nō.obſtat.l.quotiens.q꞉ ibi eſt ſpāle in donatiōe
nō ob.l.ſi res.q꞉ ibi paciſcens erat dn̄s adde lꝫ per libe
ram perſonam nō fundetur ciuilis acquiſitio. tn̄ poteſt
examinare in acqrendo vt per viaꝫ cōtractus.ſed alteri
us actus vt.ȷ̄.de vſur.l.ſi quis.§.mora.ff. de procur. l.ꝓ
curat.nō ſemper.quid dicemus in mutuo cōfeſſato rece
pi pro te cyrographum.an tibi queretur ſine ceſſione.⁊
dic ꝙ non.q꞉ eſt mutuū ciuile ar.§.qm̄ ſm̄ Jac.de bel.⁊
ray. Nō ob.ȷ̄.de dona.l.ad eum.§.aula.q꞉ ibi loquitur
de inſtrīs mutui naturalis ſic etiam loquitur.ff.de vbo.
obli.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus. Tertia queſtio
glo.eſt ſi nūeraui nomine tuo ⁊ tu nō acceptas nec rati
ficas.an agam ego ex numeratione.⁊ uidet̄ ꝙ nō. quia
alia mente numeraui.ut nō mihi quererem tamē lex di
cit ꝯtrium.C.e.l.ſi abſentis ſil̄e.ȷ̄.de admi.tuto.l. cū que
ritur ne reus locupletetur ex re alterius ar.ȷ̄.eo.l.ſi me
⁊ ticium.que ratio uendicat ſibi locum.in mutuo natura
li tantuꝫ.tamen actio mea eſt datiua.⁊ utilis.q꞉ directa
cōcernebat te.nō me.ſed in mutuo ciuili agereꝫ directa
que mihi coheret quod credo ueruꝫ.ſi nūeraui.alias cre
do me repellēdum.q꞉ nō habeo iuſtam cauſaꝫ. Nō.
ergo ꝙ licet queratur ipſo iure quo ad ſeparabileꝫ acq

ſitionem ignoranti.tamen quo ad ſeparabilem acqui
tionem exigit̄ ratificatio.⁊ ſi talis eſt actus qui habeat
terminum infra illum debet refricari.vt.l.bonorum.ȷ̄.
reꝫ rat.habe.⁊.l.i.de appellatio.recipi.⁊ eſt ratio.vt nō.
ff.de nego.geſt.l.ſi ego i glo. Sed quid dicemus in
notario.q ſtipulatur ꝓ alio tanquā publica perſona.ſi il
le nō acceptat.an aget notarius.⁊ dico qd̛ nō. quia tan
quā publica ꝑſona hoc facit vnus non ꝑtinet ad euꝫ lu
crum vel damnū ar.ff.de neg.ge.l.qui ſine vſuris circa
mediuꝫ vel paulo vltra. Ultimo nō. qd̛ aliquid valꝫ
propter actuū frequentiam ⁊c.

**Depoſui.** Ex pacto facto.pure ⁊ ſimpliciter
depoſitum i mutuum ſtatiꝫ tranſ
fertur ⁊ ſola animorum deſtinatiōe trāſit poſſeſſio.⁊ do
minium.⁊ ꝑ conſequēs periculū.hoc dicat ꝑmo. Sꝫ
ſi pactum habet cōdictionem.collatā i voluntatē vtēdi.
non ſola animi deſtinatiōe.ſꝫ vſu trāſit effectualiter de
poſitum in mutuū.nec intelligit̄ ſolo animo impleta cō
dictio.ſine actu corporali.hoc dicit cum lege ſequēti.
Op.mutuū naturale reqrit trāſlationē poſſeſſiōis.⁊ do
minij.vt.ȷ̄.e.l.ij.§.appellata ſed poſſeſſio nudo animo nō
acquiritur.ſed reqritur actus corporalis vt.l.iij. de acq.
poſſe. Actus enim intrinſecus ⁊ mentalis tantum
nō ſufficit.vt ibi patet.idē i dn̄io.vt.ff.eo.ti.l. ſi qs mihi
§.dn̄a.ergo ⁊c. So.poſſeſſio nō q̄ritur ſolo animo.verꝫ
eſt niſi ꝑcedat detentatio ⁊ ſupueniat titulus .q꞉ tūc ſta
tim mutatur ꝑma cā in ſecundaꝫ.vt inſti.de re. diuiſi.§
interdum ⁊.ſ.de rei vēdi.l.quedā mulier ⁊ de vſur .l.nō
ſolum.§.qd̛ vulgo.⁊.ſ.ſi pars heredi.peta.l.p.⁊ fi.⁊ qd̛.
nō.C.de acq.poſſe.l.cū nemo.⁊.ȷ̄.de acq. re.do. l. ſi ſer
uus meus.§.ſi.⁊ vide quod nō.ȷ̄.e.l.pe.ad fi.⁊.ȷ̄.ti.i.l .ſꝫ
⁊ ſi poſſeſſori.§.ꝓinde. Op.ad idē.q꞉ lex reqrit con
ſenſum ⁊ corporalem apꝑhenſionē nō ſufficit.vt.ȷ̄.d̛ ac
qui.poſſe.l.quēadmodum glo.fatet̄ qd̛ ſolus titulus nō
affert nouam poſſeſſionē niſi res ſit in ꝯſpectu.vt.ſ.de
rei vē.l.hoc ſi res.⁊ hoc eſt verū regulariter fallit i mu
tuo vt hic.⁊.ȷ̄.e.l.ſingularia.q꞉ i mutuo nō requirit̄ ve
ra poſſeſſio.ſed fictū dominiū ſufficit. ēt ſine poſſeſſiōe
q꞉ nō fingit lex ſup poſſeſſiōe.vt.ȷ̄.de acq.poſſe.l.i.§.ve
teris. quero q̄ glo. hoc dicit. Nam textus fundat ſe ſu
per poſſeſſiōe. Si enim dicit animo cepit poſſidere.
ſꝫ poſſeſſio eodē modo acqrit̄ ex omni cōtractu vt nō.
in.l.cū duobus.§.idem rn̄dit.ȷ̄.pro ſoci.⁊ ideo ego dico.
qd̛ nō eſt ſpāle in mutuo.q꞉ poſſeſſor ⁊ detentator pōt
ſibi mutare nomen.⁊ tituluꝫ poſſidēdi ſolo animo. quia
ubicūqꝫ locoruꝫ poſſidet ⁊ poſſeſſio nō.dico res poſſeſſa
ſemper preſens eſt.dūmodo extet res.ſecus ſi nō extat
res ut.ȷ̄.man.l.qui negocia.⁊ corpus cum animo iungit̄
ut.ȷ̄.de acqui.poſſ.l.ſed ſi nollit ⁊ ibi nō. Nō obſtat.l.cirꝰ
rei.q꞉ ibi acqſiuit poſſeſſor titulū tacituꝫ non expꝛeſſū nec
cum uoluntate domini. ut nō. in dicto. §. interdum. ⁊
C.ꝓ poſſeſſore per dy. Op.quod ſolo pacto aliud d̛
bitum nō ꝯuertatur i mutuū vt.C.e. l.ſi ex ꝑtio. So.
hic res que debebat in mutuū ꝯuerti erat in dominio
creditoris ibi erat i domino ⁊ poſſeſſiōe debitoris .vbi i
mutuū naturale nō pōt fieri ꝯuerſio nuda volūtate niſi
in duobus caſibus.primus ſi res erat ꝑſens. Secun
dus ſi erat parata ſolutiōi.vt.ȷ̄.e.l.ſingularia. Item
nec in mutuū ciuile poteſt cōuerti.⁊ ſi cyrographū ema
net.fallit ſi apponatur ſtipulatio ut.l.ſi ex precio. Itē
fallit ſi apponatur pcm̄ incōtinēti appoſitū.ut.C.eo. l.ſi
pro mutuo. Item fallit ſi ſcriptura interueniat non
in modum ſimplicis ꝓbationis. ſed ꝑ modum noui con
tractus.vt.C.de nō nu.pec.l.aduerſus. Op.ꝙ nude

animo non fiat ꝯuerſio.ſed ſit opus vſu.facti.vt.j̈.e.l.qꝺ
ſi ab initio. So.hic fuit ſcꝫ pactū puꝝ ibi cōdictiona
le.ſi noles uti.nam uoluntas pōt mutari donec utatur.
qꝛ uerbum ſuſpenſiuū eſt mere futurum ſignificans.ſe
cus ſi diceret ſi uolueris.qꝛ ſignificat i futuro p̄teritū ⁊
omne p̄teritū certū ⁊ iuariabile eſt. Preteritū.n.
dicitur cuius omnis pars fluxit.⁊ cōſumata eſt futurum
dicitur quod nulla ex pte p̄terijt id notatur qꝺ nūc eſt i
fluxu.⁊ fieri dicitur preſens ut.j̈.e.l.cum ad preſens.⁊
.l.ſeq. Op.ab eẍ ſi ꝯdictio relata ē ad volūtatem im
pletur aio expreſſo.ut.j̈.de hered.inſti.l.iam dubitari.
Solo.aut fit mentio reſpectu actus q ipletur ſola ai
deſtinatione.⁊ tunc loquit̄ ꝯtrarium aut reſpectu act⁹.
qui requirit factū extrinſecum ⁊ tūc ſecus ut h̄ ſm bar.
Mihi āt uidetur quod ratio dr̄ie ſit qꝛ in iſto.§.uſuſ
fuit per moduꝫ ꝯdictionis.modo ſi cōdictio refferat̄ ad
nudaꝫ volūtatam eſſet ꝯ̈ctus ſub cōdictione ſi reus nol
let quod fieri nō poteſt.qꝛ obligatio non pōt ꝯdictionalr̄
dependere a volūtate vnius tantuꝫ vt.C.de ꝯ̈hen.emp.
.l.in emptij.ſed qꝛ reffertur ad factum uallet ſicut ſi dice
remus ſi aſcēderis capitoliū ut.j̈.de here.inſti.l.ſi quis
ſemproniuꝫ ⁊ facit.ꝟ.de neg.geſt.l.pomponius ſcribit.⁊
ideo vt ꝯ̈ctus valeat de effectuali voluntate videtur ſen
ſiſſe nō de nuda animi cognitione in.l.autem ꝯ̈ria vſus
fuit promiſſus per moduꝫ ꝯ̈ctus in cōuentione vtriuſqꝫ
partis puro accedēte cōſenſu. Quid autē eꝯ̈ ſi vſus
ē nō tamē animo purificādi cōdictionem. Rndeo potiuſ
inſpicitur qd fecerit ꝙ̈ quid ſenſerit vt.ff.de acq.rer.do.
.l.liber homo.⁊ ar.j̈.de cōdi.inde.l.ij.Et nō.ex glo.qꝺ
voluntas que parit obligationeꝫ nō pōt mutari.ſed quā
do eſt in ꝯdictione ſic. Tu autē dic vt mō ſuperius dixi
⁊ facit.j̈.de v̈bo.obli.l.a ticio.§.fi.cum ſy.Bal.

**Rogaſti.** Nō.diſtinctionem quādo res erat venallus perit danti. quā
do nō venalis accipienti.⁊ lꝫ quis accipiat vſu
ras tm̄ nō dicitur ſua gratia ꝯ̈ctus celebratus.ſi p̄ncipali
ter nō ſua.ſed alterius gratia celebratus ē.⁊ nō.ergo ꝙ
a p̄ncipaliori dꝫ fieri dominatio.⁊ facit.C.de reꝝ pmu.
.l.i.⁊ cōclude qꝺ aliqn̄ ꝯ̈ctus celebratur gratia vnius tm̄
aliqn̄ pari gratia vtriuſqꝫ.⁊ iſti caſus determinātur.j̈.cō
mo.l.ſi ut certo.§.nūc uidēduꝫ aliqn̄ p̄ncipaliter gratia
vnius.ſed nō gratia alterius.⁊ tūc inſpicitur quꝺ p̄ncipa
le eſt vt hic qꝺ eſt nō.⁊ facit in ar.ad ſtatutū quꝺ dictat
qꝺ mihi poſſit prouideri in fauorē bānitoꝝ.modo ſit que
dam reformatio.quod quicūqꝫ ceperit exbānitum habe
at decē.nūc vnus exbānitus capit aliū.queritur an dbe
at habere p̄miuꝫ.⁊ vr̄ quod nō.qꝛ in fauorē iſtius exbā
niti nihil poterat prouideri.⁊ qꝛ ſtatutū eſt factū i odiuꝫ
bānitorum.vnde nō debꝫ cōuerti in fauoreꝫ ip̄oruꝫ.⁊ qꝛ
odioſis ⁊ exbānitis nō vr̄ propoſituꝫ eſſe p̄miuꝫ.vt in.l.
lucius.§.luciuſ ticius dama.de le.ij.In cōtrarium vr̄.qꝛ
iſtud ſtatutū nō dicit̄ ſcꝫ in fauorem lꝫ v̄ario ex accidēti
aſſeret cōmoduꝫ exbānito ſicut dicimus ꝺ exceptiōe fa
uorabili.⁊ odioſa vt.j̈.de cōdi.inde.l.q exceptōe. Prete
rea iſtud ſtatutū dꝫ referri ad quoſcūqꝫ ꝑꝑ publicā vtili
tateꝫ vt.j̈.ad ſille.l.ſi qs in graui.§.hij quoqꝫ p guil̄.i.e.
.l.ſi v̄uus.ad ideꝫ facit.j̈.ad.l.iul̄.de ambi.l.i.⁊.j̈.ꝺ cuſto.
reo.l.reos.in fi.nō ob.§.lucius.qꝛ ibi loquitur i cā lucrati
ua.hic in cā oneroſa.vt.C.de fideiuſſo.l.ſi barſatoram.
Sed ꝯ̈ hoc opp.de eo quod dicit Ja.ꝺ are.qꝺ ſignū
vniuerſale quicūqꝫ vel oīs qn̄ adicitur futuro tempori.ſi
quiꝺ fiat noua cōceſſio p̄uilegij vel cōmodi reſtringitur
ad idoneos.ſi āt fiat prorogatio alterius cōceſſionis.nō
reſtringit̄ vt.ff.de ope.no.nū.l.i.§.item nūciatio.ſed hic
fit noua ꝯceſſio.ergo nō porrigitur ad indignos. Sꝫ
ego rn̄deo.qꝛ Jacobus loquitur in ciuilibus actibus qui
deſiderant p̄ſonam habileꝫ.ſed hic loq̄tur ſuper mero
facto.ſ.capture.⁊ facit.ff.de mino.l.pōponius exuli i rōe
ſui facit.j̈.de v̈.ob.l.q rome.Bal.

**Si tibi.** Obligatio re pōt in minus cōtrahi nō in plus re.h.d. Op.qꝛ tacite vr̄ qꝺ
in tm̄dem ꝯ̈hatur.ergo pactū naſcens obligationeꝫ p̄o
iure nō perimit vt.ff.ꝺ pac.l.ſi unus.§.pactus.So.exp̄ſ
ſum facit ceſſare tacitū ſm hugo.⁊ Ja.bu.uel refert.an
pactū obuiet ꝯſenſui a p̄ncipio.⁊ tūc loq̄tur hic.aut poſt
ueraꝫ obligatōem.⁊ tūc loq̄tur ꝯ̈rium. Op.lꝫ ſit dcm̄
qꝺ in iure naſcatur actio.nō tamē eſt dictū quod in noīe
tm̄ ergo naſcitur obligatio tacite in illo nūero qꝺ v̈buꝫ
obmiſſuꝫ eſt ut nō.in ſili.C.de probatio.l.rōne i ultima
glo.So.cōfeſſio de maiori ſūma nō excludit minoreꝫ ut
ibi.ſed i pacto vr̄ ſecus.ut.C.de trāſac.l.ſi qdē.⁊ hic ⁊.ff.
de neg.geſt.l.qui aliena.§.libertos ille.§.nō facit.qꝛ te
ſtator taxauit quātitatem.alias non taxaram hic ſecus.
Oppo.contra.ſm dictum iſtius.§.ꝙ illud plus poſ
ſit peti.pactum i continēti appoſitū eſt efficax ad agen
dum vt.j̈.e.l.lecta. So.illud eſt verū in ſorte ſecus i
vſuris. Op.ꝙ non p̄ſumatur vſura niſi eſſet ſolitus
fenerare.qꝛ ex ꝯſuetudine fenerandi.p̄ſumit̄ quilibet
ꝯtractus feneratoris vſurarius.ar.ff.de pigno.actio.l.
vel vniuerſorum. So.illa diſtinctio cadit i alijs ꝯ̈cti
bus.ſꝫ i mutuo quicqd aditur ſorti preſumitur vſura vt
hic.⁊.C.de vſur.l.cū allegas.⁊ ibi nō. Querit gl.qd
ſit illud plus.quod eſt pmiſſum titulo donationis.an va
lebit pmiſſio.⁊ dicit glo.qꝺ ſic.ēt nudo pacto ⁊ p iſtam
glo.feneratores habent cautellam ad pdendū animas.
vt faciant ſibi vſuras pmitti titulo donationis. Sꝫ
doc.dicunt.quod iſta donatio p̄ſūmitur facta in fraudē
vſurarum.⁊ ideo non valet.⁊ eſt caſus.C.de vſur.l.eos
§.interdicta. Quid auteꝫ ſi remiſſi vſuras vſurario
per donationem an valet iſta remiſſio.promiſſio enim
non valet. Solut.quia factum.id mente ſit animad
uerti conuenit.vt.ꝟ.ad exhiben.l.pe.nam ſi vera libera
litas eſt exercitata valet.vt.j̈.de ſta.libe.l.ſi ſeruo.§.fi.
ſi collorata metu grauiarū vſurarū.nō valꝫ.ſed dy.dicit
qꝺ nō valet remiſſio.niſi petitio eſſet parata reſtitutio
ni vſurarum.vt ipſe nō.in.c.peccatum de reg.iur.li.vi.
⁊ p̄ſumitur fraus ſi tempore quo debitor ſoluit vſuras
facit talem remiſſionē vt.l.ſi ventri.§.fi.ꝺ p̄uileg.credi
to.Si āt fenerator remittit vſuras.ſoluendo.⁊ iſte no
lens eſſe ingratus reddit eas feneratori libera volūta
te.⁊ tūc fenerator non tenet̄ amplius ar.j̈.de ſol.l.ſi qs
duos. Sed quid ſi debitor habebat voluntatē liberā
donandi.ſed fenerator nō habebat bonā cōſcientiaꝫ an
tenetur reddere tales vſuras.⁊ vr̄ quod nō.vt.j̈.e.l.ſi.
ego.⁊.j̈.de dona.l.ſi tibi.⁊ ar.j̈.de iur.⁊ fac.igno.l.eū q
§.ignorauerit. Sed an eſt idem in foro peniten
tiali.quod in foro iudiciali.⁊ vr̄ quod ſic.qꝛ p̄dicta habēt
in ſe naturalem rationē ergo i foro ꝯſcientie ſunt ſeruā
da.qꝛ forum ꝯſcientie.p̄ciſſe ſequit̄ rectā rationē ⁊ con
formem rei diuine ⁊ inheret pure ueritati.⁊ omne forū
penitentiale eſt p̄ciſſe bonefidei.cui nō cōgruit de iuris
apicibus diſputare.ut.j̈.man.l.fideiuſſor.§.quedā ⁊ non
fit in eo aliqua pbatio.niſi p cōfeſſionē que donatio tm̄
que eſt ibi iudex ⁊ teſtis.ut eẍ de offi.ordina.ſi ſacerdos
nō pōt decipi.qꝛ deus nō reſpondet ſicut ait apoſtolus.
Et quandoqꝫ forū conſcientiale tranſit in iudiciale.ut ſi
teſtator.mādat reſtitui omnia male ablata.nā itelligit̄
de his que in foro conſcientie retinē nō poteſt lꝫ i foro

iudicij poſſet excipere ut ſi vicit ꝑ iniquã conſcientiam
ar.eorũ que nõ.Inno.ꝺ imu.eccl.qꝛ plerique. quod nõ.
ar.contra.l.ſi is cui.§.flauius.ĵ.de ſolutio. Sed põe.
mutuaui tibi.x.pacto appoſito mihi reddas iſta.x.⁊ fo
das foueam an iſtud pactũ potero petere dicit gl. quod
non.qꝛ etiam illud pactum eſt uſura. qꝛ aditur ſorti qđ
eſt nõ. Ponamus ergo ꝙ i quadam poſſeſſione nõ
inuenio laboratorẽ niſi mutuẽ ſibi.x. unde ſibi mutuo.
an opere quas al' impenderet ſunt vſura nõ credo.qꝛ
tenetur mihi ad eas.ex ↄtractu locationis ⁊ nõ eſt lucꝝ
ſed verũ debitum ar.ĵ.de rit.nup.l.ꝓxime.⁊.ĵ.de ↄ̃hẽ.
emp.l.fundi partem. Sed ponamus.ego mutuo tibi
x.que ꝓmittis reddere.⁊ inſup ꝓmittis coraꝫ iudice fa
cere ↄfeſſionẽ volo petere penã.an poſſim videtur.qđ
ſic.qꝛ eſt adiecta facto.vt.ĵ.ꝺ actio.emp.l.lucius. In
ↄ̃rium facit.qꝛ accedit ſorti.ergo eſt uſura. So.dicit
⁊ cy.quod nõ põt peti.ut ipſe nõ.ff.de uerbo.obligatio.l.
ſi penam.⁊ cy.C.de uſur.aũt ad hec. Sed.Ia.butri.
dicit contrarium.qꝛ iſtud pactum fuit appoſitum ad fa
ciliorem exactionẽ nõ ad creſcendam obligationẽ ſicut
pactum de dando pignore.vel fideiuſſore vel pactum ꝺ
iudicio ſiſti.ut.ĵ.de ↄſti.pec.l.qui autẽ ⁊.l.hactenus ſm
Ia.vnde alia eſt acceſſio pecunie alia cautela ſm Ia.⁊
hec opio ſeruatur bononie ſm Ray. qñ inſtr̃m fuit de
pura ſorte.iſta opio eſt vera.ſecus ſi fuiſſet vſurariũ. qa
pactuꝫ de cõfidẽdo nũc eſſet appoſitũ in fraudẽ vſuraꝝ
i factis.ergo põt apponi pena.etiã ſi tale ſcm̃ incidẽter
ꝓmittat'.Ex̃ nõ.qđ qcqd eſt vltra ſortẽ.aut ẽ vſura.aut
pena.aut intereſſe.Quid ergo ſi mutuo tibi.x.q̃ ꝓmittis
mihi reddere i nũdinis.⁊ ſi nõ reddideris promittis.xv.
⁊ cõfiteris ex nũc prout ex tũc tm̃ intereſſe mea ⁊ itereẽ
noie ↄuenti.facis iſtaꝫ promiſſioneꝫ.querit' an valeat ta
lis promiſſio.⁊ vr̃ ꝙ ſic vt.ĵ.de p̃to.ſtip.l.fi.Sed ibi loq
tur i obligatõibus facti ad idẽ.qꝛ etiã i mutuo venit iter
eſſe ex mora ar.ĵ.e.l.vinũ.⁊ nõ.in.l.i.C.de ſũma.trini.⁊
fide catho.⁊ nõ.ĵ.ꝺ in litẽ iurã.l.nũmis.ſed ibi loqtur ꝺ
ṽa extimatõe rei.hic de itereſſe.qđ nõ cõcernit p̃ciũ rei
vt.ĵ.de actio.ẽp.l.emptorẽ.§.ideꝫ. In ↄ̃rium quđ nõ
valeat iſta ↄfeſſio.qꝛ fieri vr̃ i fraudeꝫ ar.ĵ.ꝺ probatõ.l.
q teſtiũ niſi probaret' tale intereſſe ꝑ alias ↄiecturas vt
ĵ.ꝺ actõ.⁊ obli.l.traiecticie.⁊ iſtud eſt veꝝ qđ nõ ẽ aliqs
actus i quo ita de facili p̃ſumatur ſimulatõ inter ꝓhibi
tos ſicut i ↄfeſſione.ar.C.mã.l.ꝑ diuerſas ⁊ de le.ij.l.cũ
quis decedẽs.§.codicillos.⁊ ita tꝫ ac.i nimia etiã cautel
la ⁊ inſolita cl'a facit aliqñ p̃ſumi ↄ̃ ↄctus ⁊ ſcripturas
vt nõ.ĵ.de cõdi.inde.l.ſcriptura. Ex̃ qro nunquid co
ipõ qđ qs appoſuit penaꝫ in ↄctu mutui probet' vſurari
us.⁊ vr̃ quod ſic ſiue exegerit ſiue nõ ar.ff.de poſtul.l.i.
§.beſtias.⁊.ſ̃.de calũ.l.⁊ gñaliter.§.hoc edicto. Ego
credo quod probetur vſurarius q̃tum ad infringẽdam
promiſſioneꝫ pene. non aũt quo ad alios effectus.puta
vt nõ poſſit teſtari.nã ſi exigit hanc penã nõ eſt neceſſa
ria cautio.vt.l.i.§.ſi debitori vt.C.leg.no.caue. Sꝫ an
ꝓbato quod aliqs cõſueuerit fenerare p̃ſumatur ↄctus
eſſe vſurarius. Rndeo ſic i ↄctibus penaruꝫ appoſitaruꝫ
datõi quãtitatis vt nõ.in.l.cum allegas.ſed nõ i ↄctibuſ
cõtinẽtibuſ debituꝫ p̃ncipale.ut nõ.Ia.⁊ cy.C.de proba
tio.l.i.⁊.C.plus ualere qđ agit.l.emptõe.⁊ facit ex̃ ꝺ ẽp.
⁊ uẽdi.c.ad noſtrã.⁊ ex̃ de pigno.c.illa uox. Sed nũ
quid ꝑ teſtes ſingulares probetur qđ aliquis ſit vſurari
us. Rndeo teſtes nõ probant factum.i.ↄctum eſſe uſura
riuꝫ.ſed bene ꝓbant ꝙ ꝑſona ſit talis. qꝛ ad probãdũ m
certuꝫ capitulũ hereſis nõ ſufficiũt teſtes ſingulares ſa
nit quod nõ.Inno.ex̃ de accuſatio.c.qualr̃.⁊ quod nõ.ĵ.

de teſti.l.ob carmẽ in fi.⁊.C.de heredi.l.arriani.⁊.l.qui
cunqꝫ v̄ſi.idcirco.⁊ ibi ꝑ Ia.bu.i lec. Et ꝓpterea i mĺ
tis locis conſtitutio ſpãlis eſt.qđ probato aliquo uſura
rio ↄctus ipĩus p̃ſumat' uſurarius.q̃ conſtitutio opatur.
qđ ꝑ teſtes ſingulares nõ ſolũ ꝓbatur uſurarius.ſed pre
ſumit' i ſpẽ.⁊ in quolibet ↄctu.⁊ facit regula ſemel malꝰ
⁊ ẽ arg.ꝙ ſi qs ꝑ tres annos exercuit fenus ſemꝑ p̃ſu
mitur vſuras extorſiſſe.ut.C.de apo.pub.l.qm̃.li.x.lꝫ ibi
ad liberãdũ p̃ſumit'.ſed dolus non p̃ſumit'. Sed pona
mus dicit ſtatutũ.qđ qcũqꝫ nõ ſoluerit collectas.i termi
no puniat' in quarto pluri.an ualet pena.⁊ dic ꝙ ſic qꝛ
põt agrauari debitor rõe ↄtentus.ſecus tñ eſſet i mutuo
ſi ſtatutũ faueret feneratores.qꝛ eſſet ↄ̃ legẽ diuinã ⁊ ñ
valꝫ.ꝓbatur ꝑ nota i.l.fi.C.ſi ↄ̃ ius vel vtili publi.⁊ dic
ut ꝑ cy.i aũt.ad hec iſtud cõfiteor qđ ſi ſtatutuꝫ ꝓuideret
ſub noie uſurarioꝝ nũquã ualeret ſtatutũ. qꝛ vſure lega
les ſũt prohibite ſicut cõuentõales.qꝛ ſũt ↄ̃ legẽ diuinaꝫ
ſm glo. Sed qđ ſi aliqđ additur ſorti nõ i eãdẽ perſo
nam.ſed i perſona adiecti. Reſpondeo ſi additur ratio
ne temporis eſt uſura.ſi ratione loci. propter intereſſe
nõ eſt uſura.ut.ĵ.de ſolutio.l.qui reme.§.duo fratres ⁊
hoc eſt verũ de tp̃re.niſi tempus quaſi de natura ſui ↄ
tineat intereſſe.ſicut eſt tẽpus nũdinarum.qꝛ tũc merca
tores indigent pecunia.vt nõ.ff.de verbo.obligatio.l.cũ
q certarũ.⁊.ff.de p̃to.ſtipula.l.p.⁊.ĵ.e.l.cũ fundus.i p̃nci
pio. Sed qđ ſi eſt appoſitũ iuramentũ in fraudẽ vſu
raꝝ reſpondeo.aut eſt iuramẽtum ſolutionis aut ꝓba
tionis.ſi ſolutiõis.tunc aut iurans.viuit ⁊ cogitur ſolue
re niſi.ſit abſolutus a ſacramẽto.vt ex̃ de iureiurã.c.i.⁊
c.debitores.⁊ notatur.ĵ.de cõdic.inde.l.neracius.heres
ãt mortui nõ indiget abſolutiõe.qꝛ iuramẽtum nõ trãſit
ad heredem iurãtis.ſed ad heredem eius cui iurat' trã
ſit.qꝛ iuramẽtum nõ trãſit i accipiẽteꝫ ſed i preſtãtem iu
ramẽtum vt nõ.Inno.ex̃ de iureiurã.c.veritatis.⁊ ꝺ ab
ſolutione iuramenti.vide.Oldra.in.q.ſuis.clxxxi.⁊ inci
pit ad duplicem finẽ.⁊ vide per me.ĵ.de iureiuran.i ru
brica.⁊ quãdo tal' abſolutio petitur.debet p̃mo peti ab
ſolutio q̃ꝫ agatur reſciſſoria ↄ̃ cõtractum. qꝛ intemptãs
reſciſſoriam eſt piurus.niſi p̃mo abſoluatur ⁊ ideo pri
mo debet ſe habilitare.q̃ꝫ agere reſciſſoria.nec ꝓcederꝫ
⁊ de iſto libello vide per me i.l.edita.C.de edẽ.i meis
repetitionibus.⁊ i.l.de inofficioſo.ſ̃.⁊ de inoffi.teſta.⁊.C.
de rei vendi.l.ordinarij.nõ ob.quod nõ.C.loc.l.ↄducto
res.cum ſy.qꝛ ibi erat libellus duplex peto me abſolui.
a iuramẽto.⁊ me abſoluto.peto reſcindi ↄctum.qꝛ non
ſum habilis ↄtra venire.niſi prius abſoluatur ſicut oliꝫ
emãcipatus.habebat primo petere bonorũ poſſeſſioneꝫ
grã litis agnoſcẽde.⁊ ſic nõ obſtat ↄtrarium. qꝛ loquit'
de ꝑſona habili. Si vero ſit iuramẽtuꝫ ꝓbationis.
⁊ nõ ↄſeruationis.vt qꝛ iuro ↄctum eſſe de pura ſorte.ñ
indigeo abſolutiõe.qꝛ nõ ſum obligatus.ex eo.nec etiã
ꝓbat ſi ↄ̃ probatur obligatus ſum qꝛ iuramẽtum i frau
dem leguꝫ nõ valet vt.C.de legib.l.nõ dubiũ.⁊ facit qđ
nõ.ſ̃.de infa.l.lucius. Item iuramẽtum appoſitum
ſup ↄctu ſimulato nõ indiget reſciſſione. vt nõ.C.plus
valere quod agit.l.ab emptiõe. Item ſi habet i ſe ta
citam cõdictionem vt.l.fi.C.de nõ nu.pec. Item vbi
cunqꝫ lex reprobat iuramẽtum ut.ff.de le.i.l.ſi qs inqui
linos.§.ſi codicillis.ratio dr̃ie inter ↄctũ uſurarium ⁊ ſi
mulatum eſt.qꝛ in uſurario eſt ↄſenſus.i ſimulato nõ ẽ.
ſ.qñ eſt ſimulatio facti.ſed qñ eſt ſimulatio ꝑſone.⁊ ueri
tas facti.dic ut.ff.de mañ.l.uij.§.ſi ab ignoto nã tũc ua
let iuramẽtum iuxta factum uerum nõ iuxta factũ collo
ratum. Ex̃ quero.§.noſter loqtur ubi eſt plus quãti

tate.quã ſi pſona plus qualitate.uide in fi.pmitto uinũ
uetus.p muxto.reſpondeo iſte eſt ꝯctuſ inominatꝫ.non
fenus.vt.l.ij .ſ.e.vel dic cõſiderari.quod euenire ſolet.ꝛ
idez ſi do frumẽtuz vetus.pro nouo.xiiij.q.iiij.nullus p
accidens extra noto.qđ ex ꝯctu annulato a pñcipali de
bito nõ põt peti pena.vt.ȷ̃.de iureiurã.l.impe.q̃ ẽ ad hoc
nõ.ꝛ nõ.ꝙ pena q̃ñqꝫ petitur vt itereſſe vt.ȷ̃.ti.ij.l.num
mos. Sed qd ſi do tibi frumẽtuz vt poſt tp̃s reddas
maiorẽ extimatõem q̃ nũcvaleat.an cenſetur ꝯctus fe
neraticius.naz põt augeri valor in tpe ꝛ in dubio ꝯctus
non debet iudicari vſurarius arg. C.de vſur.l.pactione
vbi dr̃ qđ in dubio ꝯctus nõ intelligitur excedere legiti
mũ modũ vt ar.C.de appella.l.ampliorẽ in fi. ꝛ facit ex̃
de vſur.c.nauigãti dic vt p archi.xxiiij.q.iiij. ſi qs. Sed
nũquid pena adiũcta in vltimis volũtatibus a teſtatõe
preſumatur adiecta in fraudẽ vſuraruz dic ꝙ nõ.ꝛ ideo
poteſt peti.vt.l.i.de his que pene no.ꝛ.l.i.de pe.lega.

## Si fugitiuus.

Seruus fidelis poteſt mutuare peculiuz fuga mãdatuz reuocat cõſumptione mala fide nõ recõciliat
mutuũ.ſi bõafide recõciliat.h.d. Nõ. qđ ſi n õach⁹ vel
iconomus moñ.apoſtata fiat ſtatum perdit officiuz.ꝛ fa
cit in ar.qđ ſi procurator ſocietas florẽtinorũ fugiat vel
in bãno ponatur mãdatum intelligitur reuocatũ ip̃o fa
cto nec opꝫ certificari ꝯhentes.qꝛ nõ habet originez ex
facto reuocãtis.ſed reuocati idem in morte vt. ȷ̃.e. l.p.ꝛ
ȷ̃.ď ſo.l.cũ qs.ſuuz.n.factũ reuocans.ꝛ ſcire ꝛ notiﬁcare
debet nõ alienuz qđ poteſt probabilr̃ ignorare . ꝛ bene
facit ad queſtionem bãnitoruz.qꝛ bãniti dicũtur fugitiui
vt in aũt.de pac.tenẽ.ꝛ eius viol̃.c.i.§. ſi qs hoiem coll̃.
x.ꝛ.ff.ex quib.cau.in poſſe.eat.l.fulcinius ad cognitionẽ
pmo pro mortuis habẽtur vt nõ.inſti.quib.mo. ius pat.
pote.ſolui.§.relegati maxie quo ad efficaciaz vt.ȷ̃. ď tu
tel.ꝛ rõ diſtrahen.l.ſi tutor rei publice.§.pe.naz quo ad
pſonam ſuaz pro mortuo eſt habendus qui inter viuos
cõnumerari non poteſt vt.ff.ď capi.dimi.l.amiſſione.§.
qui deſſiciunt.ꝛ ar.C .ď apoſtat. l.hij qui ſed quo ad bo
na nõ habetur pro mortuo.ſed retinet bona ꝛ ſoluit. p
his collectas ꝛ onera vt.ȷ̃.de pollicita.l.pollicitꝫ. ꝛ facit
ad.l.ſi is q rẽ.§.iulia.ȷ̃.de fur. Bal.

## Si a furioſo.

Cõſumptio ſupplet ď fectum ꝯſenſus hic in
de.vide quod nõ.ȷ̃.de cõdi.inde.l.interdum.in
fine glo. ꝛ ďfectus dominij. ꝛ producit recõciliationem
ignorãti ꝛ furioſo.ꝛ fun.ꝛ producit.al̃ procedit recõcilia
tio particularis.ꝛ ſic diuiditur cõfirmatio ꝯctus hoc dic
cum pñcipio.l.ſeq.ꝛ nota ꝙ in his que fiũt a iure nõ re
quiritur ſcientia ſic.ȷ̃.de cõdic.ob cau.l.ſi pecuniam.§.ſi
ſeruũ.ſꝫ in his que ab hoie dic vt.ȷ̃.ti.i.l. labeo. Op.
cõtra principium.nã aut iſta obligatio re contrahitur.ꝛ
hoc eſt falſum.qꝛ niſi conſenſus accedat res nõ obligat
vt.ȷ̃.e.l.nõ omnis.ꝛ nullus ꝯctus eſt ſine ꝯſenſu vero vl̃
interp̃tatiuo vt.ȷ̃.de actio.ꝛ obli.l.obligationũ ſubſtãtia
ꝛ quando cõſẽſus deficit a pricipio cõtractus nõ poteſt
ꝯſirmari ad agẽdum.ſed quando cõfirmatur ad excipi
endum ex° nõ deſiderat ꝯctuꝫ vt.ȷ̃.e.l.ſi ego.ꝛ.ȷ̃.ď actõ.
obligatio.l.oblig.qui propriis iuribuſ nõ ſubliſtunt.quia
iuregentium deſſicit cõtractus ſi deeſt conſenſus. nam
ſine cõuentione nullus cõtractus eſſe poteſt vt.l.i.ſ.de
pac.cõiunctio autem requirit animorũ copulaz.vnde ꝛc̃.
ex diuerſis conſenſibus.non naſcitur obligõ.vt nõ.ȷ̃.de
actio.ꝛ obli.l.ꝯſenſu.aut ꝯhit̃ aliter.ꝛ tũc.aut ex ꝯctu.vl̃
quaſi.aut ex delicto vel quaſi.ut inſti.ď obli.§.ſtip.ſed h
nõ põt ꝯhi.aliquo dictorum modorum. ergo nullo mõ

So.nõ naſcitur nec obligatio nec actio ex vero ꝯſenſu
ſed ex ficto ſecuta ꝯſumptiõe ꝛ ideo eſt vtilis actio ſm
Joh.nam lex fingit furioſum ꝯſentire.qꝛ de furore ſuo
agitur ſm.Jo. Sed.Azo.hoc nõ ꝯſentit. ꝙ hic aga
tur ex ꝯctu.qꝛ ꝯctus deſiderat verum ꝯſenſum qui non
cadit i furioſo.ꝛ ideo dicit quod certi ꝯdictio generalis
eſt in proponẽda ex generali capite vt.ȷ̃.e.l.ſi me ꝛ titiũ
vel ꝯdictio ſine cauſa ſm.Azo.ꝛ põt dici.vt actio ſit na
tiua ex varijs figuris cauſarũ vt.ȷ̃.de actio .ꝛ obligatio.
l.i.ꝛ nõ.ȷ̃.de in litẽ iuran.l.nũmis vel quod ſit datiua.qꝛ
nõ naſcitur ex p̃cedẽti cõtractu.ꝛ obligatiõe.vt.ff.ď pac.
l.iurĩgentiũ.§.i. Opp.dr̃ hic.ꝙ recõciliatur mutuum
niſi ꝯſumptione.nec furor impedit ꝯſenſum. al̃ impedit
ꝯfirmari.ꝯ.ȷ̃.de acq.here.l.ſi qs alicui.ꝛ .l .ſi per epiſto
lam.ꝛ.ȷ̃.de acq.poſſe.l.ſi is q animo. So.ibi in nego
cio quod pendet.ex ꝯſenſu futuro.hic in eo quod depen
det ex ꝯſenſu de preterito nec exigit ꝯſenſuꝫ pſeuerar̃.
Op.ꝙ ſine occaxione furti nõ competat actio. vt .ȷ̃. de
fur.l.itaque.Solu.hic agitur ex ſuo facto.ibi nõ vel hic
agitur ex ꝯctu.ibi ex delicto.nã in delictis vertitur pro
uiſio legalis.que nõ ſufficit niſi agatur furti.ſed in ꝯcti
bus ſua puiſio ſibi nõ debet auferri.ꝛ facit.ȷ̃.de acq.re.
do.l.nemo vbi dr̃.quod poſſeſſio in pbatione non parit
ciuilem acquiſitionem. Op.vlterius.quod ex auctorita
te nõ poſſit diuidere petitionẽ.vt.ȷ̃.como.l.ſi vt certo.§
i. So.hic ex neceſſitate diuidit.vt dicam.ȷ̃.e.l. quidã.
extimauerunt. Quero mutuaui pecuniam alienam ꝛ ſti
pulatus ſim mihi reddi.dñs vendicat pecuniam an im
pediat agere ꝛ vr̃.quod ſic.vt in verſi.quod ſi. ſed ibi in
mutuo naturali.quod deſiderat ꝯſumptionem .hic in ci
uili.quod nõ pẽdit ex cauſa dominij.vt.C.e.l.ij.hoc ẽ ve
rum ꝙ natiuitas obligationis nõ pẽdet ex dominio tñ
nata actio.videtur elidi ꝯcta pecunia.qꝛ mutuanſ tenet̃
accipientem facere dominũ. ꝛ ideo tenetur de euictiõe.
ergo non agit̃ ſi euictio facta eſt.vel imminet in limine vt
ȷ̃.de peri.ꝛ ꝯmo.rei vẽdi.l.hereditꝫ. Itez cã videtur red
di ad nõ cauſam. Item interitus ꝯtingens facto credi
toris liberat debitorem generis ſaltẽ ope. exceptionis
vt.ȷ̃.de ſolutio.l.qui.x. Item paria ſunt nõ accepiſſe.
ꝛ euictũ eſſe ergo ꝛc̃.vt.ȷ̃.e.l. qui pecuniam. Item ď
bitor habet facultatẽ ſoluẽdi.eandem ſpeciem.vt nõ.in
l.ij.ſ.e.ſꝫ hoc nõ põt ar.ȷ̃.de po.l.bonafides.ꝛ. ff.ad tre
bel.l.heres.imputet ergo ſibi creditor ꝛ ſue culpe aſcri
bat.qui impedit ne creditor agat al̃ ipedit.ne ſibi ſatiſfi
at.ꝛ nolle dicitur creditor ſibi ſatiſfieri .quod nolle non
põt ſuo facto.impeditus.i.ſua culpa.qui mutuauit .pecu
niam.alienã.vt.C.de naturali.libe.l.legẽ.in fi .ar .ȷ̃ .de
here.vendi.l.venditꝫ.ex hereditꝫ. Quero quid ſi dñs
nõ repetit.ſꝫ debitor nõ vult ꝯſũmere .nec interceſſit ſti
pulatio.quidam dicũt ꝯdici poſſeſſionem p condictionẽ
triticariam tanq̃ p̃doni.ar.ȷ̃.de triti.l.ij.vel p ꝯdictionẽ
l.ſi coloni.qꝛ ex poſt facto detinet.cũ vicio ar .ȷ̃ .de acq.
re.do.l pomponius in fi.legis ar.ꝯ.de acq.poſſe.l.clam
poſſidere i pñcipio.alij dicunt qđ habetur p cõſumpta.
ar.ȷ̃.de ꝯhen.emp.l.labeo ſcribit ſi bibliotecã.ꝛ.ſ.ď ſta.
homi.l.aretuſe.niſi habeat iuſtam cauſam nõ ꝯſumẽdi.
vt qꝛ eſt amõtuſ a domino.nã tunc nõ dicitur ſtare per
eum.interdum enim volẽs.ꝛ potius facit quam fidem
cõtractus tunc explicaſſe videtur.quãdoqꝫ ſm nãm ꝯuẽ
tionis tunc ſecus vt nõ.ȷ̃.de verbo.oblig.l.i executione
§.fi.ꝛ.ȷ̃.e.l.qui pecuniam glo.tenet qđ ſi nõ hꝫ pbabilẽ
cãm deffendẽdi ꝯſulere tenetur nec põt cõqueri. qꝛ põt
ſoluẽ illud idẽ ꝛ erit liberatuſ.nec põt creditor dicẽ ñ fui
dominus.qꝛ allegaret ꝯ ſe nullitatem ꝯctus.nec etiam

pōt exigere dominum.vbi nō dedit dominium.q̃ petit
plus re.quod eſſe nō pōt.vt.ſ.e.l.rogaſti.§.pe. Que
ritur an deſideratur ↄſumptio.an actio oritur ex ↄ̃ctu.
an ex ↄſumptiōe.q̃ ↄſumptio habet̃ ꝓ dominij tráſla
tione.vt.ĩ.e.l.ſi filius.⁊.ĩ.nō omnes.§.fi. ſed renaſcitur
obligatio.ergo ⁊c̃.vt inſti.de obligatio.§.ſequēs.⁊ hec
vera q̃ iſta obligatio.ſumit originem a p̃ma ↄuentione
cooperante ↄſumptione.vt.ĩ.de fideiuſſo.l.ſi q̃ſ ꝓ eo §.
ſi nūmoſ.⁊ facit quod nō.C.de rerū pmu.l.ex placito.

Sed quo tp̄re oritur actio.ego dico tp̄re ↄſumptio
nis ar.in.l.fi.co.p̃dio.⁊ de iure codic ll l. quidā refferūt
vnde ante nō currit p̃ſcriptio creditori.q̃ ante nō habꝫ
ius fundatū ad agendum vt hac.l.cum ſy.⁊ adde quod
nō.ĩ.e.l.pe.§.fi. Sed q̄s debet ꝓbare. an ille qui di
cit nō ↄſumptum ⁊ tuetur ſe ex negatiua an actor qui
dicit conſumptuꝫ ⁊ tuetur ſe ex affirmatiua.⁊ vr̃ quod
affirmanſ.vt.ĩ.de proba.l.ij.eↄ̃ quod negans.ut.ĩ.de v̄
bo.obli.l.hoc iure.⁊.ĩ.e.l.p.§.fi.⁊.l.nō omnis.§.⁊ cum
pecunia. So.interduꝫ affirmatiua facit ꝓ actore.ne
gatiua ꝓ reo.⁊ tūc.aut negatur ↄtractus a principio.⁊
actor debet probare.Aut nō negatur p̃ncipiuꝫ.ſꝫ nega
tur obligatio de p̄nti.⁊ tūc negans probet idem ſi nega
tur dn̄iuꝫ.nam aut negatur preſens.⁊ p̃teritū. p̃mo cāu
p obat actor in ſc̄o probat reus vt.C.d̃ proba.l. ſiue poſ
ſi let s.lꝫ ſit gl.ↄ̃.in.l.certuꝫ.§.ſi q̄s abſn̄te. ĩ.de cōfeſſ.l.
ſed illud pōt eſſe.q̃ ↄfeſſio eſt idiuidua ſi ſit vna oratio
tantuꝫ.⁊ cōfiteor te habuiſſe dn̄ij vel te fuiſſe dn̄m olim
tm̄.nō nūc.vt nō.C.de excepti.l.ſi qdem ⁊.ĩ.e.l. qdaꝫ ex
timauerūt.Preterea niſi dicas ꝙ ibi non fuit vna or̄o
ſed ſint due ſꝫ quoſdaꝫ.alij nō diſtinguūt ſit vna oratio
ſed ſit vnuꝫ factum vel duo facit.ĩ.depo. l.publia. in fi.i
terduꝫ eↄ̃ negatiua facit pro actore.⁊ affirmatiua ꝓ reo.
⁊ tūc aut ē ↄdictio negatiua.⁊ actor dꝫ probare vt.l.hoc
iure.q̃ fundat originē ſue petitōis ar.C.de edē.l.fi.in fi.
aut nō ē rō negatiua inſerte ↄdictōis.ſed negatiua ſolu
tionis.⁊ tūc aut quo ad agētem hꝫ p̃ambulam obligatō
neꝫ.⁊ p̃ſumitur pro agēte vt.ĩ.d̃ probatio.l.quinquagin
ta.aut nō hꝫ p̃ambulam obligatōem. ⁊ tūc agens debꝫ
probare vt nō.Inno.ex̃ de accuſatio.c.ſup his ⁊ ibi per
hoſti.⁊ p cy.in.l.ij.C.de iure emphi.Sed pone dicit ſta
tutū ꝙ quicūqꝫ nō denūciauerit iniuriam puniatur in.x.
accuſſo ticiuꝫ quod nō denūciauit probo iniuriaꝫ ſicut d̃
beo.ſed nō probo negatiuaꝫ.an vinco.⁊ dicit ꝙ ſic quia
fiſcus agere vr̃.nā ego noie fiſci.ago.⁊ fiſcus eſt creditor
vnde hꝫ intentōem fundataꝫ.Si v̄o dicit ſtatutū. ꝙ qui
cūqꝫ nō ſoluerit collectaꝫ nō audiatur.⁊ tu agis ↄ̃ me.ul̃
accuſas me crialr̃.⁊ ego tibi oppono.qd̄ nō ſoluiſti.ego
debeo probare negatiuā.q̃ q̄tum ad me nō hꝫ aliquaꝫ
p̃cedentē obligatōem ſm̄ Bar.in.l.hoc iure.ff.de v̄b.
ob.interdū allegatur negatiua ↄ̃ factuꝫ ꝓpriuꝫ p modū
erroris.⁊ tūc allegās dꝫ probare vt.C.de reb.credi.l.ſi.
⁊.C.de erro.aduo.l.ij.⁊ quod ibi nō.⁊ facit quod nō.C.
de nō nu.pec.l.ij.cum ſy.⁊ facit ad p̃dicta.ĩ.de re.mili.l.
iij.§.ſi ad dieꝫ.⁊.l.qui cōmeatus.Interduꝫ allegatur ne
gatiua patrimonij.⁊ dic vt.ĩ.e.l.ſi.⁊.ſ.qui ſatiſda.cog.l.
ſi vero.§.i.⁊ ibi nō.Adde qd̄ negatiua ſimplex. ex qua
nihil reſultat.q̃ ē p̃ciſſe nihil pōt probari.⁊ facit ꝙ nō.
ĩ.ti.i.l.nā.⁊ poſtea in p̃n.q̃ qd̄ nō eſt nō pōt ſciri vt nō.
ff.de acq.poſ.l.locus.ſecus ſi aliqd reſultat puta delictū
uel obligatio. Baldus.

## Si ſeruus communis.

Ex ↄtractu ſerui cōis.q̄
ritur actio pro parte cuiꝫ dn̄oꝝ ⁊ in pecunia repetēda
ab vno dn̄oꝝ nō repetit̃ pars i quolibet nūmo ſed:ame
do petitōis diuidēde.h.d.Et ē rō q̃ illud ē ſiēdū qd̄ vtrū
qꝫ parti ↄmodius ē vt.ĩ.d̃ ſolu.l.cū ſticus.Nō.ꝙ hic eſt
dicē qnqꝫ.⁊ qnqꝫ faciūt.x.⁊ refert.aut ē numerus agre
gatus ⁊ diuiſus faciūt.x.aut ē nūerus diſgregatus ⁊ di
uiſus.⁊ nō faciūt.x.ut nō.ĩ.de ſolutio.l.cū ſticus ⁊.ſ.de
iuriſdic.om.iudi.l.ſi idē cum eodē.⁊ hoc fuit ↄſultū qd̄ ſi
ſtatutū dicit ꝙ bāniti a.c.libris.ſ.poſſint ipune offendi.
⁊ qdā hꝫ diuerſa bāna.vnū i qnquaginta aliud i ſexag n
ta qd̄ nō pōt ipune offendi. q̃ quinquagita ⁊ ſexagita ſ̄i
faciūt centū.x.ſed faciūt ꝓpꝛiuꝫ numerū ad quē ſolū ter
minatur qd̄ nō. Baldus.

## Si filius.

Iſta.l.hꝫ quatuor reſpōſa.in
p̃mo dicit qd̄ filius pecuniaꝫ
ſibi mutuatā ſoluit d̃ peculio.⁊ nūmi extāt p̄r
vēdicat.in ſc̄o dicit ꝙ ſi ſūt ↄſumpti ceſſat ↄdictio.⁊ recō
ciliatur ſolo. In tertio rūſo.rūdet tacite obiectioni. naꝫ
vr̃ qd̄ ↄſumptio inducat ↄdictioneꝫ nō p̄mat.vt.ſ.l.ꝓx.
ſed rūdetur ꝙ idē opat̃ cōſumptio qd̄ dn̄iuꝫ.⁊ ideo ibi
dn̄io.trāſlato a p̃ncipio naſcitur oblio eidem ex poſt ſcō
recōciliatur obligatōe p cōſumptōem.⁊ ita loqtur lex ↄ̃
ria.ſed ubi dn̄ium ab initio trāſlatum parit liberatōem
ibideꝫ ex poſt facto cōſumptio liberatōem ut hic Quar
to dicit quod iſte caſus mutui.eſt de illis caſibuſ ubi trāſ
lato dn̄io ceſſat cōdictio nec datur repetitio etiam p̃ter
tu ignorātie iuris.h.d. Nō.ꝙ patri uēdicanti. nulla exce
ptio obſtat. Nō.quod cōſumptio ſolutionem cōualidat
Nō.paria eſſe dn̄iū trāſlatū a p̃ncipio ⁊ cōſumptōeꝫ eē
ſecutā.nō.ſolutionem indebiti ope Macedoniani ñ repeti.

Op.ↄ̃ p̃mum.ĩ.de ↄdic.indebi.l.qui exceptiōe.⁊ hac
l.§.fi. So.ibi loquitur qn̄ fuit ſolutum.cum tranſlati.
dominij.hic quando ſine dominij tranſlatiōe.qd̄ eſt nō.
dignū dominū ergo p̃uilegio potentius eſt.vt.ff.de pri
uileg.credito.l.vētri.§.fi.⁊.§.in bonis.⁊.ĩ.de pecul.l.ex
facto.⁊.ĩ.de in rē verſo.l.quidā ⁊ de pub.l.excepti.Op.
ↄ̃ ſm̄ ⁊ vr̃ quod cōſumptio patri nō noceat.vt.ĩ.ad ma
cedo.l.ſꝫ ſi pater.§.ſi ab alio.in fi.vbi dicit ꝙ i omnem
euentum pater repetit.So.ibi pater veniebat nomine
ſuo.hic nomine filij.turpha eſt.q̃ iſta lex fundat ſe ſup
ↄſumptiōe nō ſuper nomis diuerſitate.Scd̄a.ſo.eſt qd̄
hic pecunia erat ↄſumpta bonafide.ibi mala. ad hec fa
cit.ſ.e.l.rogaſti.§.fi.iſta eſt diuinatio.tertia ſolutio ē qd̄
ibi fuit ſolutum nomine patris.hic nomine filij.certe vt
hic.⁊ ibi.ſimpl'r loquitur.nec obſtat ratio iſtius legis.in
vi nominis inſerti.ſed i vi cōſumptionis.quid dicemus.
dico.ꝙ hic ſoluit filius de peculio. In ↄmertio ſoluit
de re nō peculiari vnde emanauit ſolutio. vel ſol'.q̃ ibi
dominium erat queſitū patri.vt.ĩ.de acqui.heredi.l.pla
cet.nec erat in adminiſtrati iuris vel facti.apud filiū.ſed
peculiū eſt in adminiſtra.ſalteꝫ facti.ſic ⁊ al' ſit dn̄a an
ex facti adminiſtratiōe aliquid operetur.al' acquirat̃.vt
ĩ.de pec.leg.l.cū dn̄s ſeruum.§.al.nd.Et p.ſi ſoluit d̃ pe
culio.ergo tranſtulit dominū.vt.ĩ.e.l.§.fi.So.ibi ſoluit
de peculio quod erat in proprietate filij.q̃ erat caſtrēſe
vel quaſi hic de eo.quod erat in proprietate .patris niſi
ſint talia in quibus habent vſumfructū dicat̃ habere ꝓ
prietatē.vt.l.i.⁊.ij.de vſufr.ear.rer.que vſu.ↄſu.⁊.C.de
ſec.nupt.l.hac edictali.§.mobilius.Op.ad fi.l.d̃. l.fi.ad
macedo. So.ibi i errore facti.hic in errore vel ignorā
tia iur̃.deinde.cōclude ſic.aut filius accepit mutuum in
cām licitaꝫ ⁊ ceſſat repeticio. vt.C.ad macedo.l.fi.in fi.
Aut fuit mutuū irrationabile.⁊ cōtra ſena.cōſul.⁊ tunc
aut ſoluit de peculio.caſtrenſi.vel quaſi. ⁊ ſi quidem er
rore facti repetit.puta ꝙ credebat patrem ratificaſſe.
cum non ratif.caſſet.vt.ĩ.ad macedo.l.fi. Si auteꝫ ꝑ

erroꝛeȝ iuriſ ut quis putabat ſe effectualiter teneri non
repetit.vt hic in fi.ratio dñe eſt.qꝛ erꝛans in iure eſt in
lata culpa.⁊ tractat de lucro captando.⁊ ille qui mutua
uit ꝯ legem.eſt in lata culpa.⁊ tractat de damno vitãdo
Item eſt reus.ergo eſt potioꝛ ſed erꝛans in facto er
roꝛe tollerabili.nõ eſt in lata culpa.vnde lata culpa mu
tuantis ꝓponderat ⁊ eũ ꝯſtringit.reſtitutioni aut filius
ſoluit de peculio pꝛofecticio. vel aduenticio .⁊ tunc .aut
pecunia extat ⁊ pater vẽdicat vt hic dicit aut nõ extat ⁊
eſt conſumpta malafide.⁊ idem.ſ.e.l.rogaſti.§.pe.quia
malafides nihil põt reconciliare.vel fauere.aut bonafi
de.⁊ tũc.aut filius ſcienter vel per erꝛoꝛẽ iuris.⁊ nõ põt
condici ſi filius ſoluit nomine ſue obligationis.vt hic.ſi
nomine patris competit repetitio patri ar.ĩ.de fideiuſ
ſo.l.qui contra ſenatus.quia pater ipſo iure non teneba
tur.ſed ſi pater decedit ⁊ filius ei ſit heres. non poteſt
filius uenire contra factum ſuum.ut.ĩ.de condic.indebi.
l.ſi non ſoꝛtem.§.ſi filius.⁊ ar.ĩ.de pigno.actio.l.rẽ alie
nam. Si autem fuiſſet erꝛoꝛ facti.haberet locum cõ
dictio.etiaȝ facta conſumptione ar.C.de rei uendi.l.cer
tum.⁊.ĩ.de condic.ex lege.l.malafide quia conſumptio
non impedit beneficium erꝛoꝛis.ut infra de ꝯdic. idebi.
.l.ꝙ i debitũ ⁊.l.ſi nõ ſoꝛtem. §.libertus. Si autem
filius ſoluit de pſno nõ peculiari. indiſtincte pater repe
tit vt ſ.§.ſi ab alio. Quõ q̃.p poꝛtio.ſit iſta ſeu q̃ ꝯparõ i
ter dñiũ trãſlatũ ⁊ ꝯſumptõeȝ ſecutã.reſpondeo ſicut ſe
habet dominij trãſlatio ad cõfirmanduȝ contractum ſic
dominio nõ tranſlatõ.ſed ad illud habȝ cõſumptõ. Iteȝ
ſicut ſe habȝ dñij tranſlatio ad cõfirmãdum diſtractum
ſic ad ideȝ ſe habȝ cõſumptio ⁊ ſuccedit loco dñij.⁊ ideo
ideȝ qꝺ veritas operatur.⁊ ad illuȝ effectũ.qꝛ id adaptã
dum ⁊ eſt fictio.⁊ tendit ad illuȝ fineȝ ad queȝ adaptatᷣ
veritas vt hic pȝ ſm Ja.butr.⁊ facit.ĩ.ti.i.l.ſed ⁊ poſſeſ
ſoꝛi.§.itẽ ſi iurauero.⁊ ad hoc all.⁊ nõ.de iſto modo ar
gumẽtandi a pꝛopoꝛtiõalibus quo multũ vtebatur Ja.
bu.in diſputatõe.⁊ nõ.ſiſe.ĩ.de cõdi.inde.l.ſufficit. ⁊ fa
cit ar.ad foꝛenſes q recipiũtur in ciues oꝛiginarios.qꝛ
hoc eſt per fictionem.pura enĩ ciuilitas nõ poteſt indu
ci.p veritatem ſed oꝛiginaria nõ vt.l. aſumptõne .ff.ad
mu.patris ergo erit per oĩa iſte ciuilitates ⁊ facit.ĩ .ad
.l.fal.§.lex falcidia. Si tamen aliud ſtatutũ loqueretᷣ di
ſcretiue.⁊ in ꝓuilegio de ciue oꝛiginario.dicunt qdam ꝙ
nõ intelligitur ꝺ ficto.ſed ꝺ nãli ciue ar.in.l.fi.C.ꝺ his q
veni.eta. pe.ſed ⁊ ibi ab hoie ꝓfertur hic a lege. Sȝ
que ẽ ratio ꝙ i macedoniano oritur ciuilis obligatio cũ
lex reſiſtat.rñdeo qꝛ nõ obuiat a ꝓncipio obligationis
cum ꝯctus ſit.alᷓ ſimplr permiſſus de iuregẽtiuȝ .ſed ob
uiat exceptioni ſi apponatur exceptio.ſemp põt allega
ri.⁊ ideo põt opponi poſt ſniam vt.ĩ. ad macedo.l.tam
⁊ ſi.⁊ dic vt ibi.⁊ ẽ argu.ꝙ i ciuibus ẽ aliquid i bñficiuȝ
indultũ.etiã poſt ſniam poſſit reus allegare ciuilitatẽ.iſ
eſt arg.ꝙ vi pacis ⁊ cõcoꝛdie poſſit allegari poſt ſniam.

Singularia. Iſta.l. reputatur diffici
lis.ꝓpter intrincationeȝ
gloſaꝝ.⁊ ꝓp naturã ſue materie.⁊ hȝ tres lec.
ſm vnaȝ lecturaȝ ẽ generalis quo ad ꝯctus ſpãles quo
ad pecuniaȝ.⁊ ſic verbũ pecunie accipit ſtricte. ⁊ verbuȝ
credite large.⁊ deſtruit ꝓme parti rubꝛice illi.ſ. ꝺ rebus
creditis.ſed ſecũdum aliam ẽ ſpãlis in ꝯctu mutui ⁊ eſt
ſpãlitas fauoꝛe hu9ꝯctus ⁊ huiuſmodi ſpãlitas in aliĳs
ꝯctibus nõ hȝ locum ⁊ verbũ pecunie accipitur large ꝓ
qualibet re mutuabili.vt.ſ.e.l.ij.§.item mutuũ.tertia le
ctura ẽ quod iſta.l ponat duo ſpãlia in mutuo.ꝯ regulaȝ
⁊ naturaȝ mutui nãlis vt cõtrahatur obligatio re licet
mutuãs per ſe nõ tradat nec dñium trãſferat. ſed p aliũ
tradẽtem.⁊ ſuũ dantem.puta per ſuum debitoꝛem vt i
pꝛimo exemplo. Item videtur ꝙ in caſu contrahatur cã
ſi nil datur vel traditur nec a ſe.nec ab alio. ſed alia cã
puta mandati.⁊ in cauſam mutui cõuertitur.quia tunc i
teruenit interpꝛetatiua traditio pꝛopter fingendaȝ unã
traditionem neceſſe eſt fingere duas hoc dicit. Nota
ſm ꝓmaȝ lecturam quod in quolibet cõtractu ille qui p
aliũ numerat per ſe numerare videtur. Secũdo nõ ꝙ
in quolibet cõtractu pecunia poteſt deuolui de vno con
tractu in alium. No.tertio ꝙ in numeratione pecunie
po ſunt concurrere ſucceſſiue plures fictiones. ⁊ plures
ipꝛoꝓetateſ. Op.ꝙ iſta oppoſitõ ẽ de reb9 ⁊ vr ꝙ i ꝓmo
exẽplo iſtius.l.nõ ſit ſpãle i pecunia nũerata ymo idẽ ſit
i qualibet re.etiaȝ in ſpecie.qꝺ q per aliũ tradit videtuꝛ
tradere per ſe ipſum.vt in regula iuris.qui per aliuȝ fa
cit. So.concedo.quod qui peꝛ alium facit.ipſe facere
videtur.ſ.mediate.⁊ tanq̃ cauſa remota.ſed in pecunia
videtur facere immediate ⁊ tanq̃ cauſa pꝛoxima .quia
videtur. pꝛimo numerata ſibi.⁊ ſtatim per eum nume
rata aliĳ.occultatur enim vnus act9.pꝛopter velocitatem
vt.ĩ.ꝺ dona.inter vir.⁊ vx.l.iij.§.ſi ſticũ.⁊.ĩ.de iure dot.
l.licet.§.quotiens. Opp.⁊ vr.ꝙ idem ſit in ſpẽ.quod in
quãtitate.vna manu data alia manu reddita videatur
vt.ĩ.de iure.doti.l.in ſponſalibus.§.i.nec valet ſi dicas
ibi.in eadem perſona.hic in diuerſis tu.quia iſte tex. nõ
facit vim in pluralitate perſonarum.ymo exequat vnũ.
⁊ plures tu.qꝛ ſaltem iſtud ꝯrium. erit contra ſãm ꝓtẽ
iſtius lſe. So.ibi loquitur qñ retinens rem eam ha
bebat.⁊ eam tradere poterat tunc i illo inſtanti tẽpoꝛis
⁊ loci.hic ſi ibi nõ habebat.ſed dominij ſolutioni tamẽ
deſtinauerat ar.ſ.e.l.certi ꝯdictio.§.fi.⁊.ff.de rei vendi
catio.l.eius rei.⁊ eſt ratio qꝛ pecunia habilius facilius.
⁊ aptius cadit.in actibus hominũ q̃ aliqua alia res .⁊
omnia pecunia menſurantᷣ.vt.ĩ.de fideiuſſo.l.ſi ita fide
iuſſoꝛem accepero.⁊ pꝛodeſt hoc ſcire.qꝛ ſi fundus debi
tus.a marito.cõſtituatur ei pꝛo dote. ⁊ fingatur hinc in
de traditio.fundus erit dotal. Et ſoluto matrimo
nio reuertetur iure dominij ad vxoꝛem.ſed ſi traditio nõ
fingatur vt fundus remiſſio.i.liberatio fundi.eſt in dotẽ
nec ſoluto matrimonio eſſet i dominio uxoꝛis nec uenit
fructus.ut dicta.l.ſi ſponſus ⁊ facit.ĩ.de fur.l.falſus.§.
pe.⁊.ĩ.de condic.fur.l.parui. Sed quare fingitur tra
dicio.⁊ retradicio.reſpondeo quia poſſeſſoꝛ non poſſet
ſibi mutare cãm dominij nam titulus ſuperueniens.a nõ
dño.nõ cauſat dño titulum nec affert dominium nouuȝ
niſi fingatur ab illo recedere ⁊ de nouo ſuperuenire ut
ff.de acqui.poſſe.l.iij.§.ex plurimis. In omnibus er
go.que dominij tranſlationem deſiderant iſte fictiones
neceſſarie ſunt.nec ob.ĩ.de ſolu.l.qui ſ.c.quia hic ſm na
turam negocij ibi contra naturaȝ negocij.ut.ĩ .e.l.ſi tibi
uel hic fictio aut cõſiſtit i auctoꝛitate legis .ibi hominis
factum. Opp.tertio ſine ulla poſſeſſione ciuili uel natu
rali tranſit breui manu dominiũ ſed traditõ fingitur cir
ca dominiũ ⁊ poſſeſſionẽ iſtud nõ uidetur quia in acqui
renda uel retinenda poſſeſſione per ſe ipſa lex non fin
git ut.ĩ.de acqui.poſſe.l.i.§.ſi uir reſpondeo fictum do
miniuȝ eſt iuris ⁊ de iure.⁊ ideo non deſiderat opus fa
cti.⁊ traditionis nunc.nec cõtra uinculum poſſeſſionis.
Op.qñ cadunt hic due fictioneſ contra.l.i.C.ꝺ do.
pꝛomiſſ. ſo. aut fictiones ſunt cauſa actus. ⁊ tunc non
concurrunt plures fictiones quando actus eſt de ſe inua
lidus ut in lege contraria.aut actus eſt cauſa fictionum
⁊ tunc poteſt actus cauſare plures fictiones.vt hic quia

ualidus eſt uel h'c ſunt fictiones ſubalterne ſeu ſubor
dinate ut i. §.ſticuz.ibi eſſent choequeue unde ibi fictio
non cauſat altera.hic ſic.quia ſunt fictiones ſucceſſiue.

Oppo.ſi iſta lex ē generalis i omni ꝯctu. ergo ſicut
omnis cōtractus poteſt cōuerti in mutuū. ſic ꝛ mutuum
in omnez cōtractum vt in mādatum. ſed hoc eſt falſum
ar.ī.man.l.ſi vero nō remūerādi.§.ſi poſt nō eniz poſſz
ꝯuerſio fieri ex mutuo in cōtractu mandati. qꝛ ex poſt
facto mādatuz nō cōtrahitur vt ibi pz. ſed mutuū poteſt
ꝯtrahi ex poſt facto vt h.ꝛ ideo iſta pᷓma lec.ē quod iſta
.l.ſit generalis i omni cōtractu nō eſt lectura ꝯueniens
veritati. Venio ad ſcḋam lecturam.ꝛ nō.ex ſcḋa lec.de
qua in pᷓncipio feci mentionez ex ea.ꝙ lz datio fundetur
in perſona adhibita vt det.tamen effectuſ dationis trāſ
fertur in eum qui dari iubet.dicet aliqs ille proprie dat
qui mādat vt.l.pater de man.vindic.ergo nō eſt neceſſa
ria fictio huius.l.reſpōdeo quādo iubens eſt dn̄s. tūc ꝓ
prie ipe dat.nam ipe imediata cā eſt dominij trāſferen
di.vt ibi.ſed vbi dominiū nō reſidet penes ſe.ſed penes
eum qui exequit' mādatum. tūc proprie dat qui mandat
qꝛ iſte actus proprie nō cadit in eo cum nō ſit dominus
vt.l.traditio de acqui.rer.domi.quādoqꝫ eniz mādatum
eſt collatuz ſuper iure trāſferendo. ꝛ tūc procedunt pᷓdi
cta vt.ī.de dona.l.hoc iure.§.ſi quis dederit.ꝛ.ī.eo.ti.l.
eius qui in prouinciaz.§.quas vero.quandoqꝫ ſuper ſim
plici.ꝛ mero facto.ꝛ tūc aut eque cadere pōt tale pactū
per naturaz ipſius facti.in vtroqꝫ.ꝛ tūc mandās.videtur
interpretatiue facē.aut nō vt qꝛ non poteſt fieri corpore
alieno vt adulteriuz.ꝛ tunc nō videtur feciſſe mandans.
ſed punitur tāquam iuſtificator feciſſe mādans videtur.
ſed punitur vt.ſ.dixi vt nō.ī.de vi ꝛ vi.arma.l.i. §.deie
ciſſe.qꝛ adulteriū nō poteſt cōmitti.niſi cōmittatur in ſe
ꝛ i aliū.vnde facti natura impedit ꝑ alium explicari.vt
C.de cad.tol.l.vnica. §.ſin autez.ꝛ ē ratio. qꝛ hic nō pōt
adaptari fictio.vbi natura nō adaptatur ar.ſ.de adop.l.
nam adoptio. quādoqꝫ aliquid in mādante cadit nō in
mādatario.ꝛ tūc ſi nō ē capax mādatarius facti valz.vn
de nō tenetur mādans.aut eſt capax facti.licz nō obliga
tionis.ꝛ tūc mādans in delictis.vt nō.ſ.de iuriſdic.om.
iudi.l.ſi qs id quod in fi. Nota ſᷓm vnuz actuz tenere lo
cuz ꝛ vicez duorum factoꝝ nō ſolum in ꝑſonis diuerſo
ruz.ſed etiam i eādem perſonam.nam celeritate cōiun
gendoruz extremoruz mediuz occultatur vt.ī. de acqui.he
redi.l.illud.ꝛ.ī.de dona.inter vir.ꝛ vxo.l.iij.§.ſticuz.ꝛ.ī.
de dona.inter virū ꝛ vxo. Op.ꝛ vr̄ quod nō ſit ſpāle
in mutuo.nam idez video in cōtractu dotis quaſi debi
tor mulieris dotat mulier recepiſſe ꝛ ipa dotaſſe videt'
per ſe ipam imediate.ꝛ ille alius mediate.vt.ī. de iure
doꝫ.l.lz.§.quotiens. item idem in cōtractu donationis
ſi lex ei nō obuiet vt dicto.§.ſticum.So.ibi res erat pre
ſens hic nō.ꝛ ideo eſt hic ſpeciale. Op.ꝛ videtur quod
nedum i obligatione.ſed etiam i liberatōne exigatur ꝙ
res ſit in conſpectu.al' ſit in pn̄ti. ꝛ quod ipa res dimit
tatur ſeu relaxetur.quod habetur pro traditiōe vt.ī. de
ſolutio.l.pecuniam. So. ibi loquitur quo ad naturalem
ꝛ veraz ſolutionez.hic quo ad ciuilem. ꝛ fictaz nūeratio
nem.nam effectus cuz titulo.q habetur a poſſeſſore ꝛ ꝯ
dictione verbali hz vim poſſeſſionis corporalis que ꝑ vi
ſuz acquiritur ut.ī.de acqui.poſſ.l.i.§.ſi iuſſeriz. Op.
cōtra ſᷓm exemplūz huius.l. ꝛ uidetur quod nō ſit ſpāle
in mutuo.ſed idē ſit in alijs cōtractibus.dicit lex quod ſi
mulier cōſtituit debitori maritoqꝫ ſuo i dotem rez debi
tam.puta fūduz. ꝛ res erat penes debitorem quod ſᷓm
ordinem iuris ꝛ intellectus uir u.detur ex pᷓmo debito
ſoluere uxori ꝛ uxor illud idē īmediate dare in dotez.ꝛ
ſic fictio iuris ſequitur intellectualem ordinem. ꝛ duo
facta ſucceſſiua fingūtur ut.ī.de iure doꝫ.l.ſi ſpōſalibus
§.i.So.ut dixi ſuperius tibi loquitur in re preſenti.que
tunc inter manus uerſabatur.unde uiſus eſt pro actu cō
porali.Itez quia traditio erat i promptu facilius fing' ē
ar.ſ.de rei uēdi.l.eius rei. In alijs ergo contractibꝰ
licet non requiratur actus requiritur.aptitudo .ꝛ poten
tia concurrens in illo loco.ꝛ tempore.ſed in mutuo ſuffi
cit ꝙ res ſit penes debitorem ꝛ poſſit ſolui ſine difficul
tate vt hic.eſſe enim rem paratam ſolutioni.nō eſt dice
re rem ꝑparatā.ꝛ deputatā.ſz qḋ ſine difficultate ſolui
poſſit.ſaltē enim ipſo aīo ꝑparatur ꝛ ſufficit i hoc actus
mētalis.i.conſenſus. vt hic. Sed oppo. ꝛ videtur ꝙ
non ſufficiat conſenſus.vt.ī.man.l.qui negocia.vbi dici
tur qḋ non mutuum.licet debitor per epiſtolaz confitea
tur ſe habere cauſa mutui.id quod debetur ex cauſa ge
ſtionis. So.ibi res non extabat.i. pecunia non erat
apud confitentem vbi enim res non extat non cadit fi
ctio ſuper re.vt.l.huic ſcriptur' ad.l.acquil.ſed vbi pſona
non eſt.non cadit fictio ſuper perſona.dico quod quan
do fictio tendit ad eſſe.vt eſt fictio poſtliminij.ſed quan
do fictio tendit ad non eſſe cadit fictio ſuper eo. qḋ quō
dam fuit ꝛ nunc non eſt.vt in fictione.l.cornelie.vt. ff.ḋ
libe.ꝛ poſtu.l.gallus.§.ſi eius alicui. enim rei vel perſo
ne vel actui ineſſe debet fictio ſicut accidens opꝫ ꝙ in
ſit alicui ſubiecto.ꝛ.ī.e.l.eius qui in prouinciam.§. pe.ꝛ
l.ij.ff.de vſufruc. In mutuo ergo ad hoc vt fiat con
uerſio eſſe debet conſenſus. Item res.vt hic.ſecus ſi
eſt conſenſus non res.vt in cōtrario.ſed certe iſta eſt di
uinatio quod ibi reliqua nō eſſent apud confitentem .nā
ſua confeſſio probat contrarium.vt.ī.e.l.lecta.nam con
feſſio probat mutuum naturale.niſi negetur numeratio
vt.ff.de verbo.obligatio.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonꝰ.
ad idē facit.j.ḋ poſ.l.publia.§.fi.vnde ego aliter ſoluo.
ꝛ dico quod in iſta conuerſione. de pecunia debita in
cauſam mutui tria exiguntur conſenſus.quod res extet
ꝛ facilitas ſoluendi.ſed vbi ſolutio vera habet in ſe diffi
cultatem ſecus vt inter abſentes in.l.contraria.vt.ī. de
verbo.obliga.l.fi.§.ſi inter eos.ꝛ.ff.de here.inſti.l.ſuus
quoque.licet ergo quod requiratur verus actus.tamen
requiritur aptitudo.ꝛ propinqua potentia exeūdi i actū
ꝛ hoc in re debita.ſed in re propria mutuantis preſertiz
ab eo poſſeſſa.licet a debitore detenta.dic vt.ſ.e.l.certi
condictio.§.fi.ꝛ facit quod nō.dy.in.c.peccatum.ḋ reg.
iur.li.vi. Nunc deſcendo.ad tertiam lecturam.ḋ qua
ſ.in principio.legis feci tibi mentionez. Nō.ꝙ fictū
mutuum reputatur mutuum naturale. Item quod i
terpretatiua traditio quo ad dominij tranſlationez idē
operatur ꝙ vera. Op.ꝛ vr̄ quod ſiue ſtipulatione nō
poſſit fieri iſta mutatio.ſiue conuerſio.vt.C.e.l.ſi ex pre
tio.So.hic res debita erat parata ſolutioni ibi non.

Op.ꝙ idem.ſi non ſit parata.vt.C.e. l.ſi pro mutua
vbi nudo pacto ſit conuerſio. So.ymo illud pactum
erat veſtitum quia erat appoſituz in continenti.ſic.ſ. e.
l.rogaſti in principio.ꝛ.l.ſi quis nec cauſam. Oppo.
tertio ad idez.C.de nō nu.pec.l.aduerſus. So.ibi pa
ctum erat veſtitum lr̄is.ꝛ ſolemni cirographo.ꝛ dic ſic.
cum queritur.an vna cauſa poſſit cōuerti i cauſam mu
tui.aut loqueris ḋ ciuili mutuo.ꝛ tūc hoc poteſt fieri tri
pliciter.ſ.per ſtipulatiōez.vt.C.e.l.ſi ex pretio.per pactū
appoſituz vt.C.e.l.ſi pro mutua.ꝛ per ſolemne cirogra
phum.vt.C.de nō nu.pec.l.aduerſus.licet i hoc videat'
contradicere.lex ſi ex pretio.ſed dic vt ibi nō. Aut le

queris de mutuo quaſi naturali.ꝛ tūc nō requiritur ali
ud niſi ꝙ res ſit parata ſolutōni.vt hic.ꝛ bene dico qua
ſi naturale.quia īterpretatiue tantum impropē ꝛ ficte.ſ
uere. Nunc accedamus.ad queſtiones.ꝛ queritur ꝑ
mo.an ſit ī alijs rebus.dicunt quidaꝫ ꝙ ſunt iſta ſpecia
lia.ꝑmo qꝛ in pecunia facilius fingitur ſolutio.ꝛ traditō
ꝙ̄ ī alijs rebus.qꝛ natura ſui eſt aptior ad ſoluēdum vt
ī duobus exēplis huius.l. Sed hoc nō placet. qꝛ idē
ī rebus que cōſiſtunt ī pondere ꝛ mēſura quod ī rebus q̄
cōſiſtunt ī numero.ꝛ dicēdum eſt.qꝛ iſta tria eādem ha
bent naturaꝫ vt.ṡ.e.l.ij.§.ij.Secūdo qꝛ pecunia facilius
cōſumitur ſola īmixtione.vt.ff.de ſolutio.l. ſi alicui. Sꝫ
tu dic cōtra.quod cōſumptio fit tripliciter per deſinere
extare ꝑ nō apparere quod extet. ꝛ per īmixtionem īſe
parabilem.ı.cōfuſionem. ſed iſta cōfuſio bene cadit ī re
bus que mēſura cōtinentur.Item in his que pondere
vt.ī.de acqui.rer.do.l.naturaleꝫ.§.volūtas. Ego credo
glo.veraꝫ.qꝛ in pecunia perditur dn̄ium īmixtione ideo
recōciliatur mutuū.ſed in alijs rebus nō perditur.ſed fit
cōmutatio vt dicto.§.volūtas vnde huiuſmodi nō dicit̄
cōſumptio vt.ṡ.de rei vēdi.l.marcellus.§.fi. Tertio
eſt ſpeciale ī pecunia.qꝛ magis cōcernit totum patrimo
niuꝫ debituꝫ quātitate ꝙ̄ debitum in ſpē. nam debitum
quātitatis cōcernit patrimonium totum obligatione ꝛ
executione debituꝫ ſpeciei obligatōe.qꝛ perſonalis ē nō
executōe.quia nō debet fieri niſi in illam ſpeciem ſi po
teſt fieri in ipā vt.ff.ad trebel.l.deducta.§.nūmis.ꝛ.ff.ď
leg.ij.l.cum pater in ꝑncipio ꝛ.ī.de pec.l.eduꝫ idem ta
men quod ī pecunia eſt ī quolibet debito generis. quia
certum corpus nō cōcernit vt.ff.de iudi.l.ſi fideicōmiſſū
§.tractatum.nec ē finita obligatio perſonalis.vt.C.de
actio.ꝛ obligatio.l.ſicut.ꝛ.l.i. §.ſi heres realia iura poſ
ſunt rebus vt.ff.de nego.geſt.l.qui aliena.§.fi. quarto ē
ſpeciale. qꝛ tutor ſua auctoritate ſola poteſt ſibi mutua
re pupilli pecuniaꝫ.ꝛ ſe facere debitorem eius quod nō
eſt ī alijs rebus vt.ī.de admi.tuto.l.que ſ.§.ſi nō tantuꝫ
poteſt ergo ſe actore accipere mutuaꝫ pecuniam.vt quo
libet ꝛ in ſe.ex cauſa mutui transferre dominiuꝫ quod ē
miranduꝫ.ſed in alijs rebus.vel cōtractibus.hoc nō poſ
ſet fieri niſi cum auctoritate tutoris vel curatoris.vt nō.
C.de cōtrahen.emp.l.cum ipē.ſecus eſſet in ſindicis ciui
tatis.qꝛ vnus alij nō poſſet vendere vt nō.in.l.i.C.ď cō
tracta.vn̄ ideꝫ videtur ī tutoribus.vt auctoretur pupillo
nō vendat ipē tutor ſolus.ꝛ facit.C.ď ſacro ſan. eccl.aūt
quibuſcūqꝫ modi.Quinto eſt ſpeciale ī pecunia vt ſi pu
pillus eſt debitor tutoris poſſit ſibi tutor ſoluere propria
auctoritate.vt.ī.de admi.tuto.l.quotiens.§.ſicut. Sꝫ
certe idem videtur ī qualibet re vt.ī.de cōtrahē. emp.l.
fiſtulas.§.funduꝫ.ſed ibi quo ad poſſeſſioneꝫ loqtur nō
quo ad dn̄ium niſi cederet auctoritas iudicis ar.ī. de iu
re doť.l.profecť.ī ſi.ꝑncipij.nō ergo accipiēdo ſua aucto
ritate facit rem ſuam.ſed acqrit poſſeſſionē. vt in.§. fun
dus.fallit ī pecunia in qua nō requiritur decretū ut nō.
in.l.i.§.fuit queſituꝫ ad treb.ideꝫ forte quod in pecunia
eſt ī omnibus rebus que ſolo curſu tēporis deteriores
efficiūtur penes intrinſecā bonitatem ut ī frumēto.quia
nō eſt neceſſariuꝫ decretuꝫ.ut.l.lex que tutores. ergo ſi
tutor facit pallam.ꝛ bōa fide fiet dn̄s ſua propria aucto
ritate ar.dicti.§.ſicut. Sexto eſt ſpāle ut habens par
tem integraleꝫ cōdicat partem nālem.ut.ṡ.e.l.nam ꝛ ſi
fur.§.fi.ꝛ hoc idem credo ī omnibus rebus ī qbus ptes
recipiunt inuicem functōem. Septimo ē ſpāle ī uſu
ris ut uſura inſerta pecunie debita nō petatur ex pacto
incōtinenti appoſito.ſecus ī alijs rebus ut frumēti ut.l.
oleo. idem ergo in pena. ꝛ ſic lex aut dicit penam ex
nudo pacto non deberi.non videtur intelligi quādo ad
ditur pecunie tantum.hoc nō eſt verum.vt.ī. de ſeruis
expor.l.moueor.ꝛ.l.ea lege.Octauo eſt ſpeciale in pecu
nia.vt facilius in ea preſumatur vſura ꝙ̄ in alijs rebus.
dicta.l.oleo.ꝛ ar.ex̄ de vſur.c nauiganti. Nono eſt
ſpeciale in pecunia.vt in ea potius attendat̄ vſuſ ꝙ̄ via.
vnde poteſt reddi.vna pecunia pro alia ex quo ī vſu ho
minuꝫ equipollent ut dixi.ṡ.e.l.ij.§.i.quod nō eſt ī alijs
rebus.ut.l.cū quid. Decimo eſt ſpeciale.qꝛ interrogāti
in pecunia aurea facta reſponſio in ea equipolenti. tenꝫ
promiſſio facta ꝛ ſtipulatio.ut.ff.de uerbo.obligatio.l.q̄
extrinſecus ꝛ fingitur ꝯformitas.ibi nō. Xi.eſt ſpeciale.
quia pecunia omnia menſurat.ꝛ non menſuratur ut.ī.
de fideiuſſo.l.ſi ita fideiuſſorem accipere.ꝛ ideo ſcriptū
eſt.pecunie omnia obedıunt.ꝛ iterum dicit ariſtotel
les.minimus eſt fideiuſſor diligere nūmū ꝛ ei.nō ſub ci
at intellectum.Xij.eſt ſpeciale in pecunia. quia licet ſit
uera in materia ꝛ in forma.tamen ſi condicitur ab eo q
non habet auctoritateꝫ.pro falſa reputatur.vt.C.ď fal.
mone.l.ij.quod non eſt in alijs rebus.Xiij.eſt ſpeciale.qꝛ
ciuitas ꝛ quelibet perſona que leſa reſtitui poteſt .preſu
mitur ledi in pecunia mutuata niſi probetur conuerſio.
vt.ī.e.l.ciuitas.ꝛ nō.ī.ti.i.l.nam ꝛ poſtea .§. ſi minor ſe
cus forte eſt ī alijs rebus.vt ī vino frumēto ꝛ ſimilibus
ad vſum quottidianuꝫ neceſſarijs. qꝛ faciliores ſunt ho
mines ad capiēdam pecuniam mutuo ꝙ̄ frumētum vel
huiuſmodi.ꝛ ex facilitate preſumitur leſio.ar.ī.de no
ua.l.doli mali.ego credo ꝙ ideꝫ ſit ī qualibet re mutua
ta.vt.C.ſi aduerſ.credito.l.i.ꝛ ī auť.hoc ius porrectum
ī.fi.ꝛ.ī.e.l.ciuitas.Xiiij.eſt ſpeciale ī pecunia que adiudi
cationibus.nam ſi ī iudicio vniuerſali res adiciatur.debꝫ
condemnari in pecunia nō ī aliquo fundo vel.alia re pro
pria.vt.C.co.diui.l.iij.ꝛ inſti.de offi.iud.ī fi. Xv.eſt ſpecia
le qꝛ precium ī emptiōe ꝛ merces ī locatōe debet eſſe in
pecunia non in alia re.licet ſecus in fructibus. vt infra
de preſcriptis verbis.l.naturalis.§.at cum do. Xvi.eſt
ſpeciale.qꝛ oīs cōdemnatio ad itereſſe fit ī pecunia nō ī
alia re.vt.l.iij.ī fi.C.de inutili ſtipulatio.ꝛ.ff.de uerbo.ob
ligatio.l.ſtipulatiōes nō diuidūtur.§.celſus.Xvij.eſt ſpe
ciale.qꝛ cuꝫ nomē precij.ſimpliciter profertur ſola pecu
nia numerata datur intelligi.ꝛ ſolus cōtractus emptio
nis ut.l.ulti.C.de predij curiali.li.x.Xviij .eſt ſpeciale in
pecunia.qꝛ oīs pena ei iſerta reputatur uſura maxime
in mutuo.ut nō.ṡ.e.l.rogaſti.§.fi.ꝛ uide quod nō.ī.de ꝯ
dic.ob.cau.l.ij. Secundo queritur.an fuit aliqua ſpe
cialia in ꝯctu mutui.reſpectu aliorum ꝯctuum.reſpōdeo
ſic.nam quādoqꝫ mutuum cōtrahitur ſine cōſenſu.ut.ṡ.
e.l.ſi a fure.ho rn̄ſ.ſm Jo.quod in nullo alio contractu
repitur.qꝛ obligationū ſubſtātia exigit cōſenſum ut.l.ex
maleficijs.§.longe minus.ꝛ.C.ď donatio.l.nec ignoraſ
ſꝫ tu dic ꝙ idē ī mutuo ut.ī.eo.l.ſi ego. ꝛ.l.ſi a fure.ꝛ dic
ut ibi ſm ac. Secūdo ē ſpāle in ꝯctu mutui.qꝛ ī eo tm̄ hꝫ
locū macedonianū niſi eēt color q̄ſituſ ut.ī.ad mace.l.ij.

Tertio ē ſpāle.qꝛ ī mutuo filiuſfamilias minor nō re
ſtituit̄ ſi pr̄ ꝯſenſit.ut.ṡ.de mino.l.iij.§.ſꝫ utrū. Quar
to ē ſpāle.qꝛ ꝯfeſſio ī mutuo ſi fiat ī ſcriptis dr̄ ꝯctus lra
ruꝫ.ꝛ ſi fit nō ſpe future nūeratiōis ſtati obligat cū efficū
al̄ poſt biēnium.ut.C.de nō nu.pec.l.aduerſus.ut. C.de
poſtul.l.ſub ſpecie.nō ob.C.e.l.ſi ex pretio. quia ibi non
erat ſcriptura ꝯfeſſionis.ſed promiſſiōis unde pacto nu
do nō cōtinet cirographum obligatorium.uel uerius in
l.ſi ex pretio cōfeſſio erat in.l.aduerſus nā.qꝛ ānectabat
cauſam nam ꝛ ꝯcurrebat cauſa in cyrographum.e.ti.l.

generaliter uel in.l.ſi ex pretio nõ erat pecunia parata
ſolutioni.ſed in.l.aduerſus.ſic iſta eſt una diuinatio ſe
cus in alijs cõtractibus.ut.l.generaliter.ꝛ.l.publia.in fi.
Quinto eſt ſpeciale quia mutuum cõtrahitur tribus
modis.re uerbis.ꝛ lr̃is.ut nõ.ſ.e.l.ij.§.fi. ſecus in alijs
cõtractibus.ꝛ dic ut ibi. Sexto ẽ ſpeciale.quia ſi mu
tuo ꝛ ſtatim ſtipulor eodem cõtextu fit nouatio ut nõ.ſ.
e.l.certi ꝯdictio.§ i.quod nõ eſt ĩ alijs contractibus q ſe
mel fuerit ibi nõ ſit nouatõ.ſit a poſteriori.ſed ſi ſimul
ergo nullum eſt poſterius.ar.C de teſta.tutel.l.iij.iſtud
probatur.j.pro ſocio.l.duo.ꝛ.ff.de verbo.obligatio.l. ſi
quis cum ali er.facit quod nõ.j.rem rat.habe.l.ſi ſine
in principio veritas eſt ꝙ in mutuo nõ fit nouatio.ſed
tantum naſcitur obligatio re ſtipulatione appoſita. nã
mutuum interdum eſt res. Interdum eſt nomen ꝯ
tractus.primo cadit in ſtipulatione.vt.ff.de noua.l ſi ita
§.fi. Sed nomina aliorũ ꝯtctuũ ſunt noĩa ꝛ nõ res.
Interdum eſt nomen ꝯctus. Primo cadit in ſtipulatio
ne.ꝛ ideo ſi reſultant plures tituli contractuum ſimul
nõ fit nouatio.ꝛ fac.j.d vſu.l.ſi ſtic.§.verũ. Septio ẽ
ſpãle.C.ſi aduerſ.cred.l.i. Octauo ẽ ſpãle.qꝛ ĩ mutuo
facilius fit cõuerſio.vt in.l.nr̃a.ꝯuerſio.tranſfuſio. ꝛ de
uolutio.§.Alibi fit ꝯuerſio.vt.ff.de ꝭ ta.l.equiſſimũ. §.
.i.ꝛ deuolutio.alibi fit ſine trãſfuſione vt.ff. de neg. ge.
.l.diuortio. Nono ẽ ſpãle in mutuo.vt imediate q̃ra
tur actio directa ꝑ liberã pſonã ĩ mutuo nãli. vt.l.cer
ti ꝯdictio.§.ſi nũmos.ꝛ dic vt ibi. Decimo ẽ ſpãle in
aũt.hoc ius porrectũ.nã in mutuo vbi agitur d tertia
pſona obligãda ſemp p̃ſumitur cõtra feneratorẽ aliter
tamẽ ĩ eccl̃ia ꝙ ĩ ſingularia perſona nõ p̃uilegiata. qꝛ in
eccl̃ia dꝫ probare vtilitas ĩ priuata pſona ſufficit ſi pba
tur neceſſitas ꝛ cõmenſurata quãtitas. ꝛ tẽporis ꝛ loci
ꝯgruitas vt.j.de exercito.l.fi. ſ. in eo qui hꝫ directe cõ
miſſionẽ ſup mutuo.ſed idirecte puta propter neceſſita
tẽ nauis vel taberne.nã vbi eſſet expꝛ̃ſſũ mãdatũ nõ
opꝫ probari p̃dicta ſm̃ Inno.vt ipe nõ.ex̃ de fideiuſſ.
.c.qd quibuſdã. Xi.ſcriptura dicit mutuũ dãtes ꝛ ni
hil inde ſperãtes.qd in cõmodato nõ eſt actũ forte.qꝛ ĩ
mutuo ẽ trãſlatum dñiũ.vnde nõ diſtinguit̃ vſus a dñio
ꝛ pro ſolo tẽpore iniuſtũ eſt aliquid ſolui cũ tẽpuſ ſit cõe
ſed ĩ cõmodato ſm̃ egidium ĩ ſuo libello d regimĩe p̃nci
puꝫ. Xij.eſt ſpãle ĩ mutuo. qꝛ publici feneratores nõ
poſſunt facere teſtũ niſi p̃ſtita cautõe canonica d uſur.
quãquam li.vi. ſed certe iſtud ẽ in qualibꝫ vſura ex quo
cũqꝫ ꝯctu ueniẽte. niſi ĩ dote vt ex̃ de vſur̃.c.ſalubriter.

Si ſocius. Unus ex ſocijs põt mutua
re pecuniã ꝓpriã alijs inui
tis pecuniã vero cõem nõ niſi pro pte ſua.h.d.
Nõ.ꝙ quis poteſt vti iure ſuo etiã maiore pte ꝯtrãte.
ſed iure cõitatis vel collegij nõ.qꝛ nõ reſidet.in vno .ſed
in maiori parte d hoc per Inno.ex̃ de cõſtitu. c.cũ oẽs
Nõ.ꝙ ſocius omniũ bonorũ põt habere in ſepato pe
cuniã ꝓpriam.tamẽ eã tenetur cõicare.hac ratione ſi
plꝛ̃es ſunt frẽs omniũ bonorũ ſocij.ꝛ vnus aliquid emit
altero ignorãte.ꝛ recipit cartam per ſe.tñ ſit ꝙ emit ip
ſius propriũ.ſed iure ſocietatis tenetur cõicare.qꝛ igno
rãtibus fr̃ibus nõ potuit diſtrahere ſocietatem.ſecus ſi
hoc feciſſ. t illis uolentibus vel patiẽtibus ar.j. ꝓ ſocio.
l.itaqꝫ.ꝛ.j.de exercito.l.i.§.magiſtrũ.Sed ſi ſũt plureſ
ſocij.ꝛ vnus ſtipulatur recipiẽdo pro ſe.ꝛ ſocijs. an que
ritur actio ſocijs ſine ceſſione.ꝛ dic ꝙ nõ vt.j. pro ſocio
l.ea.vo. Quid autem ecõtra ſi vnus promittit nomine
ſuo ꝛ ſociorum.an ſocij tenẽtur.ꝛ dic ꝙ nõ niſi ſit eorũ
procurator vel inſtitor vt.j.de exercito. l.ſi tamẽ.ꝛ iſtud
uidetur verũ niſi iſti ſocij exerceant eũdem actũ.ꝛ quili
bet inſolidũ.vt plures cãpſores.nam tũc quilibet etiã
inſolidũ obligatur vt nõ.cy.C.ſi cer.pe.l.cũ te. in gallis
ſm̃ Ja.de are.ꝛ Pe. Quid aũt ſi ſtatutũ dicat qd
queratur ei pro quo qs ſtipulatur ſine ceſſione.ꝛ ego ſt pu
latus ſum ꝑ me ꝛ ſocijs ꝛ ſumus quatuor ſocij.an vnus
ſolus põt agere inſolidum. Rndeo ſic ſi indiuiduũ nego
ciũ gerebamus.alꝛ̃ ꝓ parte tñ ar.ff.ad.l.fal.l.in.l.falc dis
hoc obſeruãdũ.ꝛ ar.in.l.ij.C.de conſor.eius lit.ꝛ. l.i.de
quib.reb.ad eum iudi.eat. Bal.

Cum filius. Filiꝰ agit ex mutuo.qd
in ſtudio cõtraxit etiam
patre ignorãte.hoc dicit. Sed quero dicitur
hic implorari extraordinarium remediũ. Quero ad
quid.reſpondeo propter tria p̃mo in perſona pp perſo
nam. Inhabilem.vt. C.de bon.que liber.l.fi. §. neceſ
ſitatem. Secundo qꝛ videtur experiri ſine actione cũ
actio ſit patris ꝛ nõ filij. Tertio qꝛ non videtur ꝙ fi
lius iſte potuerit mutuare cũ ad alium vſum pater ei d
diſſet.ſ.pro ſtudio. non ad mutuãdũ .his nõ obſtantibꝰ
ſuccurritur filio.qꝛ dum eſt ĩ ſtudio videtur habere quã
dam adminiſtrationẽ ꝛ idem dico ĩ monacho.miſſo ad
ſtudium.vt nõ.ſ.de iudi.l.ſi longius.§.fi.legitimã enĩ
tunc videtur habere perſonam ar.i.l.i.C.ſi per vim.vel
alio modo.de hoc nõ.vij.queſtiõe.vij.cum paſtoris. per
archid.ꝛ ibi etiam nõ.an monachus.exiſtens in ſtudio.
poſſit obligare monaſteriũ.accipiẽdo mutuũ.ꝛ adde qd
nõ.archi.xvi.q.i.ſicut.ꝛ an ſufficiat monacho eundi. ad
ſtudium licentia ep̃i.abſque licẽtia abbatis. Nõ.archi.
xij.q.i.nõ dicatꝫ.quod monachus equipatur filiofamilias
ꝛ ſeruo notat. Inno.extra de priuile.c.cum olim.ꝛ ideo
monachus in factis monaſterij dicitur cõiũcta pſona ſi
cut filius ĩ factis patris vt.C.de procura.l.exigẽdi.ꝛ in
auc̃.de ſanctiſſi.ep̃is.§.ſed hoc ĩ preſenti. Sꝫ quero
quod remedium extraordinariũ eſt iſtud.reſpondeo offi
cium iudicis.vel vtilis certi ꝯdictio.vel vtraque via com
petit.qꝛ vtraqꝫ extraordinaria eſt vel vbi cõpetit offiũ
iudicis non ꝯpetit actio.vt.l.quintus.§.pomponius. de
annu.le.quod dic vt nõ.ſ.d rei vẽdicatio.l.i.§.per hanc.
Quid autem ſi filius vel monachus.ꝯbit vbi nõ habet
actionem.nũquid tamẽ ſponte ſolui põt per debitorem.
vt liberetur ꝛ dic ꝙ ſic.vt.j.depoſi.l.quod ſeruus ꝛ hoc
in vera ſolutione. qꝛ per eam patri vel monaſterio que
ritur dominium.ſecus in ficta ſolutiõe vel liberatiõe ci
uili.vt.j.de ſolutio.l.fugitiuus. Baldus.

Si ego. Diſſenſus in ſpecie cõtractus im
pedit cõtractum ꝛ trãſlatiõnẽ do
minij nõ tamẽ impedit ius excipiẽdi.hoc dicit
ꝛ ſit datur ſine animo repetẽdi.ꝛ ſic ſecuta cõſumptiõe
hoc dicit. Op.ꝛ videtur quod errore cõtractus non
impediat dominij trãſlationem.vt.j.de acqui.rer.do .l.
cum in corpus. So.hic errauit vterque.ibi tradẽs ſo
lus.ꝛ nõ recipiẽs qꝛ recipiebat ex vera cauſa precedẽte
licet tradẽs hoc neſciret.ſed accipiẽs ſciebat.ꝛ ex ea re
cipiebat ſic qꝛ ibi traditio nõ eſt nuda.hic ſic quia nõ ha
bet cauſam facit qd nõ.ff.de verbo.obligatio.l.triticum
vel dic quod aut erratur in cõtractu preterito ꝛ tũc trãſ
fertur dominium.qꝛ eſt error cauſe de p̃terito.vt.j.de ꝯ
dic.inde.l.indebiti.§.fi.aut erratur in cõtractu preſenti.
ꝛ tũc nõ trãſfertur dominium vt hic.ratio quia in p̃mo
caſu cõcurrũt.in eodẽ errore animi.hic autem ſunt diſ
ſentiẽtes.Aut unuſ errat.ꝛ aliuſ nõ errat.ꝛ tũc trãſfertur
dominium vt.l.cũ in corpus.qd eſt nõ.Aut vnus errat
ꝛ alter eſt in dolo.ꝛ tunc.aut eſt dolus in tradente .dic

vt.ff.de ſoluti.l.ſi cum aurum.ſi recipiētꝭ nō trāſit dñiūꝫ vt.j.de ſolu.l.cum qs. §.i.qꝛ in titulo dñij trāſferendo nō cōſentiunt cuꝫ vnus cogitet de titulo pro ſoluto. ⁊ alter nō qꝛ ſcit nō deberi.ē ergo error ꝯtus vt hic error cauſe ut.j.de cōdi.inde.l.damus error dñij.⁊ dic vt.j.e.l.p.§.quas vero.error i ſubſtātie perſone vt.j. de fur.l.ſi quis vxorem.§.cuꝫ ticio.error i qualitate perſone.vt j.e.l.cū fundus.§.i.⁊ dic vt ibi.⁊.l.i.de offi.ꝓcura. ceſa. quādoqꝫ vna pſona errat alia ē i dolo.⁊ tūc dic vt. j.d fur.l.falſus i pn.⁊.j.de ſolutio.l.cuꝫ quis.§.i. Querit hic glo.ſi ille qui volebat donare pōt uēdicare pecuniaꝫ ſi extat reſpōdet glo.quod nō. qꝛ poteſt accipiēs. denuo cōſentire.⁊ ratificare donationeꝫ ſic in.l.⁊ poſt rē.§.i.ff.de trāſac. Odo.⁊ ray.cōtra p hanc lrām nec eniꝫ valet nouus conſenſus vnius tm̄ i ꝯtibus.ut nō.j.de actio.⁊ obligatio.l.ꝯſenſu.qꝛ debuit eſſe uno. ⁊ codeꝫ ꝯtextu ut ibi nō.⁊ uide qd nō.j.de ꝯdic.ob cau.l.ij.ſed Bar.tenet glo.per.l.ſi tibi dederiꝫ.j.de donatio.ſꝫ ibi nō fuit error qꝛ tradens.⁊ accipiēs cōſenſerunt.ſed fuit obmiſſio modi.⁊ forme mādati.in vi mādantis. ſed noīe proprio.uñ ibi erat obligatio utilis inter partes. hic nulla uel ibi q̄libet cā erat impeditiua repetitōis.⁊ tendebat ad eūdeꝫ finem hic nō ſm Olara.

# Non omnis.

Numeratō nō ſemper obligat.hoc eſt ñ omni caſu nec omni tēpore.ecce in donatione cā mōtis obligat in tribus caſibus ⁊ in donatiōe ob cām obligat ad repetitioneꝫ ex poſt facto.i.elapſa dic appoſita.⁊ cā nō ſecuta.Item liberatio nō ſemper liberat. ſed iterdum ex poſt facto.⁊ vna cōſūptio pōt recōciliare multa negocia ſucceſſiua.h.d. Nō.quod actus noſtri omnes regulātur ab intellectu.Nō.qd actus agentiū.nō opantur vltra itentioneꝫ eorꝫ.hoc eſt verū pncipaliter.ſed icidēter ⁊ acceſſorie ſic vt.j.de cōdic. ob turp.cām.l.fi.⁊ hoc ē verū in ꝯtibus.⁊ in delictis i qbus nō ſoluꝫ attenditur volūtas.ſed factuꝫ ⁊ nā facti.vt.l.quoniam multa. Nō.donatōeꝫ factā cā īfirmitatis reuocari p cōualeſcētiā ſecus i legatis ⁊ facit.j.de dona.cā.mor.l.ſenatus.§. nec dubitauerūt caſſiani. Nō.ꝙ eſt expectand9 modus i ꝑcio uſqꝫ ad terminū appoſituꝫ.⁊ ante nō datur repetitio. Nō.ergo expectāduꝫ terminū.circa quē ſic diſtingue quod aut terminus ē appoſitus ꝯdictioni. aut pſtationi pncipali.aut modo ſi ꝯdictioni.aut illa cōdictio reſpicit aliquā pſtationem.⁊ tunc dꝫ expectari dies ante quā recte agat.vt.ff.de vbo.obli.l.in illa.aut reſpicit caſum.⁊ tūc impleta ꝯdictione dies euaneſcit vt.ff.de vb.ob.l.hoc iure.qꝛ nō intelligitur repetitū.circa preſtatōeꝫ dies qui.circa pſtationem nō eſt inſertus. ſed circa cauſalem cōtingentiaꝫ ut ibi.nō.ſi dies ē inſertus ſolutioni debiti.dic vt.ō.e.l.certi condictō in pncipio. Si vō dies eſt inſertus iplectioni modi loquūtur hic. Circa hoc mouetur tale dubium dedi tibi.x.vt facias domū infra annū.tu tm̄ diſtuliſti ꝙ certum eſt te cōſumare ⁊ pficere non poſſe.an potero agere ante diēꝫ vr̄ ꝙ ſic.ſed repellar exceptōe vt.ff.de vbo.obli.l.cuꝫ ſtipulatus ſiꝫ mihi a proculo i cōtra.vr̄ ꝙ nullo modo agaꝫ.vt.j.de vbo. obliga.l.ſi ita ſtipulatus eſſem abſte ecōtra autem quod effectualiter agam vt.ff e.ti.l.ſtipulationes nō diuiduntꝰ §.fi.glo.nō explicat hoc dubium ſufficienter guil.dicit aut fuit inſerta pena.⁊ nō poteſt agi.ad penam ante diem vt.j.eo.l.lecta.§.ſed cum ſortem ⁊.l.ſi eum. §.fi.ff.ſi quis cautio.Ego dico quod eſt veruꝫ ſi pena apponitur facto inſtantaneo.qd nō recipit tēporis diuiſioneꝫ. Idē eadem ratione ſi apponitur dationi. qꝛ eſt appoſita pp moraꝫ ⁊ exceptio impedit morā vt in.§.dicebam.ſi autē eſt appoſita pena facto ſucceſſiuo.tūc idem fallit i iudiciis vbi ex mora particulari cōmittitur pena in totum. qꝛ iudiciū eſt indiuiſibile vt.l.iam tū.§.ij.iudi.ſol.⁊.l. ſi ꝓcurator.ff.rem rat.habe.Item fallit ſi agitur.quia factum eſt quod fieri non debet ut.ff.loca.l.ſi in lege.§.colonus ⁊ preſtationem non recipit.ut infra de annu.legat.l.ij. ⁊ ar.ff.de vſufruc.lega.l.ſi vſuſfructus mihi i biēnium. aut nō fuit inſerta pena.⁊ tūc ſubdiſtinguit guil. aut qs ex mora incoata uult agere ad intereſſe. particulare .⁊ pōt.aut ad totale ⁊ nō poteſt.niſi elapſa die. tacita uel expreſſa.ut.ff.de uerbo.obligatio.l.ſi inſulam. intra biēniuꝫ.ſed ego dico qd hoc fallit in dictis tribus caſibus. ⁊ ſic apparet ex predictis in factis ſucceſſiuis moraꝫ diuiſibilem eſſe.ſed ꝯmiſſionē pene indiuiſibilem .qꝛ uidetur apponi loco totalis intereſſe ut.l.fi.de preto. ſtipulatio.⁊ nota quod gl.debet intelligi.de petitione pene. alꝛ intereſſe totale quod cōtineret extimationem tocius. facti.de repetitione autē datorum.nō poteſt loqui in ꝯtu nominato.ut.j.de preſcrip.uerb.l.naturalis.§.at cū do. ſꝫ in facto quod nō cōſueuit locari.bene poſſet intelligi etiam in repetitione datorꝫ ut hic in textu. In obligatione autem ꝯdictionali.nō tamē penali loquitꝛ lex i illa.⁊.l.hoc iur.⁊ dic ut ibi.Ex pdictis cōcludam9. ꝙ qñ eſt appoſita ꝯdictio ⁊ dies.an poſſit agi poſt cōdictionē ⁊ ante diem refert aut ergo cōſiſtit i preſtatione.aut in alio euentu.ſi i alio euētu.tūc nō expectamus dieꝫ vt. ff. de verbo.obligatio.l.hoc iure.ſi i preſtatione.⁊ tūc aut i dando.aut i faciēdo.ſi in dādo.debet dies expectari. vt ff.de ver.obliga.l.i illa ſi in faciēdo refert.aut eſt factuꝫ inſtantaneū in quo nō cadit diuiſio temporis.⁊ debꝫ dies expectari vt.ō.ſi qs cau.l.ſi eum.§.ſi homo. aut ē factum ſucceſſiuum.⁊ tunc refert aut eſt appoſita pena .⁊ tūc nō poteſt agi ante diem.etiam prorogatum vt.ff. d verbo.obligatio.l.cum ſtipulatus.⁊.ff.de mino.l. emillius.⁊ forte etiam nō naſcitur obligatio penalis ante diē qꝛ obligatio penalis requirit morā vt.j.e.l.lecta.§.pe.ſꝫ ibi pena erat adiecta dationi.vnde in facto ſecus videtꝛ vbi aliqua mora neceſſario ꝑceſſit.ſaltem i inchoādo. ⁊ ideo videtur ꝙ pena ſit ꝯmiſſa.ſed nō poſſit exerceri actio.qꝛ dies mera impedit exercitiuꝫ nō natiuitatē actionis vt dicta.l.cuꝫ ſtipulatꝰ.ſim mihi a proculo.ſimile nō. j.rem rat.habe.l.procurator ad exhibēduꝫ.§.fi. Aut nō ē appoſita pena.⁊ tūc refert. aut loquimur i iudiciis ⁊ tūc ex mora particulari ꝯmittitur obligatio ad totale intereſſe vt.j.iudi.ſol.iaꝫ tm̄.§.hac.aut in extraiudicialibus.⁊ tūc aut agitur quia fit quod nō debet fieri.⁊ ſic propter malefactum.⁊ ex mora.i.culpa particulari ⁊ cōmittitur obligatio ad intereſſe totale.vt.j.loc.l.ſi in lege §.colonus.aut agitur quia fit nō fit.quod fieri debet .⁊ tūc refert.aut eſt tale factum quod curſu temporis mutatur ⁊ ſic ex mora redditur pſtatio impoſſibilis ⁊ tunc ex mora particulari ꝯmittitur obligatio ad intereſſe totale.vt.l.ij.de an.lega.aut eſt factum quod curſu temporis nō mutatur ⁊ tūc ex mora particulari ꝯmittitur obligatio ad intereſſe particulare.vt.ff.de verbo.obligatio. l.ſtipulationes nō diuidūtur.§.celſus.⁊ ſtatiꝫ agi .pōt.⁊ tempore diuiditur obligatio.ſed ad intereſſe totale non poteſt agi.ante diem appoſitū vt.ff.de verbo.obligatio. l.ſtipulationes nō diuidūtur .⁊.l. ſi ita ſtipulatus eſſem abſte.⁊.l.inſulam intra biēnium tunc inſpicitur dies tacita.qꝛ expſſum facit ceſſare tacitum. ſꝫ ſi nō eſſet dies expreſſa tacitum tempus expectādum eſt.ut. ff. de vbo. obligatō.l.cōtinuꝰ.§.item qui inſulam.uel ſi dies expſſa

nõ ſufficit facto tũc ſuppletur.a lege.ut.j.loc.l.inſulã. §.
i niſi ſtudio ꝯbentium ſit appoſita dies impoſſibilis .qꝛ
tũc uꝛ deficere cõſenſus.ut.j.de actio.⁊ obligatio.l.non
ſolum. Alij dicunt ꝙ artatio temporis viciat ꝯctum
ſtricti iuris.nõ bonefidei.nec teſtamẽtum vt.ff.de le.i.l.
ſi mihi ⁊ tibi.§.ſi quis ſeruos.⁊.ff.de verbo .obligatio.
l.fi.§.inter eos.⁊ quod dicitur duo videri precepta.hoc
habet locum.quãdo valet preceptuꝫ a pͥncipio. vel illud
in iudicijs.vt ex.de dol.⁊ ꝯtu.c.cũ dilecti.vel ibi debitũ
retro precedebat vnde. dies ex poſt facto inſerebatur.
Denuo oppo.⁊ videtur ꝙ labente termino competat li
bertas.ex diſpoſitiõe legali.⁊ ſic lex hominis factũ ſup
pleat.⁊ repreſentet.vt.j.de man.l.cauſaꝫ.§.i. So.hic
erat forma manumittẽdi.vt fieret cauſa cognita coram
iudice.vnde obmiſſio modi vel forme etiã i actu fauora
bili.impedit diſpoſitionem legalem.vt.ff.de verbo.obli
gatio.l.qui rome.§.flauius.⁊ cõclude qꝺ quedam fiunt
de iure ⁊ de facto.quedam de facto ⁊ nõ de iure.vt.j.ꝺ
condictione ob cauſam.l.iij.§.ſi liber.nam illud non
ſufficit ad modum implẽdum.⁊ vide quod nõ.C.ꝺ trã
ſac.l.vbi pactum. Item ea que ſine cauſe cognitione
fieri non poſſunt nõ fiũt ipſo iure per legem. ſecus vbi
nõ reqritur cognitio vt i ꝯtrio.aliquãdo tamẽ lex pronũ
ciat ſine cauſe cognitõe ⁊ dicitur eam nõ late ſñie ut nõ.
ꝺ.de capi.dimi.l.amiſſione.⁊ facit.j.de rit. nup.l.palam
§.pe.qꝺ raro facit lex.⁊ vbi hoc facit ſñia legis ſtatim
trãſit i rem iudicataꝫ nec põt appellari. tamẽ ſi negatur
fcm̃ opus ẽ ſñia hominiſ declaratoria.c.i.de homi.li.vi.
⁊ ſi ferat ſñia hois ꝯtra ſñiaꝫ legiſ nõ expſſo errore ua
let.qꝛ ſñia.l.eſt occulta nõ notoria.⁊ ratõne dubij. tenet
ſñia contra ſñiam vt.l.i.§.i.que ſenten.ſine ap.reſ.⁊.j.ꝺ
ꝯdic.indeb.l.elegãter.§.ij.vnde ſñia hominis nõ eſt me
ra executionis ſñie legalis.ymo i cauſa per ſe i qua req
ritur plena cauſe cognitõe.

**Si pupillus.** Pupillus nõ põt ſoluere
p ſe ſoluꝫ pp duo pͥmo qꝛ
nõ hꝫ adminiſtratõem vt.j.ti.i.l.iuſiurãdum.qꝺ ex ꝯuen
tione.§.i.⁊ facit.j.de ſolu.l.filie in ratõe lr̃e.ſo qꝛ nõ põt
alienare ſic.j.de iure delibe.l.ait ꝑtor. quidam enim ſũt
qui habẽt adminiſtratõeꝫ habitu.⁊ nõ actu.hij ſũt q ha
bent ius ſuum in adminiſtratione vt pupillus.vt hic cũ
ſy.quidaꝫ q nec habitu.nec actu.⁊ hoc põt eſſe dupl'r vl'
quia nõ habent ius radicatum vt ſunt deliberantes.vt
ff.de iure delibe.l.ait ꝑtor vel qꝛ nullum habẽt ius. niſi
titulum vt ſunt intruſi in prelaturis. ⁊ falſi tutores. di
cta.l.iuſiurãdum.§.i.⁊.j.rem rat.habe.l.procurator cum
peteret.quidã ſunt qui habẽt aliqͣ adminiſtratiõeꝫ actu
⁊ nõ habitu.vt ꝺ.ꝺ offi.ꝑto.l.barbarius hij ſunt qui ha
bẽt colloratã poſſeſſionẽ auctoritate ſupioris.nõ tamen
hẽnt veruꝫ ius.hoc pͥmo nõ repitur i quolibet offõ.ſꝫ ſo
luꝫ i officio cum iuꝛdictione ⁊ in beneficijs nõ in pͥuatis
officijs vt i procuratore tutore ⁊cui atore i iſtis nõ eſt re
perire quaſi poſſeſſionẽ officij nec i aliquo releuat exerci
tiũ ſine miſterio legitimo. Nõ.hic ꝙ ꝯſumptio recõ
ciliat factuꝫ.qꝛ ex facto ꝯſumẽtis ei adeſt. ſecus ſi nõ ad
eſt ſm quoſdã vel qꝛ ex facto tradẽtis fingitur ad accipi
entẽ peruениſſe ſecuta ꝯſumptõne.vnde dr̃ ꝯſumptuꝫ etiã
ꝙ latrocinio vel cãu ẽ amiſſum ſm glo. Et ex hoc pꝫ
qꝺ ꝯſumptio dicitur lꝫ nõ adſit ex ea aliqd reo. naꝫ i re
ꝯſumpta nõ cadit diſtinctio ꝓprietatis.⁊ hec opio cõiter
nõ. Nõ.hic ꝙ vna cõfirmatio põt ꝯfirmare infinita con
firmabilia in vno inſtanti. Bal.

**Si tibi pecuniam.** Pactuꝫ vt
pecunia dõa

ta inſtanti donanti mutuetur repugnat nature dona
tionis ⁊ mutui. tamen de equitate valet donatio.⁊ mu
tuũ.h.d. Nõ.dñium momẽtaneuꝫ nõ eſt ꝯtra naturam
donationis. Nõ.ꝙ illud qꝺ principaliter fit ad libe
rãdum nõ dꝫ parere obligationeꝫ.⁊ eꝯ.noto valere trãſ
lationeꝫ dñij momẽtanei. Item nõ.trãſferri dñium
lꝫ ſit pactuꝫ vt ſtatiꝫ reddatur. Item nõ.verba iproprĩa
tollerari. Iteꝫ nõ.ꝙ finis legis debꝫ inſpici.qꝛ quãdoqꝫ
corrigit totaꝫ legem. Op.⁊ vr̃ ꝙ pactuꝫ vt ſtatiꝫ red
datur impediat trãſlationeꝫ dñij ut.j.de ſolu.l.q ſic ſec⁹
ſi ſine pacto reddatr̃ incõtinenti vt.j.de ſolutio.l. ſi quis
duos ſo.hic de equitate.ſed in.l. qui ſic de rigore.tu dic
quod aut redditio cadit i pena reſolutioneꝫ traditionis
⁊ tũc loquitur.l.qui ſic.nam iſti ſũt actus ꝯrij ⁊ poſteri
or derogat priori.aut redditio cauſat ꝯctum nouuꝫ vtilẽ
redenti.⁊ tũc loquitur hic.qꝛ nõ eſt actus ꝯrius. Item re
manet traditionis effectus ⁊ vtilitas ſimilis dñio ar. j.
de reg.iur.l.qui actus. Op.⁊ videtur qꝺ dñium tẽpo
rale poſſit trãſferri.vt.j.ſo.ma.l.qui ſic.So.aut remãet
cõmoduꝫ penes recipiẽtem.⁊ tũc poteſt trãſferri vt ibi
⁊ hic.aut nõ remanet cõmodum.⁊ tũc ſecus.vt.l.qui ſic.
Oppo.de.l.ſi quis duos.ſed ibi ſine pacto ſm Iac.
de are.⁊ facit pro uſurario qui reſtituit uſuras.⁊ icõtinẽ
ti ſunt ei reddite.nam aut ſine pacto vel malicia ⁊ nõ te
netur. Ex oppo.ꝙ in ꝯtractibus verba debeãt accipi
ꝓprie ut.ff.de verbo.obliga.l.quicquid aſtringinde.So.
ubi ꝓprie pñt accipi.tũc ꝓprie accipiũt ut.j.ꝺ ꝯdic.ob ca.
.l.fi.ſed ſi nõ poſſunt accipi ꝓprie.tũc aut iſtud contingit
pp iuris ſubtilitatem.⁊ non nocet improprietas vt h.c.
aut pp cõmunem vſuꝫ loquẽdi.⁊ idem. qꝛ vſus vincit ar
tem.vt.ff.de le.iij.l.librorum.§.quod tamẽ caſſius.aut ꝓ
pter groſiciem loquẽtis ⁊ tũc nõ nocet vt.j.loca.l.ſi vno
⁊ nõ.C.fa.herciſ.l.quotiens.aut propter eiuſ fatuitateꝫ
intollerabilem.⁊ ineptiam preceſſam loquẽdi.⁊ tũc vici
at vt.l.iiij.ff.de le.i.aut propter latitudinem ſignificatio
nis.⁊ tũc nõ viciat licet ſecrete ⁊ proprie aliter ſonare vi
deatur.vt.C.de ꝯſti.pec.l.ij.⁊ ibi nõ.⁊ facit quod nõ.C.
de vſufruc.l.cum antiquitas.in fi. Extra ep. ⁊ videt'
ꝙ illud quod fit ad diſtractum.nõ inducat ꝯctum.vt.j.ꝺ
ſolu.l.qui hominem.§.fi. So.iſtud eſt verũ. eodẽ reſ
pectu.ſed diuerſo ſic.vt.ff.de ſolu.l. in numerationibus.
Sed an tu qui ꝓmiſiſti mihi mutuare ſtatim pote
ris.a me repetere.⁊ vr̃ quod ſic.qꝛ nõ eſt mutuatum ad
certum vſuꝫ.⁊ pura eſt obligatio vt nõ.j.de verbo.obli
gatio.l.ſi penã.ſecus ſi ad certum vſum.ar.C.como.l. ij.
⁊ facit.j.de vſur.l.ſi bene. Queritur vtrũ autẽ i caſu
huius.l donatio requirat inſinuationem.⁊ vr̃ ꝙ nõ.quia
eſt ob cauſaꝫ.⁊ impropria donatio ergo requirit inſinua
tionem.vt.j.de dona.l.acquilius regulus.⁊.l. ſi pater.ꝯ
riuꝫ dico.qꝛ iſta nõ eſt proprie cauſa.ſꝫ modus. Prete
rea nõ omnis cauſa excludit inſinuationẽ naꝫ ſi donat'
filio i premiuꝫ emãcipationis dꝫ inſinuari. ⁊ bene habꝫ
cauſam.⁊ facit quod nõ.cy.C.de colla.l.vt liberis.ſed in
l.acquilius erant numerata precedẽtia. Sed nũquid
de iſtis meritis ſtatur cõfeſſioni donãtis.dicit guil' ꝙ ſi
etiã ſi cõfeſſio ſpecificet qualitatẽ meritoꝝ vt nõ.guil.in
l.ſi.de exercito.⁊ facit quod nõ cy.C.de collatio.l.ſi do
natione. Bar.dicit generalẽ cõfeſſionẽ nõ probare .qꝛ
cõtinet merita incerta ſecus ſi cõtineant merita ſpecifi
cata vt.l.acquilius ſm eum.pͥma opinio verior eſt ar .j.
de probatio.l.qui teſtiũ nõ ob.l.acquilius.qꝛ ibi merita
preſuponẽbantur eſſe vera nec negabat aduerſarius.
Queritur ſi dono tibi.⁊ tu redonas mihi an ꝓpter i
gratitudinẽ poſſis reuocare.⁊ vr̃ qꝺ ſic ar.j.ꝺ ſi.deiuſſo.

l.ſi teſtamēto.§.i.Guil.dicit contrariū.quia merita nō
erant obligatoria.⁊ facit quod nō.C.de ope.liberto.l.ij.
⁊ l.ſi quē.⁊.j.ad macedo.l.ſed ſi pater.§.ſi ab alio.Que
ro vtrum inſinuatio requirit citationē adverſarij dicit
cy.ꝙ nō ut ipſe nō.C.de bono.poſſeſſio.l.fi. ⁊ uide quod
nō.archidia.centeſima diſtinctione ꝯ minorē. Et nota
quod inſinuatio nō excludit alios obiectus ut.C.de te
ſta.l.omnium. Sed de quibus aureis intelligitur.l.
ſancimus.dic de ueteribus monete legal.ar.nō.C.eo.ð
lega.l.fi.i pncipio.de hoc nō.per guil.C.de ſacro.ſanc.
eccle.l.illud.⁊ facit ad pdicta.C.de fide iſtru.l.ꝯtractus.
Si donatio fiat in iudicio.an exigatur iſinuatio ⁊ dic ꝙ
nō de iure cōi.vt.j.de donatio.l.qdam in iure.ſed ſi per
formā ſtatutorū eſt certus iudex deputatus in inſinua
tionibus ⁊ donatio ſit corā alio iudice.tūc requiritur i
ſinuatio.qꝛ nō ē ð actis iudicis cōpetenti.ſſed p modum
volūtarie iuriſdictōis facta ſit.qꝛ non liquet ei iudici cui
debꝫ liquere.niſi producatur corā eo ar.nō.ff.de proba
tio.l.quotiēs.§.fi.⁊ quod nō.C.de excuſa.⁊ exac.l.quicū
qꝫ li.xij.⁊.C.de teſta.l.omnium poſt pncipium.⁊ hoc di
xi.hic incidēter.qꝛ guil.dedit occaſionem.⁊ vide.j.ti.i.l.
iuſiurādum.§.nō tamē ſemp.Baldus.

## Quidam extimauerunt.

Ex cauſa admittiť ſolutio particularis.quādo
de pte eſt liqdum.ſed de alia parte nō conſiſtat.ſed ſub
iudice lix eſt.⁊ loqtur hic quādo ſolutio precedit ſniam.
ſecus ſi ſnia ſolutionis niſi eſſet appellatum.qꝛ tunc eſſet
dubiū ſicut ante.⁊ vide qð nō.cy.C.ad exbi.l.exhibitio
nis.nō.ꝙ reus poteſt diuidere petitionē actoris cōfitē
do de parte ⁊ offerēdo.⁊ de alia parte negādo. ⁊ litigā
do.⁊ facit.j.de le.ij.l.qui ſoliduꝫ in principio.⁊.C.de trā
ſac.l.ſi qdem. Nō.quod iudex dꝫ lites dirimere. Op.
⁊ videtur qð particularis obligatio nihil opetur.⁊ quod
reus nō poſſit diuidere ſolutōem vt.j.de vſur.l.tutor.§.
.i.So.ibi totuꝫ erat liqdum.hic pars tantū ſm glo. ſed
certe ſi hoc eſt reus qui vellet admitti ad ſolutionē par
tis ſtatiꝫ negabit de alia parte.⁊ dabitur via mentiendi
vt.ſ.de trāſac.l.cum hij.§.ſi cum lis. Et ideo hic ſubdi
ſtinguo.aut actor uult ſtatim cōuincere reū de mēdacio
⁊ nō admittitur ſolutio particularis.aut nō poteſt ſtatiꝫ
eum cōuincere.⁊ tūc admittitur diuiſio vt hic. Op.⁊ vi
detur quod lꝫ totuꝫ debituꝫ ſit liqdum admittať diuiſio
ſolutionis ⁊ creditor nō recipiendo ſit in mora partiſ ob
late.vt.j.de ſtatu libe.l.cum heres.§.item ſi.x.So.ibi ē
ſpāle fauore libertatis.vt ibi vel dic.aut loquimur ad cō
ſequēdam actionē.⁊ loquitur ibi.aut ad ꝯſequendam li
berationē.⁊ tūc loquitur diſtinctō noſtre legis. Op.
ad idem.j.qui.mo.pig.vel ypo.ſol.l.fi.So.ibi nō eſt diui
ſio.ſed pluralitas creditorū ar.j.de actio.emp.l.ſi ſteri
lis.§.fi. Op.ad idem de.l.placuit.C.de colla.fun.pri.
So.ibi eſt ſpāle i tributis. Sed an ſit ideꝫ i collectis no
ſtri tēporis.vt admittatur particularis ſolutio.⁊ videtur
qð nō qꝛ vidētur cōdeſcendere ex ꝯtu ⁊ ex ꝯſenſu.nam
qui facit extimū vř ſe obligare ad eas.vt nō.j.de mu.l.
incolla.⁊ imponūtur perſonis pro rebus vt.ff.de mu. ⁊
oner.l.reſcripto.§.fi. Opp.ꝯ omnia pdicta.quod cre
ditor nec totaleꝫ ſoľonem recipē cogatur.vt.C.ð vſu.l.
acceptaꝫ.So.verꝫ eſt de preciſa coactiōe.nō pōt eniꝫ de
bitor facere capi creditorē. ut recipiat ſolutionem. ſed
cauſatiue cogitur ut.j.de ſolutio.l.qui.x.ſm gl.uel dic ꝙ
cogitur facere inſtřm liberationis.ut.C.de libe.lega.l.ſi
cui.⁊ nō.j.ſo.matri.l.ij.⁊.C.de diſcuſſio.l.ne caſu.⁊.j.de
le.i.l.huiuſmodi.§.ſi cui.⁊.C.de fide inſtru.l.plures apo
chis.ſed iſte leges loquūtur accepta ſolutōe.⁊ facit.j.ð
acceptila.l.i. Extra oppo.⁊ uidetur ꝙ iſtantia nō poſ
ſit diuidi.ut.l.in hoc iudicio.ff.fam.her.Rº ꝙ idem non
pōt diuidi ut ibi.ſed p reū ſoluētem ſic ut hic.Item p ca
ſuꝫ.ut.ff.ſo.ma.l.ſi cōſtante.§.fi.Item p ſucceſſionem qn̄
do plures ſuccedūt uni.ut.ff.de iudi.l.ſi petitor facit.l.ſi
ue pro fře.C.de nego.ge. Extra nō.ꝙ qs pōt pro par
te ꝯfiteri.⁊ p parte negari. Sed nūquid iſte hꝫ bñfici
um ꝯfeſſionis ex forma ſtatuti ſi ſtatutū dicit qð ꝯfiten
tes habeāt aliqð beneficiū.rñdeo aut quis iterrogať de
pluribus fact.s ſepatis ⁊ ꝯfitetur unū ⁊ aliud negat.⁊
tūc hꝫ bñficium iuris in eo qð ꝯfitetur.ut ſi accuſať un⁹
nullus confitetur aliud.nullus negat.qꝛ dnū ꝙqꝫ per ſe
decernitur.aut ſunt plura ⁊ vnū venit ad qualificāduꝫ
aliud.⁊ tunc vbi ſimpliciter cōfiteatur nō habet benefi
cium per ſuum mēdacium.vt.C.ad.l.acquil.l.contra ne
gantem ⁊ ar.ff.de vbo.obliga.l.i.§.cum addicit. Itē
aliud eſt cōfiteri factuꝫ.⁊ aliud qualitatē.vt.C.de admi.
tuto.l.cum interdicte. Item aliud eſt haberi pro con
feſſo.ſuper facto.aliud ſuper qualitate vt.j.ne quid i loc.
publi.l.i.§.qð autem. Sed quid ſi i pma reſpōſione
negat ⁊ poſtea cōfitetur.reſpōdeo ſi quidē anteꝙ ſit pro
batum habet beneficiū.ſecus ſi poſt.ar.j.e.l.proxima.⁊
l.eum qui.ar.ꝯ.quod varians reſpondens nō habeat be
neficium extra.eccleſiaſtica beneficia .⁊ hoc eſt verum.
quod poſt litem conteſtatā ille q negat nō admittiť ad
iuris beneficium.licet vellit fateri ſecus ſi negauit non
aīo litē cōteſtandi.ſed excipiēdo forte.ar.ſ.de noxalib.
l.electio.§.neque.⁊ ar.ff.de interrogato actio.l.ð etate.
§.fi. Sed an actor poſſit diuidere petitionē.reſpon
deo.aut diuidit plures p partibus cōueniēdo.⁊ poteſt.
vt.C.de fideiuſſo.l.liberum.aut ꝯueniēdo eundeꝫ. ⁊ tūc
refert aut hoc facit.ex neceſſitate ⁊ pōt.vt.l.naꝫ ⁊ ſi fur.
§.i.ſ.e.aut ex volūtate ⁊ tūc aut reus petit.ſimul agi ſu
per toto.⁊ excipitur ante litem ꝯteſtatam.⁊ poteſt exci
pere.vt.j.como.l.i comodato.§.duabus.aut nō opponit
exceptionē.⁊ tūc procedit libellus.ex quo nō opponiť
vt inſti.de actio.§.ſi minus.licet pſumatur malicioſe fa
cere ille qui diuidit.ar.ſ.de arbi.l.de rebus.⁊ hoc quan
do pars.que petitur eſt iobligatōe al' ipſo iure libellus
nō procedit ⁊ facit.j.de condic.furti.l.ſi ſeruus.§. bone.

Sed nūquid eſt verum quod hic dicitur quod iudex
debet lites diminuere reſpōdeo.aut ordinarie procedē
do.⁊ poteſt.⁊ debet.vt hic aut ex ordinē. ſe interponēdo
⁊ tūc aut ſuper ꝯmiſſis.aut ſuper ꝯmittendis. Primo
caſu debet partes ſuas interponere faciēdo id qð natu
ra facti exigit.⁊ i delictis nō debet ponere pacē.ſed gla
diuꝫ iuris.⁊ punire facta atrocia.⁊ enormia niſi partes
cōcordauerint vt nō.i.l.diuuſ.j.ad ſille.⁊ i.l.ij.C.de abo
licio facit.ff.de adul.l.cum ſunt.⁊ hoc i criminali. In
ciuili autem bene eſt verum qð debet ſequi cōcordiam.
vt.ff de re iudi.l.ſi cōuenerit.Secūdo caſu aut eſt timor
ut ueniatur ad arma.⁊ tūc refert aut neuter poſſidꝫ ini
bere utrique uiolētiuꝫ acceſſum ut.l.fi.de offic procura.
ceſa.aut uterqꝫ cōtēdit ſe poſſidere.⁊ tūc iudex debet ꝯ
ſumatim ſe informare quis poſſideat ⁊ illi iterim faueř
ſi hoc non poſſit ſibi liquere.dic ut nō. Inno.ex̄ de pba
tio.c.in preſentia.⁊ uide cy.C.uti.poſſi.l.i.i addition b⁹.

Si uero nō timetur de armis iudex cui nil eſt pbatū
nil mādare.poteſt ut nō. Inno.ex̄ de ſentē.exco. c.ſolet
i fi.nō tamen poteſt iudex ei q nō poteſt recuperare rē
ſuam iuſte iterdicere ne utatur armis.ut.C.ꝙ cū eo.l.ſi
ſeruus.qꝛ iudicis preceptum legibus debet allegare nu
dam ⁊ nō ualet.⁊ uide i ſpe.de ſeque.poſſeſſio ⁊ fruc.v.

.i.⁊ per guil'.C.de ſentē.l.ex ſtipulatō.per.Inno.⁊ ex̄.d
arbi.c.ex parte.⁊ per archi.xi.q.i.q₂ res in pncipio.⁊.xc.
diſtinc.vox.ſanctoꝝ per archid.uide.j.quod cum eo.l.ſ₃
ſi ex parte.§.pe.⁊ uide.j.de condic.indebi.l.fi.§.fi.in
principio. Baldus.

Vinum. In mutuo vēit extimatio ex die
termini ſolutionis.⁊ vbi nō fuit
appoſitus terminus ex die petitionis.⁊ vbi fu
it appoſitus locus ad ſoluēdum inſpicitur ille locus ⁊ ñ
iſpicitur locus petitionis.hoc dicit. Nota quod dies ſo
lutionis interpellat pro homine.⁊ habet vi₃ petitionis
hoc dicit. Nota quod locus ſolutionis iterpellat ꝓ ho
mine ⁊ habet vim litis mote vel more.nota q̄ȯ iȯ eſt iu
dicium de tempore ⁊ loco ⁊ eſt bonum argumētum de
uno ad alterū. Opp.⁊ vr̄ quod inſpiciat᷑ tēpus ꝯctus.⁊
nō tēpus ſolutionis vel iterpellationis vel litis ꝯteſtate
vñ videtur obſtare.s̄.e.l.cū quid. So. aut loquimur quo
ad intrinſeca₃ bonitate₃ ⁊ inſpicitur tēpus ꝯctus vt ibi
aut quo ad bonitate₃ extrinſecu₃.⁊ tūc loquitur hic. S₃
que eſt ratio diuerſitatis R°.q₂ bonitas itrinſeca eſt in
obligatōe.ſed extrinſeca bonitas nō eſt i obligatōe. ſed
uenit officio iudicis mercenario ex accidēti ꝓpter mora₃
ſupueniētem.ſed quare nō eſt i obligatione bonitas ex
trinſeca ratio.q₂ eſt ex̄ rem.vnde obligatio re nō pōt ad
ipam ꝯbi.q₂ extimatio eſt aliud q̄ res extimata.vt.s̄.d
vſufruc.l.ſi alij.§.reru₃.⁊.j.de fideiuſſo.l.ſi fideiuſſorem
Sed que ē bonitas intrinſeca.rñdeo illa q̄ ineſt a natu
ra vt dulcedo ⁊ huiuſmod. que inſūt a natura. ſed boni
tas extriſeca dicitur valor ⁊ extimatio.q₂ eſt i hoibus ⁊
cōmertio potius q̄ i natura rei.⁊ qualitas nālis eadem
eſt i ſubiecto hic.⁊ ordie trāſmutato. ſed nō pcium vt.j.
de eo quod certo loco.l.ideo ⁊ quādoq₃ qualitas nālis
augetur in bonū.⁊ extimatio minuitur. na₃ quādoq₃ pl⁹
valet muſtu₃ q̄ poſtea quādo eſt purificatū a fece extia
tionem igitur cōmerciu₃ facit. s₃ itrinſecam bonitatem
natura ꝓducit.⁊ ratio ſūmria.⁊ oportunitas temporis
⁊ celi diſpoſitio.vnde omnia pncipia talis boniꝫ ſunt a
natura. Op.ad idem ⁊ videt᷑ inſpici tp̄s ꝯtractus. vt.j.
de actio.⁊ obligatio.l.cu₃ qs. So.i illa lege fuerant duo
ꝯct⁹.ſ.pncipalis ⁊ fideiuſſoris.⁊ duo tp̄ra ⁊ iſpicit᷑ tp̄s
ſci ꝯct⁹ ⁊ ſic ē ꝯct⁹. So.ibi ē igitur q̄ i ꝯctu fideiuſſoris
q iterceſſit p⁹ morā.⁊ ñ iterceſſit i oēm cā₃.ſ₃ i id q̄ȯ tūc
dēbat᷑.⁊ ideo i plus nō tenet᷑ vt.j.d fideiuſſo.l.fideiuſſo
res magr̄atum.§.pro aurelio.⁊ nō.in.l.iij.s̄. qui ſa.iſda.
cog.⁊ facit.j.de i litem iur.l.i. Oppo.vlterius. ⁊ vr̄
q̄ȯ inſpiciatur tēpus ꝯctus.vt. j. de nouatio.l. fundum.
So.ibi extimatio debebatur ex promiſſione.hic ex mo
ra vel ibi iſpicitur tēpus ꝯctus celebrati ſuper extimatō
ne hic quādo ſup re.⁊ idē recidit.cum ſolutōne prima.

Op.vlterius q̄ȯ iſpiciatur tp̄s ꝯctus vt.j.de noua.l.
fundum. So.ibi mora erat annexa ꝯctui ex pacto.vt ibi
nō.q₂ erat actum q̄ icontinēti fieret traditio.q₂ erat pre
ciu₃ ſolutu₃.vnde ſtati₃ fuit ꝯcta mora.vt.C.d actō.ep.l.
curabit.na₃ pfecta impletio ex vna parte cauſat mora₃
In altera parte l₃ ſecus ſi impletio exigeret tpis proceſ
ſum.vt nō.ff.ſo.ma.l.ſi ante.⁊.l.de diuiſione.⁊ ar.C.d
vſufruc.l.corruptione.⁊ quod nō.C.de pac.l.i.in fi.mag.
gl.dicam⁹ ergo q̄ i ꝯrio idē erat tēp⁹ ꝯct⁹ ⁊ more l'ide
erat ꝯct⁹ ⁊ ſolutōis vt.j.de pigno.actio.l.ſi quaſi.⁊.j.d i
ſtito.l.cuicūq₃. §.ſi ei. Opp.vlterius ⁊ videtur quod
inſpiciatur tempus ⁊ inicium obligatōis nō tēpus mo
re.na₃ ſi fideiuſſor ſoluit pro reo.tūc reus incipit obliga
ri fideiuſſori ad reſtitutōem vt.j.mā.l.lucius. ⁊ hoc dicit
quod illud tēpus ſolutōis inſpicitur.vt.j.mā. hominem

Rndeo illud eſt ex natura obligatōis.q₂ fideiuſſor deb₃
idemnis ꝯſeruari ⁊ intereſſe eſt in obligatōne.⁊ obliga
tio que vertitur inter reu₃ ⁊ fideiuſſorem nō eſt obliga
tio abſoluta ſeu reſpectiua ad intereſſe. vnde venit iure
actionis nō ꝓpter mora₃.⁊ ſic nō obſtat. Op. vlteri
us ad idem lex dicit q̄ obligatio ē cōdictōnalis.⁊ venit
extimatio ex die condictionis.que pbet inicium obliga
tioni.⁊ nō more vt.j.de vbo.obliga.l. quotiens in diem
⁊.l.ide₃ erit. So.illud nō eſt rōe more.ſ₃ rōe tpis appoſi
ti ſoloni.q₂ ꝓmiſit ſoluere die qua extiterat ꝯdictio l'dic
vt dixi.s̄.eo.l.quod te.⁊ faciunt predicta ad queſtionem
an iſpiciatur ſtatutum loci ꝯctus uel loci iudiciꝫ uel cui⁹
temporis ſtatutum iſpiciatur.nam i his que ueniunt ex
cōtractu.a pncipio iſpicitur locus.⁊ tempus.iudiciꝫ facit
l.ij.ff.q̄admo.teſta.aper.⁊.l.i.j.de uſur.⁊.ff.de euic.l.ſi
fundus.cum ſy.ſed ibi agitur ex culpa deteriorationis
rei ſoluēde.ſ₃ ſi i re iam ſoluta.dic ut.j.l.como.l.iij.§. ſi
reddita.⁊.C.ad exhib.l.exhibitōis.ſed i.l.noſtra nō agi
tur ex culpa deterioratōis.ſed ex mora ſolutionis nam
mora reqrit dolum uel latam culpa₃ ceſſantis i ſolutio
ne.⁊ ideo equipatur dolo eius.qui facit rē deteriorē. ſ₃
cum eo qui eſt in culpa leui minus agitur.nā ſi fuit i cul
pa deterioratōis.ſed cū bonafide litigabat i bonefidei.
tenetur ex die culpe.quia purgatur culpa iure actionis.
In ſtricti iuris ex die litis ꝯteſtate.q₂ officio iudicis q̄ȯ
accipit vires.i conteſtatione litis.vt.ff.de rei vēdi.l.vtꝝ.

Modo veniamus ad ꝯria.que dicūt de alio tempo
re.dicitur hic quod debet iſpici tp̄s.more.vt.j.de triti.
l.in hac i fi. So.ꝯcedo quod hic de petitione dicitur i
telligo.i.iterpellatione.ēt extraiudiciali q̄ñ iducit morā
vt q₂ ſit interpellatus vl' ſcire deb₃ ſe debere vt.l.quod
te.s̄.e.ſed ſi iterpellatio nō peperit moram.tūc deb₃ ex
pectari litis cōteſtatio vt hic.⁊ ar.j.e.l.cum fundus.i pn
cipio.videtur ergo q̄ litis ꝯteſtatio excludat defenſio
nem ignorātie debitoris.q₂ cum habeat tempus ad de
liberādum vt i auc.offeratur.non debet excuſari ſi ipru
denter deliberauit.ar.j.de reg.iur.l.q.in alterius i ratio
ne.⁊ ar.j.ti.i.l.ius iurādum ⁊ ad pecunias.⁊ q₂ nō deb₃
ſtulticia rei nocere actori vt.j.q̄ vi.aut cla₃.l.iiij. Cō
clude ergo q̄ ſi mora precedit cōteſtationem iſpicitur tē
pus more al' inſpicitur tp̄us litis ꝯteſtate. Opp.q₂ lex
preciſe dicit q̄ inſpicitur tempus litis ꝯte. vt.j.d tritiſ.
l.fi. So.illa.lex debet intelligi ſm pdicta₃ diſtinctio
nem.⁊ ꝯclude q̄ aut debetur genus vt frumentum.aut
ſpecies.vt ſticus.ſi obligatio cōſiſtit i genere i pncipiu₃
naſcētis itereſſe.a tempore more curſus. quo ad ſniam
ferēdam ſuper eo.vſque ad ſentētiam.ſi obligatō ꝯſiſtit
i ſpecie inicium ex quo venit intereſſe extimationis. eſt
tēpus more.vt.j.de triti.l.in hac.pmo reſpōſo.in fi.finiſ
ſeu terminis terminans creſcēs augmētum iſtius inter
eſſe.ſi qdem tp̄re ſentētie.extat ſpēs.nō deteriorata in
ſubſtantia nec i extimatiōe eſt tp̄us ſentētie.vt.j.d triti.
l.in hac. Non.n.pōt in iudicio excludi extimatio futu
ra poſt ſniam. Si autem res tp̄re ſentētie eſt pem
pta intereſſe currit vſque quo extimatio decreuit puta
vſque ad preambulum horā mortalis vulneris dicta.l.
in hac.ſo caſu illius legis.ſi autem extat res. ſ₃ deterio
rata in ſubſtantia.vt ſeruus cluſcatus.tūc vſq₃ ad pam
bulum pūctum quo ſeruus erat integer ⁊ nō cluſcatus.
dicta.l.in hac.in tertio ſuo caſu.⁊ ita debet intelligi illa
lex. Op.q₂ lex preciſe dicit oppoſitum quod iſpicitur
tp̄us litis ꝯteſtate i actōnibus.ſtricti iuris.ut.j.como.l.
iij.§.i hac. Ite₃ ſunt arg.q̄ pena more nō dicatur pe
na maleficiꝫ dic q̄ pena accidit ex cōtumacia. nō eſt pe

na maleficij.p̄mo intēptati.ſed ē pena ɔtumacie ar.j̄.ti.
ij.l.i.ſed pena que ſuccedit i obligatōe hoc eſt pena ma
leficij vt nō.dy.in.l.ij.de publi.iudi.pena etiam que inci
denter ⁊ nō p̄ncipal'r imponitur non eſt pena maleficij.
ſʒ cōtumacie exemplum i pena excoicatōnis.vt.j̄.ti.ij.⁊
nō.ff.de caſto.reo.l.diuus.⁊.ff.de duo.re.l.i. Sed pena
banni.bene eſt pena maleficij preſumpti ex cōtumacia.
quando ex forma ſtatuti bannitus habetur pro cōfeſſo.
al' nō ar.C.d̄ interdic.matri.l.ſi tutor.⁊.C.d̄ fide.inſtru.
l.iij.⁊.l.fi.cū ſy.⁊ facit ad predicta.j̄.de in litem iuran.l.
ſi tutor in rōne ſui.⁊ facit.j̄.d̄ op.liber.l.ſi ita ſtipulatio.
Soluitur etiam ꝙ hic loquitur quo ad extimationē rei
debite.ibi quo ad acceſſiōes.vel extimationē acceſſionū.
vt nō.j̄.de tri.l.in hac in magna glo.iſta eſt opinio. Jo.
hic.⁊ diſtingue circa acceſſiones. aut in bonefidei.⁊ ve
niunt a tp̄re more vt.ff.de nego.geſt.q̄ꝛ tantūdem.Aut
in ſtricti iur̄ habentibus iſta bonefidei ⁊ ideʒ vt.l. in mi
norum.aut in ſtricti iuris p̄ciſſe tenet̄.aut ē ſtricti iuris
cā ⁊ actio vt actio nō cā.vt tū ergo triticaria ul' certi ge
neral'.pponit̄ ex ɔ̄ctu bōefidei.p̄mo caſu.aut loqmur in
actōne odioſa ⁊ ɔ̄ nām vt in vſur̄.⁊ nō veniunt niſi poſt
ſniam ⁊ poſt tp̄s quadrimeſtre.vt.C.d̄ ɔdi.ind.l.i.⁊. C.
d̄ vſur̄ rei iudi.l.ij.⁊ hoc veꝝ vt lucrū. ſed vt dānū veni
unt vt.j̄.de i lit̄ iurā.l.nūmis.aut i acceſſiōe nāli vt i fru
ctib⁹ l' quaſi nāli.vt in iduſtriali q̄ ſuccedit loco nālis et
in p̄ſionib⁹.⁊ obuentōib⁹.tūc aut qs petit ſuū.vt.j̄.d̄ cō
di.fur.l.ij.vl' ꝙ fuit ſuū.⁊ inſpicit̄ tp̄s more vt.ff.d̄ vſur.
.l.videam⁹.§.ſi actōe.⁊ hoc eſt pp nām reſtōis.q̄ in ple
nū fieri dʒ vt.j̄.de vſur.l.videam⁹. §.in fauiana. ſi n̄ pe
to ꝙ nūquā fuit meū.nec auctoris mei.tūc a tpe lit̄ ɔ e.
vt.d.§.ſi actōe nā ad iō tp̄s tota uis iudicij red gēda ē
vt.ff.de rei vēdi.l.ſi poſt acceptū fruct⁹ ē q imediate ꝑ ue
nit ex re.obuentio ē q̄ immediate pp reʒ vt penſio ⁊ ui
ctura.vt nō.j̄.d̄ ɔdi.inde.l.ſi vrbana.Si vō actō ē ſtricti
iuris.ſed ɔ̄ctus ē bonefidei.tūc vr̄ ꝙ a tpe more vt. C.d̄
pac. inter ēp.l.ij.ɔiuncta glo.in.l.iur̄ gentiū.§.quymo.ſ.
de pac.ar.ff.de v̄.ob.l.ſi qs cū aliter.Ego dico ɔ̄triū ut.j̄.
d̄ noua.l.ēptor.vn̄ ⁊ tūc.regro lit̄ ɔte.⁊ h̄ quo ad acceſſi
ones rei d̄bite.aut venit iure ɔmiſſiōis p̄marie.⁊ loquit̄
j̄.d̄ noua.l.fūdus.Aut incidēter.ſʒ quo ad extimatōeʒ ⁊
v̄ario.tūc aut ad idē intēptat̄ actio.⁊ inſpicit̄ tp̄s more.
aut agit̄ offō iudicis nobili vbi deficit actio.⁊ tūc inſpici
tur tp̄s lit̄ ɔte.vt.ff.de dā.infec.l. cū poſtulaſſeʒ. tū poſt
l' tp̄s more in litē ɔte.nō dico in ſoluendo vt.ff.ſi qs cau
tio.l.ſi cū.§.q.iniuriaꝝ. Opp.⁊ vr̄ ꝙ fruct⁹ veniūt ex
tpe more ut.l.fruct⁹.ff.d̄ rei vēdi.So.ibi in reali iudicio
h̄ in pſōali.Op.de.l.in minoꝝ.So.ibi in actōe ex teſtō
q̄ ſapit ſilitudinē actionū bonefidei.ſʒ iſte.§.⁊.§.in hac
loquūtur in iudicio mere ſtricti iuris ſm gl.C pp.ꝙ iſta
nō ſit bōa.ſo.ad.§.in hac q̄ꝛ ibi loquitur de extimatōne
rei dū dicit quāti ⁊c̄.So.aʒ.ɔcedit ꝙ lr̄a Jo.nō adapta
tur illi ſol'oni.⁊ iō dicit ꝙ duplex tp̄s ē.ſ.a quo ⁊ vſqʒ q°
vn̄ dic̄ ꝙ ibi loqtur de tpe vſqʒ quo p̄t creſcer̄ intereſſe
naʒ in iudicio ſtricti iur̄ nō venit intereſſe extimatōibus
poſt litē ɔte.ar.ff.d̄ iudi.l.nō p̄t uideri.ſʒ h̄ falſuʒ ē. q̄ꝛ il
la lex loqtur in eo ꝙ uenit iur̄ obl'onis ⁊ petitōis nō in
tereſſe ꝙ uenit offō iudicis ut nō.ff.d̄ rei uēd.l.utiqʒ ⁊ dil
latat̄ ut ēt ſine petitōe poſſit exerceri ut.j̄.d̄ edil.edic.l.
ediles.§.itē ſciēdū.⁊ nō.j̄.d̄ dā.infe.l.ſi qs miſſū.§.iudex
nō.n.nocet lit̄ ɔte.actori ⁊.j̄.d̄ re.iu.l.nō ſolet ⁊.j̄.de no
ua.l.aliā. Oppo.⁊ ur̄ ꝙ inſpiciat̄ tp̄s ſn̄ie ut.j̄.d̄ triti.l.in
hac.So.ibi loqtur d̄ tpe a quo.Et ex h̄ nō.ꝙ extimatō
creſcēs poſt ſn̄iaʒ nō ꝑtinet ad iudicē nec p̄t ɔdēnare in
ea.q̄ꝛ d̄ ea nō ɔſtat ſibi.nec ē ſibi ꝓbatuʒ nec ſpectat ad
iudicē tract⁹ futuri tpis ut.j̄.d̄ uſur̄.l.i.⁊ iō ſi iudex dicit
ita ɔdēno ticiū in.x.modijs frumēti.⁊ in.x.libris quas p⁹
valuit poſt morā ⁊ in omni eo ꝙ plus valebit in poſteꝝ
iſta vltima adiectō nō valʒ.Si āt eēt appellatū.⁊ iudex
appell'onis ɔfirmaret ſn̄iaʒ poſſet addē eidē ſn̄ie.⁊ exti
matōe ſi medio tpe pl⁹ ualuit ut.j̄.d̄ re iudi.l. negocioꝝ.
Op.⁊ vr̄ ꝙ iudex nō poſſit ɔdēnare i extimatōe.nā
aut actor petit extimatōem i libello. ⁊ libell⁹ nō ꝓcedit
q̄ꝛ nō d̄bet̄ extimatō.ſʒ res mutuata.nā nemo ſine actō
ne experit̄ ut.ſ.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.videam⁹ ⁊ id ꝙ
eſt in obligatōne debet eſſe in petitōne nō aliud ut.j̄.de
ſo.l.ſi ſtipulat⁹.§.fi.aut actor n̄ petit extimationē. tūc fa
tuus ē iudex q ɔdemnat i extimatione nō petita.vt.l.fi.
C.d̄ fideiɔ.libert.gl.dic qd̄ n̄ petit̄ extimatio i libello tn̄
iudex ɔdemnat i extimatōe n̄ petita.vt.l.fi. C. d̄ fideicō
miſ.libert. Glo.dicit qd̄ n̄ petit̄ extimatio i libello.tn̄
iudex ɔdemnat i ea.q̄ꝛ venit offō iudicis.Inno.dicit qd̄
dʒ extimatio peti.in libello.d̄ ſentē.exco.ſacro.gl.in.l.ſi
qs miſſum.§.fi.dicit qd̄ intereſſe p̄teritū an̄ litē ɔteſta
tam debet peti in libello.ſed poſt litem conteſtatam n̄
oportʒ peti alibi.dicit gl.qd̄ forma ſn̄ie reſtringenda eſt
ad formā petitōis.vt.j̄.d̄ triti.l.in hac.⁊ iō tucius eſt pe
tere in libello.n̄ tanq̄ debitū ſʒ offō iudicis mercenario
ſʒ ſm gl.q̄ ē.ſ.de interro.actio.in rubrica nō ē neceſſarius
libellus.ꝓ eo qd̄ veniat offō iudicis mercenario .ſʒ illa
gl.loqtur qn̄ illud officiū n̄ reſpicit ɔdemnationē ſʒ ꝓceſ
ſum cāe.Videam⁹ g° qualiter dʒ formari libellus.qd dʒ
ꝓbari.⁊ qualiter dʒ formari ſn̄ia.Circa p̄mū.dic aut fu
it certus termin⁹ inſert⁹ ſol'oni.puta nūdinaꝝ ⁊ ɔcipiet̄
libellus ſic.corā vobis.dn̄o.a.iudice narro.ego Bald.ɔ̄
ticiū.⁊ ɔ̄ oēʒ pſonā ꝓ eo legitime interuenientē.dicēs.qd̄
ego mutuaui ſibi.x.corbes grani boni ⁊ nitidi. quas ꝓ
miſit mihi reſtituer̄ in nūdinis q̄ fiūt puſij in feſto.o.iuʒ
ſanctoꝝ.dico ēt qd̄ in dicto termino iā elapſo dict⁹ tici⁹
neglexit ⁊ obmiſit mihi redder̄.x.corbes frumēti eiuſdē
bonitatis.dico ēt qd̄ in dict̄ nundinis cōmuniter corbes
grani eq̄ boni ɔmuniter valuit qnqʒ. ⁊ ita ɔmūiter em
ptū ⁊ vēditū fuit frumētū tp̄re dictaꝝ nūdinaꝝ.dico ēt ꝙ
nūc frumētū vʒ min⁹.q̄ valuerit dicto tp̄re quo d̄buit fie
ri ſol'o dico ēt qd̄ p̄dict⁹ ticius denegat ⁊ recuſat redde
re mihi dictū frumētū ⁊ extimationē qua pluris fuit di
cto tp̄re.Quar̄ peto eū ɔdemnari ꝑ vos.⁊ vr̄am ſn̄iaʒ.
ad dādū ⁊ reddēdū mihi.x.corbes frumēti eq̄ boni cū ex
timatiōe quāti plurimi.valuit tp̄re.ſ.dicto ⁊ cū extima
tiōe quāti plurimi.valer̄ ɔtingerit vſqʒ ad diffinitiuā ſn̄i
am ipmqʒ ɔdēnatū cogi ⁊ cōpelli ad ſoluēdū remedijs
oportunis.⁊ peto in p̄dictis.ꝓcedi ɔ̄ eū ⁊ oēm pſonā ꝓ
eo legitime interuenientē omni mō.iur̄ via.⁊ forma. qb⁹
melius poſſum.ſaluo iur̄ addēdi.⁊ minuēdi. ſupplēdi in
terp̄tādi.⁊ corrigēdi vſqʒ ad finē cāe.⁊ nō.quar̄ tot v̄ba
pono.nā i p̄mis alligo libellū ɔ̄ reū ⁊ oēm pſonam ꝓ eo
ltime interuenientēʒ.hoc facio.q̄ꝛ ſi reus minor eſt ut ui
deat̄ in ius uocatus cū pſona legitima ut.ff.de adm.tu.
l.i.§.ſuffic̄ ⁊ uid̄ ꝙ nō.j̄.d̄ ɔdi.fur.l.ij.ſʒ in ad'to ipemet
dʒ carē ut ltie ɔpeat.al' q ltie ɔtūax reputat̄ ut nō.in.l.
ſi minor.ff.d̄ bo.iudi.aut.poſſide.ſʒ i maiore h̄ addito.vt
ſi pſona ꝓcuratoris ɔpareat ɔ̄ eum poſſit formari ſnia.
qn̄cūqʒ ɔpareat.vt ex̄.d̄ elec.c.q̄relā. .C.d̄ ſentē.⁊ inter
lo.om.iudi.l.i.idē tn̄ ſi hoc nō eſſet ſpecificatū in libello.
q̄ꝛ in ꝓcuratorē trāſfert̄ inſtātia ēt vnius articuli.ſʒ fiat
ꝓ eū.ad unū articulū ut.ſ.de ꝓcurato.l.in cāe.§.ſi ex pte
de ꝓcur̄e ɔſtat.j̄.de euic.l.ſi iō.§.i.⁊ facit inſti.d̄ ſatiſdā.
.§.ſi vō aliqs.ſo d̄duco in libello tp̄s ſolutōis iſtud ē d̄
ſubſtātia apponē.q̄ꝛ orit̄ ius ex tēpore.ſʒ in his in qb⁹ n̄

oriť iur.ex ſpře.vt.ĵ.ꝺ inſtito.l.iij.non oꝫ.adiceř tp̄s.vt
nō̄.ĵ.ꝺ teſtib.l.ob cāꝫ.§.fi.niſi in maleficijs.vt in.l. libel
loꝝ.qꝛ libellus in criminalibus ꝺꝫ eē certioꝛ.ꝛ magis co
artatus.ad hoc vt reo ſit magis apta via defenſionis.
ymo ſm̄ quoſdā ēt libellus citatoꝛius ꝺꝫ eē certꝰ in crīa
li ꝛ ꝺꝫ feim̄ ꝛ locū.ꝛ tp̄s continere ut nō̄.ĵ.ꝺ dila.l.ij.ꝛ h̄
rōnabile ē.ſaltē vbi ꝯtumacia ꝓ ꝯfeſſo habeť ex foꝛma
ſtatutoꝝ nō ignoꝛās nō vř ꝯfiteri.nec ꝯſentire.ut.C.plꝰ
ualeř qꝺ agit.l.fi.ꝛ.C.ꝺ dona.l.nec ignoꝛās.ꝛ in.c.ij.ꝺ ꝯ
feſſ.li.vi.ꝛ ar.ff.ꝺ reg.re.l.auus.ꝛ.l.i. §. ex hoc āt.alij di
cūt qꝺ ſufficit ꝙ citatō refferat ſe ad libellū ablatū.iudi
ci.qꝺ uideť. ꝛ uerius.cū citatō poſſit fieri ēt una uoce.ꝑ
nūtiū.ꝛ tñ nūcius neſciret dře foꝛmā libelli ſpecificate.
ut.C.ꝺ digni.l.quotiēs.i fi.li.xij.ꝛ facit.C.ꝺ ſer.l.fi.ꝛ.C.
de an.excep.l.fi.cū ſy.illud ē certū ꝙ citatio ꝺꝫ eē ltima
alʳ qcqd ex ea ſeqtur nō valet vt.ff.de v̂b.ſig.l. q neqꝫ ꝛ
ff.ꝺ ſer.l.i.Itē fcā a iudice ꝯpetēti vt.C.ne.de ſta. defūc.
.l.ſi př.ꝛ nō.i aūt.offerať ꝛ ex̄ ꝺ appel.vt debitē. ꝛ hec di
cta ſūt incidēter.tertio deduco cōeꝫ extimatōeꝫ. qꝛ cōe i
tereſſe ꝺꝫ hic ꝯſiderari.i.cōe p̄ciuꝫ vt.ĵ.ad.l.fal.l.p̄cia.re
rū ꝛ vide.ĵ.de eo ꝙ cer.lo.l.iij.§.fi. Itē deduco negligē
tiā q̄ p̄ſumiť ex lapſu certi tpis.vt.l.magnā.ꝛ facit quod
nō̄.Inno.ex̄ de p̄bē.c.extirpāde. Itē peto illud quāti plꝰi
mi.i.q̄ꝫtuꝫ plus ē inextimatōe.ſilʳ tñ cū frumēto. nā ſola
extimatōe peti nō p̄t p̄ncipalʳr.fundari libellꝰ ꝛ iudiciuꝫ
vt.ĵ.de execu.rei iudi.l.fi.i iudicio.ꝛ nō̄.ĵ.de ꝯdi. ide.l.fi.
i fi.Itē nō dico peto frumētū nō repitur vt.ĵ. de lib.le.l.q
dā.§.vlʳt.Itē iō peto ꝯpelli vt nō ſit neceſſaria i executōe
noua petitō.ſꝫ ꝑ offm̄ iudicis.iaꝫ iploꝛatū fiat. qꝛ ſufficit
ſemel eē petitū vt ff.de dā.iufec.l.iiij.§.hoc iudiciū.ꝛ.ff.
de actē.ꝛ obli.l.traiecticie. Itē ideo peto poſſe ꝓcedi.oi
modo ꝛc̄.vt nō videar me aſtrinxiſſe ad certā.l. nā ſi pe
tereꝫ ꝓcedi ſm̄ foꝛmā iuris ſimplʳr. Dicūt qdaꝫ ꝙ item
ꝑtaſſeꝫ viā oꝛdinariā iuris cōis. ꝛ nō poſſet ꝓcedi oꝛdie
tradito a ſtatutē.qꝛ ius ſimplʳr ꝓlatū ſignificat ius rōano
rū vt iſti.de iure nā.§.iij.Ego dico ꝙ lꝫ in actoꝛe ſit foꝛ
ma petēdi.tñ foꝛma ꝓcedēdi ſuꝑ petitē ſtat in iudice. ꝛ ꝑ
tinꝫ ad offm̄.reſidens in iudice ꝛ ſi hēat plʳes vias p̄t vti
qua via.ꝛ qua auctoꝛitate vult arg.de offic. ꝓcōſi.l.nec
qcquā.§.plane.Inno.plene ex̄ de p̄ſcriptō.c.cū ex officij
Itē ideo dico ſaluo ꝛc̄.nō qꝛ poſſuꝫ derogare.l. edita.ſed
vt nō videar me aſtrinxiſſe vt ex̄ de fide inſtr.c. inter di
lectos ꝛ de re iudi.c.abbate li.vi. Ius aūt interp̄tādi cō
petit vſqꝫ ad ſniaꝫ.tñ interp̄tatio ꝺꝫ fieri ad exponēduꝫ
nō ad perimēdū vt ex̄ de accuſatō.c.cū dilecti. Itē ꝺꝫ eē
ꝯgrua ꝛ veriſilʳis vt nō.dy.de reg.iuř.c.cū ſūt partiū.nō
tñ ꝯfidat obſcure loquēs i iſta iterp̄tatōe.qꝛ ſi ſuꝑ obſcu
ro caplʳo ꝓducit teſtes nil ꝓdeſſet poſtea iterp̄tari.qꝛ cul
pa ſua nō valꝫ dcm̄ teſtis.obſcuꝝ vt ex̄ de ꝓba.c.i p̄ſētia
ſꝫ vbi caplʳm ē claꝝ.ꝛ teſtis depoſuit obſcure.tunc ꝺꝫ re
peti teſtis.qꝛ culpa fuit i iudice q debuit melius exaiare
vt ex̄ de teſti.c.cū clamoꝛ ꝑ Inno. interp̄tatō ꝛ ſolʳo fcā
vlteriꝰ fieri vlʳ emādari nō ꝺꝫ vt nō̄.ff.de v̂.ob.l.qcquid
aſtrīgende. Nūc foꝛmo libellū qn̄ nō ē appoſitꝰ termīus
ꝛ breuiter vbi feci mētionē termini.faciā mētionē inter
pellʳonis.ꝛ dicaꝫ ꝙ reqſiui debitoꝛē vt mihi ſolueret.ꝛ
ip̄e ceſſauit ꝛ fuit i moꝛa alia nō mutātur.ꝛ ſcias quꝺ li
bellus.quo ad narratōem plenarie ꝺꝫ ꝯtinere ꝛ narrař
feim̄.ſed quo ad ꝯcluſiōeꝫ ꝺꝫ ꝯtinere id qꝺ illis ſeqtur ex
narratē vt.ĵ.de eo qꝺ cer.lo.l.ij.§.fi.ꝛ.l.iij.§.pe. Nūc ve
nio ad ꝓbatōes.ꝛ dico ꝙ actoꝛ ꝺꝫ ꝓbare ꝑtes ſubſtātia
les libelli.ꝛ de quolibꝫ mēbꝛo libelli ꝺꝫ facē caplʳm ꝑ ſe
ꝛ foꝛmet iſta caplʳa.ꝙ ꝯcludāt idē feim̄ ꝛ tp̄s vt nō̄. in.c.
abbate de re iudi.li.vi.ad fi.ꝛ cū vult ꝓbař de extimatō

ne certi tpis nō aſtrīgat ſe ad pūctuꝫ lʳ ad hoꝛaꝫ vt.ĵ.ad
.l.fal.l.p̄cia ꝛ nō.i.l.ij.C.de reſcin.uēdi. Itē q̄ꝺo vult pꝛo
bare moꝛā hřdis.ꝓbet ea q̄ ꝯcludant hřdeꝫ ſciuiſſe lʳ ſci
re debuiſſe vt.ŝ.e.l.ꝙ te.ſꝫ hoc nō eſt neceſſe vbi moꝛa
induciť ex lapſu termini appoſiti i ꝯctu vt. ff. de v̂.ob.l.i
diē.nā efficacioꝛ ē terminꝰ ꝯuentionalʳ.ꝛ hꝫ viꝫ ꝑempto
rij vt.ff.de v̂.ob.l.q rome.§.augeriuſ. Sꝫ qd ſi i libel
lo feci mētionē termini i articulʳ.pone de iterpellʳone.an
ꝺꝫ admitti articulꝰ.ꝛ vř ꝙ nō.qꝛ ē iꝑtinens ar.ĵ.ti.i.l.ſi
duo patroni.§.ſi qs.nā ille q agit ex una cā nō uincit ex
alia ēt ſi uterqꝫ ſit paris potētie.ꝛ ēt ſi actō nō mittetur
ut.ĵ.de iſtito.l.hēat. Credo ꝯꝛium. qꝛ iſta poſitō rele
nat ꝛ ſi ualꝫ p̄ncipale ualꝫ acceſſoꝛiū ulʳ ſi ualet p̄ncipalʳ
petitō.ergo ꝛ acceſſoꝛia.nā lꝫ nō ꝓbet de termio ſufficit
ꝓbare de iterpellatōe q̄ hētur ꝑ termino.ꝛ facit ad hoc
.ĵ.ꝙ cū eo.l.ticianꝰ.nā iſta ſūt paria ut nō.ĵ.de in litē iu
rā.l.iij.nā ꝛ aditō q̄ aditř nō nocet ſi reſpicit icidens offm̄
ſicut ē h̄.qꝛ reſpicit intereſſe.ꝙ uenit offō mercenarij ꝛ
nō reſpicit actōeꝫ ꝓpoſitā.ꝛ ſic nō ob.lex hēbat.quia ibi
aſtrinxit ſe ad cām p̄ncipalē.h.c āt ad cām accidētalem
ar.ĵ.de noxalliſ i delictē.§.ſi detracta. Sꝫ qd ſi in liblʳ
lo facio mētionē de termino.ꝛ de interpellʳone ſubſequē
ti.an ꝑ interpellʳoneꝫ uř receſſuꝫ a termino uř ꝙ ſic ar.
ff.de mino.l.emilius.dic ꝯ.qꝛ fit ad maioꝛē moꝛā ꝯuincē
daꝫ ut.ĵ.de uſur.l.moꝛa.ꝛ in. l.emilius fuit ꝓrogatio ut
ĵ.de p̄to.ſtipu.l.pe.nō mera interpellatio. Nunc uenio
ad ſniam ꝛ dico ꝙ ſnia ꝺꝫ eē fundata ſuꝑ libello. ꝛ ſuꝑ
his q̄ tacite accedūt.libello.ꝛ petitiōi .ñ ſuꝑ his.q̄ ñ iclu
dunť i iudicio.ꝛ.ff.ꝺ fideiꝯ.libeꝛ.l.fi.ꝛ.ĵ.ꝺ pac.dota.l.he
lius. Sꝫ qd ſi extimatio frumēti creuit.quo ꝓ illo plu
ri ꝯſuleť actoꝛi ñ p̄ōt dici ꝙ fiat executio ſnie.i eo qꝺ ñ
ē ꝓnūciatū ꝛ iō vř qꝺ denuo ſit agēdum. ꝛ ſi oia denuo
agitari opoꝛtebit.qꝺ ſic poterit reus opponeř exceptio
nes quas nō obiecit i p̄mo iudicio.vt nō̄.ff.ꝺ excep.rei
iudic.l.duobus. Ego credo ꝙ offō iudicis q de execu
tione hoc cognoſcit icidēter ꝛ acceſſoꝛie veniat nā.ꝛ alʳ.
pluſ venit i executōne q̄ꝫ i ſnia vt.ĵ.ti.i.l.nā ꝛ ſi poſſeſſo
ri.§.fi.ꝛ ad hoc facit qꝺ nō̄.i.l.paulus.ff.q̄ ſentē.ſine ap
pellatō.reſcin.ꝛ.ff.ꝺ ꝯfeſſis.l.certū.ꝛ iſti.ꝺ lega.§.ſi res
Sꝫ qd ſi ꝓmiſſi mutua reddeř frumētū vel extimatio
nē quāti plurimi.vtrū uolet.ꝛ ipſe petijt frumētū .ꝛ offō
iudicis petit illud quāti pluris.an poſſit.ꝛ vř qꝺ nō. naꝫ
eligēdo.p̄iudicauit ſibi. Itē vbi ē actō.nō cōpetit offi
ciū iudicis.vt.ff.de ꝯh.emp.l.q ꝑ colluſionē.§.vlʳ. In
ꝯꝛriū credo.qꝛ iſtud pactū ē appoſitum fauoꝛe creditoꝛis
nec ꝺꝫ retoꝛqueri i ſuū odium. Itē eligēs petere fru
mētū.vř eligere viā huius.l.ꝛ nō viā pacti.qꝺ credo veꝝ
ſicut i vſuris ſtipulatis.q nihilominus venit offō iudicis
vt nō.cy.C.de iudi.l.i. Sꝫ nunqd i moneta ē idē.ꝙ i
rebus alijs.ꝛ dic ꝙ ſic.ſi circa eādē monetā ē variatus
valoꝛ.ſeu cambiū.vnde ſi mutuaui tibi decem floꝛenos.
Et pꝰ modū valuit floꝛenus.tres libꝛas.nūc valet duas
ſolues decē floꝛenos.ꝛ illud plus vt hic. Si āt ē varia
ta moneta.ita ꝙ vetus nō ſit i vſu.dic.vt.ŝ.e.l.cuꝫ qd.ꝛ
adde ꝙ nō.guilʳ.ĵ.ad.l.rod.de iac.l.nauis bonuſte.§.cuꝫ
āt. Sꝫ an notificatio debiti.hētur loco iterpellatōis.
dic.vt ꝑ cy.C.i quib.cau.i integ.reſti.nō ē neceſſa. l.i mi
noꝝ.ꝛ ē ar.ꝙ ſic.l.de ven.inſti.l.i.i p̄n.nā in denūtijs ſuf
ficit narrař factū nec reqriť petitio uel ꝯcluſio.naꝫ ſuffi
cit dře mulieri ſe p̄gnātē eſſe.nec hꝫ inſtitueř aduerſari
um qd faciat ut ibi patet.bñ.tñ reqriť loci.ꝛ tp̄is ꝯgrui
tas.ut.ĵ.de ſolʳo.l.ſi ſoluturus.ꝛ ar.ĵ.de exercito.l.fi.
Ultimo adde ad hanc.l.ꝙ nō.in ſpec.de ob.ꝛ ſo.§.
nūc aliqua v̂ſ.ſꝫ pone.ꝛ.§.ſeqť v̂ſ.qd ſi petij.ꝛ vſ. ſeq.ꝛ

i ſpe.de cau.poſſe.§.ſeqᷓ uideᷓ.Itē adde quod nō. Jo.
⁊ paulᷓ.in.c.ulti.de decimis in cle. Baldus.

**Si eum ſeruum.** Si tu uēdis rē meā.in qua nec
ius nec cām habes ⁊ p̃cium pcipis re pempta
illud mihi reddē tenerīſ.h.d. Op.tu uēdidiſti tuo no
mine.⁊ ibi negociū geſſiſti vt.j.ad.l.fal.l.iij. ergo ego ñ
poſſuꝫ ratū hr̄e nec agē vt.j.d p̃ca.l.ſi ſuus. So.aut lo
qmur d rati bitōne ordiaria.aut d exordiaria.⁊ ſubſidia
ria.ſ.re pempta ł p̃ſcripta.p̄mo caſu loqtur lex ꝯria.ſo
loqtur lex iſta.⁊ ita dic glo.h ⁊.C. de rei vend.l.mater.
Op.lꝫ res nō ſit pempta nec p̃ſcripta.tñ ratificando
gero tuuꝫ negociū.qꝛ libero te.d euictōe tenearis.ergo
agē poſſuꝫ ac ſi.p pte ſoluereꝫ ar.ff.de neg.ge.l.ſoluēdo
So.aut ratificādo volui gerere negociū.⁊ tūc loqtur gl.
aut volui gerere negociū tuū.⁊ tūc loqtur lex ꝯria.⁊ nō.
ꝙ re pempta ł p̃ſcripta nō poſſū ratificādo gerere nego
ciū tuū.qꝛ.a.mō liberat⁹ es a cā euictōnis vt.j.d euic.l.ſi
ſuus. Op.ꝙ p̃ciū ſuccedat loco rei.⁊ poſſit peti. ēt ñ
i ſubſidiū vt.ſ.d pet.hr̄d.l.ſi ⁊ rē.⁊ p̃ciū ⁊ d le.ij.l. impᷓ
§.fi.So.i vl'ib⁹ actōibus p̃ciū ſuccedit loco rei vt ibi.ſe
cus i ſpālib⁹ iudicijs vt.j.d hr̄di.vēdi.l.vēd.⁊ ibi tñ loqᷓ
ī eo q uēdit rē ſuā ⁊ nō alteri⁹ ł dic ꝙ i.l.ſi rē ⁊ p̃ciū ē ca
ſus ſilīs p̃ſcriptōi.qꝛ hr̄s repelliᷓ a petit.hr̄d.ad rē.e.ti.
i.ſꝫ ſi.l.§.iij ſi rē ⁊ cod mō i.l.impatō.§.fi.qꝛ ibi tenebat
aliēatō nec poterat peti res ſic.ff.e.ti.l.fi.§.fi.Op.ad id
ſ.ꝙ me.cau.l.fi.i.pa.ſo.q̄dā ſūt actōes abſolutę. q̄dā q cō
petūt ſolū ad id ꝙ pnēit inp̄mis hꝫ locū ꝙ ſupradixi.in
ſecūdis generib⁹ actōuꝫ p̃ciū ſuccedit loco rei vt i.l.ꝯria
qꝛ oriūtur magis ex.puiſiōe legis q̄ꝫ p formā ꝯuentōis ⁊
lex.pūidet diuerſimode ſm caſus occurrētes ac ſi pcm̄
eēt p̃ciſum.⁊ facit.j.d ꝯdi.ide.l.ſi ñ ſortē.§. libert⁹ ⁊.l.ꝙ
indebitū ⁊.l.in ſūma.§.qd in frumēto ⁊.§.ſi ſuuꝫ. ⁊ facit
j.d ꝯdi.ob ca.l.ſi pecūiā.§.ſi vo.⁊ i.l.q ſe debē.§.fi.Op.
ad idē.ff.d le.iij.l.nō dubiū.§.fi.ſo.ibi ſuccedit in p̃ſtatōe
pp difficultatē p̃ſtatōis rei.h vo loqtur.an ſuccedat quo
ad obłonē ⁊ ꝯclude.an p̃ciū ſuccedat loco rei. Nā aut
loq̄riſ quo ad ſołonē.aut quo ad obligōē.ſi quo ad obło
neꝫ.aut in iudicio vl'i.aut ſingulari ⁊ ſi in ſingulari.aut ē
iudiciū p̃ciſſe ad rē.aut ad id qd pueniᷓ ⁊ ſi ē p̃ciſſuꝫ ad
rē.aut res extat.⁊ p̃t peti.aut nō.⁊ ſi nō.aut ꝯuent⁹in re
nō hꝫ cām.aut ſi hꝫ.hꝫ cām lucratiuā ⁊ tūc loqtur h.aut
hꝫ cām oneroſaꝫ.⁊ tūc ꝯueniri nō p̃t.qꝛ nō intelligiᷓ lo
cuplectari.q hꝫ cām oneroſā.qd dic vt mō dicā.Quō an
lex iſta hēat locū in vēditore q hr̄et veꝝ titulū.gl. dic ꝙ
ſic.ſi hr̄et lucratiuū.ſec⁹ſi oneroſū.qd credo veꝝ niſi fu
iſſet in mala fide.qꝛ iſte teneᷓ ac ſi poſſidet vt. ff.de rei
vēdi.l.iulia.Quid āt de marito q vēdit fundū dotalē cō
ſentiēte ⁊ iurāte vxore.an teneᷓ vxori ad p̃ciū ⁊ vr̄ quod
ſic qꝛ a p̃ncipio trāſlatū ē dñiuꝫ pp iuramētū ergo ſum⁹in
caſu ſubſidij ar.j.d diſtrac.pig.l.i.in glo.Itē actō d dote
ē vl'is qꝛ creſcit ⁊ decreſcit vt.j.de impē.l.quod dr̄.in glo.
In ꝯriū facit ꝙ legiᷓ ⁊ nō.j.de iuᷓ dotꝫ. l.procul⁹. p̄ma
opinio ē verior qꝛ licet ꝯſtante matrimo.maritus hēat
cām oneroſaꝫ tñ eo ſoluto eſſe cā lucratiua ⁊ ideo teneᷓ
ad reſtōnem pecunie.ar.j.de le.i.l.ſi fundū p fideic.⁊ fa
cit quod nō.j.de vbo.ſig.l.labeo.⁊.j.de triti.l. in hac.in
fi.magne gl. Sꝫ qd ſi mulier fuit ꝯfeſſa ſe pticipaſſe
p̃ciū cū uiro.⁊ uᷓ ꝙ nō noceat.qꝛ nō dicit certā quantita
tē ſecus ſi diceret ſe habuiſſe.x.vel.xx. Sꝫ uᷓ ꝙ non
noceat ꝯfeſſio.niſi quo ad rē alienatā nō quo ad repeti
tionē precij.ut.C.ad uelle.l.iubem⁹.⁊ ar.e.ti. aūt. ſi qua
mulier. Itē.qꝛ uᷓ ꝯfeſſio ſimulata reſpectu uiri ar. j.
de .pbatio.l.qui teſtiū.⁊ de le.iij.l.cū.quis decedēs.§.co
dicillis.Certe ubi ē appoſitū iuramētū p̃ſumiᷓ ſimulatō
ut ibi nō. Itē nomine ptis ſeu pticipatōnibus. dim
dia ꝯtineᷓ.j.de vbo.ſigni.l.filiaꝝ.§.portōis.g° uᷓ repel
li.p dimidia ſe pticipaſſe p̃ciū.ar.e.ti.antique. ⁊ facit.ꝙ
nō.in ſpe.de ob.⁊ ſoł.§.i.vſ.ſꝫ pone.uir.⁊ uxor.⁊ vſ. po
ne.t.mihi.⁊ facit.j.de euic.l..quidaꝫ. Ex oppo.dr̄ hic.
ꝙ re pempta petiᷓ p̃ciuꝫ. ꝯ.quātitas eſt in obligatōne.
reſpectu ſpeciei ergo p interitū nō naſciᷓ.ſꝫ pimiᷓ obli
gatō .ut.j.loca.l.i naueſaupbelli.ſo.dico ꝙ ñ dr̄.ꝯhi.reſ
pectu rei.ſꝫ pp rem ſicut ob.p̃ciū. Sꝫ nūquid hn̄s pu
blicianā pōt peteᷓ p̃ciū in ſubſidiū ſicut habens rei uē
dicatōnē.forte eo caſu q° uinceret in publiciana eo caſu
uincit in p̃cio.qꝛ ſuccedit loco rei.nā nec i petitōe hr̄dita
tis oꝫ .pbari dñiuꝫ.⁊ tñ p̃ciū ſuccedit loco rei.vt.l.ſi rē ⁊
p̃ciū. Sꝫ qd eꝯ.nūqd res ſuccedat loco p̃cij.⁊ dic qd
nō vt.j.d iuᷓ doc.l.,pcuius.ff.d admi.tuto.l.ticio.§.actor
⁊ ē ratio dr̄e.j.d fideiuſſo.l.ſi ita.ſꝫ h fallit i viro ⁊ vxo
re qñ vnus hꝫ cām ab altero puta i pecunia donata.nā
tūc i ſubſidiū res ſuccedit loco p̃cij.j.d dōatio.inter vir.
⁊ vxo.l.marito ſecus ſi nō hꝫ ab eo cām vt.C.ſi qs alte
ri vel ſibi.l.i.⁊.l.multū. Itē fallit qñ officialis emit .p
ſe d pecunia dñi.nā tūc dñs ſi eſt p̃ſona p̃uilegiata vt fi
ſcus eccl'ia ⁊ minor.vel miles.p̃t vēdicarᷓ in ſubſidiū .ał
nō.vt.C.d rei vēdica.l.ſi ēt .pponis.⁊ ar.j.e.l.ſi pecuniā
⁊ facit qd nō.j.d iuᷓ fiſ.l.facultas.li.x.⁊.C.d dona.inter
vir.⁊ vxor.l.Et ſi d tua.⁊ adde huic legi.qd nō.dy.in.c.
factū d reg.iuᷓ.li.vi.vbi oio videas.⁊ per cy.in.l.mater
C.de rei vendi.

**Si quis certum.** Ad certū datᷓ certi cōdictio.
ad incertū actio ex ſtipulatu. h.d. ⁊ dic qd cer
tuꝫ aliud re ⁊ geneᷓ.aliud geneᷓ ⁊ nō re.aliud nec re ne
geneᷓ.vt nō.C.mā.l.ſalariū.⁊.j.d ꝯdic.indebiti.l.cū his
§.fi.⁊.ff.d vbo.obliga.l triticū.fcā ēt q̄dā dicunᷓ certa
qꝛ ē fcīn ſpecificatū q̄dā incerta vt in opis incertis.nō.
j.de ꝯdic.indebi.l.ſi nō ſortē.§.libertus tñ quo ad hāc
legē oē fcīn ē incertū ⁊ adde qd nō.j.de cōdic.indebi.l.
ſꝫ ⁊ ſi me.§.fi. Baldus.

**Creditor.** Uide.j.de p̃uileg.credi.l.ſi
vētri.§.in bonis.⁊.j.d in rē
vſ.l.qdā.⁊ p dy.ff.ſolu.matri.l.ſi cū dotē.§. fi.
⁊ facit.j.p ſoc.l.cū duobus.§.idē reſpondit.⁊ facit.j.de
tributo.l.,pcurator.§.ſꝫ ſi dedi.

**Si pecuniam.** Procurator militis
acqrit militi.ſic tutor
pupillo.⁊ curator adulto.h.d.⁊ Nō.hāc legē.
.p ſtipulatōe q recipiᷓ noie eccle.⁊ vide.ſ.de arbi.l.arbi
ter inter.⁊.C.de ſacro.ſanc.eccle.l.illud in gl.nō.hic qd
militib⁹.⁊ ſil'ibus p̃ſonis q̄runᷓ iura ſine ceſſione.

**Ciuitas.** Si adminiſtrator ciuitatis ac
cipiat mutuū.nomine ciuitatis
ñ obligat ciuitatē niſi verterit in rē.i.vtilitateꝫ
ciuitatis.ſꝫ ipſe remanet obligatus.h.d. Nō .qualr̄ ob
ligatᷓ ciuitas.⁊ qualr̄ obligatᷓ adminiſtrator. ⁊ ſic duo
tractat hec lex gl.in hac.l.,pcedit q̄rēdo.⁊ p̄mo q̄riᷓ qd
in alijs collegijs glo.dicit ꝙ idē p omnia ē in omnibus
collegijs in ciuitate .p glo.facit ꝙ eadē uᷓ rō in caſtro ⁊
uilla q ē in ciuitate ar.j.ad trebel.l.omnib⁹ ⁊ de leg.i.l.ſi
hr̄s.§.meis.Itē eadē uᷓ in collegijs arciū ⁊ cerdonum
⁊ pelliparoꝝ ſꝫ Ja.de ra.rep̄hēdit glo.qꝛ ſpāle ē in ciui
tate ergo nō trahiᷓ ad alias vniūſitates vel collegia ar.
j.de public.l.licitatio.§.fi.⁊ de leg.ij.l.cū patronus ⁊ i.l.
.i.de cōſtitu.p̃ncip.⁊ de excuſa.mu.l.ſordidoꝝ li.x. Pre
terea in collegijs certuꝫ eſt quod procuᷓ.collegij obligat

collegiū ac ſi eſſet ſpālis pſona vt.ſ.de pac.l.iteʒ magi
ſtri. Alij dicūt qđ q̄dā ſūt collegia in quibus nō cadit ve
rus ꝯſenſus ſingulorꝝ ut collegiū ciuitatꝭ caſtri ⁊ ville ⁊
tūc loq̄tur lex. Itē magiſtri ſm Guil.⁊ per hoc nō appet
ratio dñe.q2 ei ſi nō cōſēſerūt oēs ſʒ maior ps certe id
q̄ ſi oēs.q2 totus ꝯſenſus collegij reſidet in maiori pte
vt.l.plane ⁊.l.ꝙ maior. Tu ergo dic ꝙ q̄dā ſūt collegia
in quibus ſinguli poſſūt ꝯſentire q̄ ſi ledūtur habēt reſti
tutōem in integrū. Nō.ꝙ ciuitas vtitur iure cōi in agē
do ut.j.ad macedo.l.nihil ſed in ꝯueniendo utit̄ iure ſin
gulari vt hic.ſicut ſūt ea i q̄bus nō repit̄ verus ꝯſenſus
ſingulorꝝ ⁊ ea i q̄bus reperit̄ tñ ſūt collegia paupꝝ vl̄
eccl'iaſtica ⁊ đ iſtis loq̄tur hec lex. Quidā nō habent
reſtōem i itegꝝ:vt collegiū fabrorꝝ ⁊ ſocietatꝭ vectigaliū
⁊ tūc loq̄tur lex ꝯria ⁊ idē i ſpālib⁹ pſonis.nā ſi ſūt pſone
p̄uilegiate vt minor ⁊ eccl'ia hʒ i eis locū hec lex vt nō.
ff.đ neg.geſt.l.ſi pupilli.§.i.⁊ ꝙ nō. Ja.đ are.C.ēt p,pcu
ratorē.l.vna. Si aūt ſūt pſone p̄uilegiate tūc locū hec.l.
nō hʒ vt.j.e.l.ſi iſtitorē ⁊.l.fi.j.de exercito.⁊ credo ꝙ oīa
pia collegia ſūt p̄uilegiata ar.C.đ epi.⁊ cle.l. orphāotro
phos. Nulla vō pſona ſingularis hʒ reſtōeʒ niſi ſit taliſ
q̄ egeat curatōe vt.j.đ inſtito.l.ſʒ ⁊ ſi qs.§.fi.⁊ facit.C.
đ inf.⁊ fac.igno.l.fi. Quō ergo qđ đ ,pcuratore ſingula
riſ pſone nō p̄uilegiate Rndeo aut ē ꝯſtitut⁹ p̄ncipal'r ad
mutuū accipiēdū ⁊ tūc vertat i rē dñi l' obligat dñm ut
j.de iſtito.l.i.aut ē ꝯſtitut⁹ p̄ncipal' pp aliud ⁊ iſte icidē
ter accipit mutuū.⁊ tūc refert aut accipit exp̄ſſe i eā cāʒ
cui p̄poſit⁹ erat ⁊ tūc obligat dñm quatuor ꝯcurrētib⁹.
p̄mo.n.req̄rit̄ rei neceſſitas.ſo ꝯgrua q̄ntitas.tertio loci
ꝯgruitas.quarto tpis oportunitas.nō aūt ē neceſſe ,pba
re uerſionē vt.j.đ exercito.l.fi.aut nō accipit i eā cām ⁊
tūc nō obligat dñm niſi poſtea penitētia duct⁹ vertat in
rē dñi vt.j.ad mac.l.ſʒ iulia.§.ſʒ ſi ab inicio. In dubio
ēt talia vidētur antecedētia qualia declarāt ſequētia vt
j.đ p̄uileg.credi.l.ſi vētri.§.fi. Aut mādatuʒ nō pōt tra
hi ad mutuā pecuniā accipiēdā ⁊ tūc nō obligat dñm ſʒ
ſe ipm ar.huius.l.⁊.j.đ inſtito.l.ſʒ ⁊ i ipm. Sʒ qđ de ,p
curatore ꝯſtituto a p̄lato alienus eccl'ie. Rndeo aut q̄ri
tur de obl'one eccl'ie ⁊ tūc hʒ locū hec.l. nā eccl'ia cuicū
qʒ magis p̄uilegiato eq̄parat̄ vt.C.de ſacro ſan.ecc.l.fi.
⁊ nō.i.l.i.C.de ſentē.adv̄.ſiſ.lat.li.x.aut quo ad obl'oneʒ
p̄lati ⁊ tūc idē ꝙ i qualibʒ alia ſingulari pſona tñr ut in
aūt.de alie.⁊ ēphi.§.ſi vō ſʒ ꝑla.⁊ ſatiſfiet creditōi đ
redditib⁹ q venīūt ad burſā p̄ſulati.ita tñ ꝙ eccl'ia nullā
recipiat leſionē i diuinis officijs q reddit⁹ dicūt̄ deductiſ
expēſis vt ex̄ de fideiuſ.c.ij.⁊ de vſufruc.leg.l.fundi re.⁊
ar.j.loc.l.i opis. Quid aūt ſi ciuitas i parlamēto l' aren
go gnāli facit ſindicū noiatū ad mutuā pecuniā acq̄rēdā
an hʒ locū hec lex dic ꝙ nō ymo i ipo ꝯctu ciuitas obli
gat̄ ⁊ idē ſi nō mādaſſet ſʒ poſtea ratificaſſet q2 tunc a ſ'o
ſuo nō alieō fcō obligari vr̄ ⁊ facit ꝙ nō.j.de noua.l.do
li in fi.⁊ idē i eccl'ia ſi p̄latus cū ꝯſenſu totius capl'i acci
pit mutuū vt nō.in aūt.hoc ius porrectū p gl.⁊ adde ꝙ
nō.j.de ꝯdi.inde.l.ſi nō ſortē.§.q filio. Quid āt ſi gnālis
ſindicus ciuitatꝭ accipit mutuū noie ciuitatꝭ ⁊ ,pteſtat̄ ꝙ
nō intēdit obligar̄ ſe.ſʒ ciuitatē tñ poſtea q2 nō ꝯſtat uer
ſuʒ eē creditor vult cū ꝯuenire.an poſſit ⁊ vr̄ ꝙ nō vt.j.
de actō.⁊ obli.l.ex maleficijs.§.longeminus. In ꝯriū vr̄
p nō.ex̄ de arbi.c.p tuaſ i glo.lʒ nec.n.ſemp iuuat prote
ſtatio niſi ,pteſtans faciat ꝙ dʒ ex pte ſua ꝙ hic nō fecit
vertere debuit.al's ſua malicia ſibi ,pdeſſet ꝙ eſſe nō dʒ
ar.j.de actō.emp.l.i.§.i.⁊.l.q̄ro ⁊ tenet̄ ſalteʒ ꝯdi.ob ca.
vt.j.de ꝯdi.ob cau.l.ſi ,pcuri ⁊ adde ꝙ nō.C.ꝙ cuʒ eo.l.
q̄ū i fi.⁊ optie facit.j.de inſtito.l.ſi quis mā.⁊.§.,pculus

Querit gl.quis ,pbet vſionē ⁊ dic qđ actor ſi agit ꝯ
ciuitatē ſi āt ꝯ admiſtratoreʒ ,pbat reus.q2 p hoc docet
ſe nō teneri. Nō ob.l.,pcurator qui ,p victus ē ,pcurato.
qui innuit ,pcuratorē idiſtincte teneri.q2 illa lex nō hʒ lo
cū vbi re ꝯbit̄ obligō.q2 nihil puenit ad procuratorē .ſi
vertit.vt.j.de inſtito.l.fi. Querit gl.an iſte qui poſſit
obligar̄ ciuitatē poſſit obligar̄ bona ciuitatꝭ dicit gl.qđ
ſic vt.j.de pigno.l.ſi is qui. Sʒ nūquid pt obligar̄ ſin
gulares pſonas vel eorꝝ bona.rñdeo nō.q2 hoc nō ē ſa
ctū ſingulorꝝ ſʒ ciuitatis eorꝝ tñ qui ꝯſenſerūt bene pōt
obligar̄ pſonas.⁊ bona ſi dederūt ſibi mādatū ad hoc
.j.de mag.ꝯue.l.i.§.i.facit qđ nō.C.q̄ ſit long.ꝯſue.l.ij.
⁊ facit qđ nō. Inno.ex̄ de iniu.⁊ dam.dat.c. qui cauſaʒ.
Sʒ qual'r ꝯ ciuitatē fiet executō ſi ſingulares pſone
grauari nō poſſunt Rndeo ſi hʒ bona fiet miſſio i ipa.
Si nō cogerent̄ adminiſtratores ciuitatis facere colle
ctā ⁊ ſoluer̄ vt nō.ff.ꝙ cuiuſqʒ vniuſi.no.l.i.§. quib⁹ de
hoc notat̄ in ſpe.de cenſ.vſi.quid ſi aliqua vniuerſitas.
Sʒ vbi citabit̄ ciuitas dic vt nō.j.de reg.iur.l. non
pōt videri dolo ⁊ p archi.vij.q.i.ſicut. Sʒ an ciuitas
pōt facere ſtatutū ſup ſuis ꝯctibus.rñdeo ſic vt.j.de pri
uileg.credito. l.antiocēſiū ⁊ in.l.i.j.de vē.re.ci.li.xi.ymo
ꝯctus q fit cū ciuitate dūmō fiat ſolemniter hʒ viʒ ſtatu
ti ar.C.đ dona.inter vir.⁊ vxo.l.p.⁊ ar.de pu. quaſi lex
ſm bar.vbi p ſtatuta ē data certa forma in.l.ꝯdēda.nō
credo ꝙ ꝯctus i quo nō ſuat̄ dcā forma hēat vim ⁊ au
ctoritatē legis.ſʒ ſimplicis ꝯuētionis.⁊ ſubiaceat legib⁹
ſicut alij ꝯctus p̄uatorꝝ ar.de peti.hēdi.l.itē vr̄.§.prudie.
Sʒ qđ ſi p ſtatutū dʒ ſolui gabella de quolʒ ꝯctu an
intelligit̄ ſtatutū ēt ꝯ ipſaʒ ciuitatē ſtatuētē vt dēat ſol
uer̄ ⁊ vr̄ ꝙ non ar.de pecul.legat.l.ſi peculiū.§. ſicut qđ
verꝝ ē q2 idē eēt debitor ⁊ creditor ⁊ facit.j.de pu.bli.l.li
citatio.§.mercatores. Sʒ pone qđ ciuitas fecit duces
ſup ſtipēdiarijs ꝯducēdis an iſti poſſunt accipere noie ci
uitatis pecuniā mutuo ,p iſtis ſtipēdijs pſoluēdis .⁊ vr̄
qđ nō q2 hoc nō ē eis ꝯmiſſum ar.j.de inſtito.l.cuicunqʒ
§.nō tñ oē. Ego credo qđ ſi nō poſſunt aliter ꝯducere
qđ poſſint accipere mutuo ſecus ſi iā ꝯduxerūt q2 functi
ſunt eorꝝ offō nō tñ poſſunt dici officiales.ipſis ſtipēdia
rijs aliq̄d noie doni dare.qđ nō ſit de ꝯſuetudine ſtipen
dij ar.j.ꝙ vi aut clā.l.,phibere.§.plane. Sʒ pone ꝙ
ciuitas hʒ debitū.vult imponere collectā an iponet̄ per
es ⁊ librā an p capita hoīnū ⁊ vr̄ ꝙ p extimum q2 colle
cta iponit̄ pſone ,p rebus vt nō.j.de mu.⁊ one.l. Rpto
.§.fi.⁊ extimū ꝯſidēat̄ vt notat̄.j.ad mu.l.incola.iaʒ ad
idē p̄ſtat argumētū.j.ad.l.rod.de iac.l.ij.§.cū in eadē na
ue ⁊ nō.C.de apocb.pub.l.i.i gl.nō.ad ,pxim.li.x .ꝙ cre
do verꝝ q2 eſt munus mixtū ꝯſideratōe rerꝝ ⁊ pſone im
poſitū ſi cū imponat̄ munus pſonale.ꝙ nō reducat̄ pe
cunia.vel ēt ſi redimi poſſit ſi eſt onus p̄ncipaliter pſona
le vt aut foſſam caſtri faciat aut.x.ſe redimat ,p capitib⁹
hominū habiliū poni dʒ nā capita portant ſarcinā ut an
garijs ⁊ pāgarijs vt.C.de ſacro.ſanc.eccleſ.l.neminem
facit ꝙ nō.dy.j.de incen.rui.naufra.l.ne qđ ⁊ Inno.ex̄
de ſen.exco.c.graue.onus ergo capitis ,p capite ⁊ i loco
libre ſupponēdū eſt. Sʒ nunq̄d rector ducatus in ter
ris quas regit pōt imponere collectas ,p cāis icūbenti
bus.rñdeo nō niſi de ꝯſilio decurionū illi⁹ loci vt.C. de
naui.⁊ nau. le.li.xi.⁊.l.cū nautorū. Sʒ qđ ſi ciuitas
dʒ aliquid recipere ab aliquo nec eſt ꝯſtitut⁹ alīquis ſin
dic⁹.vtrꝝ ptās pōt agē ar.ꝙ ſic de acqui.re.do.l. ſtatuas
⁊ vr̄ gl.ordinaria ꝙ ſicut pr̄ eſt legitimus admiſtrator fi
lij ſic magiſtratꝭ.gerit legitimā pſonā vt i au.ē.de ar.§.i.
In gl.ibi rectorem ar.ff.de le.i.l.ciuitatibus niſi ꝯſuetu

do eſſet in ꝯriū vt.l.plane.ff.ꝙ cuiuſqꝫ vni.no. Itē adde
a d banc.l.ꝙ nō.Inno.de depoſi.c.grauis ⁊ de fideiuſſ.
.l'ꝙ qbuſdā ⁊ i ſpe.de obli.⁊ ſol'.§.i.vſi.ceteꝝ ſi cōitas ⁊
ꝑ archi.x.q.i.hoc ius.xij.q.ij.q xp̄i.xv.q.v.placuit ⁊ adde
ꝙ nō.C.de vſur.l.advſus ⁊ ꝑ Jac.j.de reb.co.l.illicite
vnū nō ē obmittēdū i iſta via.qꝺ auerſio ꝓbat' ex ꝯiectu
riš ar.C.ꝺ ali.pu.l.fi.⁊.C.ꝺ pigno.l.fi.de pūil.cre.l.ſi vē.
cū ſy.Ecce ꝙ ciuitas l' villa facit ſindicū ad ꝯhēdū dum
iſte ꝯtrahit.opponit ciuitas ꝙ nō valet ſindicat⁹ qꝛ noīa
itereſſentiū nō interfuerūt inſtr̄o hac rōne ēt ſindicus ſe
excuſat qꝛ dic ſe oſtēdiſſe ſindicatū q nō ſūt exp̄ſſa noīa
ꝯſtituētiū.C.ꝺ uē.reb.ti.l.fi.⁊ ar.i.l.i.ꝺ albo.ſcribē. Alij
dicūt ſi inſtr̄m dicit oēs interfuiſſe valꝫ ſecus ſi dicit ꝙ
maioꝛ ps qꝛ aufert reo defenſionē ꝯ ſindicatū vt qꝛ ma
ioꝛ ps nō ſolū in fcō ſꝫ in iur̄ ꝯſiſtit vn̄ potius vr̄ eſſe iu
dex ꝙ̄ tabellio.⁊ qꝛ multaliter dr̄ maioꝛ ps ſi ꝺ iur̄ ⁊ de
fcō vr̄ inſtr̄m obſcuꝝ Oldra.dic vtrūqꝫ valē qꝛ nōꝛius
fcō atteſtat' ⁊ ēt iuri qn̄ ex fcō naſc' t' l' qn̄ fcm̄ hꝫ nomen
iur̄ vt ſtipl'o ⁊ ita ē certa quota ps ſicut tota ſm Oldr.
facit ꝙ nō.in ſili.j.ti.i.l.fi.Alij dicunt ꝙ in ꝑuis vniuer
ſitatibus.noīa debēt ſpecificari.ſec⁹ i magnis ꝑꝑ difficl'
tatē ſm Bar.⁊ glo.inuit.C.ꝺ de erro.cal.l.fi.§. hoc ēt
tu dic ſuādā ꝯſuetudinē loci ar.l.plāe.ſꝫ ꝺ iur̄ cōi ſi agit'
de obligādis ꝯſtituētib⁹ exigit' ſpecificatō ſi ꝺ obliganda
vniuerſitate nō credo exegi nec ad ſolēnitatē nec ad vi
tatē ꝓbādā.fallit ad alienādū vt dcā.l.fi.ſ.ꝺ vē.reb⁹ ciui.

## C[c] reditor.

Mala ꝓmiſſio in pignoꝛe n̄
preiudicat i ſoꝛte.Et nō. pro
ebꝛijs.⁊ dic gl.ꝙ veneti ſuant ꝯriū. ſꝫ male qꝛ
onus pſonale euitat' lꝫ qs vellit cedē res l' habē cā ꝓ de
relicta.ſec⁹ ſi onus hēat originē ꝑncipal'r ab ip̄a re facit
ſ.ꝺ vſufr.l.cū fructuari⁹.⁊.j.de dā.infe.l.p̄toꝛ.§. hoc edi
ctū ⁊.j.ꝺ tribu.l.illud.§.i.qꝛ vbicūqꝫ res eſt imediata cā
rei ⁊ ip̄i rei adheret obl'io l' ꝑncipal'r reſpectu rei qs te
net' ibi cedēdo rei liberat' ſꝫ vbi dētur a pſona rōe pſōe
ſec⁹ qꝛ ꝯcernit totū patrimoniū p̄ſens ⁊ futuꝝ ar.ſ. ꝺ in
di.l.ſi fideicōmiſſuꝫ.§.i.⁊ inſti.de actō.§.fi.⁊ ꝙ nō.ex̄ de
ꝯſtitu.c.q̄ in eccl'iaꝝ ⁊ in ſpe.de cenſib.vſi. Itē pōe q̄daꝫ
vicina ⁊ de feud.§.qn̄ vſi.xxviij.⁊.j.de ꝯſti.pec.l.lucius
ꝑ guil'. Sꝫ qd ſi debitoꝛ nō curat de pignōe ⁊ creditō
ꝯtent⁹ ē pignoꝛe an iſtud pign⁹ dr̄ eſſe in bōis creditoꝝ
Rndeo ⁊ dic vt.j.de le.iij.l.q hēbat in p̄n. Sꝫ qd ſi cōi
tas ipoſuit collectas ꝓ bōis poſſeſſis .an debitoꝛ pōt ce
dē illis reb⁹.⁊ vr̄ ꝙ nō.qꝛ ēt pſona ē obligata.⁊ on⁹ iaꝫ
inductū ē i indicēda collecta ar.nōtoꝝ.j.ad mu.l.incola
vnde bn̄ poſſet cedē reb⁹ ip̄iuſ obligat̄.ſꝫ nō p̄t.qꝛ purifi
cata ē obl'io.Quō vtꝛ in dubio pign⁹ in dubio p̄ſumat'
idoneū gl.innuit ꝙ ſic in.l.ij.C.de pigno.iſtud ē veꝝ qn̄
pign⁹ ē exaīatū a iudice ut.ff.de re iudi.l. a diuo pio .§.ſi
pignoꝛa.nā p̄ſumit' idoneū ex quo iudex appꝛobauit idē
ſi ps appꝛobaſſet ar.j.mā.l.inter cās.§.abeſſe ⁊.j.de fi
deiuſſo.l.q ſatiſdar̄ ⁊ ꝑ h dicebā ꝙ qn̄ creditoꝛ incūbit
pignoꝛi debitoꝛ nō poſſit iurari ſuſpect⁹.qꝛ p̄ſūit' pignuſ
ſufficiēs.ſi āt nō incūbat pignoꝛi adhuc nō credit' ſimp'i
ci iuram̄to niſi ꝯcurrāt indicia.vt.ff.edil.edic.l.q̄ro in fi.
⁊.ff.de ꝓbatio.l.cū ꝓbatō.vt qꝛ ē foꝛēſis ⁊ ꝯpoſuit iā ſar
cinulas.ita ꝙ nō hꝫ niſi pedē ponē in ſtipendio. facit ꝙ
nō.C.vt nemo inui.l.i.in gl.⁊.C.de foꝛ.l.fi.⁊.ff.ꝺ pign.l.
q̄ſitū q̄ indicia.puto poſſe exaīari etiā eo nō citato. vt in
ſtruat' ad fugā ar.nō.ꝑ Inn.ex̄ de teſti.c.ſignificauit.tn̄
ſaluū eſt ius reo ꝓbādi ꝯriū ꝑ ꝯria indicia facit ꝙ nō. ff.
de bo.poſſ.l.iij.§.p.vn̄ in iſta captura nō ſuat' oꝛdo iudi
cioꝝ ⁊ iō poſtea iuſtificari.⁊ impugnari p̄t ſil'e nō.ff. de
op.no.nū.l.de pupillo.§.meminiſſe.nō ob.c.appellāti ꝺ
appel.in cle.qꝛ ibi loquit' qn̄ intellocu.ᵃ requirit oꝛdinem
iuriſ vt de re.iudi.ſi tn̄ nullo ⁊c. Bal.

## P[p] i inſtitorē.

Ex ꝯctu inſtitoꝛis obli
gat' dn̄s etiā ſi ꝓcur̄.ſit
ſoluendo.h.d.Facit.j.de inſti.l.in cū.⁊.l.fi.⁊ nō. ꝙ man
datū inſtitoꝛis trahitur ad futura nō ſuper preſentibus
tantum rei ſit facta inſtitutio.ut.j.de inſtito.l.cuicunque
§.ſed cum fullo per Ja.butri.In pꝛocur̄.dic idem ſi ad
negocia.ſꝫ ſi ad iudicia.dic vt.l.oīuꝫ de ꝓcura.⁊ ꝑ dy ff.
de tutel.l.qꝺ dr̄ ⁊ facit.C.mā.l.ſi lr̄as ⁊.C.de ex̄cito.l.ſi
mutuā ⁊. C.ꝙ cū eo.l.ſi ex ꝯctu ⁊.l.ei q ⁊ dic vt ibi ꝑ cy.
⁊.j.ꝺ iſt.l.ſi qs mācipiū. Nō.tn̄ ꝙ mādatū dꝫ ſuari i
mō ⁊ foꝛma nā ex̄ id ad qꝺ p̄poſitus ē dn̄m nō obligat.

Itē ſi certa foꝛma ē inp̄ta ſuari dꝫ vt.j.de iſtito.l.cui
cūqꝫ.§.nō tn̄ oē ⁊.l.ſi cū iubeo.j.ꝺ exci.⁊.l.i.§.ſi pluꝛes.

Et nō.ꝙ qcquid cū miniſteꝛio adicit' mādato vr̄ eē
ꝺ foꝛma ⁊ h i mādato hoīs.ſecus i mādato legis qꝛ nō
recipit ex̄neā foꝛmā vt.j.ꝺ admi.tuto.l.qdā ꝺcedēs ⁊.l
ticiū ⁊ meuiū. Et nō.ꝙ qn̄ ē defect⁹ foꝛme refert qd.
ex eqpolētibus fiat.ſꝫ qn̄ ē defect̄ iuris non refert vt.j.
mā.l.fi.⁊.j.de acq.hr̄di.l.cū q duob⁹.§.fili⁹ ⁊ facit ad p̄
dicta.j.ꝺ vbo.obliga.l.q rome.§.calimachus ⁊ vide hic
qꝺ nō.C.ꝺ nō nu.pec.l.cū mādauero in fi.glo.

## Q[q] ui pecuniam.

Qui ꝓmittit ſpe
futur̄ nuātōis.nō
tenet' ſi nuātio nō ſequit' .h d. Oppo.⁊ vr̄.
ꝙ teneat' ſaltē excuſſa biēnij exceptiōe vt.C.ꝺ non nu.
pecun.l.in ꝯctibus. So.ibi interuenit ſcriptura ⁊ cō
feſſio ex cā mutui.hic āt nō interuenit ſcriptura quo ca
ſu exceptio nō nu.pec.ē ꝑpetua ſm guil'.nā ex curſu biē
nij obligō lr̄aꝝ coꝛroboꝛat' nō āt ē ſic ſi nō iteruenit ſcri
ptura.qꝛ obligō lr̄aꝝ vt vbū ſonat reqrit eſſētialiteꝛ ſcri
pturā vt iſti.ꝺ lr̄a.obligatio ⁊ nō.C.e.l.ſi nō ſinguli.⁊.j.
de actio.⁊ obligatio.l.nō figura.nā ꝑꝑ ſcripturā actus ē
magis ſolemnis ⁊ iō magis efficax. Ex̄ opp.ꝙ nō hē
at locū pnia i mutuo cū ſit ꝯct⁹ noīat⁹. So. hic i mu
tuo ꝯhēdo.nō ꝯcto ⁊ adde qꝺ nō.j.ti.i.l.ſi pecuniā i ma
gna gl.⁊.j.de ꝯhē.emp.l.pacta ꝯuēta. Sꝫ nunqd eſt
dr̄ia inter ſcripturā publicā ⁊ p̄uatā Rndeo nō nā ēt p̄
uate ſcripture ſtādū ē ꝯ ſcribētē ſi ꝯtinet cām.Sciēdū ē
enim ꝙ p̄uata ſcriptura aut ē fcā ꝑ ſcribēte ⁊ non ꝓbat
vt.C.de iure fiſ.l.inter cartulas li.x.aut ꝑtinet ꝓp̄a ꝯ ⁊
tūc aut ē idiuidua ⁊ ille q acceptat ꝓ ſe dꝫ ēt acceptar̄ ꝯ
ſe ar.j.ti.i.l.ſi duo.§.pe.aut capitula ſunt diuiſa ⁊ tūc p̄t
acceptare ꝓ ſe nō ꝯ ſe ar.j.ti.i.l.ſi duo ⁊.ff.de mino.l.ēt
.§.ex cā in publico tn̄ inſtrō an ille q ꝓ ſe ꝓducit tenet'
ſtare ꝯ ſe ēt i diuerſo capitulo vide ꝑ me i.l.i.i fi.magne
gl.ſ.ꝺ edē.aut eſt fcm̄ ꝯ tertiū ⁊ tunc ex auctoꝛitate ſcri
bentis qn̄ꝫ facit aliqualem p̄ſumptiōem vt nō.ſ.ꝺ edē.
l.q̄dā.§.nūmularios aut eſt fcā p̄ciſe ꝯ ſcribentem ⁊ tūc
aut i vltia volūtate ⁊ nō ꝓbat debitū ꝺ libe.le.l.auie.§.
vlti.aut in ꝯctu.⁊ tūc aut nō ꝯtinet cām ⁊ nō ꝓbat nec p̄
ſumit' donatio ex p̄uata ſcriptura vt.ff.de dona.l.nuda
⁊.ff.ꝺ ꝓbatio.l.inſtrā aut nō ꝯtinet cāꝫ ⁊ ſi quidē ineptā
vel turpē nō vꝫ vt.ff.ꝺ actio.obligatio.l.fi.⁊ qꝺ nō.ff.de
excep.doli.l.ij.§.circa ſi acceptā ⁊ validā ex nā cāe ⁊ tūc
aut eſt q̄ſtio obligōnis aut ſcripture ſi obligōnis aut lo
quimur in mutuo ⁊ tūc loquit' lex in ꝯctib⁹.aut in alijs
ꝯctibus ⁊ tūc ſtādū eſt ſcriptur̄ vt.l.publia.§.ſi.ff.ꝺpoſi.
⁊.C.ꝺ nō nu.pec.l.gnāliter ⁊ adde qꝺ nō.in ſūma ꝑ aꝫ.
ꝺ fide inſtru.C.Scripture tn̄ alia eſt obligatoꝛia alia ꝓ
batoꝛia.itē vba enūciatiua ꝯct⁹ in pſona alteꝛ⁹ inducūt
obligationem in pſona ſcribentis vt.j.ꝺ ꝯſti.pec⁹.l.qui
dam.§.fi.cetera ꝯcurrūt q̄ ſunt neceſſaria ad obligādū.

Si ãt eſt q̃ſtio ſcripture q꜡ ſcribens inficiat᷑ ⁊ dicit ñ
eſſe ſuã ſcripturã ⁊ tũc refert aut eſt ſubſcripta a tribus
teſtibus ⁊ hʒ vim publice ſcripture vt.C.qui potio.in pi
gno.habe.l.ſcripturas aut nõ eſt ſcriptura ⁊ tũc aut im
ponit᷑ ei fides ꝑ teſtes ⁊ ſtat᷑ ei.C.de nõ nu.pecu. auc.ꝯ̃
qui ꝓpriã.Aut nõ apponit᷑ ei fides ꝑ teſtes.⁊ tũc cõrobo
rat᷑ ſcripturaꝝ indubitaꝝ ꝯparatõe.⁊ facit ſemiplenaʒ ꝓ
bationeʒ.Si aũt nõ iuuat᷑ ꝯparatõne lraꝝ nõ facit fidẽ
al.ꝙ̃ niſi eẽt munita ſigillo debitoris.q꜡ ſigillũ ſupplet ꝺ
fectũ teſtiũ. vt nõ.in.l.ij.C.de reb.alie.nõ alie.⁊.l.ij. ff.ꝺ
ꝓcurato.⁊.l.ſi ꝓcurator abſqʒ.ſi aũt ſigillũ eſſet publicũ
tũc ei ſtãdũ eſſet vt ex̃ de appel.c.ſignificauit.⁊.ff.de pu
bli.l.ſi publi.§.i ⁊.C.de epiſ.⁊ cle.aut.ſi qua ꝑ calũniam
Sed nũquid reqritur indictõ ãnus menſis.⁊ dies in tali
bus ſcripturis ꝓuatis dic ꝙ nõ.vt.j.de pigno.l.cũ taber
nã.§.i.niſi iducerẽtur ad ꝓbatõeʒ certi tpis vt dicta.l.ſcri
pturas.nã nũc ꝯtinere dʒ tp̃s certũ.puta ãnuʒ menſem
⁊ dieʒ facit ex̃ ꝺ ꝓbatio.c.poſt ceſſionẽ ⁊.C.ꝺ apo.pub.l.
i.li.x. Sʒ pone ꝙ ẽ fcã ꝯfeſſio ſine ſcripꝰ ex cã mutui
iſta ꝯfeſſio operat᷑ ne magis lapſo biẽnio ꝙ̃ ante ⁊ vide
tur ꝙ nõ vt.C.e.l.ſi ex ꝓcio ⁊ ar.ff.ꝺ actõ. ⁊ ob.l.obliga
tionũ ferc.§.pẽ. Sʒ pone ꝙ ẽ fcã ſcriptura. an poſt
biẽniuʒ põt probari ꝯ̃riũ ꝓbando ꝙ ticius fuit ꝯfeſſus
ſe nõ nũeraſſe ⁊ vr̃ ꝙ ſic.q꜡ ꝯ̃ ꝓſumptõeʒ iuris ⁊ ꝺ iur̃
bene admittit᷑ ꝯfeſſio ptis ⁊ ꝓualet. vt in aũt.de equa.
dot.§.aliud.nã ſi pꝰ nõ poſſet excipẽ iudex nõ dʒ hoc pa
ti ar.ff.ꝺ offi.pſid.l.illicitas ⁊.ſ.ꝺ peti.hr̃di.l.fi. Sed
pone ꝙ ẽ iuratuʒ Rndeo ſacramẽtũ nõ ſupplet defectũ
ꝟitatis ⁊ ꝯſenſus vt.C.de nõ nu.pecu.l.fi. ⁊ facit ꝙ nõ.
C.plus valẽ qd̾ agi.l.emptõe. Sʒ qd ſi iurauit nõ op
ponere exceptõem. Rndeo nõ põt opponi vt nõ.C.in q.
cau.i integ.reſti.nõ eſt neceſ.l.fi.Sʒ qd de inſtr̃is ꝯtinẽ
tibꝰ ꝓceptũ de ſoluẽdo vr̃ ꝙ ſtãdum ſit tali ꝓcepto.facit
ꝙ nõ.ꝯ.C.de ꝯfeſſ.l.i.Ego dico ꝙ deĩ ꝓceptũ ante bi
enniũ ſine cã eſſe vr̃ niſi ꝓbet᷑ nũeratio.⁊ iõ nõ valet ꝓn
cipale nec iſtud ꝓceptum.ſed cõiter ꝑ ſtatuta terraꝝ iſta
exceptio nõ põt opponi ꝯ̃ guarẽtigias. ⁊ valʒ ſtatutũ ẽt
collegij iter ſe vt i aũt.de fideiuſſo.§.pe.⁊.C. de ꝯſti.pe.
.l.ij.in fi.Sʒ qd ſi eſt renũciatũ exceptõi nõ nũe.ꝑe.dic
vt nõ.i.l.ſi ex cautõe.ego credo ꝙ nõ valeat renũciatio
q꜡ i mutuo nõ pt renũciari vt.ſ.e.l.rogaſti.§.fi.⁊ in iſto
mutuo ꝯfeſſato reqritur fcã nũeratio cui renũciari non
pt.alij dicũt ꝙ valet renũciatio.⁊ qd̾ tũc mutuum ciuile
ſtatiʒ efficaciter obligat.ſed non ꝓbat hoc aliqua lege.
Sʒ pone debitor ꝯfeſſus ſpe future nũeratõnis vult
agẽ ꝯ̃ creditorẽ vt ſibi mutuet.an põt ⁊ vr̃ qd̾ ſic vt.C.ꝺ
dot.ꝓmiſ.l.ſi volũtate.So.ſi eẽt ſtatiʒ reſtiturꝰ nõ põt.
al̾ ſic vt i.l.dolo de doli exceptõ. Sed qd ſi appet ſpes
ꝺ futura nũeratõe ex forma inſtr̃i.nũqd oportet tũc exci
pi.⁊ dico qd̾ nõ q꜡ inſtr̃m ꝙ ꝓducitur probat ꝓ reo ar.C.
de ꝓbatio.l.ad ꝓbationẽ ⁊.C.de donatio.l.ſi ꝓſidi.

**Cum fundus.** Poſt litẽ ꝯte.i iudi
cijs ſtricti iuris veni
unt acceſſiones.h.d.Et de hoc dixi in.l. vinuʒ
ſ.e.⁊ nõ.j.de triti.in hac.Quid ãt ſi res ꝓncipal̾ ẽ inte
riʒ ꝑempta dic vt.ſ.de rei vẽdi.l.utiqʒ. Quid ſi iſtan
tia ẽ ꝑempta q venient fructus ex die ꝓmi iudicij vel ſi
dic vt nõ.C.de fruc.⁊ lit.expẽ.l.ij.⁊ adde hic ⁊ oĩa uide
oio que nõ.j.de ꝯdi.ob cau.l.iij.⁊ i.l.ſi pecuniã i fi.mag.
glo. Quid aũt de vſuris dic ꝙ nõ hʒ locũ hec.l. quia
vſure ſũt acceſſiõe ꝓter numeꝝ.ſed iſta.l.loqtur de nãli
acceſſorie l̾ de intereſſe.vt.C.de ꝯdi.inde.l.i.qd aũt ꝺ pe
cunia ꝯmiſſa pp fcm̃ dic ꝙ pena legalis ⁊ iudicialis pt
purgari vſqʒ ad ſniam vt.j.de bo.liber.l.q cuʒ maior.§.
accuſaſſe.ſecus in pena ꝯuentionali.vt.C. de trãſac.l.ſi
quis cũ maior.⁊ dic ꝑ Ja.bu.j.ti.i.l.al̾s.Bal.

## Seruũ tuum imprudens.

Nouẽ reſpõſa hʒ.in ꝓmo ꝯſulit ꝟo dño.ſtici ꝯ̃ verũ
dñʒ pamphili vt intẽptet certi ꝯdictionẽ.in ſa ꝯſulit ꝟo
dño pãphili cui dẽtur a dcõ diceñ dãni ex eodẽ facto na
ſcẽtis reſarcio.in tertio ꝯſulit dño ſtici ⁊ nũmoꝝ ꝯ̃ vẽdi
torẽ ꝑ actionẽ exempto. ſi ratificat ꝯ̃ctũ. in quarto ꝓui
det vẽditori ꝯ̃ bonefidei poſſeſſorẽ vt ꝯdicat ab eo pam
philũ traditũ tanꝙ̃ indebitũ.in quinto ꝓuidet dño ſtici
vt vẽdicet peculiũ ſi extat ſi reprobat ꝯ̃ctũ.in ſexto ꝓui
det vẽditori ꝯ̃ ꝓncipalẽ dñʒ de actiõe ꝺ peculio.in ſepti
mo dicit ꝯſumpto peculio euaneſcere actiõe ꝺ peculio.
in octauo dicit qñ vẽditor ꝯuenit᷑ actione exempto vt
tradat dʒ ei ſatiſfacer̃ ac ſi cũ libero ꝯtraxiſſet.nono di
cit qd̾ ſi vẽditor q iã tradidit bonefidei poſſeſſori vul. ce
der̃ iura dño ſtici ⁊ dẽnt ſibi offerri ſeu ꝓſtari ac ſi trade
ret rẽ.h.d.⁊ iſte.§. ẽ plenius ſenſ.hꝰ. Nõ ꝙ rõne cir
cuitus euitãdi agit᷑ qñʒ ſine ceſſiõe.nõ. ꝙ erronea tradi
tio trãſfert dñium ⁊ nõ.ex qua pſona qs nõ lucrat᷑ ex
eadẽ dãnificari nõ dʒ ſʒ indemnis ſuari. nõ.poſſe ratifi
cari ꝯ̃ctũ nõ ſuo noĩe geſtũ ⁊ ex eo agi.nõ trãſferri dñiũ
rei lʒ nõ ſit tranſlatũ dñiũ ꝓcij.nõ.ꝙ lʒ dñs reprobet ꝯ̃
ctum tñ tenet᷑ de peculio.nõ.ꝙ ille q aſſũmit viã augen
di ex facto alterius tenet᷑ ac ſi ſecutũ eſſet ꝯ̃ctũ ⁊ tenet᷑
obſeruare pacta ⁊ formã ꝯ̃ctus vt.j.ꝺ mã.l. gaius ⁊ ar.
j.ꝺ acq.poſſe.l.pomponius.§.cũ qs.nõ.ꝙ vbi ceſſio ſuc
cedit loco rei ita eẽt offerẽdũ cedẽti ſicut tradẽti.ex hoc
nõ.argumẽtũ qd̾ ei q nõ facit qd̾ dʒ nõ fit qd̾ fieri dʒ.nõ
tur.j.ti.i.l.ſi nõ fuerit facit.ff.ꝺ.rei vẽdi.l.ti.§.fi. ⁊ nõ. j.
loc.pub.fruẽ.l.i.i fi.⁊.C.de pac.l.i.⁊.C.de tranſac.l.ſine
apud ⁊.ff.de actio.emp.l.iulianus.§.offerri ⁊.l.q pẽden
te ⁊.C.de colla.l.filie. Op.dr̃ hic ꝙ verus dñs. agit
hic ſine ceſſiõe ꝯ̃ ymo dʒ ſibi actio cedi vt.j.e.l.i fi.So.
de rigore exigit᷑ ceſſio vt ibi.ſʒ de equitate cã vitãdi cir
cuitus nõ reqrit᷑ ceſſio vt hic ita ſoluit ꝓma gl.q̃ incipit
pãphilũ ⁊ gl.vltima huius.l. Sʒ certe ſemꝑ poſſemꝰ
dicere ꝙ cã vitãdi circuitus daret᷑ vtilis ſine ceſſione.
qd̾ falſum eſt q꜡ ſicut i rebus corporalibus reqrit᷑ tradi
tio ⁊ nõ ſufficit titulũ ita in actionibus reqrit᷑ ceſſio q̃ ꝓ
quaſi traditiõe hẽtur vt nõ.j.de donatio.l.ad eũ ⁊.C.ꝺ
actio.⁊ obligatio.l.ij.⁊.C. quando fiſcus vel ꝓuat.l.fi.⁊
j.ꝓ ſoc.l.ea ꝟo.So.qñ qs hʒ venire ex pſona alterius
⁊ dʒ cape ius de manu alterius tunc nõ vitat᷑ ymo ſua
tur circuitus vt hic.nã iſte venit ex ſua pſona ⁊ ſuo iure
Sed ꝯ̃ hoc.Op.ſi põt venire ſine ceſſione ergo fruſtra
ſibi actio cedit᷑ qd̾ eſſe non dʒ vt.j.ad trebel.l.ſi heres.
So.dicit gl.vltima ꝙ nõ ẽ fruſtra q꜡ hẽbit exercitiũ
directe actiõis ⁊ prodeſt ipm hẽre vt nõ.j.de admi.tu
toris.l.quotiens in ꝓncipio ceſſio enim facta nõ hñti ꝟti
les trãſfert vtiles ſi ãt hñti ñ trãſfert directã inſeꝑabi
lem accedẽtẽ ſʒ exercitũ directe facit.C.de dona.l.illã
Sed ꝯ̃ hoc oppo.ſi ꝟus dominus hʒ actõeʒ ex ſua pſona
ergo hʒ ius directũ ar.de uſufruc.l.ſi qs ita dic ꝙ ueꝝ ẽ
ſi eſſet actio ex ſuo facto uel ſui actoris uniuerſalis. ſed
hic ex̃ ordinẽ datur. Opp.ꝙ nõ der̃.q꜡ nec ex ꝯ̃ctu ul̾
quaſi nec ex delicto uel quaſi ut inſti.de obligatio. §.ſe
quẽs rõ ideo nõ dat᷑ directa ſʒ vtilis ex varijs figuris
cãrum vel ꝙ alterius factũ ſuũ fingit᷑ vt.j.de ꝯdic.ide.
l.nõ ẽ nouũ. Pet.dicit ꝙ hic abſqʒ ceſſiõe nõ agit᷑ ſed
male dicit q꜡ ſi ꝓncipiũ intelligeret᷑ demũ facta ceſſiõe
iſtud ꝓncipiũ eſſet ſupfluũ propter finẽ. Op.ꝯdictio
ad rẽ nõ datur domino ut.l.fi.ff.uſufruc.q̃admo. cau.ſʒ

do minus ſtici ē ēt domin⁹ pamphili empti a ſtico vt .j.
de acqui.re.do.l.ſi fu⁹ ergo vēdicat nō cōdicit ſo. hic be
ne fuit titulus ī pſona ſtici ſʒ traditio nō ſʒ ſuit facta bo
nefidei poſſeſſori ⁊ ex ea ſibi q̄ſitū dn̄ium ex hoc nō. ꝙ
lʒ titulus ſit ī pſona vnius p̄ualet traditio ī pſona alteri
us nec ēt nocet error ⁊ facit ad p̄mū.C. ſi qs alteri vel
ſibi.l.multū ⁊ facit.C.fami.hercıſ.l.filie cuius ⁊ iſtud eſt
veꝝ ī vo dn̄o ſecus ī publiciana q2 ibi reqrit᷑ poſſeſſio
titulata vt.ff.de pub.l.cū qui.§.fi.ſʒ quo ad vſucapionē
error habet᷑ ꝑ titulo vt.ff.ď vſucapio.l.celſus.⁊.ff.de cō
di.inde.§.fi. Sʒ oppo.ꝯ̄ ſm ⁊ vr̄ qď error īpediat do
minij trāſlatōem ī errore dominij hēmus.j.de ꝯdic. ob
cau.l.iij.§.ſubtilius ⁊.j.de ꝯ̄hen.emp.l. ⁊ ſi ꝯſenſum.§.
vlti.in errore pſone hēmus.j.de fur.l.ſi quiſ vx.§.apud
⁊.§.cū ticio.⁊.l.ſi is qui.§.ſi tu ticiū. Sol. hic nō fuit er
ror ī dominio nec ī pſona.ſed ī qualitate pſone putabat
bonefidei poſſeſſorē ēē veꝝ dn̄iū ſtici.⁊ p hoc ſibi ōbe
ri pāphilū.iſte.n.ē potius error cāe q nō īpedit trāſlatio
nē dn̄ij vt.j.de ꝯdi.inde.l.damus ⁊ p totā iūcta.l.fi.ff.
vſufruc.quēadmo caue. Sʒ op.iſte venditor putabat
recipiētē dn̄m.ergo fuit error dn̄ij. Rn̄deo nō eſt ita q2
tūc errat᷑ in dn̄io qn̄ erratur dn̄io rei. q̄ tradit᷑ nō ſi inci
dat error ī dn̄io alterius rei.vt hic. Opp.qď errō īpe
diat dn̄ij trāſlatōez vt.s̄.e.l.ſi ego.So.aut ī errādo vter
que ꝯſentit ī eodē errore ꝯcurrēdo.⁊ tūc trāſfert᷑ dn̄ium
cōi ꝯſenſu.q2 ꝯſenſus ē cā īmediata dn̄ij trāſferēdi ⁊ ſuf
ficit ꝙ cā īmediata ſit v̄a lʒ cā remota ſit falſa.naʒ ſicut
falſa cā nō facit ꝓmiſſionē ēē ipo iure nullā. ſʒ nullā cāʒ
vt.l.ij.§.circa de excep.doli ſic nec īpedit dn̄iū trāſferri
vt.s̄.ď dol.l.elegāter ī p̄n.in glo.aut errores ſūt diuerſi
⁊ tūc nō trāſfert᷑ dn̄iū vt in ꝯ̄rio vl̄ ibi ī cā de p̄nti vel ď
futuro.hic ī cā de p̄terito.ergo h̄ ſi īciperet᷑ h̄ a p̄cedēti
traditōe nō foret trāſlatū dominiū ꝙ ē fl̄m. ⁊ iō prima
ſolō v̄ior ē. Opp.ꝙ error in qualitate pſone īpediat
vt.j.ď fur.l.falſus.So.ibi fuit error ī vno tm̄.ı.tradēte.
ſʒ ī accipiēte nō fuit error.ſʒ fallacia.vnde nō trāſfertur
dominiū vt.j.ď ſolu.l.cū qs.§.i.nō eni ꝯſentiūt in eūdē
titulū.q2 ignorās ꝯſentit ī titulū ꝓ ſoluto ſciēs nō q2 ſcit
nullā ſolōnē eſſe ar.j.e.l.eius q.§ pe.⁊ vide ꝙ nō.j. ď ꝯ
di.inde.l.in ſūma.§.ſi ſeruū. Jn glo.valuit p̄uatus ergo
Opp.qď fallacia nō īpediat dominiū trāſferri vt. j.de
ſolō.l.ſi cū auꝝ.So.ibi fuit fallacia dātis nō accipiētis
vt.j.ď pigno.actō.l.elegāter.§.q reprobos. Jtē opp.qď
fallacia faciat eū teneri cōdictōe ob cām vt.j.de cōdictī.
ob cau.l.ſi ꝓcuratori.ergo ē trāſlatū dominiū vt.l.fi. ff.
uſuſfruc.q̄admo.cau.reſpōdeo nō ſeqtur.q2 fur bene te
net᷑ cōdictōe ob cām ⁊ indebiti.⁊ oīs cōdictō degenerat
ꝯ̄ furē vt.s̄.e.l.ſi qs.§.res p cy.⁊.C.de fur.l.falſuſ. Op.
ꝙ error nō īpediat dominiū trāſferri ut.s̄.ſa.her. l.cuʒ
putarē.So.ibi pp auctoritatē ſnīe ut inſti.de offō iudi.
§.fi.vl̄ ibi fuit traditō neceſſaria. tūc eni lʒ dominiū nō
fuiſſet tamē agēs dʒ repelli vt.j.mā.l.ſeruus ticij vel in
lege ſuus ticij nō eſt error ī dominio.ſed in cā cauſante
dominiū ſm Jac. Opp.ad idē.j.de iure ⁊ fac. ign.l.
regula.§.q ignorauit.So.ibi errabat in dominio recipi
ens nō tradēs a quo magis depēdet traditō cū igit᷑ ius
excedit volūtatē utrū trāſferat᷑ dominiū collige ex p̄di
ctis ⁊ dic lati⁹.ut nō.s̄.ď offi.ꝓcura.ceſa.l.i.ſʒ quādo vo
lūtas excedit ius dic ut.j.ď ꝯ̄hē.ēp.l.clauib⁹. Sʒ q̄ ē rō
dr̄ie ꝙ aut errat in corpe.aut ī qualitate pſone. Rn̄deo
q2 maiore ē defect⁹ ſubſtātie q̄ꝫ accidētis.⁊ p̄dicta ī erro
re traditōis in errore aūt renūciatōis dic ut.j.ı alia glo.
⁊ nō.j.de cōdi.inde.l.q ex.§.ſi ps in errore obmiſſionis
dic ut.s̄.co.p̄dio.l.ſi in uēditione. Op.ꝯ̄ v̄ſi.ſʒ ⁊ ſi qd
⁊ ur̄ ꝙ nō cōpetat actō ut.j.ď cōdi.indeb.l.ſi ī area.So.
hic īpenſa fuit in re ꝓpria īpendētis.unde recipiēſ ab eo
hʒ cām.ideo cōdicit᷑.ſed in.l.cōtraria fuit in re aliēa. un
de recipiens non habet . tunc cauſam a poſſeſſore . ⁊ fa
cit quď nō.s̄.de rei vē.l.emptor ⁊.j.ď doli.excep.l.pau
lus facit.ff.ſi qs cautio.l.⁊ ſi qs.§.fi. Oppo.ꝯ̄ v̄.vēdi
tor āt ⁊ vr̄ ꝙ vēditor nō ꝯdicat nō enim trāſtulit dn̄iū.
ex furtiſ.l.ſi ſuus.§.locaui. So.quādo domin⁹ habu
it ratū vel nūmi ſunt ꝯſumpti vel forte refert an vendi
tor putet ſibi ſatiſſcm̄ ⁊ tūc trāſfert dominiū q2 ē error
ī executiōe obligōnis ſeu cāe.nā ſi eſſet error ī ſubſtātia
obligōnis nō v ciaret an nō putet ſibi ſatiſfactū ⁊ tūc lo
quat᷑ ꝯ̄riū qď.nō.⁊ facit q2 ꝯ̄ctus ēt ſine obligatiōe ē iu
ſta cā dōinij trāſferēdi vt vſucapiōis vt.j.de inſtito .l .ſʒ
⁊ ſi pupillus.§.fi. Oppo.ꝯ̄ v̄ſi.qď ad peculiares.quď
obſtet cōpēſatio vt.l.fi.C.de cōpenſa.So.qn̄ pecunia ď
bet᷑ ī ſpē nō hʒ locū cōpēſatio vt.j.de pecul.l.creditor.§.
i. Quidā dicūt ꝯ̄riū ar.j.de aur.⁊ ar.leg.l.i.⁊.j .de in
litē iurā.l.nūmis ⁊.ff.ď ſolutio.l.paulus.ego teneo gl. q2
ꝓ pecunia in ſpē nō p̄t aliud ſolui vt.s̄.e.l.ij.§.i.⁊ qď ibi
nō.ergo nec cōpēſatio fit vt.j.q pocio.ī pigno .habe.l .ſi
debitor ⁊.ff.ſo.matri.l.diuortio. Oppo.ꝙ venditor n̄
liberet᷑ cedendo iura q2 tenet᷑ ex ſuo ꝯ̄ctu.C.ſi cer.pe.l.
cū. So.q tenet᷑ occaſiōe actōis liberat᷑ cedēdo vt.j.
de pec.l.qď dētur ⁊.ff.de ſolutio.l.cū qs.§.i. ſʒ ſi tenet᷑
occaſiōe ꝓmiſſionis aut ſua obligō modificat᷑ p difficul
tatē p̄ſtationis q2 tollet᷑ ēt p interitū ſpēi ⁊ tūc liberat᷑
cedēdo iura vt hic ⁊.j.ď ꝯ̄hē.emptio.l.ſepe.§.ſi res aut
nō liberat᷑ p interitū q2 pōt tradere ⁊ ſic mora vl̄ culpa
p̄ceſſit vt.j.de hr̄.vēdi.l.vēditor ex.§.p. tūc ſecus quādo
n̄ libēat᷑ cedēdo ſʒ agēdo vt ī ago ut agas vt.j.ad.l.rod.
de iac.l.ij. Opponit᷑ ex̄ de capitulo ratū.So.vbi qs
hʒ ratū ad agēdū tūc ad natiuitatē noue actōis ⁊ ſic lo
quit᷑ ibi aut ad ex̄citiū actionis nate ⁊ ſibi q̄ſite p ſuū ⁊
tūc loquit᷑ hic ⁊.C.de fur.l.i.aut ad exceptionē pendāʒ
poſſeſſori ⁊ tūc vʒ ratificatio vt.j.de pigno .l. ſi fundus
§.i.niſi error viciet cām vt nō.e.de rei vēdi.l.mater tua.

Ex̄ opp.dicit᷑ hic ꝙ verus dominus pōt approbare
ꝯ̄ctū ⁊ ager̄ ex eo ⁊ p̄t reprobar̄ ⁊ uēdicar̄ peculiū.ꝯ̄.iſta
ſunt ꝯ̄ria ergo nō poſſunt ſil̄ ēē v̄a ut.C.de inoffi.teſta.
.l.cū q ⁊.l.ꝯ̄ maioreſ.ſo.q̄dā ſūt adeo ꝯ̄ria ꝙ nō poſſunt
ſil̄ ēē v̄a ⁊ v̄m ⁊ fl̄m ⁊ tūc q2 denuo ē affirmatio ď alio
eſt negatio.impoſſibile ē qď cadat electio q2 electio eſt
circa plura ⁊ electio ē v̄oꝝ ⁊ nec actor nec reus poſſunt
ſil̄ uti tali ꝯ̄rietate q̄dā ſunt ꝯ̄ria tam̄ poſſunt in p̄maria
origine ēē ſil̄ v̄a nā hic eſt ꝯ̄ctū.⁊ v̄um eſt dominium nū
moꝝ ⁊.ex v̄is cāis reſultāt ueri effectus tūc bene cadit
electio ⁊ actor dʒ eligē alterā uiā ut hic facit.C.de fur.l.
i.⁊ p̄t dici ꝙ lʒ ſint ꝯ̄rie actiōes tam̄ cāe non ſunt ꝯ̄rie ⁊
multa ꝯtraria poſſunt ēē ſil̄ v̄a ſʒ nō ſil̄ efficatia ut. C.
de pac.l.pacta nouiſſima ſʒ ī ꝯtrarijs p̄mo mō nō nocʒ
electio niſi q uellet ex eadē cā.puta ex eadē ſcriptura al
legare ꝯtraria ut.C.de codicil.l.fi.q2 tūc hoc nō pōt nec
ſimul nec ſucceſſiue. Quero quod eſt exemplum in
v̄ſi.ſed ſi quid glo.ponit de alimētis.ſed tunc cum opa
eſt minoris precij quam alimenta ut.s̄.de rei uendicatō.
.l.ſin aūt in fi.cū.l.ſe. Jtē de quolʒ alio negocio pāphi
li pe.ponit circa idē negociū ut ſi de ꝯtractu eſt ſoluta p
dominū gabella l̄ eſt ſoluta ſcriber̄ ut.l.fi.§.i cōputatio
ne.C.de iur̄ delibe. Quero ſi dominus uendicat pu
pillū an liberet᷑ uēditor actionē cedendo ad rē dic ꝙ nō
q2 nō ceditur ad id ꝙ petit᷑.ſʒ ad aliud.⁊ ſic nō ob.j.ď v̄.
ſi. Quď qr̄ ꝯſūptis nūmis euaneſcit actō hinc.cū Ret
Jo.q2 fit cōpenſatio gl.dicit meli⁹ q2 nō ur̄ ꝯpenſatiōis

iuſ ſ3 ꝯſumptõis q̃ mediãter recõciliat̃ ſolõ nã ꝯpẽſatõ
nõ cadit hic .ymo ṽa ſolõ recõciliata. S3 nõ ne recõ
ciliatur ipõ fcõ quõ agitur exceptio. Rndeo ſic ſi agens
approbat totũ factũ.i.ꝯtractũ ⁊ ſolõnem ſec⁹ ſi ꝯtractũ
tm̃ ut.C.arbitri.tutel.l.cũ interdicto.ſ3 qd ẽ illud ultra p̃
ciũ qd debet̃ venditori. Rndeo vt.j.de ꝯben.emp.l.fun
di ptem ⁊.ff.de actio.emp.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi qd ſi plus
eſt ꝯſumptum q̃ ſit peculiũ purum Rndeo in totũ ſit re
conciliatio vt.j.de ꝯdic.inſer.l.ſuus cuiuſdã exemplum
.xx.fuerunt ſoluta Rndeo tm̃ erãt puſ in peculio.q2 alia
.x.debãtur dño ergo dñs non repetet ꝯſumptiõe.ſ.iuſ
peculij niſi reprobaret ꝯctũ ſui. Quid ſi peculium eſt.x.
pamphilus v3.xxx.an aget ṽditor ad.xx.actor de in rẽ
ṽſo quaſi pãphillo in rẽ domini ṽſo.dicit glo.qd non.q2
non ṽditoris beneficio.ſ3 neceſſitate ṽditionis ꝯdictio
domini ſit melior.ſ3 nõ ne ex quo ſticus furtiuus ẽ ſtati
pdidit admiſtrationem peculij vt.j.de ſolutio.l. fugit.⁊
.s.e.l.rogaſti.§.fi. Rndeo ſic tamen l3 pempta ſit admi
niſtratio nõ eſt pemptũ peculiu3 nec actio de peculio q̃
nõ requirit admiſtratori poſſe.ſed eſſe peculiu3.ergo nõ
intelligitur ademptõ.ſ3 libera admiſtratio eiuſ ſit vt in
glo.admiſſa. Baldus.

## Si ⁊ me.

Ueritas ẽ potentior q̃ opinio
in actõe producenda.⁊ nõ hanc
lege3 ⁊ qd nõ.per hanc.l.j.quib.ex cau. i poſſ.
eat.l.fulcinius.§.ij. Baldus.

## Principalib⁹.

Officialeſ habẽteſ iu
riſdictõnẽ nõ pñt ne
gociari cum ſubditis niſi ſint ppetui.ſed pp in
cũbente3 neceſſitate3 poſſunt ꝯhere ⁊ accipere mutuu3
h.d.cũ.l.preſidis. Nõ.q officiali ppetuo pmittitur aliq̃
qd nõ permittitur tẽporali. Nõ.pp neceſſitatem fcm̃ ex
cuſari. Op.de vna iſtaꝝ legũ ad aliã ⁊ ſolue diſtiguẽ
do.aut officialis ẽ ppetuus.⁊ tũc poteſt exercere cũ ſub
ditis ad negociatõem vt.l.p̃ſidis. p̃mo rñſo. aut ẽ tẽpo
ralis.⁊ tũc refert.aut ꝯbit noĩe rei publice. ⁊ tũc dic vt
.s.e.l.ciuitas.aut ꝓprio.⁊ tunc aut caſu neceſſitat̃. ⁊ põt
q2 neceſſitas nõ h3 legẽ vt.l.i.de offic.ꝯſul. ⁊.leg. ⁊.l.p̃ſi
de.ij.rñſo.aut nõ eſt p modũ neceſſitatis. ſed p modum
queſtus.⁊ nõ põt vt hic ſm̃ Pe.⁊ Guil. Sed qd de of
ficiali ꝯſtituto abſq3 tẽporis diffinitõe dic q cenſetur p
petuus ar.ff.d excuſa.tuto.l.iuſ pitos ⁊ ar.nõ.ff.d tutel.
⁊ rõ diſtrah.l.niſi finita.§.fi.⁊.j.de ꝯdi.indebi.l.ſufficit.

Ex nõ.qd l3 p̃ſidiſ offm̃ ſit tẽporale.tm̃ habebat quoſ
da3 officiales.q erant officiales ſui. ⁊ tamẽ erãt ppetui.
⁊ forte erãt ſcribe pallacij ſic i hac ciuitate interdũ can
cellarius prioꝝ ſit ad vita3.⁊ tm̃ p̃ores nõ durãt niſi duo
bus mẽſibus ⁊ ſic iterdũ offm̃ ſubalternũ durat pluſq̃
offm̃ p̃ncipale.q2 l3 ſit poſſiditũ officiu3 tm̃ confertur a ſu
periore vel a lege vel a ꝯſuetudine.ſo nõ. qd officiales
ppetui poſſunt negociari.⁊ p̃ſumũtur habẽ propriu3 gl.
nõt ꝯtrium.C.de iure fiſ.l.facultas.li.x.ſed Guil. de cu.
ea3 reprobat.C.de epiſ.⁊ cle.aũt licẽtiã p hãc legẽ.alijs
ergo iudicijs opus nõ ẽ.nec eni ſubtraxiſſe p̃ſumit̃.

## Periculum.

Ille tenet̃ de piculo q
pbatur cẽ culpabil̃.nõ.
culpa3 nõ p̃ſumi.q̃ritur nũquid vnus collega
p alio teneat̃ dic vt in glo.ſed nũquid qs tenetur p co
quẽ h3 ſub ſe.⁊ vr̃ qd nõ vt.j.de inſti.l.cuicũq3.§.ſ3 cum
fullo.ſed dic ꝯ.ſi ipe eni3 ellegit ſicut ptãs tenet̃ d fcõ
eoꝝ quoſ h3 ſub ſe.vt.ff.de ſta.libe.l.ſtatu.§.ſeruuſ ⁊.C.
de cuſto.reo.l.ad ꝯmentarienſe3.⁊.C.ad.l.iul.repet.l.ij.
⁊.s.de nego.ge.l.ex facto ⁊ ar.j.loca.l.cum in plures.§.
ſeruu3. Baldus.

## Pecuniam.

Debitũ purum in delega
tione3 ꝯdictionale3 dedu
ctũ interi3 peti nõ põt.h.d.Et vide hic q nõ.j.
de ꝯdic.ob cau.l.qd ſeruius in fi.vltime glo. ⁊ nõ. q lex
iſta h3 duas rões.prima q2 ſub ꝯdictione ꝯria. ſa q2 ãte
die3. Op.q ante ꝯdictõne3 ipõ iure nõ agatur.vt nõ.s.
e.l.certi ꝯdictio. So.illud veꝝ qñ ꝯdictio ſiue tacita ſiue
exp̃ſſa fuit appoſita a p̃ncipio vt nõ.s.de pac.l.ite3 quia
ſecus ſi ex poſt facto ia3 nata actõe.vt nõ. j.eo.l.lecta ⁊
ita ẽ hic ⁊ vide q nõ.j.de ꝯdi.ide.l.ſufficit.in gl.⁊ ſic nõ.
Op.⁊ vr̃ q interi3 poſſit effectualr̃ agi vt.j.de except.
dol.l.pure in p̃n. So.ibi i vltĩa volũtate i qua ꝯdictõ ma
gis ſuſpẽdit q̃ in ꝯctu vt nõ.inſti.de ṽ.ob.§.ex ꝯdictõne
⁊.C.de ꝯdi.inſer.l.ſi i vxorẽ l' aliud i ꝯdictionali delega
tõe vt hic.q2 ibi apponit̃ ꝯdictio liberatõi.⁊ nõ obligõni
hic aũt tacita ꝯdictio apponit̃ obligationi.⁊ vide q nõ.
j.de ꝯdic.inde.l.ſi nõ forte.§.adeo aũt.⁊.l.iulianus.§.fi.
e.ti.vbi oĩo uide.⁊ maxĩe in glo.q̃ icipit. ſ3 male. ⁊ q2 ſi i
teri3 poſſet exigi p̃indicaret̃ ei cui ẽ fcã delegatõ.nã i cũ
nõ poſſet trãſfũdi obl'io ia3 pempta p ſolõnẽ ar.j. d ſol.
.l.quotiens.§.unde marcellus.⁊ hec uerior.q2 exactio q̃
interim fieret tãgeret ius tertij ⁊ hec ẽt in vltima volũ
tate vr̃ verum nam ſi teſtator qd ſibi dẽretur legat ticio
ſub cõdictione heres interi3 nõ exigit niſi de ꝯſenſu le
gatarij ſ3 certe text.innuit ꝯtrium.j.de libe.leg.l.ſi id qd
mihi.§.fi.⁊ ſic aliud in ꝯctibus vbi debitoris factu3 ⁊ ꝯ
ſenſus adeſt ⁊ ideo magis opatur qñ vbi non adeſt. Itq̃
q2 in legato l3 deb.tor teneatur legatario nominis tam
actio heredis non tollitur vt.C.de legat.l.ex legato no
minis ⁊ ideo heres agere põt vt.C.de noua.l.iij.ſ3 i dle
gatione ipſo iure tollitur actio ⁊ ꝯclude tres caſus na3
interdu3 poſt pura3 obligationẽ inſerit̃ ꝯdictio obliga
tioni.interdũ liberatiõi.interdũ neutri ſ3 guil.d cu.dicit
aliud i liberatione q̃ i nouatione q2 nouatio ſit ipſo iuſ
ſ3 nõ liberatio.ſ3 ope.exceptionis ſm̃ guil.ſ3 hec dr̃ia ñ
valet q2 nõ agimus hic d natiuitate actiõis ſ3 de exercitio
⁊ facit.j.de excuſa.tuto.l.dixit i rõne ſui. Ite3 ſi eſſet
actio q̃ tolleret̃ ipſo iuſ vt iniuriarũ vt nõ.inſti.d iur.in
fi.nõ poſſet interim agi.⁊ ſic reſtringerem⁹.l.pure.ſ3 cũ
hodie nõ fiat nouatio.niſi exp̃ſſe agat̃ vt.C.d noua.l.fi.
an ẽ correcta hec lex guil.dicit q ſic ego dico ꝯtrium q2
lex vltima loqtur i nouatione ⁊ nõ in delegatõe ⁊ facit
.j.de dona.l.vt mihi donares. Preterea ex quo tacite
vr̃ agi.ergo ſit nouatio ſaltẽ ope exceptõis vt nõ.j.d no
na.l.oẽs ⁊.j.d preto.ſtipula.l.valerianus.ex.opp .de co
quod legit̃ ⁊ nõ.j.de ꝯdic.ob cau.l.q ſe debere.§.pe.ſo.
vt ibi ⁊ facit.j.de oper.liberto.l.qui libertinus .§. nihil
ãt q̃ro ſi interim ego p̃mus creditor ago.an duplicẽtur
iducie gl.dicit qd ſic.vt inſti.d excep.§.tp̃orales ſ3 guil.
de cu.dicit ꝯriũ q2 tp̃s certu3 põt duplicari.tp̃s incertũ
nõ.ar.C.de ſentẽ.que p eo.l.i.Itẽ dicit lex q ſtatim q̃
extitit ꝯdictio põt agi.l3 ante eſſet actor ⁊ reus abſolut⁹
vt.j.de excep.rei iudi.l.ſi mr̃.§.tandẽ ⁊.j.de edil.edic.l.
bouẽ.§.ſi ſub ꝯdictõne.Itẽ facit.j.de pigno.actio.l.ſi rẽ
§.fi.nec obſtat.§.tp̃oralis.q2 loqtur i tp̃re duplicabili.⁊
de hoc d3 hec lex itelligi.qd duplicari põt ar.ff.de le.ij.
l.lucius.§.impuberẽ ſ3 guil.gl.dicit q plus delinqt ille
q agit ante ꝯdictionẽ q̃ ille q agit ante diẽ ergo non d3
minus puniri in tp̃re ⁊ ſi dicat̃ eſt interim q2 nõ eſt cer
tificatus.poſtea ego dico q aut ꝯdictio extitit pendente
iudicio.⁊ tũc q2 retrotrahit̃.⁊ fingit.bene actũ ñ ſit du
plicatio vt.l.ſi rẽ.§.fi.aut nõ extitit pẽdẽte iudicio .⁊ tũc
ꝯdictio h3 certi tp̃ris expectationẽ ⁊ duplicet̃ i glo. aut
nõ h3 certũ terminũ expectationis ⁊ tũc nõ ſit duplica

tio ꝑ iura ꝓ hac ꝑte allegata ⁊ ſcias nõ duplicari totũ
tp̃s.ſed reſiduũ a die petitõis.i.liᷤ ↄteſtate ar.ĩ.ꝺe pe.l.
aut dãnuꝫ.§.qſqs.⁊ ar.ĩ.mã.l.ſi tibi mãdaueto i p̃n.⁊ fa
ciũt p̄dicta ad.q.maleficioꝝ qᷦ ita duplicet̃ tp̃s rõne no
ctis.ſicut ⁊ alie pene niſi de tpe i caſu ſic qualificato ſpã
liter eſſet ꝓmiſſũ.qꝛ tunc ſpẽs tpis derogat generi ut.ĩ.
de vulg.⁊ pupil.l.ex fcõ.§.itẽ q̃ro ⁊ quod ibi nõ. vl̃ niſi
eſſet tp̃s qᷦ nõ recipit tpis mutationẽ l̃ executionẽ ar.
ĩ.de vſufruc.leg.l.ſi vſuſfructus mihi in biennium.

## Q c
**Cum ad preſens.** Cõdictio ꝺ p̄terito non ſuſpẽdit.ſꝫ ↄdictio q̃ hꝫ in ſui eſſe vel nõ eſſe pen
dentiã de futuro iſta bene ſuſpẽdit.h.d.⁊ adde ad hanc
legẽ qᷦ nõ.Inno.ex̃ de appella.c.reqſiſti.Itẽ ↄdictio q̃
nõ reffert̃ niſi ad eſſe tñ non eſt condictio legis vt.l.lꝫ
vt leg.no.caue.ꝑ Ja.nõ.ar.ꝙ non dr̃ teſtũ nullum ſi fili
us eſt inſtitutus ſub ↄdictione de p̄terito.nam ↄdictio q̃
nõ ſuſpẽdit nõ inducit p̄teritionẽ vt.ĩ.ꝺ l.he.⁊ poſt.l.cũ
poſtum.s.modus vᷦ nõ ſuſpẽdit nec cã nec demõſtratio
vt plene nõ.ĩ.de ↄdic.⁊ demõ.i.rñſo.nõ.argumẽtũ ꝙ ĩ õ
dr̃ rñſio ↄdictõal̃ cui admitit̃ ↄdictõ ꝺ p̄tẽito ut credo ſi
apparet iſtud ẽ veꝝ ꝙ iſta ↄdictio nõ ſuſpẽdit.tñ iſta cõ
dictõ nõ eſt icerta.⁊ ideo nõ admittẽda.ſi tñ ſit admiſſa
hec ꝓdeſt.qꝛ facta ꝓbatione reus nõ poſſit appellare.qa
eſſet ↄuictus ⁊ ↄfeſſus vt.C.quo.appella.l.ij.⁊.l.fi.nõ.ꝙ
in ↄdictõe de p̄terito nõ ẽ neceſſe qᷦ eſſet ipleta ad hoc
ſꝫ fcõ ſufficit.ſecus i ↄdictione ꝑtãtiua ꝺ futuro. ⁊ iõ ibi
reqritur ſcia ⁊ volũtas vt.ĩ.de ↄdict.⁊ demõ. l.ij.nõ.ma
gis ↄſiderari.veraꝫ exiſtẽtiaꝫ terioꝝ ꝙ noſtrã ignorãti
am facit.ff.de ↄdic.ob cau.l.ſi pecuniaꝫ.§.ſi ſuũ.⁊.ĩ.de
ↄdic.⁊ demõ.l.multũ.ſũt.n.talia extra nos ⁊ nõ i nobis
⁊ ideo ↄpletur in ſe ipis abſqꝫ noſtra ſciẽtia.Bal

## L l
**Lecta eſt.** Pactũ incõtinenti appoſitũ reformat ⁊ limitat ſtipl̃onẽ
p̄cedentẽ.⁊ qcqd dependet ab ea.prima ſtipl̃o
tria ↄtinebat ↄfeſſionẽ ꝓmiſſionẽ ⁊ terminũ.ſa ↄtiebat
ꝓmiſſionẽ vſurarũ tocius ſortis factã ſub ↄdictõe ſi for
ma vᷦ ſeruaret̃.in p̄mo terio. tertio ↄtinebat̃ pcm̃ qᷦ
diuidebat ⁊ differebat p̄ſtationeꝫ ſortis oĩa iſta ↄtinebã
tur in eadẽ ſcriptura.⁊ in eodẽ ↄctu paulus dicit ꝙ pcm̃
incõtinenti appoſitũ ineſt ſtipulationi.i.efficit̃ eius ps ⁊
ꝑꝑea informat ⁊ reformat ⁊ diſtiguit ſtipl̃onẽ ⁊ p̄ſtatio
neꝫ ſortis.⁊ facit ꝙ id qᷦ ẽ de tenore pacti fingit̃ eſſe ꝺ
tenore ſtipl̃onis.ſed ſi ſtipl̃o fuiſſet eiuſdẽ tenoris vſure
nõ currerẽt ꝓ tota ſũma.ſed ꝓ parte ſñie in qua parte
eſſet ceſſatũ i ſoluẽdo.ita ergo ⁊ nũc erit ⁊ qꝛ nõ poſſũt
prius venire vſure ex mora q̃ poſſit peti ſors. qdã dixe
runt ↄtriũ.qꝛ certũ pactũ fuit appoſitũ tñ ſuper ſorte.er
go nihil hꝫ diſponẽ ſup vſuris.Itẽ qꝛ ſtipl̃o nõ põt tolli
ꝑ pcm̃ nudũ.qꝛ nõ valet niſi ad excipiendũ.ſꝫ paulus rñ
dit ꝙ pactũ dilationis appoſitũ ſup ſorte p̄ncipali por
rigit̃ ad acceſſoriũ.i.ad vſuras.itẽ lꝫ eſſet pcm̃ nuduꝫ qᷦ
tamẽ ẽ falſuꝫ.qꝛ eſt veſtitũ coherentia ↄctus. tñ qꝛ parit
exceptõeꝫ impedit morã ↄmitti.⁊ ſic impedit natiuitatẽ
obl̃onis vſuraꝝ q̃ hꝫ accedere ex mora fatet̃.tñ paulus
qᷦ creditor poſſet ſtipulari vſuras medij tpis.ſicut fru
ctus.⁊ tũc venirent vſure tocius tpis.qꝛ venirent ex ſti
pulatõe ꝑꝑ ſtipl̃onem nõ ex ſtipulatõne ꝑꝑ moraꝫ. h.d.
Nõ.qᷦ pactũ incõtinenti appoſituꝫ ineſt.i. efficitur ps
intrinſeca ⁊ formalis ſtipl̃onis.Nõ. pactuꝫ incõtinenti
appoſitũ veſtiri coherẽtia ↄctus cuꝫ aſſumit eniꝫ actus
robur ſicut eniꝫ ſigilluꝫ approximatũ cere calide fit a ce
ra.⁊ informat cerã.ita pactuꝫ approximatũ ↄctu caleſit
ab eo ⁊ acqrit virtuteꝫ nec informat ipm ſi inuenit infor
mabile.ſecus ſi non inuenit ſuſceptuꝫ informabile nã vt
ait Ariſto.actus actiuoruꝫ ſunt in ſuſceptiuo diſpoſitiuo
.ij.de aĩa.quõ ſigilluꝫ nõ informaret duriſſimũ lapidem
ſed ceraꝫ ſic.qñqꝫ pactuꝫ nõ põt informare ↄctum p̄nci
paleꝫ vt.ĩ.dicã.Nõ.ꝙ nõ poteſt ante peti acceſſoriuꝫ q̃
p̄ncipale.nõ.ꝙ pactuꝫ diſponens ſup p̄ncipali diſponit
ẽt ſup acceſſorio ꝺ iudicio vt.ĩ.de ↄdic.⁊ demõ.l.fi.§.vl.

Nõ.ꝙ exº impedit moraꝫ ſol̃onis.ſed an impediat
morã iudicij dic vt.ĩ.iudi.ſol.l.vir bonus ⁊ facit.ĩ. ꝺ pe
cu.l.eo tpe in p̃n.⁊.ĩ.ne vix fiat ei.l.i.§.hec v̂ba ⁊ ꝙ nõ.
ĩ.quibus ex cauſ.in poſſe. eatur.l. fulcinius. §. cum hoc
edictum.Nota quod ubi non eſt mora ibi non debet eſ
ſe pena. Nota quod vbi fuit mentio ibi exigitur mora
⁊ iõ vſura p̄miſſa ſub noĩe pene.⁊ collata poſt terminũ
ſolutionis vr̃ ꝓmitti ꝑꝑ morã. Nõ.dr̃iam.an vſura pre
mittat vt interſint ꝑꝑ beneficiũ dilectionis vt.ff.ꝺ v̂bo.
obli.l.q rome in p̃n.tũc curſus vſuraꝝ non reqrit morã
ſi ante addit̃ pᷣ diẽ ſoluende ſortis tũc reqrit̃ mora ⁊
terminus dꝫ expectari.nõ.i fi.hec v̂ba ex nũc trãſferũt
.n.hec v̂ba vnã extimationẽ tp̄oris in aliud tp̃s ſicut eꝫ
dicit ex nũc ꝓ vt ex tũc vt.ĩ.de v̂bo.obli.l.ſtipulatio.ſed
qñ pactũ non apponit̃ ad inducẽdum ſed ad executõeꝫ
iuris q̃ſiti vt pactũ de vendendo pignore nõ refert.an i
cõtinẽti.an ex interuallo vt.l.iiij.ĩ.de pign.actio. Op.
p̄mo ⁊ vr̃ ſupflua hec ſtipulatio.ꝓbat.n.recte dari vt.ſ.
e.l.cũ qd ergo non dꝫ ad aliud cõmitti vt.ſ.de ꝓcura.l.
nõ cogẽdũ.§.ſabinus. Vndeo qñqꝫ dr̃ ſtipulatio ſup
flua.i.inutilis.⁊ tũc loqtur ibi aliqñ non eſt ſupflua.i. in
utilis.ſꝫ tacite ineſt ⁊ tũc loqtur hic ſm.Ja.ſꝫ illud non
placet qᷦ tacite inſit ſtipulatio.ſꝫ qualitas rei ſtipulate
vnde erat tacitus vt.ĩ.de v̂bo.obli.l.triticũ ⁊.ſ.e.l.certi
ↄdictio.§.qñ ⁊.l.ij.§.v̂bis. Op. ꝙ hic fit multiplica
tio v̂boꝝ dũ dicit ꝓba.recte ergo nõ debuit iuriſcõſultꝰ
facere mẽtionẽ de v̂bis ſupfluis vt i p̄ma ↄſtitutione.§.
qbus. So.hic nõ eſt ſupfluitas.qꝛ ꝓhibitas ↄcernit
ſubſtantiã ⁊ qualitatẽ recte reſpicit modũ.⁊ locũ.⁊ tp̃s.
ſm gl.⁊ nõ.ex hoc argumẽtũ ad q̃ſtionẽ qdã fuit captus
ꝓ debito die feriata qua talis executio fieri nõ poterat
puta qꝛ erat feriata in honorẽ dei.qua die non põt capi
niſi fugitiuus vt.C.de fer.l.fi. Si.n. eſſet feriata ob
meſſes bene poſſet capi p̄ſona ꝓ executiõe ſñe de capi
endo late tp̄re iuridico lꝫ ſñia de capiẽdo iterlocutoria
nõ poſſet ferri illa die in ciuili cã vt.l.i ſ.de fer.⁊ ex̃ de
iudi.c.fi.⁊ ibi nõ.qᷦ q̃libet ſñia põt mãdari executioni i
diebus meſſium.ſꝫ in diebus feriaꝝ repẽtinaꝝ ẽ dubiũ
vt in cle.ſepe de v̂bo.ſigni.in cle.Nõ.ꝙ ferie ãt repenti
ne q̃ inducunt̃ ꝑ p̄ncipẽ fauore rei publice ob publicaꝫ
leticiã vel triſticiã cqparant̃ ferijs introductis ob diui
nos honores vt.C.de ſacro.ſan.eccle.l.fi.In criminali
bus v̂o cãiſ nõ ſunt ferie meſſiũ.ſꝫ repentine ⁊ i honorẽ
dei vt.C.ꝺ fer.l.pe.⁊ de publi.iudi.l.cuſtodias. Po
namus ergo qᷦ reuocabit̃ i dubiũ.an eſſet legitime ca
ptus iudex ↄmiſſit cãm ↄſilio ſapiẽtis vt ſub hac forma
vt ↄſuleret an eſſet recte captus.mõ ↄſultor ↄſuluit.ꝙ ñ
teneret captura ꝑꝑ ferias.opponebat̃ ↄ ↄſiliũ qᷦ nõ va
lebat qꝛ nõ venit hoc i puncto cõmiſſionis.⁊ ↄſultor nõ
dꝫ ↄſulere ex̃ articulũ ſeu pũctũ cõmiſſiõis ar.ĩ.ti.i.q ꝑ
ſalutẽ.ſꝫ iſte ↄſuluit extra pũctũ.qꝛ aduerbiũ recte deſi
gnat cãm.ſꝫ rite deſignat modũ vt nõ.ĩ.ꝺ ac.poſ.l.iuſte
poſſidet.⁊.ff.ꝺ ↄ ta.l.ñ putauit.§.q̃ uiſ põt ẽt ↄſultor adi
cer̃ id ꝙ vẽit ad decl̃atõeꝫ ⁊ limitatõeꝫ ut.ĩ.ti.i.l.iuſiu.
§.nõ ſemp ⁊ lꝫ die feriata qſ non poſſit capi.tñ põt rela
xari ⁊ accipi fideiuſſor de eo rep̄ſentando vt dicta.l. cu
ſtodias ⁊.ſ.de fer.l.diuus traianus ex p̄dictis ẽt nõ.ſin

gula ꝯctus ⁊ inſtrumenti ṽba ponderāda eſſe nec ēt no
ſtrum eſt addere vel detrahē eius.ſed formalr̄ dꝫ poni
⁊ re neceſſaria vt hic.ſ.ad litteram.ſicut iacet.⁊ ideo nō
eſt neceſſaria verborum interpretatio ſicut etiam multi
plicatio nō viciat vt.ff.de au.⁊ arg.l.pediculus.§. labeo
⁊ qn̄ꝫ ꝯhentes credūt adicere.⁊ ipſi detrahunt vt.ſ. de
ſerui.ruſti p̄dio.l.lucius ⁊.j.de ṽ.ob.l.ſi cū fundus ⁊ lex
mouet nos vt legamus totū inſtr̄m vt.ff.de edē.l.argē.
§.edēda.⁊.ff.de trāſac l.nō ē ferēdus.⁊ ex̄ de fide iſtru.
c.ꝯtingit ⁊ a tenore inſtr̄i nō debemus recedē ut.C.de p
ba.l.ad pbationeꝫ dn̄ij ⁊ de p̄uile.porro.ſic nec a tenore
ſtatuti ut.j.de exercito.l.i.§.ſi is q naue.⁊ ibi nō. Op.
tertio ⁊ nūc incipio intrare ſubſtātialia ⁊ bonā māꝫ iſta
.l.dicit ꝙ tertiū pactū eſt veſtitū coherētia ꝯctus iſtud n̄
vr̄ verꝝ.nā tertiū pcm̄ de petēdo eſt veſtitū coherentia ꝯ
ctus.iſtud nō vr̄ verꝝ nam tertiū pcm̄ ex p̄te antedentis
ſic ſūt ſequēda ṽba qō nō admittat mens vt.ff.de ſū.in
ſtru c.l.cū de lanionis.§.aſinaꝫ cu here. ſtipl'oni vſurarū
⁊ nō ſtipl'oni ſortis.qꝛ ſtipl'o vſuraꝝ ē imediata an̄ pcm̄
ſtipl'o ſortis ē mediata.ſꝫ a ſtipl'one vſuraꝝ vel a ſtipl'o
ne penali nō veſtit' obl'io ſortis vt.C.de ꝯhē.ſtip.l.nuda
⁊.C.de pac.l.ſi pacto quo penā qꝛ acceſſoriū nō veſtit p̄n
cipale.qꝛ indignū eſſet.So.dic glo. ꝙ ſtipl'o ſortis fuit
tacita repetita cā ſtipl'onis vſuraꝝ. ⁊ ſic iter cā ⁊ tertiū
pactū nullū eſt mediū.⁊ iō ſecūda ſtipl'o nō vi vſuraꝝ.ſꝫ
in ſortis veſtit pcm̄.⁊ ſm̄ hoc fuerūt due ſtipl'ones ſcꝫ
Itē intellectualr̄.⁊ tūc p̄cedit obl'io ſortiſ vt.j.de fideiuſ.
.l.ſtipul'.§.adhiberi.tu ergo dic ꝙ ſtipl'o vſuraꝝ ē actus
medius.nō tn̄ ex̄nens ⁊ ideo pcm̄ dr̄ incōtinenti appoſi
tuꝫ vt.ff.de duob.re.l.duos reos.§.vl.⁊.C.de vſur.l p re
tentōeꝫ.tu dic ſubtiliter ꝙ vbi ē ordo nālis ordo ſcriptu
re nō curat'.qꝛ ordo itellect⁹ vincit ordinē ſcripture vt.ff.
de le.ij.l.cū pr̄.§.cū fidei.Sed iter p̄ncipalē ⁊ acceſſoriū
ē ordo nālis.rō qꝛ tertiū pcm̄ fingitur fuiſſe ſecūdū.⁊ ſic
veſtit' a p̄ma ſtipl'one ſibi p̄xima ⁊ imediata iuris itelle
ctus ſtipl'o ṽo vſuraꝝ fingitur ēt eſſe vltima vt i.§. dice
bā. Preterea oē id ꝙ ſil' fit ⁊ ſil' abſoluit' a partibuſ dr̄
debē fieri vno ꝯtextu vt.C.de fide inſtru.l.ꝯct⁹. Quar
to oppo. ⁊ vr̄ qō pendēte dilatōe currāt vſure vt i.l.ſe.i
ſi.So.ibi vſure veniebāt ex ſtipl'one pp ſtipl'onē.hic ex
ſtipl'one pp moraꝫ idē ſi ex mora pp morā vt.ff.de ne.ge.
.l.qꝛ tn̄deꝫ ⁊ vbicūqꝫ vſe debent' p modū pene l' iterēē
exigitur mora.⁊ facit.j.ti.i.l.nūmis.hodie tn̄ vſe n̄ ſūt
licite.ſꝫ alr̄ ſi nihil abeſt agēti.⁊ nihil adeſt ꝯuento. facit
ꝙ nō.C.de trāſac.l.p̄ſes.Quinto oppo.⁊ vr̄ ꝙ vſe cur
rant ip̄o iure.qꝛ ſtipl'o vſuraꝝ nō tollit' ip̄o iure.ſꝫ ob.ex
ceptio vt i.§.pactus ne peteret.So. nō tollit' ſtipl'o fcā
ſed mora futura ⁊ ſic nō exiſtat ꝯdictio vſurarū.vn̄ non
tollit' actō nata.vt in ꝯrio.Preterea eius natiuitaꝫ im
pedit' vt hic vel dic qō ſtipl'o vſuraꝝ ip̄o iure pōt tolli p
pcm̄.qꝛ ē odioſa acceſſio.⁊ p̄ter nām ſic ut.C. de trāſac.
.l.cū mota.⁊.ſ.de pac.l.ſi tibi.§.q̄dā.Sexto opp.dr̄ hic.
qꝛ vſure petūtur i fine cuiuſlꝫ termini ꝯ.ꝓmo petūtur.i
p̄n.tp̄is vt.l.nec ſemel.j.qn̄ dies leg.ced.So.aut loqtur
i ſorte annali uel mēſura.⁊ petit' i p̄n.aut in uſuris ⁊ tūc
in fine.qꝛ reqritur mora ut hic.⁊ qō dixi i ſorte.⁊ hoc eſt
verꝝ niſi tacitū aliud tp̄s ſit deſignatū ut dcā.l.nec ſemel'
§.nouiſſime ⁊.l.furnio. Nūc venio ad q̄ſtiones. ⁊ p̄mo
q̄ro qn̄ aliqd dicat' fieri incōtinenti. Rndeo duplr̄.pri
mo ſi eodē ꝯtextu ſecūdo ſi imediate.an̄ uel poſt.nā que
imediate fiunt ſil' ⁊ ſemel uident' fieri.ut.j.de adul.l. ꝙ
ait in fi.cū ſy.Secūdo q̄ritur.an pcm̄ inſerens ꝯdictōeꝫ
ſtipl'oni pure reddat eā ꝯdictōalē.dicit gl. ꝙ ſic appona
tur incōtinenti.ſed ſi ex iteruallo parit exceptōeꝫ ut hic

⁊.ſ.e.l.pecuniā.nō eniꝫ pōt ex interuallo introduci noua
forma p̄mitus nō itroducta.ut.C.de dōa.q̄ ſub mod.l.
pfecta.ſꝫ icōtinēti ſic.qꝛ uꝛ̄ ieſſe ut h̄.tertio q̄rit' an ſtipl'o
ꝯdictōal' poſſit purificari p pcm̄ rēouēs ꝯdictōꝫ dic ꝙ ſic
ſi ē ꝯtinē.i appoſitū.nā ꝯdictio fingit' nō adiecta .qn̄ co
dem ꝯtextu p̄tes penituerūt adiecisse ar.j.de mā.teſta.
l.ſticus.ꝓmo qꝛ illico vr̄ eſſe receſſum a ꝯdictiōe vt.ff. de
ṽbo.obli.l.i.§.ſi qs ſimpliciter ⁊.ff.de ꝯdic. ⁊ demon .l.
nā ad ea.nā quādiu actus eſt in fieri lꝫ penitere ꝯhētib⁹
vt.C.de fide inſtru.l.ꝯctus. Si āt ex interuallo .nec p̄t
agi ex pacto.puro nec ex ſtipulatione ꝯdictionali.nō ex
ſtipulatōne qꝛ ꝯdictionalis nō ex pacto qꝛ nudū. Sꝫ
alij dicunt agi ex ſtipulatiōe ⁊ ſi opponat' de ꝯdictione
replicabit' de pacto qō falſuꝫ eſt qꝛ replicatio dꝫ funda
ri ſup actiōe ⁊ hic nō eſt actio.Itē non oꝫ qō reus exci
piat qꝛ ex ſe. ipſo ianis eſt interim ꝯctus conditiona
lis vnde cū non cadat exceptio.nec replicatio vt.C. de
excep.l.ſi qdā.Itē ex eodē facto ex quo actor agit reus
ſe defendit.non eſt neceſſaria exceptio.ſꝫ ſi ex alio facto
ſic ⁊ facit.ſ.fa herci.l.meuius.§.arbiter .⁊ ꝓ hoc facit
qō nō.Inno.ex̄ de excep c.paſtoralis.qn̄ꝫ.n.de facto tn̄
agit' qō dic vt nō.C.de trāſac.l.vbi pactū ⁊ facit. ff. de
ma.teſta.l.q hēbat ⁊ de excep.c.cū eccleſiaſtice.Itē q̄ri
tur ſi p̄ma ſtipulutio.eſt ꝯdictionalis.⁊ pactū icontinēti
appoſitū eſt puꝝ.an agat' ex pacto vel ex ſtipul'one rn̄
deo qn̄ꝫ pactū remouet ꝯdictionē ſine repetitione pro
miſſionis ⁊ tūc agit' ex ſtipulatiōe de adi.leg.l.iij .§.ex
ꝯrio.qn̄ꝫ cū repetitione obligatōis ⁊ tūc p̄t agi ex pacto
qꝛ veſtit' coherentia ſtipul'onis vt.ff.de pi.⁊ ꝯmo.rei uē
di.l.ſi i vēditione ⁊ nōtur.C.de pac.petens l' dic agi ex
vtroque qꝛ fingit' ſtipul'o pura.⁊ ſil'e q̄ dixi i ꝯdictione.
dic in die.nā ſi dies adicit' vl' renouet' ſine repetitione
obligōnis agit' ex p̄ambulo ꝯctu vt.ff.de pac.l.ſi vnus.
§.i facit qō nō.Inno.ex̄ de ꝯſue.c.cū inter. ſꝫ ſi cū repe
titione ſolemni obligōnis agit' ex nouo ꝯctu vt.j.de p̄to.
ſtipula.l.valerianus.ēt cū ex iteruallo fit.⁊ facit.j. de p̄
to ſtipula.l.i.§.fi. Quinto q̄rit' ſi ꝓmitto tibi.x. p ſti
pulationē.⁊ p pactū irē ꝓ te romā.an certi ꝯdictio intē
tat' ad factū ⁊ vr̄ qō ſic.qꝛ informata ē ſtipulatio vt hic
⁊ actio ex vēdito dat' ad factū lꝫ ex ſui nā det' ad certū
pactū vt.j.de ꝯh.emp.l.fundi.p̄teꝫ dic ꝯ qꝛ nō pōt aſſu
mere formā ꝯriā nec pactū informat hoc caſu qꝛ nō ve
nit informādū.ſm̄ Ia.nā ſi eadē ſtipulatio ꝯtineret dari
⁊ fieri nō miſceret ſil' ſꝫ ſepatim oritur certi ꝯdictio ad
dādū ⁊ ex ſtipulatu ad faciēdū ita hic bene eſt verꝝ qō i
format' ſtipulatio nō tn̄ informat' certi ꝯdictio ſꝫ aget'
ex ſtipulatione ut.ſ.e.l.ſi qs certū q dicit ꝯtrū.nō ignoꝛꝫ
ꝓpriā vocē. Expedito apparatu ex̄.op.⁊ vr̄ qō terti
um pactū nō ueſtiat' coherētia ſtipulatiōis. qꝛ facta re
latione pacti ad ꝯctū nō reſultat ꝯctus inominatus .ſꝫ
ſolū mutuū ⁊ illud ciuile nō nāle ut.ſ.e.l.i.§. ṽbis unde
agēdo ex pacto.aut intētas actōeꝫ preſcriptis ṽbis.⁊ h̄
falſuꝫ vr̄.qꝛ nō reſultat ꝯctus innoiatus ar.ſ.depo.l.i.§.
idē pōponius ⁊.ſ.de ꝓcura.l.lꝫ.§.ea.obligatio. aut actō
neꝫ ex mutuo nāli.⁊ iſtud nō pōt eſſe. qꝛ iteruenit ſtipl'o
prima.ut.j.de noua.l.cuꝫ eniꝫ.aut ex ciuili mutuo.⁊ iſtō n̄
ꝯhit' pacto nudo.⁊ icontinēti appoſito ut.ſ.e.l. certi cō
dictio.§.ſi nūmos. Itē iſtud tertiū pactū eſt pactū ſo
lutionis pecunie mutuate.⁊ ditat i ꝯctū mutui ſm̄ pro
priā nām ꝯctus ⁊ nō ꝯtinet extrinſecā dationē uel factū
ſꝫ dilationē ⁊ apponit' ad detrahēdū ergo ex eo nō dꝫ
poſſe agi p̄ſcrip.ṽb.⁊ ar.ſ.e.l.oīa.qꝛ actio p̄ſcrip.ṽb.non
ꝯcurrit cū alia actione ex eodeꝫ fonte.ut.j.de p̄ſcript.ṽ.
l.i.⁊.ij.ſꝫ rn̄deo qō fuit cū repetitione promiſſionis ⁊ no

ui ɔ̃ctus ꝛ eſt ar.qd̓ agi poſſit actione p̄ſcrip.v̂.ut.j̃.de ɔ̃bē.emp.l.labeo.ſcribit ſi mihi bibliotecā. ſꝫ iſta.l. nō ē ſine dubio qꝛ uiꝫ dici qd̓ agat̃ ex ɔ̃ctu noīato p̄ſcrip.v̂.ꝛ ꝙ ex eodē fonte naſcat̃ actio p̄ſcrip.v̂.cuꝫ actōe ex uēdito. Itē qd̓ implectio ɔdictōis ueſtiat pcm̄ ut dicat̃ aliter ꝙ īplectio modi ueſtiat pcm̄.ſꝫ nō implectio ɔdictōis ut.j̃.ti.i.l.ſi qs cum ſe debē ꝛ de hoc ibi dicā ꝛ.ſ̃.de pac.l.ſi ītra.ꝛ de nau.feno.l.paulus. Sed oppo.ſi iſtud pactū ē ueſtitum ergo nouat ſtipl'onem ſi nouat.ergo nō infor mat.vñ vꝫ obſtare inſti.quib.mo.re ɔ̃bi.obliga.§.pe.al' §.preterea.So.qñqꝫ plures ɔ̃ctus fiunt ſimul tñ nō fit nouatio.ſꝫ cumulatio ſiue ɔ̃ctus ſint eiuſdem generis ꝛ forme ſiue alterius vt hic ꝛ.j̃.de v̂.ob.l.ſi qs cū aliter ꝛ ff.de vſur.l.ſi ſtipulatus.aliqñ duo fiūt ſucceſſiue ꝛ tunc loq̃tur ɔ̃riū qñqꝫ nō fit nouatō ɔ̃ctus al' nouus ɔ̃ctus.ſꝫ noua forma adicit̃ veteri.ꝛ tūc dic vt ī queſtione ſupra.

Alterius ex̃ op.ꝛ vꝫ qd̓ hoc tertiū pactū p̄ſumat̃ veſtitū ſtipl'one vt.ſ̃.de pac.l.iurgentiū.§.qd̓ fere.ꝛ.C.de ɔ̃bē.ſtip.l.i.ꝛ nō.C.de vſur.l.i. So.illud ē veꝝ ſi allegatur ſtipl'o.ſed hic allegabat̃ vt nudū pcm̄.naꝫ p̄ſumptō iuris lꝫ nō egeat ꝓbatōe.tñ allegari dꝫ vt.j̃. d̓ vſur.l.cuꝫ in rē v̂ſo.uel dic qd̓ lex ɔ̃ria loquūtur in v̂bo ꝓmiſſit hic in v̂bo ɔuenit qd̓ ē v̂buꝫ magis rude. ꝛ indiſcretū ut de pac.l.i.§.ɔuentuꝫ ꝛ ar.ff.de edil.edic.l.ſticuꝫ.§. edictum ſꝫ Bar. Quero ex parte actoris pactū dꝫ ineſſe ſi incōtinenti ſit appoſitū.ſed ex parte rei ēt ſi ex īteruallo vꝫ ineſſe ut.j̃.de ɔ̃ben.empt.l.pacta ɔuenta nūquid magis opatur pro reo apponi icōtinenti ꝙ̃ ex īteruallo. Rndeo aut apponit̃ in eodē tenore ɔ̃ctus.ꝛ tūc reus nō indiget exceptōne.aut ī alio ɔ̃ctu ꝑ ſe.ꝛ tūc ſi illico factus fuerit opꝫ excipi.ꝛ facit qd̓ nō.j̃.de ɔ̃bē.emptō.l.pacta ɔuenta poſt p̄ncipiuꝫ magne glo.ꝛ.j̃.ti.i.l. ſi duo patroni.§. pe. uel dic qd̓ ſi incōtinenti nūquā ē neceſſaria exceptō.ꝛ ſufficit ꝓbatio ſine exceptōe.ſi aūt ex īteruallo nō ſufficit ꝓbatio niſi excipiatur ut inſti.de replica.§.i.ꝛ.ſ̃. de pac.l. ſi unus.§.pactus ut peteret In glo.ibi in oppenēdo ſm Bar.naꝫ dr̃ia dꝫ eſſe utrū exceptio naſcat̃ tpe ɔ̃ctuſ ul' poſt ut.j̃.de ɔdic.ob cau.l.qui ſe debere ut. j̃.de ſo. ꝛ aliud eſt in ɔ̃riuꝫ facit ꝙ nō.j̃.de ɔdi.inde.l.ſuffic t.tu dic ſi pcm̄ ip̄o iure derogauit iuri actoris.tūc ueꝝ dicit Bar. Si aūt oppo.excep.tūc procedit diſtinctio. aut ī eodē ɔ̃ctu.aut in alio qd̓ nō. Quero an certum pcm̄ ꝑ ſe ſit ɔ̃ctus innoīatus.glo.dicit qd̓ ſic vt.j̃.de actio. ꝛ oblig.l.i.in magna glo. Sed vꝫ dicēdū qd̓ ꝓprie nō dicatur ɔ̃ctus niſi fcā relatōe pacti ad actuꝫ reſultet ɔ̃ctus noīatus do vt facias vel facio vt facias vl' do v̂t des vel facio vt des.ꝛ tūc cū diſtinctōe.aut īpletio fit aduerſario.ꝛ tūc dicatur ɔ̃ctus.aut tertio.ꝛ tūc nō qꝛ tūc agit̃ d̓ dolo vt.j̃.de p̄ſcrip.v̂b.l.nālis.Sed tu tene indiſtincte.qd̓ ſit ɔ̃ctus.naꝫ ex eo naſcit̃ obl'io ſaltē nālis.ꝛ tūc aut naſcit̃ ex ɔ̃ctu vel quaſi.aut ex delicto vel quaſi nec poſſumuſ adaptare aliā ſpecieꝫ ꝙ̃ ex iſtis quatuor ɔ̃ctibus vt inſti. de v̂bo.ob.§.ſeq̄ns. Sed q̄ro.an ex pacto appoſito iuxta ɔtractū obl'io oriat̃ ꝛ ſi fcā relatōne pacti ad ɔtractuꝫ nō reſultat ɔtractuſ innoīatus hincinde.dicunt alij vltimā ꝑteꝫ veriorē qd̓ nō credo.qꝛ qñ nō reſultat hic cōtractus actō p̄ſcrip.v̂.oriret̃ ex eodē fonte.cū actōe q̄ oritur ex ɔtractu noīato qd̓ eſt īpoſſibile ſm Pe.ſꝫ iſta rō nō valet vnā muſcaꝫ.qꝛ pactū ſimplex ꝑ ſe ſolū ē fons vnde orit̃ obl'io vt in.l.noſtra nec naſcit̃ rei interuētu.ſꝫ a p̄ncipio ɔtractus vt in.l.pacta ɔuenta.totuꝫ eniꝫ vnuꝫ fcm̄ reputatur. ꝛ ideo nō dꝫ cenſeri diuerſo iure ꝛ eādeꝫ hꝫ efficaciā pp nām vnionis.cū ɔtractu ueſtito.vnde ıale pcm̄ ꝑ veſtimēto nō deſiderat īpletōeꝫ.ſꝫ coherē.iam vt.C.de pac.ɔuen.l.ex morte.ꝛ.j̃.de ɔtrahē.empt.l.fundi partē ꝛ.ff.de actio.emp.l.tenet̃.§.i.ꝛ ideo ēt in facio vt des dat̃ p̄ſcri.v̂.ſi veſtitur coherētia ɔtractus.ſecus ſi rei interuētu.ꝛ nō ad ē aduerſario vt in.§. qd̓ ſi faciā qꝛ factū ex quo nō adeſt aduerſario nō veſtit pcm̄.ſed ɔtractū ſic ex ui coherētie Reuoco ī dubiū ſtipl'o pene nō ueſtit pcm̄.ſed ɔtractuꝫ ſic qd de ſol'one pene. puta qꝛ non ſeruaui ex parte mea ɔtractū ꝑmutationis ſolui penaꝫ. utꝝ agā ɔtra te ut obſ̃ues pactuꝫ ut des mihi reꝫ ꝑ mutandā uꝫ ꝙ nō qꝛ nō dꝫ obſeruari ex ꝑte mea ar.j̃.loca.l.ſi in lege.Iteꝫ nō.ex hac.l.ar. ad doctores qd̓ ip̄i pn̄t eſſe preſides ꝛ p̄tātes terrarum. Item nō.argumentuꝫ quod in p̄uata ſcriptura quātuꝫ ad obligatōnem ul' probatōem nō requirit̃ dies ut.j̃.de pigno.l. cū tabernā.§.i. Itē qd̓ ſignificent illa v̂ba ad.q.ea res ꝑtinet ut. j̃. de actio.ꝛ ob.l.pl'ra.§.fi. Itē adde ad.l.qd̓ nō.cy.C.d̓ p̄cib. īpe.offerē.l.quotiē.in p̄ma.q.ꝛ facit.ſ̃. de mino.l. emilius ꝛ.ff.de v̂.ob.l.cū ſtipulat⁹ ſiꝫ mihi a ꝓculo.ꝛ ī ſpe .d̓ pac. §.poſtremo.v̂ſi.ſed pone.ꝛ de loc.§.nūc aliqua v̂ſi.xli.ꝛ ꝑ Ia.j̃.de dōs.l.in ſtip. Altio nō.qd̓ dictio incōtinēti qñ qꝫ ꝓfertur reſpectu ɔtractus.ꝛ tūc dꝫ trib⁹ modis.p̄mo intra contractum.ſecundo.ante ɔtractum.tertio poſt contractuꝫ.ſ.imediatē ut.l.iij.d̓ lib.ꝛ poſt.ꝛ.l.i.C.de lib .p̄te. ul' exhr̃d ꝙ̃doqꝫ reſpectu recuꝑande poſſeſſionis.ꝛ tūc dꝫ icōtinēti fieri ꝙ fit ītra triduū ut nō.i.l.iij.§.cū igit̃ de ui ꝛ ui ar.qñꝫ reſpectu mortē.ꝛ dꝫ icōtinēti mortu⁹ ex vulnē q intra triduū deceſſit.vt nō.C.de emenda.ſuo.l. i.qñꝫ reſpectu electionis arbitri.ꝛ dꝫ icōtinēti eligi arbiter.q eligit̃.j̃.triduū.vt.C.de iudi.l.pe. ꝛ dꝫ inɔtinēti reuocari error.q reuocat̃ intra tres dies.C.de erro.aduo .l.fi. dꝫ in ɔtinēti ꝓbar̃ ille q ꝓbat intra tres dies ſꝫ archi. ꝛ bona qdā vt ipſi nō.iij.q.iij.ſūma.in additiōe q̄ incipit adde regulariter ꝛ dꝫ ī ɔtinēti cōparere ille q cōparet intra tres vel qnqꝫ dies vt.ff.ſi qs cau.l.fi.ſi poſt tres. aliqñ dictio ī ɔtinēti accipit̃ ꝓ imediate inſtāti tp̄ris ꝛ ſine aliquo tp̄ris īteruallo.i.anteꝙ̃ iudex recedat a tribunali de interro.actē.l.diuus vt.C.de appellatio.l.litigatorib⁹ aliqñ longius ꝓtendit̃ vt.C.de cōpen.l. fi.ꝛ aliqñ ad arbitriū iudicis porrigit̃ vt.ff.d̓ v̂bo.obli.l.ſi ita qs.§.ſcia ꝛ.ff.vt in poſſe.legato.l.ſi is a quo.ꝛ ſi v̂bū in ɔtinēti ꝓferat̃ a lege.trahit ſecū executionē.iuris vt.ff.de iniu.l. in his.ꝛ maxime qñ factū iudicis nō deſiderāt vt ī auc̃. de inceſt.nup.ī p̄n.teſtis non dꝫ ī ɔtinēti corrigere dictū ſuū qñ nūdū cōpleuit illud vel nūdū dimiſſus eſt a iudice.iudicis tñ hoc eſt extimare an hoc dicat̃ corrigere.vl' vacillare ar.j̃.de teſti.l.iij.ꝛ.l.q falſa .vel varia .ꝛ ex̃ de teſti.cog.c.p̄terea ꝑ bernardū.ꝛ Inno. nā poſtꝙ̃ teſtis receſſit ſi reuertit̃ addire emēdādū qd̓ dixit ꝛ nō credit̃ ſibi.aut ad declarādū.ꝛ tūc credit̃ ſi dictū erat obſcurū vt nō.j̃.de appellatio.l.ab excuſatione aut ad addēduꝫ ꝛ tūc aut vult addere cauſam repetitē.ꝑ iuducē ꝛ pōt.vt in auc.de teſti.§.qꝛ v̂o aut iuſſit deponere nouū dictū.ꝛ tūc ſi ſuꝑ eo fuit interrogatus.nō pōt vt nō.in dcō. §.qꝛ v̂o aut ergo repetit̃ ex interuallo.vt emēdet. aut declaret.aut addat.ꝛ ī ɔtinēti oīa pōt.apparet igit̃ ꝙ dictio ī ɔtinēti diūſis mōis accipit̃ ī iur̃ ꝑ vt ad diūſa reſſerūt̃.

## Eius qui in prouintia.

Morte dñi ꝛ mutatiōe ſtatus geſtoris nō impedit̃ liberatio debitoris.vel debitorū ſoluentiū ignorāter.ſꝫ alienatio dñij ꝛ mutuū impedit̃ ꝓ ꝑtibus alienis ꝛ pignus accedēs nō tꝫ.ꝑ illa ꝑte pro qua non tꝫ mutuum. ꝛ ſtipulatio fcā noīatim dño.iam mortuo nō ualet.ſꝫ ſimpl'r fcā ante aditā hr̃ditatē uꝫ.ſꝫ factū poſt aditaꝫ nō uꝫ.quoad

hr̃dés ſciẽtes.ſ; quo ad ignorãtes u;.⁊ eis q̃rit᷑. ⁊ ſi co
hr̃des ſunt coequaliter ꝯdictionis.i.oẽs neceſſarij. vn⁹
q̃rit alteri.⁊ alter alteri.⁊ ſe inuicẽ poſſidere finguntur.h
.d.Et nõ.ꝙ hec lex plene determinat.tres q̃ſtiones.ſ.d
liberatione de mutuo nãli.⁊ de ſtipulatiõe.ſed q̃ſtione;
de pignoribus.nõ plene determinat niſi in caſu mutui
nãlis.nõ quãdo pignus acceſſit ſtipulatõi.⁊ iõ gl. ex the
mate ellicit tres.q.ſed doctores ellicũt quatuõ.⁊ dicunt
ad.q.de pignoribus reſpõderi ſufficiẽter ⁊ qd̓ dr̃ de pi
gnoribus idē de pͥncipali.Nõ.circa pͥmã ptē mãdatũ
inſtitoris finiri morte cui ſtatus mutatio accedit. ſo nõ.
qd̓ fauore liberatõis fingit᷑ mãdatũ durare quo ad l.be
ratõem ignorãtē ſoluẽtiũ.⁊ hoc ẽ verũ ẽt in eccl'ia ⁊ ſil'i
bus pſonis nõ ſolũ i pͥuatis pſonis vt nõ.j.de ꝯdi.inde.
.l.ſi nõ ſortẽ.§.ſi filio.tertio nõ.ꝙ ꝯ recipiẽte nõ cõpetit
cohr̃dibus dari actõe; fam.hercis.ſ; neg.geſt. S; añ
quã vlterius pcedamus veniamus ad glo.pͥme ptis.⁊ pͥ
mo oppo.⁊ vr̃ ꝙ iſta.l.ponat falſu; thema.nã dicit ꝙ ſti
cus mutuauit pecunias defũcti.nã falſu; ẽ qd̓ homo nõ
tuus hẽat aliquã pecuniã nec ẽt hẽat aliqd vt in aũt.de
nup.§.deinceps.So.nã hic iꝓprie pon.r᷑ q; ſubiectũ i
telligit᷑ quõda;.⁊ facit i ar.iſta dictõ qd̓ ſubaudiri poſſit
etiã i inſtr̃is ne inſtr̃m vocet᷑ falſum.na; aptius pͥſumit᷑
penam.circa pprietatẽ vocabuli.q̃ circa veritate; facti.
ſo oppo.ad idẽ dr̃ hic qd̓ ſticus exigit pecunia; defuncti
cõtra ymo nõ erant ſue.ſed ſibi debite vt.l.fi. ff.vſufruc.
quẽadm.caue.ſo.ẽt i hoc pprie dictõ loqtur.nã iſta noia
pprie ſignificãt dominiũ.nõ pſonaliter actũ vt.ff.d reli
gio.l.ij.§.ſ; locũ.ſ; hic accipitur large.nã ex adiũcto ẽ
hoc vt.ŝ.e.l.ſi tibi ⁊.l.ſi me.⁊ ticiũ alibi ſumitur multũ i
proprie ex vſu loquẽdi.vt nõ.ŝ.de erro.aduo l.ij.§.i. ſil'r
j.de in litẽ iurã.l.lex cornelia.⁊.ff.nau.cau.ſtab.l.i.§.ide;
põponius.⁊ adde qd̓ nõ.i ſpe.de pbatio.§.videñ.v̓ſi.ſed
pone ſtatutũ dicit ⁊ facit.ff.d hr̃di.inſti.l.talẽ.§.vlti. ter
tio op.dr̃ hic ꝙ teſtm̃ fuit aptu; rome ⁊ innuit ꝙ ſit ne
ceſſaria aptura.ſ; ꝯ q; ſticus erat neceſſarius heres.ſed
i neceſſarijs hr̃dib⁹ nõ exigit᷑ aptura.q; pcíſe ſũt hr̃des
⁊ lex pcíſe imiſcet eos.vt.ff.de mino.l.⁊ ſi ſine.§.ſ; qd̓
papi.So verũ ẽ ꝙ lex imiſcet eos poſt apturã tabularũ
nõ ante vt.j. ad ſ.lle.l.neceſſarios ſm Az.ſ; iſtud nõ eſt
verũ.q; iter mortẽ teſtatoris ⁊ aditõe; nõ ẽ mediũ vt.ff.
de le.i.l.ſi poſt mortẽ.nã cũ iuitus ẽ hr̃s. ergo ⁊ ignorãs
Itẽ quo ad legalẽ imixtionẽ nõ reqrit᷑ ſcia ar.j.ti.i.l.ſi pe
cuniã.§.ſi ſeruũ.⁊.C.de ſuis ⁊ legi.l.apud hoſtes ⁊.C.d
iure delibe.l.iij.⁊.j.d mili.teſta.l.ex militibus. §. fi.⁊.§.
ſeq.⁊.j.de ſtipu.ſeruo.l.liber homo.§.fi.dic ergo qd̓ ad
eſſe nõ exigit᷑ aptura.ſ; ad pbatõem eſſe.ſ; ꝯ hoc oppo.
nã hic da(…)us erat cohr̃s volũtarius. ergo ſuus nõ erit
neceſſarius.ſo.dic i ſuo ⁊ neceſſario vt.ff.ad treb.l.apud
iulianũ.§.i.Rñdeo aliud ẽ in ſuo q eſt capax beneficij ab
ſtinẽdi.aliud i mero neceſſario hr̃de.q nõ eſt capax hui⁹
bñficij d hr̃dibus in aliquo caſu. Quarto opp.dr̃ hic
ꝙ debitores ſũt liberati rõe ignorãtie. ymo vr̃ qd̓ ſint
liberati ẽt in caſu ſciẽtie.q; mãdatũ inſtitoris nõ finitur
morte dñi vt.j.de inſtito.l.ſi qs mãcipiũ.§.ſi puberes.di
cit glo.q; hi i noui mãdati.q; hr̃s vtebat᷑ eodẽ inſtitori
vl' vi erroris eſſe nouũ mãdatũ.⁊ p hoc nõ obſtat ꝯtrium
q; ibi loqtur ẽt in iacẽte hr̃ditate.alij ſoluũt ꝙ ibi res ñ
erat integra hic ſic hoc ẽ falſu;.q; geſtio actionũ h fue
rat inchoata.ante mortẽ defuncti. ⁊ idẽ pendebat exa
ctio.Diceñ ẽ ergo ſ; Pe.ꝙ ibi iteruenit mors dñi tm̃
h mõs ⁊ ſtat⁹ mutatio vt.j.d ſo.l.diſpẽſatore; ⁊.l.cũ qs
in pͥn.⁊ ꝯcludit aut res ẽ integra ⁊ finit᷑ mãdatũ. aut ge
ſtio eſt inchoata.⁊ tũc aut ſupuenit mors tm̃.⁊ nõ finit᷑

nt.§.ſi ipuberis.aut ſtatus mutatio ⁊ nõ mors ⁊ loquit᷑
lex in eum.§.i.aut ſtatus mutatio ⁊ mors.⁊ tunc aut he
res vtitur eodem inſtitore. ⁊ fingitur durare mãdatum
propter nouam voluntatem heredis ar.dicte. l. in eum
§.i.aut nõ interuenit ꝯſenſus hr̃dis.tñ re v̓a mandato
fingit᷑ tñ fauore libertatis lex fingit durare iter ignorã
tes ſic vt.j.de ſolu.l.cũ qs.§.i.⁊.l.fugitiuus.⁊.ff. d fur.l.
falſus.§.i. Opp.de pͥncipio huius.l.nã ibi nõ t; iudici
um.ſi mãdãs deceſſit l; delegatus ignoret. So.aliud
in iudicio aliud in liberatiõe.ſ; gl.vult ergo gl.qd̓ nõ te
neat iudiciũ inter ignorãtes.intelligo qñ erat error ſin
gularis. Sed ꝯtra hoc.opp.nã ſicut non t;.ſi mãdãs
deceſſit.j.proceſſus iudicis.delegati anteq̃ recipiat mã
datũ.vt nõ.archi.in.c.is q.de pcura.li.vi.d; eni; ſe ſcire
iudicẽ.vt poſſit exercere iuriſdictione; vt.ff.de eo.q pro
tuto.l.i.ſ; ſit ar.ꝯ.l.i.§.i.ŝ.de iudi.ſ; illud intelligo qd̓ ñ
d; eũ ſcire.tpre progationis.ſciret tñ tpre pceſſus vt.j.
ti.i.l.labeo.vel dic ꝙ facilius ibi ꝯdictio progat᷑.q; acci
dit iuri iã q̃ſito.q̃ de nouo ꝯferat᷑ nã i iure d nouo exer
cendo exigit᷑ ſcia.ſ; nõ vtendo iure iam q̃ſito ar.ŝ.d vſu
fruc.l.arboribus.§.fi.⁊.l.q fundũ.ŝ.q̃admo.ſui.amit.⁊
facit qd̓ nõt.Inno.ex̃ de pͥſ.c.cũ ex officij.iõ a ꝯrio nõ p
dit iuriſdictionẽ ſeu iuriſdictiõis exercitiũ donec ſciat ſe ñ
iudicẽ vt ex̃ d reſti.ſpoliato.c.audita.⁊ qd̓ nõ.ŝ. d offic.
pͥſid.l.ſi forte. S; rñdeo qd̓ delegatus.exercitiũ iuriſdi
ctionis.ſeu iudicis noie delegãtis.⁊ iõ eo mortuo nõ v;
ar.l.ea.lege.§.qd̓ ſi ſtipulatus.ſecus ſi nõ eſt mortuus.
ſ; reuocauit clam mãdatũ vt.ff.de iudi.l.iudiciũ ſoluitur
q; nõ d; alij obeſſe qd̓ fit clam.i.cerciorato eo.q põt le
di.ar.ex̃ de eccle.bene.c.i.ex quo inuit hñ poſſe. fundari
pceſſum noie eius.ſecus ſi obijt.q; tũc deficit pſona.nõ
ob.l.ſi forte.q; tũc loqtur i iudice ordinario q vtit᷑ iuriſdi
ctione ppa.⁊ ſuo noie ⁊ potenti⁹ eſt ius ſuũ q̃ benefici
um alienũ vt.ff.de le.ij.l.ſi auguſte.⁊ de fideiuſſo.l.ſi fili
us.§.erit ⁊ adde.qd̓ nõtur in ſpe.de iudi.deleg.§.reſtat
v̓ſi.qd.ſi delegatus ignorans.⁊ facit ẽt p gl.q; iuriſdictio
in habitu cõfert᷑ ignorãti.ergo in habitu auffert᷑ ignorã
ti ſ; ſublato habitu.tollit᷑ actio.ſ; ꝯ nõ ſit ſic. q; põt eẽ
habitus.ſine actuali exercitio.ſ; nõ tollit᷑ habitus.qn ⁊ act⁹
tollat᷑ ſic vidim⁹ in tutore nã remouet᷑ quo ad actũ tñ re
manet tutor quo ad habitũ.i.quo ad tutellã vel curatio
nẽ inſepabilẽ.⁊ iſte habitus dr̃ relinquere vt.j.de teſta.
tutel.l.ſi qs ſub ꝯdictiõe.⁊ ſil'e eſt qd̓ nõ.dy.i.c. p poſſeſ
ſore d reg.iur̃.li.vi.⁊ facit.j.ti.i.l.ſ; ⁊ ſi poſſeſſor.§.i.ali
bi aliter ponit᷑ habitus.ſ.p quadã ſpẽ ad act; ordinat᷑.vt
j.de ꝯdic.ob cau.l.ꝙ ſuus. S; dubitat᷑ de pcure.ꝯ
ſtituto in abſentia q anteq̃ reciperet lr̃as pcurat;.ſeu in
ſtrumẽtũ mãdati.fecit aliquẽ actum pcurat;.noie an ille
actus valeat.⁊ dixit cõpoſtolanus qd̓ nõ ẽt ſi ſciret ſe p
curatorẽ tñ nõ recipit executionẽ officij.anteq̃ dñs trãſ
mittat ſibi mãdatũ vt ipſe notat in.c.ſtatutũ.de elec.idẽ
i iudice delegato.q; ante pͥſentatõnẽ Reſpti.nõ põt exer
cere offiñ ẽt ſi ſciat ſe delegatũ de ap.ſup eo.l.ij. ⁊ ibi p
hoſt.⁊ hoc t; archi.in.c.is q de pcurato.li.vi.⁊ nõtur in
.c.i.de pcurato.in cle.lic; ergo ſit verus pcurator ſtatim
qd̓ eſt ꝯſtitutus tñ non h; exercitium officij.donec rece
perit inſtr̃um mãdati vel ſit ei notificatũ p nũtium dñi
qual'r ẽ ꝯſtitutus pcurator ſm iſtos.illuſtres doctores.

Si v̓o dominus ꝯſtituit pcuratorẽ pͥſentẽ ibi nõ eſt
neceſſarius nũtius vel epl'a.q; huiuſmõi inter abſentes
exigunt᷑ nõ inter pͥſentes.niſi tañ pcurator poſſit ꝓ ha
re mãdatũ non dicit᷑ eſſe ſufficiẽs pcurator vt nõ.ſi.de
iniurijs.l.⁊ ſi vnus.§.procuratorẽ i gl.l' q; loquunt᷑.ergo
pͥdicti doctores q̃do in abſentia procur.ẽ ꝯſtitutus.uñ

nõ recipi admĩſtrationẽ niſi a die p̃ſentatõnis ſibi facte
de ſuo mãdato.ſm iſtos.qḋ mirũ eſt.qꝛ lex ꝙ ꝓcuratoꝛ
abſens põt ꝯſtitui ⁊ ꝯſequenter hꝫ plenã procurationẽ
vt.ff.de procura.l.i.in fi.⁊ tutoꝛ ꝯſtitutus põt vti tutella
qualitercũqꝫ ſciat ſe tutorẽ de admi.tuto.l.qdã decedẽs
§.ex quo inotuit.⁊ heres põt adire hereditatẽ ẽt clauſis
tabulis ſi ſcit ſe heredẽ vt.C.de cad.tol.§.in nouiſſimo
plus i legatario q ſcĩn ignorãter affert̃ ius ut.ſ̃.quẽad.
ſui.amit.l.ſi ptem.§.fi.p fundũ. Preterea ſi reqreret̃
ſciẽtia rati habitatio ſequẽs nõ valeret.cõparat̃.n.rati
habitio mãdato.ſꝫ nõ ſciẽtia mãdati.tam̃ ẽt põt valere
nec potuit ſcire ꝓcũr.id qḋ nõ erat.vnde ſufficit vitas ſi
ne ſcia de iudi.c.lꝫ plus.qꝛ iterdũ ſcit qs ſe nõ eẽ ꝓcũrẽꝫ
tñ valꝫ qḋ facit altero ignorãte vt.C.ḋ ſatiſdã.l.i.⁊.ff.ḋ
ſolutĩ.l.cũ qs.nõ ob.ḋ iudice delegato.qꝛ ille dꝫ ſcire vt
iudex nõ vt p̃uatus.⁊ iõ exigit̃ p̃ſentatio reſcripti.facit
qḋ nõ.ĩ.de in litẽ iurã.l.ĩĩ. Preterea valet.qḋ facit
ꝓcuratoꝛ dño paciẽte ⁊ hꝫ vim mãdati.i ꝓcuř.ad nego
cia vt.ĩ.de exercito.l.i.§.magiſtrũ.⁊ in ꝓcuř ad iudicia
ex pte actoris.Inno.tenꝫ idẽ ex̃ de reſ.c.ex pte decani
⁊.c.ex pte rei.⁊ in aũt.qua in ꝓuincia.⁊ tñ paciẽte nulla
p̃ſcriptõ fieri põt. Miroꝛ ergo ⁊ vr̃ ſufficẽ quḋ re va ſit
verius ꝓcuř.qꝛ eius ſcĩn dñs dꝫ hr̃e ratũ vt.ſ̃.de ꝓcuř.
.l.ſi ꝓcũr abñtis niſi dicat̃ ꝙ ymo exigit̃ quḋ ꝓcuř.acce
ptet mãdatũ vt.C.ḋ ꝓcura.l.inuitus.ſꝫ ignorans nõ põt
acceptare nec ꝯſentire vt.ĩ.ḋ actio.⁊ obli.l.ex maleficĩjs
§.longeminus nec ẽt diſſentire vt.ff.ḋ acq.hr̃di.l.clodia
nus reqrit̃.ergo ſciẽtia q̃ pfecte nõ habet̃ niſi viſo mã
dato vt.ſ̃.de reg.iur̃.l.in totũ oia niſi ad excuſatõem cri
minis.vt.ĩ.ḋ fur.l.iter oẽs.§.recte ⁊ de cri.expil.hr̃di.l.
fi.⁊ facit.qꝛ q̃daꝫ ſũt ſimpl̃r afferũt ꝯmodũ vt p̃uilegiũ
⁊ bñficiũꝫ.⁊ tũc valꝫ p̃uilegiũ.⁊ bñficiũ ⁊ affert.ius etiã
ignorãti vt no.archi.ex̃ de p̃uileg.c.i.§.i.lib.vi.⁊ ar.ſ̃.e.
.l.ſi a furioſo ⁊ ḋ le.ĩĩ.l.cuꝫ pr̃.§.iudo.q̃dã q̃ ꝯtinẽt obli
gatõeꝫ vt mãdatũ.⁊ tũc vr̃ ſecus.nã ſicut ignorãs formã
mãdati nõ tenet̃ ſi nõ ſeruat eã.ergo nec domio dꝫ p̃iu
dicare ar.ĩ.ḋ decre.ab oꝛdi.faci.l.q duobuſ.§.filius.⁊.ĩ.
ad mace.l.ſi filius ⁊ in nũcio vr̃ clarus.qḋ nõ poſſit offi
ciũꝫ exercere anteq̃ ſibi ꝯſtet ḋ mãdato.qua mẽte.i.aio
nũcij nõ põt gerere ſi ſe neſcit eſſe nũciũ.⁊ ſi dicat ſe nũ
ciũꝫ vr̃ falſus eẽ nũcius vt.ff.de acq.poſſ.l.q abſenti cu⁹
ſcĩn nõ põt ratificari vt.C.ſi qs alteri vel ſibi.l.multuꝫ.
Sꝫ dato.qḋ nõ valeret de rigoꝛe.nõ tam̃ vr̃ ꝙ domin⁹
poſſit ratificare ſcĩn ſua volũtate ar.ĩ.de dõa.l.ſi tibi ḋ
deriꝫ.ſꝫ ibi loqtur i actu traditõis.ſed i actu obligatõis l̃
iudicij bene opponi põt ḋ nullitate vt.ſ̃.q ſatiſda.cog.l.
iulis. Ex̃ no.qḋ alicui tãquã ꝓcuratori nõ credit̃ niſi
offerat̃ mãdatũ vt.ĩ.ḋ poſi.l.ſi qs iſiciatus ⁊ nõ.p arch.
.l.di.ſi qs p̃poſtera. Nũc venio ad.vſi.coꝝ aũt.⁊ op.
dr̃ hic ꝙ pecunia exacta nõ venit in iudiciũ fa.her.ꝯ.ſ̃.
fa.her.l.meuius.§.ſuus.So.ibi fuit fcã exactio viuo te
ſtatoꝛe.vnde tãquã de bonis ⁊ hr̃ditate defuncti venit i
iudicio fam.her.hic vo poſt mortẽ ⁊ ab eo q iaꝫ erat he
res facit.ĩ.de ſolutio.l.diſpẽſatoꝛem adde ꝙ ſcĩn hr̃dis
veniet i iudicio fam.her.vt nõ.C.fam.her.l.familie ⁊.ſ̃.
ſi ps hr̃di.pet.l.fi. Oppo.dr̃ h ꝙ iſte ſticus tenet̃ co
heredibus actõe neg.geſt.ꝯ qꝛ iſtud negociuꝫ nõ ptinet
ad coheredes rati hitione.qꝛ nõ ẽ geſtũ coꝝ nomie nec
re ipa.qꝛ nõ icidit re ipoꝝ nec ipo geſtu.qꝛ nõ icũbebat
⁊ cura.⁊ ſolicitudie.qꝛ ñ reſpectu officij.g° nllo mõ põt
iſtud offĩn ſeu negociũ adaptari pſonis coheredũ.quia
quaſi ꝯctus neg.ge.nõ quaſi ꝯhitur niſi dictis quatuoꝛ
modis vt.ſ̃.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.pe. So.dicũt q
dã ꝙ rati habitio.qꝛ erat geſtũ noie defuncti vt.ĩ.rẽ ra.
habe.l.ſi fine.§.ſi ꝓcuratori ꝙ ꝯriũ loqtur i actõe ne.ge.
oꝛdi.hic i ſubſidiaria ⁊ irregulari vt.ſ̃.e.l.ſi cuꝫ ſeruum.
Ex̃ opp.qꝛ mãdatuꝫ ſtichi durare videt̃ ergo teneri
dꝫ mãdati ut.ĩ.mã.l.iter cãs in p̃n.So.hic nõ potuit ex
mãdato naſci actio a p̃ncipio.qꝛ erat ſuus ut.ff.de neg
ge.l.ſi cuꝫ ſuuꝫ.al̃.l.cũ actũ ⁊ quod nõ.e.ti.l.pẽj omnes
negocijs. Venio ad vſi.quas vo.⁊ opponi.dicitur hic
qḋ pte ſtici ex ꝯctu mutui trãſfert̃ dñium ꝓ alioꝝ pti
bus.nõ ꝯ ymo nõ vr̃ trãſferri.ẽt pro pte tradentis.qꝛ er
rauit in dño cũ neſciret ſe dñm vt.ĩ.de ꝯdic.ob cau.l.iij.
§.ſubtilius. So.dixit Jo.ꝙ ſpãle eſt i pecunia.ſꝫ iſtḋ
eſt ꝯ.§.ſubtili⁹.Alij dicũt qḋ hic errauit in dño.quo ad
certã pſonã refferẽdo nõ in genere qꝛ credebat eſſe dñs
⁊ ita erat ſꝫ ipſe erat ille dñs.ſꝫ iſta ẽ trupha qꝛ.n.de er
roꝛe loqmur ad pſonã hẽmus relationẽ.Tertio ſoluit̃
iſtud ꝯriũ diſtinguẽdo.aut errãs i dño putat eſſe recipiẽ
tis.⁊ nõ alienat tradẽdo.qꝛ nõ gerit in aio dare.ſꝫ nudã
poſſeſſionẽ tradere vt in ꝯrio nã nõ traderet ex ſnia.vt
inſti.de offi.iudi.§.fi.Si ãt tradens non eſt dñs libera
ret̃ a ſnia ꝯ ſe lata in reali ſola facta traditione vt nõ.
ff.de ꝓcurato.l.pomponius.§.ſꝫ ⁊ is.aut tradẽs non pu
tat eſſe recipiẽtis ſꝫ tertij.⁊ tũc.aut hꝫ ab eo cãm.⁊ trãſ
fert dñium vt.ĩ.de ꝯhen.emp.l.⁊ ſi ꝯſenſum.§.fi.⁊ ẽ ra
tio.differẽtie qꝛ fingit̃ hic nõ errare cũ ipſe ⁊ auctoꝛ fin
gat̃ eadẽ pſona vt.ff.de vſucapio.l.id ipſ.§.fi.⁊ de le.
ij.l.vnũ ex familia.§.ſi rẽ. Opponit̃ iſte nõ tradit no
mine ſuo.ſꝫ defunct.ergo nõ trãſtulit dñium.qꝛ is cu⁹
noie.iam tradidit.iam deceſſerat.⁊ nũc nõ erat domin⁹
ergo iõ valuit traditio fcã adiecto noie.iam defuncti.vt
.ĩ.e.l.vlĩ.qḋ ſiſti.⁊.ĩ.de ſtipu.ſuo.l.ſi ſuus cois.§.ſuus
capto. So.hic ſimpl̃r tradidit nõ expreſſo noie.iam
mortui qꝛ ꝓ nõ ſcripto.iam eſt.qḋ in mortuũ nõ ꝓfert̃.
de iure.codicis.ſꝫ iure autẽticoꝝ vt.ff.de here.inſti.l.in
quo loco.§.fi.⁊.ff.ḋ iudi.l.ḋ qua re.§.cũ abſente. Sꝫ
certe lr̃a in mutuo nãli.nõ facit vim ſꝫ tñ i ſtipulatiõe.⁊
iõ vr̃ ꝙ valuerit erronea traditio pp fictionẽ idẽtitatis
pſone illud eſt certũ.ꝙ lꝫ errans.nõ trãſferat dominiũ.
transfert vſucapiẽdi ꝯdictionẽ vt.ĩ.de vſucapio.l.celſus
⁊ hoc caſu fallit regula q̃ ponit̃.ĩ.de ꝯhẽ.emp.l.claub⁹
⁊ de hoc nõ.gl.in.d.§.ſubtilius. Opponit̃ qḋ valeat
traditio in ꝯctu quo ad oẽs hr̃des.qꝛ nõ ſufficit reuoca
tio mãdati ad impediẽdũ effectũ ꝯctus niſi ptes ſciant
de reuocatione vt.ĩ.de inſtito.l.ſꝫ ⁊ ſi pupillus.§.ꝓſcri
bere. So.aut loqmur de reuocatione p mortẽ ⁊ loq
tur hic.aut ḋ voluntaria reuocatiõe.⁊ loquit̃ ꝯriũ.vl̃ ali
ter aut loqmur quo ad obligatõnẽ ⁊ loquit̃ lex ꝯria.aut
loqmur quo ad trãſlationẽ dominij ⁊ loquit̃ hic.vel iũ
ge vtrãque ſolutionẽ ⁊ eſt rõ qꝛ in trãſlatione dominij
ꝓcuratoꝛ aſſimilat̃ nũcio.⁊ eſt ſicut pica ⁊ organũ.vt.ĩ.
de ma.vin.l.pr̃ ex.in fi.⁊ iõ nõ eſt neceſſaria ſnia.e.ti.l.
ſi pr̃.⁊ de ꝯh.emp.l.i.in fi.qꝛ hꝫ fundare.ius ⁊ faciũt to
tum i pſonã domini.ſꝫ ꝯctus fundat procuratoꝛ i pſona
ſua.vt.ĩ.de acti.⁊ obliga.l.quecũqꝫ grauius lꝫ tñ procu
ratoꝛ reuocatus nõ poſſit ꝓpetatẽ trãſferre.tam̃ ſi do
minus cũ poſſet.eũ nõ certioꝛauit dat̃ publiciana ei cu
ius fuit res vt.ff.de publi.l.ſi qs prohibuerit.q̃ hoc caſu
excludit dominiuꝫ.qꝛ coadunat̃ obligatione pſonali.qꝛ
videt̃ obligatus ut dcã.l.ſi qs prohibuerit. Venio ad
vſi.nã ⁊ ſi tibi ⁊ uidetur dominiũ trãſferri.nõ ob.mõteꝫ
domini vt.ĩ.de dona.l.hoc iure.§.ſi qs dederit. So.
dicit gl.ibi in genẽ hic in ſpecie.tu dic ꝙ ibi dol⁹ trãſtulit
dominiũ in accipiẽteꝫ.unde penes illũ datõis auctõitas
erat trãſlata hic nõ vt miniſtro fuit traditũ.nuda facti
traditione ſiſe nõ.ff.de ꝯdic.ob.cau.l.pe.ĩ.i dubio i ſpẽ

nō p̄ſumo dominiū trāſlatuꝫ.ſed ſi dēt ad numerū ſic. vt in gl.i.ff.depo.⁊.l.dies ſponſaliorū.⁊.l.lucius.⁊.j̄.loc. l.in naue ſauphelli.⁊ facit.j̄.man.l.creditor.§.inter.⁊.j̄. de dona.inter vi.⁊ vxo.l.mulier.⁊ de adi.lega.l. lucius. ⁊.j̄.de iure.doti.l.ſi ego.§.i.⁊ de le.ij.l.cū pr̄.§. menio.⁊ dic vt ibi.nō. Op.⁊ vr̄ mādatū non reuocari.vt.ff.ꝺ acq.poſſe.l.fundi.§.i. So.ibi mādabatur qꝺ neceſſe erat fieri.hic ſpontaneū factū. Opp.j̄.mā.l.ſi v̄o non remu.§.fi. So.ibi collatū erat poſt morteꝫ.⁊ ibi taci te vel exp̄ſſe agit̄ qꝺ non finiat̄ morte. tunc non finit̄ vt ibi.vel dic ad oia ꝯ̄ria pro vt ſignant̄ ad v̂ſi.quas v̂o nō prout ad v̂ſi.naꝫ ⁊ ſi qꝺ hic pp ſtatus mutatōeꝫ.nam liber nouus homo vr̄ ſic.j̄.de ꝯdic.⁊ demō.l. itercidit.⁊ ꝺ cap.⁊ poſt limi.reū.l.mulier i opus ſalinaruꝫ. Uenio ad v̂ſi.neqꝫ eni.⁊ nō. ꝙ fauorabilior eſt diſtractus q̄ ꝯ̄ cius ſic ⁊ alibi dr̄.ꝙ lꝫ ꝯ̄ctus interdū claudicet. tn̄ ſecus in diſtractu vt nō.in.l.i.j̄.ꝺ reſcin.vēdi. ſꝫ alibi ad paria iudicātur vt.C.de i integ.reſti.mino.j̄.ꝺ tutella. Ue nio ad v̂ſi.quare ⁊ opp.ex cōſenſu naſcitur obligatio nā lis tāquā ex cā nāli.⁊ ex iure gentiū tāquā ex cā efficiēte ſꝫ certū eſt hic.ꝙ hic iteruenit ꝯſenſus i tota ſūma.ergo nālis obligatō ē nata vt.l.i.de pac.⁊.ff.ꝺ ſolu.l. ſticū. §. nālis ergo ei potuit accedē pignus vt.C.ꝺ vſu.l.p reten tionē.So.ibi re ꝯ̄hitur obl'io ex cōſenſu nō oritur obl'io nālis niſi accedēte re vt.ſ̈.e.l.rogaſti.§.ſi tibi.ſecus ſi ex puro ꝯſenſu pōt naſci obl'io vt in ꝯ̄rio. Op.de. l.ſi qſ pro co.§.ſi nūmos.So.ibi iteruenit recōciliatio. Uēio ad v̂ſi.qꝺ ſi ſt pl'atus ⁊ hic ſoluitur qō. an valeat ſtipl'o ⁊ diſtinguit̄.aut fuit fcā v̄bis directis i dn̄m iaꝫ mortuū ⁊ nō valet.qꝛ ſine pſona ē ⁊ nō hꝫ fundamētū.aut ſtipl'o fuit fcā iperſonal'r vel ſibi.⁊ tūc aut hr̄ditas nō erat adi ta p cohr̄des.⁊ tūc hr̄ditati q̄ritur.ſ.p partibus cohr̄dū aut erat adita a cohr̄dibus.⁊ tūc ſubdiſtinguit̄. aut erāt cohr̄des volūtarij.q ſciebāt ſeriē teſtamenti. tūc quo ad eos nō valet.aut erāt cohr̄des neceſſarij q ignorabāt ſe riē teſtamēti.tūc eis q̄ritur. ⁊ ex hoc ſeqtur tal' cōcluſio ꝙ ſi oēs hr̄des erāt neceſſarij ⁊ ignorātes ꝙ q̄ritur per vnū alteri ⁊ p alteꝝ alteri.qꝛ mutua vice ſibi ſeruire vr̄ ⁊ ſingit̄ vnius alteꝝ ⁊ eꝯ alter reliquū poſſidere ⁊ iſta ē ꝯcluſio ſubtilis ⁊ mirabil'.nō.ꝙ nō valet ſtipl'o exp̄ſſe collata i iaꝫ mortuū.qꝛ ꝯtinet viciū aptuꝫ.⁊ ñ fundat̄ i p ſona ſic vt.j̄.de ſtip.ſeruo.l.ſi ſuus cōis.§.ſuus capto ⁊ .l.vſuſfructus i rōe ſui.Nō.ꝙ iperſonalitas idē qꝺ pſo nalitas opatur ſm glo.⁊ nō viciat ſtipl'oneꝫ ꝺ hoc dic ut j̄.e.l.fi.in fi. Nō.ꝙ hr̄ditas quo ad ciuiles acqſitōes habet̄ loco bone fidei poſſeſſoris.⁊ ē fictio in ſubſtantia poſſeſſionis.⁊ i qualitate.i.bona fide.nā re vera hr̄ditas nō poſſidet.qꝛ caret organo corpōali. Itꝫ inſtr̄o mētali.i. volūtate.l.i.§.ſceuola.ff.ſi qs teſta.libe.eſſe iuſſ.fue. nō. r'aꝫ qꝺ alibi meli⁹ nō repit̄ ꝙ p liberā pſonā q̄ bōa fide ſeruit acqrit hr̄ditati iacēti ex re hereditat.nō.ꝙ ille qui ſcit aliquē eē liberꝝ nō p̄t hēre animū poſſidēdi. cuꝫ ⁊ in quo nō cadit qualificata poſſeſſio.qꝛ vbi deficit ſubſtātia vt poſſio deficit qualitas vt bona fides. Nō.ꝙ ex̄neus q audiuit p̄ſūit̄ ſcire teſtm̄.ſecus i neceſſario herede.nō. caſuꝫ i quo qs ē dn̄s ⁊ ſuus ⁊ poſſidēs ⁊ poſſeſſus dn̄s dico.i.dominās ⁊ ſuus dico i.ſuiens.nō.n.actū ⁊ nō ha bitū qꝛ ꝯ̄rij habit⁹ nō poſſent cadē in codē ſubiecto.ſꝫ bn̄ poſſūt cadē reciproci actus ſuitoꝝ. Op.ꝯ̄ v̂ſi.ꝙ ſi ſibi j̄.e.l.v̂ſi.qꝺ ſi ꝓponat̄.ſo hic loqtur ex̄neus ſubſtitutus ibi v̂o erāt neceſſarij inſtituti ſm glo. certe ⁊ in neceſſa rijs pōt iacere hereditas. ſi ſūt ſub ꝯdictione inſtituti.l. ꝯdictionibus pupill' cum ſy.de ꝯdi.⁊ demō.⁊ ideo ſolue ꝙ ibi erat addita heredita.p imixtionē iuriſ ⁊ de iure h nō. Opp.ad v̂ſt.ſicut eni ⁊c̄.de.l.i.§.ſceuola. So. ibi de v̂a poſſeſſione hic ꝺ interp̄tatiua i reb⁹ q̄ ſuo animo poſſidētur nō animo hereditat cuꝫ ſit res inaiata here ditas vt.ff.ꝺ fideiuſſo.l.mortuo ⁊ de vſucapio.l.ſi homo ⁊.ff.ex qbus cau.maio.l.cū miles.⁊.ff.de acq.poſ.l.cum heredes cū ſy. Opp.ꝯ̄ v̂.quod ſi proponatur. nā poſt additā hereditateꝫ omnis heres p̄ſumit̄ ſcire teſtm̄ ut nō.de lib.le.l.cū heres lꝫ.ſec⁹ ſit in codicill' teſtō exp̄ſſe nō ꝯfirmatis vt.j̄.ꝺ ꝯdic.inde.l.ij.⁊.ff.ꝺ le.ij.l.fi. So. illa loqt̄ in ex̄neo.h i neceſſario hr̄de.ſm Bar.v̂.tas ē qꝺ.aut loqmur poſt imixtionē facti.⁊ animi ⁊ tūc quilꝫ heres p̄ſumit̄ ſcire teſtm̄ ⁊ ip̄m vidiſſe.aut ante facti i mixtionē ⁊ tūc p̄ſumit̄ ignorātia.vt hic maxime iter ab ſentes.nā hr̄s ſingit̄ eadē pſona cū defuncto ⁊ hēre eā dē ſciaꝫ poſt aditā hr̄ditatē nō an̄ ⁊ ex quo fatet̄ ſe audi uiſſe vr̄ ſcire oia q̄ fuit neceſſaria aditōi facti ⁊ animi.⁊ facit ad ſtatutū ꝺ caſſatōibus teſtamētorū.vt ante aditā hr̄ditatē nō p̄ſumat̄ ſciēt.a niſi ꝓbet̄ poſtea ſic. ⁊ iō ex quo ſcit.qꝺ hr̄s nō ꝓducit aio inſinuādi.ex tūc ſubiacet pene ſtatuti nec minus p̄ſumit̄ ſcire filius ⁊ ꝯiuncte pſo ne q̄ ex̄nee.l' minus ſuus q̄ emācipat⁹.nā familiares p ſone p̄ſumunt̄ factū nouiſſe.vt.C.de repud.l.ꝯſenſu.§. ſuus cū ſy. Oppōit̄ qꝺ ſit iplicatio ꝯ̄riorū.qꝺ idē ſit poſ ſidēs ⁊ poſſeſſus.qꝛ iſta ſunt ꝯ̄ria vt.j̄.ꝺ adul.l.ſic euenit So.veꝝ ē quo ad merā poſſeſſionē ⁊ verā ſeruitutē.ſed quo ad iterp̄tatiuā ſic.qꝛ nō ē ſimpliciter.ſꝫ ſm qd.⁊ di v̂ ſis reſpectibus.ſil'e qꝛ reſpectu vni⁹ fundi poſſuꝫ eē tu⁹ vaſſallus ⁊ fidelis ⁊ tu reſpectu alteri⁹ feudi potes eſſe me⁹ lꝫ hic ſit q̄dā ſuit⁹.et nō.ſ̈.ꝺ v̂ſufruc.l.ſi cui⁹.hec.n. q̄ ad aliqua dicunt̄ poſſunt eē ſil' v̂a div̂ſis reſpectib⁹ lꝫ abſolute accepta ſint inter ſe ꝯ̄ria.⁊ vide i ſpe.ꝺ feud.§. qm̄.⁊ iō tūc dic.vt.ſ̈.i.§.quas v̂o. Scꝺo q̄ro qn̄ vꝫ ſti pulatio.ꝓ pte ſtipulatōis ⁊ reſpectu cohr̄dū ñ vꝫ.qd erit ꝺ pte cohr̄dū.rn̄deo ſi ē pecunia vēdicabūt ꝓ ſua pte .ſi āt ē ꝯſumpta agent cohr̄des ex nuātiōe.recōciliata.n.ſti pulatōe nō pōt recōciliari.qꝛ peccat in pſonā.⁊ peccat.p ſone ē par peccati forme vt.ff.ꝺ regul.cato.l.i.⁊ ar.j̄.ꝺ actio.⁊ obli.l.obligatōnes q̄ ꝓprijs virib⁹ ſꝫ nuātio ſic q̄ peccat i mā interim nō pōt ꝯdici ps coheredū.ſꝫ vēdica ri. Sꝫ oppō.⁊ videt̄ qꝺ ſtipulatio iterim valeat. quo ad ſtipulātē vt.C.e.l.ij. So.ibi erat certa intētio ſtipu latiōis i acqrēdo ſibi.hic i acqrēdo a'ij cui⁹ pſonā ꝓ pte tm̄ rep̄ntat nec hꝫ locū i ſtipulatōibus.ius accreſcēdi.vt .ff.de v̄bo.obli.l.ſi mihi ⁊ ticio ⁊.C.de ꝯſti.pec.l.fi.qn̄.iō nec portio ē p̄ciſſe ꝺffecta.qꝛ pōt acqri actio.p ꝯſumptio nē.⁊ facit qꝺ nō.i ſil'i.j̄.de ſtipula.ſuo.l.ſi cū duoꝝ .⁊ ad de qꝺ nō.in ſil'i.j̄.ti.i.l.ſi duo patroni i p̄n. Cōclude igit̄ qꝺ fcā ꝯſumptiōe agēti coheredes recta via ꝓ ptib⁹ ſu is.qꝛ nuātio fcā noie deffuncti.ſingit̄ fcā nomine hēdis. vt.j̄.rē rat.habe.l.ſi ſiue.§.ſi ꝓcuratori.⁊ facit ꝙ nō .ſ̈. in.§.quas v̂o.⁊ hec fuit opinio.Alꝫ.alij dicūt ꝙ ex ſtipu latiōe tm̄ agit̄ p ſtipulationē ⁊ ꝯuenit̄ ꝯdictiōe ſine cā vt cedat iura coheredibus pro partibus ipſoruꝫ.⁊ al' hoc euenit ꝙ nomine alterius facio ⁊ nomine meo ex poſt facto ago ut.j̄.de ꝯdic.⁊ demon.l.ſi ꝓcurator in p̄n.⁊ ibi bene nō.in magna glo.in fine.legis poſita. Sed con tra iſtud opp.ꝙ ſtipulatio iſta nō habet cauſam. quo ad ſtipulāteꝫ niſi pro ſua pte ergo nō cōpetit ſibi actō. quaꝫ poſſit cū effcū cedē.vt.ff.de exce.do.l.ij.§.circa.Sꝫ rn̄de quod ibi ē appoſita ſtipulatio.qꝛ ē mutuū ciuile. ⁊ nō re quirit̄ trāſlatio dominij.ſed ſimplex nuātio. ſufficit ad coopandū ſtipulatōnē ut nō.ſ̈.e.l.nā ⁊ ſi fur.nā interdū actio.q̄ ē inutilis cedēti.ē utilis ceſſionario.in cuius pſo na ſubſiſtit efficax actō.⁊ cā agēdi.ut nō.C.de iure doti.

.l.ſi.in pꝛin. Mihi autē nō placet hec opīo.qꝛ ſticuſ erat ſtipulatus noīe appellatiuo nō pꝛopꝛio.vnde ſtipl'o non ꝯuenit ſibi ſoli.ſed ſcinditur inter hꝰdes.qꝛ diuidua ar. ff.de duo.re.l.ſiue a ceteris ⁊ de ſtipula. ſeruo.l. ꝓinde. alij dicūt agi.ex ſtipulatione per ſoluꝫ ſticuꝫ tamē.nō ſtatiꝫ.ſed facta ꝯſumptione vt hic conſumptio impleat ſtipulationem ſicut dñium ar.j.de noua.l.cum eniꝫ.ſꝫ iſtud nō eſt veruꝫ.qꝛ ſticus nō fuit ſtipulatuſ ſibi.vt ſibi.ſed vt ſeruo.ut ſit ſub nomine appellatiuo vt dixi. alij dicūt ſtipulatōeꝫ pꝛo parte hereduꝫ eſſe nullaꝫ. taꝫ quo ad heredes vt ipi nō agant ad ſtipulationeꝫ ꝙ̄ quo ad ſticuꝫ.ſ. ꝙ nō agat ad ſtipulationeꝫ pꝛo partibus cohꝰdum. ſed tantuꝫ pꝛo ſua.ſed aget ſticus ex numeratiōe inſolidū.ac tenebatur coheredibus reſtituere. vel cedere lucra pꝛo partibus ipoꝛuꝫ ꝑ ꝯdictionē ſine cauſa. ſed magis uideretur per actioneꝫ nego.geſtoꝝ.vt.ſ.e.l.vſi.caruꝫ.Sed hec opinio nō placet.quia nō numerauit ſuo nomine. ſ. vt ſuo.ꝓpꝛio.ſed tāquā ſeruus ſub nomine appellatiuo. ⁊ ſic ſub noīe domini.⁊ ſic ſubaudi.vnde fingitur factuꝫ nomine heredis.⁊ ideo cohꝰdes directe ex ſua pſ̄na nō per obliquū ⁊ per mediuꝫ ceſſionis agūt ex nūeratione ſecuta cōſumptione.ymo videtur ꝙ ſufficiat ratificatio facit qꝺ nō.ſ.e.l.cuꝫ fundū.§.ſeruuꝫ.⁊.ff. de ſolutio.l.diſpenſatoꝛem. Queritur tertio quid ſi hereditas non erat adita vel ſi cohꝰdes ignoꝛabant. qꝛ erāt neceſſarij an agāt coheredes.an ſtipulātur. quidaꝫ dicūt ⁊ intelligunt.quod valeat ſtipulatō quo ad ſtipulatoꝛē.ſꝫ cedet iura cohꝰdibuſ iſti foꝛmāt queſtionē lr̄e.⁊ dicunt exp̄ſſe cōtra tex.nam textus ante aditaꝫ hꝰditatem dicit queri hereditati.⁊ ſic trāſibit in heredes recta via.poſt aditā hereditateꝫ etiam acquiritur cohꝰdibus.qꝛ fingit' poſſidere bōa fide.Iſti dicunt ꝯ̄riuꝫ que mouētur quaſi circa poſſeſſionē non fingit lex vt.ff.de acq.poſſ.l.i.§. ſi mihi,

Quarto quero qd de pignoꝛibus vtruꝫ cohꝰdes habeant ypothecaꝫ ex traditione ⁊ vr̄ qꝺ ſic.naꝫ etiaꝫ rei vēdicationi accedit ypotheca vt.C.com.de le.l.i.⁊.C.de iure dot.l.in rebuſ ⁊ hic interuenit traditio naturalis qꝛ pignus fuit coꝛpoꝛaliter tradituꝫ. ergo poteſt acquiri ꝑ liberaꝫ perſonaꝫ.qꝛ nō eſt ſtatuꝫ in finibus pacti vt.C.ꝑ quas perſo.l.i.So.ypotheca durat cum perſonali vt. ſ. e.l.§.quas vō ⁊ inde intelliges ſolutionem.

8 **Si ego.** Ubi duo ſunt obligati.vnus p̄ncipaliter. ⁊ p̄mo alter inſolidum. ⁊ ſo ſoco motio actionis cōtra p̄muꝫ nō liberat ſm.ſed ſi p̄mus ſoluit.ſecūdus in obligationeꝫ nō incidat.hoc dicat.Pꝛimo vſqꝫ ad verſi.ſed ſi cū ſeyo.Mutuaui decem ticio . ⁊ ab eo ſtipulatus ſum ſimpliciter ⁊ pure poſtea ſtipuloꝛ a ſeyo quanto minus ex illis decem a ticio conſequi poſſeꝫ. Queritur an ſi ego cum ticio liberemur.an liberetur ſeius reſpondetur quod nō inſtat iuuenis que eſt ratio.reſpondetur.qꝛ dicēdo cōtrariuꝫ ſequitur abſurduꝫ.ſ.quod ſtipulatio ſecunda ſit ſiue aliquo effectu declara hoc.quia ante ticiuꝫ conuentum ⁊ excuſſum nō poteſt moueri lix vt.l.x.de verbo.obliga. nec poſtea ſi ſeyus eſſet liberatus ex hoc ergo dicendū ē ſeiuꝫ nō liberari.Inſtat iuuenis quid ſi ticius ſoluit reſpondetur quod quatenus ſoluit catenus.ſeius nō tenetur.i.nō incidit in obligationem.hoc dicit. Nota qꝺ verbum poſſum exponitur.i.potero.nam ſiue in pꝛeſenti ſiue in futuro tempoꝛe pꝛoferatur verbum poſſum extenſiuum eſt quando reſpectu futuri caſus pꝛofertur.ut ff.de lega.ij.l.ſi ita quis. Oppo.⁊ videtur qꝺ viuo ticio ſtipulatio a ſeio ſit inutilis.nam donec ticius viuit īpoſſibile ē ꝙ ſoluet ut.j.ꝺ mu.⁊ one.l.cura.§.difficiētiū ⁊.j.ꝺ fideiuſſo.l.fideiuſſoꝛ obligari.§.fi.vlti.rn̄ſ. So. iſtius verbi.nā abſoluta poſſibilitas denotat' vt.j.de v̄. obli.l.ꝯtētus. §.illud ſed ex gēdi.facultas vnde ſi agit' ꝯ̄ ticium nō ſuppetunt eius facultates.hoc declarato ꝑ excuſſionē ſeius pōt ꝯueniri vt hic.⁊.j.de v̄bo.obliga.l. x.⁊ facit qꝺ notat' in ſimili.j.de cōdic.ob.cau.l.ſeruius.

Op.⁊ vr̄ quod nō ſit neceſſaria excuſſio ſed ſola interpellatio ticij ſufficiat.dicta.l.fideiuſſoꝛ.§.fi. p̄mo rn̄ſ.

So.ibi nō fuit adiectū v̄bum poſſum. ſꝫ ſimpliciter quātum p̄mus nō ſoluerit.fuit ſtipulatus a ſo.⁊ nō iplētur ꝯdictio per ſtipulatōnē ſeu interpellationē. Quero an fideiuſſoꝛ dat' auctoꝛi.ſub hac foꝛma quātominꝰ ab auctoꝛe exigi poſſit ſit ſufficiēter datus ⁊ vr̄ quod ſic ut.j.de fideiuſſo.l.ſi fideiuſſoꝛ.⁊ in id hoc notat cy.C.de fideiuſſo.tuto.l.ij. Quero pone qꝺ ticius eſt ſoluēdo tñ qꝛ dilapidat bona ſeius incipit timere ⁊ ideo ꝓteſtatur creditoꝛi qꝺ exigit ticiū.creditoꝛ hoc nō facit.unde interim ticius oīa cōſumit deinde creditoꝛ agit ꝯ̄ ſeiū. an ſeius poſſit ſe defendere ex moꝛa creditoꝛis ⁊ vr̄ quod nō ut.j.de conſti.pec.l.unde falſam.⁊ ar.nō.j.de ꝓcurato.l.ticius i ultima gl.⁊.C.de nō nu.pec.l.taꝫ mādatoꝛi ⁊ vr̄ exp̄ſſum.j.de fideiuſſo.l.ſi fideiuſſoꝛ creditoꝛi.in cōtrariū ōr̄ nam ibi loquitur in fideiuſſoꝛe pure obligato ſecus vr̄ in fideiuſſoꝛe obligato vt dicta.l. ſi fideiuſſoꝛ in p̄n. So.aut creditoꝛ hoc dolo facit i necem fideiuſſoris ⁊ tūc obſtat ſibi exceptio doli vel cedēdaꝝ qꝛ ſua culpa actiones ſunt inanes vt.ff.de dolo .l.nam is.⁊.ff.de furtis.l.itaque.que executio habet locum in pluribus eodē tp̄re obligatis. Itē ſi i diuerſo.quando ſs eam opponit. Sed p̄mus in tp̄re nō hꝫ hanc exceptioneꝫ vt nō.j.de fideiuſſo.l.ſiſti.§.ſi qnque.qꝺ eſt nō.aut non fecit dolo foꝛte alijs iplicitꝭ occupatōibus vel ꝑ ipotētiā. ⁊ tūc aut fideiuſſoꝛ erat in ſubſidiū accept̄. ⁊ imputet ſibi creditoꝛ vt dicta.l.ſi fideiuſſoꝛ in id qꝛ fcō creditoꝛis habet' ꝯdictio ꝓ defecta aut erat acceptus ſimplr̄.⁊ tūc aut habebat beneficiū excuſſiōis ⁊ idē aut ei renūciauerat.⁊ tūc ſecus.qꝛ non pōt pꝛoteſtatio ſua artare ius liberū creditoꝛis.⁊ iſtud colligit' ex glo.dicte. l. ſi fideiuſſoꝛ creditoꝛi.⁊ dic vt ibi notat'. Querit' tertio .ſi nihil pōt ticius.an ſeius ꝯueniatur. ⁊ vr̄ quod nō qꝛ minꝰ hꝫ i ſe rationē alicuius poſitiui.ſꝫ nihil nō.Sꝫ dic ꝯtra. qꝛ quod minus eſt minus ꝑuatiue enim ōr̄ iſtud minus vtile.vt.j.de tributo.l.illud.§.minus.⁊ facit ad q̄ſtionē. dicit ſtatutū.qꝺ hn̄tes libꝛam.a.centū.libꝛ.ſupꝛa ſoluāt. x.ꝑ quolibet:fumante ⁊ minus hn̄tes ſoluant .v. nam ſub iſto minus hn̄tes.etiam habentes nullam liberam contineri vident'.ſꝫ hic eſſet uidēdū.quale ē iſtud onus. nā ſi imponitur perſone pꝛo libꝛa non habens libꝛā. nō tenetur.vt.ff.de mun.⁊ one.l.ſcripto.§.ſi.

**Sed ſi cum ſcio.** Si obligatus in defectum pꝛimi de iur' ꝯuenitur.qꝛ pꝛimus erat nō ſoluendo.⁊ hoc patet ꝑ excuſſionem vel notoꝛium ad pꝛimum poſtea non reddit' quatenus a ſecundo petitum eſt.per litem motam ⁊ cōtra cum rite ⁊ recte conteſtatum hoc dicit .ſecundū vnā lecturam.ergo ſi egi cum ſeio in eo in quo.ticius ſoluendo non erat pata quinque.licet a ſeio non fuero conſecutus tamen.a ticio ipſa quinque petere nō potero.hoc dicit. Opponitur contra iſtam lecturam ſic .iſte ſeiꝰ erat fideiuſſoꝛ ticij.ſed ꝯuentio fideiuſſoꝛis non liberat reum vt.C.de fideiuſſo.l.reos.reſpondent iſti.qui tenēt hanc litteram quod iſtud eſt verum quando eſt ſimplex conuentio.ſed non diuiſio petitōnis.ſed hic erat cum diuiſione petitōnis.quia quinque petierat a ticio.⁊ qnqꝫ a.

ſeio.quo caſu videtur facere tacitum pactum.vni.vnum
⁊ alteri alterum.nam diuiſa petitio in plures reos non
poteſt reintegrari i perſonam vnius vt.C.de fideiuſſo.l.
libertum ⁊ ar.ꝫ.de tribu.l.procurator.§.ſi plures.Opp.
contra hanc ſolutõnem quod ymo poſſit rediri ad aliuꝫ
vt.ꝫ.de le.i.l.ſi ex toto.§.i.So.hic in contractibus.ibi i
legatis fauore vltime voluntatis exequende vel ibi ele
ctio hic diuiſio.naꝫ electio eſt ſimpliciter ad fauorẽ reo
rum.iſtas duas ſolutiones.tangit glo.⁊ facit quod ſicut
diuiſſio ſolutõnis nocet creditori ſit.C.de pac.l.ſi credi
tores.ita debet nocere diuiſio petitõis ⁊ iudicij.vt dicta
.l.liberum. Sed tertio.opp.ad glo.quando actor diui
dit petitõnem ſuaꝫ ex neceſſitate.non preiudicat ſibi di
uidendo.vt.ꝫ.de fideiuſſo.l.inter eos.§.i.quia videt̃ gra
tis paciſci qui non ſua ſponte dedit.ſꝫ ita eſt hic eſto qꝺ
fuerit diuiſa petitõ.ſed ſint quia ticius erat ꝑ parte ſol
uendo ⁊ pro parte non.⁊ ſic pro parte tantum erat com
miſſa obligatõ ſey ſic.ꝺ.e.l.nam ⁊ ſi fur.§.i.So.p.iſtam
rationem doctores damnant glo.tu ſalua vtranque
naꝫ glo.eſt intelligenda vbi ſponte diuiſſit verbi gratia
cuꝫ ticiuſ nõ eſſet ſoluendo in al.quo parteꝫ petijt a ticio
parteꝫ a ſeyo ſcienter.naꝫ errans nõ intelligitur paciſci
vt.C.de dona.l.nec ignorans doc.ſic intelligunt vbi ſpõ
te. Quero ſecundum iſtam lecturam que littera ſit
verior.an illa quod minuſ.an illa que maius.tu dic vtrã
qꝫ.nam par littera poteſt eſſe vera.que minus ſunt due
partes ⁊ ſubauditur id quod eſt antecedens relatiui. vn
de neſcio quare glo.in hoc muſauerit.ymo melior gra
matica eſt quo ꝙ quod.ſecunda eſt lec.Johãnis ⁊ hoc
dicit agens contra ſecũdam obligatuꝫ in defectuꝫ p̃mi
nõ priuet preciuꝫ in alio a ſecũdo genere nõ poteſt hoc
dicit.Exemplꝫ exegi a ticio tria.nec plus poterit ſolue
re a ſeyo partem ⁊ exigi ab eo tria.qr nõ erat ſoluendo
in plus reſtant quatuor ⁊c̃. Nunquid potero ea re
petere a ticio.ſi venerit ad pinguiorem fortunam.certe
ſic hoc dicit.ſed in Johãnem.qr non videor diuiſiſſe.ſed
egiſſe ex ordine quo artabat.⁊ ſic comparatur cuꝫ lectu
ra Johannis.⁊ vtraque eſt vera.tamen illa eſt magis
amica littere.Ja.de ra.dicit quod hic formatur queſtio
ſi ſoluit ſeyus.an liberetur ticius.ſed hoc nõ credo.quia
hoc laboraſſet iuriſcõſul.us.quia nõ habet in ſe dubita
tionem.⁊ ideo tene lecturas.glo.que fiunt vere in diuẽ
ſis caſibus. Sed quid in dubio.vtrum creditor vide
tur diuidẽ.Rñdeo vbi eſt neceſſitas non videtur diuidẽ
preiudiciali diuiſione.ſed vbi ſponte refert.quia vbi du
plex eſt diuiſio petitõnis.⁊ ſolutionis.circa petitõnem
ſic diſtingue aut petit tantum ab vno.⁊ non intelligitur
diuidere licet petat partem.Aut petit a quolibet parteꝫ
ſuam.⁊ tunc intelligitur diuidere vt.l.liberum.⁊.l.reos
aut petit a quolibet in ſolidum.tunc poteſt ⁊ cum prote
ſtatione eodem libello ⁊ diuerſis coram eodem iudice
Si enim coram diuerſis debet fieri remiſſio.ſi petatur
remiſſio ad iudicem.primo additam.quia videtur preue
niſſe in cauſa remiſſionis.⁊ hec probantur.C.de fideiuſ.
.l.i.de quibus rebus.ad eum iudi.cat.l.i.⁊ tunc certum
eſt.quia nõ videtur diuidere.quia contra quemlibet pro
parte vt.C.ſi plur.vna ſenten.lege prima.tunc enim ſi
cauſam iudicat proſequitur.videtur acceptare diuiſio
nem quam iudex facit ut.ff.de re iudicata lege paulus.
Circa ſolutionem ſic diſtingue.aut eſt facta ſo
lutio partis ſimpliciter ⁊ ſic non videtur facta diuiſio.
vt.ꝫ.ꝺ fideiuſſo.l.inter.§.i.aut cum adiectione ſue par
tis.⁊ tunc videtur diuiſiſſe vt.C.de pac.l.ſi creditores.⁊
facit.ꝫ.de ſolutio.l.quotiens.mius niſi recipiẽs accepta

uerit particularem ſolutionem ex neceſſitate vel neceſſi
tatis ſuſpitione.vel niſi ſit minor.qui iuuetur beneficio
reſtitutõnis in integrum vt dicta.l.inter.⁊.l.amiſſi.c.i.e.
ti.vel niſi proteſtatus fuerit ius ſuum priſtinum ſaluum
fore ar.nõ.C.de here.actio.l.vt debitum. Modo cõ
muniter opponitur contra omnem lecturam.⁊ videtur
ꝙ ſeius non poterit conueniri non excuſſo ticio.vt.ꝫ.de
verbo.obligatio.l.x. So.hic erat notorium tunc eniꝫ
non eſt opus excuſſione.quia notorium equiparatur ex
cuſſioni.⁊ non requiritur ordo excuſſionis in notorijs.vt
nõ.hic.⁊.ff.de verb.obliga.l.x.ille.tamen qui allegat no
torium ad aliquem effectum idem conſequendum debꝫ
hoc probare.ſi negetur.vt.l.ſi vero.§.qui pro rei quali
tate.ff.qui ſatiſda.cog.⁊ per.Inno.ex̃ de offi.delegati.
.c.ſtatuimus nec eſt facilis probatio notorium limitatũ
probare.vel negatiuum.puta quod ticius non ſit ſoluen
do.niſi quinque per vicinos tamẽ poteſt probari.vt nõ.
C.quando fi.l.vel priu.l.ij.⁊ per confeſſ.bonoꝝ ⁊ tradit̃
per cy.in auc̃.hoc ſi.debitor i vltima queſtione.⁊ per ex
tunam in his in quibus habetur reſpect.ad extimum.ꝫ.
de probatio.l.cuꝫ de.l.⁊ facit quod nõ.C.de erro.aduo.
l.ij. Et nota quod quãdo opponitur exceptio excuſſio
nis poteſt repelli excipiẽs ſi probatur notoriũ inopia ⁊
puto quod ſufficiat in modum replicationis nec ante ſit
neceſſe hoc allegare.ꝙ excipiatur vt inſti.de replica.in
principio. Sed cy.ſentit quod debeat i libello allega
ri.C.de fideiuſſo.auten.preſente.in prima queſtione ꝙ
non credo verum.quia non eſt de ſubſtantia actionis i
tentate ar.ꝫ.quod cum.eo.l.pe. Non autem ſufficereꝫ
probare inopiam ſuaꝫ ſine notorio quia non eſſet ſerua
tus ordo iudiciorum.alſ.fruſtra gl.retuliſſet ſe ad noto
riuꝫ. Sed.op.ꝙ iſta condictio.ꝙ ticius non ſit ſoluẽ
do eſt vera ergo ſtatiꝫ eſt purificata obligatio ſey ergo
non requiritur alia excuſſio reſpondeo.quod non eſt pu
rificata niſi hoc liquidetur in iudicio ⁊ precedat excuſſio
vel notorium aperiat viam huic ſecũdo iudicio.ſine vlla
excuſſione.quia notorium non indiget declaratione or
dine iudiciario.vt.ꝫ.de actio.emp.l.emptorem.⁊ idem
quod dixi in notorio dico vbicunqꝫ deſideratur excuſſio
vt in fideiuſſore ⁊ ypothecaria. Sed hic queritur po
namus quod in toto proceſſu agitatum ſit contra reum
an ſufficit ⁊ videtur quod non.quia videtur prepoſtere
actum nõ ſeruato ordine doct.dicunt cõtra per.l.ſi rem
§.ſi.ff.de pigno.actõ. Item queritur an ſufficit excuſ
ſio ſine pronunciatõne.quidam dicunt quod exigitur qꝺ
iudex interloquatur ſuper ea excuſſione.quia ſola ꝓba
tõ nõ habet vim ſententie vt notatur infra titulo primo
.l.⁊ ſi poſt.§.fina.⁊ facit infra de cõfir.tuto.l.tutõ.
Alij dicunt ſufficere hoc conſtare etiam ſi iudex nõ
ꝓnunciauit ſi in actis redactuꝫ ẽ ut.C.ad treb.l.pe. Sꝫ
nũquid facta excuſſiõe.põt fideiuſſor obicere ꝙ reus ſit
ſoluẽdo.So.aut fuit ꝓnunciatum poſſeſſore citato.⁊ tũc
non poteſt opponere niſi dicat quod ꝺ nouo ſuperuene
rint facultates.⁊ hoc probat argumentum infra titulo
primo.l.qui iure.§.ſi pater.⁊.l.euꝫ qui.⁊.ff.de excep.rei
iudicata.l.ſi ante.aut non fuit ꝓnunciatum vel non fuit
citatus ad pronunciationem.⁊ tunc poteſt opponere ſa
cit quod nõ.ff.de bono.poſſe.l.iij.§.pe. Sed nunquid
citatio poſſeſſoris eſt de eſſe excuſſionis.⁊ videtur qꝺ
ſic vt.C.ſi propter publi.penſita.l.ſi deſerta.⁊.ff.de rei
vendicatio.l.fnudus.⁊ quod nõ.ꝺ.ex quibus cauſis ma
io.l.cum miles.§.i. Sed dico quod valet excuſſio.lꝫ
qꝺ nõ citetur poſſeſſor ualet.dico quo ad hoc.ut intelli
gatur ſeruatus ordo iuſ.quia iſtud primuꝫ iudicium nõ

agitur cum poſſeſſore.tamen ſi excuſſio nõ eſt recte fcã
poſſeſſor poteſt abicere ⁊ probare cõtrarium argu.C.de
iure deliberan.l.fi.§.licentia facit ad hoc quod nõ.i aũt.
de here.⁊ fal.§.ſi vero abſunt.non tamẽ poteſt oppone
re quod non ſit ſeruatꝫ.ordo ex eo quod ipſe nõ fuerit ci
tatus i excuſſione.ſimile eſt vbicunqꝫ eſt ordo perſonaꝝ
⁊ iudiciorũꝫ vt.ff.de adul.l.denunciaſſe.§.quare.⁊.ff. ad
ſille.l.in cognitione.⁊.C.de aduo.diuer.iudi.l.i. ⁊ de p̃
uari.l.iij.cum ſi͏̃. Sed quid ſi eſſet facta excuſſio ſolẽ
niter.tamen lite conteſtata cum fideiuſſore.reus factus
eſt ſoluendo.an poterit fideiuſſor hoc opponere.⁊ vide
tur quod ſic.vt.C.de ꝯſor.eiuſdẽ lit.l.ij.⁊.ff.de exceptio
.c.paſtoralis in clemẽ.ego dico cõtrarium.quia inſpicit̃
tempus litis cõteſtate.cum fideiuſſore ⁊ ſufficit ſi tunc ẽ
rite actꝫ.vt hic ⁊ facit quod nõ.ś.qui ſatiſda.cog.l.ſiſti.§.
fi. Sed ponamus iudex cõmiſſit nũtio quod iret ad
cõuiciniam rei.⁊ cum vicinis ſe informaret ⁊ refferret.
Nũcius iuit ⁊ nõ informauit ſe niſi cum paucis. ⁊ retu
lit.an valeat relatio.⁊ dic quod nõ.quia in nũcio duo re
quiruntur.naꝫ primo requiritur cõmiſſio vt.C. de exhi.
re.l.neminẽ.ſecũdo requiritur quod ſeruet formá cõmiſ
ſionis vt.ff.de verbo.obliga.l. qui rome.§ .calimacus ⁊
ff.de acquiren.heredi.l.eum qui.§.filius requiritur ⁊ ter
tio niſi ſit publicus nuncius quod deponat iuramento
argu.ff.de dote prelega.l. theopompus. Sed pone
ſcolaris de alamania ſtudens peruſij dedit peruſij fide
iuſſorem iſte ſcolaris in proprio domicilio eſt ydoneus
⁊ ſoluendo peruſij vbi agitur nihil habet.an tãquam fa
cta excuſſione poterit fideiuſſor cõueniri.⁊ videtur quod
non.quia vbicunque ſunt bona poſita debet prius fieri
miſſio in bonis rei antequam veniat ad fideiuſſoreꝫ vl̃
pignorum poſſeſſorem argu.ff.de bo.iudi.auc. poſſide.l.
cum vnus.§.pe.⁊.C.de iudi.l.properãdum.§.ſin autem
reus de ſimili queſtione notatur.ĩ.ex quib. cau.in poſſ.
ea.l.fulcinius.§.hoc autem.⁊ hoc tenet Ja.de are.quia
vbicunque habet bona ſoluendo dicitur ſecundum Ja.
de are. Sed dictum ſuuꝫ debet intelligi.quando faci
lis eſt exactõ. alias non dicitur reus ydoneus propter
difficultatem cõueniendi.⁊ ſic merito deuenitur ad fide
iuſſorẽ vt.ś.qui ſatiſda.cog.l.ij.abſurdum eniꝫ eſſet quõ
actor cogeretur peregrinari vt.ff.de procura.l.ſꝫ hoc.§.
ij.⁊ ad h̃ facit qõ nõ.in aũt.de exhib.re.§.ſuſcepto.⁊ qõ
nõ.in.l.fi.de ꝓui.agenti i reb.lib.xij. ⁊ quod nõ.doc. ś.q
ſatiſda.cog.l.ſciẽdum.⁊ vide cy.i aũt.hoc ſi debitor ſicut
ꝓpter abſentiaꝫ perſone cõueniri fideiuſſor reo nõ excu
ſo vt nõ.C.de pigno.aũt.hoc ſi debitõ. ⁊ i aũt õ fideiuſ.
§.i.ita ꝓpter abſentiaꝫ bonorum arguẽdo de re ad pſo
nam quia par ratõ eſt in excuſſiõe reali.⁊ perſonali.við
qõ nõ.Bal.ad ideꝫ in.l.ſciendum.ś.qui ſatiſda.cog.

Ultimo quero quid ſi ticius pro dicto delicto captuſ
eſt ⁊ incarceratus i carceribusqꝫ detinetur uel ex fõma
ſtatuti vel ex forma iuris cõmunis.quia cõdẽnatus nec
ſoluit nec cedit bonis ut.l.i.C.qui bo.cede.poſſeſ.⁊ ad.l.
iul̃.peculat.l.cum in eo uel per pactuꝫ quo pacto põt qs
ſe ligare ad carcereꝫ publicum iudicis.licet nõ ad carce
reꝫ priuatũ creditoris ſ̃m quoſdam.an ſecus poterit cõ
ueniri a ticio i carceribus exiſteñ.⁊ uĩ quod nõ. quia cre
ditor elegit ticiũ.⁊ in euꝫ facit executioneꝫ. ⁊ cõtẽtus eẽ
dꝫ creditor.qr debitor luit i corpus. In cõtrarium uĩ
nam ſicut captura pſone no impedit capi. pignora.ut.l.
cõſentaneum.C.quomodo.⁊ quãdo iud.⁊ extra ut lite ñ
ꝯteſta.c.qm̃ frequẽter.§.fi.ita nõ impedit veniri ad fide
iuſſoreꝫ ſi debitor cederet bonis.tamen fideiuſſor poteſt
cõueniri.ſi bona nõ ſufficiat.ergo idẽ ſi ſtat i carcerib⁹.qr
ceſſio loco carceris ſuccedit. Itẽ licet creditor ſit miſſuſ ĩ
poſſeſſionem oium bono.debitoris.tñ ſi bõa nõ ſufficiunt
agitur contra fideiuſſorem.ergo idem in captura perſo
ne vt.ĩ.de fideiuſſo.l.heres a.debitore.⁊ hec eſt veritas
nec enim dicitur nec eſt creditori ſatiſfactum licet debi
tor ſtet in carcere ar.cõtra.ĩ.ad carbo.l.de bonis.§.qui
pupillo.vbi captura loco ſatiſdatõnis habetur.ſed alius
caſus eſt ille.ꝙ iſte.

**Labeo ait.** Qui promittit curare non tene
tur preciſe ſoluere. vnde nõ co
gitur litem conteſtari.ſi offert ydoneum expromiſſoreꝫ
hoc dicit.⁊ adde quod dicam.ĩ.ti.i.l. iuſiurandum .⁊ ad
pecunias.§.fi. Opponitur hic videtur dicere. ꝙ in ꝑ
ſonalibus promiſſio valeat.contra.C.de conſti.pec.aũt.
ſi quãdo.⁊ vide.§.accedit.C.de rei vxo.actõ. ⁊ vide bar.
in.l.vxorem.§.cum teſtamento.ff.de le.iij.in quibus di
citur quod quis ſtipulando ſimpliciter ſibi non videtur
ſtipulari.ſed ibi eſt ſpeciale fauore dotis. So.hic pro
miſit ſe curaturuꝫ.⁊ ſic in verbo obligatiuo.⁊ executiuo
fuit adiecta perſona. Op.⁊ videtur.quod valeat im
perſonalis ſtipulatio.vt.ff.de verbo.obligatio.l.ſi ita ſti
pulatus.§.griſogonus.verſi.ſequens ſtipulatio. So.
ibi eſt imperſonalitas ex perſona ſtipulatoris.⁊ iſta nõ
viciat.alia ex parte promiſſoris.⁊ iſta viciat.⁊ hoc in cõ
tractibus ſed in vltimis voluntatibus.non viciat imper
ſonalitas.quia ſemper videtur damnatꝫ.heres vt. ff.de
le.i.l.ſi ſeruus.§. qui margaritꝫ. Oppo .quando ver
bum facere vel curare additur dationi intelligitur de ip
ſa datione ⁊ ſolutõne vt.ff.de le.i.l.ſi heres. So.hic in
vltimis voluntatibus hic in contractibus .nam facere
quod detur eſt duplex immediatum .⁊ hoc fit ſoluendo
⁊ ita intelligit̃ i vltia volũtate.⁊ ꝑ mediã pſonã. ⁊ h̃ fit
dãdo ex ꝓmiſſorẽ.vt hic. Op.ſi hocẽ verꝝ.ergo ſi reus ꝓ
miſſit.x.⁊ fideiuſſor promittit ſe facturum.⁊ curaturum
non valet promiſſio.quia promittit aliud ꝙ reus.ſꝫ.lex
dicit contrarium.ĩ.de fideiuſſo.l.ſicut reus. So .que
dam glo.dicit ꝙ in obligationibus facti fideiuſſor.debꝫ
promittere ſe facturum ⁊ curaturum.ſecus in obligatõ
nibus dandi.vt nõ.ĩ.de verbo.obligatio.l.cum filius.§.
ſi ſtipulatus.ſed lex illa ſicut reus dicit cõtra.⁊ ſo.dic ꝙ
fideiuſſor.accedens promiſſioni promittens ſe curatuꝝ
videtur promittere illud idem quod reus.al̃ nõ valeret
fideiuſſio.nõ obſtat iſte tex.quia intelligitur in obligatõ
ne principalis que poteſt habere quãlibet formam nõ ĩ
obligatõne fideiuſſoris.

De iure iurando. Rica.

**IUramentum.** Eſt aſſumptio diui nominis ad
ꝯfirmañ.fidem iurantis ⁊ nomĩ
dei.qñꝫ expreſſe aſſũmit̃ .vt cuꝫ
iuratur per deũ.vel ſancta euan
gelia.quandoqꝫ tacite vt cum iuratur per ſalutem.nam
omnis ſalus a deo procedit.vt.ĩ.e.l.qui per ſalutem.⁊ q
iurat per deum.cum in teſtem ſuum ꝓducit. unde paria
ſũt hec dicere iuro ꝑ deum.⁊ dicere deus ẽ mihi teſtis.
ut in aũt.quib.mo.natu.effi.legi.§.qm̃ coll̃. vi. ⁊ ibi nõ.
⁊ nota quod multiplex eſt iuramentum ut nota. in glo.
⁊ adde quod iuramentum teſtis debet eſſe de his que
ſenſu percipiuntur.ſꝫ iuramẽtũ partis.eſt etiam de alijs
que indubitanter nouit ut nõ. Inno.de iura. calũ c.fi.⁊
datur parti terminus ad deliberãduꝫ.ſi dicit ſe dubita

re ⁊ petat terminũ ad deliberãduꝫ ut.ĩ.e.l. iuſiurãdum
⁊ ad pecunias.§.ſi.⁊ in teſte nõ occurrit. Modo lex q̃
hoc dicat.tamẽ idem credo.qꝛ eadeꝫ eſt ratio equitatis.
⁊ valet iuramẽtuꝫ partis etiaꝫ extra capituluꝫ. ſꝫ teſtis
nõ poteſt iurare niſi ſup eo ſup quo ꝓducitur.vt nõ.ĩ.e.l.
ſi duo.§.ideꝫ iulia.⁊ ualꝫ iuramẽtũ ptis.ẽt p ꝓcuratoreꝫ vl̓ nũ
ciũ ex̃ ꝺ teſti.pñtiũ.li.vi.ſꝫ nõ iuramẽtũ teſtis.qꝛ teſtis nõ
p̃t ꝯſtituẽ ꝓcuratoreꝫ l̓ nũciũ.ſꝫ teſtiſ p ſe ipꝫ loq̃ dꝫ vt iudex
videat motꝰ corpis vultus ruborẽ l̓ palorẽ vocis tremu
lentiã.⁊c̃.vt ĩ.ꝺ teſti.l.iij.§.idẽ.diuꝰ.⁊ ſi teſtiſ dicat vã eẽ
ĩterrogatꝰ rñdit.qꝛ ẽ fama neutrũ ꝓbat.qꝛ nõ reddit rõeꝫ
p ſenſuꝫ corpis ⁊ ipſe nec loq̃t̃ p modũ redditũ rõis.⁊ iõ
dꝫ reddẽ rõem ſufficiẽtẽ.ergo nõ ꝓbat niſi adiciat rõeꝫ
ad famã nã ẽt teſtis q̃ dic ſe nihil ſcire ſup caplo ꝺ vita
te p̃t ꝓbare famã.⁊ refert̃ fama ẽt ad articuloſ.⁊ ñ ꝓbat
eos.vt nõ.in ſpe.ꝺ notorio crie.§.fama.vſi.q̃d ſi teſtis. i
terrogatꝰ ſup pluribꝰ niſi dcm̃ ſup fama nõ cẽt ſimplex
ſꝫ ſolũ ꝺ teſtificatꝭ ⁊ cõiter ita fit.⁊ ex iuramẽto teſtis nõ
orit̃ actõ.ſꝫ ex iuramẽto ptis ſic vt nõ.ĩ.e.l.ſꝫ ⁊ ſi poſſeſ
ſori.§.ſi.⁊ i iuramẽto teſtis req̃rit̃ ordo iudicioꝝ.ſecus in
iuramẽto ptis vt.ĩ.e.l.nã ⁊ poſtea.§.ſi minor.⁊.§.ſi is ⁊
iuramẽtũ teſtis vnicũ ẽ tñ.ſ.neceſſariũ.⁊ iõ nõ p̃t deferri
niſi a iudice ar.ĩ.ti.i.l.uideamꝰ.§.deferre ⁊ ſi i actꝭ rep̃it̃
teſtꝭ iuratꝰ.an ꝓbat̃ iuratus:nõ.ff.ꝺ dote p̃le.l.theopõpꝰ
⁊ an iudex ſecularis poſſit recipe iuramẽtũ i eccl̓ia nõ.ĩ.
e.l.iuſiurã.§.ſi ꝺ qualitate.⁊ an p̃ſumat̃ iuramẽtuꝫ corpa
le nõ.i.c.vt circa ꝺ ellec.li.vi.⁊ qualr̓ puniat̃.a.l.l̓ iudice
ps piura hẽs.ſ̃.ꝺ iſa.l.luciꝰ.i glo.ꝺ teſte.adde ꝙ hẽs.ĩ.
ad.l.cor.ꝺ ſicca.l.i.§.ij.⁊ teſtis nõ iurat ex̃ iudiciũ. ita ꝙ
ꝓbet.ſꝫ ps ſic.⁊ adde ꝙ nõ.C.ꝺ teſta.l.hac ꝯſultiſſima.
§.pe.⁊.ff.ꝺ arbi.l.i.⁊.l.diẽ.§.ſi ples.   Et iuramẽtũ ptis
eq̃ valꝫ i negotia ⁊ affirmatiua.ſꝫ nõ dcm̃ teſtis.adꝺ qꝺ
nõ.ff.ꝺ iti.actuq̃ꝫ p̃ua.l.i.§.i.   Quõ ꝺ aliq̃bꝰ q̃õnibꝰ.⁊
p̃mo q̃r ex iuram̃.aſſertorio ꝺ p̃terito l̓ ꝺ pñti orit̃ obl̓io
⁊ iecꝰ ẽ in iuramẽto obligatorio ꝺ futuro ꝙ non ꝓducit
obl̓ioneꝫ niſi in opis.vt.l.ſi q̃s pro eo in p̃n.de fideiuſſo.
Rñdeo qꝛ iuramẽtũ deciſſoriuꝫ alicuius litis hꝫ viꝫ ſnie
vt.ĩ.e.l.⁊ quaſi ꝯctus vt.ĩ.de pecul.l.depoſi.§.i. ſed non
ita qñ ſup ꝯctu iurat̃ ppea nec hꝫ executiõeꝫ ꝑatã iſtud
iuramẽtũ obligatoriũ ꝺ futuro.qꝛ nõ hꝫ viꝫ ſnie vt dixi.itẽ
nõ obligat.qꝛ ois obl̓io.aut ẽ ex ꝯctu.l̓ quaſi.aut ex deli
cto l̓ quaſi.⁊ ex ꝯctu.aut ex re.aut vbiſ.aut lr̃is.aut ꝯſen
ſu.nõ aũt ẽ q̃nta ſpẽs.ſ.iureiurã.vt iſti.ꝺ obl̓io.§.ſequẽſ
vñ iuramẽtũ nõ veſtit pcm̃.qꝛ ipꝫ ex ſe nõ hꝫ ciuile vincu
lum niſi i opiſ ut.ff.de ope.lib.l.iuſiurãdi. Nudũ pcm̃ ãt
tũc dr̃ qñ deficit forma.i.ſolẽnitas.⁊ vbi ẽ defectꝰ ſolẽni
tatꝭ iuramẽtũ nõ ſupplet talẽ defectũ. qꝛ diuſa res ẽ ſolẽ
nitas quã iuramẽtũ. In iuramẽto.n.ẽ religio addita ꝯſen
ſui.ſicut ſticꝰ nõ ẽ ſeius.⁊ ſicut ſtipl̓o nõ eſt locatio.qꝛ for
malr̓ ⁊ eſſentialr̓ differũt.Secũdo nõ.q̃ ſũt caſus i q̃bꝰ
nõ valꝫ iuramẽtũ ad obligãdũ. Rñdeo ubi nõ iteruenit ꝓ
miſſio ibi iuramẽtũ hꝫ viꝫ.nude pollicitatõiſ.⁊ nõ obligat
niſi i opis ut dixi.l̓ niſi i eccl̓ia ⁊ re publica ut.ĩ.de polli
citatio.l.pcm̃ ⁊ nõ.ſ̃.de ſac.ſan.ecc.l.illud. Itẽ nõ ualet
iuramẽtũ obligatoriũ rõe etatꝭ ut qꝛ pupillus.nã nulli reli
gioni pupillus aſtringit̃.fallit i.l.ulti.de libe.cau.nã iper
fectũ ꝯſenſuꝫ hꝫ ut.C.de re mili.l.ſi.Item nõ ualet rõe
prodigalitatis ſi prodigus cui eſt bonis interdictuꝫ iurat
nõ ualet.quia eſt inhabilis ut.ĩ.e.l.tutor.§.prodiguſ qui
pupillo equipatur ut.ſ̃.ti.i.l.certi cõdictio.§. qñ iteꝫ nõ
valet ꝓpter defectũ mentis vt in furioſo ⁊ mẽte capto
vt.ff.de reg.iuſ.l.in oibus.   Itẽ nõ valet pp defectum
ſenſualitatis vnde mutꝰ nõ iurat qꝛ nõ põt loqui. ⁊ iura
mentum req̃rit vba.aliꝫ dicunt qꝺ ſufficit. qꝺ intelligat

q̃d agat.licet non loquatur.⁊ ſic nutu ⁊ actu iurabit ar.
ff.ad trebel.l.q̃dam ita.§.ſi pupillo.⁊.C.qui teſta.facer.
poſſ.l.hac ꝯſultiſſima.melius facit.l. diſcretis.   Item
nõ valet pp defectũ ſue poteſtatis vnde filiuſfamilias
iurando in mac.vel vbi ꝯhere ꝓhibetur nõ firmat ꝯctũ
iurando.vt nõ.de bo.q̃ꝫ lib.l.ſi.filiꝭſ ãt.   Itꝭ nõ valꝫ fa
uore publice vtilitatis.vt.ff.ꝺ.le.i.l.ſi q̃s inquilinos.§.ſi.
⁊.C.de agri.⁊ cẽſi.l.quẽadmodũ.itẽ nõ valet qñ iuratur
in p̃iudiciũ rei publice.vt.ĩ.ad mu.l.ſi.vel alterius tertie
pſone ar.ff.de pac.l.ſi vnus.§.ante oia.⁊ ar.ex̃ ꝺ iuriu.
.c.veniẽtes.Itꝭ ñ vꝫ ſi iuret̃ nõ fieri id ꝙ p̃ceptũ ẽ fieri.vt
iurat pr̃ ñ alẽ filiũ.qꝛ ẽ ꝯ p̃ceptũ legiſ nãl̓ nã iura nãlia ñ
poſſunt tolli vt inſti.de iuſ natura.§. ſꝫ nãlia itẽ nõ valꝫ
ſi iuret̃ fieri.id qꝺ eſt ꝓhibitum fieri.qꝛ eſt ꝯ bonos mo
res vel ius nãle.vel diuinũ.vel ptinet ad ꝯtumeliã ſupe
rioris vt.ff.de vbo.obli.l.ſi ſtipuler.⁊ i.c.nõ eſt obligato
riũ.   Sꝫ hic q̃rit̃ q̃d ſi nõ eſt ꝓhibita.datio vel factũ
ſeu executio.ſꝫ ipſe ꝯctus eſt ꝓhibitus.an valet iuramẽ
tum.⁊ vr̃ qꝺ ſic.nã ꝯctus vſurarius eſt ꝓhibitꝭ. tñ valet
iuramẽtum qꝛ executio eſt pmiſſa vt ex̃ de iureiurã.c. de
bitores.   Quidã dicunt ꝙ aut iuramẽtũ eſt reprobatuꝫ
exp̃ſſe.a.iure cõi.vel municipali.⁊ tunc nõ valet.vt.C.ꝺ
leg.l.nõ dubiũ.in ſi.aut eſt exp̃ſſe approbatũ.⁊ tũc valꝫ.
vt in auc̃.ſacramẽta puberũ.aut lex nõ facit mentionem
de iuramẽto.ſꝫ facit mẽtionẽ de ꝯctu.tñ ꝓhibẽdo.⁊ tũc
aut ꝓhibet fauore ſpãli.⁊ valet iuramẽtũ.de iureiuran.
mulieres aut odio ſpãli ⁊ nõ valet iuramẽtũ vt i macedo
niano.qꝛ nõ põt renũciari aliquo mõ vt.ĩ.ad macedo.l.
tam ⁊ ſi.aut rõ ꝓhibitionis nõ eſt fauor vel odiũ ſꝫ alia
rõ eq̃tatis.⁊ tũc ſiue ꝓhibitio ꝯtineat ius bonũ.⁊ equũ.
ſiue equũ tñ.vel bonũ tñ.valꝫ iuramẽtũ qꝛ ſicut ꝯ lauda
bilẽ ꝯſuetudinẽ nõ valet iuramẽtũ.ita nec ꝯ laudabile ſta
tutũ.facit qꝺ nõ.C.ꝺ collatio.l.pactũ.Et ideo ſi dicit ſta
tutum.qꝺ mulier nõ poſſit ſe obligare ſine ꝯſenſu duoꝝ
ꝯſanguineorũ ſi obligat ſe nõ ſuata hac forma nõ valꝫ
obligatio.licet interueniat iuramẽtũ.idẽ ſi dicit de mino
re.uel filiofa.qꝛ ubi ẽ defectus forme uel ſolemnitatis
nõ ualet iuramẽtũ.nã ubi deficit forma uꝛ deficit ius cõe
⁊ obligatio nãlis deficit ut.ff.de ꝯſti.pec.l.i.§.i.idẽ ſi ſta
tutũ imponat p̃ciũ rebus uẽdendis.nã ubi ꝯctus ꝯtinet
iniq̃tatẽ.⁊ eſt ultra modũ taxatũ.a iure nõ naſcit̃ obliga
tio.nãlis ut.ĩ.de ꝯdic.inde.l.ſi nõ fortẽ in ſi.p̃n.qꝛ lex dã
nat ꝯctũ tanq̃ iniquũ.ſecus ſi req̃rit̃ ſnia hois.ut.C.de
reſcin.uen.l.ij.⁊ ibi nõ.ſꝫ ꝯ iſtud.op.ſic iſtud iuramẽtum
nõ põt negligi ſine peccato.qꝛ frangit̃ fides.ergo aucto
ritate ep̃ali dꝫ cogi iuranſ ut ipm obſeruet ut.c.ij.ꝺ pac.
li.vi.itẽ nõ uꝛ tolli nãlis obl̓io.licet lex caſſet cõtractus
ut.ĩ.de ꝯdi.inde.l.ſi pene in p̃n..   Sed dicaꝫ ꝙ obmiſ
ſio modi ⁊ forme reddit nulluꝫ ipm factum p̃ncipale er
go ⁊ acceſſoriuꝫ.ſ.iuramẽtum ⁊ id ꝙ nulluꝫ ẽ nemo tene
tur obſeruare.alias nõ differret nulluꝫ ⁊ aliquod. Nec
ob.c.q̃uis qꝛ ibi ſi erat defectꝰ modi l̓ forme ſꝫ qꝛ.l.ñ ulr̓
eo tp̃re id fieri qñ ꝺ ſucceſſore.nõ eſt tractañ.ante mor
tẽ.ſ.p uiã pacti.ſꝫ per uiã cõdictiõis uel modi dicit.C.de
tranſac.l.cũ donatiõis.Sꝫ ius canonicum nõ curat de
tp̃re qꝛ inter uiuos põt renuntiari ſucceſſori nõ tñ credo
ꝙ i gnãli renũciatiõe ueniat legitima.C.de inoffi.teſt.ſi
qñ.§.ſi.⁊ q̃ petit.legitimã tantum nõ dicitur heres uni
uerſaliſ.ĩ.ꝙ.cũ eo.l.i.in ſi.⁊ nõ.C.de rei uen.l.cuꝫ a ma
tre.Et heres uniuerſalis non patitur aliam fal. nſi legi
timam ut.l.omnino.Renunciatio ergo hr̃ditatꝭ. ſeu uni
uerſitatꝭ.non trahitur ad legitimam de hoc per glo.de
tranſ.l.de his.   Item nõ obſtat.c. debitores. quia ibi
eſt pactũ recipientꝭ ꝙ non excuſat iurantem. ⁊ ſic debet

īmpleri iuramētuȝ.quia h̄ non facit propter hominem
ſed propter deuȝ queȝ i teſteȝ aduxit.e.ti.c.i Sȝ qd ſi
iuraui tibi dare deceȝ tu inde nō ſoluiſti gabellaȝ vel nō
poſuiſti i extimo vel nō aſſignaſti in libro cōi.vnde ſtatu
tum terre priuat te. An eṕs coget me ad ſeruandum
iurametuȝ. Videtur ꝙ nō.qꝛ facto tu exceptionem que
ſiui ꝛ iuramētuȝ dȝ itelligi rebus ſic ſe habētibus ar.de
ꝯdi.ob cau.l.ꝙ huius qꝛ defēſio ſupueniēs ipune .cpp.l.
fi.C.de ſpō. In ꝯtrium vr̄ ꝙ ꝯſtitutio penal' nō tollit
nālem obl'ionem.d.l.ſi pene. Nā poſtq̄ obl'io eſt ꝯcta
modus uel ꝯdictō nō tollit ip̄o iure cā ut nō.ſ.ti.i.l.lecta
C.de p̄ci.imp.off.vniuer. So.aut pena p̄uationiſ ori
tur ex diſpōne iur̄ cōis.aut p ſtatuta .p̄mo caſu eṕs nō
intromittit ſe.C.de preſcrip.xxx.an.ſicut nō ꝓpter deli
ctuȝ rei vt qꝛ mala fide ſciēs ſe teneri nō ſoluiſſet. Naȝ
maior mora nō minuit pactuȝ de p̄ſcrip.qm̄ omne.ymo
potius lȝ augē.j.ꝙ cuȝ eo.l.iiij.§.pe. de pe. ſi diutiue de
vſ.mora. In ſc̄o caſu vt in p̄ſcriptōe ſtatutaria.ꝛ in dictꝭ.
exemplis nō credo quod epiſcopus.in ſua ſpūali iuriſdi
ctione ligetur ad obſeruātiam ſtatutoruȝ vt nō. Jo. an.
de ope.no.nū.c.i. Sed in his que pertinent ad foruȝ
aīe ēt inter laycos eṕs ſeruat ſta uta ip̄orū vt nō.d po
ſtu.ex ca cā. Si autē a p̄ncipio nō tenet actus iſta nō
eſt pena.ſed obmiſſio debiti modi a p̄ncipio.ꝛ.l. obuiat
priu.ꝛ eṕs nil poteſt.qꝛ nullū fuit.ꝛ eſt ar.j.de actꝭ.ꝛ ob.
obligatꝭ q.ꝓprijs. Et dixi.ſ.in alia.q. Alij dicūt ꝙ ſemp
fides ē implēda deo.ſȝ ſi ē indebitū repetit' tāquā idebi
tuȝ p.c.debite. Et dicit ſcūs Bernardus ad eugenium
puritatē debemus ꝓximo ꝯſciam nobis fidē deo tm̄.ibi
loqtur de fide ſpūali nō de fide ꝓmiſſionis q̄ debet' deo
ꝛ ꝓximo. Itē nō valet iuramētuȝ p̄ſtitum i fraudē legis
ar.j.d ꝓba.l.q teſtiū ꝛ.ff.d iure patro.l.ſi libertinus. Itꝭ
nō valȝ iuramētū dolo extortuȝ.qꝛ deceptus.ē nō vr̄ cō
ſentire.nec vi exactū eſt. qd̄ verꝫ eſt in ſacr̄o minoris ut
in auctētica ſacramēta puberū idē i ſacramēto minoris.hȝ
ius ciuile.vt nō.C.ꝙ me.cau.l.ij. Itē nō valȝ iuramē
tū ſil'atuȝ ut.C.plus valē qd̄ agit.l.emptōe tm̄ dū res eſt
indubio.an ꝯctus ſit ſimulatus nec ne interiȝ dȝ ſtari iu
ramēto nec auditur agens niſi primo petat relaxationeȝ
iuramēti ꝛ eā obtineat ar.dicti.c.i.ꝛ adde qd̄ nō. Inno.
ex̄ de elec.c.venerabilē. Iteȝ ſi iuramētū hȝ tacitā vel
exp̄ſſam ꝯdictionem nō obligat niſi ꝯdictio exiſtat vt.l.
fi.C.de nō nu.pe.ꝛ debet impleri nāliter nō per fictōeȝ
qꝛ quo ad ſpūale vinculuȝ iſpicitur veritas nō fictio.ſa
cit qd̄ nō. Inno.de imu.eccl'ia.c.qꝛ pleriqȝ. Itē ſi adū
ſarius meus nō ſeruat mihi fidē nec ego cogor ſibi ſuꝛa
re iuramētuȝ.qꝛ nālis eqtas me defendit ar.j.d loc. pub.
fru.l.i.i fi.ꝛ.j.loc.l.q̄ro.§.iterlocatorē ꝛ.ff.de rei vēdi.l.ſi.
§.fi. Tertio q̄rit an iuramētuȝ trāſeat ad hr̄dem. Ho
aut ē delatū.ꝛ nō p̄ſtituȝ ꝛ nō trāſit.vt.C.e. l.gnāliter.ꝛ
ideo ſi ꝓmiſi ſtare ſacr̄o tuo.ſi tu decedis anteq̄ iures
nō trāſit hoc pactū ad hr̄deȝ. Aut ē p̄ſtituȝ.ꝛ tūc aut q̄ri
tur.an trāſeat quo ad robur ꝯctul exēplū i aūt.ſacr̄a pu
berū.ꝛ dico ꝙ lȝ ip̄ȝ iuramētū nō trāſeat. tm̄ trāſit effect⁹
ei⁹.nec p̄t hr̄s ꝯctū reſcindē.ar.j.de v̄.ob.l.ij.§.i.ꝛ. C.d
reſti.mili.l.q̄ a patre.aut quo ad forꝫ eccl'iaſticū.ꝛ nō trā
ſit iuramētū ad hr̄dē.ſȝ ad hr̄dem ei⁹ an iurat' ſic. vt nō.
Inno.d iuſiurā.c.q̄itatꝭ ꝛ.c.ij.de pac.li.vi.ꝛ.c.vl't .de for.
ꝯpe.e.li. Sȝ abbas dixit ꝙ rōe iuramēti hr̄s iurantꝭ .ſit d
foro eccl'ie ut ip̄e nō.d ſtip.c.pachi.ꝙ nō ē verꝫ niſi iudi
ciū eēt ibi ſuſceptū ꝯ defunctū.vt.ff.d iudi.l.vbi ceptum.

Maximum remediū. Iuramē
tū volū
tariū ē illd̄ i quo reqrit' ꝯſenſus utriuſqȝ ptis
iudiciale ē illud i cui⁹ d̄latōe reqrit' ꝯſhus defferētiſ ꝛ iu
dicis nō alteri⁹ ptiſ cui ſit delatio.nō.ex hac.l.ꝙ iuramē
tū iponit finē liti.i.ꝓbationi nō iſtantie ut nō. Bar. i.l.
nā ꝛ poſtea.§.ſi mior.ff.d iuſiurā.ꝛ i.§.ſi dāuet'. Neceſ
ſarium eſt illud i quo nō requiritur p̄ncipaliter cōſenſuſ
alicuius niſi iudicis.ꝛ iſtud iuramētū eſt triplex.nā inter
dum defertur ex ſemiplena ꝓbatōne.ut.j.e.l.admonēdi
ꝛ ſi defertur ei q ſemiplene probauerat cōiungātur due
ſemiplene probationes.nam iſtud iuramētum non facit
niſi ſemiplenā ꝓbationē licet enȝ due ſpēs impfecte nō
fuerant.al' nō faciāt vnā pfectā.vt.l.i.C.q nu.tutel. verū
eſt ad aliqd de nouo cauſandū.ſȝ iā ad ꝓductū ineſſe ꝓ
bandū ſic.vnde ſingula q̄ p ſe nō ꝓſunt ſimul ꝓducta be
ne ꝓſunt.vt nō.de excuſa.tuto.l.ij.§.etas.ꝛ.C.d ꝓba.l.
inſtrā. Cū ergo iſtud nō faciat niſi aliā ſemiplenā ſeqtur
ꝙ nō valet delatio facta actori qui minus probauerat.
quia nō eſt delatū eo caſu.quo lex di ponit vel ſi valet
pōt appellari. Sȝ an eſt neceſſe quod pars petat ſibi
deferri.ꝛ vr̄ quod ſic de dam.infec.l.iiij.§. hoc iudiciuȝ.
In ꝯriū qꝛ p⁹litꝭ ꝯtꝭ.occurrit h̄ ſolo offi.iud.expediēdo d
edil.edic.l.ediles.§.itꝭ ſcieñ.vt.ff.d dā. fec.l.ſi qs miſſuȝ.
§.iudex. Sȝ p̄ma ps eſt tutior.qꝛ iudex nō debȝ ſupple
re de facto nec dȝ aſſūmere in ſe officiū ptis niſi pars
abeſſet iuſta abſentia.ꝛ niſi in cā appellatōnis.vt.C.de
appellatio.l.ampliorē. Sȝ nunqd poſt didicita teſti
ficata.pōt peti hoc iuramentuȝ deferri. ꝛ videtur quod
nō.quia ſuccedit in loco teſtium .qui poſtea produci non
poſſunt.vt in auc̄.de teſti.§.quia vero.vbi etiā de ſimili
iuramēto dicit qd̄ non hȝ locū niſi poſt didicita teſtifica
ta. Sed dico contra qꝛ eſt diuerſa ſpecies cū ꝓbatō
ne teſtiū ar.ex̄ d fide.inſtru.c.cū dilectus. Itē qꝛ petrus
neſcit ſi ei expediat petere niſi viderit teſtificata. vnde
ignoranti mora imputari non pōt. Itē ēt. ſi ante pe
tit ꝯdictionaliter petit in defectum probationis ſi quis
eſſet. Sed petitio condictionalis trahit' ad tp̄s cōdi
ctionis nō econtra.vt.C.loc.l.ꝯductores. Itē nō ē ne
ceſſe peti.anteq̄ poſſit fieri nō ergo nocet didiciſſe teſti
ficata. Sȝ qd ſi concluſum ē i cā vr̄ adhuc.ꝙ deferri
poſſit.vt extra de fide inſtru.c.cum Johānes heremita.

In ꝯrium facit qꝛ tunc nulla ꝓbatio poteſt fieri ſi ē
concluſum generaliter vt nō. Inno.de cau.poſſe.c.e.pa
ſtoralis ſecus ſi eſſet concluſuȝ quo ad probationem te
ſtium.vñ dico ꝯrium quia vere credo quod in defectū
probatōnis.fiende nō poſſit deferri ar.C.de nō.nu.pec.
l.in cōtractibus.§.de illo.ꝛ.j.e.l.tutor.§.fi.ſed ad decla
rationem probationis facte poſſit deferri officio iudic s
dicto.c.cum. Johannes quia iudici non concluditur licȝ
in cauſa concludatur quod nota. Interdū neceſſariū
iuramentuȝ defertur vt p ſe ſolū ꝓbet ſine adminiculo
alterius ꝓbatōis.ꝛ hoc eſt. Interdū de neceſſitate.ꝛ hȝ
locum duobus concurrentibus.ſ. dolo rei.ꝛ difficultate
ꝓbationis.vt notatur.j.ti.i.l.in actōnibus.§.plane .ꝛ.l.
nūmis.ꝛ inſti.de v̄bo.obli. §.pe. Interdū eſt de affe
ctione.ꝛ hoc pōt eſſe dupliciter.ꝛ habet locū quatuor ꝯ
currentibus.ſ. dolo rei.vt.j.ti.i.l.ij. ꝓ qualitate actōnis
quod ſit bonefidei.vel arbitraria i actionibus qualitate
rei petite qd̄ in ea cadat affect o vt.l.nūmis.ꝛ qualitate
iurantis.qd̄ ſit dominus.vt.j.e.ti l.vulgo nā actio exigi
tur in iſto iuramēto quod agēs ſit honeſta pſona.qꝛ libe
rum eſt iudici refrenare.ſecus eſt in iuramēto pp inopiā
plene ꝓbationis vt.j.admonēdi. Nō.nā i illo iuramēto
deferendo iudex debet eſſe cautus ꝛ diſcretus.quatuor
p̄ncipaliter ꝯſiderādo.p̄mo pſone qualitatē vt deferat
honeſtiori ꝛ homini fide digno.vt.ff.de re.mili.l.nō oēs

.§.a barbaris. ſo qualitatē cauſe. an ſit cā famoſa. vl' ibi
dolus impingit' nō enim h3 tūc locū delatio iuramti fiē
da actori. vt nō. ī. ſi. de momē. poſſeſſio. l. iij. §. i. ⁊ ar. ī. de
q̄ſtio. l. maritus. Tertio quantitatē eius qđ petit'. q2
vbi eſt magna quātitas. cā cenſetur ardua ⁊ opus ē cla
rioribus ꝓbatōib9. Itē q2 ꝑ magnis reb9 hoīes ſunt ꝓni
ad deierādū vt nō. C. đ reb. credi. l. i bōe fidei. Quar
tō ꝯſiderare d3 ſilr ille q petit iuramtū nouit fcm̄ nec
ne ar. ī. ti. i. l. videam9 oē ergo iuramtū ē remediū dirimē
daꝝ litiū ꝙ ē viu itroductū vt h. ⁊ differūt iſta iuramta
nā volūtariū referri nō p̄t ita. ſ. ꝙ ſi is cui refert' ſi nolit
iurare pūit' i amiſſiōe litꝫ. vt. ī. e. l. iuſiurādū ꝙ i p̄n. Sed
iudiciale refert' ⁊ is cui defert' ſi nolit iurar̄ punit' i amiſ
ſione litꝫ vl' iurare cogit' vt. ī. e. l. iuſiurā. §. ait p̄tor ⁊. §. ſi
niſi p̄tendat ꝓbabilē excuſatōe3 quā ſi iudex n̄ admittat
p̄t appellare vt. C. e. l. gnālr. §. i. nā dānatꝫ ex falſa cōtu
macia p̄t appellar̄ ⁊ ꝓbar̄ h i cā appellōnis facit. ff. iud.
ſol. l. vir bōuſ ⁊ i. c. ij. đ ꝯfeſ. li. vi. ⁊ nō. Ja. đ are. C. đ iur.
calū. l. ij. nā ēt v̄a ꝯtumacia nūquā repellit ab appellādo
niſi ꝯſtat i nō veniēdo. nā tūc ꝯhibit' hermodiciū. i. dereli
ctō litꝫ. vn̄ quaſi hn̄s litē ꝓ derelicto nō d3 vlteri9 audiri.
ſec9 i ꝯtumacia ei9 q ꝯparet vt. ff. đ appellō. l. creditor. §.
iuſſus. Itē ex iudiciali iuramto orit' actō ſi iurat' ſup actō
ne ex neceſſario nō vt nō. inſti. de actio. §. p̄terea. ⁊ dic
vt dicā. ī. e. l. nā ⁊ poſtea. §. fi. alia dica3 ſuis locis. ſ3 hec
ad euidētiā ſufficiāt. Bal.

# Iuſiurandum.

Trāſactio ē actꝰ
ꝑ que3 recedit' a
ꝯtrouerſia. ꝑꝑ aliquā aliā rē l' ſpē. iuramentu3
eſt actus ꝑ quē dirimitur ꝯtrouerſia q2 declarat v̄itatē
q̄ ē aut eē dr̄ cū oīa eſſentialia generis inſunt ſpēi quō
iuramtū eſt ſpecies trāſactiōis. r. n̄ideo q iurat aliqđ facit
aduerſario. iurat. n. vt. ī. e. l. ſi qs cū ⁊ ꝑ aliqua re d3 acci
pi q2 aduerſarij volūtatē cōpleuit. ar. ī. ti. ij. l. pe. alicuius
ergo facti iteruētu recedit' a lite. ſicut i trāſactiōe v̄a. dr̄
aute3 tranſactio. Interdum. i. pactio. nō gratuita ſuper
lite preſenti vel futura que nō eſt. al' deciſa. vt. ī. de ꝯdi.
indebi. l. eleganter. §. ſi poſt. interdu3. i. iuramētum deci
ſiuu3 delatu3 inter partes vt hic. Interdum. i. laudu3 ar
bitratoris. vt in aūt. ut diffe. iudi. §. i. Moderni dicūt ꝙ
arbitramētu3 nō eſt trāſactō. ſed declaratio trāſactiōis.
cōpromiſſu3 aūt eſt trāſactio. nō declarata. ſ3 declarāda
ꝑ arbitratorē. nō eni3 poſſet ipa tranſactio cōferri i aliū
ſ3 declaratio trāſactōis ſic ar. ī. đ reb. dub. l. vtrū. §. cū q
dā. ⁊. ff. đ le. i. ⁊. l. qda3 ⁊ differt a trāſlatiōe v̄a. q2 iniquū
laudū d3 reduci ad equitate3 vt. ff. pro ſoci. l. vn̄ ſi verus
ſecus in vera trāſlatōne. q̄ certe omni iudicio emanauit
inter partes. vt. ff. ad trebel. l. lucius. §. fi. Item dicitur
tranſactio in genere. i. tranſitus actionis. ⁊ ſic hab3 ſub
ſe dictas ſpecies ut hic. ⁊ ſicut nō valet tranſlatio ſuper
certo declarato ſententialiter vt dixi. ī. de condi. inde. l.
eleganter. §. ſi quis poſt. ⁊ etiam dixi in. l. ſi diuerſa. C. đ
trāſac. ⁊ in. l. i. C. qn̄ prouo. nō eſt neceſ. ⁊ ſic nec ꝯpromiſ
ſu3 nec laudu3 arbitratoris facit quod nō. C. de epiſ. au
di. l. ſi qui per cy. argu. contra. ī. de duobus re. l. duobus
§. fi. ſed ibi negatio faciebat rem dubiam. vt dicto. §. ſi
poſt. ⁊ hec vera in queſtione in arbitris iuris. quia eorū
ſententia eſt vera. cuius ſententia ſine cauſa non poteſt
renunciari vt nō. in. l. ſi diuerſa. ſententia etiam diffiniti
ua non ualet ſuper eo quod diffinitum eſt per aliam ſen
tentiam quod eſt verum ex eadem inſtantia niſi prima
ſententia ſit nulla ipſo iure. vt. ff. de accuſatio. l. abſente3
vl' niſi per viam reſtitutionis ut. ff. de in integ. reſti. l. di
uus. Item ex alia inſtantia nō ualet preſertī3 ſi eſt ide3
iudex. q2 eſt ꝯtrius ſibi ipſi nec pōt ignorare q̄ fecit vt. ī.
đ ꝓba. l. quotꝫ. §. fi. l' niſi ſit ſupplicatū appellōni actū de
nullitate l' petita reſtō l' niſi icertū ſit an ꝓnūciatū ſit ut
. d. §. ſi p9 ⁊. C. đ trāſ. l. ſi cā. ⁊. ff. fa. her. l. q̄dā mulier ⁊ de
iure patro. l. carmelia pia. ⁊ hoc ueꝝ niſi p̄me ſnīe renun
ciatum ſit. nam licet quo ad fiendam ſententiam ſecūdā
ex eiſdē actis nō valeat renūciatio. q2 iſtātiā ꝯpleta3 ⁊ fi
nitā in ſtatū litꝫ p̄cedētis reducē nō pōt ar. ff. đ ſolu. l. qui
res. §. areā. ⁊ nō. C. đ trāſa. l. ſi diuēſa. tn̄ ex alia iſtantia.
ſec9 p̄ſerti ſi ferat' ex nouiſ ꝓbatōib9 q̄ poſtea emēſerūt i
litē ar. ī. e. l. admonēdi. ⁊ facit. ff. đ re iud. l. acta. ⁊. l. actor
v̄ba. ⁊ idē i arbitris. dico ut nō valeat ſm ꝯ p̄mū. ēt ſi da
ta ſit ꝑtās arbitrio laudādi ſemel ⁊ pluries. nā hoc itelli
gat' . i. ꝯiunctim. ⁊ diuiſim vt. ff. đ arbi. l. qđ tn̄ nō āt ꝙ
poſſit corrigē diffinitiua3 vt. ff. e. ti. l. qualē. §. fi. cu3. l. ſeq.
val3 ēt ſa ſnīa ꝯria p̄me. ſi p̄ma fuit ꝯdēnatoria. ſa abſo
lutoria. q2 potuit fieri ꝑꝑ nouas exceptōes vt nō. C. de
excep. rei iudi. l. duob9. ſecus eē ſi p̄ma ſit abſolutoria. ⁊
ſa ꝯdēnatoria. q2 hoc đ iur̄ fieri non potuit ꝑ nouas alle
gatōes. ⁊ ita itelligit'. l. i. C. qn̄ ꝓuo. nō ē neceſ. ſm guil'.
ibidē. Sed in ꝯtrium facit. ī. de condic. inde. l. iulianus
⁊ adde quod. nō. ex̄ de re iudi. c. inter monaſterium. ſed
i ſentētia. interlocutoria. dic vt. in. l. quđ iuſſit. ff. đ re iu
di. In decreto. volūtarie iurdictōis. dic vt. C. đ peti.
hr̄di. l. ſi putas. ⁊ đ excuſatio. tuto. l. q teſtō. ⁊ đ tuto. ⁊ cu
ra. dat. ab his. l. tutor. ſi petitus. In decreto ꝯtētioſe
iurdictōis dic ſi frater ex ꝯtumacia. ꝙ diu p̄t ꝯtumax p̄t
ſe purgare p̄t reuocari ex̄ de ꝯſtitu. c. ex̄ lr̄is. ⁊ de colla.
bon. l. i. §. ſi fr̄. ſi fertur ex meritis cāe vt i ſo decreto. dr̄
C. de re. mili. l. ignorar̄. differt tn̄ in p̄dictis appellatio
a nullitate. q2 appellatio ēt iniuſta abſorbet ꝓnunciatū
vt. ff. ad munici. l. i. i fi. S3 q̄ſtio nullitatis nō vnde niſi
petitio nullitatis ſit vera nihil opat' ⁊ hoc dicit dy. qđ
bānitus agēs de nullitate. pōt interim offendi. vt. ff. đ ac
qui. poſſe. l. iij. §. ſi ſeruus. per dy. ſupple ſi re vera. tenet
bānum. ⁊ eſt aliquod. quod quantum ad diſpoſitionem
legalem inſpicitur veritas. vt. ī. de condic. ob. cau. l. ſi pe
cuniam. ⁊. l. ſi ſeruum. Si autem re vera ſit nullum.
non poteſt offendi. nec excuſat offendente3 ſententia đ
facto. lata. vt. ff. đ iniuſto. teſta. l. ſi quis filio. §. quod ſi qs
quia debuit expectare ſnia3 ſecūdā ar. đ excuſatio. tuto.
⁊ cū diximꝰ bannū eſſe cū ſit iterlocutoria p̄t reuocari ꝯ
rio impio. q2 expectat p9ſe ſnia3 diffinitiuā. Itē q2 fert'
ex ſola contumacia. vnde purgari poteſt vſque ad ſentē
tiam diffinitiuam vt. ff. de cuſto. reo. l. diuus. vt. ff. iudi.
ſol. l. iā tn̄. niſi lex municipalis aliud diſponeret tūc ban
nū elapſu3 cū hēret ꝑpetuū vigorē vt. C. đ mod. mulc. l.
eos i fi. S3 qn̄o bānit9 appellat cū ſit verus ꝯtumax.
Rn̄deo eſto. qđ ſit verus ꝯtumax. ad ſniam audiēdā ap
pellat. q2 ꝯtumacia ad ſniam pōderat. lex p̄t eē ēt qđ ci
tatus ad ſnia3 ꝑſonalr̄ h3 aliquā cām nō veniēdi. vt. C.
đ his. q ꝑ met. iudi. l. iij. ⁊ nō. i. l. i. i fi. ff. ſi qs ius dic. n̄ ob
temp. quā cām. tenet' exp̄mer̄ i appellatiōe. nec tn̄ iudex
a quo tenet' tūc deffendere. l' ſupſedere ex quo p̄ma fa
cie liquet ſibi đ v̄a cōtumacia vt nō. i. c. ſi ante de dol. in
cle. ideo dixi cā3 apponēdā. q2 ſi nō adiceretur cā ꝯſtar3
ꝑ ius ſcriptu3 libellū appellationis fore defectiuū facit
. ff. de mino. l. minor āt magiſtratꝫ. ⁊ ꝑ cy. i ſimili. C. de fi
deiuſſo. autentica p̄ſente in. iij. q. ⁊ nō. in. l. iuran. duas ꝯ
parationes iuramēti. ad trāſactionē. ⁊ ad ſniam. ⁊ quar̄
i quo ē ſimilitudo. ⁊ ꝑitas ⁊ i quo diſſimilitudo ⁊ diſpari
tas. ⁊ dic vt in glo.

Repetita fuit hec.l.ij.per Excellentiſſimuꝫ Juris vtri
uſqꝫ interpretem.D.Baldum de peruſio i Alma
ciuitate Florentie . ubi tūc ordinarie ius ciuile lege
bat anno.ſ. M . ccclviiij .

# In nomine domini Noſtri
Jeſu Chriſti ⁊ beate Marie Uirginis
Glorioſe . et totius celeſtis curie amen .
Repetiturus legē ſecundā.ff . de iure iu
ran. obſuabo hūc ordinē. q2 p̄mo vt mo
ris eſt cōtinuabo.rubricam ad p̄cedentia . ⁊ expediam
rubrū.⁊ gloſas eius.ſecundo condeſcēdā ad nigrū.con
tinuādo.diuidendo ; ſummendo.caſum lr̄alē ponēdo.
litterā legēdo.⁊ explanando. notabilia colligendo. op
ponendo.⁊ querendo.⁊ ſic expediam legē.apparatū .
ac materiam pro ut breuius potero. Ueio itaqꝫ ad pri
mū.⁊ dico quod rubrica noſtra continuatur ad p̄ceden
tia hoc modo.dictū eſt ſ̄. de rebus creditis . mutuo ⁊
certi ꝯditione.verū quia horum occaſione lites quan
doqꝫ oriuntur.⁊ ordo ſacramenti remedio dirimūtur
ideo hic ponit hanc rubricam ſecundū Odof.diuidit
autē hec rubrica in duas partes . quia p̄mo premittit
genus.ſ̄o ſubdit tres ſpeties.p̄ma ibi de iure iurando.
ſ̄a ibi ſiue voluntario.ſiue neceſſario ſiue iudiciali. vel
diuide rubricam in tres partes . quia primo ponit de
iuramēto uoluntario.ibi ſiue uoluntario .:ſecundo de iu
ramento neceſſario. ibi ſiue neceſſario. tertio de iura
mento iudiciali . ibi ſiue iudiciali hec diuiſio melior eſt
quā prima.quia hic titulus non tractat de iuramento.
niſi pro ut cadit de dictis ſpetiebus ſub aliqua . ergo
non tractat de iuramento pro ut genus eſt . ſed de tri
bus ſpetiebus iuramentoꝝ . Contra hanc rubricā
op.p̄mo.de inſufficienti ſpetierū enumeratione . nā cū
plures ſint ſpeties ⁊ forās iuramentoꝝ. ergo trimen
bris diuiſio eſt iperfecta. Solutio rubrica iſta nō
procedit ut ſpeties. ſufficientes enumerans ⁊ diſtin
guens . nam alia eſt diſtinctio iuramentoꝝ perfectior
ut in glo. Sed procedit ut demonſtret de quibus ſpe
ciebus iuramentoꝝ eſt hoc titulo p̄ncipali.tractaturū
quia de his dū taxat que ſunt remedia finiendarum li
tium. Et ſic non obſtat.ſ̄o opponitur de ſuperfluita
te. Nā iſte tres ſpeties reducuntur ad duas.ſ.ad iu
ramentum.quod ex pactione littigatoruꝫ emanat.⁊ iu
ramentū quod ex auctoritate iudicis pendet.ut.j.e.l.i.
So. nō propterea aliquod membrum hic ſuperfluit
quia ibi implicite.hic explicite loquit̄ .et ſic nō obſtat
ſimile nō.j.de ꝯdic.indebi.l.in ſumma in principio.vel
quia iudiciale nō pendet ex cōuentione ſimplr̄.ymo re
quiritur ibi quidam actus triū perſonarum .i.littigato
rum.ſ.iudicis actoris. ⁊ rei . ſed in uoluntario non niſi
duarum perſonarum.i. littigatoꝝ . Et idem alterius
ſunt forme ⁊ per ꝯn̄s ſpēi. ⁊ trimēbris diuiſio necc̄ia.
Quero quotuplr̄ tractetur de iuramento in iure no
ſtro.⁊ dic quod multipliciter ut in glo.noſtra que glo .
imperfecte loquitur ⁊ in examinatione materia appa
rebit. Baldus .

# Iusiurandum
Continuat̄ ad legē p̄cedētem
hoc modo dictum eſt in.l.p̄cedenti. quod iu
ramentum eſt maximum remedium finiendarū litiū .
veꝝ quia poterat dubitari.qua maioritate.⁊ in compa
ratione ad quid eſſet maximum utrū in comparatione
ad tranſactionum uel ad ſentētiam ideo ponit hic iſtā.
.l.diuiditur in duas partes.quia primo comparat iura
mentum ad tranſactionum ſubiectiue duꝫ dicit ius. in
ſp̄em tranſactionis cōtinet. nā eſſe ſp̄es tranſactionis
nō eſt aliud niſi quod tranſactio predicetur ⁊ iuramen
tū ſubiciatur ut ſpeties ſubiectia ut nō.j.de v̄bo. ſigni
fi.l.recte dicimus.⁊.ſ̄.ti.i.l.ij.⁊.j.de cōdic.ob.cau.l.fi.ſ̄o
comparat iuramentum ad ſententiam exceſſiue ibi dū
dicit maiorem quā ⁊c̄. loco ſummarij ſunt nō. propter
littere breuiloquium. Nō.ergo primo qd̄ tranſactio ē
genus .⁊ de iure iuran.p̄dicatur . Ibi ſp̄em. Nota
proportionē int̄ iuramentū ⁊ tranſactionē i paritate ef
ficatie vt in prima parte legis colligitur.nota diſportio
nem inter iuramētū ⁊ ſentētiā penes maioritatē aucto
ritatis vt in ſ̄a parte legis.nō . hic de maioritate auc
toritatis. nō.tria remedia finiendaꝝ litium. ſ. iuramē
tum.ſ̄.l.proxi.⁊ hic.Ibi iuſiurañ tranſactio . Ibi trāſ
actionis ⁊ ſentētia . ibi res iudicata. Nunc ergo lr̄am
exponēdo. Ibi iuſiurandum. nō ne vbi dicit vis meli⁹
dixiſſet factum. ⁊ vbi dicit iurandum melius dixiſſꝫ iu
ratum. ⁊ vr̄ quod ſic.nam iuramentū facti eſt ⁊ i facto
ꝯſiſtit vt de cura.furioſ̄.l.ꝯſilio.§.fi.⁊ añquā ſit iuratū
iuramentū nihil ē . ergo nō debuit dicere iurandum .
ſed iuratum nec ius ſed factum. So.iuramentū pōt cō
ſiderari dupliciter. vno mō prout ē remedium finien
daꝝ litium ⁊ hac ꝯſideratione vis ē vt hic ⁊.ſ̄.l.proxi.
Aliomō prout i eo v̄latur factū iuratōis ⁊ tūc facti eſt.
vt dicit tex.i ſili .j.de uſur.l.ſtipulatus.§.utruꝫ.uel dic
quod iuramentū per nomī ius eſt.ſed iurar̄ per uerbū
factū eſt ſic iter eſt ius ire factum eſt.inſti.de ſtip.ſ̄uo .
§.ſed cum factum.vt.j.de triti.l.i.in.fi.p̄ncipij. Itē
cōtractus ius eſt.ſed contrahere .facti eſt.ut.l. ex hoc
iure gētiū .ff.de iuſti.⁊ iur .⁊.l.ꝯſilio in fi.quod contra
ctus etiam ꝯtrahere ſunt diſtincta adiuicē ut.l.in factū
patet.quia factū quod ibi uerſatur eſt momētaneum.⁊
inſtantaneum unde ꝯtrahere pro ut facti eſt. momēto
terminatur ut.l.ult.ff.de condic.inſtitutio.ſed virtus .
que ex illo facto reſultat eſt manens ⁊ iſta uirtus ius.
importat.⁊ appellatur ꝯtractus.vn̄.ſunt hic duo conſi
deranda.ſ.actū tranſeuntē ⁊ hic act⁹ dicitur contrahe
re ⁊ virtutē manentē.⁊ hec uirtus dicitur cōtractus ⁊
habet cauſam perpetuo duraturaꝫ niſi diſtrahat̄ ut ſ̄
de pac.l.ab emptione.⁊.l.ſi unus.§.pactus.ibi nā inſti.
⁊c̄.⁊ de pecul.l.nec ſ̄uus. Ad aliud contrariū quare
dixit iurando nō iurato.j.reſpondeo quia iuramētum
poteſt ꝯſiderari ſecūdū octo tempora. Primo añquā
defferatur ut.j.e.l.iij.§.i.ibi neie defferente . Secūdo
duꝫ deffertur ut.j.e.l.nā ⁊ poſtea.i fi.⁊.l.remittit. Ter
tio dū ſuſcipit̄ ut.j.e.l.manifeſte ⁊ ibi nō . Quar
to dum recuſatur.ut.j.e.l. iuſiurandum ⁊ ad pecunias
in fi.principij . Quinto dum refertur.ut.e.l.§.ait.
pretor. Sexto dū p̄ſtatur.i.iuratur.e.§.⁊.l.labeo.⁊.l.
remittit. Octauo ⁊ ultimo pōt conſiderari.tp̄s poſt
quā iuratum eſt. ut.j.ccd.l.non erit..§. dato ⁊.l.nam
⁊ poſtea.§.i . Et ideo dicitur iurādo ut demōſtret
ſe tractaturuꝫ de iuramēto nō ſolū p̄terito ſed futuro.
tractaturus eſt eni qualiter defferatur ⁊ quando. ⁊ ſic
de ſingulis. Sed certe hec lex nō tractat de hijs
licet titulus iſte tractet. ymo rubrica iſta ponit effect⁹
iuramenti facti.i.p̄ſtiti.nō ifecti.i.futuri. quomodo igi
tur dicit ius iurandū reſpondeo uerba iſta mālitēr nō
ſignificatiue ponuntur.ſic enim in edicto pretoris poſi
ta inueniūtur ut .j.ccd.l. ait pretor el.ij.ſimiliter ma
terialr̄. ⁊ nō ſignificatiue loquitur dum dicimus factuꝫ
eſt in obligatione nam ſi factum ergo ſolutū ergo nō

in obligatione.ſed in liberatione. Sed propter fiē
dū de futuro eſt in obligatione ideoque facta incerta
ſunt.quia non ſunt antequā ſint.i.fiant cum factum re
cipiat ſuam ſpeciem perfectioné.i.eſſentiaꝫ in ipſo fieri
⁊ ante nō.Jtaqꝫ ñ eſt certuꝫ re.quia a quo remouetur
eſſé remouetur certum eſſe.ſed a ſū mōdo remouetur
eſſe ergo.⁊ certum eſſe.ut.l.certum.ſ. ſi cer. petatur
⁊.ff.de uerbo.obligatio.l.ubi aūt non apparet.uel dic
quod factum pōt conſiderari dupliciter.vno modo pro
ut eſt factū conceptum in ymaginatione contrahentis
expreſſa per uerba.⁊ ſic eſt factum.ſ.conceptum. ⁊ eſt
exemplar in mente exiſtés.ad quod reſpiciés artiphex
quilibet operatur.ſine quo exemplari mentali impoſſi
bile eſſet prorumpere rationabilr̄ i operari.ſed in opꝰ
fiendum ut.ff.de ꝯdic.⁊ demōſtra.l.in teſtaméto el pri
mo. nam qꝺ fit facto non dicitur rationabilem fieri ⁊
ideo ꝯdictio poteſtatiā nūquam facto impletur qꝛ non
fit poteſtatiuo modo quod nō fit ex aīo.vnde ſi ſuffice
ret facto fieri poteſtatiua ꝯdictio tranſiret in cauſaleꝫ
quod nō debet eſſe.ut.ff. de ꝯdic.⁊ demon.l.ij.naꝫ pote
ſtatia ꝯdictō impléda eſt in forma poteſtatie ⁊ hoc mō
iſtud factū nō pōt preſtari quod nichil eſt materialiter
⁊ effectualitē ſed exemplariter in intellectu tantū non
in forma cauſali.ut.ff.de condic.⁊ demō.l.qui heredi in
fi.⁊ facit.ff.de acqui.rer.domi.l.ſi.is qui in alienum.§.
quod ſi ſeruus. Alio mō pōt ꝯſiderari factuꝫ pro ut
tribuit effectum. ⁊ tunc dicitur factum id quod habet
formā que ex conſummatione procedit.ut.l.ſi is.qui.§.
quedam.ff.ad.l.fal.⁊ tunc nō eſt in obligatione factuꝫ.
ſed fiendum.ſeu futurum.aut ergo conſideratur factū
pro forma facti.in méte ꝯcepta.⁊ tunc bene dicimus fa
ctum.aut pro re ipſa.⁊ tunc debemus dicere fundū.ſeu
facere l' fieri.eſt in oblōne ita qꝺ dicat' eē.vt ē.ſ.oblīo fi
endi.non obligatio facti.ut.l.i.ſ.de ope.ſuo.ſic dr̄ obli
gatio dandi .nō obligatio dati. vel clarius dic quod fa
ctum eſt in obligatione.i.id quod ſignificatur per hanc
locutionem ⁊ uocem factū.ſeu per hanc demonſtratio
ne ad intellectū non auté factū.i.res facta.ut fouea ſed
futura in futurum apparet hoc manifeſte qm̄ duobus
in ꝯceptione obligatoria exiſtentibus uerbis. vno obli
gatiuo altero executiuo.oportet quod uerbū executiuū
ſit de futuro ut.ff.de uerbo.obli.l.quinta.§. ſtipulatio.
ergo cū ſtipulamur factuꝫ futurū ſignificamꝰ licet in di
ſpoſitione liberatoria executiua uerba poſſint eſſe tépo
ris preſentis quia trahit liberatio ſecum executōnem.
ut.ſ.de pac.l.tale pactū ⁊ nō inſti. de lrā. obligatio.§.
ſpém. quādoque accipitur ſpecies ut dialetici dicūt pro
eo ⁊ de eo quod predicatur de pluribus differentibus
nūero quādoqꝫ ut dicūt legiſte pro aliqua re demōſtra
ta.quā dialetici idiuiduū uocant. eo quod nō poteſt na
turaliter plurificari ut ſticus.ſed legiſte aliter idiuiduū
ſummūt.nā penes legiſtas ſticuſ non dicitur indiuiduꝰ.
ut.ĵ.de condic.indebi.l.ſi nō ſorté.§.fi.in fi.qꝛ pars pōt
in contractu deduci ⁊ ſic non obſtat quia eſt diuiduus
penes obligationé.nō auté penes intriſecā diuiſioné qꝛ
vno ſpiritu continetur ut.ĵ.de uſufruc.ea. re. que uſu.
conſu.l.iij.de multiplici indiuiduo dic.ut.ff.de v̂bo.obl.
l.ij.⁊.l.in executionibus ⁊ de utraqꝫ ſpē.ſ.predicaméta
li.⁊ indiuiduali.pōt intelligi quod generi per ſpem̄ der
rogat' ut in.c.generi de reg.iur.li.vi.ſimile de v̂bo.pōt
quod quandoqꝫ accipitur ut dialetici dicunt.quandoqꝫ
ut legiſte ut nō.ff.de condic.ob cauſ.l.quod ſeruius.ſil'e
de v̂bo ſubā quod quandoqꝫ ponitur apud legiſtaſ pro
ſtatu aliqn̄ pro patrimonio ſed aliter apud dialeticos

ut nō.ſ.ad exhi.l.iulianus.§.ſed ⁊ ſi quis. Trāſa
ctio large.i.tranſigens actio nō per tranſfuſionem.ſed
per corruptioné.ſic ſūmitur hic tranſactio.al' ſtricte pro
contractu tranſactionis. ⁊ ſic nō ſumūtur hic ſecunduꝫ
glo.maiorem auctoritateꝫ. dic quod maioritas ponitur
pluribus mois. una eſt maioritas diuini numinis ut.ĵ.
e.l.qui per ſaluté.alia imperialis culminis.ut ex̄.de ma
io.⁊ obedien.ſi quis uenerit. Alia eſt maioritaſ dignita
tis.ut in aūt.ab illuſtribus.⁊ ſuper illu.alia ordinis ut.l.
qui indignus de ſenato. Alia regiminis. ſiue ad
miniſtrationis.ut ſ de offi.eius.l. ⁊ ſi pretor.⁊ nō.ĵ. de
man.l.apud eum.⁊.C. de peda.iudi.l.placet. Alia ꝑdo
minatoris ut patris in filium.l.ad ea.de reg.iur. Alia
dominice iuſſionis.ut dn̄i in ſeruum.ut.C.de heredi.in
ſtitue.l.cum proponas. Alia eſt maioritas peccati ſiue
criminis ad aliud crimen cōparati.ut.l.i.C.qui.accuſ.
nō poſſ. Alia eſt maioritas cauſe comparate ad aliam
cauſam. ⁊ hoc pōt eſſe dupliciter uel quia ambe cauſe
mouentur ſuper ea re. ⁊ tunc que maior eſt ꝑus debet
uentilari ut.c.vlti. de ordi.cognitio. uel ſuper diuerſis
rebus.⁊ dic ut.l.per minorem de iudi.⁊.c.ti.l.qui prior.
ubi uideas. Alia ē maioritas meriti ad meritum compa
rati ut.l.cum quidaꝫ de.l.ij. Alia eſt maioritas numeri
ad numerum ꝯparati vt.l.plāe quod cuiꝰqꝫ uni.no.⁊.l.
quod maior.ff.ad muni.alia cumuli ad cumulū ꝯparati
ut.l.maiorem.de pac.alia eſt maioritas unius iudicii ad
alteruꝫ ut ſupra de iudi.l.per minorem.alia eſt maiori
tas remedij ut ſ.l. prox. Alia ē auctoritas.⁊ hoc pōt
ꝯſiderari dupl'r.⁊ hoc uno modo quod id itelligat' eſſe
maioris auctoritatis quod magis auctoriꝫat ⁊ confir
mat.aliud ut i aūt.ꝺ deffenſo.ciui.§.interiꝫ. Mō dico
qꝺ iuramétū ē maior' auctoritat̨ paſſiue quaꝫ ſnīa.i.qꝛ
rn̄det lex magis de facili auctoriꝫat iuramētū quā ſenté
tia.nam ſentétia nō habꝫ auctoritaté niſi ſit lata lecta
⁊ ſententialiter deſcripti recitatōe proml'gata .vt.C.ꝺ
ſenten.ex peri.recitā.l.fi.quid aūt i dubio ꝑſumat' no
tat' in.l.fideicōmiſſa.§.i.ꝺ le.iij.⁊ facit quod nō. dy.de
acqui.poſſ.l.iij.§.ſi ſeruus.Juramentum vero non re
quirit hos comites.quia ſcriptura ñ requirit' nec alia
extrinſeca ſolemnitas ſufficit quod adſit intrinſeca
. ideſt quod habeat formalem perfectionem . ideſt
quod ſit iuratum ⁊ delatum vt.ĵ.e.l.iij.§.i.⁊ arg.ĵ.de
excuſa.tu.l.ſiue oportet.§.pe.idē videmus i ſili.ſ.ꝺ le
gib.l. ⁊.ſ. ꝺ pac. l.iuriſgétiū ſm̄ guil.res iu
dicata nō.argumétuꝫ qꝺ iuramétū deciſſiuū imedia
te trāſit in vim rei iudicate.⁊ ſic vr̄ qꝺ poſt iuramétū
deciſſiuū indubit̨.nō poſſit trāſigi nec cōpromitti. fa
cit.ĵ.ꝺ re iudi.l.poſt reꝫ. Jn cōtrarium vr̄ qꝛ pōt taci
te ⁊ exꝑſſe renūciari iuri queſito p iuramentū.Vn̄ ſi
cut pōt nouū iuramétū defferri.⁊ ꝑſtari ita ꝯpromitti
vt.ĵ.e.duobꝰ.§.fi.hoc veꝝ puto ſi cōpromittat' cū clau
ſula nō obſtainte iuramento ar.C.de trāſ.l.ſi diuerſa.
So.nō.argumétuꝫ qꝺ per iuramétū cōcludit' i cā
qꝺ probo primo.qꝛ hic dicit qꝺ hꝫ vim rei iudicate.Jtē
ab dicit qꝺ perimit queſtioné vt.ĵ.e.l. qꝺ ſi defferéte.
Jté alibi dicit.qꝺ hꝫ vim renūciatōis.vt.ĵ.e.l.ius iur.
qꝺ ad pecūias.§.fi.dimiſſa ſit ⁊ renūciatio ⁊ cōnluſio
idem ſūt qꝛ ꝯcluſio fit p renūciationé tacitā vel exꝑſ
ſaꝫ.⁊ ſi renūciatū eſt ergo nō pendet.vt nō.C.ꝺ iter
dic.l.incerti ⁊ p inno.ex̄ ꝺ reſti.ſpoliato.c.cepta ⁊ nō.
i.c.vlti.de reſti.i ite.li.vi.i nouella ⁊ hoc veꝝ i renūcia
tōe que fit ab vtraqꝫ parte ſecus ſi ab vna tm̄.qꝛ non
ꝯcludit' p hoc icā vt.C.ꝺ iudi.auten. iubemus ⁊ i aūt.
de teſti.§.qꝛ vero.ité alibi dicit quod habet vim exclu

ſionis. nam exauditur defferens ãmodo probãdo uel
allegãdo de iure ul' de facto. ut. ĭ.e.l.nõ erit. §.dato.
ſic directe fit ꝑ cõcluſionẽ ĩ cauſa ut nõ. ĩno.ex̃.ď cau.
poſſe.c.paſtoralis.⁊ in.c.dilectus.ex̃.de fide iſtru.⁊ fa
cit.C.de adul.l.quãuis indubitati.⁊ ẽt in criminali põt
fieri cõcluſio.a.l.ſed ab homine ꝑ pactũ uidet' qd nõ.
quia nemo põt ꝑcludere uiã ſue deffenſiõi ĩ crimĩalib⁹.
ut nõ.ff.de pac.l.itẽ. in cõtrariũ uidetur. quia ẽt poſt
quã quis iurauit.põt etiã iurãs producere teſtes ſi nõ
uult uti iuramẽto ut nõ.ĭ.e.l.eũ qui.ſed poſt cõcluſum ĩ
cauſa neutra pars põt aliquid in facto proponere. uel
probare ut.C.de adul.l.quãuis indubitati.⁊.C.de di
latio.l.cum a nobis.itẽ quãdoq; etiã cõtra ĩpm iuramẽ
tum põt probari.ut.ĭ.e.l.admonendi. itẽ quãdo ptes
concludũt in cauſa iudex non põt cõcluſionẽ reuocar'.
quia nõ eſt ĩterlocutio iudicis ſed actus partiũ.ar.C.
de pac.l.poſtquã liti.⁊.ĭ.de pre.ſtipulatõ.l.i.in fi.⁊.ĭ.ď
re iudi.l.ſi cõuenerit.tamẽ iuramẽtum reuocat ut.ĭ.ti.i.l.
uideamus.§.pe.itẽ poſt concluſum ⁊ renunciationẽ in
cauſa nõ tenet proceſſus.ſed poſt iuramẽtum bñ tenet
proceſſus.ut.ĭ.e.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi dampnetur. ⁊ ſi
dicis quod ibi loquitur de ſentnetia nõ de proceſſu in
duco legẽ que loquit' de proceſſu.ĭ.de condit.ĩdebi.l.
elegãter.§.ſi quis poſt. So.aut loquimur de iura
mẽto deciſſiuo.aut ď iuramẽto ĩ litẽ. Primo caſu.
aut nos loquimur vtrũ habeat vim cõcluſionis in fa
uorẽ iurãtis.aut ĩ eius leſionẽ.⁊ detrimẽtum ſi ĩ eius
fauorẽ refert aut ẽ iuratum ſup facto aut ſup iure.ſi ſu
per facto dico quod habet viz cõcluſionis quo ad que
ſtionẽ facti nõ quo ad totaz cãm.i.quo ad queſtionem
iuris.hic ẽ quod poſt tale iuramẽtum admittit' quelibz
exceptio.exẽplum ſi iuro qd vẽdidi tibi rẽ pro centum
nã ſi ago poſſes excipere ď facto nõ ſoluto. de pacto
de nõ petẽdo ⁊ ſilĭbus.vt.ĭ.e.l.duobus.§. ſi quis iura
uerit factũ autẽ cõtractũ negare nõ potes.q2 quãtum
ad hoc ẽ cõcluſum ĩ cauſa ex vna parte tm̃.i. cõtra.te.

Si vo ẽ iuratuz ſup iure dico preciſſe cõcluſum ĩ
cã q2 nulla exceptõ proponi põt.vt.ĭ.e.l.eũ qui.§.ij.fal
lit.ĭ.e.l.admonẽdi.⁊.C.e.l.fi.Si vo ĩ ei⁹ leſionẽ tũc gl.
dicit qđ iuramẽtũ ñ exclũdit a probãdo iurãtẽ ⁊ ſic ñ hz
ꝯtra iurantẽ vim ꝯcluſionis ĩ cã.vñ per iuramẽtũ non
ꝯcluditur ĩ cauſa hic inde.ſz ab vna pte tm̃. Nunquid
ergo ſi iurãs vult probare etiam ꝑ teſtes aduerſariuſ
poterit probare cõtrariũ ego credo quod ſic.quãtuz ad
excluſionẽ probatõis per teſtes.vt.C.ď ĩ inte.reſt pe.
.l.fi.⁊ de exc.tuto.l.cũ ĩpe.ar.ex̃. ď mut.petitio.c. pru
dẽtiam ar.no.extra de excep.rei iudi.l.duobus ſed nõ
quãtũ ad excluſionẽ probatõis ꝑ ſacramẽtũ.naz reme
dia q̃ deducũt' nõ ĩ modũ actõis ſz ĩ mõuz probatõiſ ñ
exclũdũt ſe ĩ origĩe nec ĩ effectu.vt.C.de fal.l. vbi l' dic
quod iudex dabit iurãti optionẽ ar.C.de teſti.l.fi.⁊ fa
cit quod nõ.per Ja.in.l.reſcriptũ.§.ſi pacto.ſ.de pac.
prima magis placet.nã aut loquimur de iuramẽto in
litẽ.⁊ tũc aut cõtinet veram probationẽ ⁊ idẽ q2 deciſ
ſoriũ ẽ.vt ĩ autḣ.de iudi.§.oportet ⁊.ĭ.de in litẽ iurã.l.ĩ
actõibus.§.pe.⁊ ibi nõ.aut cõtinet intereſſe affectõis.
⁊ tũc ꝑ ĩpm nõ ꝯcluditur ĩ cauſa.q2 penale ẽ.⁊ iudex
põt ĩpm nõ ſequi.nec facit iniuriam iurãti. q2 nõ rdar
guitur per hoc iurãs de piurio.ſed ĩmoderatã ⁊ ĩordi
natã affectionẽ eius iudex nõ ſequit' vt.ĭ.ti.i.in actioni
buſ.§.i.⁊.l.fi. Nunc rñdeo ad.q.ſi dãnetur.⁊ ad.§.
ſi quis poſt q2 nõ dicũt quod proceſſus.quatḣ ẽ actuſ ſo
lius partis teneat poſt iuramẽtuz. Unde credo quod
ſi poſt iuramẽtum pars aduerſa produceret ĩ iudicio ĩ
ſtrumẽtũ nõ teneret productio ſi iudex nõ admittit.q2

quãtum ad partẽ cõcluſum ẽ.ſed bñ cõcedo quod quã
tum ad iudicẽ nõ ẽ cõcluſum nec.ĩ procedẽdo nec ĩ pro
nũciãdo.vt ex̃.de fide iſtru.c.cũ iohannes heremita.⁊
ſ.de interro.actõ.l.vbi cuiq; ⁊ ex̃.de vb.ſig.ſepe.ĩ cle.
⁊ ideo ſi iudex ꝑdicto cãu admitteret productionẽ iſtrĩ
lz nõ teneat productio.quatenus ẽ actus ptis.tm̃ tenet
admiſſio quatenus eſt actus iudicis.⁊ iõ ex illo inſtrõ
procedẽt vt ex notorio.vt.C.de apellatio.l.ampliorez
in pricipio.⁊.C.qui.⁊ adv.quoſ.l.i.cuz ibi no.⁊ quod nõ
ĩ.l.i.§.edictões de edẽ.ĩ fi.magne glo.⁊ facit quod nõ.
ĩnno.ex̃.de teſti.c.cũ clamor.⁊ de cauſ.poſſe.c.paſtora
lis vſi.niſi iudex ⁊ ꝑ ĩnno.ĩ.c.cũ bertoldus de re iudi.ĩ
gl.nõ. p⁹ diffi.⁊ ꝑ ĩnno.de reſcrip.c. cũ dilecta. Ter
tio nõ.ar.quod ex iuramẽto oritur offĩm iudicis pro exe
cutiõe ſicut ex ſententia nam ſi habet maiorem aucto
ritatẽ quã ſentẽtia ergo nõ hz minorẽ uirtutẽ.ſz ĩ ſnĩa
exꝑſſũ eſt quod oritur.officiũ iudicis.⁊ actio.ut.ſ.de
iudi.l.ſi ꝑtõ in fi.⁊ pro hoc.ĭ.e.l.iij.§.proderit ꝯiũcta.l.
ſi quis miſſũ ut uis fiat ei.⁊ glo.hec ſentit.ĭ.e.l. nam ⁊
poſtea in fi. In cõtrariũ facit quia actio ĩ factũ orit'
ex edicto ꝑtoris nõ officiũ iudicis ut inſti.de ĩterdic.§.
fi.⁊ nõ iſti.de actio.§.actionũ quedã ꝑ glo.⁊ cy.C.de
ſacro ſanc.eccle.l.ſancimus.⁊ ꝑ cy.C.de rer.pmu.l.ex
placito huic eſt quod ex iuramẽto ⁊ ſẽtẽtia naſcit' actio
in factũ. quia ex edicto ꝑtoris agit' ut.l.ait ꝑtor de re
iudi.⁊.ĭ.e.l.ait ꝑtor.nõ ob.ſ.de mino.l. quod ſi minor.
§.fi. ubi dr̃ quod ex edicto ꝑtoris naſcitur officiũ iudi
cis quia vba edicti erãt dirrecta in ĩpm iudicẽ qui non
obligatur ex edicto. al' qũo eſſet iudex quia cauſa pro
pria.certe nullo modo. hec uero vba ſũt dirrecta ĩ ĩpz
rerũ.quia ꝑtor ait ſoluere cogã.ut.ĭ.e.l.ius iurãdũ.§.
ait ptor.ꝑterea ubi cõpetit actio. nõ cõpetit officiũ iu
dicis ut.l.quintus mutius de an.leg.⁊ nõ.ff.de cp.no.
nũ.l.de pupillo.§. ſi is cui. So. puto qđ ex iuramẽto
delato.⁊ ꝑſtito in iudicio oriatur officiũ iudiciſ tanquã
plurimũ potens ſuper incidẽti.ut.l.ediles.§.itẽ ſciẽdũ
.ff. de edil.edic.⁊.ſ.de procura. l.ſi reus. Si autez
oriatur extra iudiciũ nõ habeo pro nũc legẽ ul' rationẽ
neceſſariã. quod officiũ iudicis quod oriatur. quia iſte
actus nõ incidit nec emergit proceſſus.ut poſſit dici. ⁊
ꝑ hoc reduci ad iudicis poteſtatẽ. Nũc ad cõtrariũ
de.l. quintus reſpõdeo quod ibi nõ ſuberat cauſa obli
gandi ſed equitas ſola.⁊ dic ut nõ.ſ. de rei uẽdica.l.i.
§.ꝑ hanc ⁊ probatur.C.de arbi.l.ut in arbitris. nõ ob.
lex.quod ſi minor quia ibi actio reſciſſoria nõ ẽ edicta
lis.ſed ductalis.⁊ ideo iudicis officiũ proponendũ eſt
ad natiuitatẽ reſciſſorie.ut.ĭ.de actio.⁊ obliga.l. in ho
norarijs.§.ꝓ cum reſciſſa ⁊ nõ.ĭ.e.l. nã ex poſtea. §. ſi
minor ⁊ ĩ ſili.ſ.de inoffi.teſta.l. qui de ĩofficioſo.patet
ex ꝑdictis. qđ ſi edictũ ꝑtoris nõ eſſet ex iuramẽto de
ciſſiuo nõ cõpeteret actio in factũ. quia ceſſante cauſa
efficiẽte ceſſat effectus.vnde cũ edictũ ꝑtoris ſit cauſa
efficiens ⁊ iuramẽtum cauſa mãlis.ſi ceſſaret cã efficiẽſ
ceſſaret actio ut.ſ.de origi.iur.l.ij.§.deide.⁊.ff.de vb.
obli.l.ſtipulatio iſta.§.alteri ⁊ idem uidetur ĩ ſnĩa. licz
imperio iudicis dr̃ manu regia mãdaretur executioni
ut.d.l.ij.⁊.ff.de rei uendi.l.qui reſtituẽ ⁊ iõ actio q̃ ex
ſnĩa orit' magis ꝓpe denoĩat' in ſcñ quã iudicati lz
qñq; lex dicat actḣ.iudicati.ut.l.miles. §. p.de re iu.di
ces tu.quod ꝑmo ꝯuẽiẽtius dr̃ actio iudicati nã iterdũ
cã efficiens informat actũ atribuendo ſpiritũ ſibi effi
catie.⁊ tũc actio denominatur ab efficiẽte ut.C.de do
natio.l.ſi quis argẽtũ.⁊.l.i.de cõdic. ex lege.intert uz
cauſa efficiens imprimit in actum ſeu factuz officiũ ⁊

effectum efficacie.⁊ tũc actio denominatur ab ip̃o fcõ.
q₂ denomiatur ⁊ oritur a cõfirmato nõ a cõfirmãte.vt
C.ð rez pmu.l.ex placito.ſed ita ẽ i ſnia ⁊ iuramento
qð p̃to₂ tribuit eis ſpiritu₃ efficacie ergo ⁊c̃. Pre
terea i iuramĩto quaſi cõtrahitur vt.ff.de pecu.l. depo
ſiti.§.i.ergo ex illo quaſi cõtractu nõ ex edicto p̃to₂is
orit᷑ actio.vt.j̃.como.l.i.ſiliter in ſnia na₃ i iudicijs bis
quaſi ɔtrahitur ſemel i cõteſtatione.per hoc quiſ obli
gat᷑ inſtãtie nõ tamẽ ex hoc quaſi ɔtractu aliqua actõ
proficiſcit᷑ nec recordo₂ quod aliqua lex hoc dicat niſi
interponerẽtur ſtipulatõnes iudiciales.ex quibus age
retur.vt.l.i.de p̃to.ſtipulat.inſti.de ſatiſd.p totũ ⁊.l.v.
de v̂bo.ob.⁊.ð.que ſatiſda.cog.l.ſed.⁊ ſi deceſſerit.Itē
ſemel i ſnia per hunc quaſi ɔtractu₃ obligat᷑ pars ſen
tentia.ſi ergo quaſi ɔtractus ⁊ obligatio quare nõ ex
eo actio ⁊ p hoc.j̃.de pecu.l.l₃.§.idem ſcribit ⁊.ff.de p̃
to.ſtipulatio.l.i.§.fi.cũ ſy.So.dico ꝙ ſpirituſ efficacie
põt attribui actui dupliciter vno modo vt cauſe mate
riali tñ ⁊ per hoc iſte actus nõ parit actionẽ per ſe q₂
ſola cã materialis nõ producit effectũ de per ſe.licet ɔ
currat ut cauſa materialiſ.vna cum efficiẽte.ad produ
ctionẽ ⁊ partis effectus ⁊ ita loquit᷑ hic.alio modo po
teſt attribui efficacia alicui facto ſimpl̓r ita quod per
ip̃m ſcm̃ ſolum rep̃ſentent᷑ omnes cauſe que requirũ
tur ad actionẽ pariẽdam.⁊ tũc anoiatur ⁊ ſpecificat᷑ a
proximiori.ut.l.iuriſgẽtium.ff.de pac.i.ab ipſo facto. ⁊
iudice ſũmit radicẽ ⁊ nomẽ ut ibi p₃. Fuit autẽ ne
ceſſe ymaginari ⁊ ponetur quaſi cõtract̨. ex iſtis acti
bus deciſiuis ad hoc ut i iudiciu₃ poſſint deduci p mo
dũ actionis nã ſi ſolum p uias probatõis operarẽtur
nõ eſſet litiũ finis.q₂ probatio poſſet reprobari. ar.C.
de cõtrahẽ. ſtipu.l.optimã. Sed nõ ne lex etiã non
fingẽdo iſtos quaſi cõtractus poterat actionẽ dare re
ſpõdeo ſic q₂ lex põt rerũ natura₃ imutare fingẽdo ta
men nõ natural̓r diſponẽdo.ut.l.i.⁊.ij.ð.de uſufru.ea.
rer.que uſu cõſũ.⁊.C.rem in p̃ñti i prin.tñ q₂ i iudicijs
⁊ iuramẽtiſ quaſi cõtrahitur ⁊ negociũ geritur inter p
tes ɔuenientius fuit ymaginari quaſi cõtractũ.ut.ff.ð
ɔdic.inde.l.ſi i area ⁊ ſic cũ cã dare actionẽ ꝙ ſine cau
ſa ar.ð.de iudi.l.omnẽ ⁊ cũ tale negociũ nõ cadat i for
ma₃ ueri cõtractus nec delicti nec quaſi delicti reſtat
ut cadere intelligatur i formã ⁊ ẽt quaſi ɔtractus ⁊ iõ
iura quaſi cõtrahi dixerũt.⁊ quaſi ɔtractũ ẽt ymagia
ti ſunt . ſic etiã ſubordinati ſũt in iudicijs illi duo quaſi
ɔtractus quod iure ueteri ceſſante eo primo qui induci
tur i litis ɔteſtatione ceſſabat lex nec ad diffinitiuam
ueniri poterat hodie.So.i hoc aliter diſtinguitur ut.l.
properandũ.C.de iudi.⁊.C.qũo.⁊ quã.iud.aũt.qui ſel᷑.
Baldus de peruſio legum docto₂.

Ex pedito.tex.ueio.ad apparatũ ⁊ op.dicit᷑ hic qð
iuramẽtum ẽ ſpẽs tranſactionis.⁊ ſic cõcludit qð tran
ſactio ſit quoddã predicabile.⁊ p̃dicetur de iuramẽto
ſicut genus p̃dicetur de ſua ſpẽ.ſed ɔtra illud ẽ genus
quod rep̃ſentatur ⁊ iuſtificatur.al᷑ uerificat᷑ in qualib₃
ſua ſpẽ.ut.l.i.C.ſi cer.pe.Sed trãſactio nõ rep̃ſentat᷑
nec uerificat᷑ i iure iurando cũ ſint ſpẽs oppoſite ⁊ iõ
oportet iſtud probare.⁊ probo.illa ſũt ɔtraria q̃ adiui
cem diſtingunt᷑ ut oppoſita uel realiter.ut uez ⁊ falſũ
⁊ iſta dicũt᷑ ɔtraria i origine.q₂ ſũt ɔtraria v̂e ⁊ retro.
ut.C. de inoffi.teſta.l.eum qui uel formal̓r ut materia
infecta.i.rudis ⁊ facta.⁊ i formã reducta.ut.l.hereſ me
us.§.due ſtatue dele.iij.uel finaliter ut approbatõ ⁊ re
probatio.ut.l.i.C.de fur.⁊.l.i.C.ſi ſeruus exte . ⁊.l.ſi ſ̃
uus.j̃.como. Sed trãſactio ⁊ iuramẽtum diſtinguũt᷑

ut oppoſita realiter.q₂ iuramẽtu₃ importat uerũ arbi
triu₃.ut.j̃.e.l.nõ erit ⁊.l.ſi duo patroni.§.ſi quis ⁊ trã
ſactio deſtruit ſi erat.ut.C.de trãſac.l.trãſactione.⁊.l.
ubi peñ ⁊.j̃.de ɔdi.indebi.l.elleganter.§.ſi quis poſt.
Itẽ diſtingunt᷑.ut oppoſita formaliter.nam trãſactio
ẽ aliquo dato uel retento.ut.C.de trãſac.l.tranſactio.
ſed iuramẽtum ẽ nullo dato uel retento habet eni₃ iu
ramẽtum ſuã p̃fectionem formalẽ ex delatione ⁊ p̃ſta
tione.ut.j̃.e.l.iij.nõ ex dari uel retineri cõſtat igit᷑ eſſe
ɔtraria q₂ ineſſe nihil ⁊ aliquid eſt ɔtradictio ut.l.ſi is
qui ⁊.§.utz.ff.de reb.dub.Itẽ diſtinguũtur ut oppoſi
ta finaliter nam iuramẽtum ordinatur ad ueritatẽ de
clarandã ⁊ ad hoc tendit finaliter. ſ₃ tranſactio tendit
ad ueritatẽ uellanda₃.q₂ ẽ ð re.dub.nec remoueret du
bietatem prime cauſe.ideo addit obſcuritate₃. nam ſi
remoueret tranſactio non teneret.quia de re certa.⁊
per h̃ ſtatim reduceretur ad non cauſam.argumẽ.j̃.e.
l. admouendi.⁊ ideo lex dicit queſtiouem.i. dubiu₃ que
ſtionis.non fuerim tranſact̨ licet lex finiatur ut.C. de
trãſac.l.ſiue apud acta.⁊.l.ſi diuerſa.⁊ pro tãto ẽt tutõ
trãſigit q₂ res dubia ma net.ut.C.ð trãſac.l.p̃ſeſ.⁊ nõ.
ð.ð pac.l.tutoris.ſi eẽt res certa.tutõ nõ trãſigeret . q₂
trãſactio i re certa nõ ẽ trãſactio ſed donatio.ut.l.i.§.
at ſi.j̃.ſi quid in frau.patro. ⁊ tuto₂ donaĩ ñ põt.ut.l.i.
§.ſed licet.ð.tutel.⁊ ratio diſtrahen.⁊ de man.l.ſuus.
ab agnato.⁊ de dona.l.filius .⁊ ff.qð ui.aut clã.l.iij .§.
plãe.⁊ plene.nõ.ð.ð pac.l.cõtra iuris .§. ſi fili᷒ ad hoc
cõtrariũ ſic rñdetur qð trãſactio põt dupliciter ſũmi .
uno modo gñralis ſi me.i. tranſiens actio.⁊ ſic ſũmit᷑
in hac lege.⁊.j̃.ð v̂bo.obligatio.l.qui rome.§. duo fra
tres.⁊ qð nõ.i aũt.ut differẽt.iudi .§.i.⁊.l.tres fr̃es .ð.
de pac.alio modo ſtricte.pro ɔtractu trãſactionis.⁊ ſic
nõ ſũmitur hic.ſed in ɔtrario ſm̃ glo.⁊ hu . Et ex hoc
infert dñs meus.dñs.bar. qð tranſactio ñ dicit᷑ ɔtrac
tus inominat̨ q₂ nom̃ generis appellatur nõ in noĩe
ſpãli.⁊ apropriato.ſil̓r nõ.in pmutatione ut.C.de rer.
permu.in rubrica.ſil̓r etiam in legato generis. nam ſi
legatur homo in genere.dicitur icertus homo legari .
q₂ ſpãlis certitudo ñ eſt adiecta.ut ff.de le.i.l.cũ icert᷒.
⁊ ff.de.le.ij.l.meuius.§.duobus.⁊.l.iij.ff.qui.⁊ a quib .
⁊ quod tranſactio.ſit ɔtractus inominatus patet.quia
habet locum condictio ob cauſa₃ ex cauſa nõ ſecuta.l.
actione de tranſac.nõ que in cõtractibus nominatis
locũ nõ h₃.ut.l.ulti.j̃.de ɔdic.ob cau.ubi de hoc . ⁊ pl̓e
nõ.j̃.de contrah. emptio.l.pacta conuenta. aduertatis
dñs meus. Salua ſua reuerentia improprie locut᷒ ẽ .
nam tranſactio proprie non eſt contractus nec nomi
natus.nec inominatus.ſed eſt principaliter diſtractus
licet aliquando contractus appelletur in propria locu
tione.ut.C.quod me.cau.l.ſi donationis. ⁊ ibi nõ.hic ẽ
quod in tranſactione non habet locum penitentia . q₂
licet i contractibus nominatis habeat locũ penitẽtia.
tñ nulla.l.hoc dicit.de diſtractibus.ut .C.de trãſ.l.quã
uis.nec huic dicto obſtat.ð.de pac.l.ſi cũ fundũ. ubi in
contractu liberatorio habet locum penitentia. cũ diſti
ctione tñ cuius gratia ſit celebratus.ut ibi patet.q₂ ibi
cõuentio non incepit.a liberatione ſ₃ tendebat ad libe
randum de futuro.⁊ ſic non obſtat.uel ibi ad natiuita
tem liberationis.ſed ſi liberatio iam nata eſt i diſtĩcte
non habet locu₃ penitentia.ut dicta.l. quãuiſ.ul᷑ dic qð
tranſactio põt cõſiderari. reſpectu alteriusl⁊ ſic eſt di
ſtractus.diſtrahit enim p̃mã p̃ſonã obligationis . ⁊ re
ſpectu ſui.⁊ ſic eſt contractus. obligat eni₃ naturaliter
non petere.ut.ð.de pac.l.ſi nimis .§.pactus.⁊ nõ.in.l.

reſcriptū.§.ſi pcō.⁊.l. pacta nouiſſima. bene tñ fateor
qꝺ in tranſactionis diſtractu.ꝑmiſſus ē ꝯtractus. ſilr
de permiſſione.loquitur.l.ariſto.j̄.de donatio. nam ſi
libero te a proceſſu.ut des eſt facio.ut des ſi das. ut li
berū eſt do ut facias.ut.C.de tranſac.l.ſiue apud acta
⁊.e.ti.l.cōmota ⁊ ibi.nō.Aliqui dicūt ut pe.C.dē dol.
l.cū proponas.quod ſi facio ut des ex mea ꝑte ē facio.
ut des ex tua eſt do ut facias. ⁊ idem dicit doctor meꝰ
ꝑfatꝰ ſic ēptio ex ꝑte ēptoris appellatˀ ēptio ex ꝑte uē
ditōiſ apellatˀ uēditio ꝑua eū ut.l.i.ff.de ꝯtra.ēp.ſit i ꝑ
mutatōe.ſi ꝑmuto. C.meū cū.ff.tuo.ex ꝑte mea erit ꝑ
mutatio.C.cū digeſto.⁊ ex parte tua erit ꝑmutatio.ff.
ut.l.i.ff.de re.ꝑmu. Sed cū nō videtur bene dictuꝫ
qꝛ ꝯtractꝫ.innominati recipiūt formā ex quadā cōbina
tione ⁊ ſubordinatione.vnde ſi do vt facias nō incipit
diſpoſitio a fieri ꝙ a dari fiere autem importat cāꝫ ſi
ue modū.vt.j̄.de ꝯdic.ob cau.l.ſi pecuniā i ꝑcipio.vñ
cōuertere quod ex tua parte eſſet facio ut des eſſꝫ uer
tere id quod hꝫ ſe ꝑ moduꝫ modi.ad id quod hꝫ ſe per
modū ꝑcipiȷ̄.⁊ modificati quod ē abſurdū.qꝛ aliter hꝫ
ſe modus.⁊ id quod modificatur ꝑ modū vt.j̄.de ꝯdi.
⁊ demō.l.titio ⁊.l.cū tale.§.i.⁊.l.quibus diebus.§.ter
milliꝰ ⁊.l.ſi tibi de le.iij.⁊.j̄.de ꝯd.ob cau.l.dedi.§.ſed
⁊ ipe celſus.⁊ ar.a ſili.j̄.de iure codicillo.l.quod ꝑ ma
ius. An ꝯtractus emptionis.⁊ uenditionis hꝫ mu
tuā cōuentionē cuius partes eque ſūt ꝑcipales.ut nō
j̄.de actio.l.cōſenſu.⁊ ideo cōuertibiliter poſſumus lo
qui qꝛ termini ſūt ꝯuertibiles nō ſub alterni qꝛ nō ſub
alternatur vnus terminus alteri ſicut i ꝯtractibus no
miatis reciprocis.Ideo nō obſtat obiectio iſtorū.patꝫ
ex ꝑdictis quod tranſactio quatenus in cā reſuliat trā
ſitus actionis.ē diſtractus.qꝛ ꝑuatiuū nomē habꝫ.ſed
quatenus reſultat facio ut des do.vt des.uel facio.vt
facias.vel do ut facias.qꝛ omnibus modis iſtis poteſt
exemplificare ē ꝯtractus innominatꝫ.qꝛ poſitiuuꝫ effe
ctum hꝫ exempluꝫ ꝺ facio ut facias.ē remitto.ut faci
as.ut nō.de pac.l.ſi intra.⁊ dic ut bi. Ex igitˀ inci
denter.extra propoſituꝫ ꝑncipale meꝫ ſuꝑ hac lege
propter extraneā materiā adductā hic a doctore meo
propono ad euidētiam ꝙ ꝯtractꝫ innoīati dicuntˀ dupli
citer.vno modo propter totalē noīs carentiā.qꝛ plura
ſicut negocia ꝙ̄ ue bcaula.ut.j̄.ꝺ ꝑſcrip.v̄b.l.ij.alio mō
propter carētiam nominis ſpālis.ut no.C.de reꝝ ꝑm.
in rubrica.aliqñ igitur ꝯtractus nō hꝫ nomē abſtractū
⁊ ſeꝑatum a facto ſed idem ē fcm̄ ⁊ nomē ꝯtractus.ut
do ut des facio ut facias ⁊c̄.iſti ſūt ꝯtractuſ innomiati
.l.nālis de ꝑſcrip.v̄b.naꝫ forma nominis deeſt ꝯtracti
bus innomiatis.qꝛ i rudi materia.nō ē aliqua forma
ut.s̄.de uſufru.l.qui uſūfructū aree ⁊.l.queſitū.§.illud
de le.iij.⁊.j̄.de pigno.actio.l.ſi ꝯuenerit.§.ſi quis.hinc
ē quod iſti ꝯtractibus innominati nō habēt ueſtimētuꝫ
niſi cauſe finalis.i.modi obligatorij.quo impleto dicitˀ
ueſtita conuentio rei interuentu ut.C.de re. ꝑmu.l.ex
placito ⁊.l.rebus qꝛ ubi ꝯtractuſ inomiatus fuit.i.i exe
cutꝫ.ꝯtractus innominatus icipit.nā ab executōe icipit
actio i ꝯtractibus inominatis.qꝛ ſic cōcepti ſūt i ſua fō
ma conuētionali exemplū ſi dico do ut facias.nam do
ē v̄buꝫ executiuū ⁊ idem cū ſy.Tertio modo dicitur ꝯ
tractus innominatus ꝯtractus donationis.⁊ iſte ꝯtra
ctus dicit glo.fuit innomiatus olim.qꝛ nō perficiebatˀ
ꝯſenſu.ſed rei interuētu.ut.ff.ꝺ donatio.l.abſenti.⁊.ff.
ꝺ dona.cau.mor.l.inter mortꝫ.uel v̄bis ut ſtipulatioue.
ſed hodie ē ꝯtractus noīatus.qꝛ ꝯſenſu ꝑficitur ita di
cit glo.j̄.ꝺ ꝯdi.ob cau.l.ſi.etiā donatio cauſa mortiſ ꝑfi
citur hodie nudo pacto.ut nō.in.l.cū pater.§.meuio ꝺ
le.ij.iſta gl.ꝯcludit quod ex donatōe facta nudo pacto
oriatur actio ⁊ hoc tenet glo.expreſſe.j̄.ꝺ actio.⁊ obli.
.l.naturalis ⁊.s̄.de pac.l.iuriſgentiū.§. ſed cum nulla
⁊.l.legitima ⁊ probatur tali ratione ſicut ſe hꝫ iuramē
tum ad actionē.ſic ſe habet ⁊ lex.ſed iuramentum for
me inducit actionē ex ꝯtractu.ut.j̄.e.l.ſi duo.§. ſi quis
ergo. At lex i donatōe diſponit formiter ſuꝑ dōatꝫ.
ergo ⁊c̄.ꝑ hoc facit.j̄.como.l.i.cū ſua gl.⁊ inſti. ꝺ actō.
.l.i.in fi.magne glo.Preterea in donatōe hꝫ locuꝫ cō
dictio ob cām.ut.j̄.de dōa.cau.mō.l.ſenatꝰ.§.nec dubi
tauerūt caſſiani.⁊.j̄.ꝺ ꝯdi.ob ca.l.cū quis ⁊ ibi nō.⁊.l.i.
j̄.de dōa.q̄ ſub mod.q̄ nō habꝫ locum in contractibus
nominatis.ut notatˀ in.l.fi.⁊.l.ſi.pecuniam de condic.
ob cau.preterea lex non confirmat uenditionē itriſecā
do ſibi ſpiritū efficatie ⁊ officiū pariendi ut ipa pariat
ſed lex propter ipſā.⁊ ideo conditio ex lege.ut.l.ſi quiſ
argentū.ubi aūt contractus nominatus efficax ad agē
dum interuenit condictio ex.l.nō habet locū.patet hoc
quia obligatio ex cōtractu ē natura. obligatio ex lege
datiua.⁊ ſic ſunt cōtraria in origine.ut.l.iurˀgentiū.§.⁊
ideo.s̄.de pac. Quid dicemus hic incidenter occur
rit uidere.unde actio naſcatur in donatōne.an ex ſola
naturali.quod dicit glo.in.l.nālis.j̄. de ꝑſcrip.uerb. ⁊
male.nam ſi fruſtra eſſet introducta. ciuilis obligatio
ex nāli ⁊ ciuili.⁊ iſtud eſt ipoſſibile qꝛ non eſt eiuſdem
ordinis ⁊ rationis qꝛ vna datiua.ſ.ciuilis alia natiua.ſ.
nālis.ꝑterea diſſormaret actio a.cauſa.i.a nāli.q̄ uoca
tur obligatio ex donatione.ſꝫ actio appellatˀ condictio
ex lege.⁊ eſt ſubſidiaria ut nō.guilˀ.in.§.ſed cū nulla ⁊
.§.pactus.s̄.alegato.an ex ſola ciui.data a.l. ⁊ hoc ne
ceſſario ſequitur ex premiſſis. igitur in donatione fac
ta nudo pacto ſublata ciuili ſublata eſt actio ipſo iure.
quod eſt nouuꝫ. uiſſo.Unde naſcatur ſequitur uidere.
an ſit contractus nominatus uel innominatus. ⁊ dico
quod neuter deſtructa ſignificatiōe.ut.j̄. ꝺ v̄bo ſigni.l.
labeo.§.contractus.huic eſt quod olim nuda donatō ñ
pariebat actionem.nam mera liberalitas nō ueſtiebat
contractum ad obligandum efficaciter. quia non conti
nebat mutuam preſtationem ut.ff.de pac.l.iurˀgentiū.
§.ſed cum nulla. Sed in aliquibus donatio habet
vim contractus nominati. quia penitentia non habet
locum ut.C.de reuo.donatio.l. uelles nec ne.ratio qꝛ
ubi penitentia non facit ceſſare cauſam obligando non
habet locū penitentia.ut.j̄.de condic.ob cau.l.qꝺ ꝑuiꝰ.
ſed hic cauſa.i.liberalitas.retro nō ceſſat.ut.l.in cōmo
dato.§.ſicut.ff.comodati quando uero caſus ſuperue
niens facit ceſſare cauſam obligañ.reffert.aut eſt cau
ſa.que requiritur ad natiuitatem actionis. Sed nō ad
conſeruationem ineſſe ⁊ tunc non ceſſat actio. Si
autem requiritur ad conſeruandum rem ineſſe.tūc ceſ
ſat.ut plene notatur per.cy.C.man.l.per diuerſas.⁊.l.
ad comparandas. In aliquibus habet naturam cō
tractus inominati.puta quod detur condictio ob cauſā
cauſa non ſecuta.ut.C.de dona.que ſub mo.l.quotiēs.
In aliquibus autem tenet propriā naturā puta quod
naturalis obligatio nō operetur ad agēdum.quod ex
ſola ciuili agatur.quod ex forma ꝯtractu nō agatur.ut
C.de dona.l.ſi quis argentū.ubi agatur ꝯdictione ex
.l.propter ꝯtractum.Itē nō.quod aliqñ cōtractꝫ. ē cer
tus de certis.⁊ hic noīatꝫ.ut iuriſgentiū. Interdū certꝰ
de incertis.ut ꝑmutatio que ē contractus certus.i.cer
ta ſpēs de incertꝫ.i.inoīatꝫ ꝯtractibus.⁊ tunc iſte cōtra
ctus ē innominatus.ſed ex eo agitˀ ꝑſcriptꝫ uerbis.In

terdū incertus ꝺ incertis ut qꝛ nō eſt ſpēs noīata gene
ris innoīati.ſed ꝺubitatur oīo ꝺ noīe.⁊ tūc oꝛitur actō
in factū ut.ff.ꝺ p̄ſcrip.v̄b.l.quotiens ⁊ ꝺ pigno.actio.l.
ſi ꝯuenerit.nā ibi nullū negociū geſtū ⁊ cū eo qui agit
licet propter negociū agat.ideo agit ꝯdicti ne i factū
al's actione in ſcm̄ uel ꝺic vt nō.e.C.ꝺ rer. pmu.l. ex
placito. Sum expeditus ꝺ pꝛimo ꝯtrario.⁊ ſuis co
herētijs. Ueio ad ſm ⁊ op.ꝙ trāſactio ⁊ iuramētū in
ſpē nō ſint oīo oppoſita ut ꝺixiſti i ſolutione pꝛoximi ꝯ
trarij.ſed ſint i aliquibus ſiīa ⁊ i aliquibus ꝺiſſimilia
quod patet ab effectu.nā ex utroqꝫ oꝛitur exceptio . ut
j̄.ꝺe ꝯdi.inde.l.elegāter.§.ſi quis ⁊ inſti.ꝺ excep.§.itē
ſi quis ⁊.C.ꝺ trāſac.l.cuꝫ pꝛoponas ⁊.C .rem in pn̄ti.
Jtē ex utroqꝫ tollitur nālis obligatio.ut.l.ſticū.§.natu
ralis ꝺe ſolutio.⁊.j.e.l.ſi.in excipiēdo igitur ⁊ tollēdo
naturalem qn̄ fiunt ad liberāduꝫ ſūt ſiīa ſed econtra
ſūt ꝺiſſimilia i agēdo.qꝛ ex iuram̄to oꝛitur actio.ex trā
ſactione nō ut.C.e.l.actoꝛi ⁊.C.ꝺ trāſ.l.ſiue apud acta
⁊.l.ſi pꝛo fundo. Collige ergo quod i aliquibus ſunt
oppoſite ſpēs.Jn aliquibus habēt ꝺiſſimilitudinē Jn
aliquibus v̄o ꝺiuerſitatē.ſicut ⁊ alias cōtingit.quod q̄
dam ſūt ꝯtraria i oꝛigine.tamē i effectu ſunt ſm quid
cōfoꝛmia.ut.C.ꝺe inoffi.teſta.l.cum qui. Et ex hac
glo.habes quod ex oī iuramēto liberatoꝛio tollitur na
turalis obligatio. ſecūdo habes ꝙ ex iuramēto actio.
oꝛitur ex trāſactione autē nō oꝛitur actio.ita ꝺicit glo.
ſed iſta glo.uidetur falſa.pꝛimo i pꝛimo ꝺicto nā ex iu
ramēto neceſſario nō tollitur nālis.⁊ ideo miniſterio
ſe.l.ulti.j.e.ꝺicit nālis obligatio hac pactione tolleret̄
⁊.j.ꝺe ſoluti.l.ſticum.§.naturalis ibi conuentoꝛis equi
tate ꝺiſſoluitur ſecundum guil'.⁊ Jaco. butri. Sed
pꝛo gloſ. quod ex iuramento neceſſario ad libera
dum interpoſito tollatur naturalis. ⁊ ſi eſt ad obli
gan̄.oꝛdinatꝫ oꝛitur naturalis.facit quia factum iudicis
ꝺefferentis iuramentum ꝺeputatur ⁊ repꝛeſētat factū
partis.ut.C.ꝺe euic.l.ſi ob cauſam.⁊.C. ꝺe ſentē.j. li
bera quidem theodoꝛa.⁊.j.ꝺe.euic.l. ſi plus uel minꝰ.
§.⁊ ſi iuſſu.⁊j.ꝺe pigno.actio.l.elleganter.§.ſi quis pꝰ
ergo ſicut ex facto partis oꝛitur nālis. ſic ex facto iudi
cis.ſiľr eſt in conſenſu cuilibet. qui habet repꝛeſētare
aliam perſonam nam illam nāliter obligat licet uerus
ꝯſenſus illiꝰ n̄.interueniat.ut patet in tutoꝛe ⁊ curato
re.⁊ pꝛocuratoꝛe ⁊ ſimilibus ut.j.ꝺe admin.tuto.l.ſi.⁊
j.ꝺe inſti.l.ſi.cum ſiībus pꝛeterea ex iuramēto neceſ
ſario oꝛitur actio ⁊ obligatio.ut.l.nā ⁊ poſtea.§. ſi mi
noꝛ ⁊ in.§.ſi.⁊ ibi notatur ergo multo magis liberatō
ut.l.i.§.quod.ff.ꝺe ſupficie.pꝛeterea nālis obligatō oꝛi
tur quandoqꝫ etiaꝫ abſqꝫ ꝯſenſu quādo nālis equitas
adeſt ad obligandū ut.l.iij.§.ſi pupilli.ꝺ neg. geſt. ſed
hic equitas adeſſe uidetur ex quo iuramētum pꝛo ueri
tate habetur.pꝛeterea ideꝫ operat̄ ueruꝫ eſſe ⁊ pꝛo v̄o
habeo licet nō ſit idem.ut nō.j.ꝺe v̄bo.ſigni.l.mercis.

Sed iuramētum habet̄ pꝛo ueritate ergo ſicut ue
ritas inducit ſic ⁊ iuramētum uel inducit.uel ſalteꝫ fin
git inductam.naꝫ nō pōt haberi pꝛo ueritate.quin ſim
pliciter habeatur pꝛo v̄itate ⁊ ſic quo ad nālem ⁊ ciuilē
nā ex parte v̄m reputari ⁊ ex parte falſum nō pōt ar.
nō.C.ꝺ trāſac.l.ſi ex falſis. Pꝛeterea ſup nāli ſola p̄t
iurari eſſe uel nō eſſe.ergo ⁊ p iuramētum etiā neceſſa
riꝫ pōt induci ⁊ tolli nālis obligatio.⁊ antequā ſoluā
pꝛemitto ꝙ aliqn̄ adeſt ꝯſenſus exp̄ſſus ⁊ uerus ⁊ tūc
ſi ad obligandū inducit naturalē ſi ad liberandū tollit
naturalē ut.ff.ꝺe ſolu.l.ſi is cui.§ .flauius.⁊.l.ſticuꝫ. §.
naturalis aliqn̄ abeſt ꝯſenſus exp̄ſſus.ſed adeſt cōſen
ſus tacitus ⁊ uerus.⁊ idem ut.ff.ꝺe fideiuſſo. tuto.l.cū
oſtēdimus.§.ſi.⁊.j.loc.l.qui ad certū.aliqn̄ ꝺeficit con
ſenſus uerus tam exp̄ſſus q̄ꝫ tacitus.ſed ē ibi ꝯſenſus
ipꝛopꝛie ⁊ ficte.⁊ tūc nō oꝛitur ibi nālis.nec tollitur ut
.l.iulianus ⁊ pꝫ i cyrographo.poſt biēniuꝫ.qꝛ p̄ſumptꝰ
ꝯſenſus nō inducit nālem uerā nec eam tollit.nec etiā
curſus tpis qꝛ ſolo curſu tp̄ꝛis nō inducit̄ nec tollitur
obligatio.l.obligationū fere.§.placet ⁊ ita ꝺicam ſm
Ja.butri.quod ē nō. Nō obſtat.§.ſi pupillus qꝛ ibi
quando re ꝯtrahitur uel quaſi ꝯtrahitur.hic autē quā
do ꝯſenſu. Et ex p̄dictis hēs quādo ex ymaginario
conſenſu oꝛiatur naturalis.⁊ quando non concludo ex
his contra glo.non ob.l.ſi ob cauſam.quia ibi iudex cō
trahebat nomīe partis ⁊ pꝛo neceſſitate. uel utilitate
partis ut.l.quod ſi minoꝛ ꝺe bo.iudi.auc.poſſid. iterlo
quitur ipſe ut ipe iudex.n̄ ut pars.⁊ ideo iſta iterlocu
toꝛia i tollēda naturali n̄ ꝺebet opari pluſq̄ꝫ ꝺiffinitiua
ſētētia niſi ſubſticas quod glo. n̄ itelligitur quod obli
gatio tollatur uere.ſed quod pꝛeſumit̄ nūquā fuiſſe ex
quo ſic iuratuꝫ eſt. Sed nūquid ex iuramēto n̄ ſolē
ni tollat̄ naturalis ut uidet̄ quod ſic ſicut a ſiľi ex teſtō
n̄ ſolēni ut nō.j.ꝺe ꝯdic.idebi.l.i.⁊.C.ꝺe iur.⁊ fac.ig.l.
cum quis. Jn ꝯtrariū uſ̄.j.ꝺe ꝯſti.pec.a.l.§. cū qui.
⁊ hoc credo uerū.⁊ pꝛobo cōparādo iuram̄tū ad alios
ꝯtractꝰ i quibus ſic ꝺiſtiguit.iterdū aliquis actꝰ ꝺefficit
i ſolēpnitate fōmali ⁊ tunc n̄ tolliſ̄ naturalis.ut.l.i.ff.ꝺe
uer .obliga.nec tolliſ̄.in.l.ſi unius.§.ſi acceptilatio.ff. ꝺ
pac.⁊ eſt ratio.quia ceſſat foꝛma que ꝺat eſſe rei ut.ff .
ad exhib.l.iulianus.⁊ ff.ꝺe uſufruc.l.qui uſūfruc .aree.
Jnterduꝫ ꝺefficit ſolempnitate nāli .⁊ ꝺic tunc ut i .l.
an.iutilis.ꝺe acceptilatio.Jnterduꝫ actus ꝺefficit i ſolē
pnitate pꝛobatoꝛia.⁊ tunc reffert. aut eſt talis actus q
ſi eſſet ſolempnis induceret naturalem ⁊ ciuilem obli
gationem.ut legatum ⁊ fidicommiſſum. ⁊ huic aut q̄ri
tur utrum inducat naturaleꝫ ſtantem i finibus iuſticie
naturalis ⁊ ꝺico quod ſic.ut.l.in teſtamento ꝺ fideiuſ.
libeꝛ.aut eſt talis actus qui ſolempnis non inducit obli
gationem.ut inſtitutio heredis.l. ex parte ꝺe acqui.he
redi.⁊ tunc ꝺico quod ſi non eſt ſolempnis ſolēpnitate
pꝛobatoꝛia habetur pꝛo non ſcripto.ut.l.ſi.ꝺ.fa.herciſ.
⁊.l.hac conſultiſſima.§.ex impeꝛfecto.C.ꝺe teſta.ergo
contradicit.ut.C.ꝺe iuſ̄.⁊ fac.igno.l.ſi poſt ꝺiuiſioneꝫ.
⁊ male in hoc.aut actus non eſt ſolempnis.i.repꝛobatꝰ
pꝛopter carentiaꝫ ſolempnitatis ⁊ tunc non oꝛitur na
turalis.ut.j.ꝺe fideiuſſo.l.cū lex. ymo cenſetur pꝛo non
ſcripto.ut.j.ꝺe fal.l.filius in fi. Cuꝫ igitur iuram̄tū
in eſſentialibus ꝺefficit nil ualet. ⁊ nil operatur ut ex
pꝛemiſſis ſequitur tamen ad ius .retentionis quādoqꝫ
ualet iſta nālis obligatio.ut nō.C.ꝺe iuſ̄ .⁊ fac igno.l.
cū quis ⁊.j.ꝺe cōdic.indebi.l.i.⁊.j.ꝺe fideiuſſo .l.ubicū
que cum ſy.non eſt mā hic.ſed in.l.iulianus. ueruꝫ ꝺe
bitoꝛem.⁊.l.non erit.j.e.cum ſy. Sed quid ſi iuram̄
tum eſt ſolempne.ſed actus ſuper quo iuratur non eſt
ſolempnis.an ualet tunc iuramentum. ex quo non hꝫ
intrinſecum ꝺeffectum . ſed ſolum per relationem aꝺ
actum pꝛincipalem.reſpondeo ut ꝺictum.j.in queſtioni
bus pꝛincipalibus.q.v.ibi uide . Sed quid ſi pꝛomit
to te liberaſ̄.ſi iurabis.tu iuraſti.an ſit naturalis ſubla
ta obligatio.⁊ uidetur quod ſic ut.j.e.l. ſi quis cū ꝺebi
toꝛe. Jn contrarium uidetur. quia iſtud pactum nō
continet liberationem.ſed conuentionem ꝺe liberādo
ergo non tollitur naturalis.ut nō.j.ꝺe condic. idebi.j.
ſi non ſoꝛtem.§. adeo autem pꝛo pꝛima pte hn̄facit .j.
ꝺe cōtrahen.emp.l.labeo.ſcribit bibliotecam ꝺic quod

aut eſt iuratum ſuper iſta obligatione.quia iuraſti te. nõ
teneri. ⁊ ſtatim eſt ſublata naturalis.ut iuramenti.ut ĩ
iſta glo.Aut iuraſti ſuper alio ut te aſcendiſſe capitoli
um. ⁊ tunc naturalis non eſt ſtatim per iuramentum
ſublata.ſed debet liberari qui iurauit.qꝛ iuramẽtum nõ
venit diſpoſitiue.ſed ꝑ moduꝫ implẽde ꝯdictionis ⁊ vi
de quod nõ.C.de ꝯtrahen.emptio.l.in emp. in fi.glo.⁊
ff.de pac.l.ſi intra.ſic ĩtelligitur dicta.l.ſi quis cũ arbi
tratore deinde iſta glo.uidetur falſa ĩ alio.dicit enĩ.qꝫ
ex trãſactione nõ oritur actio.ꝯtra ex ꝯtractu innomia
to ſeſecuta oritur actio.vt.C.de re.pmu.l.ex placito ⁊
ſ.de pac.l.iuriſgẽtiũ.§.⁊ ideo ⁊.ĩ.de pſcrip. vb.l. natu
ralis.ſed tranſactio ẽ ꝯtractus ĩnominatus. ergo rei ĩ
teruẽtu dꝫ veſtiri ad agẽdũ doc.ut.C.de trãſ.l.cũ mota.
⁊ nõ.ĩ.de ꝯdic.inde.l.damus.So.domũ aut tranſactio
veſtitur rei ĩteruentu ut qꝛ peto.a te domũ trãſigimus
eo pacto ut dem tibi.x.ago pſcriptis vbis ad domuꝫ.

Itẽ ſi ago querella inofficioſi teſtamẽti.⁊ trãſigim⁹
eo pacto ut renũtiem querelle.⁊ des mihi partẽ bono
rum.ſi ego renũcio.⁊ tu nõ das ago ꝯtra te pſcriptis
vbis quam ĩ heredem quoqꝫ meũ tranſmitto ut.C.de
tranſac.l.cũ mota. Aut tradẽdo nõ ueſtit̃ rei inter
uẽtu.vt qꝛ agebam ꝯtra te.trãſigimus eo pacto ut de
cetero nõ inquietẽ te.⁊ tu dares mihi.x.nã hic ſcm̃ ne
gatiuũ debeo.Quod nõ poſſim⁹ pfecte ſoluere ergo nõ
poſſuꝫ pfecte implere.ut.ĩ.de ꝯdic.⁊ demõ.l.mutiane.⁊
nõ.C.de pac.l.i.ĩ fi.magne glo. merito tunc nõ habeo
actionẽ qꝛ nõ veſtiui pfecte.ex parte mea ſic intelligit̃
glo.ſic loquit̃.C.de tranſ.l.ſiue apud.⁊.C.de pac.l.cuꝫ
proponas. Sed op.ꝯtra utrũqꝫ mẽbrũ. ⁊ videt̃ qđ
etiaꝫ implenti.nõ detur actio.ut.C.de tranſac.l.ſi pro
fundo. So.quatenus tradẽdo ordinatur ad agẽduꝫ
datur actio.ſed quatenus ad retinẽdum mera facti re
tentione nõ.ut in ꝯtrario.⁊ nõ.in.d.l.ſiue apud acta.in
glo.dicitur pendere.⁊ hoc dicit ibi glo.eſſe multũ non
quod ille qui ex cã tranſactionis remittit nõ obligatur
dare nec pdit dominiuꝫ.⁊ poteſt eẽ ratio predictorum
qꝛ ordinatũ ad ſimplicẽ ⁊ merã facti retentionẽ nõ pro
ducit actionem ut.ĩ.de ꝯdic.inde.l.ſi in area nõ uidet̃
ſic ĩ iuramẽto.ut.ĩ.eo.l.ſed ſi poſſeſſori.§.proinde ⁊ ibi
notat̃. Itẽ nõ eſt ſic.ĩ.de ꝯdic.inde.l.ſed ſi me putẽ
§.cũ iter.vbi ius excipiẽdi ex poſt facto trãſit ĩ ius agẽ
di ꝑ ꝯdictionem incerti de hoc nõ.ſ.de pac.l.interduꝫ
ĩ fi.glo.licet quidã dicant.⁊ male dicũt.eſt qꝛ ꝯdictio ĩ
debiti ẽ repetitoria ideo ꝯtinet actũ retro ſilẽm.i.ſi de
di reddatur ſi tradidi retradatur ut.ĩ.ti.i.l.indebitum.
§.ſi nũmi.ſed in.§.cũ iter dedi libruꝫ . ⁊ cõdico ſeruitu
teꝫ cõſtitui ⁊ ſic nõ ẽ actus retro ſimilis ſed nouã rem
peto.⁊ ideo nõ indebiti.ſed ago ad iter retinẽdum . qđ
iter licet ſit ius.tamẽ incertũ dicitur in obligatione vt
ff.de vbo.obli.l.ubi autẽ nõ apparꝫ.§.fundi certi.⁊ nõ
in.l.tribus de uſufruc.ca.re.que uſu cõſu.nã in.§.cum ĩ
ter exceptio ius ꝯuentionale nõ merũ factuꝫ.nam iter
ius ẽ ſeruitutis ut.ĩ.de triti.l.i.ĩ fi.pricipij.ſed ire ẽ ſcm̃
merũ,ut inſti.de ſtipula.ſeruo.§.ſi cũ factuꝫ. Unde ca
ſualiter propter equitatẽ ſupueniẽtem caſus ⁊ reſtitu
tionis. Illud in s cõuertitur ad agẽdum ut.ſ. de ſerui.
vrba.pdio.l.ſi binarũ.⁊.ĩ.de actio.emp.l.ſi binarũ tibi
librũ .eodẽ modo rñdeo ad.l. qui executõnem.§.ſi ps
de ꝯdic.inde.⁊.ff.de lega.i.l.quod ſi nulla nã ⁊ ibi retẽ
tio fiebat ob id quod dari debeat.pſonali pſtatiõe.nec
obſtat.l.ſi area.qꝛ ibi pſtatio nõ erat pſonalis ſed real̃
. i.deductio quedam realis abradendo quod ĩpenſum
eſt.vel retinendo ⁊ ſic meuꝫ ſcm̃ erat ĩ deductõne ⁊ re
tentõe ⁊ ex facto mero obſtracto ab omni neceſſitate
pſonalis pſtationis nõ oritur actio pſonalis ut ibi.

Secũdo op.⁊ uidetur quod ſatis ſit nõ petere ut ui
deatur impleſſe.ut.ĩ.de ꝯdic.ob cauſ.l.dedi ĩ prin.So.
ſatis ẽ ad retinẽduꝫ ut ibi ſꝫ nõ ẽ ſatis ad agẽdũ ut ĩ iſta
glo.⁊ ĩ.l.ſiue apud acta. Tertio opp.⁊ uidet̃ quod
maioris auctoritatꝭ ⁊ uirtutꝭ ſit ſnia q̃ iuramẽtũ nã ſnia
ꝯtra ſniam nõ tenet.ſed contra iuramentũ bene tꝫ . ut
ĩ.e.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi damnetur.⁊.l.i.C.quãdo ꝓuo .
nõ eſt neceſſ. So.dicit glo.quod iſta obiectio ſoluit̃
per ſimplr̃ ⁊ ſm quid.aut enim queritur utrum iuram̃
tum ſit maioris auctoritatis quaꝫ ſẽtẽtia ſimplr̃ ⁊ dico
quod nõ aut ſecũdum quid ⁊ aliquãdo ⁊ dico quod ſic.
⁊ ideo iuramẽtũ ⁊ ſẽtẽtia ĩ quibuſdã ãbulãt pari paſſu.
ut ecce quia ex iuramento oritur actio ſimiliter ⁊ ex
ſententia . ut . l . nam ⁊ poſtea in fine infra eodem ti
tulo. Item ex iuramento oritur exceptio ſilr̃ ex ſen
tentia.ut inſti.de excep.§. iteꝫ ſi quis. item iuramentũ
habetur pro ueritate.ut.ĩ.e.l.qui iuraſſe.§.ſi pater.idẽ
in ſententia.ut nõ.ĩ.e.l.ius iurandum.§.i. Itẽ ꝯtra
iuramentum non admittitur probatio in contrarium
ſic nec contra ſententiam.ut.l.fi.in principio de pigno.
actio.⁊.ſ.de eden.l.argentarijs.§.ſi.pater.⁊.§.cũ aũt.

Huic eſt quod ſi lex preſumit. ⁊ iudicat non admit
titur probatio in contrarium nam poſt ſententiam ꝓ
batio non admittitur ideo contra preſumptionẽ iuris
⁊ de iure non recipitur probatio quia iam eſt pronun
tiatum per.l. ⁊ contra ſtatutum. per legem non poteſt
pronuntiari uel probari niſi per confeſſionem ſponta
neam aduerſarij.ut ĩ autꝭ.de equali.do.§.aliud ⁊ ĩ autꝭ.
ſed iam neceſſe.C.de dona.an.nup.⁊ ibi per cy. ſed ad
confitendum pars non poteſt cogi.ut.C. de nõ nu.pec.
l.in contractibus.§.illo.Item iuramentum inter alios
preſtitum facit aliqualem preſumptionem contra iurã
tem.ut.ĩ.e.l.ſi duo patroni.in principio. ſic ⁊ ſentẽtia .
ut ibi notatur.⁊ de effectu iſtius aliqualis preſumptio
nis que oritur ex re inter alios acta quando iura par
tium ſe coutingunt.⁊ nõ ſunt oio diſſepara a. dic ut ibi
notatur.⁊ melius quaſi alibi.quando teſtis teſtificat̃ .
⁊ poſtea ut par.ſ.uult dicere contrarium.an poſſit. qua
ſi fuerit res inter alios acta.tenet inno.quod poteſt.ut
ex̃.de fide inſtru.c.inter dilectos. ⁊ de re iudi.ſuborta ⁊
facit lex poſt legatum.§.his uero de his.quib.ut idig .
item dicit inno.quod colono deueto per uim facti dñs
perdit poſſeſſionem.ſecus ſi eiciatur auctoritate ptõis.
quia res inter alios acta ⁊c̃.ſm inno.qui ita nõ.i.c.qm̃
frequenter in glo. ſi autem ex̃.ut lite non conte. quod
eſt notabile.item dicit inno.quod licet iudex fateretur
ſe dolo tuliſſe ſententiam .tam̃ hoc non preiudicat par
ti cui eſt ius queſitum.ita nõ.ino.de arbi.c.nõ ſine.⁊ fa
cit.ſ.de iudi.l.nõ idcirco ĩ pricipio ⁊.§.cum poſtea . iteꝫ
iuramẽtum habetur pro ſolutiõe.ut.ĩ.e.l. ius iurãdum
quod ex cõuẽctiõe .§.i. item ſicut iuramẽtum hꝫ tres
comites.ſ.ueritatem.iudicium.⁊ iuſticiam.ut.nõ.C.de
nup.aũt.quod eis ſic ⁊ ſentẽtia debet continere delibe
rationem ⁊ iuſticiam.ut.l.p.s.de iuſti.⁊ iu. licet qñque
falſe probationes ueritatem ſubuertãt.ut.nõ.ĩ.de ꝯdic.
ĩdebi.l.ſi nõ fortẽ.§.heredi. aliquãdo dolus . Aliqñ
corruptio.ut.l.iij.de cõdic.ob tur.ca.⁊l.ſeruo inuito.§.ſi
pretor.ĩ.ad tre.cum ſy . Aliquando per inim ciciam
que probatur probãdo cauſaꝫ inimicãdi l cet nõ probet̃
de odio.ut.nõ.ino.ex̃.de re iudi.c.cum.i.⁊ a ĩ fi. In
quibuſdam iuramẽtum ẽ minoris auctoritatis ut in re
tractatione ꝑ ſniam.ut.ĩ.e.nam ⁊ poſtea.§.ſi. dãnetur

⁊ ī retractatione per noua inſtr̄a ut.ꝭ.eo.l.admonēdi.
dic ut ibi. In ſucceſſione liberti ut.ꝭ.ꝺ iure patro.
.l.ſi iurauero. in pemptore inſtantie.q꞉ per ſniam pe
rijt inſtātia p iuramētum nō de re iudi. Judex ⁊.l.poſt
rem. In eo quod poſt ſniam veniūt centeſime uſur̄
ſuo tempore quod nō repetit᷑.l.cautū poſt iuramētuꝫ
Item per iuramētuꝫ actio que erat duplex p īficia
tioneꝫ ⁊ ex poſt facto nō dico ab initio quaſi purgat᷑
negatio p tacitam ꝯfeſſionē quā facere videt᷑ defferē
do iuramētum ⁊ in quā iuramētum ſuſcipiēs ꝯſentire
uidet᷑ fit ſimpliciter ſi uitatur ex iuramēto ut.ꝭ.e.l.euꝫ
qui.⁊ iuratur ſup facto nō dico ſup debito. ꝯſentire ui
detur ⁊ ſup obligatōe dupli. naꝫ ſi aduerſario defferē
te iurat duplū ſibi deberi .nō uideo quar̄ nō deberetur
uel dic eſſe ſpāle.ſecus p ſniam ut.l.quid ergo.§. pena
grauior.ff.ꝺ infamib. In quibuſdā iuramētum ē ma
ioris auctꝭ.ꝙ ſnia q꞉ minor nō reſtituit᷑ cōtra iuramētū
a ſe preſtitū.ut in autꝭ.ſacramēta puberꝝ.lꝫ reſtituat᷑ cō
tra ſacramētum a ſe delatuꝫ ⁊ ab aduerſario preſtituꝫ
probata ſūmatim leſione ut.ꝭ.e.l.naꝫ ⁊ poſtea.§. ſi mi
nor. Cōtra ſniam autē bene reſtituit᷑ probata tn̄ plene
leſione ut.ꝭ.e.l.naꝫ ⁊ poſtea.§.ſi mior.q꞉ nō petitur i i
tegrū reſtitutio p modū emergētis queſtionis in qua
ſufficiunt ſūmarie probatiōes ar.ꝭ.ad exhi.l.theſaurꝝ.
ſed p modū principalis ⁊ p ſe mote queſtionis. ⁊ ideo
ordinarie agēdum ē.tam i probationibus quā i ceteris
articulis ut probat᷑ in ſpe de in iteg.reſtō.vſi.illud ꝙ ſi
militer ⁊ i alijs multū refert. an ueniat reſtō petenda
cōtra certū articulū emergētem ante ſniam.q꞉ tūc per
modū exceptōis pōt deduci i iudiciū.ut.ꝭ.e.l.naꝫ ⁊ po
ſtea.§.ſi minor.an p modū pricipalis q̄ſtionis ⁊ tūc dꝫ
propōi modo ⁊ forma actōis nō mō ⁊ forma exceptōiſ
ut.ff.de excep.l.exceptio que perſōe.§.fi.⁊.l.nec n̄.§.ex
ceptio ⁊.ff.ex qui.cau.maio.l.fi.§.fi.de cōdic.idebi.ſm.
Ja.de bel.quod eſt nō. Sed dn̄s dy.inſti. de actio.
§.rurſus. dicit quod ſēper reus pōt deducere reſtitutō
nem in iudicium i modum cōtradictiōis per.l. papinia
nus.§.ſi filius.ꝭ.de inoffi.teſta.⁊.l. ſi preteritus .ff. de
cōtra tab.que leges nō oio probāt quia i illis n̄ ſpirat᷑
aliud iudicium reſciſſorium hic autē ſperatur taꝫ actio
quam exceptio reſciſſoria.⁊ ideo contradictio que ha
bꝫ uim exceptionis non uidetur hic poſſe opponi.ante
quam ius cōtradicēdi ſit ortum nam in.§.ſi filiuſ dat᷑
actio ergo exceptio. Itē i.l.ſi p̄terit᷒ delata erat edicta
lis bonorum poſſeſſio.hic vͦ reſciſſoria nullo modo cō
petit nec ut edictalis nec ut decretalis nec ullo modo.
ut legitur ⁊ nō.ꝭ.ꝺ ꝯdi.indē.l.fi.§.fi. Sed quicquid
ſit nō dico hic ulterius.q꞉ nō eſt materia noſtra. Item
ē minoris auctoritatis ſnia ꝙ iuramētum.q꞉ iuramen
tum tollit ⁊ inducit naturalē obligationē nō ſnia ut.l.
iulianus. Item a iuramēto nō appellat᷑ a ſnia ſic ſecun
dum glo.⁊ de hoc p inno.ex̄ quod me.cau.c. fi. Iteꝫ
ſi petitur executio iuramēti infra tp̄s quadrimeſtre ſ̄
nullo iure notat᷑ i ſniis ⁊ preceptis factis ſine die.ꝯtra
ē.ꝭ.quod me.cau.l.ſi cum exceptōe.§.quod ſi homo ⁊
ꝭ.de vſu.l.i fideicōmiſſi ⁊.ꝭ.de iudi.l.ſi debitori. Itꝭ
iuramētum nitit᷑ volūtate duorum.ſnia vero volūtate
ſolius iudicis ſm glo.quas vide per te. In glo.pro
vt ibi.C.qn̄ prouo.nō eſt neceſſe.l.i.extra glo.ꝯtra hoc
op.⁊ videt᷑ ꝙ ſnia cōtra ſniam teneat. quoniaꝫ tenet ꝯ
tra iuramētum dat᷑ enim actori qui obtinuit ut iterato
agat prima actione certū ē quod pōt ſuccūbere.ut nō.
ꝭ.de excep.rei iudi.l.duobus. Itē dicit᷑ quod actor no
uauit ius ſibi queſituꝫ ex ſentētia ſi aget poterit ſuccū

bere.vt.ꝭ.de ꝯdi.indē.l.elegāter.§.ſi poſt ⁊ ibi nō.⁊.ff.
de mino.l.minor.xxv.annis.cui fideicōmiſſum. Prete
rea dat᷑ exemplum ꝙ actor agat iudicati certum ē qꝺ
ſentētia dꝫ ferri.l.itē veniunt.§.idē recte ut de peti.he
re.ergo poterit ferri abſolutoria ab actione iudicati ⁊
ꝯdēnatoria.al᷑ ſi iudex n̄ poſſꝫ ferre ſileꝫ ſniaꝫ careret
arbitrio.vt.l.qualē ꝺ arbi.p̄terea dr̄ qꝺ petat᷑ executō
officio iudicis ⁊ quod i executiōe opponatur exceptio
permiſſa.nō ut ualebit ſentētia cōtraria.⁊ certum ē qꝺ
ſic.ut.l.i.C.de iur̄ ⁊ fac.igno.⁊.ff.de cōdic. ſiue cau.l. ſi
fullo.item pōt quis perdere ius ſibi queſitum ex ſentē
tia lata ſi interrogatur.an ſit lata.negat eam latam et
ualet preceptum iudicis.ꝙ ea ſētētia perpetuo n̄ utat᷑.
ut.nō.ino.ex̄.de fide iſtru.c. g. ppetuus quid ē ergo qꝺ
glo.dicit hic.⁊ alibi dicit quod etiam de uolūtate ptiuꝫ
nō tenet ſētētia cōtra ſētētiam.ut nō.C.de trāſ.l.ſi div
ſa mirum eſt dicit guil᷑. de cu.quod ſi prima ſētētia fuit
abſolutoria n̄ tenet ſētētia ei cōtraria.ſic itelligit᷑ glo.
l.i.C.quādo prouo.nō eſt neceſ. Sed ſi p̄ma ſnia fuit
cōdemnatoria bene tenet ſnia ei cōtraria.⁊ iputet ſibi
actor ſm guil᷑. Aduertatiſ iſta diſputatio hꝫ locum
in ſnia certa ⁊ idubitata.que trāſiuit i rem iudicataꝫ ir
retractabiliter.nō enim eſt queſtio de ſnia nulla.ut.l.ſi
ut proponis.C. qūo ⁊ quādo iudex.nec de ea a qua eſt
appellatum ut dicta.l.elegāter. §. ſi poſt rem nec ꝺ ea
cōtra quam eſt petita reſtitutio.ut.C. de trāſac.l.ſi cau
ſa.nec de ea de qua nō cōſtat.quod lata ſit. ut.l.ij.§.i.
Que ſentē.ſine ap.reſ.ſi quis uero timet ne reuocetur
idubium.an ſnia lata ſit uel.an lata teneat petat cōfir
mationē ſnie quam pōt petere ſi ſnia fuit diffinitiua. ſi
uero interlocutoria ⁊ reuocabilis.nō pōt peti eius ꝯfir
matio principaliter ⁊ per ſe.ut nō.ino.de appella.dilec
tus.de cōfir. util.ul᷑ inutil.c.i.⁊.ij. iſtos ergo caſus exci
pio.ut clare patēte ꝭ. ſed ſolum ē queſtio noſtra i hoc.
an ualeat ſnia cōtra rem prius iudicatam de qua ꝯſtat
idubitate.⁊ videtur quod aut error ē expreſſus i ſnia ⁊
nō ualet quia cōtra ius legis.aut nō ē expreſſus ⁊ ualꝫ
quia cōtra ius partis.ut.l.elegāter.§.ſi quis poſt trāſac
tionem.ꝭ.de cōdic.indebi.⁊ pro hoc facit quia exceptō
rei iudicate que orta ē ex prima ſentētia aut cōſiderat᷑
pro ut opponitur ad proceſſum.aut pro ut opponitur p
modum ⁊ formam peremptorie ⁊ incidētis nec p̄mo
nec ſecundo modo.pōt opponi poſt ſentētiam.ut.l. ele
gāter.§.ſi quis poſt.nec de ea cōtra quaꝫ ē petita reſti
tutio.ut.C.de trāſac.l.ſi cauſa.nec de ea de qua n̄ ꝯſtat
quod lata ſit.ut.l.i.§.i.que ſentē.ſine appel. reſcin. Si
quis uero timet ne reuocetur in dubium.dic ut.ꝭ.dixi.
⁊ eſt expreſſum ex̄.de iudi.c.inter monaſterium. Nō
ob.l.i.C.qn̄ prouo.nō ē ne.q꞉ intelligo qꝺ ibi fuit lata
ſnia ſa contra res prius iudicataſ exp̄ſſa iniuſticia ⁊ er
rore in ſecūda ſnia.ut quia dicit iudex condēnamus vl᷑
abſoluimus.pria ſnia huic ꝯtraria nō obſtante. Cō
ſiderandū ē enim quod ſnia aliquādo continet errorē
exp̄ſſum v̄bis ⁊ mēte.⁊ tunc euidētē defectum hꝫ nec
videtur ex animo.p mo magiſ ex animi demētia proce
dē ⁊ ideo ē ipſo iur̄ nulla vt.l.i.§.itē cum cōtra ſacras
ff.q̄ ſentē.ſine app.reſcin.quandoqꝫ cōtinet errorē exp̄ſ
ſum v̄bis.ſꝫ nō mēte.⁊ tunc valꝫ ſnia.receditur enim a
v̄bis ⁊ ſtatur recte intentioni.vt.l.i.C.ꝺ erro.cal. facit
ad hoc quod nō.in.l.⁊ puto.§.fa.her.ſic dicimus in ſē
tētia teſtatoris quod ſi contīꝫ errorē exp̄ſſum v̄bis ⁊
mēte nō valꝫ.ut.ff.ꝺ lega.i.ſi quis in fundi vocabulo di
cit.l.ꝙ v̄ba male compoſita ⁊ inordinata viciant vt.ꝭ.
ꝺ vſu.⁊ habꝫ.l.p ſeruū.§.i.⁊ ibi nō.in fi.gl.ꝗncipit.q꞉

utilitas ſi v̇bis ⁊ nõ mēte ſtatur intētioni ⁊ timet diſpo
ſitio.l.qui quartam.ꝺ.l.i. Aliquādo ſnīa iudicis nõ
cõtinet errorē v̇bis exp̄ſſum.ſ; h; in ſe errorē velatum
⁊ in mēte retentu; ⁊ tũc ſm glo.ualet ſnīa.ſed pōt ap
pellari.quin ymo etia; ſi error eſſet affectatus.poſſet
peti reſtitutio ſecuti ſi iudex eēt in dolo.vt nõ.j.ad tre
bel.l.ſeruo inuito.§.cum pretor ⁊ facit.ff. de iudi.l.ſi fi
lius.§.i. Alij dicunt quod aut eſt error tollerabiliſ
⁊ valet ſententia aut intollerabilis ⁊ nõ tenet.vt.j.de
excuſa.tuto.l.qui teſtamēto.⁊ ex qualitate diſceptatio
nis apparebit.an ſit error tollerabilis vt in furto non
manifeſto. Aut itollerabilis vt i iure.vt.l.cu; prola
tam ꝺ re iudi.⁊.ff.de pen.l.ſi preſes. Sententia glo.
videtur verior quando ſententia eſt lata p errorem in
mente retentū.ar.C.ꝺ ꝯdit.ob cau.l.ſi repetendi.vnde
tenet ſnīa erronea quo ad id ad quod dirrecte ageba
tur.Sed nõ eſt trahenda quo ad cõſequentia; diſpēſa
tionis.ut.ff.de his qui.no.infa.l.quid ergo.§.pena gra
uior.v̇ſi.ſed ſi in cauſa ſi autē nõ errore ſed malicia iu
dicis i contēptum legis ſcripte.⁊ in fraude; legis pro
nunciauit etia; ſi tacuit errorem ⁊ nõ expreſſit ideo.vt
magis ualleret eius ſnīa videtur ꝙ ſententia ſit nulla
ipſo iure.l; ſi pronūciaſſet i fraudem partis.⁊ nõ i frau
dem legis.ſententia eſſet aliqua.ar.l.ꝺ iure patro.l.ſi
libertus minorem in principio.⁊ vide quod nõ.inno.ꝺ
re iudi.c.cum bertoldus. In glo.poſt diffinitiuam.
Alij dicunt ꝙ aut ſecūda ſnīa fertur cõtra prima;.
ex eadē inſtantia ⁊ tũc eſſe eſt ipſo iure nulla. q: p pri
mam ſnīam inſtantia finita erat ⁊ nõ tenet ſnīa ſiue in
ſtantia vt.l.prolata; ⁊ ideo diffinitiua ſnīa nunquā pōt
cõtrario imperio reuocari.q: nõ eſt lix ꝺnuo ꝯteſtata ⁊
q: eſt in actiſ olim propoſita functus officio ſuo.C.ſen.
reſ.nõ poſ.l.i.ſic intelligunt dicta;.l.i.quā. prouo.nõ eſt
neceſ.ſ. ꝙdo pars couquereret᷑ coram iudice de eius
de iniqua ſnīa reuocando ſnīam cõtrario impio protu
lit ſnīam ei ꝯtrariam.quod nõ poteſt.ut.l.quod iuſſit.
de re iudi.⁊.ff.de arbi.l.quale; in fi. Aut ſecūda ſē
tentia fertur contra prima; ex nouo inſtantia.⁊ tũc in
diſtincte dicunt valere ſecundā p dictu;.c.inter mõaſte
rium ſm Ja.butri.qui ita notat in.d.§. ſi damnetur ⁊
idem tenet doc.meus. Sed hoc videtur contra rõ
nem illius legis.q: ibi imperator nõ reprobat ſnīa; ra
tione proceſſus.ſed ratione cõtrarietatis. Unde iſte i
tellectus.quo ad.l.i.nõ credo coru; ſalua reuerētia qꝺ
ſit ſanus.nec a glo.nec a ceteris doctoribus approbat᷒
eſt.⁊ ideo ſimpl'r dico ꝙ ſnīa ſecunda lata contra pri
mam que trāſiuit i rem iudicata;.⁊ de qua conſtat par
ti ⁊ iudici legitime.ita quod nullo remedio poteſt īfrin
gi ē nulla ip̄o iure.etiam de volūtate partiu; late arg.
nõ.ſ.de procura.l.ſi procurator abſ̄tem niſi prime ſnīe
renūcietur vel ius ex ea queſitum mouet᷑.nam nec trā
ſactio valet licet partes ꝯſentiant in cõtractum trāſa
ctionis.vt.j.de ꝯdi.indebi.l.eleganter.§.ſi poſt rem.ſi
autē renūciaretur prime ſnīe bene valeret ſecūda nam
ex quo inuenit prima; ſnīam deſtructa; ſecūda ſnīa ñ
habet obiectum vel aduerſariu; reſiſtentē p renuncia
tione; āmotu; ſit obſtaculū.vt.l.illud de actio.heredit.
nõ ob.l.duobuſ de excep.rei iudi.⁊.c.inter monaſteriū
nā dico ꝙ ſnīam eſſe latam cõtra ſnīam poteſt accipi
dupliciter.vno modo ꝙ ſentētie ſint de cõtrarijs. alio
modo quod ſint ꝯtradictore. v̇bi gratia egi ex mutuo
ad.x.⁊ ſuccubui poſtea ago iterū.⁊ obtineo q: non fuit
exceptu; de re iudicata.iſte ſnīe ſunt de ꝯtrarijs. quia
vna ē affirmatiua.alia negatiua iſto caſu bene val; ſe

cūda ſnīa ut.l.duob᷒ rõ.q: hic non ꝓnūciat᷑ ꝯtra ſnīā pri
mā. ſ; ꝯtra actionē l'ꝺfenſionē propoſitam.quia cum
ſententia prima non eſſet reuoluta in ſecundo iudicio
nec de ea eſſet obiectum ergo non fuit ſuper pronun
ciatum.unde ſa ſententia non eſt contraria.ſed eſt ecõ
tra ideo ualet.ut in.l.ſ.all'. Si autem ſentētie iſte
ſunt contradictorie. ita quod una ueniat ad aliam de
monſtran.tunc prima ſententia deſtruit ſam. non ſecū
dā primam.⁊ iſtud ſtatutum eſt. ut ſit litiu; finis verbi
gr̄a.auctor qui ſuccubuit iterato agit. reus opponit ex
ceptione; rei iudicate.⁊ probat dilucide.iudex vero ex
imperitia uel dolo contra pronunciat.iſto caſu ſentētia
eſt icompaſſibilis prime.quia uenit ad eius retractatio
nem. Sed cum ſententia que tranſiuit in re; iudi
catam ſit irretractabilis ⁊ inexpugnabilis ergo non
ualet ſa ne quod poſſeſſori conceditur.priori adimatur
ar.C.qui.pocio.in pig.habe.l.aſſiduiſ.⁊ quia plerūq; du
bitatur.an teneat ſa ſententia contra primam. reffert
aut loqueris quando utraq; eſt diffinitiua aut quando
vtraq; vel altera eſt interlocutoria.aut in ſententia de
creti que proprie non eſt interlocutoria ſed tertiū gen᷒
ut nõ.ij.q.i. In primis ſi utraq; diffinitiua.reffert utrū
que.prima fuerit diffinitiua queſtionis. ⁊ eneruatiua
iurꝺictionis.⁊ tunc ſa ip̄o iure non ualet.ut de re iudi.
iudex.⁊.C.ſi.a non ꝯpe.iudi.per totum.⁊.c. qūo. ⁊ qñ
iud.l.ſi ut proponis.⁊ nõ.inno.extra de offi.dele. in lit
teris.an ſolius queſtionis.⁊ hic reffert aut ſecunda ſen
tentia eſt lata.ut reuocatoria primo contrario imperio
ex eadem inſtantia.⁊ non tenet ip̄o iure.quia licet pro
ceſſus.⁊ error in eo poſſit contrario imperio corrigi. ut
nõ.ex̄.de accuſatio.c.qualiter ⁊ notat in dicta.l.i.C. ſē.
reſ.non poſſe ⁊ per ĩno.de app. lla.ſepe. Secuſ tam̄
eſt in diffinitiua.ut.l. quod iuſſit de re iudic. Aut ſē
tētia eſt lata.ſuper nona queſtiōe ⁊ hic reffert.aut iſta
queſtio habet nouum ortum poſt ſnīam ⁊ valet ſecūda
ſententia.ut.l.ſi fullo de condic.ſine ca. Aut oritur i
ipſa ſnīa ut queſtio nullitatis ſnīe ⁊ idem.ut.ſ.de iudi.
l.ſi pretor in fi. Na; iſta queſtio nõ pertinuit adue
tus iudicium .qñ nata nõ erat ad huc cauſa ⁊ mā. que
ſtionis.ut.l.quedam mulier fa.herciſ.⁊.ff.de iure patro
l.carmelia pia ⁊ ex̄.de reſtitu.ſpolia.c.p.ſanus.⁊ .ff. de
condic.ſine cau.l.ſi fullo. Aut oritur retro poſt ſen
tētiā.⁊ hic ſubdiſtigue. Aut ſa ſnīa. nõ fert᷑ ſuper
prima ſnīa ſ; ſup prima actiōe ⁊ tũc ſa ſnīa nõ ē ꝯtra
prima;.ſed ecõtra maxime vbi ex noua cauſa poſſibili
ſecunda ſententia poſſet iuſtificari.ut nõ.j.e.l.cum qui.
§.in popularibus.⁊ ar.ff.de iudi.l. nõ al'.in verbo ex p̄
ſēti poſſeſſione ⁊ ideo ſnīa valet.ut ſi abſolutus ſit qui
apprehēdit poſtea cõdemnatus.quia poteſt eſſe noua
appenſio ut ibi nõ.⁊ ē caſus ex̄ de re iudi.c .inter mõa
ſterium. Aut ſa ſnīa nõ ſolum fertur ſuper q̄ſtiōe
facta ſ; etiam uenit ad retractationē p̄me ſnīe ꝺ qua ē
exceptio.⁊ tamē reffert. aut eſt error expreſſus i ſa ſē
tentia.⁊ non tenet ipſo iure.ut.l.i.§.ite; ꝯtra ſacras .j
qñ ſentē.ſine appella. aut nõ eſt error expreſſus ⁊ tũc
ſi quidem prima ſententia erat indubitata non ualet
ſecunda ipſo iure.ut.l.prima.C.quando prouo. non eſt
neceſ.ſi dubitata valet ſa.⁊ ñ prima ratiōe dubij.ut.l.i.
q̄ ſētē.ſiue appella.reſ.⁊.j.ꝺ cõdic.indebi.l.elegāter .§.
ſi poſt rē. Si autē dubitatur. an ꝺ prima ſnīa indu
bitate cõſtaret uel nõ recurri debet ad acta ſecūde cau
ſe.ut.l.in ſūma.j.de re iudi.⁊ notat᷑ .ff.de excep.re iud.
.l.ſi quis ad exhibēdum ⁊ predicta quādo diffinitiue ſē
tentie ſibi adinuicem aduerſant᷑. Si v̇o loquimur de

interlocutorijs. refert qualeſ ſint iterlocutorie. nam ſi
qdē pria iterlocutoria ē talis que finiat iuriſdictionez
tunc contraria ſententia nō valet vt extra.ꝺ offi.dele.
c.ſignificantibus. Si autem nō finit iuriſdictionē
ſed emergentem cauſam.i.queſtionem que examinari
poteſt ſeorſum a principali vt ſi iudex pronūciat agen
tem eſſe vel nō eſſe tutorem vel procuratorem iſtaz in
terlocutoriam poteſt reuocare vſqʒ ad litez cōteſtataz
nō poſt ar.C.de procura.l.ita demuz. Ita per litem cō
teſtatam factus eſt dominus. Inſtantie ⁊ eſt ei ius q̄
ſitum ergo reuocari non poteſt ut.l.i.in fi.de preto. ſti
pulatꝗ. ⁊ ar.quod fal.tuto.aucto. l.i.§. idem pomponꝰ
⁊.ff.de dam.infec.l.inter quos.§.qui alieno. ⁊ hoc ſm
quoſdam licet ſm Inno.quelibet interlocutoria poſſit
cōtrario imperio reuocari vſqʒ ad diffinitiuam ſenten
tiam que poſt talem interlocutoriaz ſperatur vt notat
Inno.ex̄ de appella.ſepe.⁊ idem videtur ſi iudex pro
nunciat accuſantē nō eſſe ſuuz accuſati.⁊ ꝑ hoc legiti
mat perſonam eius ut.C.ꝺ adul.l.qm̄ alexandrū. Si
aūt interlocutoria finit incidētem qōnem.i.quia preiu
dicat in principali aliqui habent iſtam pro diffinitiua.
vt ſi iudex pronunciet appellationem deſertam uel ꝓ
nunciet exceptionem rei iudicate obſtare ⁊ ſm hoc n̄
poſſet cōtrario imperio reuocari.⁊ per hoc facit quod
no.in.c.i.de lit.cōteſta.li.vi.nam abſolutoria ab obſer
uatione iudicij vim habet diffinitiue vt nō.j.e .l.ius iu
randum.§.fi.dicit Inno.quod ſententia ſuꝑ proceſſi
bus ſatis poteſt dici diffinitiua ut ipe notat ex̄ de pro
cura.c.auditis in principio.⁊ adde quod nō Inno.e.ti.
c.in noſtra.nam abſoluit hic in effectu a toto.i.a cauſa
⁊ inſtantia.qꝛ ex meritis cauſe principalis oritur non
dico de illa que oritur ſolum ex meritꝗ cauſe principal'
ſeu inſtantie ut.l.properanduz.C.de iudi.⁊.l.poſt edi
ctum.ꝭ.de iudi. quid ē illa mere interlocutoria cā non
cōpararet preiudicium in principali. In ꝯtrarium
videtur quod ſimpliciter ſit interlocutoria etiam prio
noiata ſuper exceptione peremptoria ut nō. in.c. ulti.
de appella.in cle.ego credo quod ſit interlocutoria ex
ordine.tamen ex fructu habetur pro diffinitiua ſi alia
ſnia nō ſperatur quia liti finem imponit tamē quo ad
iudicem qui āmodo nō habet quid faciat vltra ꝙ quo
ad partes eius ⁊ ideo nō puto quod poſſit cōtrario im
perio reuocari ex ratione.l.qualem.§.fi.de arbi.⁊ ſi re
uocatur nō tenet' reuocatoria ſententia quia ꝯtra ſnīā
primam. Si ꝟo eſt interlocutoria que dirrimit ali
quam acceſſoriam queſtionem ut expenſaruz. quidā di
cunt quod nō poteſt reuocari.qꝛ ex ea oritur actio par
ti ex quo continet dari uel fieri ut nō.in.l.cum nō ſolū
§.neceſſitate de bo.qʒ libe.⁊.l.quod iuſſit.ff. ꝺ re iudi.
Alij dicunt quod ex interlocutoria nō naſcitur actō
ſed exceptio ut ex̄.de elec.c.cum dilectus.in fi.⁊ nota
tur in dicto.c.ultimo de appella.i cle. Et ego credo
ꝙ ſi interlocutoria eſt lata ſuꝑ actione pariat actionē
ut.l.ſi debitori.ꝭ.de iudi.ſi ſuper exceptione ſolam ex
ceptionem ar.j.e.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori. Si autem ſuꝑ
expēſis dic quod paratur actio.ut.l.ſi debitori.ꝭ .de iu
di.ſi ſuꝑ exceptione ſolaz exceptionē ar.j.e.ſed ⁊ ſi poſ
ſori. Si autē ſuper expēſis ar.quod pariat actione
ut.j.de re iudi.l.fi. Et quicquid ſit de hoc decre
talis dicit quod talis interlocutoria poteſt reuocari ut
extra de appella.c.querelam ⁊ ibi ꝑ Inno.quod intel
lige ſm.l.paul'.j.ꝺ re iudi. Tertium mēbrum ē in
ſnia decreti.an teneat vnum decretum cōtra aliud ſic
diſtingue.aut primuz decretum fuit ipſo iur' nullum ⁊

⁊ tunc tenet ſm ⁊ nō primū vt.l.mater ubi ratio ꝺ teſt.
tutel.⁊.l.iij.§.puberi.ad carbo.⁊.ff.ꝺ le.primo.l.filiū.§.
ſi quis contra.aut primuz decretuz fuit ualidum ⁊ tūc
refert aut tranſiuit in cōtractum inter partes.⁊ nō po
teſt contrario imperio reuocari niſi de conſenſu parti
um ut lege prima in fine.de preto.ſtipulatꝗ. vbi de hoc.
aut non tranſiuit in contractum inter partes .⁊ tunc
aut iſtud decretum eſt deciſiuum totius queſtionis ut
ſecundum decretum.⁊ non poteſt reuocari.quia habet
uim diffinitiue hinc eſt quod poſt editum pignus per
ſecūdum decretum non admittitur contradictio quia
iudex non pōt ſecundum decretuz reuocare.vt.l.a diuo
pio.§.ſi poſt aditam.ff.de re iudi.⁊ alio remedio opus
eſt poſſeſſori.quia poterit agere.interdicto uti poſſidetꝗ
contra miſſum qui eum turbat in poſſeſſione cum i iu
dicio vocatus non fuerit.C.ſi propter pub.penſi.l.ſi de
ſerta. Aut iſtud decretum non eſt deciſiuum . ſed
preparatorium alterius decreti ut primum decretuz. ⁊
poteſt reuocari. ut.C .de bo.iudi.aut poſſ.aūt. ei qui iu
rat.uel alterius litiſ.ut decretum alimentoruz ⁊ idē ut .
l.ſi iudex.de ijs qui ſunt ſui.uel alie.iur.facit quod nō .
in.l.iij.§.ſi cauſa cognita.ff.de bo.poſſe. Et cauſe q̄
videntur reddiri ⁊ reddunt decretum ipſo iure nulluz.
vidētur eſſe obreptio.ut.l.iij.§.puberi.ad carbo ⁊.l.cuz
uero.§.ſubuentum de fideiꝯ.libe. Item ſi re ipſa deffi
cit cū etiam fuit obligationis obreptꝗ. non tenet decre
tum.ut .l.ij.§.hec verba.ꝭ.ne viſ fiat ei . nam eſto quod
creditor putet verum debitorē ſubeſſe ſi non ſubeſt nō
tenet.ut.l.fulcinius.§.ſi in diem.ff.ex qui.cau.in poſſe .
ea .nam omne decretum ex̄ ordinario iure imponitur .
ideo facilius viciatur ex deffectu cauſe.ar cōtra.C.ꝺ cō
fir.tuto.l.ſi ut proponis. ſed ibi erat uera cauſa ex qua
tutor dabatur quia reuera nō erat alius.nam inutiliter
datus nō eſt interim datus.i.habetur pro nō dato ſecꝰ
eniz eſſet ſi alius iutiliter eſſꝫ datus.ut.l.tutor ſi petitꝰ
de tuto.⁊ cura.dat ab.his. Item nullum ē decretuz
erroneum.ut.l.ſepe egreſſe de tut.⁊ cura.dat ab his ⁊
nō.C.de peti.heredi.l. ſi putas.niſi ꝓceſſerit plena cau
ſe diſcuſſio quia tūc tenet niſi appellat' nā cāe cognitio
aliquid debꝫ opari.ut.l.ij.C.qn̄ pro.n̄ eſt nec.nō. in.l.i.
C.de cura.furio. At i.l.ſcie egreſſe ideo n̄ tenꝫ qꝛ
pſōa n̄ eſt capax illius actus.naz actus actiuorum debꝫ
eē i paciēte diſpoſito.ut.l.pater ſeuerinaz.§.cōdictio ꝺ
cōdi.⁊ demō.⁊.ff.ꝺ le.iij.l.fideicōmiſſa.§.ſi ſeruo cū ſy.
Cōſtat autē quod adultus n̄ ē patiēſ diſpoſitum ad
tutellam.itē nullum ē decretum ſi cōtinꝫ errorē expſſū
ut.ff.de excuſatio tuto.l.qui teſtō.itē nullum ē dcretum
interpoſitum poſt terminum iuris cōcernētē ipſius de
creti.interpoſitiōis actū.j.de excuſatio.tuto.l.ſcire opō
tet.§.cōſequēs.Item nulluz ē ꝓceptuz iudicis ſine cau
ſa ut.C.cōmi.uel epiſto.l.programa.⁊.ff.de le.i.l.filius
§.diui.ꝑ dy. Sed Inno.dicit cōtrarium ex̄.ꝺ reſti
tu.in inte.c.ij.dūmodo habeat ad id quod ad eius offi
cium ptineat ſecus eniz ſi iuberet iri ad ſanctuz Iaco
bum ut nō.Inno.in.c.i.de iudi.li.vi. Sed tu dic ꝯ
cordando iſtos doctores quod aut iudicis ꝓceptum eſt
contra ius cōmune ꝺ nō eligēdo ul' ꝺ nō alienando ⁊
tūc ſiue cauſa nō ualet ita itelligitur dictum dy. ⁊ facit
extra ꝺ teſta.c.raynaldus.aut ē ſecundum ius comune
puta ⁊ nō comparēdo ul' ꝺ nō ueniēdo qui quā lite pē
dente.⁊ tunc etiam ſine expſſione cauſe.qꝛ arbitrium
datum iudici facit pro eo in arbitrarijs preſumi.ut nō
Inno.de eo qui.fur.ordi.ſuſcep.c.innotuit ⁊ extra de
accuſatio.c.ad petitionum.vbi dicit inno .quod dilatio

arbitraria ſemper preſumitur moderata ꝛ iuſta.itẽ oĩo
uide quod nõ.inno.ex̃.õ tẽpo.ordi. c.ad aures. Jtẽ
pro hoc quia natura cauſe iuſtificat p̃ceptum. ut.l. ſi
ṽo.§.qui pro rei qualitate.ſ̃.qui ſatiſda.cog.ꝛ ita d̃bꝫ i
telligi dictum inno. Sꝫ qual'r probari põt quod iu
dex excedat modum in cõmiſſis a iure eius arbitrio.ꝛ
diſtinctioni.dic quod probando morem.ſ.quod de mo
re eſt minorem, penam imponere.ut nõ.i.§.pena gra
uior.Jteꝫ ad arbitriũ boni uiri recurritur ut.ff.pro ſo.
.l.unde ſi nerue.ꝛ.ff.de ṽbo.ob.l. continuus.§.cum ita
ꝛ ſic probatur exceſſus in tanto ſeu quanto. Sed
exceſſus modi in toto probatur.ſi reus docet ſe nõ te
neri.l.ſi cuꝫ exceptione.§.hec autem actio.ff.quod me.
cau. His igitur caſibus in quibus primuꝫ decretuꝫ
nullũ eſt tenet cõtrariuꝫ decretũ ut.l.q̃uis de reb.eo.

Sum expeditus de iſta particula Glo.ibi a iura
mẽto nõ prouocatur ſed a dilatione iudicis ſic. Nam
iſta ẽ iterlocutoria que põt trahere ſecuꝫ p̃iudicium in
priuill.ideo appellatur.Jdem ſi iudex nolẽtem iurare
pronunciat ſe habere pro ꝯfeſſo eadeꝫ rõne.vt.C.e.ge
neral'r.§.ij.ꝛ probatur ex eo ꝙ legit̃.ꝛ nõ.ſ̃.õ minor̃.
inter vtile.Si ṽo iſtud iuramẽtum deferatur ſuper ali
quo articulo cauſe nõ preiudicali quo ad totaꝫ cauſaꝫ
ut q꜔ petitur noua dilatio ꝛ allegatur ĩpedimentꝫ iudex
ad probationeꝫ defertur iuramẽtum tunc credo ꝙ ap
pellari nõ poſſit de iure ciuili de app.reci.l.ante ſentẽ
tie tp̃us a ſñia ſic inde quod legit̃ ꝛ nõ.C.de ſen. adṽ
ſus fiſ.la.l.i.li.x. Expedite ſũt glo. Nũc ex̃ glo.op.
d̃r hic ꝙ tres ſũt exceptiones introducte ut ſit litiũ fi
nis.Cõtrariũ pmo eſt quarta exceptõ.ſ.doli mali que
datur i locum alicuius iſtaruꝫ triũꝫ que ita bene impe
dit proceſſum ſicut quelibet iſtarum trium vt.j.de con
di.inde.l.eleganter.§.ſi quis poſt. So. fateor ꝙ ex
ceptio doli qñ cum alia cõcurrat illius nãm ſequit̃. qõ
dic vt plene nõ.j.de ꝯdi.ob cauſam.l.qui ſe debere ut
j.de ꝯdi.inde.qui exceptꝫ. Et omnis exceptio general'r
propoſita in dubio uĩ eſſe exceptõ doli.l.ij.j.de excep.
doli ſicut cũ eſt general'r actum generalis actõ propo.
ſita vĩ.l.certi condictio ſi cer.pe. Secũdo op. ꝛ uĩ
ꝙ multe alie ſunt exceptiones rei finite ut exceptio ſo
lutionis iudicatũ ſolui cũ querebatur pꝫ quia impedit
proceſſuꝫ ut inſti.de ppe.ꝛ temp.actꝫ.in fi.ſ̃.de procur.
ſi reus paratus iudicatũ ſolui uir bonus dele.i.ſi dom⁹
§.qui cõfitet̃ ꝛ exceptio p̃ſcriptõnis cũ ſy. So.pem
ptoriaꝝ exceptionũ quedam ſũt exceptiones litis fini
te ꝛ ideo ſic dicunt̃.q꜔ ſunt exceptiones litis retromo
te ꝛ retrofinite.Et iſte ſunt he exceptio rei iudicate ex
ceptio iuſiurãduꝫ que ĩpedit initiuꝫ proceſſuſ.q꜔ fruſtra
admitteret̃ ad litꝫ ꝯteſta.qui nõ admitteret̃ ad proban
dũ in cã.j.e.l.ſi duo.§.idem iul'.ꝛ ibi nec pati ꝛc̃. Exce
ptio trãſactionis ut h exceptio doli que concurrit cum
iſtis ſapit iſtaꝝ nãm.nõ tamẽ eſt exceptõ litis finite.q꜔
iſta exceptio hꝫ nũc ortam dum agit̃ nõ retro.Jteꝫ ex
ceptio renũciationis litis ẽ exceptio litis finite ꝛ impe
dit proceſſum.C.de pac.poſtq̃ꝫ liti.C.de fide.inſtru.l.
iij.ꝛ facit quod nõ.Jnno.ex̃ de pac.cũ pridẽ.ꝛ de reſti.
ſpolia.Accepta p inno.ꝛ.C.de interdic.icerti. Jteꝫ ex
ceptio ſol'onis facte i iudicio ut iſti.de ppe.ꝛ temp. ac.
i fi.Jtẽ exceptio oblationis depoſitõis ꝛ ꝯſignationiſ
facte i iudicio de procur.ſi reus paratus. Quedã ſũt
exceptiones rei finite.i.actionis finite nõ tamẽ litis fi
nite.eo ꝙ lis nũq̃ꝫ fuit retromota.ꝛ ſi nõ fuit retromo
ta.ergo nõ fuit retroterminata ſicut eſt exceptio p̃ſcri
ptionis in criminali ꝛ qñqꝫ i ciuili ut.j.de iniur̃. ſed ſi
unus.§.ſi ante iudicẽ de ṽbo.ſig.tranſacta finita ſicut
eſt exceptio nõ ꝯpetentis tibi poſſeſſioneꝫ bonoꝝ.q꜔ cẽ
tum dies ſunt elapſi uel non potes hereditatꝫ adire.q꜔
lapſi ſunt.xxx.anni.j.ad tertul.l.i.i fi.nõ omnis tamen
p̃ſcriptio inducit exceptioneꝫ rei finite.l.obligationum
fere.§.placet de ac.ꝛ ob.l.ultia rem ra.ha. Quedã eñi
iura non ſunt nobis abradicata ꝛ iſta ſolo curſu tp̃is
tollunt̃ ut.d.l.bonoꝝ.Quedam ſunt nobis impreſſa ut
obligatões ꝛ iſta iura non tollunt̃ ſolo tẽporis curſu.l.
obl'onum fere.§.plꝫ quia ſolus curſus temporis nõ cõ
tinet actum retroſimileꝫ ꝛ actus retroſimilis requiri
tur ad diſtrahẽdum.l.ab emptõe.ſ̃.de pac.cum ſy. Et
ideo cum queritur utruꝫ exceptio p̃ſcriptionis ſit exce
ptio rei finite refert aut loquimur i criminali.ꝛ dico ꝙ
eſt exceptio rei finite ut.l.ſed ſi unus.§. ſi ante iudiceꝫ
ibi abolita ꝛc̃.de iniur̃.aut loquimur i ciuilem.ꝛ tũc re
fert. aut p̃ſcriptio ẽ introducta ad natiuitatẽ actionis
uel iuris ꝛ dico ꝙ cauſat exceptionem rei finite ut.l.i.
§.quibus de ſucce.edic.l.i.in fi.ad tertul'.aut ad reſolu
tionem iuriſ iaꝫ nati ꝛ tũc refert aut iſtud ius ẽ in eſſe
productum de iur̃ ſpãli ꝯtra ius cõmune ꝛ tũc p p̃ſcri
ptionẽ tollitur ip̃o iur̃.j.e.naꝫ poſtea.§.ſi minor de ac.
ꝛ ob.i honorariiſ.§.ſed cũ reſciſſa aut ſerui ius ꝯmune
ꝛ tunc aut ꝯtinet odium.ꝛ p̃ſcriptio ip̃o iure ip̃m finit
ut.C.de dolo.l.fi.aut nõ ꝯtinet odium ꝛ tũc aut ẽ itro
ducta fauorabil'r ſeu ſpãliter in cauſis fauorabilium ꝛ
miſerabilium pſonarum ꝛ tũc ius excipiẽtis.ꝯtra cog.
ſollo curſu tẽporis finitur ip̃o iure ut.l.ſcire oꝫ.§. ꝯñs
de excu.tu. Aut eſt preſcriptio general'r introducta ꝛ
tũc aut i reali aut i pſõali.Si i reali aut p̃ſcriptõ abſõ
bꝫ fũditꝫ i⁹agẽtꝫ ut uſucapio ꝛ ẽ tũc exceptõ uſucapiõ iſ
exceptõ rei finite.l.ulti.pro ſuo.Aut nõ abſorbet p̃ciſſe
ius agentis ꝛ iſtud põt eſſe dupliciter ul' quia abſorbet
ip̃o iure.ſꝫ nõ in effectu ꝛ tũc exceptio ẽ inefficax.õ rei
uẽ.l.ſi p⁹ acceptã ul' econtra q꜔ abſorbꝫ i effcũ ñ ip̃o iur̃
e tunc iſta exceptio eſt vera exceptio non tamen rei fi
nite cum actio viuat.ut.C.de preſcrip.xxx. an.l. ſi quis
ẽptionis de preſcr.lõ.tẽp.ẽptor.Si non iperſonali tũc
exceptio preſcriptionis non eſt exceptio litis finite q꜔
viuit actio.ut in.§.pl'ꝫ lꝫ non viuat ut effectum habeat
ſic dꝫ intelligi.l.ſicut ꝛ.l.oñs de preſcrip.xxx.ãn. ibi vi
uendi ulterius ꝛc̃.ſi in effectu. Sꝫ nũquid exceptõ pre
ſcriptionis impedit proceſſum. Rño aut emergit i pro
ceſſu ꝛ impedit proceſſum quia ſortitur naturam emer
gentis.ut.l.poſt finitaꝫ de ſuſp.tu.aut hẽt cãm uetuſtio
rem ante proceſſum ꝛ tunc aut eſt tal' preſcriptio que
proceſſum reddiret retro uel vim.ꝛ tunc obſtat ad pro
ceſſum quia proceſſus non debet fieri fruſtra ut.l.ſcire
oꝫ.§.ꝯſequens de excu.tu. aut nõ reddit proceſſũ retro
nullum ꝛ tunc aut loquimur in criminali ꝛ videtur qõ
impediatproceſſum quia.l. dicit quod impedit nomen
rei recipi inter reos de adulteriis ſi maritus.§.p̃ſcrip
tiones nam cum excep.preſcriptionis ſit examinabilis
ſeorſum a crimine ergo põt opponi anteq̃ꝫ diſentiatur
de crimine ar.C.de plag.l.preſſeſ.C.de fal.querela.C.
de adultꝫ.qñ alexandꝝ. Aut loquimur i cauſa ciuili.
ꝛ lex dicit quod actio mouendi non hãt facultatꝫ.C.de
preſcriptꝫ.xxx.ãn.oñs ꝛ ſic videtur impedire proceſſuꝫ.

Jn contrarium videtur.l. emptor de preſcrip.lon.
temp.dic ut ibi per doctꝫ.uel dic quod ſi eſt exceptio in
troducta mero.odio petẽtis impedit proceſſum ut.l.ſi
cut.Si aũt ẽ p̃ſcriptio mixta ul' mere fauorabil' non ꝛ
hoc de iure cõmuni.Sed quid ſi p̃ſcriptio ꝛ exceptio
p̃ſcriptionis inducitur p ſtatutum an exceptio p̃ſcriptꝫ.

ſtatutarie ẽ ipedit ꝓceſſũ. Secũdo aut ſtatutũ utiť ṽ
bis ꝓhibitiuis directis i iudicẽ ut ſi dicat poſt.x.ãnos
iudex nõ habeat cognitionẽ i cauſa mutui tũc impedit
proceſſuꝫ directe ut.d.§.cõſequẽs q2 metu ẽ ipoſita iu
riſdictioni. Aut ſtatutũ utitur uerbis prohibitiuis dire
ctis i actore ut ꝙ poſt.x.annos creditor nõ admittatur
ad agẽdum. ⁊ tũc aut expelliť a limie iudicij ut q2 dicit
ſtatutum actor nõ audiatur tũc impedit proceſſũ.C.de
his qui ad eccľ.ꝯfug.l.ſi ſeruus.l.i.C.ne quis vela. re
gia. Aut expellor a uictoria cauſe pricipalis.ut q2 dicit
actor poſt.x.ãnos non poſſit exigere uľ p ſiľia uerba ꝗ
repellunt a ſnĩa optinẽda.nõ a limine iudiciorꝫ ⁊ tũc
talis exceptio nõ ipedit proceſſum quia hꝫ naturam ⁊
formaꝫ pemptorie.C.d proba.except.aut ſtatutꝫ utitur
uerbis directis in reum ⁊ tũc refert aut dicit nõ poſſit
i ius uocari ⁊ tũc ẽ planuꝫ ꝙ iſta exceptio impedit pro
ceſſum.l.i.de ſer.l.quãuis de in ius uoca. Aut dicit ꝙ
nõ poſſit inquietari.⁊ idem ad trebel.lucius cũ tres he
redes de procur.nõ ſolum.§.ſi ſtatꝫ.quod nõ.C.d tran.
.l.vbi pactuꝫ ⁊.l.ſi quis maior aut ſtatutum dicit quod
nõ poſſit ꝯueniri ⁊ tũc credo ꝙ nõ impediat proceſſum
quia intelligiť iſtud ſtatutuꝫ ẜm ius cõmune ꝙ nõ poſ
ſit ꝯueniri ſi oppoſita exceptione pemptoria que niſi
opponatur tenet proceſſus ut no.ſ.de pac.l.ſi vnus.§.
pactus glo.i opponẽdo ⁊ ẽ caſus qꝺ nõ teneat proceſ
ſus omiſſa exceptione.l.eleganter.§.ſi quis poſt tran.
in pͥn.d cõdi.inde.⁊ facit.C.de tran.l.vbi pactũ.i fi.⁊.j.
de peculľ.l.eo tp̃e in prin. Si auteꝫ ſtatutum loquatur
ṽbis impſonalibuſ ut qꝺ res p̃ſcribatur decẽnio uľ qꝺ
omnis actio nõ viuat vltra decẽnium vel per ſimilia
verba puto qꝺ exceptõ q2 pemptoria nõ impediat pro
ceſſuꝫ. Ñ.i q2 pemptoria nõ nocet q2 ſub forma impe
dientis proceſſum ſic inducta a ſtatuto q2 d iſta forma
ñ cõſtat d dubia forma ſtatuti ṽboꝝ intelligiť ẜm ius
cõe.C.d noxaľ.l.ij.⁊ in.c.cum dilectus eẋ de ꝯſue. Sꝫ
nũquid hec exceptio nõ intereſt tua impedit proceſſũ
Rñdeo aut opponiť pſone nec tangit actioneꝫ propoſi
tam.⁊ impedit.q2 dꝫ opponi ad modũ denũciatorie añ
litꝫ ꝯte.ut nõ. Inno.eẋ de accu.ſup his aut opponitur
proceſſui ut q2 dico nõ intereſt tua procedi ⁊ tũc aut ñ
intereſt tamẽ ſi ꝯdemnatoria ſequereť poſſet intereſſe
⁊ tũc nõ impedit proceſſum de peculľ.eo tempore. Aut
nõ intereſt nec intereſſe põt eo qꝺ nõ intereſt actoris
qꝺ fiat executio ⁊ tũc impedit proceſſum ut nõ.j.de ꝯ
di.fur.l.ſi ẜuus.i pͥn.aut opponiť actioni ⁊ tũc pempto
ria eſt ⁊ nõ impedit proceſſuꝫ q2 nõ põt terminari abſ
qꝫ qõne principali. Primo ymo q2 pricipalis qõ ⁊ iſta
ſunt vna ⁊ eadẽ qõ.C.de ſen.que pro eo.l.i.§. in aliꝫ
cum ſy. Quid de exceptõe dolo petis quod intus
hẽs dic ut.C.de re iudi.l.i.⁊.C.de iterdic.l. incerti per
cy. Sed nũquid exceptio pemptoria que opponitur
ꝯtra teſtem impedit proceſſum. Rñdeo itelligo de pro
ceſſu examinationis ipĩus teſtis ⁊ tũc aut opponiť con
tra atteſtationẽ ⁊ nõ impedit ꝓceſſum examinatõis te
ſtis ⁊ tũc aut oppo.ymo neccĩo ſequiť q2 añ nõ ẽ qd re
pellat aut ꝯtra ipm teſteꝫ ⁊ tũc dic ut i auctꝫ.ſi ẜuilis d
teſti.qꝺ exceptio talis dicatur pemptoria ſalteꝫ indire
cte nõ.extra d teſti.ex parte ade. Sed an exceptio
ſolutõis impedit proceſſuꝫ diſtingue aut ſolutõ ẽ facta
in iudicio ⁊ impedit proceſſum nedũ ad fineꝫ ꝯdemna
tionis ſed et abſolutionis diffinitiue.nã diffinitiua ab
ſolutoria poſt ſolutionẽ fieri nõ põt.ſed dꝫ reus ab. ob
ſeruatione iudicij iterloquẽdo abſolui.j.e.ius iurandũ
§.fi.ſ.ſi ſerui.uẽ.barũ.rõ quia p diffinitiuam cum ſit

reus ſolutione eius quod debetur liberať ipſo iure nil
accreſcit ei ⁊ ſubuacuis actib⁹ nõ ẽ utendũ.l.nõ cogẽ.
§.ſabinuſ de procur.⁊ fruſtra fit p plura quod põt fieri
p pauciora de ꝯdi.inde.l.domin⁹ teſtõ ⁊ hoc ẜm quoſ
dãm. Sed mihi videtur quod aut lis nõ erat ꝯteſta. ⁊
tunc nõ poſſit ferri diffinitiua de procuř.ſi reuſ aut erat
ꝯteſta.⁊ tũc poſſit licꝫ nõ ſit neceſſe. Si autẽ eſſet exce
ptio que nõ ipõ iure tolleret actõnem tũc diffinitiua ⁊
põt ⁊ debꝫ neceſſario ferri de or.iudi.l.i.de iudi.de qua
re.cum ſy. Cõclndo ſic quod exceptõ ſolutõis facte
i iudicio ſi opponitur ad proceſſum impedit proceſſum
Si aũt nõ ẽ facta i iudicio ſed extra iudicium. Aut de
ea liquet ⁊ puto quꝺ officio iudicis actor improbus re
pellat de offi.pſi.illicitas aut nõ liquet ⁊ tunc actor ad
mittitur ratione dubitationis ar.nõ.j.e.i pri.nam exce
ptõ pemptoria nõ eſt ordinata a iure ad impedieudum
actõnis propoſitionem ſed ad impugnandũ propoſitã
actõem ⁊ ideo prius fit ꝯteſtatõ ꝙ pemptoria diſcutia
tur.C.de probatꝫ.exceptꝫ. Quid de exceptione non
reddatur ius uel nõ audiatur dic quod impedit proceſ
ſum.q2 arguit proceſſum ſi fieret de iniquitate vt nõ.
Inno.extra de conceſſ.prebeñ.cum ſuper ⁊ ar.eẋ de
app.ex parte.m.facit de iuř.omni.iudi.l.qui iuriſdictõ
ni ⁊.l.eſt receptum ⁊ nõ. Iaco.bu.in.d.l.nam poſtea ⁊
q2 ẽ introducta ad inicium proceſſus ẜm eum. Idẽ
ſi dicit ſtatutum ꝙ ſi extra protectõnẽ cõmunis ut nõ
cy.in.l.i.C.de naturali.libe. Iſti dicũtur diffidati ⁊ bo
na eorum poſſunt impune includi q2 non ẽ qui eis ius
reddat ut i autꝫ.caſſa ⁊ irrita. Sup his do talẽ theo
ricam qꝺ exceptio p quam pſona actoriſ iudicis uľ rei
excluditur a proceſſu ſemp impedit proceſſum nam al
tera iſtarum pſonarum ſubtracta remanet proceſſus
informis ⁊ ſiñ eſſentialib⁹ ſuis.ṽbi gratia.petit iudex
mancipium xpianum opponitur quod nõ debet audiri
quia uidens impedit proceſſum quia remouetur a iudi
cio repellitur alimine iudiciorum ut.j.iudi.ſol.l.uir bo
nus ⁊ ibi nõ.⁊ facit.ſ.de iudic.l.non idcirco.§.cum po
ſtea ⁊ ad h bene facit quod nõ.i cle.de ſeque.⁊ fruc. in
fi.ubi oĩno uide. Sed iuxta h uenit quedam q̃ſtio
multum notabilis. Ia.de are.lata eſt ſnĩa pro bãnito
actore cui ex forma ſtatutorum rõ fieri nõ dꝫ. Au
dientia debuit denegari queritur an ipõ iure ſit nulla
an appellatione reſcindẽda. Vel qualiter quod ſi nulla
patet quia facta eſt rõ bãnito actori ⁊ data audiẽtia cõ
tra formam ſtatutoruꝫ ⁊ cõtra.l.factũ eſt ut.l.ꝯtra.l.d
le.ergo irritum caſſum ⁊ inanane,ut.l.nõ dubium.C.de
legi.⁊.l.iubemus.C.de ſac.ſan.§.ſañ.de pac.l.iuřgẽ.§.
⁊ generaliter ⁊.§.p̃tor ait.C.de pac.l.pacta ⁊.l.pactuꝫ
quod dotali ⁊.l.fi.⁊ bonũ eſt ar.de ꝯtractibus ad iudi
cia q2 i iudicio quaſi ꝯtrahitur ut det u.⁊ rõ.di.l.ſi defẽ
ſor de peculľ.licet.§.idem ſcribit. Secunda ratõne
ar.nulla quia i omni iudicio quod agitur tres admĩus
pſone debent adeſſe actor reuſ ⁊ iudex.C.de iuř.calũ.
.l.ij.circa prin.C.de iudic.l.rem nõ nouam.§.patroni
C.de litꝫ cõtꝫ.l.i.de indic.ſi ãbiter ⁊.l.ſi auie de tu.⁊ rõ.
di.ſi tutor.§.ij.de fur.ne cum filio.iiij.q.iiij.c.nulluſ eẋ
de ṽbo.ſig.forus.§.in omniũ.C.de epi.⁊ cle.l.cum cle
ricis ⁊ autꝫ.generaľr ⁊ nõ. in ſumma de iudic.⁊ de re
ceptꝫ.hic autẽ non vř fuiſſe pſona actoris cũ bãnitꝫ acto
ris officio functus ſit agendi facultate exclusus cuꝫ ni
hil interſit an fuerit actor uel inhabilis.l.i.in fi.quod
cuiuſqꝫ uni.no.ad uelley.quãuis.§.ſi ꝯuenit de fideiuſ.
qui ſatiſdare ⁊ ar.de mu.⁊ one.ut gradatiꝫ.§.ſed ſi le
go ⁊ ſic iudicium nulluꝫ cum nõ interueniente actore

ar.ff.ō repu.l.fi.⁊ de iti.actu. que priua.l.ij. §. deinde
de tran.cū hij.§. ſi pretor. Item bānitꝫ nō habet exce.
officij actoris cum agere ſit denegatam. Aut factum
ab eo qui executionem eius quod facit nō habet nulli
us ē momenti vt de tu.⁊ cur.da. ab his.l.nec mādāte
§.i.⁊ de ſta.ho.l.qui furere de iudic.cum furioſus quō
falſo tu.auc.l.i.§.verbis de autꝫ.tu.ſi pluribus. Item ſi
agit qui nō pōt agere ut falſus procur.vt de preſcriptꝫ.
v̂.nālis.§.fi.de procur.in cauſe iudicium nullum eſt.C.
de procur.licet de colu.de tegen.cum nō iuſto.C.i qui.
ca.in itegrum re.nō eſt ne.l.ſi tutor.C.de tu.⁊ cu.qui ſa
tis nō dedit.l.indubium de eo qui pro tutore.l.i.de ad
mini.tu.l.tutor de cur.fur.l.cōſcilio. Itē vbi fauore pre
torio denegatur alicui agēdi facultas ut minori ſine tu
ture ⁊ curatore ut.C.de auctꝫ.preſta.clarum.ſi fuit ī iu
dicio ⁊ ſuccubuit ipō iure nulla eſt ſnīa vt.C.qui legi.p
ſe.per totum.C.ſi aduerſus rem iudi.l.cum ⁊ uos mi
nores.C.qui dari.tu.po.l.vniuerſis ⁊ ita cum ſui odio
denegatur alicui ptās agēdo ſi optinuit dꝫ eſſe ipō iu
re nulla vt ꝯtrarioꝝ eadem ſit diſciplina ac iudici.l.fi.
§.fi.de officio eius.l.i.de pac.quod dcm̄ ſecuſ tamen ſi
contra eum eſſet lata ſnīa.naꝫ ſicut lata pro minore te
net vt.C.de procu.l.nō eo minus.⁊.C.de leg.ꝙ fauore
Ita contra bānitum agēteꝫ tenebit ne quod eius odio
eſt ſtatutum retorqueatur in ſuam comoditatē ꝯtra.l.
de iterdic.⁊ rele.l.relegatoꝝ.§.fi.⁊.C.de hereti. curia
les. Item pro hac parte pꝫ de iudic.non ideirco.§.fi.ſi
qſ cau.quotiens.C.de iudi.ſeruus.Item ꝑ hac ex̄ ō ex
cep.c.exceptꝫ.ꝙ autem bānitus ī iudicio eſſe non poſſit
vt excōmunicatꝫ.vt ex ipſa.forbanitione oſtenditur naꝫ
vt dicat ethymologia vocabuli forbanitus dicit̄ aucto
ritate iudicis proclamantꝫ. vt ſit foris. hoc actum eſt
enim proclamare extra de ſpon.cum in tua de his qui
ad pa.ne.ꝯ.l.i.Eſt ergo auctoritate iudicis proclamatꝫ.
vt ſit foris ⁊ ex̄ protectionem cōmunis vt nihil ꝯmune
cum ceteris habeat vt dicitur ſimiliter.C.de hereticis
maniceos ⁊ etiam diffidatꝫ dicitur vt in vſibus feu. de
milli.va.in fi.⁊ ar.de capi.di.amiſſione de penis moris
§.i.de offi.p̄.vr.l.i.§.p.⁊ ar.de his qui.no.in fa.l.ij.§.
fi.⁊ ex qui.cau.maio.ſed ⁊ ſi p p̄to.reus. §.actio exem
pta primo ſtare ī ciuitate.ē iterdictꝫ.eorꝫ etiam iterdi
ci.poſſet pꝫ de offi.p̄.ur.l.i.§.p.de interdic.⁊ releg.l.re
legatorum.§.ſolet ⁊ ſic apparet deffectum ⁊ nihabili
tatem ei obſtare quominuſ agat per quod iudicium re
trofactum dꝫ dici nullum. Ecōtra videtur dicere ꝙ
valeat nam lex dicit ꝙ miles procuratorio nomīe age
re nō poteſt ⁊ tamen ſi agit nō appoſita exceptiōe pro
curatoria ualꝫ ſentētia etiam pro eo lata.C.de procur.
militem ⁊.l.ita demuꝫ.C.loca.milites.ff.de procur.fili
us.§.veterani.Iteꝫ.l.dicit ꝙ nō poteſt quis procurato
rio nomine accuſare.ff.de pub.iudic.l.p.§.ad crimen
C.de fal.l.de crimine de accu.l.pe.⁊ tamen ſi iterueni
at procur.⁊ non excipiatur valet.C.de adulte.l.q̄uis
Item.l.dicit certas perſonaſ accuſare nō poſſe.ff.ō ac
cu.l.qui accuſare ⁊ tamen ſi nō excipiatur ante nomē
ei receptum inter eos poſtea.nō poterit excipi ⁊ vale
bit proceſſus.ff.de adulte.l.ij.§.ſi publico.⁊.l.ſi marit⁹
§.p̄ſcriptiōes.ff.ad turpil̄.l.ſi quis repetere. Sic ergo
licet bānitus potuit repelli tamē repulſus nō eſt a iudi
ce qui poterat repellere ar.de poſtꝫ.l.quos probibet ⁊
ex̄ de excep.c.exceptꝫ.vel a parte debet valere ut quod
dicitur ī ſtatuto ratio nō fiat bānito tacitam recipiat ꝯ
dictionem ſi oppoſitꝫ fuerit de dam.infe.l. dies. §. hoc
iudicium ⁊ no.ſimile.C.de iura.calum.l.ij.§.ſꝫ quia ue

remur.Item certe ſūt exceptōes que retro actum iudi
cium reddunt nulluꝫ vt eſt.C.de procur.licet ō ſen.⁊ ī
terlo.prolatam.C.ſi a nō ꝯpe.iudi.per totum. Sed h̄
nō eſt de illis ergo p hanc nō redditur retro iudicium
nullum ar.anumeratione caſuuꝫ de his qui ſunt ſui ul̄
alie.iur̄.l.patre furioſo de ac.⁊ ob.l.obl̄oruꝫ fere.§.plꝫ
remanet ergo exceptio ſub regula.ut poſt ſniam non
opponatur.C.ſen.re.nō po.l.pemptorias exceptiones
maxime cū dilatoria ſit ⁊ debuit an litꝫ coute .opponi.
C.de ſatꝫ.l.i.de procur.pompo.§.rati. qui ſatꝫ.cog.l.de
die.§.ſi ſeruus.Item licet iudex nō debuerit preſtare
audiētiaꝫ ſi tamen preſtitit nichilominus dꝫ ualere ut
alibi de interdic.⁊ releg.l.relegatoruꝫ.§. ad tp̄s quan
do app.ſit.l.i.§.biduuꝫ de re.eoruꝫ ſi pupilloruꝫ.§.ſi p̄
tor.nam iudex nō debet ab ſoluere cōdemnan̄.nec con
demnare abſoluenduꝫ ne in alterutraꝫ partem delin
quat vt.C.de custo.reorum.l.i.ar.C.de penis decurio
num de religio.ſed ⁊ ſi quis.§.iterdum ubi pu.edu.de.
ius alimētorum ⁊ tamen ſi cōtrafecerit ualet de iuſti.⁊
iur̄.l.ius pluribus.C.qn̄.prouoc.nō eſt neceſſe.l.ij.C.ō
poſtu.l.i.j̄.de app.l.i.in prin.de re iudi.preſes ⁊.l.cum
probatꝫ.Sic ergo ⁊ ſi iudex audientiā bānito preſtare
nō debuit ⁊ dedit valet.Item tex.dicit ꝙ decuriones
pena mentali affici nō debēt ſi tamen pena illa fuerit
cōdemnati nichil ualet ſed per principem poteſt remit
ti nō autē per iudicem cōdemnantem. j̄.de penis mo
ris.§.iſte fere ⁊ ſic debet intelligi ⁊.j̄.de iniuſto teſtam̄
to.l.ſi quis exheredatus .§.ſed ſi quis quia uerum eſt
ſniam nō tenere in cōmutabiliter tenet tamē. Item ſi
excōmunicatꝫ agat qui ſupra equiparatꝫ eſt bānito ualꝫ
ſnīa pro eo lata ex̄ ō excep.c.pia. Nō ob.c.exc.de exc.
in ꝯtra.all̄.qꝛ correctꝫ eſt p illam cōſtitutioneꝫ pia ⁊ ſic
etiam pro bānito ualebit ſententia. Solutō xp̄i no
mine inuocato pōt dici ſalua meliori ſnīa ꝙ aut ſnīa ꝯ
tinet expreſſum errorē ut condēno.T.⁊.M.bānito ⁊
tūc nō ualet.C.quādo prouoc.nō eſt nece.l.ij. que ſen.
ſine app.re.l.i.§.Iteꝫ cā contra ſacras ⁊ no.de app.re
ci.l.ij.aut nō fu't error expreſſus ⁊ tunc aut fuit oppoſi
ta exceptio bāni aut nō.Si fuit oppoſita aut iudex cō
demnauit per iuris contēptum quaſi exceptio nulla ſit
⁊ tūc idem ar.in.l.i.de ferijs aut qꝛ eam exceptionem
probatꝫ nō habuit uel qꝛ minus legitime eſſet bānitꝫ ar.
de re iudi.l.ſi ſic.§.condemnatuꝫ uel qꝛ erat exceptꝫ de
bāno quod nō durabat ⁊ ſicut reprobauit hac ratione
exceptionem obiectam ⁊ tūc ualet ſnīa de re iudi. cum
prolatis de fide inſt.l.fi.de neg.ge.ſi autem.§.fi. de cō
pen.quod ī dieꝫ.§.i.⁊ alibi requiritur cauſa motiua ad
iudicanduꝫ.j̄.de euic.ſed ſi ex utriuſqꝫ hoc ſciri poterit
ex qualitate diſceptationis facte cōtra exceptionem ō
iureiur̄.l.fi.ſi v̂o nō fuit obiecta credo ſalua meliori ſen
tentia iudicium uullum eſſe ex legibus ⁊ argumentis
all̄.pro hac parte. Nō ob.quod dictum ē de milite
procuratore qꝛ poſt litē cōte.factus eſt dn̄s litis ⁊ ſuo
nomine cauſam.proſequitur de excep.dol.ſi procur.de
app.ab executꝫ.§.fi.huic autem militi agere proprio no
non eſt prohibitꝫ.C.de procuratore qui ſtipēdia bāni
tur v̂o etiaꝫ ſuo nomine agere nō pateſt eodem modo
poteſt conſiderari.rn̄deri ꝙ poſt litē ꝯteſt .in criminali
nō repellitur agens procurratorio nomine ī criminali.
qꝛ ſuo nomine dicitur interuenire poſt lit.cōteſta.⁊ ad
proprium factuꝫ ad quod interueniunt qui all̄.accuſa
re nō poſſunt.j̄.de accu.hij tamen omnes.Iteꝫ nō ob.
ꝙ certe ſunt cauſe que reddunt iudicium nullum.nam
etiam h̄.inter alias debet nūtiari cum eadem ſit ratio

⁊ legitimatio pſonarum ⁊ eadem iuris menſura ad.l.
acquil.illud. Jtē nō ob.ꝙ fieri nō debet ⁊c̄.quia illud
cauſā ſoli iudi.leſo datur i iudicio contentioſo vbi cir
ca id quod eſt circa ſue iuriſdictionis mandatum tunc
propter iudiciarum rerum auctatē.valet ad treb.l.ſed
inuito.§.cum pretor quod fal.tu.an.l.i.§.pe.de pigno.
ſi fundus.§.ſi pl'is.ſed hic perſona ē vt affecta ⁊ vt in
habilis in iudicio intereſſe nō pōt. Nec ob.c.pia quia
diſpēſatiue de equitate ſtatutē.eſt nec enim exceptione
banni infra.x. dierum ſpacium eſt probanda vt ibi de
excōicatione dicitur omiſſam cui a lege pro omiſſo ha
bendum eſt.ff.ſo.ma.l.ſi vo.§.fi.⁊.l.ſe.de lib.⁊ poſt.co
modiſſime ⁊ ar.j.de excu.tuto.l.ex his Ja.de are.adō
Jtem nō ob.famiber.cum putarē quia ibi perſona le
gitima hic nō. Jtem nō ob.ꝙ uideatur perſona legiti
tima ſi nō eſt obiectum.l.inter quos.§.alienum de dā.i
fec.quia illud verum ē.quādo perſona eſt taliſ.que pro
ſe pōt interuenire i iudicio nam lit.ɔteſta.remouet cāz
impedientem ⁊ inducit cauſam promiſſoriā. quia ſuo
iure proſequitur licet proprie nō ſit dn̄s litis ſed inſtā
tie.l.vulgo ð in litem iurando. Jtē nō ob.ꝙ proceſſꝰ
ratione dubij debē valere.naz ipe iudex legitime pro
ceſſit ex quo non fuit exceptē. de iudicio.de iudi.ſi quis
ex aliena ⁊ no.. C.de pe.heredi.ſi putas q: ibi loquitur
in exceptione declinatoria per quam oppoſitam ellidi
ditur iuriſdictio uel alias declinatur hic autē exceptō
banni excludit ipō iure cauſam ⁊ partem ⁊ iuriſdictio
nem ergo ⁊c̄.vt.C.ſi a nō compe.iudi. per totum ⁊.j.
de penis.l.ij.facit ad h̄ quod nō. Jnno.de vb.ſi.ex pte
in xpo.h̄ nō eſt ſine dubio q: ſtatutum nō diſponit hic
de cauſa vel actione.l.ſi tibi.§.is cuius bona mandatē.
nec etiam adimit iuriſdictionem.ſed mandat iudici ꝙ
non audiat eos. Jſtud mandatum ɔtinet ius partis nō
ius legis vel formam mādati ⁊ ideo optime uidetur te
nere proceſſus ſi nō ſit exceptum no. Jnno.de offi.de
le.prudentiā. Et hoc credo verius quia iſte proceſſus
habet fundamentum preſiſtentis cauſe ⁊ actionis ac
etiā iuriſdictiōis nec ipſo iure lex iudicat cōtra bānitū
ymo requirit miniſteriū iudicis i repellēdo eū ar.coruz
que no. C. de iur̄.o.iu.l.i crimīali.ergo tenet ꝙ ſit arg.
no.per dy. in.c.indultē .de regu .iur.lib.vi.⁊ facit.C.de
iud.l.ſancimꝰ ⁊ in autē.q ſemel.C .qūo ⁊ quādo iudex ⁊
de in ius voc .l.ſed ſi hac.l.§.patronum. ⁊ quod ibi nō.
C.qui accu.nō po.l.p.⁊ maxime hoc verū puto quādo
non ꝓ proprio intereſſe.ſed pro publico venit intereſſe
bānitē ⁊ valet proceſſuſ per dicta.l.ꝗuis ⁊ no.in.c.i.ð iu
dic.li.vi.facit quod nō.ð euictē.ſi mancip.§.ſi cōmuni ⁊
quod no. Jnno.extra ð preſcrip.veniens ⁊ extra de ex
cep.venerabilem. Juxta predicta venit alia queſtio
multū notabilis nūquid exceptiones que impediūt ꝓ
ceſſum omiſſo initio.⁊ poſt lit.cōteſta.obiectē impediāt
reliquū proceſſum. Et videtur diſtinguendum.aut exce
ptio opponitur i modū ⁊ formā peruptorie ⁊ tūc nō
impedit proceſſum. Et maxime quādo opponitur poſt
lit.cōteſta.cum tūc effectus declinatorie euaneſcat ut.s̄
de iudic.l.⁊ ſi ſuſceperit i prin.aut opponitur ad proceſ
ſum.⁊ tūc refert aut exceptio iſta ſupuenit lit. ɔteſtatē.
⁊ pōt opponi ad proceſſum.l.ij.de ɔſor.eiuſdē litē ⁊ nō.
j.de condi.fur.l.ſi ſeruus in prin.⁊ facit ð iudic.l.ſi auie
⁊ de arbi.l.nō diſtinguemus.l.ſi quis rome .aut cōpete
bat ante lit.ɔteſta.⁊ tunc refert aut ſingule erant exce
ptiones ɔtra ſingulos actus vt in exceptiouibus ius n̄
reddatur.naz in ſingulis actibus ius redditur ⁊ tunc lē
obmiſſio preiudicet quo ad actū factum ⁊ ꝑfectū non

tamen quo ad ſequentes ⁊ fiendos ar.de preſcrip.xxx.
an.cum notiſſimi.§.in his cum ſy . Sed vbi vna exce
ptio eſt cōtra totum proceſſū ꝑ actum primum qui po
tuit electa via exceptionis reici paciencia fieri ſibi pre
iudicauit. Si nō fuerit proteſtatus vt.l. poſt diem de.l.
cōmiſſo.de minor̄.emilius.ſecus puto ſi ſuit proteſtatꝰ
.l.ſi fideiuſſor i prin.qui ſatis cog.l.debet.§. ſi ꝓdixerit
nau.cau.ſta.ſerui Jac.bu.qui ita eleganter.§.ſi qs poſt
Sed h̄ diſtinctio videtur nulla. Nam hec exceptō
nō debet procedi.ita videtur reſpicere quēlibet actū ſi
cut exceptio nō debet ius reddi vnde non eſt vna exce
ptio.quin ſint etiā ſingule i ſingulis actibus proceſſus
vt.s̄.de iudic.ſed ⁊ ſi reſtituatur.§.ex quibus nam cū
proceſſus repn̄tetur in quolibet actu iudicij ergo. ⁊ ip
ſa exceptio. Preterea illa exceptō hē cauſā ſucceſ
ſiuam ergo etiam futuri tp̄is ⁊ actū ſemꝑ fiet i initio
⁊ ſic pōt opponi vt.s̄.de vſufr.accre.l.i.§.interdū ⁊ nō.
in ſil'i.j.e.cuē q.§.in popularibus. Sē p.d. Jac.facit
C.de iura.calum.l.ij.§.p.ibi i primo poſt hāc.l.ingreſſū
⁊c̄. Preterea proceſſus eſt indiuiduus ergo exceptō n̄
debet pro parte obſtare ad proceſſum pro parte nō ne
cōtinentia proceſſus diuidatur.C.de iudic.l.nulli. Naz
ex quo eſt lix cōteſta.ergo ferri dē diffinitiua q: ɔteſta
tio litis ad eam ordinatur de iudic..l.de qua re nam vo
luntaria iuditij ſuſceptio in eodem inſtantia debet eſſe
preiudicialis quo ad totam inſtantiā lē in noua inſtan
tia nō obeſſet ar.C.de excu.tu.l.uolūtarie nā declinato
ria exceptio videtur perdi per primū actum ei ɔ̄rium
⁊ in cōpaſſibilem ea omiſſa ſciēter factē.vt nō. Jnno.ex̄
ð re iudi.inter mon̄.⁊ in ſpe.de reo.§.i.v̄. Jtem quid ſi
is cui cōpetebat ⁊ ꝑ archi.iij.q.ij.offeret̄ in fi.⁊ facit ꝙ
no.cy.C.de ſpon.l.fi.in fi. Addite quero ð alia qōne
obiecta fuit queſtio rei iudicate ad proceſſū ⁊ ſuccubu
it obiciēdum ꝑ interlocutoriā litē cōteſt.vult eam obice
re in modū incidentis.queritur nūquid poſſit.⁊ videt̄
ꝙ nō quia eādem qōem refutat vt.l.duobus.§.colonuſ
j.c.⁊ ſn̄ia lata ſuper emergenti inducit exceptionē re
plicationem rei iudicate vt no.in.c.vlti.ð app.in cle.nā
diffinitiua dr̄ illius articuli no.C.de re.credi.ſi quis iuſ
iurādum ⁊.l.general'r. Preterea videtur ꝙ atteſtatio
nes ſuper tali exceptione ſint publicate ergo iterto nō
poterunt produci teſtes ut in aūt.de teſti.§.ad h̄. Pre
terea ſn̄ia lata pro excipiente hr̄et vim diffinitiue irre
tractabilitē.j.ð condi.inde.eleganter.§.ſi quis poſt.ij.
Ro ergo ecōtra lata ɔtra excipiētem itelligatur nō la
ta. Super incidēti ergo denuo nō pōt opponi in eadē
inſtātia.q: cōtrariorum eodem ē diſciplina ut.l.fi.de le.
iij.unde ſicut actio nō poſſet denuo excipere. Jn ɔ̄rium
ur̄ quia nūc opp. alia forma alio tēpore ⁊ ad aliū finē
ꝙ̄ primo ⁊ ita ē ꝙ exceptio ſemel propoſita ad unum
finē. Nō obſtat ſi poſtea ad alium finē agatur lē ex ea
dem cauſa agatur ut.j.de euic.l.uēdicantē ⁊ no. ꝑ cy.
in.l.i.C.de ord.iudi.⁊ ꝑ cy.in.l.i.qn̄ ciuilis actio ⁊ facit
quod no.doc.ð v̄bo.obli.qui rome.§.fi. Preterea hoc
tē exp̄ſſe cy.in.l.preſcriptione mēdatiorū ſi contra ius
uel utili.pu.ꝑ h̄.extra ð teſti.c.ueniens pro hoc. quia ſi
iſta exceptio proponitur ante lit.cōteſta.ſūmatim dſcu
titur quia nō ſum niſi ɔſtet ꝑ ſūmariam cognitionē ꝙ
exceptio ſit v̄a repellitur interim omiſſo actore ꝑꝑ du
bietatem ut nō.j.eo.nam poſtea facit. j.ut in po.l.l.is
a quo.in prin.⁊ ad treb.ille a quo.§.i.ubicūq; enim nō
ſufficit aliquid eſſe niſi liquidum ſit. Jbi ꝑ ſūmariā co
gnitionem ſit inquiſitio.l.iij.§.cauſe ad cauſam ſē ſn̄ia
lata,ex ſūmaria cognitione nō facit preiudicium in ple

naria que ſit lit lit.cõte.l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus ꝺ
re iudi.l.ſi.iudex de his qui ſunt ſui vel alie.iuř.nam ꝑ
minorez vel leuiorem cognitionez nõ preiudicatur ma
iori ⁊ pleniori de iudic.ꝑ minorem. So.dico ꝙ aut
iſta exceptio fuit repulſa.q₂ nõ probata.Aut q₂ v̑a nõ
Si q₂ nõ probata põt denuo in alia forma opponi ⁊ ꝓ
bari.nam alius eſt modus probandi nunꝗ̃ prius vnde
cuz.varietur moduſ etiaz probandi.nõ venitur ad retra
ctationem prioris ſnie ꝑ iſtuz actuz nouuz ar.ſ̃.ꝺ eden.
argẽtarius.§.cum autẽ.Si q₂ nõ v̑a.nõ puto ꝙ iterato
poſſit opponi.Nõ ob.l.vẽdicantem vbi dicit̃ ꝙ ẽptor
qui oppoſuit exceptionem rei.uendite ⁊ ſuccubuit põt
agere de euictione.Naz ibi agẽdo de euictiõe aget ex
iure orto cõqueſito poſt ſniam.e.ti.l.habere licere.⁊ iõ
nõ ob.ſibi ſnia de condi.ſine cauſa.ſi fulo.l.ſi mater.§.
eadem ꝺ excep.rei iudi. Preterea ibi agitur ad aliuz
finez i quo nõ repñtatur primus effectuſ hic idẽ effect⁹
repreſentat̃. Preterea ibi agitur denuo ad aliam
rez.i.ad duplaz nõ ad rem euictaz.vnde cuz exceptõ ſit
circa rem vẽditam actio circa duplaz ⁊ ſic circa diṽſas
res merito.nõ obſtat exceptio vt.l.cuz de hoc ꝺ excep.
re iudi.C.de iudi.lꝫ in queſtione nõ propoſita nõ varia
tur res ſed ſolum variatur excipiẽdi formula que non
facit nouam rez.ſed nouũ moduz veniẽdi ad eãdem rẽ
⁊ ideo ob.exceptio.ĩ.e.duobus.§.exceptio ꝺ excep. rei
iudi.cõqueritur.Item nõ ob.extra de teſti.veniens vbi
deducitur iterato ⁊ probatur poſt litꝭ cõte.ꝙ erat ante
deductꝭ q₂ ibi ante litꝭ cõte.fiat deductuz ſolum ad ꝓpa
rationem cauſe.vnde quo ad deciſionez nõ fuit recte ꝺ
ductum nec teſtes quo ad deciſionez cauſe vident̃ rite
recepti ⁊ ideo iterato debet proponi ⁊ probari vt i cle.
teſtibus ꝺ teſtibus a ꝯtrario ſenſu.Sed nõ opponit̃ ex
ceptio ad ꝓparationez cauſe ſed ad pemptionez.q₂ per
miſcent̃ hic duo effectꝭ.ſ.impediẽdi proceſſum ⁊ decidẽ
di negocium ꝑꝑ naturam ⁊ priuilegiũ exceptionis op
poſite.Naz ex natura ſui eſt pemptoria perimit ac ex
priuilegio põt opponi in forma emergẽtis ſi tale priui
legiũ ñ eſſet.Iſte cauſe ñ poſſent ꝑmiſceri ꝺ iudic.exhi
bita ⁊ facit extra de deſpon.impu.ad diſſoluendũ ⁊ fa
cit quod nõ.her.extra de or.cog.c.ſup ſpolia. in fi.ma
gne glo. Denuo quero exceptio rei iudi.ante litꝭ ꝯtꝭ.
opponitur ꝑ moduz ⁊ formaz pemptorie an impediat
proceſſum.Et videtur ꝙ nõ q₂ nõ opponitur ad proceſ
ſuz ⁊ modus excipiẽdi eſt attendẽdus.l.i.§.labeo ad ſil
la. Preterea reus põt elligere qũo proponat ergo
ſi elligit proponere vno modo qui minus facere pro ſe
imputet ſibi.Et ſi dicatur electio nõ preiudicat reo i ex
cipiendo.vt in.c.nullus pluribus.Rñō qñqꝫ reo compe
tunt plures declinatorie ꝯ̃ iudicem.⁊ tunc dic vt no.ex̃
de re iudi.aut monaſterium.qñqꝫ vna ꝯ̃ iudicem ⁊ alia
cõtra procuř.⁊ dic vt ibidem ꝑ Inno. melius dic vt di
xi de iudi.nõ videtur in iudicez. Qñqꝫ plures pempto
rie.l' quaſi pemptorie ⁊ tũc poſſunt cumulari ꝯdictiona
liter proponẽdo.vnde dic ꝙ ibi in ꝯtrarium loquitur.
quãdo cõpetunt plurds exceptiones hic aũt tñ vna ex
ceptõ competit ſub pluribus formis proponẽdis ⁊ ſi ea
dem exceptio bis opponeretur ſub eſſet nugatio.unde
interdum ſũt plures exceptiones ⁊ plures excipiendi
forme tũc non preiudicat reo electio cum admittat̃ cu
mulatio ut in ꝯtrario interduz una eſt exceptio ⁊ pl'es
excipiendi forme.⁊ tũc ellecta una uia interdum ꝑiudi
cat in altera q₂ in prima deuolutuz eſt totum ius excipi
entis ar.ĩ.de tu.⁊ ra.di.l.i.§.in tutella ar.tamen quod
electa una uia procedendi nõ preiudicetur i altera.ĩ.e.

eum qui.v̂.cum omiſſa.Sed dic ꝙ ſi vie iſte ſunt com
paſſibiles interim loquit̃ ibi aliter .habꝫ locuz quod ħ
tenet Ja.bu.ĩ.e.nam poſtea.Sed cum reuerẽtia nõ ui
detur bene dcm̃ in exceptione rei iudi.ratio q₂ aut non
eſt liquida ⁊ qualitercũqꝫ propoſita.Nõ ob.ad litꝭ cõtꝭ.
ĩ.e.nam poſtea no.aut eſt liquida ⁊ qualitercũqꝫ propo
ſita obſtat.nam ſi actor ex ſnia hꝫ paratam executionẽ
ut.l.ſi pretor de iudic.in fi.ergo ⁊ exceptio niſi dicas ⁊
bene ꝙ dictum Ja.debet intelligi interim nõ poſt liq
dationem naz quedam ab initio nõ obſtant que obſtãt
aduerſario admiſſo ut in.c.i.de reſti. ſpo. Quid ſi
promittit actor. Ro litẽ nõ ꝯteſtari an hec exceptio im
pediat litem ꝯte.vř ꝙ non q₂ nõ eſt de numero ꝑmiſſa
rum dic ꝯ̃rium q₂ cũ pactuz teneat ergo ſeruanduz eſt
in forma q₂ aliter nõ cõparet plenuz effectuz ſ̃m inten
tionem ꝯ̃hentium.Et ex hoc nõ.ꝙ quelibet exceptõ ꝺ
mũdo ex ꝑtium ꝯuentione poſſet impedire litis ingreſ
ſum.Et ex pacto ꝑpetuo oritur tũc declinatoria ⁊ pem
ptoria ſicut dicit Inno.de iuramẽto extra de teſti.cum
ueniſſent i fi.facit quod nõ.Inno.ꝺ litꝭ ꝯteſt. exceptꝭ.ar.
ꝯ̃ de le.i.nemo põt. Sed ibi loquitur i his que perti
nent ad.l.legiſ que ſũt immutabilia vt.ſ̃.de pac.ius pu
blicum hic i his q̃ pertinent ad.l.cõuentionis ꝺ poſſi.l.
.i.§.ſi ꝯuenerit. Sed quid ſi reus nõ in modũ exce
ptionis ſed i moduz probationis deduxit de re iudi.ita
ꝙ ſi excepiſſet actor repelleretur an q₂ nõ excepit licet
probauerit nil ſibi proſit.Rñō qñqꝫ reo competit exce
ptio facti vel intentionis.i.que directo ⁊ ip̃o iure exclu
dit vel factum.i.cãm remotaz vel intentionem.i.propo
ſitam actionem ⁊ ſufficit tũc reo ꝙ ius ſuuz deducat in
moduz probationis.lꝫ nõ excipiat q₂ ibi nõ eſt actio ibi
nõ eſt exceptio vt nõ.ĩ.de ꝯdi.videamus ⁊.ĩ.de ꝯdi.ob
cãm qui ſe debere in prin.nam iudex agentẽ ſine actõe
audire nõ debet de admi.tu.l.quotiens.§.itẽ ſi tẽporali
C.ne quis vela regia.l.i.⁊.ij. Qñqꝫ reo competit exce
ptio iuris que eſt proprie exceptio ⁊ tũc nõ ſufficit reo
deduxiſſe ius ſuum i modum ꝓbationiſ niſi excipiendo
deduxerit vt nõ.ſ̃.ꝺ pac.ſi vnus.§.pactus in gl. i oppo
nendo ratio ẽ iſta.q₂ de iure quod reſidet in ꝑte iudex
nõ põt ſupplere niſi parſ opponat licet ꝺ iure ꝙ reſidꝫ
i iudice tantum vel ſi in iudice ⁊ etiam in parte ⁊ i ip̃a
lege ſeu legis promiſſione quãdo.l. prouidet ſine mini
ſterio partis ſupplere poſſit vt.l.i.ſ̃.ꝺ offi.aſſeſſo. ⁊.l.fi.
de peti.hr̃di.⁊ de procur.filius.§.veterani ⁊ de poſtul'.
quoſ prohibet cum ſy.Eſt tamen notandum ꝙ ſi iudex
nolet ſupplere nõ tamen faceret litẽ ſuam.nam ex quo
hoc ius nõ reſidet i parte ergo iudex nõ ledit ꝑtem in
iuř ip̃ius ꝑtis licet iniuriaz ei faciat ſimile in.l.i.§.ꝑmit
titur ꝺ aqua coti.⁊ eſti.⁊ ħ nõ.in ſpe.de offi.iudic.impe
dit.v.quid ſi iudex quod eſt nõ.Cum ergo exceptio rei
iudicate ſit proprie exceptio nõ videt̃ ꝙ ſufficienter i iu
dicium ſit deducta ſi nõ eſt deducta in modũ exceptio
nis ſed probationis.Cõtrarium dico ⁊ eſt ſpãle i re iu
dicata.nam nõ debet iudex deferre ſecũdam ſniam q̃
nõ valeret.vt.l.i.C.qñ prouo.nõ eſt ne.Expedita ẽ lex
ꝗ̃tum pertinet ad tex.⁊ glo.Sed nõ ꝗ̃tuz pertinet ad
mãm. Et ideo mãm ſic per ordinem agrediamur ut q̃
ramus ſuccinte ꝺ paucis. Primo quid ẽ iuramentuz
Scđo quotuplex. Tertio quo iure itroductuz.
Quarto ad quem finez. Quinto quãdo ualeat
⁊ quãdo nõ. Sexto qs eſt effectuſ iuramenti. Se
ptimo uerũ iuramentꝭ poſſit remitti. Octauo an in
iuramẽto intelligitur tacita condictio. Nono que ẽ
pena ꝑiurij de primo queſito.vꝫ quid ſi iuramẽtuz dñt

aliqui quod ē dictum vel promiſſum fidei īterpoſitione
vallatuꝫ.Que diffinitio non eſt bona qꝛ eſt.
nō eſt.ſed res in rata vt extra.e.ꝛ ſi xp̄s at dictus ꝛ.ꝑ
miſſum ē.eſt nō.ergo ꝛc̄.Alij dicunt ꝙ iuramentuꝫ eſt
r̄eligionis vinculum ad ꝯfirmationeꝫ dicti vel promiſſi
aſſumptum.Que diffinitio bona nō eſt qꝛ poſterius di
finit iuramentꝫ nō per id quod eſt.qꝛ ip̄m vinculum nō
eſt iuramētum ſed effectus iuramēti.Et ſic iuramentū
eſt prius vinculuꝫ ē poſterius ꝛ differunt inter ſe.vt cā
ꝛ effectus ſic in ꝯctibus vinculum.ꝛ obligatio nō eſt ꝯ
ctus.ſed effectus eius.ꝛ aliud ē res ꝛ aliud effectus eiꝰ
ī.de do.inter vi.ꝛ vxo.l.cum hoc ſtatuſ.§.ſiue.facit qđ
nō.inſti.de ob.in prin.videtur ergo iuramētum ſic de
ſcribēdo Juramētum ē cōfirmatio veritas vt extra.e.
ꝛ ſi xp̄us.§.quedam ibi dum dicit cuꝫ ſit cōfirmatio ve
ritatꝫ nec iſta deſcriptio vr̄ perfecta.qꝛ nō omne iuram̄
tum eſt de veritate.ſed quodam de credulitate vt.C.đ
iur̄.calum.l.ij.§.quod obſeruari ibi dum dicit quod qſ
qꝫ credit ꝛ extimat hoc ē iuram̄ . ergo diffinitio nulla.
qꝛ nō vniuerſalis. So.veritas pōt cōſiderari duo
bus modis.vno modo prout eſt in re ex̄ ītellectū.Alio
modo prout eſt in ip̄a ntentōe iurātis . Primo modo
nō omne iuramentꝫ eſt de veritate.qꝛ iuramentꝫ calum
nie nō eſt huiuſmodi. Secūdo mō om̄e iuramētum
eſt de veritate.ſ. cōſcientie.ideo dicit iura.credit ꝛ exti
mat ꝛ facit.C.de iudic.l.rem non nouam.§ .patroni ꝛ
xxij.q.ij.hoīes. Addō qđ triplex ē v̄itas.ſ.nāe ꝛ ꝯſcie ꝛ
legis v̄itas n ture a exiſtentia quedam in ip̄is rebus
vt.l.reſpicien̄ ſi cer.pe.v̄itas cōſcientie eſt imaculate in
pura cōſcientia.que nūꝙ̄ fallit.ſed aliquādo fallitur vt
xxij.q.ij.beatus paulus.v̄itas legis eſt i ip̄a ſententia
legis veridice intellecta vt.ſ̄.đ legi.l. ſcire leges ſuper
hac tamē iuranduꝫ nō eſt.qꝛ ſuper iure cōmuni nō iura
tur de aur.ꝛ ar.l̄.ornamentoꝝ. Vn̄ dubiuꝫ queſtionis
quod ē a facto abſtractuꝫ.i.qꝛ certum ē factum ius īcer
tum nō iuramēto deciditur.ſed interpretatione pruden
tiuꝫ vt.C.đ legi.l.i.hinc eſt.quod ſi opponeret̄ exceptō
declinatoria iuris.ꝛ conſtet de facto vt quia clericus de
clinat forum ſeculare non eſt iurādum ꝛ calūnia qꝛ ius
certum ē.Et per hoc determinat̄ queſtio no.in ſpe.de
iuramēto calum.§.ſequitur.v̄. quid vbi imploret̄ iura.
calum.Jtem determinat̄ alia queſtio accuſatur aliquis
ꝙ aliqđ fecit ꝯ formam ſtatutoꝝ ip̄e eſt cōtumax ꝛ ex
hoc hꝫ pro cōfeſſo ꝙ fecit an habeat̄ ꝓ ꝯfeſſo etiā i hoc
ꝙ cōtra formaꝫ ſtatutoruꝫ.ꝛ dico ꝙ nō.qꝛ iſtud in iure
ſcripto nō in facto cōſiſtit ꝛ ſuper iure ſcripto nō cadit
v̄a cōfeſſio ergo nec ficta. Jſte actor inducit incertaꝫ.l.
de certis.vnde ꝑ formaꝫ ſtatuti ꝛ eius lectioneꝫ debꝫ ꝯ
ſtare nō per ꝯfeſſionem ꝑtis vt in prima cōſtitutiōe. ff.
penul.colū.Jtem libellus đbet neceſſario cōtinere ver
ba facti nō verba.l.niſi qn̄.lex deduceretur in modum
actōis vt cōdictio ex.l.Super iure auteꝫ ſp̄ali quod de
duci oꝫ in iudicium in modū facti ꝛ probari vt ſuꝑ ꝯſue
tudine vel priuilegio tūc iuraret̄.l.i.C.que ſit lon.ꝯſue.
.C.đ.edifi.priua.l.an i totum. Secūdo op.ꝯ iſtam
deſcriptionem.naꝫ iuramentꝫ qn̄qꝫ eſt confirmatio falſi
tatis.ī.ti.i.l.fi.So.dic ꝙ iuramentꝫ pōt conſiderari tri
pliciter v̄no modo prout eſſe debet ꝛ ꝓut ordinatuꝫ eſt
a prin.ſue inſtitutionis.ꝛ tunc cū ſit ordinatum in fineꝫ
veritatꝫ deſcriptio v̄a. Secūdo modo prout ē ꝛ tūc
qn̄qꝫ eſt verum qn̄qꝫ eſt falſum tamē falſum iuramētū
nō eſt iuramētum ſed piurium. Tertio modo ꝓut cre
ditur eſſe ꝛ tūc preſumit̄ eſſe vt iuratum eſt ſic eniꝫ cre
ditur eſſe verum vt iuramentū ſonat vt nō.ī.eo .qui iu

raſſe.§.pe.ꝛ.l.eum qui.§.in popularibus ꝛ.C.eo.l.gn̄ali
ter in prin.no. Oppo.ſi iuramentuꝫ falſuꝫ nō eſt iu
ramentū qn̄o ex eo oritur vinculuꝫ.Ro nō oritur ex eo
ſed ob id.ſed ex periurio ꝛ ſic ex delicto tunc oritur vin
culum ſi quis eniꝫ diceret ꝙ iuramentū falſum eſſꝫ iu
ramētum eſſet oppoſitꝫ in obiecta.ī.de cōdi.inde.l.ſi ſer
uo manumiſſo.vel dic ꝙ iuramētum poteſt conſiderari
dupliciter.vno modo ꝓ ip̄o actu iurationis ꝛ iſte actus
eſt verus ꝛ qꝛ v̄us obligatorius.alio modo ꝓ v̄itate rei
iurate ꝛ iſto modo falſum iuramentū nō eſt iuramētū.
Poſſumus ꝛ aliter clariuſ diffinire iuramētum ē actꝰ
inuocationis ſeu aſſumptio diuini numinis ꝛ cōfirma
tionem ꝛ i teſtimoniuꝫ veritatis. Sed op.pōt iura
ri nō ſolum per creatoreꝫ.ſed creaturam vt.ī.e.nō erit
Reo aliter iurat̄ per creaturā reſpectu diuini numinis
que tāꝙ̄ cauſa efficiens repreſentat̄ in quolibet ente ꝛ
in qualibet re cauſata ꝛ tunc valet iuramentū.qꝛ reſpe
ctu diuini numinis ꝑſtat̄ vt.ī.e.q ꝑ ſalutꝫ ꝛ nō ē ꝯ me.
qꝛ tacite diuinū nomē aſſumitur.Aliqn̄ iuratur ꝑ crea
turam reſpectu ip̄ius creature in ꝯtumeliaꝫ diuini nu
minis atribuendo creature honorificentiam creatoris
tunc nō eſt iuramentuꝫ.qꝛ vbi nō eſt religio ibi non eſt
dei ueneratio.unde ſi quis iurat ꝑ diabolum nō ē iura
mentum.qꝛ deus nō rep̄ītatur in diabolo ut diabolus
eſt .lꝫ reſpectu ꝑſone caritatis ſit adeo ut probat̄. xxij.
q.i.c.monere ſtat igitur mea diffinitio qꝛ iuramentū ē
aſſumptio diuini numinis.homines inquit ꝑ minorem
ſuū.i.per deum iurauit aſſumptio aūt ad ꝯfirmationeꝫ
v̄itatis vn̄ ſubdit ꝛ omnes ꝯtrouerſie eorū ad cōfirma
tionem finis eſt iuramētum ad ebreos ſex capl̄o ꝛ ex̄
.e.ꝛ ſi xp̄s ibi alioquin nō dixiſſet appoſtolus homies
ꝛc̄.ꝛ q iurat deum inuocat in teſteꝫ ut nō.xxij.q.i.§.qđ
aūt in ſūma illius prime qōnis ibi uide.De ſecūda que
ſtione quotuplex ſit iuramentꝫ.i.ſub quot formis ꝑſtet̄
aut quotuplex ſit.i.quot ſint eius ſp̄es.Aut quotuplex
ſit.i. quot ſint uirtutes hn̄tes inter ſe aliquam rationē
difformitatis.Si querit̄ quot ſint forme dico ꝙ aliqn̄
iuramentum capit formaꝫ ꝛ cōuentioneꝫ ꝛ tunc forme
ſunt difformes ut placet partibus.ī.e.nō erit. Sꝫ
h q̄ritur ſi detuli tibi iuram̄tuꝫ ut ꝑ xp̄m iurares tu v̄o
iuraſti ꝑ ſp̄ūmſanctuꝫ an ſit cōformis iuramentū cum
delatōne ut ſic teneat ꝛ uidetur.ꝙ nō ut.ī.e.qui per ſa
luteꝫ ubi dicit ꝙ iuramētum ꝑſtandum eſt in forma ut
delatuꝫ eſt. Jn ꝯrium eſt ueritas qꝛ in trinitate eſt i
diuiſa ſubſtātia ꝛ qui iurat ꝑ unam ꝑſonam ꝑ totaꝫ tri
nitatem iurat.Jteꝫ ſi detulit ut iurares ꝑ euāgelia ꝛ tu
ꝑ deum iuraſti ſatis ē.ut.xxij.q.i.ſi aliqua. Jteꝫ ſi detu
li ut iures an tibi debeaꝫ.x.lib.piſanoruꝫ ꝛ tu iuras ꝙ
debeo tres flor̄.qui tātūdeꝫ important adhuc cōformi
ter iuraſſe uideris de v̄bo.ob.que extrinſecus. Jtem ſi
detuli ut tu iurares ſuꝑ euangelijs tu iuraſti ſuꝑ altari
cōſecrato ſatis eſt.xxij.q.i.habemus in.l.C.de re.cred.
general̄r in fi. Si v̄o ponis uel lex mandat corporal̄r
tactis ſcripturis nō tenet iuramentū ſi non interuenit
actus corporalis.ut in autꝫ.ut hij qui obli.ad fi.ar. C. ſi
minor ſe maio.dix.l.ſi alterius ubi dicitur ꝙ iſta iura
menta differunt inter ſe ꝛ diuerſitas.E hꝫ uiciare.ī. e.
nō erit ꝛ.l.qui per ſalutem.Jtem ſi detuli ut tu iurareſ
manu tactis ſcripturis ꝛ tu iuras cum pede non ualet
mos.nāque ſeruandus eſt fideliſſime uetuſtatis . unde
forma ꝯſuetudinis deuiat.ymo etiā ſi pars ſic deferēt
ut cum pede iuraret non ualeret.qꝛ uillipendi uidetur
miniſterium ſacramentū ꝛ conſuetudo ſeruanda eſt ut
natura ut.l.ij.de aqua.pln.ar.ꝛ patꝫ extra.c.ꝛ ſi xp̄us

§.angelus quoqꝫ ⁊ apoc.x.uidit inquit ſtantē ſupra ma
re ⁊ ſuper terraꝫ ⁊ leuauit manus ſuas ī celum.⁊ iura
uit ꝑ vincenteꝫ in ſecula ſeculorum.cū eniꝫ dicit manuſ
apte demonſtrat ꝙ cum manu tangende ſunt ſcriptu
re vel alie res ſacre de hoc nō.ex̄ de electꝭ. vt circa li.
vi.dic vt ibi.     Sed quid ſi teſtis iurat non tactis ſcri
pturis corporal'r.ſed nuda ⁊ ſimplici voce.an teneat di
ctum eiuſ.Reo nulla lex videtur dicere nō valere quia
lex nō procedit vltra annullādo.tamen dic ꝯ ꝙ neceſſe
eſt ꝙ teſtis tangat ſcripturas.⁊ credo.qꝛ ſi non tangit
tamē tenetur ⁊ eſt expreſſuꝫ.iij.q.viiij.ortamur ī rubro
⁊ nigro dic vt ibi.⁊ in ſpe.de teſte.§.ſequitur de teſti.v̄.
⁊ nō.in.c.i.de hoc in cle.ꝑ Jo.⁊ pe. Aliquando iuram̄
tum capit formaꝫ ab ip̄a ⁊ tunc nō eſt preſtandū in for
ma qꝛ forma mutata.aliud iuramentuꝫ eſſet non id de
quo queritur ad exhibē.iul'.§.ſed ⁊ ſi quis cum ſymili
bus ⁊ q̄libet forma a iure introducta intelligitur ē pre
ciſa.ad municipa.cōſtitutionibus cum ſy.⁊.l.x.que dat
formaꝫ ſemp intelligitur tacite vltra procedere annul
lando formaꝫ nō ſeruatā.qꝛ forma dat eſſe rei ad exhi.
iul'.§.ſed ⁊ ſi quis exempla' iue'niatis per vos met.Si
v̄o queritur quot ſunt eius ſp̄es differētes gl. tangit.ſ̄.
in Rica.Ego in hoc dico ꝙ ſm leg.tres ſunt ſp̄es.ſ.de
ciſoriuꝫ obligatoriuꝫ ⁊ enūciatorium deciſoriuꝫ hꝫ tres
ramos.Nam aliud volūtarium aliud neceſſarium ali
ud iudiciale.Dicitur volūtarium.'qꝛ incipit a volūtate
defferentiſ ⁊ ſuſcipientis.Iſtud referri nō pōt.qꝛ cōuen
toris forma recedi nō poteſt.j̄.eo.iuſiurādum quod ex
cōuentione.Et eſt mirabile ꝙ aduocati non vtunt' hac
cautella iurandi ꝙ cōuentōne.⁊ eſt mirabile ꝙ aduoca
ti nō vtunt' hac cantela.iurandi.ſi enim volūt ꝙ ꝯctus
nō poſſit infringi faciant ibi opponi ꝙ promiſſor credi
tori ad omneꝫ litis nām ſuccedendaꝫ detulit iuramen
tum ⁊ quod creditor iurauit ſibi deberi.nam ꝑ hoc ī ex
pugnabiliter valebit ⁊ plus.qꝛ habebit parataꝫ execu
tonem de iure cōi.qꝛ voluntariuꝫ iuramētum eſt qd̄ ē
multuꝫ nō.ſm bar.de ſaxo ferrato.Item videtur ꝙ ſi
in inſtr̄o cōtineatur.ꝙ creditur iuramēto ſimplici acto
ris de intereſſe ꝙ ſit ſtāduꝫ ſacramēto.qꝛ videtur iura
mentuꝫ cōuentionale ſm mar.Nec ob.C.eo.l.ſi quis
iuſiurandum.vbi dicit' ꝙ re integra pōt ille qui detulit
penitere ergo ſic erit hic qꝛ ibi loquitur d̄ iuramento iu
diciali nō de volūtario.Nam cum iſtud pactuꝫ ſit ps
ꝯctus ergo nemini lꝫ penitere.de cōtrahē.empt.fundi
pars de hac emptꝭ.l.ſterilis.§.ſi tibi nam omniſ cl'a ap
poſita in ꝯtractu cenſetur eſſe pars ꝯtractus oneroſi.
vnde aliquādo donatio dicit' eſſe nō donatio qn̄ ē ps
cōtractus oneroſi.j̄.de ꝯdi.ob cauſam ſi donaturus.in
fi.vbi de hoc.Sed quid ſi dicatur ꝙ credatur ſimplici
uerbo videtur idem quaſi iuſiur.videatur remiſſuꝫ ſm
Ja.bu.Aliter ſentit Inno.ex̄ de fide inſtr.cū.pe. tabel
lio de hoc ꝑ dy.in.l.vltima de p̄tor.ſtip.⁊ ꝑ cy.in.l.ſi qs
ī cōſcribendo de epi.⁊ cle.facit de do.p̄lega. teopōpus.
Judiciale ſacramētum dicitur ꝙ incipit a preceden
ti iudicio.qꝛ defertur in iudicio.⁊ qꝛ iudicis auctoritate
vallatur.⁊ eſt volūtariuꝫ.quo ad deferendum.ſed quo
ad euꝫ cui defertur an ſit volūtarium refert.aut habet
iuſtam cauſaꝫ recuſandi.⁊ nō cogitur iurare. vt.C.e.ge
nera'iter.§.i.aut nō habet iuſtā cām ⁊ tunc aut nō vult
iurare nec referre ⁊ habetur pro cōfeſſo manifeſte .j̄.e.
manifeſte.Et ſic nō.ꝙ cōtumacia inducit manifeſtā cō
feſſioneꝫ.aut vult referre.⁊ tūc dic vt.j̄.eo .iuſiuranduꝫ
§.ait pretor.ſed ſpec.intelligit.l.māifeſte quādo aderat
p̄ſumptio vel ſemiplena probatio contra reum vt tunc
artetur.vt.dicit.l.manifeſte.Secus autem nulla p̄ſum
ptio vel probatō cōtra eum.ita nō.in ſpe.de p̄ſump.§.
qn̄.v̄.autē ſi actor.     Sed quid ſi iudex n̄ cōfortat nec
auctoratur.ſed tacet qn̄ defertur an agebat al's habeat
locum lex manifeſte dic ꝙ nō.ymo pōt impune recuſa
ri ⁊ nō deferri.qꝛ circūſcripto actu iudicis iſtud iuramē
tum eſt volūtarium nō iudiciale.qꝛ nō habet eſſentiale
iuramenti iudiciariꝫ.ſic ēt poteſt intelligi.C.eo. genera
liter.§.i.     Sed quid ſi is cui defertur iuramētuꝫ iu
diciale interrogatuſ d̄ cā ſcientie reſpōdit al' reddit ma
lam vel nullam cām.an viciatur ſuuꝫ iuramētum ⁊ dic
ꝙ nō licet ſecus eſſet ī iuramento teſtis vt nō Inno.ex̄
de iur̄.calum.cum cām.⁊ eſt nō.Neceſſarium iuramē
tum dr̄ quando ī ſubſidiuꝫ demuꝫ p̄ſtatur.C.eo.ī bone
fidei.vnde eſt neceſſarium reſpectu cauſe.Item reſpe
ctu ꝑtis cui defertur.vt.j̄.de in litem iur̄.videamus.§.
deferre.Item reſpectu iudicis qui facit litem ſuaꝫ ſi n̄
defert vbi dꝫ ꝙ facit ꝯ ius partis reſidens in parte.cui
eſt ius queſitum ad hoc.C.d̄ iudi.l.ſancimus.Iſtud ne
ceſſarium ſacramētum nō defertur niſi a iudice.vt.j̄. d̄
in litem iurā.l.uideamus.§.deferre ⁊ ſi alius defert n̄
artat.Et ideo dicebam in qōne de facto pars detulit ꝑ
ti iuramētuꝫ calūnie.que uoluit iurare.utrū perdat cau
ſam ⁊ dixi ꝙ nō.quia nō eſt delatum a quo deferri de
buit ⁊ iuramentuꝫ nō delatum nō intelligit' recuſatum
quia recuſatio incipit a precedenti delatione.j̄.e.iuſiur̄.
§.ait pretor.⁊.l.iij.cum ſy. Caſus ī quibus iuramētum
iſtud deferri dꝫ nō.j̄.e.admonēdi.⁊ ibi dicam plene.⁊
hoc de iur̄ neceſſario v̄itatis.eſt quedam iuramētuꝫ ne
ceſſarium affectionis quod nō defertur niſi quatuor cō
currētibus.ſ.dolore natura.actꝭ qualitate rei petite.ut
ꝙ ſit talis res in qua cadat affectio.⁊ ꝙ agens ſit dn̄s
ut.j̄.de in litem iura.l.ij.⁊.l.nūmis.⁊.l.in actionibus.⁊
.l.uulgo ſm Ja.bu.     Sed nūquid cōtra doloſum ꝓ
batur intereſſe ꝑ ſolum iuramētum neceſſariū loquor
de v̄o intereſſe.Et glo.ſimpl'r dicunt ꝙ ſic inſti.de v̄b.
obli.in fi.ꝙ ui aut clam ſemp.§.in hoc īterdicto. j̄.ti.i.
nūmis.Alibi dicit glo.ꝙ fertur duobus ꝯcurrentibus
,ſ.dolo cōuenti ⁊ difficultate probationis ⁊ nō aliter.j̄.
ti.i.ī actionibus.§.plane . Alibi dicit ꝙ aut quis petit
rem ſuam.⁊ tūc probatur intereſſe ꝑ ſacramētum.aut
rem debitam.⁊ tūc nō.Ita nō.Inno.j̄.de triti.l.i hac
iuxta mediū magne gl.Ja.bu.dicit ſꝫ mar.ſilla.⁊ ſoluſ
dolus non ſufficit nec ob.l.ſi qn̄ quia ibi ſp̄ale propter
enormitatem criminis uiolentie ſm accur.qui ita nō.ī
.l.admonēdi ⁊ ſpe.in ti.de preſump.§.fi.v̄.ſed ineſt ad
fi.v̄.⁊ ſic nō ob.§.in hoc interdicto.Naꝫ ibi ſp̄ale odio
uiolenti ⁊ claudeſtini.Regulariter ergo ſolus doluſ nō
ſufficit niſi concurrat uel natura actionis uel qꝛ bone fi
dei.uel arbitraria ut dicta.l.nūmis.uel cōcurrat cū do
lo difficultas probationis ut.d.§.plane ⁊ facit.ſ̄.d̄ edē.
argētarius.§.cum autem quod ē nō. Qualiter probet'
intereſſe lucri ceſſantis ⁊ damni ceſſantis ex mora uel
culpa tam cōtra actorē q̄ contra reum nō.j̄.de eo quō
cer.lo.l.nō utiqꝫ.§.fi.ibi omnino uideas.Iteꝫ nō.ꝙ du
plex intereſſe ad quod ⁊ ꝓpter quod intereſſe ad quod
ut dixi dꝫ eſſe v̄am intereſſe regulariter. Sed īntereſſe
propter quod occaſionabiliter agit'.Eſt qn̄qꝫ intereſſe
affectionis mandati cuꝫ ſeruus tamen. qꝛ cum occaſio
nabilis nō eſt cauſa proprie ſequitur ꝙ ex alia īmedia
ta cauſa debet fundari intentio ut nō.in.l.fi.ſ̄. de op.
ſeruo.Quādoqꝫ omnibus iſtis ceſſantibus credit' ſequi
tur ſacramento ex ſola difficultate probationis ut.l.nō
omnis.§.a barbaris de re.mili.Sed ibi iuramentum

nemini nocet ⁊ de excuſa.tuto.l.ſcire oꝫ.§.ſufficit.ſed ⁊
ibi nõ nocet alteri. Preterea tutoꝛ certat ḋ damno pu
pilli.de lucro nõ de nego.geſt.qui ſi vſuris. Item.C.de
dona.ſi quis pro redẽptione ⁊ nõ.extra ḋ accu.qualiter
⁊ quãdo in prin. Sed ibi in re modica ⁊ ꝓpter difficul
tateꝫ probationis. Item inſti.de actꝭ.§.alie.⁊ ꝙ nõ.ḋ ac
qui.heredi.pro herede.§.ij.p Ja.de are. Sed ibi cum ẽ
queſtio de ſola cõſcientia ideo ſtatur ſacramento. ymo
plus videť ꝙ ſtetur ſimplici aſſertioni.vt ar.c. ſtatutuꝫ
§.aſſeſſoꝛem de reſcrip.li.vi.dicit Inno.ꝙ queſtiones
cõſcientie dirrimunť ſola partis aſſertione nec põt ꝯtra
rium probari.de iudi.nouit. Tamen illud ẽ intelligẽdum
in foro peniẽtiali.in quo nõ prodeſt nec nocet alteri ꝙ
ibi fiat.qꝛ non ẽ actus niſi duarum ꝑſonarum vt ex̃ de
offi.oꝛd.ſi ſacerdos.licet ꝯ inuat Inno.extra de ſepul.
pa.⁊ facit de vſuris.q̃ꝙ. Sed ibi tranſiuit in cõtractuꝫ
ſic nõ ob.hic i foro cõtentioſo.⁊ ſic deñ Inno.non facit
ad propoſitum.vnde h poſſet bene probari cõtrariũ.vt
nõ.i.l.i.§.i.de iti.actuqꝫ priua.     Sed nunquid ſicut
actoꝛ iurat cõtra reum cõdemnatum in reali ſic ecõtra
reus abſolutus iurat cõtra actoꝛem qui non deſinit mo
leſtare.puto ꝙ nõ.qꝛ reo nõ competit actio.ergo nõ eſt
arbitraria ex parte rei.⁊ ideo nõ iuratur.ſed mulctatur
actoꝛ.vt nõ.C.de inge.manu.diffamari.     Obligato
rium iuramẽtum eſt triplex.quodam obligatoꝛiũ ⁊ deci
ſoꝛium ⁊ hoc triplex vt dictum ẽ. Quodam cauſa alio
obligatoꝛium.qꝛ accidit cõtractui ⁊ facit ꝯtractum eẽ obli
gatorium vbi nõ eſſet alias. ⁊ iſtud proprie dici poteſt
ꝯfirmatoꝛium iuramẽtum.vt in autꝭ.ſacramẽta puberũ
Quodam qđ per ſe ſolum obligat vt iuramẽtum p̃ſta
tionis oparum.vt.l.iuř iuran.de op.lib.⁊ eſt ſpãle i ope
ris de iure ciuili loquendo. Sed quid de iure canonico
videtur ꝙ obliget ⁊ actionem pariat num̃. xxx.ſi quis
viroꝝ ſe cõſtrinxerit iuramento nõ facit irritum v̂bum
ſuũ.⁊ poſtea ibi ſemel v̂bum de oꝛe eius egrediẽs aĩam
ſuam obligauit iuramẽto ⁊c̃.pro h.xxij.q.iij.iuramenti
Preterea qua rõne.attento iure canonico magis obli
gat in opibus.q̃ꝙ i alijs rebus promiſſis. Jus canonicũ
truſabat de iſta diſtinctione. Preterea cum iſtud iura
mentuꝫ habeat in ſe cõſenſum oꝛdinatum ad obligãdũ
ergo obligat ſalteꝫ nãliter propter equitateꝫ que reſul
tat ex ip̃a cõuentiõe vt.j.de ſollutꝭ.ſtichum.§.naturaliſ
in ratione littere ibi cõuentionis equitate ⁊.j.eo.l.fi.ibi
hac pactõe ⁊.l.i.s̃.de pac.⁊ extra de pac.c.i. Preterea
nõ eſt maioꝛiſ efficacie ſola ſponſio.q̃ꝙ ſponſio iurata.ſꝫ
ſola ſpõſio habẽs formaꝫ obligãdi inducit vinculum na
turale.ergo ⁊ iuramẽtum in formã obligandi tranſiẽs
ꝙ ẽ idem ꝙ ſponſio iurata. Preterea nõ eſt minus po
tens in effectu ad quem oꝛdinatur illud quod oꝛdinatť i
ip̃m effectuꝫ principalř ⁊ directo q̃ꝙ illud quod tangit i
directe vt nõ.s̃.de vſufr.l.fundi.§.i.⁊.l.nõ vx̃.qui ex ca.
maio.cũ ſy.ſed iuramẽtum aſſeſſoꝛiuꝫ vt declaratoꝛiuꝫ
parit naturaleꝫ in quã directe oꝛdiatur.ergo multo ma
gis promiſſoꝛiuꝫ iuramẽtuꝫ quod de directo ad obligã
dum tendit. In ꝯtrium probatur ſic iuramẽtum nõ eſt ꝯ
ctus nec quaſi delictum vel quaſi.ergo nõ obligat vllo
modo primũ.qꝛ ſi cõtractus eſt.aut noiatuſ aut innomi
natus.neuter ẽ ergo nullť. Cõcluſio pꝫ p nõ.s̃.ſi cer.pe.
ſi a furioſo.⁊.s̃.ſi parſ hř.pe.l.i.i prin. Preterea aduer
tatis iuramentũ nõ eſt idem ꝙ cõſẽſus obligatoꝛiꝰ.ſed
eſt inuocatio diuini numinis deſeruiẽs cõſenſui. vnde
rõ ꝙ in animo ẽ vltra ẽ eſt nõ nõ. Si v̂o profertur iura
tio eſt.vt.xxij.q.i.c.nõ eſt p̃ceptum dei.⁊ diſtinguitur iu
ramentuꝫ a cõſenſu ſicut aſſeſſoꝛiuꝫ a principali ſi ita ẽ
quia ẽ ſubtiliter intuenti.non oꝛitur oblĩo ex iuramento
quia ex eo quod extra cõſenſum eſt nõ oꝛitur de actõ.⁊
obli.l.obligationuꝫ ſubſtãtia. Et ſi quis dixerit iuramẽ
tum obligare dicet ex cõtractu iurato. duas oꝛiri oblĩo
nes.vnam ex cõtractu iurato aliam ex iuramento .⁊ ex
vno cõſenſu erũt plures obligationes numero cauſarũ
eiuſdem foꝛme quod eſt rediculoſum.⁊ quod ex eo qđ ẽ
abſtractum a cõſenſu oꝛiatur oblĩo.ergo ex pignoꝛe ⁊ ce
teris actibus acceſſoꝛijs oꝛiretur vna perſonalis prime
foꝛme cõfoꝛmis quod ẽ falſum. Preterea cõſiderãduꝫ
eſt ꝙ ſi promitto tibi.x.ſub iuramento.nõ eſt iurata pro
miſſio.ſed preſtatio.qꝛ nõ iuratur ſub v̂bo obligatiuo.ſꝫ
ſuper executio nõ eniꝫ ſi iuro.iuro ꝙ promitto. ſed iuro
ꝙ dabo.primuꝫ enim iuramẽtum nõ eſſet obligatoꝛiuꝫ
nec alicuius effectus.vt nõ.inſti.de littera.obli. Confeſ
ſio fit p verba p̃ntis tẽpoꝛis.ſimile.⁊ pro confeſſio non
tamen oblĩo.vt.s̃.de pac.l.tale pactũ in prin.niſi lex ali
ter interpretetur v̂ba vt.j.de euic.l.ſi ita quis. Conſtat
auteꝫ ꝙ obligatio hꝫ oꝛiri ex promiſſione.ſed iuramen
tũ nõ eſt ꝓmiſſio.ergo obligatio nõ oꝛitur ex iuramẽto
Preterea eſto ꝙ oꝛitur obligatio naturalis tñ nõ põt
oꝛiri actio. Si enim dicatur actioneꝫ oꝛiri ex eo iuramẽ
to.quero quõ vocatur iſta actio neſcio niſi dicatur ꝙ vo
cetur v̂t verbum ſonat.ſ.actio iuramenti.ſed huiuſ nois
foꝛmulam nõ habemus.ergo nec actionem ip̃am.cum
actio ſit vulgaris foꝛmula.l.ſi ſeruus nauẽ de fur. Pre
terea lex dicit ꝙ iuramento nõ accidit fideiuſſoꝛ. ergo
ex eo nõ oꝛitur oblĩo vel actio.qꝛ ei accederet nec etiaꝫ
officium iudicis fideiuſſoꝛ accedit vt.l.quero locatꭵ.vnđ
videtur hec queſtio ſopita eſſe p caſũ legis.j.ḋ fideiuſ
.l.ſi qs pro eo in prin.j.de fideiuſ. Facit quod nõ. Inno.
extra de iudic.nouit. So.dico ꝙ ex iuramento nõ oꝛiť.
obligatio p ſe.ſed ex ꝯſenſu iurato bene oꝛitur naturaľ
obligatõ cum diſtinctione. Nam aut ille ꝯſenſus ẽ effi
cax ad naturalem producendam.ut qꝛ inter preſentes.
⁊ tũc oꝛiť nãlis aut ille conſenſus nõ eſt ḋ ſe obligato
rius ut quia inter abſentes nõ directo nũcio uel ep̃la.⁊
tunc nõ oꝛitur naturalis obligatio ſi eſt ad obliganduꝫ
ut nõ.j.de actꭵ.⁊ ob.l.cõſenſu.C.de ſa.ſan.eccle. l.illud
j.de cõtrahen.emp.l.i. Secus v̂o in iuramento ad libe
randum quod pariat inter ſic abſentes doli exceptionẽ
ut.l.nõ ſolum.§.liberationis v̂ba de libe.lega. quod nõ
credo v̂um.quia nũquã obligatio oꝛiť inter nõ cõſentiẽ
tes.niſi in quaſi ꝯtctibus.qui ꝯbuntur re ex p̃ſumpto ꝯ
ſenſu.⁊ glo.poſſet dicere v̂um in.§. ſi liberationis v̂ba
in cõfeſſione liberatoꝛia nõ in pacto i autꭵ.de teſti .§.cuꝫ
licet facit ꝙ no.C.de pac.l.i.ubi no.ꝙ pactum liberato
rium nitiť uoluntate duoꝛum ⁊ hoc de iure ciuili.ſꝫ iure
canonico licet nõ oꝛiať obligatio.tamen oꝛiť extraoꝛdi
narium remedium officium.ſ.ep̃i.ſeu iudicis quo reme
dio ille qui iurauit cogiť reo credere iuramentuꝫ ut no.
.i.q.vij.quotiens coꝛdis oculus.⁊ in.c.ult.de fo.compe.
li.vi.     Sed nunquid moꝛtuo iurante.hřſ eiuſ poteſt
cogi ad obſuantiam iuramenti.iſta queſtio utꝝ iuramẽ
tum tranſeat ad hřdem.⁊ uideť tranſire.ut.j.e.⁊ de le.
ij.cum př.§.filius mřem.⁊ in aũt.de iuř iuř.amoꝛi. p̃ſti.
Preterea aũt.ſacramenta.dicit ꝙ iuramentũ ualidat
ꝯtctum pone ergo ꝙ minoꝛ qui iurauit deceſſit.ſi iuram̃
tum nõ tranſit ad hřdem.ergo hřs ſolutus a lege iura
menti libere poterit venire ꝯ ꝯtcꭵ.quod eſt abſurdũ.C.
de re.mili.l.que a pře. Preterea ſi libertus iurat p̃ſta
re opas.iſtud iuramentum tranſit ad hřdem liberti.l.
qui libertinus.§.poſtumus.de op.lib.     In cõtrariuꝫ
videť quia omne iuramentum eſt ꝑſonale ex p̃te iurã

tis.quilibet enim iurat in animaʒ ſuaʒ. nõ in animam
heredis ſui.ergo nõ tranſit ad hr̃dem.tãquã pſone ꝑ
ciſe coherens.C.eo.l.generaliter ⁊ nõ.per guil'.j.d cõ
ſtitu.pe.l.qui iniuriaruʒ ⁊ in ſpe. de iuramento cal. §.
ſequitur.v̂.ſed nũquid heres.⁊ hoc expreſſe nõ.Inno.
extra.e.c.v̂itatis.vbi dicit ꝙ iuramentũ.ex parte iuran
tis eſt in pſonam eius ex pte eius cui moratur eſt i rẽ.
So.aut queritur vtrum trãſeat ad heredem iurantis
iuramẽtum.aut vtruʒ tranſeat effectus eius. primo ca
ſu nõ tranſit.q2 perſonaliter conceptum eſt per verba
prime pſone ⁊ ideo tertiaʒ pſonam ſucceſſoris nõ com
prehendit ex̃ eo.ego.a.cum ſy. Nota enim ꝙ dicit ego
⁊ ſic in prima perſona. Secũdo caſu aut iuramentum
nõ fuerat ſortitum ſuuʒ effectum.q2 adhuc pendebat ⁊
nõ obligat hr̃dem.l.fi.ff.co.predio.l.ſi ꝑ epl'as.ff. d ac.
heredi.aut fuerat ⁊ refert. Nam aut querit' de effectu
tranſgreſſionis.aut de effectu cohactionis ad obſeruã
tiaʒ iuramenti.aut de effectu cõfirmationis actus iura
mẽto vallati.Si queritur de effectu tranſgreſſionis.i.
an heres trãſgrediẽdo icurrat piurium ⁊ dico ꝙ nõ.qa
a quo remouetur iuramẽtum remouetur piurium . ſed
ab herede remouetur iuramẽtum.i.heres non iurauit
ergo nõ periurus.Si v̂o queritur de effectu cohactõis
refert.aut ſola cauſa cogendi iurãteʒ erat piculũ trãſ
greſſionis.ne tranſgrediẽs deieraret ⁊ tunc heres co
gi nõ poteſt.vnde ſi quis iurat dare abſenti. x.noie ꝑ
illo recipiente nulla eſſet petitio iure ordinario.ſed ex̃
ordineʒ cogitur ne tranſgreſſio cũ periuruʒ faciat certe
eius heres cogi nõ poterit.q2 ceſſat cauſa finalis ipius
cohactionis per mortem q̃ omnia ſoluit ꝑ mortẽ vt in
autẽ.de nuptẽ.§.deinceps. Aut cauſa cogẽdi erat actus
alias obligatorius.⁊ ſic efficatia obligationiſ nõ pſona
iportabat penalem cãm cõpulſionis.⁊ tũc effectus iura
menti ⁊ robur eius tranſit cõtra hr̃dem vt patet i pro
ximo mẽbro.Si v̂o queritur d effectu cõfirmatõnis.di
co.ꝙ cum iſte effectus ſit in rem ſcriptus.⁊ cum ſit ſor
titus effectus ꝯfirmationis de p̃terito ꝙ tranſit i here
dem iurantis.vt in autẽ.ſacramẽta puberuʒ. Sʒ nũ
quid heres ⁊ dſectus ratione iuramẽti erũt eiuſdeʒ fo
ri ⁊ ſicut ille qui iurauit eſt ſub foro eccleſiaſtico ratõne
iuramenti erunt eiuſdem fori.vt in.c.vltimo de foro cõ
peten.libro.vi.⁊ ibi plene nõ.ꝑ Johan.and.in nouella
vbi videas ſi ſit heres eius.⁊ videt' ꝙ ſic.q2 heres ſeq
tur foruʒ defuncti.vt.s̃.de iudic.l.heres abſens . Item
iuramentum eſt quid ſpũale ⁊ ideo pertinet ad deciſio
nem eccleſie. Nam eo ipſo ꝙ quis iurat videtur ſe ſub
mittere eccleſiaſtice iuriſdictõni vt in.c.ij.de pac.lib.vi.
Et ex pſona heredis lex ⁊ natura cõuentõnis nõ muta
tur.l.ij.de v̂bo.obliga.⁊ d pigno.actẽ.l.ſi neceſſarias.§.ſi
vnus.⁊.§.de vendẽdo ⁊.l.ſolutẽ.§. ſi creditori.eo.ti.qa
eo que petaʒ legem atqʒ naturam ab inicio ꝯhunt cau
ſa curſum tpis ⁊ ex poſt facto nõ dimittunt ⁊ iuramen
tum videtur ad heredeʒ tranſire ſicut cetera que facti
ſunt de v̂bo.ob.cum filius.§.in hac.⁊.j.qui.mo.pig.v̂el
ypo.ſol.l.ſicut.§.ſi debitori. In ꝯtrium videtur ꝙ he
res nõ ſequitur forum pſonale teſtatoris.vnde ſi teſta
tor erat clericus heres ẽ laycus. debet heres cõueniri
coram iudice ſeculari iſpecta pſona ſua nõ coraʒ iudice
eccleſiaſtico iſpecta perſona teſtatoris.forum v̂o reale
.i.ꝙ defunctus cõtrahit ratione rei ſeu domicilij bene
trãſit in heredem vt reſpondeat in codeʒ foro.nã alia
eſt exceptio fori.alia nõ ſui iudicis vt nõ.in autẽ. qua in
prouincia ea eniʒ que perſonalia ſunt nõ tranſmittunt'
quia cum pſona al'.de ritu nup.finiuntur d ritu nup.§.

ſed puelle.de regu.iur.i omnibus cuʒ ſy. Nõ ob.ꝙ ille
qui iurat videtur ſe ſubmittere eccleſiaſtico . q2 nego.
Nam eccleſia hoc ius habet ſuo iure niſi ex tacito pa
cto.q2 ſi ex pacto poſſet pars penitere.s̃.de iur.o.iudi.
ſi cõuenerit quod falſum eſt quid dicemus. So. aut iu
ramentuʒ ⁊ eius effectus ẽ finitus cum pſona iurantis
⁊.tũc abſqʒ dubio heres nõ tenetur nec ad foruʒ ſequẽ
dum.nec ad rem preſtandã.aut effectus iuramẽti nõ ẽ
functus quãtum ad efficaciaʒ promiſſionis ⁊ tũc ſi volu
mus tenere ꝙ her̃s ſequetur idem foꝝ habemus.s̃.de
eden.quedã.§.nihil intereſt. Si volumus tenere ꝯtriuʒ
poſſumus hoc dicere.q2 ſublata ẽ hic cã fori eccleſiaſti
ci ſortiendi. Nam i heredem nõ tranſit ſed eiuſ effect9
⁊ finita cã fori finitur ⁊ forum. Nec obſtat ꝙ.iuramen
tum eſt quid ſpũale.nam dico ꝙ lʒ iuramentũ ſit quid
ſpũale.tamen effectus eius nõ ẽ quid ſpũale. ſed depẽ
dens a cã ſpũali. Nam preſtatio fienda que ẽ illatio ef
fectuſqʒ iuramẽti nõ eſt quid ſpũale.dices tu. Ideʒ eſt
de annexo ſpũali.ꝙ ſi eſſet ſpirituale.vt in. c.diſpen.d
iudic.in cle. Reo ꝙ mortuo iurãte nec ſpiritual' eſt iſta
p̃ſtatio iurata.nec annexa ſpũali. nam cum iuramẽtuʒ
finituʒ ſit morte ergo ab eo nõ dependet iſta p̃ſtatio.lʒ
in vita iurantis dependeat. Item nõ ob.l.quedaʒ
.§.nihil.q2 ibi defunct9 tenebat' rõe ſiue ꝓfeſſionis que
obligat etiaʒ hr̃dem.lʒ nõ tranſeat i heredẽ ſicut ſocie
tas obligat hr̃dem tamen nõ tranſit in hr̃dem.⁊ idem
in mãdato.j.mandati.l.inter cauſas.ſed iuramẽtuʒ nec
tranſit nec obligat hr̃dem.⁊ ideo vi iuramẽti hr̃s non
ſequitur.idem forum.nam cuʒ iſtud foruʒ ſit irregulare
ſolum ratione acceſſorij.i.iuramẽti.quod accedit ꝓmiſ
ſioni.ergo ceſſante cauſa ceſſat foruʒ.j.d condi.fur. ſiue
manifeſtus.§.tandiu.j.de ſuſpec.tuto. poſt finitam de
claro quõ forum ẽ irregulare.q2 iure actionis non adi
tur ep̃s.nec aditur extra ordinem vt cogat ad obſeruã
tiam iuramẽti.⁊ eſt hoc cõtra iuris regulas. ꝙ acceſſo
rium.i.iuramentum deducit' in iudicium ſine principali
regulariter ꝯ.vt.j.de excep.rei iudi.ſi i iudicio. ⁊ eſt rõ
ſpecialitatis hic.q2 principale.⁊ acceſſorium nõ ſũt hic
eiuſdem fori.⁊ eſt ſimile.s̃.de ordi.cog.tuam. Secus ſi
eſſent eiuſdem fori.vt.C.d iudi.quotẽ.ad id nõ.qd̃ dicis
ꝙ ea que facti ſunt trãſeunt ad hr̃dem. Reo quod veꝝ
eſt ſed nõ ſemp.vnde diſtingue. Aut factum eſt inſepa
bile a pſona.⁊ nõ tranſit ad hr̃dem.quia nõ eſt trãmiſ
ſibile ſicut ẽ factum alicuius volũtatis de rei ven.idem
pompo.j.loca.l.iiij.de reſcriptẽ.ſuſcep.li.vi.⁊ idem i om
ni facto.quod pſone coheret ſicut eſt vbicũqʒ parſ facti
in pſona ꝯſiſtit.quia ſi eſt pars ſubſtãtialis.ergo pſona
extincta factum ipoſſibile eſt pfici.C.de cadu.tol.§.ne
autcʒ. Aut loquitur de facto ſepabili.⁊ tũc refert. Aut
loquimur vtrum tranſeat ad hr̃dem meri miniſterij.⁊
dico ꝙ nõ.de cur.fur.l.cuius bonis de tutel'.l.pe.de v̂.
obli.l.ſi quis arbitrata. Nam id quod ẽ ad eo merum
factum quod eſt ab omni iure abſtractuʒ nõ trãſmittit'
vt.l.i.§.ſceuola ſi quis teſta.li.eſſe.iuſ.fue.⁊ nõ.ſol. ma.
lutius. Aut loquimur vtrum trãſeat ad hr̃dem ꝯtrahẽ
tium.⁊ hic refert.aut iſtud factum nõ cõſiſtit in cõdictõ
ne.aut in diſpoſitione.aut in cõmiſſione.aut in ꝓhibitõ
ne. Primo caſu aut ꝯdictio ẽ cauſalis ⁊ tranſit ad he
redem.C.vt actẽ.ab herede.⁊ ꝯ hoc in ꝯtctibus i vltimiſ
voluntatibus ſecus.de ꝯdi.⁊ demon.l.a teſtatore. Aut
poteſtatiua tũc aut eſt in poteſtate debitoris.⁊ dic vt.l.
ita ſtipulatus el grãde.de v̂.ob. Aut creditoris ⁊ tunc
aut iam aliqd peruenit ad illum qui debebat obligari
ex implemẽto condictionis.⁊ tranſit ad hr̃dem vt nõ.i

.l.ij.C.de pac.inter emp.Aut nihil ꝑuenit ⁊ tūc nō trā
ſit vt nō.guil.de pig.act.l.ſi neceſſarias.§.de vendēdo
⁊ cy.C.de ꝯdic.inſer.l.ſi plures.Secūdo caſu principa
li quādo factum ē in diſpoſitione tūc aut ex ꝯctu tran
ſitorio.ad heredem teneat ⁊ tranſit.aut ex nō trāſitorio
⁊ nō trāſit.de precario.l.queſitum.§.fi.⁊.l.cuꝫ precario
Tertio cāu qn̄ factum i cōmiſſione ꝯſiſtit refert.aut co
miſſariuſ eſt merus miniſter.⁊ nō tranſmittit.aut habꝫ
ius ⁊ comodū ⁊ trāſmittit d̄ no.ope.nū.l.i.in fi.⁊ nō.ꝑ
Ja.de are.de lega.i.ſi ſic.§.fi.vbi oīno videas.Quarto
caſu dic ꝙ v̄ba prohibitiua directa ꝑ viam percepti cuꝫ
perſona nō egrediuntur ꝑſonam.vt nō.in aut.de reſti.
fideicō.§.manifeſtus.Si v̄o ſunt directa ꝑ viam cōtra
ctus.dic aut in ꝯtractu trāſitorio.⁊ tranſit.aut in nō trā
ſitorio.⁊ nō tranſit vt.l.iuriſgen.§.pactoꝝ de pac.cum
ſua mā.    Enūciatorium vero iuramētum ē illud quod
nō cadit in formā cōtrahēdi.ſed quādam policitationē
cōtingit.Quod iuramētum aut eſt enūciatiuum future
ꝑ̄ſtationis.vt ſi iuro me tali eccleſie pro tali ope eccl'ie
decem dotare ⁊ teneor ad obſeruantiaꝫ iuramenti licꝫ
ibi nemo pro eccleſia recepit.⁊ ſic nō tranſiuerit in cō
tracium.qꝛ tranſiuit in uotum.l.i.de polici.ymo dato ꝙ
nec in ꝯtum nec in votum tranſeat vt qꝛ iuro dare.x.
titio cogor ad obſernātiam iuramenti deo reddere qd
iuraui ex illa regula.qꝛ ſeruari poterit ſine interitu ſa
lutis eterne.ergo ſeruari debet.Aut eſt enūciatiuꝫ in
certe ꝑ̄ſtationis.i.facti incerti vt quia iuro ꝙ nō ero i
gratus.i.ꝙ bn̄ recordabor de ſeruitijs impenſis.vel ſi
milia verba protuli tunc nō cogor ad aliquaꝫ determia
tam ꝑ̄ſtationem.vt.C.mādati.l.ſalarium de vſufruc.l.
generali i prin.Si autem iuramētum nō eſt enūciatiuū
future ꝑ̄ſtationis.alterius rei vt ſi iuro ꝯtinere virgini
tateꝫ.vel aliquid ſimile.⁊ tunc refert.Aut tale iuramē
tum cōtinet votuꝫ regulare aut irregulare aut neutrū
ſed ē iuramētuꝫ penitus indirectū. Primo caſu ꝑ̄ciſe
cogor ad obſeruantiā iuramenti.vnde ſi iuraui ingredi
religionem minorū preciſe cogēdus ſum ingredi. Iteꝫ
ſi iuraui cōſeruare regulam fratrū minorum qꝛ oblige
ui me ad regulaꝫ in genere ꝑ̄ciſe cogor obſeruare regu
lam.Item in ſimili ſi iuraui aliquam i ſponſaꝫ accipere
licet illa tūc abſens ſit preciſe cogor ad obſeruātiam.iu
ramēti.Sil'r ſi iuro aliquaꝫ tenere.⁊ tractare i vxorem
ꝑ̄ciſe ad id cogor propter iuramētum.etiā ſi illa abſens
erat que tādem cōſenſit.Si v̄o iuramētum ē irregulare
.i.qꝛ nō cadit ſub forma alicuius regule.vt ſi quis iurat
nō comedere carnes hinc ad annū. vel aliquid ſimile
ꝙ nulla regula cōtinetur tūc iuramētum nō inducit ꝑ̄ci
ſam coactionem.vnde nō poſſet ep̄us hūc detinere ⁊ ei
carnes: vel vinuꝫ ſubtrahere ad tp̄us iuramento cōpre
henſuꝫ.qꝛ hoc iuramētum nō eſt tale qd ex eo poſſit al
teri ius queri.cum hic nulla ſit alia ꝑſona ꝑ̄ter iurantē
cuius interſit.ergo nō eſt cogendus de condi.ob cau.l.
de die.§.ſed ip̄e celſus in glo.⁊ de ꝯdi.⁊ demon.l.titio
centuꝫ in prin.dato ꝙ trāſgredienti iponatur pena de
tranſgreſſione.Si v̄o ē iuramētum indiſcretuꝫ ⁊ teme
rariū.vt ſi quis iuret nō loqui vnꝗ̄.vel nūꝗ̄ comedere
vel aliquid ſimile. Iſtud iuramētuꝫ nec trahit' ad nece
ſſitatem obſeruatōis vt primū nec ad penaꝫ trāſgreſſio
nis.vt ſm iuramētuꝫ de quo dixi.Iſta probant' qꝛ actꝰ
ex quo alteri ius nō queritur non trahitur ad neceſſita
tem coactionis.lꝫ qn̄qꝫ deum vltoreꝫ habeat.vt. C.e.l.
ij.⁊.j.de ſerui.expor.l.ij.⁊.j.de ꝯdi.ob cau.ſi pecuniam
ij.Ro.Nota tn̄ ꝙ dr̄ia eſt vtruꝫ.quis iuret aliquaꝫ tra
ctare i vxoreꝫ.illa cōſentiente.qꝛ tunc ꝑfectum ē matri
moniuꝫ.qꝛ ꝯſenſus ꝑtinens ad ſubſtātiam matrimonij
ē v̄bis expreſſus.hoc enim ē iuramētum cōiugij p̄ntis.
An aliquis iuret aliquaꝫ accipere i vxorem.qꝛ hoc ē iu
ramētum cōiugij futuri.vnde matrimoniale fedus no
ctis.qꝛ nūdaꝫ ꝯcta ſunt ſicut nō.dicit magiſter ſentētia
rum di.xxviij.c.i.in quarto ſniarum vbi ſic ait. Hic q̄ri
dꝫ vtruꝫ ꝯſenſus de futuro adito etiam iuramēto cōiu
giuꝫ efficiat.vt ſi quis promittat vel etiā iuret alicui ſe
vſqꝫ ad tp̄s placitum illaꝫ ducturū.⁊ illa promittat vel
iuret ſe illi nupturam.nūquid talis ſponſio eos ꝯiuges
fecit ſi iurato propoſito altero vel vtroqꝫ ad alienaꝫ co
pulaꝫ tranſit.nūquid ad priorem ſponſionē.iuramento
ſubmiſſaꝫ ſecūde federationis pactum ſcindit'. Cōſide
ra qꝛ longe aliud ē ꝓmittere aliud facere. qui ꝓmittit
nūdum facit.qꝛ ergo promiſit ſe i vxorem ducturuꝫ ali
quam nūdum eaꝫ duxit uxorem.⁊ que ſpondidit ſe nu
pturaꝫ ſi nūdum ſe nupſit.qūo ergo cōiuges appellari
poſſūt.qui nūdum cōtrahunt.ſed in futuruꝫ ſe ꝯcturos
iurando promittunt.    Item ſi ex ui iuramēti ad futu
rum ꝑtinentis mos efficiunt' cōiuges tunc hanc reꝫ effi
ciunt quā iurauit ſe facturos. Ideo dico ꝙ ꝯiugium.n̄
tunc fit ſed futuꝝ ꝓmittitur lite ille. ⁊ de his vt legit'
⁊ nō.extra de ſpon.ex ꝑte. Patet ex ꝑ̄dictis v̄bis de
futuro nō trahere ſecum executionem de p̄nti. Unde
ſic ē in iuramento ſicut i ſimplici ꝓmiſſione ꝙ v̄ba ꝓ
lata nō operant' niſi ſm tp̄s v̄bi ut.l.certi cōdictio i pri.
ſi cer.pe.cum ſy.    Uidimus de iuramento formis ac
ſpēbus.nūc de ꝑſonis iurantiū.Que ſint ꝑſone que ha
beant iurare.dicam de aliquibus. Iurat itaqꝫ iperator
ut in.c.i.de iureiuran.in cle.Iteꝫ rex de iuriur.itellecto
Item iudex in aut.iuſiurā.ꝙ preſtatur ab his. Item
uaſallus qui preſtat iuramētum fidelitatis.ut nō.ſ̄. de
uſufruc.ſi cuius.§.i.Item miles ut nō.l.ij.§.miles de i
fami.Item nō.ſ̄.de edendo quedaꝫ.§.nūmularios.Itē
cōparatio litteraꝝ.C.de fide inſtru.l.cōparatōes. Iteꝫ
extimator.C.d̄ ſecūdis nup.l.hac edictali. Item obſte
trix.vt extra.        licet ergo dicat ꝯrium i.l.i.d̄ vē.
iſpi.Item nūcius publicus qui dꝫ eſſe iuratus vt nō.in
ſpe.de cita.§.ſequitur.v̄.ſed nūquid credetur. Item te
ſtis.l.iuriſiurādi.C.de teſti.niſi pars ꝯ quaꝫ deponit re
mitteret iuramētum de teſti.tuus nō.in.l.i.ſ̄. de ferijs.
Item aduocatus.l.rem non nouā.§.patroni.Itē ꝓcur.
tutor.curator.ſindicus.yconomus.⁊ ſimileſ.Itē ꝑ̄ncipa
lis perſona.⁊ iſta non proſequor vlterius.qꝛ per ſe nō.

Nūc venio ad tertiam principaleꝫ q̄ōem de tertia
igitur principali queſtione.qua q̄rit' quo iure iuramētū
ſit inductuꝫ.vtꝝ diuino.an humano.an moribus. videt'
primo ꝙ iure diuino ſicut patet numeri.xxx.c.de vtro
nomi.vi.c.ex̄ in.c.ad hebr̄.vi.c.apoc.x.⁊ in pſalmo me
mento dn̄e dauid.⁊ ex̄.e.⁊ ſi xp̄us.    Item videt' ꝙ iu
re canonico ſicut patet ex̄.eo.ego.n.i.q.vij.quotiēs.xx.
q.v̄.de forma cum ſy.    Item videt' ꝙ iure ciuili ſicut
patet ex̄.eo.ego.enim.    Item videt' ꝙ moribus vt
.l.i.ſ̄.e.ibi i vſum venit ⁊c.⁊ ex̄ eo.c.i.in clemē. ibi mos
obſeruationis antique ⁊c.cum ſy. So. iuramētum pōt
cōſiderari ſex modis.primo modo quo ad originem in
uentionis.Secūdo modo quo ad formam ꝑ̄ſtationis.
Tertio quātum ad efficaciam acquiſitōis.Quarto quā
tum ad poteſtatem remiſſionis.Quinto quātum ad cu
mulationem vel declarationeꝫ nullitatis ip̄ius iuratio
nis.Sexto quātum ad ꝑmutationeꝫ trāſgreſſionis ſi ꝯ
ſiderat'. Primo modo.ſ.quo ad originem inuentōis
tunc aut loquimur d̄ iuramento i genere generaliſſimo
qui.ſ.primo hūc actum itroduxit ⁊ puto ꝙ ius gentiu

pzimū fuit ius ſup hoc productuʒ.naʒ apud omnes gē
tes pteſqʒ cuſtoditur iuriſiurādi religio.naʒ ⁊ ipā reli
gio iurgentiuʒ eſt vt.l.veluti de iuſti.⁊ iur.Aut loqmur
de iuramēto i ſingulis generū.⁊ tunc reſpice formas iu
ramentoꝝ.Nam aliquas formas introduxit ius cano
nicum.aliquas ius ciuile.Aliquas mores.⁊ ſtatuta lo
coꝝ.⁊ hoc ſatis de ſe pʒ omne tamē licitum iuramen
tum de iure diuino cōfertur.⁊ ideo omne iuramētuʒ li
citum pōt dici de iure diuino.ſ.cōfirmatōne.⁊ approba
tione.⁊ qꝛ ius diuinuʒ mandat ipm ſeruari.⁊ ita ſacre
ſcripture auctoritates intelligi poſſunt quas allegaui.
ſ.ſi cōſideretur.Secūdo modo quo ad formaʒ pſtatō
nis patet ex iam dictis ꝙ alique forme ſūt ab vno iure
alique ab alio ⁊ ideo nō repeto . Si ↄſideretur tertio
modo q̄tum ad efficaciaʒ acquiſitionis dico ꝙ eo iure
ē effectus.vnde ⁊ cauſa vnde a quo iure deſcendit ipm
iuramētum ab eodem iure deſcendit acquiſitio . ⁊ effi
cacia eius cā enim ordinatur in effectuʒ vt in: ſuuʒ finē
ergo ius.quod cogitauit de cā cogitauit ⁊ ꝺ effectu eiꝰ
ar.j.de cōdi.inde.l.indebitaʒ.nam quecūqʒ de quatuoꝛ
cauſis ſit.i.formaliſ finalis efficiens.l'naturalis q̄ ſunt
cauſe quatuoꝛ principalds vt.ſ.de iuſti.⁊ iur.in Rica di
citur coherens ⁊ inſeparabilis ab effectu. ⁊ idem vbicū
qʒ cauſa nō eſt momētanea.ſed ſucceſſoꝛia qꝛ talis cau
ſa requirit̄ nō ſolum ad iniciuʒ ipius eſſe.ſed ad conſer
uandum rem ineſſe.vnde ſemp effectus ab ea ē in fieri
nō in facto eſſe quātum ad effectus ꝺ futuro.⁊ ideo ceſ
ſante cauſa ceſſat effectus.j.de diuoꝛ.l. ꝙ ait lex ⁊ de
hoc.j.dicam.⁊.l.cum tale.§.legato falſam.j.de cōdic.⁊
demō.ſecus in quinta cauſa ē q̄ dicit̄ ipulſiua.nam iſta
cauſa nō eſt ſubſtātialis.⁊ ideo nō dependet ab ea effe
ctus.nec aliquid opatur niſi ad bene eſſe vt nō.i.l .ij. §.
fi.de dona.  Quādoqʒ ⁊ quarto modo ↄſiderat̄ iura
mentū.ſ.quātum ad ipiuſ remiſſionē ⁊ ſic q̄ritur ꝺ his.
pzimo modo iuramētum ſine cā vel indebite pſtitū poſ
ſit cōduci.Secūdo an papa vel epi poſſint ſacramenta
diſſoluere ⁊ relaxare iuramētum i certo caſu. Quarto
an mercatoꝛ vel iudex ſecularis poſſit iuramētuʒ dimit
tere.Quinto an ſtatutum vel ↄſuetudo ciuitatis poſſit
dimittere iuramētum.⁊ quo ad pzimaʒ qōnem arguit̄
⁊ videtur ꝙ ſi iuratuʒ ē indebite.vel ſine cā ꝙ habeat
locum cōdictio icerti vel ſine cā pꝛo optinēda liberatōe
⁊ relaxatione iuramēti.Sic enim video i omnibꝰ obli
gationibus que iniuſtam cauſaʒ preſtationis habent ꝙ
liberatio ↄdici poteſt vt.j.de condi.ſine cā.l.iij.ergo ita
erit in iuramēto de proceſſu.an poſſit ↄdici ſi eſt factuʒ
p errorem nō.ſ.de iudi.l.ij.§.cōuenire.In ↄtrarium vr̄
quia ſi iure actionis poſſet cōdici liberatio ergo multo
magis cōpeteret exceptō de ſupficiebus.l.i.§.quod ait
⁊ qui nō ſeruaret tale iuramētum nō eſſet piurus.quia
nō itelligitur eſſe i dolo qui iuſtam defenſionē hʒ iudi.
ſol.vir bonus.Sed decretalis dicit cōtrarium extra ꝺ
iuriur.debitores.⁊ ideo videt̄ dicēdum ꝙ ſit quedaʒ re
ſtitutio i integꝛ neceſſaria.vnde oʒ iudiceʒ addiri.⁊ eiꝰ
officium iploꝛari ad reciſſionem exemplo reſtōnis in in
tegruʒ.vt extra de iureiur.c.i.vnde ſicut in eo qui habʒ
ius petendi reſtōneʒ dicemus ꝙ ante reſtōnem ↄceſſā
nō habet actioneʒ nec exceptionem vt nō.j.e.l. naʒ po
ſtea.§.ſi minoꝛ.⁊.j.de ↄdi.ideb.l.fi.in fi.Sic ⁊ hic ante
reciſſum iuramētum auctoꝛitate iudicis vel relaxatōne
creditoꝛis nō competit actio nec exceptio . nam ex illo
canone ex̄ eo.c.nulla pꝛopꝛia actio pꝛoficiſcitur.tūc eniʒ
ipo iure excipi poſſet.ſed iudicis officiū de reſcindēdo
datur ⁊ ideo iudicem addiri oʒ.qꝛ cum eius miniſterio

⁊ nō abſqʒ eo lex ſuccurrit vt nō. in ſimili extra de no.
op.nū.l.de pupillo.§.ſi is cui.vel diſtingue ꝙ aliquādo
iuramētum pſtatur p erroꝛeʒ.aliquādo ex certa ſciētia
pzimo caſu aut ē erratum i cauſa pterita.aut in futura.
Si in cā pꝛeterita aut illa cā erat finalis.⁊ pōt condici
liberatio ↄdictione incerti.l.iij.de cōdi.ſine cā.Aut ipul
ſiua.⁊ tūc ceſſat condictio vt.l.damus de ↄdi. inde.⁊.l.i
ſinua.poſt pꝛin.eo.ti.Aut dubitatur an eſſet finaliſ vel
ipulſiua.⁊ tūc aut illa cā exiſtens vera ipoꝛtabat veruʒ
indebitum ⁊ preſumit̄ finalis.aut nō ⁊ preſumit̄ impul
ſiua ſm pe.⁊ cy.in.d.l.damus i addi.ſed in cā futura ſi
militer dico.Aut erat cā finalis.⁊ poteſt cōdici libera
tio vt.C.de nō nu.pe.Aut ipulſiua ⁊ tunc nō pōt libera
tio cōdici.ꝺ ↄdi.ob cām.l.iij.§.ſed ipe celſus.Aut dubi
tatur ⁊ tūc aut cām impleri ſolum itereſt creditoꝛiſ.⁊ p
ſumitur ipulſiua de ↄdi.⁊ demō.l.ticio centum i pꝛin.⁊
j.de pigno.actꝫ.l.quāuis.Aut intereſt debitoꝛis vel ter
tij ad queʒ debitoꝛ habet affectōem ⁊ pſumitur finalis
de iure dotꝫ.ſi ego.⁊ nō.p guil'.ꝺ ↄdi.ob cām.ſi pecuniā
in pꝛin.⁊ p cy.C.de epi.⁊ cle.generaliter ⁊ plenius per
cynum poſt guilielmum.in.l.ſi pecuniaʒ de ↄdictio.ob
cām i addi.ibi omnino vide.p cy.⁊ per cy.C.ꝺ nup.l.ſan
cimus ⁊ per Ja.bu.in.l.patre furioſo.  Sequoꝛ igit̄
regulam ſimpliciuʒ obl'onum.⁊ hoc qn̄ eſt erratum.qꝛ
qn̄ eſt erratum iuramētum nō venit ex animo. ideo nō
artat ſic pꝛeciſe ar.j.de cōdi.indebi.l.fi. §. idem queſijt
⁊.ſ.de iudi.l.ij.  Si aūt ex certa ſciētia aliquis ꝓmit
ſit indebituʒ vel ſine cā refert aut creditoꝛ recipiēdo iu
ſte recipere pōt ⁊ abſqʒ peccato ⁊ tūc iuramētum ē pci
ſe ſeruādum de reg.iur.l.cuius p erroꝛeʒ de opis lib.l.
campanus.Nō ob.ꝺ excep.doli.l.ij.§. circa cām qꝛ ibi
nō fuit iuratum.ſed hic ⁊ in.l.campanus ſic tn̄ qꝛ.§. cir
ca dʒ intelligi qn̄ fuit erratum. Secus ſi ex certa ſcien
tia.ſ.ſi quis cau.ſed ⁊ ſi quis.§.fi.⁊ nō.j.de cōſtitu.pec.
.l.ꝙ ſi maritus.§.i.Aut creditoꝛ nō poteſt exigere abſ
qʒ peccato vt i vſuris.⁊ tūc ꝓcedit .c.i.⁊.c. debitores ex̄
eo.  Juxta hoc queritur icidenter quedā qōnes. Et
pzimo queritur an ille qui pꝛomittit vſuras poſſit iurā
do nō petere relaxationeʒ ſibi pīudicare quin poſſit pe
tere eam.Secūdo quid ſi iurat ↄtractum eſſe ꝺ pura ⁊
vera ſoꝛte ⁊ ipm obſeruare.an poſſit petere relaxatio
nē ſacramēti ſuppoſito ꝙ re vā ↄtractus ſit feneratitiꝰ
Tertio quod ſi reus actoꝛi i fraudeʒ canonis detulit ſa
cramētum in ipo ↄctu vel poſtea ⁊ creditoꝛ iurauit con
tractū veꝝ eſſe ꝺ vā ſoꝛte.⁊ ſibi deberi an poſſit allega
ri ꝙ cōtractus ſit feneratitius.  Quarto quid ſi is q
accipiebat pecuniā ſub vſuris.ꝓmiſit ppetuo nō moueꝛ̄
qōem nec dicere agēdo vel exequēdo ꝙ contractus ſit
vſurarius ⁊ ita iurauit an poterit petē relationē. Qui
to quid ſi debitoꝛ p pactum remiſit creditoꝛi officium
iudicis ⁊ omne remediuʒ iuris ſi qꝺ ſibi cōpeteret ꝓ re
laxatōe ſacramti.an poſtea poterit petē relaxatōeʒ eiꝰ.

Sexto quid ſi ille qui ꝓmiſit vſuras ſub noie ſoꝛtis
fecit ꝓcuratoꝛem ad ↄfitendū debitum ⁊ ꝓcur̄ ↄfeſſus
ē in iudicio .⁊ ideo emanauit pceptum de ſoluendo.an
nihilominus pōt peti relaxatō iuramēti.  Septimo
qd ſi creditoꝛ fingit ſe hr̄e liteʒ cuʒ debitoꝛe.⁊ ideo ex
toꝛquet ab eo noie tranſactionis aliquā ꝓmiſſionem in
fraudē vſurarū.an erit ſtādum huic trāſactōi ēt iurate.
Octauo an ille q iurauit ſoluē.⁊ ſoluit.iō ſn̄iā.poſſit ſo
lutū repetē.  Nono qd ſi debitoꝛ iurauit nō recipere
excipe reſtitutionē vſuraꝝ.an habebit aliqꝺ remediuʒ
⁊ quo ad pſonam querere videtur.ꝙ ſi ego iuraui non
petē relaxatōem ſacramēti ꝙ nō poſſum cū petere.naʒ

iſtud iuramentū pōt ſeruari ſine interitu ſalutiſ eterne
ergo ſuandum eſt ex̄.e.debitores ⁊.c.ad nr̄aꝫ el.ij.

In ꝯⁱum qꝛ iſtud iuramentū inducit creditoꝛeꝫ ad
delinq̄ndum .ergo nō tenet.ff.de pactꝭ.ſi vnus.§.illud
nulla. Iteꝫ ex pte creditoꝛis v̂ſatur turpitudo.ergo
ſibi nō querit̄ ius ex iſto iuramēto de ac.⁊ ob.l. fi.qua
rū reꝝ actio nō da͛ l.i.§ .que honoꝛāde de ꝯdi.ob turp.
cau.l.iij.⁊.l.ſi ob turpē. Preterea iſtud iuramentū vr̄
in fraudem canonū ergo nō tenet vt.l.ſi liber.minoꝛeꝫ
de iur̄ pat. C.de legi.nō dubium i fi . Preterea nemo
pōt facere.ꝙ lex vel canon i ſuo ꝯtu nō habeat locum
vt.l.nemo pōt de lega.i.So.dico iuramētuꝫ tenere. tū̄
poſſe agi vt relaxetur ip̄m iuramētum de nō petēdo re
laxationem.quo relaxato petet̄ relaxatio alterius iura
menti de ſoluēdo vt ex̄ eo.c.i.vnde tot erūt neceſſarie
pꝛobationes ⁊ tot relaxationes quot ſūt iuramēta ⁊ ex
fine vnius relaxationis alterius petitionis oꝛigo ꝓfici
ſcitur.ō cōdi.inde.iull̄.in fi. Niſi autē hoc oꝛdine petat̄
relaxatio iuramēti.opꝫ ſeruari. Non ob.ꝙ verſet̄ deli
ctum ⁊ turpitudo accipientis.qꝛ dico ꝙ licet hac ratio
ne nō querat̄ ius creditoꝛi.tamē qui iurauit cogitur reo
reddere iuramentū.Si aūt deceſſit heres eius ip̄o iu
re nō tenetur . qꝛ oblioatio ex tali iuramēto nō eſt oꝛta
creditoꝛi.⁊ ip̄m iuramētuꝫ finitū eſt moꝛte.qꝛ pſonaliſ
ar.de no.op.nū.l.nō ſolū.§.fi.⁊ ex̄.e.c.v̂itatis ꝑ Inno.
⁊ iam ſupius dixi. Quo ad ſecūdam qōem videt̄ ꝙ
audiri nō ō̄beat qꝛ allegat ſe piuruꝫ.ergo tanq̄ piuruſ
⁊ ſuaꝫ turpitudinē allegans eſt repellendꝰ de le.i.ſi ſer
uus plurium.§.ſi quis ante.C.de cōdi.ob tur.cau.l.mer
calem. Preterea iuramentū de pꝛeſenti non poteſt re
laxari. Nam aut eſt veꝝ.⁊ relaxandū nō eſt.aut falſuꝫ
⁊ tūc ꝑ relaxationem nō poteſt euictari piurium.de v̂.
ob.l.cum ſtipula. ſim mihi a pꝛoculo.⁊ falſa ō p̄terito
ſunt ip̄oſſibilia vt nō.de v̂.ob.l.qui rome. §. augerius.

In ꝯⁱum videtur.qꝛ piurus etiaꝫ ſuam turpitudinē
allegans qn̄qꝫ auditur vt nō.ͥ.eo.l.al̄.i medio magne
glo. Nam i pari cum turpitudinis.iſte qui remiſſioneꝫ
petit videt̄ potioꝛ.qꝛ fungit̄ partibus rei ſi poſſidet.de
no.op.nū.l.de pupillo.§.qui remiſſionē.de bo.auc.iud.
poſſi.l.ſi pup.§.defendere ergo ⁊c̄.de v̂b.ob.ſi ſeruū.§.
ſequit̄. Preterea deīn iuramētuꝫ hoc habꝫ duas clau
ſulas.⁊ duo tēpoꝛa.ſicut dicit lex i ſimili de ꝯdic. ⁊ de.
.l.hec ſcriptura.vnde poſito ꝙ quatenus ꝯtinet cōfeſ
ſionem de p̄ſenti nō poſſit relaxari tamē quatenus ꝯ
tinet p̄ſtationem de futuro relaxari dꝫ.⁊ ꝙ tēpoꝛa ſic
diſtingui poſſint pꝛobat̄ in ſimili.ō vſufruc. ſed ⁊ ſi qs
§.ſi opas de ſtipula.ſeruo.ſi ſeruus cōis meuiȷ.§.fi.ſo.
ma.de diuiſione ⁊.l.inſulam ex̄ de teſti.cum tu.⁊ ꝙ nō.
C.de fur.apud antiquos. Ad ſolutionē iſtius qōis pꝛe
mitto talem diſtinctꝭ.cum querit̄.vtꝝ quis poſſit ſuam
turpitudineꝫ i iudicio allegare ſic diſtingue . Aut quis
allegat ſuaꝫ turpitudinem ad p̄miū cōſequēdū.aut ad
ſe excuſandū.aut in modū actionis.aut in moduꝫ exce
ptionis.aut in moduꝫ ꝓbationis. Pꝛimo caſu qn̄ quis
allegat ſuaꝫ turpitudineꝫ ad p̄miū ꝯſequēduꝫ nūq̄ eſt
audiēdus de fur.itaqꝫ fullo.p̄mia eniꝫ merētibus non
demerētibus danda ſūt de ſta.⁊ ymagi.⁊ v̂.l.i.de iuſt.
⁊ iure de le.ij.cū quidam. Secūdo caſu quādo quiſ
allegat ſuaꝫ turpitudinem ad ſe excuſandū refert. Aut
vult ſe excuſare ab onere ⁊ audit̄.C.ſi ſeruus aut liber
tus ad decur.li.x.l.ij.⁊ nō. Inno.extra de reſcrip.ſciſi
tatis. Aut ab onere.⁊ non audit̄ vt.l.ſpadonem. §. qui
nimiū.de excu.tu. Tertio caſu quando quis allegat
ſuaꝫ turpitudinem ad agendū . aut vult fundare inten

tionem ſuaꝫ ſolum ex actu turpi. ⁊ repellitur de v̂.ob.l.
multꝭ.de fideiuſ.l.ſi areo.§ fi.C.de reuoc.dona.l.cuꝫ cō
fitearis.nam ex actu turpi ius nō oꝛit̄.de pactꝭ. ſi vnus
§.pacta que turpeꝫ.nā turpitudo non ſoꝛtitur iuris effe
ctum vt.C.de legi.l.nō dubium. Aut vult fundare i
tentōem ſuam ad reciſionē illius actus turpis. ⁊ tūc vi
detur ꝙ ſiue agens iſte certet de damno.alter qui par
ticipauit de illicito lucro audiatur actoꝛ iſte.qꝛ magis ē
fauendum actoꝛi q̄ aduēticio lucro rei.vt in regula iur̄
⁊ per hoc i queſtione pꝛopoſita videt̄ actoꝛ audiendus.
vt extra.c.i.ſiue vterqꝫ certat de dāno euitando. audie
tur actoꝛ aūt ſtetur cōtractui.aut recedatur.l. iulia. §.ſi
quis colludē.de actꝭ.emp. Nō ob.l.cum ꝯfitearis.qꝛ ibi
donatarius nō participauerat dolum.⁊ ideo ibi nemo
fuit turpitudo niſi ſolius agentis vel dic vt ibi ꝑ odofr.

Quarto caſu.quādo quis allegat ſuā turpitudinem
excipiēdo refert. Aut turpitudo ē cōmuniſ actoꝛis ⁊ rei
⁊ pꝛocedit exceptio ō ꝯdi.ob tur.cau.l.iij.⁊.l.ſi ob turpē
qꝛ magis fundat exceptionem ex turpitudine agentꝭ q̄
ꝙ ſua.nec de ſua poterit ꝯtra eum replicari vt.l.iij.⁊.l.
ſi ob turpē all̄.de excep.doli.l.apud celſum.§. marcelꝰ
de do.excep.ſi dolo facit ꝙ nō.ͥ.como.l.rē.§.i exercitꝰ
ſo.ma.viro atqꝫ vxoꝛe.⁊.l.cū mł̄eꝛ. Aut ē turpitudo ſoli
us rei ⁊ tūc refert. Aut ſi exceptio ē v̂a.reus ip̄o iure n̄
tenet̄ ⁊ tūc pꝛocedit exceptio.l.quemadmoduꝫ ō agri.
⁊ cenſi.vel ibi eſt ſp̄ale quia ibi pꝛohibitio illius legis ē
fauoꝛe publice vtilitatis.vnde excipiēdo videt̄ pꝛoſequi
publicuꝫ intereſſe.ideo audit̄ ſicut ille qui allegat ſuam
turpitudineꝫ.nomine alieno.C.de ſacro ſan. eccl.l.iube
mus.§.yconomus.⁊ ꝙ nō.ſ̄.de adop.l.poſt.moꝛtem de
excep.modeſtinus.de excep.rei iudi.ſi is qui heres nō
erat.§.fi. Aut lꝫ exceptio ſit v̂a.tamen reus eſt obliga
tus.⁊ tūc nō auditur excipiens vt.ſ̄.de dolo eleganter
i pꝛin.⁊ de mi.i cauſe.⁊ ar.de fideiuſſ.ſi titius ⁊ ſeya. ⁊
de ſolu.l.qui res.§.hinc ⁊ facit.ͥ.de pigno.actꝭ.rem alie
nam.§.fi. Quinto caſu quādo quis i modū pꝛobatō
nis inducit ſuam turpitudinem.tunc aut nitit̄ ex ꝓuiſio
ne ſua.aut ex pꝛouiſione legali. Si ex pꝛouiſione ſua ⁊
turpitudo erat al̄ decreta nō repellitur.ͥ.eo.l. Si ex ꝓ
uiſione legali ille qui pꝛobat ſuaꝫ turpitudinē tūc nitit̄
ex pꝛouiſione ſua ſe excludit qꝛ nō dꝫ ſua intereſſe.niſi
ex honeſta cuꝫ interſit.C.de fur.mācipia.i pꝛin.nō.⁊ di
cta.l.itaqꝫ fullo.⁊.l.ſi quis vxoꝛi.§.fi.co.ti.cū ſy. Ad
de ꝙ piurium nō cōtingens cām de qua q̄ritur nō repe
lit piurium ab agendo vt nō. Inno.extra de excep.dile
cti ad fi. Quo ad tertiam qōem videtuꝛ ꝙ ſtandū
ſit iuramēto vt.ͥ.eo.nō erit.§.dato ⁊.l.iuſiurā.quod ex
cōuentione i pꝛin. In ꝯtrarium videt̄.qꝛ ꝑ tale iuramē
tum nō remittit̄ peccatuꝫ ſed auget̄.nam peccatuꝫ nō
remitittuꝛ niſi reſtituatur ablatum vt in.c.peccatuꝫ de
reg.iu.li.vi.⁊ ratione peccati cum crimen vſurarum ſit
tam pꝛincipale eccleſiaſticū poteſt adiri iudex eccleſia
ſticus vt extra de iudi.nouit.⁊ extra ō purga.ca.c.nos
iter alios ⁊ eccleſia.de iſtis fraudibus ⁊ cautellis nō dꝫ
curare quas iterpꝛetatio pꝛudētum fregit.ſ̄.de trāſac.
.l.cum acquiliana.al̄ apta eſſet via fraudibus fenerato
ruꝫ quod eē nō dꝫ.quia non dꝫ apiri via ad crimina co
mitēda.ͥ.de eo ꝙ cer.lo.l.i.⁊ ibi nō.vnde hic ſit fraus
legi ō iuramēto ad ſimplicē confeſſionem .⁊ ideo nō tꝫ
iuramētum ō pꝛobatꝭ.l.qui teſtamētum de le.iij.cū quiſ
decedēs.§.citra.So.aut iſtud iuramātum emanauit ō
plano ⁊ nō valet.aut in iudicio iudice deferēte vel ap
pꝛobante ⁊ tunc tꝫ.nec pōt contraueniri . qꝛ iudicis au
ctoꝛitas p̄ſumptionem fraudis excludit ar.ē.de noxa.

.l.⁊ generaliter .alias ſequeret̃ ꝙ cā vſuraꝝ nō poſſet
terminari iudiciali uel neceſſario ſacramēto.qḋ ē falſū
Quo ad quartā.q.videt̃ dicenduꝫ ꝙ ille qui iurauit
nō dicere nec allegare ꝙ ↄtractus ſit vſurarius nō poſ
ſit petere relaxationē iuramēti.qꝛ ſine cauſe expꝛ̄ſſione
agitur nō pōt cauſaꝫ nō.i.ꝙ cōtractus ſit vſurarius ex
pꝛimere nō pōt.qꝛ iurauit hoc nō allegare.ecce ꝙ ꝑ i ta
le iuramētum feneratoꝛ ipꝛobus tutus ē.⁊ hoc videtur
tenere hoſti.i ſūma ſua extra eo.§.quero cenſent̃. v̂.ſꝫ
⁊ quāuis ſoluant̃.hoc videt̃ remediuꝫ vt cedat ius hoc
alteri.tunc reſtitutio i integrū cedi pōt de admi. tuto.ſi
nudis.de minoꝝ.ꝙ ſi minoꝛ ⁊ ceſſionarius experiet̃.⁊
licet ꝑ hoc incidat cedens i piurium ar.de aliena. iudi.
mu.ca.fac.l.iij.§.opus ⁊ de v̂.ob.ſi ſeruuꝫ.§. i.tm̄ ceſſio
narius nō repellet̃.qꝛ exceptio iuramēti ꝑſonalis ⁊ ſi
cut nō trāſit ↄ̈ hr̄dem vt extra.c.v̂itatis ꝑ Inno.ita nec
cōtra ceſſionariū vt.l.ex pluribus de admi.tu. Sꝫ hoc
nō videt̃ bene dictum.qꝛ ius ꝑ quod ineſt adeſt nec ac
creſcit ceſſionario nō poſſe videtur cedi.ex quo nō affer
tur ceſſionario comoduꝫ ſed ius petēdi relaxationeꝫ ſa
cramenti nō affert comodum ceſſionario ſed ſolū cedē
ti eidemqꝫ iuramēti.ergo nulla ē ceſſio. Preterea iſte
qui h̄ cōſtituit ꝓcuratoꝛem ē reus ⁊ ex parte rei nō ſit
pꝛocur.i rem ſuam niſi talis ꝓcuratoꝛ tranſeat cum vni
uerſitate.vel cū re.cui cohereat de ↄdi.inde.l.fi.§.ij.de
pꝛocura.plautius.i glo.de dona.hr̄ditatem fami.herci.
plane cum ſy.So.dico ꝙ hic nō eſt mera exceptio ſed
ē officium iudicis quod apponitur i moduꝫ agēdi.⁊ qḋ
cedi poteſt. Nō ob.ſi dicis ꝙ ceſſionarius dꝫ cōcludē
ſibi.nō cedenti.C.ḋ pꝛocura.l.qui ſtipēdia. qꝛ dico ꝙ il
lud ē veꝝ vbi agitur ad dationem vel ad factum.ſed h̄
agit̃ ad reciſſionem. Item nō ob.ꝙ nō intereſt ceſſiōa
rij.ergo non auditur vt.ĩ.de ↄdi.fur.l.ſi ſeruus.iiij. Ro
quia dico ꝙ ymo intereſt noſtra taleꝫ ceſſionē habere
que poteſt nobis afferre extrinſecum comodum. qꝛ foꝛ
te reus hoc victu trāſigerit cū ceſſionario.⁊ ſic poſſibile
eſt ⁊ v̂iſimile ꝙ aliquid ceſſionario querat̃ fac t.ĩ.de ꝑ
ſcrip.v̂.l.naturalis.§.fi. Naꝫ ⁊ interdictum vti poſſide
tis ceditur ⁊ tamen cōcluditur cedenti nō ceſſionario.
niſi quo ad ꝑſonales ꝑ̄ſtationes.ĩ. ne quid in loco.pu.
.l.ij.idem nerua. Itē ceditur interdictuꝫ.vnde vi .vt
nō.C.ḋ excep.licet ⁊ de peti.heredi.ꝙ in diē.§. iul̃. cla
rius pꝛocedit ceſſio ſi pꝛimo ſoluat poſtea cedat. naꝫ cō
cōdictio ſine cā.⁊ cetere ↄdictiones cedi poſſunt vt.l.ſi
vendidero.§.titius de fur.⁊.l.cū quis.§.i.de ſolu.cū ſy.
Adde ꝙ petit hāc remiſſioneꝫ cū ſit poſſeſſoꝛ.fungitur
partibus rei. Nam aliquādo.petit remiſſionē pꝛouoca
tus ſeu citatus.⁊ tūc fungitur partibus rei. Aliquando
tertius ⁊ tūc aut iure.poſſeſſoꝛis.⁊ idem aut ꝓpꝛietarij
vel petitoꝛis.⁊ tūc eſt loco actoꝛis.vnde i pꝛopoſito.cuꝫ
obligatus idēqꝫ reus petit remiſſionem ergo partibus
rei fungitur.nam ad excipiēdum ⁊ defendēdum hec pe
titio oꝛdinatur.ergo videt̃ ꝙ nō poſſit cedi anteꝗ̄ ſolue
ret.qꝛ tunc efficitur de poſſeſſoꝛe petitoꝛ.⁊ ḋ reo actoꝛ
ḋ pꝛobatꝫ.cum indebito.⁊ facit ad pꝛedicta ḋ no.op.nū.
ḋ pupillo.§.ſi is cui de bo.auc.iudi.poſſi.ſi pupillus.§.
defendē.extra ḋ teſti.veniēs ꝑ Inno. de excep.cū iter
pꝛioꝛem. Quid ḋ eo qui nō citatus pꝛeciſe ſed ſub cō
dictione vt cōpareat ſi ſua crediderit intereſſe.an iſte ē
neceſſarius hr̄s.vel reus.qꝛ quod nō.ḋ arbi.nō. ex om
nibus.dic contra ſi de iure eius.vl̃ ḋ facto eius directo
agituꝛ ḋ op.no.nū.ḋ pupillo.§.mei in glo.⁊ nō. Inno.ḋ
exco.dilecti ⁊ facit de i ius voc.libertus aduerſus.⁊ de
eo.in fi.ḋ iudi.⁊.C.ſi māci. ita fue.alie.l.ea quidem de

inge.⁊ ma.l.diffamari.vbi etiam ponitur ꝑ̄dicta foꝛma
citādi.⁊ facit quod nō. Inno.de fo.compe.licꝫ in fi. vbi
nō.ꝙ i cauſa appellationis.tā appellans ꝗ̄ appallatuſ
dicit̃ neceſſarius defenſoꝛ vbi omnino vide.⁊ facit.C.ḋ
aucto.ꝑ̄ſtan.l.fi.de ſerui.ru.ꝑ̄di.l.ꝑ funduꝫ.extra ḋ ma.
⁊ obe.humilis cum ſy.ſed incidēter tango hic.eſt ⁊ aliꝰ
modus.ſ.ꝙ iſte talis qui iurauit donare vel vendē oīa
bona ſua.alteri ⁊ tunc iſte donatarius pꝛo ſuo itereſſe.
⁊ pꝛo defenſione bonoꝛuꝫ petet declarari illam pꝛimaꝫ
ꝓuiſionem vſurariaꝫ ar.C.ḋ nō nu.pecu.l.ſi cui.ĩ.ſi qd
in frau.patro.l.i.§.ſed ſi i lite.⁊.§.ſi mutuaꝫ. nec ꝑ hoc
ille qui donauit vel vēdidit erat piurus.qꝛ iſte qui agit
nō agit vt pꝛocur.ſed iure ſuo repn̄tans ſemetipm̄. ⁊ n̄
ſuum auctoꝛem ſic ſi heres iuratus ageret. Eſt ⁊ ter
tius modus ꝙ debitoꝛ illi pꝛimo creditoꝛi accumulet
alios creditoꝛes ⁊ pꝛo eoꝝ itereſſe petēt reſciſſioneꝫ ↄ̈
ctus.ꝑmu.ĩ.eo.nam poſtea.§.ſed ⁊ ſi qs ⁊.d.l.ſi cui ⁊.l.
.i.de iure fi.li.x.⁊ ꝙ nō.ḋ dona.ante nup.aūt.ſed iaꝫ ne
ceſſe. Quo ad quintā qōem.ſ.an teneat pactū ḋ nō
petēdo iſto officio iudicis.⁊ videt̃ ↄſiderari.ꝙ ſi ꝑ pactū
ḋ nō petēdo tollitur officium iudicis ip̄o iure .ergo agi
nō poteſt. Si autē ope exceptionis quod verius ē.quia
offm̄ iudicis nō eſt inſtr̄m obligandi.ſed agendi.⁊ iura
actoꝛum non tollunt̃ ipſo iure ꝑ pactum.ergo agi pote
rit ſi excipiat̃ de pacto replicabitur ḋ dolo.C.ḋ trāſa.l.
trāſactione.nā quotiens reus dolo facit. ⁊ nō actoꝛ re
plicatio tollit effectum ⁊ offm̄ exceptionis. Si econtra
tunc ecōtra. Si aūt v̂terqꝫ dolo facit melioꝛ ē cōdictio
rei.vt.l.apud celſum.§.marcellus.⁊ hec v̂a vident̃. niſi
pactum iſtud remiſſoꝛium nō eſſet iuramēto vallatum.
qūo pōt v̂eniri cōtra iſtud ꝑ eum qui iurauit. ſed rn̄deo
qꝛ iſtud pactuꝫ accidit ſoꝛti.ergo ē vſura vt nō.ṡ. ſi cer.
pe.l.rogaſti.§.ſi tibi vnde iuramētum iterpoſitum ſuꝑ
iſto facto.videt̃ ſuꝑ vſuris iterpoſitꝫ.⁊ ideo relaxandū.
Quo ad ſextam.q.arguituꝛ ⁊ videt̃ ꝙ tale ꝑ̄ceptuꝫ
tranſeat i rem iudicatam.⁊ ꝑ hoc etiā idebitum ſit ḋbi
tum.dato ergo ꝙ reſcinderet̃ pꝛima cā.tamē nihil pꝛo
deſt reo ꝙ remanet ſc̄a cā obligatoꝛia.ſ.ſnīa.nam quo
tiens cōcurrunt due cauſe.⁊ vna tollit̃ tamen remanet
altera.l.general̃r.⁊.l.vranius ḋ fideiuſſ.dico ↄtrariuꝫ.
nam cum iudex ſecularis dubium qōis vſurarie.i.an ſit
vſuraria nō poſſit cognoſcē.ergo nec determinare. ĩ.ḋ
ↄdi.inde.l.fi.§.fi. Nam lꝫ iudex ſecularis poſſit cogno
ſcere ḋ re reſtituēda.i.quādo conſtat ꝑ cōfeſſionem par
tis.vel acta legitima ꝙ ſit v̂ſura iudex ſecularis poteſt
cognoſcere ſuꝑ ip̄a re.i.vſura reddēda.puta nō erāt qō
niſi ḋ quātitate vſurarium.vt extra eo.ad noſtraꝫ el ſo
ibi ſeu ⁊c̄. ſecularē.⁊ nō ꝑ papaꝫ in.c.i.de vſuris in cle.
qꝛ nō litigatuꝛ ḋ pꝛohibito ⁊ ↄfeſſo.ſed tantuꝫ ḋ ſoluto
ſm̄ pa.vbi autem ē queſtio ḋ qualitate ↄtractus.i.an ↄ
tractus ſit v̂ſurarius iſtud pertinet ad iudiceꝫ eccl̃e nec
pōt ꝑ iudicem ſecularem cognoſci vl̃ terminari vt nō.
in.c.diſpendioſam ḋ iudi.in cle.⁊ ſi tu dicis quid ꝓdeſt
reſcindē cōtractum ſtante ſnīa. Reo ꝙ ſublato ↄtractu
poſt ſnīam.ex quo pendet ſnīa etiam ip̄a ſnīa tollit̃ ut
.l.ſi fundus.§.ſi pluris ḋ pigno.⁊ ḋ excep.doli.l.fideiuſ.
euictis.⁊ ḋ ↄdi.ſine cā.l.ſi fullo.qꝛ deficiente cā finali.
que nō ſolum parit.ſed etiam cōſeruat rem ineſſe . de
ficit ip̄a res ſiue ſit ſnīa ſiue exceptio.ſiue quicqd ſit vt
.l.ij.§.plane ḋ iudi.⁊.l.quid eniꝫ eo.ti.⁊ ibi nō. Nō ob .
.l.general̃r ⁊.l.viam.qꝛ ibi cā que remanebat nō here
bat ad alteraꝫ depēdentiam.nec oꝛiginē ex ea ḋ duobꝰ
reis eandē. Secus ē quādo an̄ ſnīam ↄtractus ē reciſuſ
nam tunc ſnīa nō pendet ex eo.⁊ ideo ſtat ſnīa cum re

tiſſo cõtractu.vt.j̃.de cõdic.īde.eleganter.§.ſi quiſ poſt
ar.de iniuſto teſtõ.naʒ ⁊ ſi.§.rumpendas. Quo ad
ſeptimaʒ qõem.videtur dicẽdum ꝙ trãſactio. ⁊ quicqd
accedit ſorti in fraudeʒ vſuraꝝ vt vſura. ⁊ ideo ſi nõ eſt
iuratum ipõ iure nõ teneat.Si autẽ eſt iuratuʒ põt pe
ti relaxatõ iuramẽti.qꝛ vſura ẽ vt dicta.l.rogaſti.§.ſi ti
bi.adeo ꝙ ſi debitor promiſit debitum cõfiteri ſub pẽa
⁊ creditor fecit eum negare i fraudem vſurarũ. hoc fa
ciẽdo pena nõ debetur.qꝛ vſura ẽ.vt nõ.cy.C.d vſuris
aũt.ad hec.i fi.Secus ſi nõ i fraudem vſuraruʒ hoc fa
ciendo.pena nõ debet̃ qꝛ vſura ẽ.vt nõ.cy.C.de vſuris
aũt.ad hec.in fi.ſecus ſi nõ i fraudem vſurarum ſʒ bõa
fide eſſet adiecta pena pro ſecuritate ṽo ſortis . vt nõ.
Jaco.butri.in.d.§.ſi tibi. Sed nũquid inter vſurari
um ⁊ debitorem repetẽtem vſuras poſſit tranſigi.⁊ vr̃
ꝙ nõ qꝛ vſurarius ẽ in dolo nõ reſtituendo quod extor
ſit.⁊ dolus viciat trãſactõem de cõdic.inde.i ſũma.§.i.
In ꝯrium.qꝛ iſte dolus ẽ in reſiſtente nõ in repetente.
Item etiaʒ ſup dolo tranſigi põt.C.d tranſ.So.in via
fori etiam eccleſiaſtici tʒ tranſactio. ſed quo ad deum.
vſurarius nõ ẽ liberatus de hoc nõ.hoſtiẽ.in ſũma ſua
ex̃ de vſur̃.§.que pena.ṽ.quid ſi fenerator ꝑ te ibi pleñ
videas. Quo ad octauam qõem.qui ẽ caſus ꝙ ſolu
te vſure.ꝑ ſñiam repetunt̃.vt extra.e.debitores ⁊ ꝯpe
tit ꝯdictio ſine cã vel cõdictio ob turpẽ cãm. Sed ꝯ
hoc videt̃.qꝛ ille qui iubet̃ ſoluere videt̃ iuſſus ſoluere
rationabil'r.vt.j̃.de ſolu.cum qs.§.qui hominẽ ⁊.j̃. de
iure ſi.l.deferre.§.ſi.cum.l.ſe.⁊ d pigno.actĩ.nec enim.
Hinc ẽ ꝙ quãdo actio reſtituit̃ ꝑ ablatõem rei ſolute.
qꝛ fingitur retro reſtituta actio ẽ directa vt pʒ i.d.l.ſed
quãdo al' nõ fingitur retro ⁊ ẽ vtilis actio reſtituta.l.⁊
ſi ſine.§.ſʒ quod pap̃.ff.d minor̃ cum ſy.⁊ adde qd̃ pl'e
nõ.i.l.eleganter.i prin.j̃.d pigno.actĩ.Iteʒ qui ſic ſoluit
vt repetat nõ liberatur d ſolu.qui ſic.Item qui vna ma
nu dedit alia aduocare nõ poteſt.C. d cõdi.ide.l. nam.
ſi fide.i.§.i omnibus niſi ꝓpter equitateʒ ſupuenienteʒ
caſus videt̃ in.l.ſi fullo ne ex cã de p̃terito d except. rei
iudi.ſi mater.§.eadem.Itẽ ſoluens ſciẽter idebitum ñ
repetit vt.l.i.d ꝯdi.inde.So.hic iſte modus repetẽdi ẽ
modus quidaʒ irregularis.⁊ ẽ ratio qꝛ modus ſoluendi
fuit irregularis propter iuramẽtum.vnde ex quo regu
le iuriſ corrũpuntur in antecedẽti corrũpuntur neceſſa
rio etiaʒ i cõſequenti.⁊ cum exactio excedat ſuos termi
nos.exceditur a non ſuis terminis.C.d edic.diui.adri.
tol.l.fi.Et iſta ſo.ꝙ hic eſt ſpãle ſoluit omnes ꝯrietateſ
predictas.⁊ ratio ſpãlitatis eſt.qꝛ hic fuit idebitum ex
neceſſitate.nõ ex liberatõe ſol'onis . Et quia d indebito
iſto nõ potuit diſputari ante ſñiam.ideo diſputat poſt.
qꝛ ius iſtud diſputandũ ẽ.poſt exituʒ facit.j̃.d excep. rei
iudi.l.ex ſextante .§.latinus.⁊.j̃.d cõdictĩ.ide.l.fi.§.fi.in
ratõe lr̃e.Item facit lʒ vna manu ſoluat.alia repetere
põt.qꝛ iſte actus ſoluẽdi cõtinet factũ inſtãtaneum qd
in iſtanti appelletur.Secus enim i facto ſucceſſorio.vt
nõ.C.de vſufruc.corruptione.⁊ ſic nõ ob.l.inter ca eĩ.
qꝛ in iudicio finiũ imponitur turbanti fines ſcilentij.⁊
ideo ꝑpetuo dʒ ſcilere.d no.op.nũ.ſi prius.de lib.lega.
.l.aurũ.§.centuʒ.ſi ſerui.ven.l.haruʒ.⁊.l.egi.Nõ ob.j̃.
e.ſed ⁊ ſi.§.proinde quia ibi actus ẽ declaratorius ⁊
actus declaratorius hʒ.ſucceſſoriuʒ effectuʒ in perpetu
um.⁊ ideo ibi ꝑpetuo tenet aduerſariuʒ obligatĩ.hic ṽo
ſic.Preterea hic nõ tenebitur ſoluere irrepetibiliter.
In ꝯtrarijs ſic.⁊ ob hoc etiã.nõ ob.dictus.§.qui hoieʒ
⁊.j̃.de ꝯdi.indebi.l.neratius. caſum refert. ⁊ facit.j̃.co
mo.l.rẽ mihi in prin.ꝙ ibi nõ.⁊ ibi ſñia excludit excep.

ꝯtrariam actõem dic vt ibi. Quo ad nonam qõem
d eo qui iurauit nõ recipere reſtõem vſuraꝝ. dicit hoſt.
ꝙ ſibi non fiet reſtitutio.ſed dabitur pauperibus vt ibi
nõ.i ſũma extra.e.ſ.de iureiur.§.qũo cenſeatur.ṽ.ſed ⁊
q̃uis ſoluam ⁊ ꝓ hoc extra.e.ad noſtram.quod nõ cre
do veꝝ.Nam lʒ iurans nõ poſſit ſolutõem recipe.tam̃
eius hr̃s poterit vnde certum ẽ debituʒ d ꝯdic.indebi.
nam ⁊ ſi cum moriar.ergo nõ poteſt alteri ſolui.ꝙ cer
tum ẽ alteri deberi.nec faciẽda eſt elemoſina d alieno
largiri.ymo ſpẽs eſt furti d alieno largiri ſalua reuerẽ
entia debita.d. hoſti. Sed an iſte poſſet petere re
laxationẽ huiꝰ ſacramẽti ho.ibi ſentit ꝙ nõ.⁊ ẽ ratõ.qꝛ
general'r in rem iuratĩ ẽ.ſ.nõ recipere reſtitutõem.vnd
cum nõ ſit iuratĩ ſoli creditori.nõ videtur poſſe remitti
ꝑ eum vel ꝑ iudicem qui ſuccedit ex mora eius i locum
ſuuʒ quo ad ptãtem remittendi.vt extra.eo.c.i. Et pro
hoc facit dictuʒ.c.ad noſtraʒ el.ij.extra.eo. Sed qd
ſi reus renũciat in cõtractum nõ ſolum iuri ſed iudici.
an tenet renũciatio.videt̃ ꝙ ſic vt nõ.ſ.de iudi. hr̃s ab
ſens.§.i.i glo.que incipit abnegatiue puto ꝙ generalis
renũciatio nõ tenetur ar.ſi quis caut̃.ſed ⁊ ſi quis.§.q̃
ſitum.Sed iuxta p̃miſſa queritur de tali queſtiõe.Rex
anglie cõſtituit legem.ꝙ quicũqʒ mutuaret ſibi debereʒ
hr̃e prouiſionem ad rõem quinqʒ pro centenario anno
quolibet.donec placuerit regi ⁊ voluerit reddi capitale
⁊ fecit.d.Rex quãdam cartaʒ ad promittẽdũ.iſta cum
iuramẽto. Modo quedã ſocietates florẽtinoꝝ ſponte.
q̃dam coacte mutuauerunt dicto regi ſub dicto pacto ⁊
forma.Et iuramẽtum iterpoſituʒ ẽ.Queritur vtꝝ poſ
ſit peti relaxatio dicti iuramenti queſtio ſtat i hoc.vtrũ
dictus cõtractus vſurariꝰ ſit cenſendus.hec queſtio cot
tidiana.Nam cõmune florẽtie piſſaꝝ ⁊ venetiaꝝ ſic ac
cipiunt mutua.⁊ reſpondent d prouiſione.⁊ eſt queſtio
nis.vtruʒ dictus ꝯtractus ſit licitĩ nec ne.Et videt̃ prio
ꝙ dictĩ ꝯtractus ſit licitus iure diuino.⁊ humano.Naʒ
dictus ꝯtractus lex ẽ.vt.C.d dona.inter vi.⁊ vx.l.p.j̃.de
publica.l.ceſſar.ſed lex ergo licitus hoc ẽ enim legis au
ctoritas.qꝛ põt d illicito ad licitum facẽ maxime ex cã
vt.C.d adulte.l.grac.Preterea fauor publice vtilitatĩ
facit extra licitum.quod al' eſſet prohibitũ.vt.j̃.ad ſilla.
.l.ſi quis in graui.§.hic quoqʒ.⁊ nõ.ꝑ guil.i.l.ſi filiuʒ ſi
cer.pe.ſed iſtud ẽ introductum in fauorem rei publice.
nõ.j̃.d pigno.actĩ.l.ſi cõuenerit.hac ratione iura ciuilia
ꝑmittant vſuras.qꝛ publice vtile credunt ꝙ feneratõeſ
iueniunt̃ qui multoꝝ ꝑicula fugiunt.vnde dico introdu
ctum fauore rei publice.ſ.vt in caſu neceſſitatis ciues
⁊ quicũqʒ alij ſint magis animoſi ⁊ prompti ad ſubue
niẽdum ⁊ mutuãdum ciuitati ſpe.p̃mij.vt.l.i.de iuſti.⁊
iure.Preterea obl'o antidoꝝ etiam ꝑ legem ẽ itrodu
cta in ꝯtractu mutui ſicut i alijs.⁊ dato ꝙ taliſ obl'o an
tidoruʒ accedat ſorti.tamen nõ ẽ vſura. qꝛ iure naturali
debet̃.quod ẽ ſemꝑ equũ ſanctuʒ ⁊ iuſtuʒ. Quare ergo
nõ poteſt rex.⁊ lex iſtam obl'onem antidorum deducer̃
in forum ſpãle alicuius p̃ſtationis. nam ex quo lex idu
cit iſtã obligatõem antidorum in genẽ.quare nõ poteſt
eam in ſpẽ trãſferre ad neceſſitatem p̃ſtatõniſ.nihil eiʒ
lʒ in genere.quod nõ liceat in ſpẽ utpote cum ipũm ge
nus etiaʒ d tali ſpẽ p̃dicetur.⁊ ipa etiam antidorũ obli
gatio quãdoqʒ pariat ſpãles effectus ut.l.ſi teſtõ.§.i.⁊ de
fideiuſ.⁊ de condic.inde.ſi nõ ſortẽ.§.libertus . Prete
rea cum rex ul' ciuitas in ſubditos ſuos hẽat poteſtatẽ
viue vocis.quare nõ poteſt eis largiri. Eſt enim mera
largitas ⁊ liberalitas ac ſi patĩ filio benemerito aliqd
ꝯferret . Nam iſtud nõ ẽ ex robore ꝯtractus p̃cedẽtis

quod ē ī poteſtate creditoꝛis eiuſdem. que dm tp̄ꝛalis
tollere ⁊ diſſoluere ſaltim defacto . ſed ex mera libera
litate ſoluentis.vnde eſto ſine veritatis p̄iudicio ꝙ nō
ſolutuꝫ nō liceret petē.tamen ſolutū videtur eſſe licitū
retinere. Preterea hoc ⁊ regie maieſtati cōgruit ⁊ di
ctis regijs ciuitatibꝫ ſilr.ff.de dona.filius.⁊ largitates
pꝛincipium multuꝫ ſūt fauoꝛabiles.vt. C.ſi ſocius libe
ralis.imperial'.l.i.li.x.⁊.l.pꝛohibere. §.plane. ꝙ vi aut
clam. Preterea lꝫ mihi recōpenſatōnem damni illati
aliquid promittere mutuantibuſ.vt.l.ꝙ ſi ephi.ij. Ro ꝺ
eo.ꝙ cer.lo.⁊ intereſſe tam damni emergentis ꝙ̄ lucri
ceſſantis peti poteſt ⁊ cōpenſari.ꝺ pigno.actī. l.ellegan
ter.in fi.pꝛin.ergo in cōuentionem deduci.de eo ꝙ cer.
loco.l. vtiqꝫ.§.p.⁊ fi. Nam lꝫ vſure ꝓhibite ſint qn̄ me
ra pena ſunt.tamē intereſſe nullo iure pꝛohibitum eſt
tam peti ꝙ̄ pꝛomitti.l.vltima.de pretoꝛ ſtip.etiā ī ꝯctu
mutui.vt nō.C.de ſūma tri.l.cūctos populos licet ꝯtra
nō.⁊ male in.l.ſotiuꝫ.qui ī eo pꝛo ſo.nam ſine intereſſe
ſit dānum emergēs licite petit᷑.qꝛ petens ⁊ hoc non lo
cupletat᷑ ſiue ſit lucruꝫ honeſtū ceſſans adhuc peti pōt
qꝛ lucrum honeſtū licitum ē.C.ꝺ ſen.que pꝛo eo ꝙ.l.i.ī
fi.⁊ quia ille qui īpedit lucrum meuꝫ mihi tenet᷑ de con
di.⁊ demon.l.qui de qbus.ꝺ condi.ob tur.cām.l.iij.§.fi.
Preterea illi qui mutuauerūt coacte īciderunt ī ipum
ꝯctum nemi .ergo eis ſubueniēdum ē ar.de in ius vo.
.l.libertus aduerſus.de ꝯdi.fur.⁊ ideo.v̄.pꝛimo cum ſy.
⁊ hoc dictat ipa nālis iuſticia quare ergo poſitiua iuſti
cia nō pōt hoc vinculum deducere in certaꝫ p̄ſtationis
foꝛmaꝫ.dū tamē moduꝫ nō excedat ar.C.ꝺ ipo.lucra.ꝺ
ſcrip.l.i.li.x. Preterea talia mutua videtur eſſe ī ptāte
recipiētis ꝙ̄tum ad reddēdum.vnde cū repetitio ſit in
certa ⁊ cōſiſtit ſub ſpe.⁊ beneplacito regis vel ciuitatis
videt᷑ ꝙ licite poſſit peti acceſſio ex quo dubium eſt. an
capitale ſit ſaluū.vel nō ar.eius ꝙ ꝺ ſocietate nō. C. ꝓ
ſotio.l.i.⁊ ar.eius ꝙ ꝺ ſocietate.i.ꝺ nautico fauoꝛe dici
tur ꝙ rōne ſuſcepti periculi eſſet ꝯuentio ꝙ aliqd vltra
ſoꝛtem p̄ſtetur.qꝛ nō pꝛo pecunia.nec ꝓ tēpoꝛe redimē
do.ſed pꝛo caſu ⁊ riſego p̄ſtari videt᷑ extra ꝺ vſuris.c.
nauiganti.ergo ſic.⁊ hic in cōtrarium pꝛobatur . qꝛ iſte
ꝯctus ē ꝯctꝰ mutui ⁊ feneratitius ꝯctus. ergo illicitus.
Cōſequētia tenet ꝑ diuinam ſcripturaꝫ mutuuꝫ dātes
nihil īde ſperantes.extra ꝺ vſuris cōſuluit.antecedens
pꝛobatur ex tribus ex foꝛma cōtractus.⁊ cōſenſu ꝑtiuꝫ
⁊ ex̄ iure reſultāte ex ipo ꝯctu ex foꝛma ꝯctuſ.qꝛ foꝛmā
hꝫ mutui ex ꝯſenſu.qꝛ animo mutuādi datur ex effectu
qꝛ obligatō ⁊ actio mutui oꝛitur ergo mutuū eē neceſſa
rio conuincitur.ex re ex effectu ⁊ ex affectu.vt.ff. ſi cer.
pe.l.ij.in pꝛin.⁊ qꝛ ethimologia ⁊ deſcriptio mutui huic
ꝯctui cōgruit ea lege.§.appellata.ergo.⁊c̄.⁊ nouū ꝺſer
uiendū ē.C.ꝺ fer.a nullo.⁊ de v̄.ſigni.vt alfenus . Nō
ob.ꝯtra.Et pꝛimo nō ob.ꝙ iſte ꝯctus obtineat vim.l.qꝛ
dico ꝙ īterdum ꝯctus ē ſimpl'r ꝓmiſſus.⁊ tunc ſi fit cuꝫ
pꝛincipe vel ciuitate q̄ pꝛincipatuꝫ teneat ī ſua pꝛouīcia
ſicut ē ciuitas floꝛētie ⁊ ſimiles ciuitates. ⁊ tūc dico ꝙ
obtinet vim legis.vnde talis ꝯctus nunꝙ̄ nudus cenſe
tur.qꝛ legis auxilio veſtitur.l.legitima ꝺ pac.qn̄qꝫ eſt ꝓ
hibitus ⁊ tūc refert.aut ē pꝛohibitus iure humano ⁊ po
ſitiuo.⁊ dico ꝙ hꝫ vim legis.l.pe.de dona.inter virū ⁊
vxo.Aut ē pꝛohibitus iure diuino vt ꝯctus vſurarius.⁊
tūc nullaꝫ vim hꝫ. Nam ex eo ꝙ lex vellet.nō tamē pt
facere licite ꝙ vſure ſint licite.qꝛ homo legē dei nō pōt
tollere nec alterare ſi talis lex ē dei.cuius trāſgreſſio ī
ducit peccatuꝫ vt.l.i.de cōſti.pꝛin.⁊ nō.pau.in.c.i. ꝺ vſu
ris.in cle.⁊ Ja.bu.in.l.cūctos populos. Nō ob.ſm ar.

qꝛ etiam pꝛocedit in pꝛohibitī iure humano nō diuino.
Nō ob.arg.ꝺ largitate ⁊ donatione.qꝛ cū donās. non
eſſet al's donaturus.Et ſi cum iſta largitas īcipit a mu
tuo p̄cedenti dꝫ reputari captioſa.de tranſ. cū acquilia
na ⁊ nō.in.l.ſi tibi.§.i.ꝺ pac.ꝑ guil.⁊ cy. Nō ob.arg.de
intereſſe.Et hic ē aduertēdum ꝙ intereſſe ī mutuo qn̄qꝫ
petit᷑ ex ꝯuentione propter ꝯuentionē.Qn̄qꝫ petitur ex
ꝯuentione ꝑꝑ moꝛam.Qn̄qꝫ petit᷑ ex moꝛa ꝑꝑ moꝛaꝫ
Ex ꝯuentione ꝑꝑ cōuentionem petit᷑ vbi gr̄a mutuaui
tibi.x.que deberes tenē vſqꝫ ad paſcha.⁊ īterim ꝓ meo
intereſſe ſoluēs mihi aliquid.hic enim ex ſola ꝯuentōne
agit᷑ ⁊ petit᷑ intereſſe nō ꝑꝑ moꝛam tuam. qꝛ nūduꝫ eſt
ī moꝛa.ſ.ſi cer.pe.l.lecta.ī fi.Ex ꝯuentione pꝛoter mo
ram petit᷑ vbi gr̄a mutuaui tibi.x.reddēda mihi īfra mē
ſem.⁊ vbi nō redderes .j.mēſem pꝛomiſiſti mihi nomie
intereſſe pꝛo quolibet menſe quo vltea ſteterit aliqd ex
moꝛa ꝑꝑ moꝛam petit᷑ quādo nō hꝫ p̄cedentē pactionē
ſuꝑ intereſſe ipo.ſed petit ex pꝛouiſione legali vbi gr̄a
mutuaui tibi.x.reddēda.j.mēſem.tu nō reddidiſti.⁊ ex
hoc dānificatꝰ ſum.⁊ ex hoc volo petē meum intereſſe.
Querit᷑ nūquid poſſum. Reo ad pꝛimuꝫ.quādo intereſſe
petit᷑ ex ꝯuentione ꝑꝑ cōuentionem. ⁊ dico ꝙ aut ꝯſtat
interaſſe ⁊ peti pōt.qꝛ intereſſe cōuentum petit᷑ licite.l.
.i.ꝺ actī.emp.no.l.vlti.ꝺ p̄toꝛ.ſtip.aut conſtat ꝙ nō iter
eſt.⁊ tūc peti nō poteſt nec vt intereſſe.qꝛ nō intereſt ar.
ꝺ v̄bo.ob.l.ij.in fi.nec vt pena.qꝛ in ꝯctu mutui nō ē lici
ta eo ꝙ in fraudē vſurarum adiecta vt. C.ꝺ vſuris cuꝫ
allegas.aut ē dubium vtruꝫ interſit vel nō.⁊ tūc refert
Aut p̄ſtatio que dicitur deberi.loco intereſſe ꝯmenſura
tur ⁊ cōdiſtribuit᷑ ſoꝛti ⁊ tēpoꝛi.vt vnum denarium pꝛo
intereſſe quolibꝫ mēſe pꝛo quolibet centenario ſtipula.
⁊ tunc p̄ſumitur vſura.nec pōt peti ſub nomine intereſſe
⁊ ita intelligitur ꝙ nō.in.l.ſolum.al' ſocium.qui in eo ꝓ
ſocio.Aut iſta p̄ſtatio nō cōmenſurat᷑ ⁊ nō cōdiuiditur
ſoꝛti nec tēpoꝛi.ſed ē vna p̄ſtatio pꝛo omni intereſſe . vt
mutuo tibi centuꝫ.⁊ qꝛ ex hoc dānum patioꝛ eo quod ꝯ
uertiſſem ī emptōe p̄dioꝛum ⁊ fructus habuiſſem ꝓmit
tis mihi nomine intereſſe.quinqꝫ vel.x.⁊ tūc peti pōt.qꝛ
nō eſt vſura reſpectu mei mutuātī.ymo ē verꝫ ī intereſſe
ſicut pꝫ ꝑ ꝯfeſſionē ꝑtium cui ī dubio nullo alio p̄ſum
pto vel pꝛobato ſtādum ē vt.l.publia.ī fi.depo.⁊ facit.j.
ꝺ ſeruis expoꝛ.l.ſeruus ea.⁊ tibi ꝑ cy. Venio ad ſꝫ
quādo intereſſe petit᷑ ex ꝯuentione ꝑꝑ moꝛaꝫ ⁊ dico ꝙ
aliqn̄ petit᷑ intereſſe cauſatū ex ꝑte ꝺbitoꝛiſ actoꝛi ex ſo
lo tēpoꝛis curſu.qn̄qꝫ ratione loci.Si ex ſolo tpiſ curſu
actō pꝛopoſita nō erat arbitraria.nec venit intereſſe ni
ſi cōuentum pꝛout ſtatim dicam.ſed ex quo cōuentum
ē.vnde debetur vt.l.ꝙ ſi epheſi.ij. Ro ꝺ eo ꝙ certo lo.
dum tamē nihil actum ſit in fraudē vſuraꝝ.qꝛ eſſet fra
us ꝺ nomine ad nomē.quia ſub nomine intereſſe con
traheretur vſura.ſ.ꝺ legi.fraus.C.ꝺ legi.nō dubiū.Si
v̄o petitur intereſſe ratione loci tunc certum ē ꝙ poteſt
peti ſiue ſit intereſſe cōuentum ſiue nō.vt ſtatim dicaꝫ.
qn̄qꝫ petitur intereſſe ex moꝛa.ꝑꝑ moꝛam ⁊ tūc refert
aut iſtud intereſſe eſt intra rem.vt rei extimatio. ⁊ hoc
certum ē peti hoc poſſe.l.vinum.ſ.ſi cer.pe.⁊.l.fi .ꝺ tri
tica.Aut intereſſe ē extra rem debitam.⁊ tūc ī mutuo
cū ſit ꝯctus ſtricti iur̄ nō videtur venire ⁊ die moꝛe.ſed
ex die litis cōteſta.ſicut dic mus ꝺ intereſſe acceſſionū
vt nō.in.l.in hac ꝺ triticia.⁊ nō.in.l.quod te.ſi cer.pe.⁊
.l.iij.§.in hac.ī fi.j.com.Falit ī actionibꝰ arbitrarijs rō
ne loci.nam tunc venit intereſſe ex die moꝛe.ſi agit᷑ ali
bi.ꝙ̄ in loco deſtinato.vt.l.fi.⁊.l.iij.§.nūc.ꝺ teſti. de eo
ꝙ cer.lo.quod quidem intereſſe.licet accedat ſoꝛti nō ē

vſura qꝛ nõ eſt pena ſed rei pſecutio. Ad idem hoc veꝝ
ẽ ꝙ vbicunqꝫ tm̃ adeſt reo quantũ p̃ſtat nunq̃ eſt vſra
ſed intereſſe ex parte rei nec i hoc leditᷣ. ſed nõ lucratᷣ
Unde ſi comune dꝫ mihi centũ ⁊ iſta.c. mihi nõ valẽt
niſi octuaginta ⁊ ego vendo tibi.p.c.valet ꝯtus nec ẽ
vſurarius ſi tibi emptori iſta centũ valent .c .nec adiec
t.o tp̃ris ad ſolueñ facit videri fenus. ſed rei extiatio .
.C.mã.p diuerſas.nam hic nih accidit ſorti iõ nõ ẽ vſu
ra. Ex his ergo pꝫ ꝙ illi qui defendunt ꝯtum iſtũ
ꝺ quo ẽ queſtio principalis dñt ipm̃ nõ eſſe vſurarium.
ſed intereſſe preſtari nõ.bene debent niſi iſta ſit i facti
veritate ꝙ ip̃ius interſit.qꝛ quatenus cuiuſqꝫ interſit
ĩ facto nõ in iure cõſiſtit vt.j.ꝺ reg.iur.l.quatenus quꝺ
qualiter conſtet nõ.in.ꝺ.l.iij.§.fi.de eo qꝺ cer.loco. Nõ
ob.ꝙ ſortis p̃ſtatio pendeat ex ptãte debitoris vel ex
caſu quia nõ eſt veꝝ.nam nec impr.nec aliquis põt fidẽ
falere ⁊ ꝯ̃ fidem debitam rõne ꝯuentioniſ venire.quia
graue eſt ⁊ crimẽ ꝯtinet ꝯ̃ debitam fidem ⁊ ꝯ̃ rectam
rõem facere.l.i.ꝺ ꝯſti.pecu.⁊ lꝫ ꝺ facto poſſit ꝯtraueni
re dico ꝙ ex hoc nõ ſequitur.ergo vſura peti põt.nam
qlibet debitor põt ꝺ facto nõ ſoluere ⁊ expectare p̃us
ſe decorari.C.ꝺ hrẽdi.l.iij.l.i.de ceſſ.bo. ⁊ tamen nõ iõ
venit vſura.qꝛ dubium facti ab omni iure abſtractus ñ
eſt cõſiderãdum.qꝛ factum tale fieri nõ eſt p̃ſumẽdum
cauſe vero ad obligationem agẽdam debẽt eſſe certe.nõ
omnino incerte.qꝛ cauſa incerta nõ põt producẽ effectũ
certum ꝺ condi.⁊ demon.l.dies incertus.l.ſufficit ꝺ cõ
di.inde.ꝺ iudi.l.ſed ⁊ ſi reſti.§.fi.⁊.l. non quẽadmodum
vꝫum licꝫ hec diſputatiue dicta ſunt pro ſolõne iſtius.q.
ſic diſtingue. Aut ille q mutuat.mutuat nunq̃ receptu
rus ꝙ mutuat.ſed ſolam ꝓmiſſionem annuã i eternum
ſicut fit venetijs ⁊ tũc illa ꝓmiſſio ãnua ẽ licita iurẽ diuino
⁊ humano.rõ qꝛ iſte ꝯtꝰ ẽ ꝯtuſ mutui.qꝛ mutuũ damꝰ
tãtũdeꝫ accepturi.ſꝫ iſtud damus nõ recepturi tãtũdeꝫ
ſed aliud ⁊ aliter ⁊ ideo totus quod recepturi ſumus ẽ
ſors quꝺ põt.qꝛ nõ eſt alia ſors que peti poſſit. ergo nõ
eſt vſura.qꝛ vſura ſupponit ſortem.iſte ergo ꝯtꝰ licitꝰ.qꝛ
ꝯtus innominatus do vt des.l.ij.ff.ſi cer.peta .do.ſ.vt
des mihi .c.ãnuatim ⁊ iſta ãnua datio nõ ẽ diuiſa p̃ſta
tio ſortis.vt ſic extimet ſortẽ.qꝛ nihil ẽ in ſorte.nec i ſor
tis obligatõe preter iuſtam ãnuam p̃ſtatõnem facit.C.
ꝺ ſacro ſan.eccle.l.iubemuſ nulli i fi. Aut ille q mutuat.
mutuat recepturus qñ debitor noluerit hoc acto in ipo
ꝯtu vel tacite ſub intellecto ſm̃ morẽ regionis ꝺ pig.
ac.l.ſi pignore.§.fi.⁊ idem. Nam volũtas debitoriſ ad
ſubſtantiam preſtationis.⁊ obligationis adiecta ĩpedit
obligationẽ.ergo nõ cõtrahitur oblõ mutui. ſed ꝯtus
innomiatus quẽ debitor hꝫ in ptãte diſtrahere ſoluẽdo
primã ſortem tamẽ interim ãnua prouiſio iure licito p̃
ſtatur ⁊ retinetur.nam cũ nõ ſit acceſſio.qꝛ nõ eſt aliud
principale ꝺbitum.ergo nõ eſt vſura.ſed ſors. Aut ille
q mutuat.mutuat recepturus. quãdo ip̃e mutuator vo
luerit vel poſt diem hoc acto i ipo cõtractu .⁊ inſpecta
forma obligãdi.⁊ ꝯ̃hendi nõ enim curo ꝙ debitor vel ci
uitas poſſit vim inferre ⁊ nõ ſoluere.qꝛ hoc ex̃ ꝯtum
eſt.⁊ nõ mutatꝰ ꝯtus formaꝫ vel nãm ideoqꝫ tunc ẽ ve
rum iſtud mutuum natura ⁊ effectu vt. l.ij.⁊.l.omnis ſi
cer.pe. Et qcquid accedit huic mutuo ẽ vſura.nã mutu
um re ꝯ̃hitur accedẽte ꝯſenſu vſura abſqꝫ peccato ꝯtra
hitur ⁊ ideo quod ẽ vltra rem nõ re ꝯtrahitur.ſed ꝯuẽ
tione ꝯtrahitur.duo enim ꝯ̃tus ſunt vnus ſortis alius
vſuraruꝫ.l.centuꝫ capue.ergo ſequitur quod ẽ vſura ẽt
ſi accederet.ex prouiſione legis ſepata ab ipo ꝯtractu.
vt qꝛ dictaret ſtatutum ꝙ cuilibꝫ mutuãti detᷣ ſine vllo

pacto tantũ de prouiſione.qꝛ quãdo ꝯtrahitur ſm̃ teno
rem alicuius legis p̃cedentis ⁊ diſponẽtis ꝯtractuꝫ lex
trãſit i ꝯ̃tuꝫ ⁊ ipm̃ iformat i ꝯtũ.vt.ff.ꝺ dam.infe.l.dã
ni infecti.qdaꝫ ⁊ de pac.l.legitimã.ſi ergo ẽ vſura illici
te abſqꝫ dubio retinetur quod pro vſura ſoluitᷣ. Si ãt
nõ ſoluitur vt vſura.ſed vt intereſſe refert.aut iſta p̃ſta
tio ẽ legalis.aut ꝯuentionalᷣ. Si legalis aut loqmur in
via fori contentioſi.⁊ habetur lex.p veritate.⁊ ſic li cite
petitᷣ.aut in foro cõſciẽtie.⁊ tunc ꝯſciẽtia iudicet ſm̃ ve
ritatem iformata. Si conuentionalis refert aut in via
dei loqmur ⁊ idem.ꝙ ſupra proxime.aut in via cauſaꝝ
⁊ tunc refert.aut itereſſe ẽ certuꝫ ⁊ indubitatuꝫ ⁊ licite
ſoluitur ⁊ recipitur.vt no.in.l.i.C. ꝺ ſũma tri. Aut cer
tum ẽ ꝙ nõ itereſt .⁊ tũc illicite recipitur.qꝛ vſura ẽ.aut
dubitatᷣ ⁊ tũc ꝯſiderande ſunt qualitates pſonarum vt
nõ.in.l.iij.in fi.ꝺ eo quod certo loco. Quid.n.ſi iſte q
mutuauit cõi eſt ſolitus fenerari.cum hic habeat illam
pecuniaꝫ deſtinataꝫ.iam ꝯſtat ꝙ ex ea nõ eſſet honeſte
lucraturus.nã talis nõ eſt habẽda rõ.vt nõ.l.ſi qs vxori
§.fi.ꝺ fur. Item qd ſi erat miles vel doctor legum qui
nõ ꝯſueuerunt mercancias exercere.qꝛ ſi nõ mutuaſſꝫ
cõi retinuiſſet pecuniam i marſupio.⁊ nihil ex ea lucra
tus eſſꝫ ſatꝭ cõſtat ꝙ ex tali mutuo nullũ intereſſe emer
ſit ⁊ ideo ſub nomie falſi itereſſe illicite recipit. Eꝯ̃ po
namus ẽ mercator induſtrioſus q cuꝫ illa pecunia mul
ta eſſet lucratus certe nõ eſt ꝯtra rõnem.ꝙ eidem hoc
itereſſe promittatur ⁊ ſoluatᷣ ex quo promiſſum eſt.ſed
eatenus quatenus intereſt.nam quatenus excedit veꝝ
intereſſe vſura ẽ vt.l.hactenus.§.fi.ꝺ cõſti.pecu.naꝫ ex
qualitate pſonarum locus ẽ ꝯiecture ꝺ vbo.ob.ꝯtinuuſ
§.cum ita ⁊.l.fi.ꝺ ac.⁊ ob.C.ſi quis impa. male dix̃.l.i.
Ex hoc pꝫ ꝙ ſi quis a tali mutuatore emeret ius ſuum
ꝙ lꝫ pro preterito tpe.i.pro p̃teritis p̃ſtationibus fien
dis poſſet agere vt creditor q ceſſit.qꝛ in eius locũ ⁊ rẽ
ſucceſſit i iure de preterito vt.l.qdam.§.ij.ꝺ eden.nam
iura vocant ceſſionariũ ſucceſſorem rei ⁊ actõis qa hꝫ
actionem ad idẽ ſimilem cedẽti que dr̃ vtilis.l.i.⁊.ij.C.
ꝺ ac.⁊ ob.l.plane fami.her.tamẽ pro futuro tpe ñ agit
niſi ſua interſit vt qꝛ cõmune ẽ in mora ſoluendi ⁊ ob
hoc ex pecunia non põt negociari.vt ſolitus ẽ ceſſiona
rius.vnde qñqꝫ loquitur i iure cuiuſ p̃ſtatio ẽ ꝺ p̃terito
⁊ tũc nõ variatur p̃ſtatio ex pſona ceſſionarij. Qñqꝫ in
iure ꝺ futuro.⁊ hic ex pſona ceſſionarij decreſcere põt
obligatio.vnde lꝫ ex facto cedentis nõ poſſit obligatio
rei creſcere ar.i.l.c.capue.⁊.l.ſine.§.tã diu ꝺ condi. fur.
ideo ibi dñs nõ retinet condictioneꝫ rei alienate titulo
ſingulari qꝛ fieret durior condictio furis.nam primo li
berabatᷣ ſola facti traditione nũc hrẽt neceſſe dare tñ
ex facto creditoris bene põt decreſcẽ obligatio debito
ris p eãdem.l.⁊ ideo.⁊ licet cedẽtis intereſſꝫ ſi nõ ceſſiſ
ſet.⁊ ideo ageret tamẽ ceſſionarius nõ agit pro itereſſe
futuro.i.poſt ceſſionem currẽtem niſi ſua itereſt.qꝛ ſua
pſona nõ cedẽtis inſpicitur. Et ſi ſua nõ interſit nõ põt
iuſte recipe ſicut ſi cederem tibi actionem arbitrariam
rõne loci.⁊ tu agẽs alibi q̃ i loco deſtinato . nã ſi tua ñ
intereſſet i loco deſtinato potius q̃ vbi agitur ſolui lꝫ
intereſſet mea ſi non ceſſiſſet . tamẽ tu ceſſionarius ni
hil cõſequeris .nã iſtud intereſſe emergẽs non venit ex
iure ceſſo.ſed oritur.qꝛ intereſt.nam reſpectu itereſſe ꝺ
futuro ceſſio nõ hꝫ certam quãtitatem vel nãm.qꝛ oĩo i
certam erat tpe ceſſionis ⁊ veniebat certificanduꝫ ꝺ fu
turo.⁊ hoc ſolum p̃tor agit vt repñtet actori vtilitateꝫ
loci deſtinati.etiam i alio loco facta exactõe.quia locuſ
ſolutionis ſicuti dies ſolutõis ẽ pars ꝯtus ⁊ ſtipulatio

nis propter intereſſe ipſius loci ⁊ ideo equū eſt itereſſe venire in actionibus arbitrarijs tamē ſm diuerſitatē ꝑſonaꝝ pōt eſſe plus ⁊ minus adeo ꝙ acceſſoria ꝑſona hic nō ſequit̄ ꝑncipalē vt. ð.l.centū capue.v̂.nec opoꝛtebit. Sic igit̄ a ſimili in cāu vſuraꝝ de quibus q̄ritur. Nam ceſſionarius in iure qð eſt nō in facto.qð nō eſt ſuccedit.q2 pōt plus ⁊ minus ⁊ aliter intereſſe vnius ꝙ̄ alterius ⁊ ideo nō regulatur ceſſionarius ſm ꝑſonā cedentis.q2 nō magis regulat̄ ceſſionarius ex ꝑſona cedentis i qð ē extra eſſentiam ꝯ̄cte obl'onis ꝙ̄ regulat̄ fideiuſſoꝛ ex ꝑſona rei ergo ⁊c̄.vt dcō ̇ §.loq̄tur.opoꝛtebit. q2 cū varietate ꝑſonaꝝ variat̄ effectus. nam hic ē alia ꝯdictio cedentis.alia ceſſionarij.q2 itereſſe ē variabile ex ꝑſonis. ⁊ ideo lȝ intereſſet cedentis ſi alteri nō vendidiſſet iura.tamen ex quo alteri vendidit nō intereſt ſua.vt nō.in.l.pomp.ad fi.ſ̈.qui.mo.vſufr̄.amit. ⁊ ſic ceſſionarius nō expitur ex ꝑſona cedentis ſȝ ex ſua ꝓ tp̄e futuro vt.j̈.de vſuris. cum qdā.§. fiſcus ⁊.j̈.de duo.re.l.eadem in fi.⁊ .j̈.de fideiuſ.ſi teſtō.§.fi.⁊ de eo ꝙ cer.lo.l.centum capue v̂.nec opoꝛtebit. ⁊ ꝙ venit declarandum de futuro declarari nō pōt niſi caſus declarationis exiſtat ad.l.acquil.huic ſcripture i fi. ð rei vē. idem pomp.i fi.ð ꝯdi.⁊ demō.l.in teſtō.C.ð inſti. ⁊ ſubſti.l.ſi qs hr̄dem fami.her.item habeo.c.i.l.fi.C.ð ꝯ̄hē. emp. Et idem dico in hr̄de ꝙ nō recipit licite ſi ſua nō intereſt licite hanc ꝓmiſſionem recipere poſſet probatur hic modus arguendi.j̈.de pig.ac.l.neceſſarias. §.ſi vnus. Et facit.v̂.ſi vſuſf.pe.l.vtifrui.§.ſi poſt q2 omnis ꝓ̄ſtatio que cōmenſurat̄ intereſſe ceſſat intereſſe vt.l.ſi ſeruus.in pꝛin.ð ꝯdi.fur.ad.l.ro.de iac.l.p.§.idē meis. nam licet hr̄s ⁊ ceſſionarius nō mutuauerūt ip̄i tamen mutuanti i mutuo ſucceſſerunt.⁊ ideo q̄cquid ꝓ̄ſtat̄ eis vltra ſoꝛtem mutuatā ⁊ vltra itereſſe ē vſura. Caueāt igitur tam mutuātes ꝙ̄ eoꝝ iura emētes.q2 pleriq3 icidunt loqueū diaboli. Et ex his pȝ.an ⁊ quādo ⁊ quatenus ſuꝑ iſtis peti poſſet relexatio interpoſiti ſacramēti. Suꝑ.ij.q. qua queritur vtrū papa poſſit ſacramētū relaſare iuranti. Rō ꝙ nō eſt dubiū ꝙ pōt cū cauſa vt extra ð elec.venerabilem.nā iuramētum ē diuini iuris auc̄te lȝ ſit humani iuris vtilitate.q2 affert pꝛiuato vtilitatem. pōt igitur papa in ip̄m iuramētum pꝛincipal'r rōne ipſius iuramēti.nam ð eo quod dn̄o eſt promiſſū ꝓcuratoꝛ facere poteſt id qð dn̄s veriſimil'r eſſet facturus.ff.man.ſi hoīem ⁊ maxime.d.papa qui hȝ liberam adminiſtratōem a xp̄o.cuius ē vicarius ⁊ procuratoꝛ.⁊ ideo quod ſuꝑ eo xp̄o iuratum eſt ip̄e pōt diſpēſare ēt ex oꝛdinata poteſtate nedum ex abſoluta ꝑ quā omia poteſt.q2 lex eſt omne quod pꝛincipi placet.l.i.ð conſti. pꝛin. facit de hr̄ti.c.vlti.⁊.xv.q.vi.c.auc̄te nec hȝ papa ſeruare oꝛdinem iuris.q2 vbi papa ibi oꝛdo cum in eō ⁊ ex eo pendeat i oꝛdinātem.ſed oꝛdinarius i oꝛdinem.q2 cā pōt in effectu non effectus in cauſā vt.C. de legi.l. digna.vox.ff.de manu.ap̄.cum in fi.extra ð re iudi.c.i cauſis.⁊ in.c.paſtoꝛalis in fi.ð re iudi.i cle.ꝑ modū voluntarie iuriſdictionis.nō ſolum ſp̄ūalia.ſed etiam tp̄alia pōt papa prout oꝛdinant̄ ad ſp̄ūalia vt legitimatō ad oꝛdines ſm Inno.qui ita no.extra.qui fi.ſint legi.ꝑ vene. Secus v̂o in tp̄alibus que nō oꝛdinant̄ ad ſp̄ūalia que papa non poteſt vt nō̄. Inno.ð re iudi.cum te. Ep̄i v̂o poſſunt relaxare ſacramenta ex cā in iure expꝛeſſa non ex alia.nam cum iſta relaxatio ſit arbitraria ergo nō ē arbitraria niſi vbi lex hoc expꝛimit.ea enim que foꝛmā habēt precīſam.nūquā ad officium iudicis ꝑtinent. Ita ꝙ iudex poſſit a foꝛma recedere.C.ð fideiuſ.lib.l.fi.niſi i actionibus arbitrarijs ð eo quod cer.loco.l.ſi hr̄s ⁊.l. ſe.⁊ ibi nō̄. Preterea debēt ep̄i ſeruare iuris oꝛdinem vt.l.nec quicꝙ̄.§.fi.de offi.ꝓ cōſul.⁊ leg.⁊ nō̄.in.c.vlt.ð hereti.li.vi. Super tertia.q. an cōſtitutio ep̄alis poſſit repꝛobare vel dimittē iuramētum. Rēo aut ꝯſtitutio ē indiſcreta ⁊ ſine cā nō poteſt quod diuini iuris ē infringere.aut cum cā pꝛopter publicam vtilitatem vel defectum cōſcilij.vt ecce ep̄s facit ſtatutum ꝙ clerici mioꝛeſ xviij.annis.nō obligetur ſacramēto ſine auctoꝛitate curatoꝛis vel ſui p̄lati.vel facit ſtatutum ꝑꝑ eccleſiaꝝ ſue dioceſ̄.vtilitate ꝙ licet clerici ſub iuramēto remitterūt decimas poſſent eas petere nō obſtante iuramento ⁊ tūc foꝛte tenet cōſtitutio ep̄alis.q2 ex ea nihil iniuſtū l' pꝛauum ſequitur ymo potius iniquitas euitat̄. ergo tȝ talis ꝯſtitutio.ex̄ ð ꝯſtitu.vt aiarum.§.ſtatur extra ð loca.c.ij.extra ð maio.⁊ obe.c.ſi quis venerit. Simile q̄a uideo ꝙ ꝯſtitutio p̄toꝛis ex cauſa repꝛobat iuramētum vt.l.iuriſgē.§.⁊ general'r ð pac.ergo idem in ep̄o.nam ⁊ ip̄e pretoꝛ eccleſiaſticuſ ē.vt nō̄.in.i.l.ſ̈.ð offi.p̄fe.p̄to. ad fi. Aliq̄ ꝯ̄rium dn̄t.q2 iuramētum nō ſeruatū v̂git i diſpēdium eterne ſalutis.ergo non tenet ꝯſtitutio ex qua delictum ſequitur.⁊ maxime.q2 hoc ē delictū pꝛincipaliter ꝯtēte religionis in ip̄m deum ⁊ iferioꝛ ius ſuperioꝛis tollere nō poteſt ð arbi.l.nam magr̄atus ⁊ inde qð nō̄. i ſpe.de iudice dele.§.nūc.ob.v̂.h quoq3 nō̄. Super quarta queſtiōne an impr.poſſit remittere iuramētum Rēo aut ille cui eſt iurat̄ eſt ſubditus impr̄is ⁊ tūc impr.poteſt dimittere.q2 ius ſubdit ē i libera diſpoſitione pꝛincipis nam poſſet etiam pꝛinceps mandare ꝙ ſubdito nō ſolueretur ⁊ ex tūc nō ſoluēdū incurrēt periurium.q2 intelligit̄ ius ſuꝑioꝛis exceptum ex̄.e .vēientes ⁊ de. l. comi.l.fi.de legat̄.iij.paulo calimacho.§. fi.⁊ ð pi.ac.l.fi. Si v̂o iꝰ ē q̄ſitū n̄ ſubdito pꝛicepſ n̄ p̄t q2 impr.n̄ p̄t i ip̄m iuramtū directe cū ſit diuini iuris. nec indirecum cum ex eo ſit queſitum ius .tertio i quē pꝛinceps nihil pōt . ſecus ſi habere pōtatem i eum vt.j̈.de ſtip.ſer.l.i.§.ij.de ſer.expoꝛ.l.ij.de ver.ob.qui rome.§. flauius hermes vt.j̈.de fideiuſ.l.grānius.§.ſȝ ponamꝰ ⁊ ar.ex̄ ex vo.ꝑ Inno.ex̄ de fo.ꝯpet.veꝝ iudices nō̄.j̈. ꝑ̇ncipem nō poſſunt iuramēta valida relaſare directe q2 in ſp̄ūali nihil pn̄t ſiue ſint directe ſp̄ūalia vt omia ſacramētalia ſiue ſint ſp̄ūalibus annexa ꝙ pōt eſſe dupliciter vno modo ꝙ ſint ānexa.q2 oꝛdinant̄ ad ſp̄ūalia vt ius p̄ronatus ad inſtitutionem. Alio modo ꝙ ex ſpiritualibuſ ſequant̄. Et hoc pōt eſſe dupl'r vno modo ꝙ ex ſp̄ūali ſequatur ſp̄ūale vt ex oꝛdine clericali beneficium eccl'iaſticum extra ð reſcript̄. adeo alio modo quō ex ſp̄ūali ſequat̄ tēpoꝛale vt dos ex matrimonio q̄ ideo annexa dicit̄.q2 nec ſeoꝛſū eſſe nec ſeoꝛſum examiari p̄t quādo ð ſp̄ūali.i.ð numero diſputet̄ vt extra ð oꝛdi. cogni.tuam ⁊ ex̄ ð iudic.c.ſi annū.li.vi.⁊ extra ð iudic.c. diſpēdioſam in cle.⁊ ideo dos ꝑtinet ad foꝛū eccl'ie.c. tue.vt lite nō cōte.ð dona.inter virum ⁊ vxo. ð pꝛudentia nō dico ꝙ etiam iudiciū dotis ꝑtineat ad ſeculare foꝝ tn̄ ſeculare foꝝ pendet ex eccleſiaſtico.quatenꝰ dos pēdet ex matrimonio ſiue petatur ſiue repetatur vt dicto.c.tuam ð oꝛdi.cogni. Suꝑ quīta queſtione an ſtatutum poſſit remittere inter ſubditos iuramētum videt̄ ꝙ ſic.q2 lex vicem apoſtolici optinet vt.l. adigē.l.iul'.⁊ ibi no.ð iure patro.⁊ q2 poteſt auferre lex municipaliſ. ius vnius ⁊ dare alteri.ſicut pactum.nam inſtar pacti optinet inter ſubditos.l.nō ipoſſibile. de pac. no.ð reg.iur.nec ex p̄toꝛio.⁊.ſ̈.de legi.l.ſed ⁊ ea ⁊ ð ð ꝛe.decur.in Rica.li.x .Et multo magis ſtatutum pōt

reprobare ꝯſꝫm ſubditoꝝ. ergo ⁊ iuramētū qꝛ ſublato
ꝯſēn iuramentū nihil ē niſi ſonus qdaꝫ v̄boꝝ v̄berans
aerem nō autem habet virtutem vt.l.obl'onum fere ꝺ
ac.⁊ obli. Preterea ex iuramēto reprobato nō oriť uin
culū nāle. nec ꝯſenſu ꝑambulo ⁊ reprobato ut.l.cuꝫ lex
de fideiuſſ. Cui ergo accedet iuramētum certe nō ē cui
accedat ergo ⁊c̄.pro hoc.C.ꝺ legi.nō dubiuꝫ in fi.de l'.
.i.ſi quis inquilinos.§.fi.⁊ quod nō.C.ꝺ iur̄ do.l.ſi p̄di
um. Jn ꝯ̄riū uidetur.qꝛ ſtatutum inducit iurantem ad
deierādum.⁊ ſic includit nō excludit peccatum. ergo n̄
ualet.qꝛ contra ius diuinum. Quidam diſtinguit ꝙ aut
rō ſtatuti excludit peccatum.⁊ tūc ualet ſtatutum. ut ſi
dicat ſtatutum ꝙ ꝯ̄hens cum minore.xviij.ānis fingať
ipſum decipere ⁊ non ualeat contractuſ tanquam do
loſe extortus uel tanquam ſimulatus etiam ſi iuretur.
Si aūt ratio ſtatuti nō excludit peccatū . tunc tenet
iuramentum ⁊ nō tenet ſtatutū. Non ob.ꝙ qn̄qꝫ tenet
ſtatutum ēt ꝙ inducit peccatum exemplum ī ſtatuto ꝑ
mittente occidi furem uel bannitū.l.ſi ſeruus de hijs q
ad ecc.cōfug.l.iij.ad.l.acql.l.fi. C.de malefi.⁊ mathe.
qꝛ ibi ſtatutum nō diſponit ſup aliquo ſp̄uali.ſed ſoluꝫ
ſup pena tēporali.ſup qua ſtatutum pōt diſponē . tam
eque ꝗ̄ inique.qꝛ eſt in ſua poteſtate eo ꝙ quid tēpora
le ad iuramētū ē quid ſi ſp̄uale.⁊ ſic nō obſtat hec opi
nio ſatis eſt probabilis cuꝫ diſtinctōe.nam aut q̄rimus
utrum ſi iuramentū ē reprobatum a ſtatuto cuius ſtatu
ti cā nō excludit peccatum ualeat ſtatutum quo ad effe
ctus iuris canouici ⁊ diuini. ⁊ dico ꝙ nō ualet aut quo
ad effectus iuris ciuilis.ut quo ad actōes que ſunt ꝺ iu
re ciuili.⁊ dico ꝙ ualet unde tale ſtatutum impedit per
iuramētum dari robur cōtractui ad ageñ in foro ciuili.
Jtem talis ꝯtractus reprobatus a ſtatuto nō eſſet pri
uilegiatus ex forma ſtatuti.unde nō h̄ret patam execu
tionem ex p̄cepto guarētigie ꝑ formam ſtatuti.nā qua
tenus de ſtatuto capit ꝺ forma ⁊ eſſe eatenus pōt petē
ꝺ nō eſſe ut.l.eius ē nolle de reg.iur.nam cū iſte ꝯ̄ctus
ſit ip̄i ſtatuto inimicus nō dꝫ ad priuilegia ſtatuti ꝑtine
re ut.l.iij.§.fi.de adi.leg. Jtē effectus iuramēti mor
te finitur ex quo nō dat robur ꝯ̄ctui.qꝛ ſtatutum īpedit
ſecus ſi iuramētum tene ret. Et idem dico ī ꝯſuetudine
Et ſi dicatur ꝙ nunꝗ̄ tenet iuramētum contra bonos
vt in.c.nō eſt obligatorium. Ro.ꝙ eſſe ꝯ̄ bonos mores.
pōt intelligi dupl'r .primo modo.i.ē eſſe ꝯtra rectā mo
ralitatē.ꝯtra dictam̄ recte rōnis ⁊ pro hoc ē ꝯtra iuſtiti
am publice honeſtatis.tūc nō tenet iuramētuꝫ.qꝛ diſtō̄
quet a uia recte ⁊ v̄tuoſe uiuendi.⁊ ita ītelligiť dcīn̄.c.
Scd̄o modo.i.contra aliquos ꝑticulares mores ciuita
tis illius et tunc ideo iuramentum non tenet. ymo te
net ex quo ſeruari pōt ſine peccato ut in.c.ij.de pactj.li.
vi.de hac mā̄ infra latius ꝑtractabo. Sꝫ qd de con
ſtitutione ep̄ali an ualeat Ro.ut ſupra dixi Adde ꝙ cō
ſtitutō ep̄al'.aut eſt contra ius aut ſ̄ꝫ ius.aut preter ius
Aut addit aliquid ad ius. Si eſt ꝯtra ius nō valet ſiue
ſit ꝯ̄ eo ꝙ ius prohibet ſtatui ſiue ex eo quod ius diſpo
nit ꝯ̄riū ſtatuti. Si ſ̄m ius valet.c.i.de conſtitj. lib.vi.
Si p̄ter ius valet ſi ē rationabiliſ eo.ti.vt animaꝝ ſec⁹
ſi eſt cōtra rōem.qꝛ tunc ꝯtra.l.eſſe videť ⁊.l.ſupioris ī
ferior tollere nō pōt ⁊ facit qꝺ nō.i.c.i.de re.ecc.n̄ alie.
ī cle.in gl .prohibitus ⁊ ꝑ archi.de cōſecra.di.iij.c.i.⁊.c.
fi.⁊ quod no.ī.c.fi.⁊ app.li.vi.ī nouella.nam ꝙ ep̄s non
poſſet pronūciare cā cognita.nō poteſt ꝑ cōſtitutionem
ſuam ſtatuere.qꝛ ſn̄ia conſtitutionis ⁊ uiue vocis eqpe
ranť.qui procedunt a pari potentia cauſe. Et ideo dice
bat quidam magnus doc.ꝙ ꝯſtitutio ep̄i ꝙ aliquis ex

ſola nuda fama pronūcietur v̄ſurarius nō tenet. ſed ſi
cōſtat ꝙ aliquis ē vſurarius bene pōt cōſtitutio ep̄alis
addicere ſibi penaꝫ puta ꝙ probato aliquo vſurario.⁊
ſic probato delicto omnia ſua inſt̄ra p̄ſumunť ꝺ duplo
qꝛ cōſtat de cā ip̄iuſ ſtatuti. Similiter ꝙ ꝑ teſtes ſingu
lares probato aliquo vſurario pronuncietur inſt̄m ad
eius reciſſioneꝫ agitur vſurariuꝫ.nam teſtes ſingulares
in ſpē cōcordes tamen in genere probant genus ⁊ non
ſpēm Jnno.ꝺ accu.qualiter.itaqꝫ cōſtat.ꝙ ē vſurarius
⁊ ſic tenet ſtatutuꝫ ꝯ̄ eum ar.no.ꝑ Jnno.ꝺ loca.noſtra.
⁊ de offi.l.c.nemini.vnde ſic dicaꝫ ī propoſito ꝙ ſi ep̄s
facit ꝯſtitutionem ſuam ꝯ̄ id qꝺ canon diſponit.ꝙ nō tꝫ
qꝛ ep̄s iurat ſeruare canones ſicut iudices leges ī autj.
iuſiur̄.quod p̄ſta.ab his. Ex predictis pōt ꝙ nō valet ꝯ
ſtitutio ep̄alis ꝙ inſt̄ra recepta pro ꝯuentas ꝑſonas fe
neratoꝝ p̄ſumanť feneratitia niſi probenť ꝙ ſint rece
pta pro ip̄ius feneratoribus.quia propter crim̄ eccleſia
ſticum conſtitutio epiſcopalis ꝙ inſtrumenta recepta
per cōiunctas perſonas contra feneratores non con
tra alios vel niſi ſint recepta ꝑ filios v̄el vxores vel ali
os ꝑ quos queriť vſurarius vel fingitur de eius bonis
.l.quinꝗ.de dona.inter.vi.⁊ v̄xo.C.quod me.ca.l.ſi per
impreſſionē ⁊.C.ſi rector prouinc.l.i.cum ſy.C. ꝺ di.py.
⁊ qui ſub ymagine.nam quo ad tales ꝑſonas bene va
let cōſtitutio propter fraudem p̄ſumptaꝫ ar. C.ꝺ dōa.
data vbi nō ē p̄ſumptio fraudis ꝯſtitutio ep̄i nō poteſt
dānare factum impune maxime a nō vſurario ſ̄m alb.
de ſe. Et ꝺ multiplici vſurarioꝝ fraude.⁊ qual'r ꝑ cōſti
tutionem ꝯ̄ eos prouideri pōt nō̄. Jo.an.extra ꝺ emp.
⁊ vē.c.ad noſtraꝫ vbi omnino videas. Et lꝫ p̄tor poſſit
corrigere iura.tamē ſecus ē in ep̄o.qꝛ ſolus p̄tor maxi
mus cui ius ſpāliter cōcedit pōt ſtatuere cōtra ius.l.nō
alius.C.de offi.p̄fe.p̄to.l.normaꝫ. Etiam cardinalis le
gatj vt nō.in.c.vlti.ꝺ h̄ti.li.vi.⁊ ꝺ v̄.ſig.ſepe ī cle. Pa
tet ex p̄dictis vtrū poſſit declarare ſup nullitate ſacra
mentj dictum ē enim ꝙ ad forū eccl'iaſticum ꝑtinet vt
nō.in.c.vlti.ꝺ foro cōpe.lib.vi.ibi vide. An ſecuritati ali
cui date ꝑ ſacr̄m poſſit ip̄e renunciare dic vt in aūt.de
man.prīci.§.ſed neqꝫ h̄.que dicunť v̄ba res tēporales
ſūt ꝺ foro ceſſaris res ſp̄uales ꝺ foro beati petri Jnn.
de procur.accedēs ⁊ ideo iuramētum ē ꝺ foro eccleſie
vt ſepius dixi.⁊ facit quod nō. Jnnoc.in.c.nouerint de
ſen.excō. De quarta principali qōne qua queriť que ſit
cauſa finalis quare iuramēta preſtanť Ro. ſ̄m ꝑſonas
⁊ formas in aliū.⁊ ī alium finē iuramenta ordinātur vt
ecce iuramētū īperatoris ad ſtatutū ꝙ orbis iuramētū
regis. Ad ſtatutum regni iuramētum iudicis ad iuſtici
am ꝯſeruādam iuramētum vaſalli ad fidelitatē facien
daꝫ iuramētum notarij ad legalitatj ꝯſeruandam ī ſuis
ſcripturis.iuramētum militis ē ſimile iuramēto fideli
tatis iuramētum pacis ad bonū pacis.iuramētum per
miſſorium ad neceſſitateꝫ p̄ſtationis ⁊ robur et confir
mationem ꝑmiſſionis iuramētum declaratorium ad ꝺ
ciſionem litis ⁊ ſic de ſingulis vt pꝫ in ſuis locis nō ꝑſe
quitur. Sub quinta queſtione principali qn̄.ſ.iura
mentū teneat ⁊ qn̄ nō.qꝛ qō iſta eſt vtilis dico ſic ꝙ iu
ramētum diuerſis modis de nullitate īpugnatur ꝑ iu
rantes ⁊ videamus an recte dr̄.ergo qn̄qꝫ ꝙ iuramen
tum nō pōt. Quia contra bonos mores Quia ꝯ̄.l.vl' p̄
tor.l. Quia ꝯ̄ publicam vtilitatem principal'r . Quia ꝯ̄
publicam vtilitatē ſ̄ario. Qn̄qꝫ dr̄.ꝙ nō tenet rōe iurā
tis. Qn̄qꝫ ꝙ nō teneat ratiōe iuramētū.rec pictiſ. Qn̄
qꝫ ꝙ non tenet eo ꝙ ſeruatj inducit peccatum reuertor
ad primuꝫ dico.ꝙ iuramētum cuiuſ obſeruātia ccuu.m

pit bonos mores nõ ẽ ſeruãdum ymo maluꝫ reputãdũ
iuxta illud corrumpũt bonos mores coloquia mala ſũt
igitur igitur mala q2 corrũpunt bona.Et ꝙ iuſtũ eſt pu
uiri iniuſtum ẽ ſeruare . Sic loquitur.c.nõ eſt obligato
rium de regu. iuꝛ.lib.vi.Sed ꝯtra hoc oppo. iuramen
tuꝫ ꝑ quod futura ſucceſſio repudiatur eſt ꝯ bonoſ mo
res.vt.C.de colla.l.pactum ⁊ tñ valet vt in.c.i .de pac.
li.vi. Rndet dy.ꝙ iuramenta que turpem effectum ſeu
euentũ cõtinẽt impléda nõ ſunt ⁊ ita intelligit᷑ decretũ
ſed ſi nõ ꝯtinent turpem exituꝫ.i.q2 non ordinant᷑ .i.ali
quid turpe illa ſunt ſeruãda.vt dicto.c.ij.Et lꝫ iuſ ciuile
reputet eſſe ecõtra bonos mores tamen ius canonicũ
nõ reputat iuramentum eſſe ꝯtra bonos mores niſi ꝙ
ſeruatuꝫ vgit in diſpẽdium ſalutis eterne.⁊ ſic non ob.
C.de pac.l.fi.vel dic ꝙ qñqꝫ iuramẽtum ꝯtinet directe
⁊ expſſe aliquid turpe.⁊ nõ obligat.tũc vt ſi quis pr̃em
occidere iurat.vel nõ allere.⁊ ſimilia.q2 nõ ſunt implen
da.que ſunt bonis moribus ꝯria.l.fratẽ.§. ſi in danda
ad treb.l.i.de conſti.inſti.de.v.ob.vtrum.l.⁊.l.ſi plagij
Quãdoqꝫ cõtinet id quod non ẽ de genere rei turpis ⁊
tunc aut ad id ꝑuenitur ꝑ aliquod turpe ⁊ nõ tenꝫ vt ſi
iurat᷑ ꝑ futura ſucceſſione qñ ꝑ iuramẽtũ. inducit᷑ vo
tum captande mortis.Nam illud votuꝫ quod ẽ turpe
⁊ triſtiſſimos euẽtus inducit ẽ in medio ⁊ ꝑ id ad eſſe
cum ꝑuenitur ideo nõ tenet iuramentũ d̉ ſuccedẽdo. C.
de pac.l.fi.Aut ad id ꝑuenitur ꝑ medium quod nõ eſt
turpe ⁊ tũc tenet iuramẽtum vt exẽplũ i iuramẽto d̉ ñ
ſuccedẽdo vt i.c.ij.de pac.li.vi.Nam in primo caſu me
dium viciat extrema vt.l.qui ſella.§.in ruſticis d̉ ſerui.
ru.p̃.nõ enim põt eſſe licitum ad id quod illicito iuramẽ
to ꝑuenit᷑ vt.l.ij.§.i.de ꝯdi.ob tur.cau.Venio ad ſm et
dico ꝙ qñqꝫ iuramentuꝫ ẽ ꝯtra legẽ.qñqꝫ p̃ter.l. Item
ꝯ.l.poteſt eſſe dupl̉r.vno modo. q2 ſup actu reprobato
ꝑ legem.Alio modo.q2 ipm̃ ſacramẽtum ſit ſpãliter ⁊
expreſſe reprobatũ a lege.ſi ergo lex diſponitur de actu
iurato ⁊ nõ de iuramẽto refert aut ẽ lex diuina ⁊ nõ tꝫ
iuramẽtum.q2 deus non facit dr̃iam iter ſimplicem lo
quellam.⁊ iuramentum.vnde ita reprobat ⁊ approbat
vnum.ſicut alteruꝫ.xxij.q. ij. iuramenti. Item ex quo
deus diſſentit ſibi iurari non poteſt diſſentit autem
prohibendo actuꝫ ut.C.de.neg ge.l.fi Item ꝓhibitum
a lege diuina eſt impoſſibile ⁊ illicitum de nã ⁊ impoſſi
biliũ nll̉a eſt obl̉o.de v.ob.ſi impoſſibil̉.aut.l. canonica
tunc Aut eſt lex pape.aut inferioriſ.Si pape credo ꝙ
iuramentũ nõ eſt obligatorium. q2 nõ ptinet ad iuramẽ
tũ anullãdum quod ẽ de genere poſſibiliũ ⁊ obſeruabi
lium.nam ex quo papa mandat ſeruari iuramẽtum iſe
rior prohibere nõ poteſt niſi forte ſtatutur cum cã ar.j.
man.ſi hominẽ.Si ẽ reſ ciuilis.refert.aut loqmur d̉ iu
re ciui.⁊ quo ad effectuꝫ attributus actui ꝑ ius ciuile.
aut de iure canonico.Si d̉ iure ciuili aut ꝯctus ẽ probi
bitus fauore iurãtis.tñ ⁊ tenet iuramẽtum vt in autẽ.
ſacramẽta puberuꝫ.Aut ẽ prohibitus de iuꝛ cõi non in
priuilegiũ iurantis ⁊ tũc non tenet iuramẽtum vt.l.nõ
dubium.C.de legi.Nõ ob.ad precedens mẽbrum d̉ fa
uore quod nõ.C.d̉ iuꝛ do.l.ſi predium. q2 ibi alienatio
erat prohibita pp publicam vtilitatem nõ ſolum i pri
uilegium mulieris vt.l.i.ſo.ma.Aut eſt prohibituſ odio
iurantis.⁊ tunc iuramentũ nõ tenet vbi gr̃a ſtatutum ꝯ
magnates diſponit ꝙ ipi magnates nõ poſſint ꝯctus
facere cum popularibus certe ſi ꝯ hũc cũ iuramento ñ
tenet.q2 legi prohibitiue facte in odiuꝫ renunciancis re
nũciari ñ põt.Simile q2 quãdo canon loquit᷑ negatiue
⁊ ꝓhibitiue nõ poteſt diſpenſar̃. Si ꝯfirmatiue poteſt
diſpenſare.vt nõ.doc.d̉ elec.indemnitꝫ.li.vi.⁊ nõ. extra
de iudic.ac ſi clerici ⁊ facit.ſ.de iudic.l.ij.§.ij.in fi. ⁊ vi
de quod nõ.Inno.extra de tẽpo.ordi.dilectus . Fauor
gitur põt repudiari odiuꝫ vo nõ.al̉ quibus odio renun
ciaret.⁊ fatue lex odioſa emanaret qd̉ ẽ rediculũ iuri.
Iuri autẽ promiſſorio an poſſit iuramento derogari re
fert.Aut erat ius reſidens in ꝑte.⁊ ſic ẽ ius ꝑtis.aut ẽ
ius legis.primo caſu.aut iſtud ius reſidet ſolum i iuran
te poteſt derogar..vt.l.ſi qs i ꝯſcriben.de pac.aut ꝯtinꝫ
ius p̃cepti .⁊ tunc nõ põt renũciari.vt.l.nemo põt d̉ le.
.l.ita nõ.cy.C.d̉ excu.tu.l.volunt.quo cognoſcam ſi ius
reſidet in parte vel non.Rndeo ius quod ex facto.i.ex
qualitate facti vel ꝑſone cũ qua factuꝫ ſit oritur reſidet
in ꝑte.ſed ius ex quo factuꝫ oritur.ſeu ſubſtãtiatur ñ re
ſidet i parte.vt.d.l.nemo põt.⁊ ꝯſti.pe.l.promiſſor ſtici.
§.i.cum ſo.⁊ h.de iure ciuili.Si autem loqmur d̉ iure
canonico videt᷑ ꝓ regula teneñ.qꝫ omne iuramẽtum eſt
ſeruãdum.qd̉ ſeruatum nõ vgit in ſalutis eterne diſpẽ
dium.vt ſepius dictum ẽ vel dic latius.ꝙ quatuor ſunt
virtutes legis.ſcilꝫ impare vetare promittere punire.
vt.ſ.de legi.legis vtus.Aliqñ ergo lex. aliqd imperat.
aliquid preciſe.⁊ tũc ſi quis iurat nõ facere illud qd̉ lex
impat eum facere nõ tenet iuramẽtuꝫ.vt ſi pater iurat
nõ allere filium vel nõ inſtituere eum hr̃dem vl̉ aliqd
aliud nõ facere quod.l.impat vt.xxij. q.iiij.c.inter cete
ra.Aliquãdo vetat.ſ.p̃ciſe.⁊ tũc aut iuramentum exclu
dit cãm prohibitõis ⁊ valet iuramẽtum vt in aũt.ſacr̃a
puberum.nam cũ ibi minor etas ſit cauſa ꝓhibitionis.
⁊ iuramẽtum reputet iurãtem maiorem cã iurãdo.quia
iuramẽtum ẽ quid ſpũale ⁊.c.fi.de iudi.li.vi.ꝙ in ꝯhen
do.ergo facit cãm prohibitionis ceſſare.aut iuramẽtuꝫ
nõ excludit cãm prohibitionis ⁊ tũc. Aut ẽ tale ius ꝓ
hibitorium.cui poſſit derogari ꝑ pactuꝫ.⁊ tenet iuramẽ
tum.l.fi.ad vell̉.⁊.l.fi.C.qñ mulier tu.o.fun.põt.aut eſt
tale cui ꝑ pcm̃ derogari nõ poteſt.⁊ tũc non tenet iura
mentũ iurantis.ut ſi filiꝰ renũciet macedoniano dico ꝙ
nõ tenet ſup hoc interpoſitum iuramentũ.Simile qñ fi
lius alienat ſine cõſenſu patris.rem aduẽticij peculij.
Nam lꝫ iuret nota.nõ tenet iuramẽtuꝫ.ut nõ.C. d̉ bo.
que lib.l.fi.§.filij aũt in glo.ſed nũquid.⁊ hoc ẽ planuꝫ
de iuꝛ ciuili.Ac d̉ iure canonico videtur ſeruãdum.Sꝫ
Ja.de bel.dicit ꝯrium.q2 iſta prohibitio ẽ facta in fauo
rem pr̃is.ergo filius nil agit iurãdo.⁊ hoc i aduenticijſ
plaiuꝫ i quibus filius nõ hꝫ adminiſtrationem ſed pr̃.
vt nõ.j .como.ſed mihi.§.ſi filio.⁊.C.de bo.qꝫ lib.aũt.
excipitur. nam quatenus quis adminiſtratione caret
eatenus iuramẽtum nõ tenet vt ex̃.e.intellecto.⁊ facit
ar.ſ.de pac.cõtra iuris ciuil̉ re gulas.§.ſi filius.⁊.j.ſo.
ma.l.ij. Sed ꝯ p̃dicta op.C.ne fide.do.dent᷑ .l.i.vbi
nõ.ꝙ iuri ꝓhibitiuo nõ poteſt renũciari. So . aliqñ
.l.prohibet ⁊ ãnulat.⁊ tũc nõ poteſt renũciari.vt ibi. q2
cõſenſus eſt ꝑ.l.prohibitus.l.cum lex de fideiuſ. Qñqꝫ
prohibet ⁊ exceptũ.inducit.tũc aut exceptũ.inducit odioſã
⁊ nõ renũciari.Aut fauorabileꝫ tũc ſic.⁊ ita intelligo p̃
dicta loquẽdo d̉ iure ciuili. Eſt etiã ſimile i donatione i
ter viꝝ ⁊ vxo.ſm leges.q2 videtur ꝯ pu.vtilitatem que
ſecũdario viatur in matrimonio .nam fauore matrimo
nioꝝ facta eſt illa prohibitio.vt.l.i.de dona.inter viruꝫ.
⁊ vxo.ſm canones.credo ꝙ iuramẽtum teneret ar.c.ij.
de pac.li.vi.⁊ de iuꝛiur.cum ꝯtingat.⁊.c.licet.e.ti. ⁊ ex̃
de pigno.ſignificãte vel in illa ne.fide.do.de.viatur fa
uor matrimonij.vt non turbetur matrimonium.Aut i
matrimonijs repreſentatur ⁊ uerſatur ius publium
.l.i.ſo.ma.Guil.de cu.dicit ſimpl̉r ꝙ tenet iuramentuꝫ

vt ſpe nō.j.e.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.itē ſi iurauero dic vt
ibi.plene ꝑ eum ⁊ tangit᷑ ꝑ cy.C.de ſacro ſan.eccle.l.i.
in fi.Item aliud exemplum ꝺ iur̃ prohibitiuo in. l.quē
admoduꝫ de agri.⁊ cen.Sed ibi iuramētum nō tenet
etiam iure canonuꝫ qꝛ contra.l.factuꝫ principal̾r fauo
re publice vtilitatis ar.ſ.de pac.l.ius pu.⁊.l. inter debi
torem.Collige.ergo ꝙ aliqñ iuramētum ē ꝯ.l.ꝓhibito
riā.⁊ ꝯ pu.utilitatē.⁊ ꝯ bōs mores ⁊ tūc nō tꝫ vt.ſ.dixi
in alio membro qñqꝫ nō eſt ꝯ bonos mores. ⁊ tūc qñqꝫ
eſt ꝯ.l.prohibitoriaꝫ.⁊ ꝯ publicam vtilitatem pͥcipal̾r
⁊ tūc nō tenꝫ nec iure canonico nec ciuili de l̾.l.ſi quis i
quilinos in fi.de foro ꝯpe.c.ſi diligenti.Aliqñ eſt ꝯtra
.l.prohibitoriam ⁊ ꝯ publicam vtilitatem ſecundario ⁊
tūc.iure ciuili nō tenet iuramētum.ſed de iure canonico
bñ tenet extra.in donatione iter viꝝ ⁊ vxo.que iure ca
nonico tenet ſi ē iuramēto ꝯfirmata.Et ideꝫ credo qñ
pater donat filio in poteſtate ⁊ iurat vt. valeat iure ca
nonū eadem rōne.Aliqñ eſt ꝯ.legem prohibitoriaꝫ ⁊ ꝯ
priuilegium.⁊ tūc aut iuramētum facit ceſſare cām pri
uilegij.⁊ tenet iuramētum vt in aūt.ſacramēta puberū
Aut nō facit ceſſare cām priuilegij ⁊ tūc refert aut iſtō
priuilegiuꝫ eſt tale cui poſſit derogari ꝑ pactum ⁊ tenꝫ
iuramētum.l.vlti.quādo mulier.tu.offi.fūg. pōt. Aut ē
priuilegium cui ꝑ pactuꝫ nō pōt derogari.⁊ tunc refert
aut ꝯtinet fauorem tertie pſone rei renūciari nō poteſt
etiaꝫ ꝑ iuramētum niſi ille ꝯſentiat.l.fi.§. Filij ꝺ bo.qꝫ
libe.⁊ ar.de ꝯſti.pecu .Unde falſam.aut ꝯtinet fauorē
ſolius iurantis.⁊ tunc iure ciuili nō tenet ſacramentuꝫ
vt.C.ꝺ iur̃ do.ſi ꝑdium nō iure canonū tenet vt ex̃. de
iuriur.milites.Aliqñ iuramētum eſt ꝯ.l.ꝓhibitoriam i
odiuꝫ introdutaꝫ et tunc uire ciuili nō videt᷑ uallere iu
ramētū indiſtincte exēplū i macedoniano.et in pacto.l.
cōmiſſorie.ſed iure canonuꝫ ſeruandū eſt iuramentum
ex̃.de pig. ſignificāte.vl̾ dic.quod lꝫ ſeruetur pactuꝫ.l.ꝯ
miſſorie tamen ſecus in mutuo. qꝛ prohibitio continet
odiū principal̾r ⁊ fauoreꝫ tertij ſecūdario.qꝛ nō eſt nec
filij iure patro.niſi dicat᷑.l.i.ad mace.ſm.Ja.de bel. vt
ſ.dixi.Qñqꝫ lex promittit. ⁊ tunc an teneat iuramentū
refert.aut illa ꝓmiſſio inducit ius reſidens in ꝑte.⁊ tūc
refert.Aut iſtud ē ius publicum.Si ē ius pu.nō tꝫ iura
mētum derogatori ū ei vt ſi qs renūciet ꝑtāti faciēdi te
ſtamētum.nā velle teſtatoris ē nō poſſe lege. ⁊ ideo ta
le iuramētum nō tenet.qꝛ iſta ꝑtās eſt ꝺ publico .intro
ducta.nō autem ē priuati iuris.de teſta.l.teſti factō.Si
militer ſi quis velit nō poſſe teſtificari i iudicio ⁊ huic
facultati cū iuramēto renūciet nō tenet iuramentū de
pac.ius pu.Si vō ē ius propriū partis radicatū in par
te.qꝛ facilius perdit᷑ ius ſingl̾e datum.vni pſone ꝙ iuſ
gnāle datum alicui genti vel ordini.vt nō.Inno.de pri
uil̾.accedenṫ tenet renūciatio cuꝫ iuramēto maxime.vt
C.de pac.l.ſi qs in ꝯſcribēdo.aut ius tale nō reſidet in
iurāte.⁊ tūc ꝑ iuramētum illud ius ꝑdere nō poteſt vt
extra de foro compe.c.ſi diligēti.Qñqꝫ lex pimit ⁊ tūc
iuramentū nō excludit punitōnem.qꝛ iuri punitiuo ille
qui debet puniri nō poteſt renunciare.ſed aduerſarius
eius ſic.l.ꝙuis de in ius voc.Et predicta omnia vā ſunt
qñ lex nō reprobat expreſſe ipm iuramētum.Sed quā
do expreſſe reprobat ipm tūc iuramentū nūꝙ valet ꝺ
iure ciuili nec eſt opus diſtinctione vt.l.adigere.§.iuſ.⁊
ibi nō.de iure patro.ſed ꝺ iure canonico qñqꝫ vulet qñ
qꝫ nō vt dixi.ſ.in alijs membriſ.Aut iuramentū ē ꝑter
legem.⁊ tūc iure ciuili nō tenet.qꝛ lex ei nō aſſiſtit.ſꝫ iu
re canonum nō tenet.i.q.vij.quotiens cordis occulus ⁊
lxiij.di.tibi dño.⁊ in.§.alteri cum ſy.ꝺ iure ciuili ꝑ libe

ram pſonam ł cuius opis ius nō habeo nō poteſt mihi
queri vel ſtipulari de vſu.⁊ ha.ꝑ ſeruuꝫ in pri in.vel dic
ꝙ qñqꝫ actus eſt ꝑter.l.ex defectu ſolemnitatis forma
lis.Qñqꝫ propter rem ipſam.primo caſu nō tenet iura
mentū qꝛ ſolemnitati probatorie.cuꝫ ſit introducta ob
publicam vtilitateꝫ ne.ſ.aliquid falſitatis incurrat nō
pōt derogari iuramēto ar.de le.ij.l.codicil̾.§.fi. Se
cundo caſu uidetur.idem ut .l.i.§. cum qui de cōſti. pe.
Et hoc verum qꝺ nō tenet iuramētum nec actus ſub
illa forma.ſed tꝫ ſub ea.ſub qua tenere pōt. qꝛ iuramē
tum hoc operat᷑.vt ſi nō valet.quod ago.vt ago valeat
vt valere pōt.de le.ij.cū pr̃.§.filius matreꝫ.dūmodo v̾
ba prolata ad illaꝫ formā poſſint quoquomodo adapta
ri.Al̾ ſecus qꝛ nō videtur mente actū ꝙ v̾bis colligi.ñ
poteſt ꝺ ſupp.l.labeo.§.nec miꝝ ꝺ le.i.l.iiij.liberoꝝ.§
quod tamen caſſus cum ſy.Et ad h̄ fecit quod nō.ꝑ cy.
C.ꝺ teſta.nō codicillū.⁊ idem tenet doc.meus in.l.ſi qſ
ꝑ eo ꝺ fideiuſſ.Tertō caſu vt qñ cōtrahitur ſup re que
nō in cōmertio tūc nō tenet iuramentū.extra de v̾b.obl.
.l.inter ſtip.§.ſacramēta ⁊ inſti.de inutili.ſtip. in princ.
Et hoc veꝝ quādo res eſt omnino exempta a cōmertō
Si aūt nō eſt exempta a comertio.tamē alienari non
pōt vt fundus dotalis tūc tenet iuramentū iure cañ.ñ
iuret legum.ſi iurat prohibitus alienare.qꝛ cōtra. l.vel
ꝑter.l.fit vt.ſ.dixi.Si vō cōtrahit alius etiā iure legū
tꝫ iuramētum ꝺ vſura.cum vir ꝑdium facit.q ꝺ nō.Ja.
de are.in.l.dotalem.ſo.ma. Sed quid ſi lex vtitur
v̾bis prohibitiuis directis i pſonam nō in rem.vbi grā
mandat ꝙ nullus ꝯhat cuꝫ femina vel minore niſi ſub
certa forma uel prohibi ipi muulieri nō ꝯhat an tūc te
nuerat iuramētum dicit doc.meus ꝙ nō.quia qui ꝯhit
peccat mortal̾r.extra ꝺ maio.⁊ obe.c.ij.⁊ nō.Inno.ex
tra ꝺ ꝯſue.c.in Rica ad fi.ibi vide pro.⁊ cōtra ⁊ nō tenꝫ
iuramentū interpoſitum ſup obſeruatione peccati mō
tal̾.ſm cum.Et inducit pro ſe.qꝛ mulier iurat primo ñ
alienare poſtea alienat cū iuramēto.ꝙ nō tꝫ ſm iuramē
tū.qꝛ non poteſt obſeruari ſine peccato allegat hoſti.⁊
Jo.an.in.c.lꝫ de iuriur̃.li.vi.Et idem tꝫ ſpe.in ſpe.ꝺ ep̄.
⁊ vē.§.iij.loco.v̂.⁊ nota generale ꝯſilium ⁊.v̂. veruꝫ ſi
res ⁊ ſe.Sed lꝫ opinio iſta aures mſ̾ceat tamen falſa
videt᷑.nam lex que vſuras prohibet certū ē ꝙ v̾ba ꝓhi
bitiua dirigunt᷑ in pſonam feneratoris ⁊ tamē iuramētū
tenet ⁊ ideo reddi dꝫ vt extra.c.debitores.Item ſi v̾ba
prohibitoria ſūt directa in pſonam iurantis . vt qꝛ ꝓhi
bet mulierē ſe obligare.nō eſt veꝝ ꝙ mulier ſe obligā
do incurrat peccatum.qꝛ lex eſt edicta in ſuuꝫ fauoreꝫ.
vnde lꝫ nō ſeruat leg.tamē non peccat mortaliter quia
licitū eſt ꝯtemnere ꝯſilium legis.l.is qui de rei.ven.⁊
proprium fauoreꝫ.ſi licitum.ergo nō eſt peccatum.vnde
iſta diſtinctio ſua ē truſſa ⁊ rō ſue diſtinctionis ē falſa.
Argumentū etiaꝫ quod inducit. Nō ob.nec puto verū
ꝙ ſm iuramentū nō teneat lꝫ periuriū incurrat᷑.qꝛ ma
gis equū eſt ſeruari ſm iuramentū.quod ē preſtitū deo
⁊ proximo ꝙ primū quod eſt ꝑſtitum ſoli deo ad circō
uentionem proximi.cū quo ꝯhitur al̾ apta eēt via frau
dibus ꝯ.l.C.ad vell̾.ſi ſiue de rei ven.in fundo cum ſy.
vnde dico ꝙ ſi is cum quo ꝯhitur ignorat de primo iu
ramento.ſm iuramentū eſt ſeruādū.C.de ꝯdi.ob ca.ſi
repetēdi.j.de ꝯdi.inde.l.quod quis ⁊.l.ſi nō ſortem.§.q
filio.eo.ti.j.de ac.emp.l.i.§.i.C.ad macedoni.l.zenodo
rus. Si aūt ſcit ſibi imputet ⁊ in h̄ caū pōt ſaluare
opy.hoſti.ar.j.de inſti.ſed ⁊ ſi pu.§.preſcribere cū ſil̾.
iuxta predicta ſigno.hanc queſtioneꝫ ꝙ diſputant Ja.
de bel.legē puſina caueatur ꝙ filius famil̾.non poſſit ꝯ

bere ſine expreſſa licētia patris nec minor ſine licentia
curatoris vel duorꝝ ꝯſanguineorum ⁊ ꝙ ꝯtractus allegat᷑
factus nō teneat. querit᷑ an iuramentū faciat valere ꝯ
tractum p̄dictū factum nō ſeruata forma ſtatuti. Qui.d.
Iaco. ſic ſoluit dicens ꝙ aut filiuſfa. iurauit. Aut minor
Si filiuſfa. eo caſu iuramentū nō dat. nec dare pōt ro
bur ꝯtractui. tū qꝛ principale nō tenet. ergo nec acceſſoriū
tū qꝛ principale nō veſtit᷑ a ſuo acceſſorio. vt. ff. d̄ vulg.
ſub. l. in pupillari. ⁊ de iur̄ codi. l. quod ꝑ manus. Tū qꝛ
ſacramentum videtur eſſe ꝯ bonos mores. qꝛ ſepe filij
onerati. ere alieno vite parētum inſidiarent᷑ in materia
peccandi malis hominibus p̄ſtaretur vt inſti. ꝙ cū eo. §.
pe. ad mace. l. i. in prin. ⁊ ideo ſacramētum nō eſt obliga
toriū. nec ꝯfirmatoriū vt in. c. nō eſt obligatoriū ⁊ d̄ le.
.i. ſi quis inquil᷑. §. fi. cū ꝯcor. Si autē minor iurauit aut
loquimur d̄ iure ciuili. aut d̄ iure canonico. Si d̄ iure ci
uili eo caſu ſacramentū nō dat robur nec vireſ cōtractui
eſt rō manifeſta. qꝛ dicta. l. iubet ſolēnitatem adhiberi
⁊ prohibet frater ꝯtractum ſine ea ſolemnitate ⁊ progre
ditur vltra ānullādo. ſi nō iterueniat ea ſolēnitas. ergo
videtur ꝑ. d. l. eſſe remota omnis alia ſolēnitas etiā ſa
cramēti vt. ṡ. probaui ⁊ vr̄ derogatum eſſe aūt. ſacram̄
ta puberꝝ. qꝛ cum hec lex ſit ei ꝯtraria quod pꝫ. qꝛ ānullat ꝯ
tractum. ⁊ aūt. p̄dicta cōfirmat. ergo aūt. tollitur ꝑ hanc. l.
municip. ei ꝯtrariam vt. l. omnis populi d̄ iuſti. ⁊ iure. ⁊. C.
de emā. li. l. i. Primū aūt ſacramētum ꝯfirmat ꝯtractus
qui ꝑ. l. cōem nō valent. ſed ꝯtractus alios non confirmat
quos lex huius ciuitatꝭ generaliter ānullat ⁊ infringit.

Item dicta aūt. nō dat auctem gnālē ſacramēto. ſed
in ꝯtractibus factis ſolū modo a pubere. ⁊ ideo ſacramē
tum iteruenięns in ꝯtractu facto ꝯ legem nō pōt regulari
ter dare robur cōtractui vt. d. l. nō dubium cū ꝯcor. Cū
igitur ſacramentū nō ſit magne auctoritatis d̄ iure ciui
li ymo ē debilis effectus. niſi in opis. ⁊ ad lites deciden
das ⁊ ꝑ aūt. nō efficiatur magne auctoritatis. ergo i ca
ſu nr̄o ſacramentū nō poteſt dare robur ꝯtractui cā ānulle
tur ꝑ. d. l. Si vō loquamur d̄ iure canonico eo caſu nul
la ē dubitatio ꝙ ſacramentū dat robur ꝯtractui. qꝛ dicta
ſolēnitas de licētia adhibēda ſtatuta fuit i priuilegium
⁊ in fauorē minoris ⁊ ideo ſacramentū dat robur ꝯtractui
⁊ ꝯfirmat ꝯtractum do iureiur̄. cū contingat. iſta ſunt v̄ba
ad lr̄am. d. Ia. de bel. ⁊ adde quod nō. C. d̄ bo. qꝫ lib. l.
fi. §. filius aūt. ⁊ quod nō. Inno. extra. c. cū cōtingat vbi
dicit ꝙ nūꝗ̄ iuramentū debet ſeruari ex quo v̄git in p̄
iudicium tertij dic vt ibi de h. ꝑ Inno. Sed pōe mi
nor p̄dictꝭ ſine licentia pſonarum a ſtatuto requiſitorū
ꝯtraxit per inſtr̄m guarētigie quod hꝫ paratā executionē
ex forma ſtatuti. ip̄e opponit ꝙ non fuit ſeruata forma
ſtatuti in ꝯtrahēdo. ep̄s vō mandat iudici ſeculari ꝙ iura
mentū faciat obſeruari. querit᷑ quid iuris. Et videtur ꝙ
ep̄s nō poſſit hoc ꝑcipere. Nam ip̄e iudex nō eſt ille q
iurauit ⁊ ē pſona laica ⁊ extra iuriſdictionem eccle. er
go nō poteſt ſibi quicꝗ̄ mandari. nam in ſua iuriſdictio
ne tp̄ali ſup qua mādatꝭ. ſit ip̄e maior ē quaſi papa vt
nō. ȷ̄. de man. ap̄. cum ergo ⁊c̄. vt. l. ex̄ territoriū. Pre
terea iſte iudex hꝫ iuriſdictionē a ſtatuto nō a canone
ergo nō pōt eum exercere niſi quatenꝰ ſtatutū vult qua
tenus vult canon. Preterea iſte iudex iurauit ſeruare
ſtatutum quod tenet in foro ſuo. ſeruet ergo ſtatutū. nā
ep̄s nō pōt mādare id ꝑ qd̄ iudex icurrat pecatū ſeu ꝑ
iuriū. Preterea iſta executō ē propria ꝓuiſio legis mu
nicipal᷑. exorbitans a iur̄ cōi. cano. vel ciuili. ergo ep̄us
nō poteſt in ea vbi ſtatutū nō prouidet pro. ſed ꝯ. i. naꝫ
liberū eſt ſtatuto refrenare quod ꝯdidit ⁊ reſtrigere de

in litem iur̄. l. in actionibus. §. plane. In ꝯtrarium facit vt
ex̄ de pac. c. ij. ⁊ de excep. c. fi. li. vi. So. aut ſtatutū adi
mit iur̄dictionem iudici. ⁊ tūc iudex nō poteſt cogi. qꝛ in
hoc nō eſt iudex. ſed priuatꝭ. l. ij. de penis. l. ſi quis filio
. §. an̄pe. de iniuſto teſta. Aut nō adimit iuriſdictionē
⁊ tūc aut ep̄s mandat ꝙ exequatur in forma ſtatuti. ⁊
vbi nō pōt qꝛ d̄ iure alieno ꝑcipereū poteſt ſi v̄ſuſfr. ꝑ.
. l. vtifrui. §. i. aut ꝙ faciat ſeruari iuramentū ordine iu
diciario. tūc pōt ꝑ dicta. c. ⁊ facit ꝙ nō papa. in. c. i. d̄ pe
ni. ⁊ remiſſ. in cle. Sed nūquid eſt dare aliquod re
mediū vel modū ita ſtatuendi ꝙ etiam de iure ciuili
canonico nō teneat iuramētum minoris R̄o. ꝙ ſtatutū
interdicat bonis ip̄i minori ſaluo ⁊ excepto ſi ꝯtrahēt
cum auctoritate curatoris vel ꝯſanguineorū v̄el aliter
prout ſtatutum vult. nam certū eſt ꝙ lex pōt iterdicere
bonis vt. l. impr̄. ad treb. ⁊. l. in queſtione teſti. C. d̄ ſen.
paſſ. ⁊ tūc nō valet iuramentū. qꝛ qui iurat nō habuit
adminiſtratōem vt nō. Ia. de are. in. l. q habꝫ de tutel.
⁊ probatur. ȷ̄. e. iuſiurandū quod ex ꝯuentione. §. i. in rō
ne littere ⁊. l. tutor. §. prodigus. Secūdum remediū eſt
qꝛ prohibeat iurari ⁊ mādet iuramentū nō ſeruari. qa
prohibitō excuſat a ꝑiurijs ⁊ a mora. ȷ̄. d̄ lege. comi. l. f.

Tertium remedium ē ꝙ ſtatutum faciat recipien
tem nō capacem. nā tūc impedimētum iuris excuſat a ꝑ
iurio ar. ṡ. q ſa. cog. l. fi. Sic nō incurrit ꝑiurium p̄latuſ
q iurat dare rem eccleſie. nam iuris impedimētum ex
cuſat. C. d̄ ſacro ſan. eccle. l. iubemus. §. yconomus. ar.
ȷ̄. de condi. ⁊ demon. l. meuius. Quartū remediū ē
quod ſtatutꝭ fingat dolo iuratū ⁊ ſimulatū. nam ſicut ſen
tentia hominis ſup ſimulatōe lata facit fidem quod ū
eſt ꝯtractum ꝑiurium. C. plus vale. quod agit᷑. l. emptione
ſic ſnīa legis. que facit fidem inter ſubditos etiāꝫ i foro
eccleſiaſtico. vt nō. in. l. i. ex ca. d̄ poſtu. ⁊ facit de excep.
c. fi. li. vi. Sed nūquid vbi ſtatutū requirit licentiā ſuf
ficiat ratihabitio. Et dic ꝙ nō. qꝛ eſſet ordo iuris ꝑuer
ſus. vt nō. papa in cle. i. de foro compet. Iuxta pre
dicta ſigno aliam q̄ōnem vtrum donatio inter vi. ⁊ vx.
vel inter pr̄em ⁊ filium iuramēto interueniēte ſit reuo
cabil᷑. an vō ireuocabil᷑ teneat. Et dico aut ē iuratū ſim
pl̄r aut ē iuratū nō reuocare. ꝑmo cāu tꝫ donatio. ſꝫ re
uocāi ſic pōt donatō cā mōtis. nā iuramētū ſimpl̄r ꝓlatū
intelligit᷑ ſm̄ nām ꝯtractus. l. ſi ſtip. §. vtꝝ. ȷ̄. de vſuris
⁊ de dam. infe. l. damni infecti qdam. v̄. ⁊ ꝙ in ſtipulatō
ne ⁊ in dubio nō videtur quis ſe artare niſi quatenus
hꝫ neceſſe ⁊ quatenus importat actꝭ qui gerit᷑ d̄ pig. ac.
. l. ſolutam. §. pe. R̄. vnde ſi ꝯtractus eſt reuocabil᷑. vr̄ iura
tum reuocabilē tamē ſi aūt ē iuratū nō reuocare dico
ꝙ reuocari nō pōt quia ē ius queſitum de do. ca. mor.
. l. vbi ita donatur ⁊ facit quod nō. ȷ̄. d̄ condi. ob ca. ſi pe
cuniaꝫ. in prin. in glo. parua. que dicit. vt qꝛ iurauit ⁊. ṡ.
qui ex ca. ma. l. in eadem. Nō ob. quod no. in. c. vlt.
de procur. li. vi. qꝛ ibi non erat ius queſitum. naꝫ ꝓcur.
elligitur vt merus miniſter nō vt cōmodum ſentiēs ⁊
ideo reuocari poteſt iuramēto non obſtante vt ibi nō.
Iuxta predicta moueo aliā. q. quidam fecit pacem cū
inimico ſuo bānito ⁊ ꝑ iuramētum valauit: deinde pacē
fregit queritur v̄truꝫ occaſione iuramēti intelligit᷑ obli
gatus ad penam pacis rupte. ⁊ videtur quod ſic qꝛ etiā
hoſti. ſeruāda eſt fideſ. xxiij. q. ij. noli. ſed iſtud in re pol
li nō iure fori. In ꝯtrarium quia tale iuramentū eſt cō
tra ius publicū. ergo nō eſt ſeruandū. Itē hoſti. fideſ
ſeruanda nō eſt. l. i. §. nō fuit de dolo niſi data ſit ꝑ du
cem belli. l. cōuentionū d̄ pac. So. aut ē tal᷑ bānitꝭ q nō
pōt offendi. ⁊ tunc ſine dubio pax̄ rupta ꝯſt. qꝛ cū banni

ſo poteſt fieri pax.l.ſi tibi mandauero.§.is cuius bōis
man.de minoꝛ.l.pap̄.exuli aut eſt talis bānijs cui eſt in
dictum bellum licite defenſioniſ propter ſuū delictum.
Et tūc aut ē publice indictuꝫ ⁊ ſic iſte ē hoſtis ſue ciui
tatis vt.l.illicitatio.§.quod illicite de publica.⁊ pōt ipu
ne offendi ⁊ huic iuri nō poteſt renūciari.qꝛ eſt ius pu
blicum.quod v̄ſatur in maleficijs puniēdis v̄t.l.eum.§.
qui defici.de capi.di.l.ex facto.§.ex facto ad treb.ꝑ Ja
co.de are.aut bellū nō eſt publice indictum.ſed priuatū
puta ꝙ ſuo inimico liceat euꝫ occidere.nō alij ⁊ tūc iſte
nō eſt preciſe hoſtis ſue ciuitatꝭ.ſꝫ ſui inimici ⁊ ideo ſub
lata inimicitia per pacem iam offendi nō poteſt.qꝛ ceſ
ſat cauſa.l.iij.in fi.de adi.l.' Item qꝛ h̄ lex eſt priuata ⁊
legi.priuate bene poteſt renūciari de pac.ſi vnus.§.pa
ctus.⁊.l.ſi tibi.§.quedam actōes.⁊ fuit queſtio diſputa
ta per oldra.⁊ Ja.de bel.Ray.de foꝛ.⁊ bar.de ſax.fer.
tamen quid dixi continet auctoꝛitatē.Qn̄qꝫ iuramētū
impugnatur ratione iurātis ⁊c̄.ꝯſiderandū ē ꝙ iuramē
tūm debet habere tres comites.ſ.veritatem iudiciū.⁊
iuſticiam.xxij.q.i.⁊ iurabat ⁊.q.ij.animaduertēduꝫ ⁊.q.
iiij.§.quod aūt ⁊ nō.C.d̄ nup.aūt.quod eis dꝫ igitur iu
ramentuꝫ ꝯtinere v̄eritatem in re qn̄ iuratur ſup re ⁊ i
tempo.quādo iuratur ſuper tpe ⁊ in affectione quando
iuratur de affectione.⁊ in credulitate ſine ꝯſciētia quā
do iuratur d̄ credulitate ⁊ ꝯſcientia. Sed nūquid
pars que iurat d̄ v̄itate iterrogata cogitur reddere cāꝫ
ſui iuramēti.⁊ dic ꝙ nō.vt nō.Inn.extra de iur calū.c.
cum cām. Sed nūquid ſi iuro hodie.x.cartagie da
re ſum ꝑiurus.qꝛ dare nō poſſum videt' ꝙ nō.qꝛ iſtud
iuramentum nō habet eſſe.nec foꝛmaꝫ eſſe. igitur non
obligat.l.ſi quis leg.de fal.nam cum īpoſſibile iuratur
⁊ erroꝛ expꝛimitur vt inſti.de v̄.ob.§.loca. In ꝯtrariū
ꝙ lꝫ nō cōmittatur ꝑiurium propter impoſſibilitateꝫ ꝑ
ſtationis tamen die āmota niſi ſoluatur tempoꝛe d̄bi
to ꝑiurium incurratur de le.i.ſi mihi ⁊ tibi.§.ſi quis ſer
uos loca.inſulaꝫ.§.i.So.ſi iuratur ſup ꝯtu ſtricti iuris
nō tenet iuramentū.qꝛ ꝯtractus eſt nullus. ſi ſup bone
fidei vel quaſi bonefidei ſic.qꝛ anguſtia tēpoꝛis tūc non
viciat vt nō.cy.j.d̄ eo.ꝙ cer.lo.l.iij.§.Si qs ita i addit'.
vel dic ꝙ vbi eſt iuratum nūꝙ̄ nocet arcatio tpis. qꝛ ſi
nō valet.quod ago vt ago valet vt valere pōt propter
iuramētum.l.cum pater.§.filius matreꝫ de le. ij.Et h̄
quādo difficultas eſt expꝛeſſa in ꝯtractu.Si autē emer
git ex accidenti poſtꝙ̄ cōtractus tunc nō viciat vt nō.i
dicto.§.ſi quis ſeruos facit.l.ceſſar d̄ publica . Sed nū
quid de ꝯſcientia ſtatur ſimplici verbo vel etiam ſacra
mento Ro.aut loqmur in foꝛo pēitentiali.⁊ ſtatur ſim
plici v̄bo.v̄t nō.Inno.de iudi.nouit.aut i foꝛo ꝯtentioſo
⁊ tunc refert.aut loqmur in his que cōmiſſa ſunt alicui
ad ꝯſcientiam ſuam a iure ⁊ ſtatur eiuſ dicto.vt in.c.ſta
tutum.§.aſſeſſ.d̄ reſcrip.li.vi.Aut loqmur in his que
nō ſunt ſibi cōmiſſa.⁊ tūc refert.aut id d̄ quo queritur
eſt abſtractum ab omni genere ꝓbationis ⁊ tūc ſtat' ſa
cramēto.l.ñ omnes.§.a barbaris d̄ re mili.⁊ quod nō.
ꝑ Ja.d̄ are.in.l.pꝛo hr̄de de ac.here.Aut ē aliquid pꝛe
ſumptū a iure vt bona fides.⁊ tunc ſtatur ſimplici v̄bo
de adulte.ſi adultꝭ cum inceſtu.§.ideꝫ pollioni nō.inſti.
d̄ ac.§.alie.aut nō eſt p̄ſumptꝭ a iure ⁊ tunc nō ſtat' ſim
plici v̄bo nec etiam iuramēto.ſed dꝫ al'r conſtare. l.vult
quēadmodum.ſerui.amit.l.i.d̄ iti.actuqꝫ priua.defūctꝭ i
ter omnes.§.recte ⁊ facit quod nō.Inno.ex̄.de eo qui
fur.oꝛ.ſuſcepit.c.inocuit dꝫ iuramētum ꝯtinere iudiciuꝫ
qdam ſunt qui conſenſu carent.vt infantes furioſi amē
tes dormientes frenaticātes ⁊ vehemēter ebrioſi ſi iſti

iurant.qꝛ aduerbum nō accedit ꝯſenſus.nō ē iuramētū
nam ibi d̄ eſt ꝯſenſus ſonus vbi adeſt virtus.l.abeſt d̄
regu.iur.i negocijſ como.l.i.in fi.ſi cert.pet.ſi a furioſo
xxij.q.v.ꝑ ꝑui.j.e.qui iuraſſe ⁊.xxij.q.iiij.vnuſqſqꝫ huic
eſt ꝙ iuramenꝭ ſimulatuꝫ nō eſt iuramentuꝫ.qꝛ deeſt ꝯ
ſenſus vt nō. C. plus valere quod agitur. l.emptione.
Item iuramētum relatum ad aliud ſi in termino il
lo ad queꝫ ē erratū nō obligat.qꝛ de eſt ꝯſenſus.C.plꝰ
valere quod agit'.l.fi.⁊.xxij.q.v.§.inter obicit'.Quidaꝫ
ſūt qui nō carent penitꝭ conſenſu in pupilli poſt infantiā
tamen eoꝝ cōſenſus nō eſt ſanus. qꝛ nō habet ſanū cō
ſilium propter etatis teneritatem ⁊ iſtoꝛum iuramenꝭ
cenſet' indiſcretū ⁊ abſqꝫ iudicio ratiōis ⁊ ideo eos nō
obligat.j.eo.qui iuraſſe. Quid ſi pupillus iurauit in
ꝯtu ſe adultū ⁊ nō venire contra an iuret ⁊ ſi eſt doli
capax dicit guil'.ꝙ ſic in dieta.l.q iuraſſe pꝛo hoc facit
quod nō.in.l.de etate in pꝛin.de interroga. actꝭ falſum
eſt quo ad robur ꝯtus.ſed bene tenet' ex dolo.l.iij.§.i.
como.⁊ qꝛ lex d̄ pubere loqtur in aūt. ſacramenta pu
berum.ergo ⁊c̄.l.ſi v̄o.§.de uiro.ſo.ma.Et qꝛ ſpāle eſt i
operis.ergo in ꝯtrarium eſt ius cōmune.l.fi.d̄ liberali cā.
Quidam nō carent ꝯſilio nāli.ſed faciliter capiunt' vt
mulieres.tūc puto ꝙ teneant' ex iuramēto vt minoꝛes.
ſi certioꝛate ſūt de v̄bo.ob.ſciēdum nō.⁊.l.ij.C. d̄ reſci.
vē.ꝑ cy.⁊ idem tꝫ Jo.an.ex̄.de emp.⁊ ven.cum cā in no
uella.ibi omnino vide et pl'e ibi de hoc tractatur l' dic
quod in renūtiando eſt opus certioratione in ꝯhendo
nō ar.de vſufr.Item ſi fundi.§.i.⁊ de pig.ac.l.tutoꝛ.§.i.
ar.ꝯ.de iudi.l.ij.in pꝛin.⁊ ibi dicitur ꝙ nō itelligitur cō
ſentire ex certa ſcia. Quidam alij nō carent ꝯſenſu
nāliter.ſed ciuil'r ꝑ interdictioneꝫ bonoꝝ et iſti nō obli
gantur iuramēto.qꝛ adminiſtrationem non hn̄t vt nō.
Ja.de are.in.l.qui hꝫ de tutel.facit.j.e.tutoꝛ.§.pꝛodigꝰ
⁊ quod nō.C.vnde vi.l.ſi qs in tantā ꝑ accur. Qui
daꝫ ſūt qui hn̄t aī motū ⁊ iudiciū perfectū tamen temē
⁊ deliberate iurant.Iſti ſibi imputent.qꝛ ſua culpa per
effuxionem ſermonis impꝛomptum inducit periculum
Debet tertio iuramentū ſe ꝯfoꝛmare iuſticie.ſ. di
uine nāli iuſticie publice honeſtatis ⁊ iuſticie poſitiue.
Si aūt ſe diffoꝛmat ab iſtis quid iuris ſit ſupius exaīa
ui.⁊ ideo nō repeto.Adde tamē ꝙ iuramentū qn̄qꝫ eſt
turpe.tūc nō valet qn̄qꝫ turpiter p̄ſtitum tūc valet d̄ iu
re canonico.qꝛ edictū p̄toꝛis nō tollit iuramentū pꝛout
eſt alterius iuriſdictiōis ⁊ cohercōis. ꝙ̄ ſecularis iuriſdi
ctionis.vnde edictū p̄toꝛis i quod metus cā non ꝑtinet
ad iuramentū.vt nō.Inno.ex̄ ꝙ me.cā.ad aures ibi oī
no vide. Nūc ad ſexta pꝛincipali queſtione que q̄ri
tur quis eſt effectus iuramēti videndū occurrit ⁊ do ta
lem regulam ꝙ omne iuramentū validum pꝛoducit ef
fectum ad quem oꝛdinat' ſeruandū eſt.qꝛ iuramentū in
foꝛma.vnde qui pꝛomiſit ſoluere nō pōt opponere exce
ptionem dolo facis quod petis qd̄ reſtiturus es ex̄.c.d̄
bitoꝛis compenſare etiā videtur nō poſſe ⁊ ibi ar.ꝯ de
condi.⁊ de.iul'.de diſtrac.pig.l.ſi debitō.So.aut iſta ex
ceptio venit ad infringēdum ip̄m iuramētum ſm inten
tionem ꝑtium ꝯſideratꝭ.tūc loqtur.c.debitoꝛes. Si aūt
ex alia cā nō v̄ſuraria obiceretur ibi compēſatio hn̄ poſ
ſet fieri ⁊ ē ſimile.j.d̄ condi.inde.l.interdum ⁊.l.cum is
§.i.⁊ ibi nō. Vel ſubdiſtingue in hoc ſecūdo mēbꝛo
ꝙ aut compenſatio tantam vtilitatem affert creditoꝛi
tanquam ſolutio.vt qꝛ ꝯpenſatum debitum erat nāle
⁊ ciuile ⁊ tunc admittetur compenſatio . qꝛ creditoꝛis
nō intereſt aut nō affert tantaꝫ vtilitatem.vt qꝛ obicit'
cōpenſatio d̄ debito nāli tm̄ ⁊ tūc nō p̄t opponi cōpen

ſatio propter iuramentũ quod plene obſeruãdum ẽ.nec
debꝫ creditori adimi cõmodũ efficacie ſue oblĩonis que
efficatior eſt ꝙ̃ ea ex qua opponit̃ compenſatio de v̂b.
ob.ſi pupillus. Quero vtꝝ ex iuramẽto deciſſorio
oriat̃ actio actori. Secũdo an ex iuramẽto deciſſo
rio oriatur actio reo. Sup prima queſtiõe dices tu
ꝙ ẽ caſus.C.e.actori.In ꝯ̃rium.ſi oritur actio ex iuram̃
to.ergo nõ oritur ex cã veteri lex dicit ꝯ̃riuꝫ.j̃.e. ſi duo
§.ſi quis.So.vt plene nõ.p glo.⁊ dy.inſti.de actꝭ.§.itẽ
ſi quis poſtulante.Sed Inno.videtur dicere ꝙ aliqñ
iuratur ſup iure tũc ex iuramẽto orit̃ obligatio ⁊ actio.
Aliqñ ſup mero facto.⁊ tũc actio orit̃ ex illo facto p̃ſũ
pto probato p iurarentum nõ aũt ex iuramẽto ita nõ.
Inno.ex̃ quod me.cã.e.ſi.⁊ idem tenet oldra. Sꝫ
ꝯ̃ hoc op.Si iuramentũ iſtud veterẽ cãm ſufficiẽter ꝓ
bat.ergo agt̃ directa actione ex cã veteri 6t.j̃.ð vſuris
cum ð in rem v̂ſo nõ vtili.Rñ.iuramentꝭ importat ꝓba
tionem cui eſt annexa quaſi fictio.q2 lex fingit ꝙ ita ſit
ita ꝙ iſta probatio tranſit i fictionem iuris.⁊ ideo non
recipitur ꝯ̃riam probationẽ. Ex iſta fictione dicit lex
ꝙ actio vtilis eſt q2 omnis actio vtilis regulariter ẽ ex
fictione.vnde hec lex fingẽdo ꝯ̃ctꝭ facit ex datiuo vt ita
dicta ꝯ̃ctu agi.⁊ q2 ex datiuo ⁊ ficto vtili actione agi oꝫ
⁊ caueat ſibi agens.q2 nõ dꝫ ſolum agere ex veteri cã
ſed dꝫ auctoritate cauſe iuramentuꝫ ⁊ ip̃m deducere i
libello ad actõem fundandã.al̃ cum egiſſe vr̃ directa vt.
.l.i.§.q ĩppetuũ ſi ager vec.l̃ ẽphi.pe.forte ſuccũberet i
actõne ꝓpoſita ĩutili.ſup qua lix ꝯt.nõ eſt.nõ põt iudica
re de euictꝭ.minor.§.i.de inſtitor.habebat de pac.dotal̃
.l.beblius marcellus. Sed nũquid.ſicut ex iuramẽ
to formi.oritur actio formiſ in p̃ſonali ſic in reali dic ꝙ
ſic.j̃.e.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.ſi cum de hr̃ditate. Sed
nũquid ex ſnĩa formi oritur actio ex eo ꝯ̃ctu ſicut ex iu
ramẽto dic ꝙ nõ.ſm guil̃.vt ip̃e nõ.ibidem.⁊ probatur
ex notatꝭ de excep.rei iudi.duobus.Et facit.j̃.de ꝯ̃di.ob
cãm.l.p.vbi pꝫ.ꝙ enim nõ dicitur per ſnĩam ſed p acta
cauſe.ſed p iuramentũ bene dicit̃ conſtare de crimine
vt.j̃.e.eum qui ⁊ facit.C.ð arbi.nõ.i arbitris. §.i.Sed
nũquid ex aliȷ̃s probationibus oritur actõ.ſicut ex iura
mento dic ꝙ nõ vt nõ.accur.in.d.§.ſi cum de hr̃ditate
quia i iuramento quaſi ꝯ̃ctus.j̃.de pecul̃.depoſi.§.i.in
aliȷ̃s probationibus nõ eſt ita. Sup ſecũda q̃ſtiõe
qua queritur an ex iuramẽto deciſiuo orit̃ actõ reo ⁊ vi
detur ꝙ ſic vt.j̃.e.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.proinde. Prete
rea reus agere põt ad ſilẽtium imponẽdum actori ð ſi
deiuſſ.ſi ꝯtendat nõ.ð lib.l̃.aurelius. §.centuꝫ. In
ꝯ̃rium.q2 nõ eſt i poteſtate reoꝝ agere vt. l.pure in fi.
ð ex.doli.Item factũ ad excipiẽdum actõe nõ parit.C.
de tranſ.ſi pro fundo. vnde teſtes recepti ad excipiẽ̃
nõ valent ad agẽdum vt nõ.Inno.de teſti. ſignificãduꝫ
Aliqñ ius excipiẽdi ꝯuertitur in ius agendi de ꝯ̃di.ide.
ſed ⁊ ſi me putem cum.§.iter ⁊.l.qui exceptꝭ. §.ſi pars.
Sed iſtud eſt ſpãle propter equitatem ſupueniẽdis
caſus.j̃.de ꝯ̃di.inde.nam natura.j̃.de ꝯ̃di.ſine cã ſi ſul
lo breuiter qñqꝫ actus eſt indifferenſ ⁊ equepotens ad
agendum ⁊ excipiendũ tũc ex eo oritur actio ⁊ exceptõ
de lib.le.l.quod mihi.Aliqñ eſt ĩdifferens ⁊ impotens
ad agẽdum.tũc valet ſolum ad excipiẽdum de pac.iuriſ
gen.§.quinimo.Sic i propoſita.q.nam ſi iuratur i p̃ſo
nali nõ parit niſi exceptꝭ reo.Sic in reali diſtinguit̃ vt
.l.ſꝫ ⁊ ſi poſſori.Aut paritſeu iurat negãtẽ illiꝰ nõ eẽ ⁊
p hoc nulluꝫ iuſ̃ accreſcit iuranti niſi ius excipiẽdi.aut
affirmantẽ ſuam eſſe.⁊ tũc.q2 indifferẽter ſe hꝫ dñium
ad agẽdum ⁊ ad excipiẽdum orit̃ exceptio poſſidenti ⁊

actio nõ poſſidenti.vt in.§.proinde ⁊ ſi queritur an du
rante poſſeſſione ſit nata actõ poſſeſſori dico ꝙ ẽ nata
tamen nõ poteſt exerceri vt nõ.cy.in.l.i.C.ð alie.iudi.⁊
dy.in.c.pro poſſeſſore lꝫ.ꝯ̃ nõ.C.ð here.vẽ.l.fi.⁊ facit ð
rei vẽ.ſi culpa hoc nõ eſt expeditum nõ tamẽ proſequor
quia nõ eſt nr̃a materia hic. Quid ſi reus ꝯuentꝭ rei
ven.probant ſe dñm aliter ꝙ̃ iuramẽtum an iudex põt
eũ pronũciare dñm dicit Inno.ꝙ ſic ex̃ de reſti.ſpo.ex
ꝯqueſtionẽ alibi tꝫ cõtra.de probatꝭ.licet cãm ⁊ illud tꝫ
hoſti.q2 ſup dñio rei.nõ eſt lix cõteſtata nec ẽ petituꝫ ꝓ
nũciari ꝙ reus ſit dñs ⁊ ad h facit.j̃.como.l.in rebus i
fi.⁊ quod ibi nõ.p Guil̃.Iſta queſtio eſt multũ ardua
⁊ verſatur inter hos excelſos doc.quam alibi p tracta
ui.Adde quod nõ.Inno.extra de offi.⁊ po.iu.del̃.c.cũ
ꝯtingat ⁊ vide quod nõ.C.vti.po.l.i.in glo. precario tꝫ
in fi. Super ſeptima qõne de relaxatione iuramẽ
ti.Formo duas queſtiones prima an abſenti ⁊ ignorã
ti poſſit ſacramentꝭ relaxari p creditorem vel p priuile
gium.vel p legem. Secũda an ſtatuto deſtructo vi
deatur deſtructum iuramentũ interpoſitꝭ ſup eo. Su
per prima qõne nõ videtur dubitañ ꝙ p legem ⁊ p pri
uilegium quod eſt lex priuata poſſit queri liberatio a
vinculo ſacramẽti abſenti ⁊ ignorãti.nam acqſitio iure
legalis fit abſenti ⁊ ignorãti de condi.ob cãm ſi pecuni
am.§.ſi ſeruũ de condi.⁊ de.multuꝫ intereſt ð cõceſſ. p̃
hen.q2 cunctis de le.ij.cum pr̃.§.ſurdo ð pig.ac.l.ſolutũ
§.ſolutuꝫ in fi.§.vbi dr̃ ꝙ peñ p̃ſumptum p.l.celebra
tur etiam inter abſentes ⁊ ignorantes.l.fi.a furioſo.ſ̃.
cer.peta.como.ſi is qui.§.ſi libero.de ac.re.do. ẽt inui
tus cum ſy.⁊ facit quod nõ.Inno.de priuil̃.accedẽtibꝰ.
Sed ꝯtra hoc videt̃ ꝙ iſta acquiſitio ſit ꝯmutabil̃
nõ incõmutabilis.⁊ p hoc videt̃ ꝙ ſit neceſſaria rati
hitiõ vt.l.ſi quis ita heredes de ꝯ̃di.inſti.⁊.l.ſi quis fili
um.§.i.de actꝭ.here. ſi ẽ h nõ valet ratihitio ſi qs iura
uit aliqd facere infra tp̃s ⁊ ei remiſſum ſit niſi.j̃.illud
tp̃s ratum habeat.l.bonoꝝ rem ra.ha. Ego Rñeo ꝙ
ad piurium euitandũ ſufficit remiſſio lꝫ ignoret̃.l.fi.de
cri.expil.heredi.tamẽ ſi poſtea repudiat̃ tale bñficium
retro finget̃ piurus de infa.furti.§.i.Non ob.lex hoꝝ
q2 ibi.j̃.tp̃s legale nulla erat facta acquiſitio hic ſit licꝫ
cõmutabilis eſſet.ſ̃.ð vſufr.ſed ⁊ ſi quis ſtip.§.ij.Pre
terea in.l.bonoruꝫ tertia p̃ſona cui erat p ſucceſſoriũ
edictum ius queſituꝫ erat in medio.⁊ ideo ratihabitio
nõ trahitur retro.quia omne ius ratificantis erat iam
abdicatum ⁊ tranſfuſum ex edicto ſucceſſorio. Se
cus ſi non eſſet tranſfuſum de ſolu.cum.x.§.i.tunc ꝓ
cederet ratificatio quo ad fundandum ius retro incep
tum.ſecus ſi nõ retro inceptum.nam tunc retro nunꝙ̃
trahit̃ ſi ius alterius ẽ in medio vt.l.qui balneũ.§.ticiã
⁊.l.potior.§.ſi collonus qui po.in pig.ha.⁊.l.ſi ptem.§.
.i.quẽadmo.ſui.amit.l.liberto octuaginta de bo.lib.⁊.j̃
de pig.ac.l.ij.⁊ facit quod nõ.in.l.ſi indebitum rem ra.
ha.⁊ quod nõ.guil̃.de cu.ð pig.ac.l.aliena. Preterea
in.l.bonorum extincta erat res aliena.i.ip̃a ſucceſſio. ⁊
ideo ceſſat ratihabitio vt.l.huic ſcripture in fi.ad.l.acq.
hic aũt liberatio nõ eſt extincta.ſed uiget lꝫ cõmutabil̃r
vnde ſuper ea procedit ratihabitio ſi cer.pe.l. proinde
⁊ nõ.ð ac.emp.l.ſi alienum. Sed an p renũciatõeꝫ
vel pactum poſſit queri liberatio iuramẽti abſenti vide
tur ꝙ ſic.C.de pac.poſtꝙ̃ liti ex̃ de pac.cum pridem ð
lib.lega.nõ ſolum.§.ſi liberationis.⁊.j̃.eo.labeo dic vt
ibi.p guil̃.facit quod nõ.ſ̃.de neg.geſt.l.pomp.in nego
ciȷ̃s ⁊.l.neſennius appolinaris.nam creditor remitten
do ſtatim deſtiuet fundamentꝭ piuriȷ̃.⁊ per ſe ſtare vr̃ ð

cōſti.pe.itèm illa.i prin.ꝺ indic.⁊ poſt edictum ꝺ ac. ēp.
ſi ꝑ emptōem. Item qn̄qꝫ quis querit exceptionem ex
actu in quem nō cōſenſit de dona.ſi tibi dederim ſi cer.
pe.ſi ego ⁊ ſublato oſtaculo ꝙ eſt i medio prima cā ſuū
parit effectū per ſemet nō ꝑ mediam ꝑſonaꝫ ut ſupra
de ioffi.te.poſtumus.§.ſi quis ex his et actus cuius ꝯ
dinatō vel ꝑfectō pendet ex vno illo ſolo agente ꝑfici
tur ⁊ ex eo etiaꝫ abn̄ti directo.q̄ritur ar.ſ.de iudi.l.ij.
§.ꝯuenire.Et ecōtra vbi actus eſt ꝑfectus ſm intentō
nem agentiū ratihabitio tertij nihil opatur.niſi ſit eius
nomine geſtum de ſen.excō.cū quiſ li.vi.ſecus ſi impfe
ctus ē quo adefficaciam.C.ꝺ rei.ven.l.mater.l.iij. quō
vi aut clā de bo.au.iudi.po.l.cum vnus.in prin.hoc ē ge
nerale vbicūqꝫ factuꝫ vnius alteri prodeſt.ſed ibi nō al
terius factuꝫ.ſed ſuū.hꝫ prodeſſe neceſſe ē.ꝙ actus ſub
ſtantiet cōſenſu.quod nō poteſt fieri iter abientes niſi
medio organo iteruenięte.l.⁊ lꝫ de conſti.peccu.⁊ nō.in
.l.cōſenſu de ac.⁊ ob.⁊ in.l.i.j.de ꝯhen.emp. Nota tn̄
ꝙ licet acquiſitio iuris fiat ignoranti tn̄ acquiſitio facti
nō fit niſi medio organo iteruenięte vt ex̄.de ꝓben̄ .ac
cedēs.⁊ ideo acquiſitio exercitij nō fit ignorāti.q̄ exer
citium facti ē.l.quero de eo qui ꝓ tu.l.multū de ꝯdi.⁊ ꝺ
mon.l.in totum oīa de reg.iur.huic dr̄ archy.ꝙ licꝫ ab
ſens poſſit ꝯſtitui ꝓcur.tamen nō habet exercitiuꝫ do
nec ſit ſibi pn̄tatum mādatum.ita nō.archy. de ꝓcura.
.c.is qui li.vi.Argumētuꝫ ꝯ.ſ.de iudic.l.ij.§.ꝯuenire ⁊
facit no.Inno.de re iudi.cum naturam al'bertolō.In
glo.nō pōt diffinitiuam. Sup ſecūda queſtione di
co ꝙ aut eſt iuratuꝫ ſtatutū.aut ꝯtentus in ſtatuto iſta
differunt inter ſe.vt diſponens ⁊ diſpoſitum. vt lex ⁊
res aliqua.vnde aliud ē iurare ſeruare ſtatutū aliud eſt
ſi ſtatutū diſponit.ꝙ tu des mihi.x.marc . ꝙ tu dabiſ.x.
nam primo caſu ſublato ſtatuto deficit iuramentū tanꝙ̄
acceſſorium.nec reuocantes tale ſtatutum ſunt ꝑiurij.
ſi poſtea nō ſeruant id quod ſtatutuꝫ diſponebat ar.C.
de nuptij ſi liberta.l.i.in prin.C.ꝺ lati.lib.tol.C.de edic.
di.adri.l.fi.in pri.ſecūdo caſu ſublato ſtatuto adhuc du
rat vinculum iuramēti.q̄ ad idem cōcurrunt due obli
gationeſ.vna ex ſtatuto altera ex iuramēto ⁊ lꝫ vna ſit
ſublata altera durat ꝺ fideiuſſ.generalr̄ ⁊.l.vranius ⁊
nō.extra ꝺ bap.maiores.vnde lꝫ ſit reuocatuꝫ ſtatutuꝫ
faciēdo ꝯ iuramentū incurreret ꝑiurium ſm pau.q ita
nō.in cle.de reg.c.vt profeſſoreſ ibi vide.Et facit ad.q.
de ſtatuto ꝙ eſt florentie ꝙ nullus rector poſſit refor
mari ſub pena mille florenoꝝ eccleſie romane applicā
doꝝ vt poſſit regimina florentina ceſſare ſtatutuꝫ.⁊ tūc
nō poterit pena cōmitti.lꝫ ꝯ fiat.q̄ nō pōt exiſtere ꝯdi
ctio.que requiritur ad natiuitatē pene.ſed ſi nō ceſſarēt
ſtatutum.ſed ꝯdictionem ſolam.vt.l.iij.§.condictio de
adi.le.tūc aut ꝯdictio tranſiuit in ꝯtractū. ⁊ ſola ꝯdictio
nō pōt tolli in alterius ꝑiudicium ar.in.l.fi.de pac.ꝺ cō
ſti.pecu.vnde falſ.eſt ꝯ tab.ſi poſt mortē.§.fi.l.cer ꝯdi
ctio.§.ſi nūmos. ſ.ſi cer.pe. Si aūt eſt ſola legalis ꝓ
miſſio tūc cum pēdeat ex volūtate ac ꝑtāte ſolius ſtatu
entis.ꝯdictio iſta adimi.ſtante etiā diſpoſitōe.l.iij.§.con
dictio ꝺ adi.lega.⁊ eſt regulare ꝙ vbi ex ꝑtāte ac volū
tate ſolius ꝯhentis initiatur ⁊ ſubſiſtit etiam ꝙ poteſt
ꝯhere ⁊ penitē ēt in preiudicium tertij.cui quereret ius
ceſſante pn̄ia.l.ij.de ſeruis expoꝛ.l.qui rome.§.flauius
de v̄bo.oblig.facit quod nō.Inno.de in in iur̄ .in nr̄a.
Super octaua principali qōne: omiſſis que circa
hoc hoſti.no.i ſūma ſua.que ſūt ꝑ ſe nota.dico adde er
go ad hoſtie.ꝙ ꝯdictio tacita eſt duplex quedā.ē condi
ctio tacita ꝯuentionalis quedam ē executō tacita neceſ

ſaria ⁊ legal'.Et iterum cōdictio tacita q̄dam venit ad
natiuitatem obl'onis.quedaꝫ ad natiuitatē liberatiōis
haꝝ cōdictionū diuerſum ē offm̄.nam offm̄ tacite cōdi
ctionis que venit ad natiuitateꝫ obl'onis impedit ortū
obligationis ſiue ſit ꝯdictio ꝯuentionalis de pac.itē ga
ſiue legal'.de ꝯdi.⁊ demō.l.i.in fi.officiuꝫ aūt tacite ꝯdi
ctionis que venit ad liberādūꝫ nō ē impedire ortū actō
nis.ſed ſuſpendē donec exiſtat ortum liberationis. vt
.l.ita demū de arbi.⁊ ibi nō.l.pecuniaꝫ ſi cert.pe.l.pure
de excep.do.Iuramentū omnē tacitā ꝯdictioneꝫ recipit
.l.fi.C.de no.nu.pecu.ex̄.e.quēadmoduꝫ .de opis liber.
q libertinus ſiue depēdeat ꝯdicō extrinſecus ſiue ex ꝯ
ſenſu.vt.l.ꝯdicōes que extrin.de ꝯdi.⁊ demō.⁊ de v̄.o.i
ter ſtip.§.ſacrā. Similiter dico de die taci ta de v̄b.ob.
eum qui certaꝝ.quādo dies.leg.ced.l.nec ſemel.§.ſi in
habitū.⁊.l.ſuus. §.pater. Et ſic iuramentum recipit i
terpretatōem cā ꝯuentionaleꝫ ꝙ̄ legaleꝫ vt ex̄ ꝺ cleri.
nō reſſi.ex parte maxime declaratiuaꝫ vel reſtrictiuaꝫ
nam extenſiuam nō recipit ex̄.e.clericis. ⁊ ar.in.c.lr̄as
de reſcrip.in cle.nam ſiue ſtatuta diſponāt ſup tēpo.
diſtinguēdo tp̄s a tempo.nō porrigat diſpoſitio vnius
tpis ad aliud tp̄s ſiue ſup caſibus tēpoꝝ. Idem ſimile
loquitur glo.in.l.i.ff.ſo.ma.ex quo tp̄s eſt adiectū cā li
mitandi ip̄m iuramentū ar.ꝺ legi.cum lex del'.ij. ſtatu
li.in fi.Nō ob.quod in.l.i.de ꝯdi.ex lege q̄ ibi lex cōti
net ius cōe ⁊ regulare ac gnāle.⁊ ideo trahitur ad om
nes caſus.⁊ omnia tpa futura.vnde lꝫ tēpo.conditiona
li nō finiatur ip̄o iur̄ obl'o eum qui.§. qui ita ꝺ v̄bo.ob.
tn̄ ſecus i iuramēto quia ip̄o iur̄ nō iurat poſt tp̄s adie
ctum.q̄ vbi nō poteſt eſſe ꝑfida.nec ꝑiurium.Adde di
cit Inno.ꝙ in foro ꝯſcie iuramentū interpretetr̄ ſm cō
ſcientiaꝫ iurātis.ſed in foro cauſaꝝ interpretatr̄ ſm iura
ſcripta vt nō.Inno.ex̄.c.veniens. Sed quero nun
quid probata mora irregulari ſit probatum ꝑiurium. v̄
bi gr̄a iuraui minori dari.x.nō adiecta die certum ē ꝙ
moraꝫ irregularē incurro ēt ſine interpellatōe nūquid
ergo icurrā ꝑiuriuꝫ vr̄ ꝙ ſic.l.ticia ſcio.§.vſuris de l.ij.
ꝯtriuꝫ dico ar.l.ſi quis ſeruo ꝺ furtis vbi pꝫ quod nō cꝗ
punitr̄ delictum regulare.⁊ irregulare. Item mora
irregularis nō venit ex animo ꝑiurium aūt nō ꝯmittitur
ſine dolo. Item mora irregularis ꝯtinet prouiſione
minoris.ſed ꝑiurium eſt mera pena nō prouiſio mīoriſ
ideo dico ꝙ nō incurritur ꝑiurium ꝑ moraꝫ regulareꝫ
quod eſt nouuꝫ. Secūdo queritur nūquid probata ꝯ
uentione ex ſolo tpis curſu ſit probatum ꝑiurium dicit
Inno.ꝙ aut eſt queſtio iter creditorem.⁊ debitoreꝫ. ⁊
tūc ſufficit creditori fundare itentioneꝫ ſuaꝫ ex ꝯuentio
ne de proba.quinquaginta.aut tertia ꝑſona obicit de ꝑ
iurio que nō hꝫ ius i primo ꝯctu.⁊ tūc cum nō hēat fun
dataꝫ intentioneꝫ.oꝫ ꝙ probet de ꝑiurio ⁊ ſic incūbet
ſibi probare negatiuaꝫ ſolutionis cū crimen intendant
ſm Inno.qui ita nō.ꝺ accu.ſup his idem ibi ho .⁊ eſt
ſubtile dictum ⁊ veꝝ in tp̄r.cuius lapſus inducit ꝑiuriū
nūquā ꝑ lapſum talis tēporis probatr̄ ꝑiurium.vnde nō
ꝙ aliquādo tēpus nō eſt pars ꝯctus vt promitto.x. nō
adiecto tacito vel exp̄ſſo tp̄r.nam in pura obligatione
tp̄s eſt pars ꝯctus iſto caſu ſolo curſu tēporis nō incur
ritr̄ ꝑiurium.ſed ē neceſſaria iterpellatio.ſicut ad morā
de ſolu.ſi ſoluturus ꝺ vſuris ſcien̄.Aliquādo tp̄s ē ps
ꝯctus.vt.l.i.§.diem de edēdo ⁊ tūc refert.nam aliquan
do ē pars ſubſtātial'.vt dies incertus an ⁊ quādo. quia
actus aū nō habet ſubſtātiam efficacem de ꝯdi.⁊ de. di
es incertus.Et idem dico in ꝯdictione.⁊ tunc credo ꝙ
euentus talis diei nō inducat ꝑiculum nec morā vt.i.c.

guil'.in.l.quod te.ſi cer.pe.⁊ Ja.bu.e.ti.l.vinum.qꝛ tp̃s more dꝫ diſtinctuꝫ eſſe a tempore obligatõis ꝯcte. dcã .l.ſciẽdum niſi ꝯtrium actum eſſet exp̃ſſe.vl' tacite vt nõ de ac.emp.q̃ro.§.fi.ita intelligo quod nõ.de v̂b. obli.ſi ex legati cã ⁊.l.ita ſtipu.facit quod nõ.de conſti.pecu.l. ſi duo.§.fi.aliquando dies ẽ pars ꝯctus.ſ.accidẽtalis ⁊ tũc mora ꝯmittitur ꝑ diei lapſuꝫ vt.l.magnã.c.de ꝯbẽ. ⁊ co.ſtip.dum tamẽ ſi creditor ⁊ reus ſunt diuerſi fori creditor in foro debitoris ſui copiaꝫ faciat vt nõ.ꝺ ꝯſti. pecu.Item illa vnde ſi ſũt eiuſdẽ fori de plano ꝓcedit .l.magnã ſi diuerſi fori tũc actõ dꝫ comparer̃ in die ſtatuta in foro rei.al' nõ ꝯbitur mora vt ibi nõ.⁊ facit.C.ꝺ iur̃.o.iu..l.iur̃ orꝺ.Si autem mora ẽ ꝯcta iaꝫ de p̃terito reus actorem reqrit' ſi vult moraꝫ purgare.⁊ ei offerre opportũo loco ⁊ tp̃r.⁊ etiã opportuna hora nõ ꝺ nocte vt nõ.in.l.more romano de fer.⁊ ꝑ guil'.i.l.lecta in fi.ſi cer.pe.Et in iſto tp̃re cuius lapſu mora ⁊ piuriuꝫ ꝯbit' procedit opinio Inno.⁊ ho.de qua opy.nõ.cy.in.l.ij.C. de iur̃ emphi.Nõ ob.de v̂.ob.hoc iure vbi creditur dꝫ probare negatiuã.qꝛ ibi agebat añ diem non poſt. ⁊ ſic reus habeat prima facie exceptionem fundatam ex tẽpo.nõ tamen prodeſt hr̃e exceptionem fundatã prima facie cõtra eum qui ſe vallidis argumẽtis ⁊ ꝓhibitõnibus iuuat.l.adminiculo de ꝯdi.ſine cã.ſed in dubio ſm primã faciem eſſet iudicanduꝫ.vt in.c.ad decimas. ꝺ reſti.ſpo.li.vi. Tertio q̃rit' aliqs iurauit ſe aliqd datuꝝ ſeu factuꝝ.j.certã diẽ mõ elapſum eſt tm̃ tp̃s quod certum eſt eũ facere nõ poſſe iſte productuſ interiꝫ i teſteꝫ depoſuit opponit' ꝯ dictum eius de piurio vt.l.qui cum duo.§.ignomio.nõ.ꝺ re.mili. queritur vtꝝ piurium ſit ꝯctum ante diei appoſite lapſum ⁊ vr̃ ꝙ ſic de v̂.ob.cũ ſtip.ſim mihi a proculo ⁊ ibi ꝑ Ja.de are.⁊.l.hoc iur̃.e.ti.in ꝯtrium facit.e.ti.in illa ſtipulatione.ſi chal'.Et qꝛ.l. cum ſtip.ſim loquitur. in pena ꝯuentionali.ſed pena legalis nõ cõmittit' añ diei lapſum ar.ꝺ v̂bo.ob. inſulaꝫ itra biẽnium.Et tangit' ſimile de elec.vbi piculum i gl. nõ.ꝙ li.vi.So.dico ꝙ aliquãdo tp̃s adiectuꝫ importat dilatõem.Et penaꝫ.aliquãdo dilatõem ⁊ prouiſionem. primo caſu.aut importat dilatõem acceſſoriam ꝯdictioni.⁊ tũc ſublata ꝯdictione ꝑ exiſtentiam eius tollitur dilatio de v̂.ob.hoc iure.aut importat dilatõem eque pricipaliter vt ꝯdictionem ⁊ tũc ſublata ꝯdictione dies ſupeſt vt.l.in illa ſtipulatõe ſi chal'.ſecũdo cãu dico ꝙ ceſſante cauſa dilatõis ceſſat dilatio vt.l. a filia. §.allũno ad treb.⁊ fruſtra.expectatur qui ⁊ quod venire nõ põt de condi.inde.iul'.in queſtione propoſita dico interim nõ eſſe piurium qꝛ põt eſſe.ꝙ nõ ꝯmittetur obl'o.qꝛ poteſt.qꝛ põt qui iurauit ante mori.vnde i his que nõ trãſeunt in hr̃dem dies impedit natiuitatẽ obl'onis.l.i.i fi. vſuſ.quẽadmo.ca.nõ ergo eſt ante piurus.qꝛ poſſibile ẽ ꝙ ñ erit piurus facit ad iſtam rõem.de condi.⁊ dem.l. hr̃s meus.Et licꝫ poſtea ſit piurus tñ nõ trahitur retro de nulli.te.l.ſi certarum.§.fi.qꝛ mora nõ trahitur retro vnde terminus a quo ẽ tp̃s more nõ prius vt.l.in hac.in fi.de triti.⁊ adde ꝙ nõ.Inno.extra ꝺ offi. del'.c.p.⁊ gl.

Quarto queritur nũquid difficultas emergẽs i ꝑſona debitoris vel in ip̃a re debita vl' in ꝑſona creditoris excuſſet a piurio.Et videtur dicẽduꝫ ꝙ aut emergit difficultas poſt piurium ꝯctum ⁊ nil operat'.C.ꝺ fideiuſ. ſancimus ante fi.Aut añ cõtractꝫ piuriuu ⁊ tũc refert aut emergit in ip̃a re debita ⁊ tunc excuſat. ꝺ legatis iij.nõ dubium.§.fi.aut i ꝑſona creditoris ⁊ idem ꝺ ꝯſti. pecu.iteꝫ illa aut in ꝑſona debitoris.⁊ tũc videtur ſubdiſtigendũ.aut eſt in obligatõe factuꝫ excuſſat a mora difficultas de fideicõ.liber.tays.§.i.aut datõ ⁊ tũc ſi qdem datio ſp̃ei ſil'r excuſat a mora.ergo ⁊ a piurio.l.qꝺ te.ſi cer.pe.ſi nõ datio quãtitatis difficultas nõ excuſat a mora de v̂.ob.l.ꝯtinuus.§.illud . Ego puto ꝙ omnis difficultas excuſet a piurio.qꝛ piurium nõ cõmittitur ſine dolo.v̂t in aũt.de teſti.§. ſi v̂o quidam a ꝑte in fi.nã piurium hꝫ in ſe verum mendatiuꝫ ⁊ ideo nõ venit abſqꝫ aĩo fallendi ⁊ piurandi.xxij.q.ij.homines ⁊.c.primũ ⁊.§.ille falſum.e.cã ⁊.q.cum ſy.Sed quãdo difficultas impedit mora nõ venit ex animo.⁊ ſic ceſſat doluſ ꝺ colla.bo.l.i.§.ſi cum duobus.Idem dico ꝙ excuſſat vt nõ incurrat excõmunicatio.qꝛ ñ incurritur.ſine dolo vt nõ in.l.i.in actꝫ de in litꝫ iur.facit quod nõ.Inno.ꝺ app.ex rõne ⁊.l.idẽque.§.ſi ignorantes . nam cuꝫ ſy. Circa hoc cũ: querit' vtꝝ difficultas ex poſt facto emergẽs excuſſet refert aut cl'pa p̃cedit caſum.aut nõ primo cãu refert.aut culpa cadit in ſp̃ẽm more vel habet moram annexam.⁊ tunc ſupueniens difficultas nõ excuſſat vt nõ ſ̃.ſi cer.pe.l.quod te.de.v̂.ob.ſi exulti.cã aut nõ tranſit i mora ⁊ tũc refert.aut culpa nõ erat ordinata ad illũ caſum.⁊ tũc nõ nocet.qꝛ caſus ſupaeniens aliunde non emanat.ex illa culpa ar.j.ꝙ vi aut claꝫ ſi alius.§:.eſt ⁊ alia ꝺ fur.veꝝ ſi quis cau.l.ij.§.ſed ſi cum p̃gnans.arg. ꝯ.ſ̃.de neg.ge.l.ſi negocia vbi venit caſus ex culpa q̃ nec determinate nec i determinate erat ordinata ad caſum ponẽdo ꝙ ibi negociuꝫ erat vtil'r ceptum.Sed ibi ſp̃ale ꝑꝑ tacitam probatioueꝫ circa ſolita ar. ꝯ .iij.l.vel inu.de pig.actꝫ.aut culpa erat ordinata ad caſum.⁊ tunc aut ſi culpa nõ p̃ceſſiſſet ille caſus nõ ꝯtigiſſet ⁊ culpa facit venire caſum.j.como.ſi vt certe.§.ſed interduꝫ ⁊ ibi ꝑ guil'.nideas ꝺ hoc.aut caſus ille nichilominus ꝯtigiſſet.⁊ tũc aut erat culpa i nõ faciẽdo purgari dr̃ per caſum ſupuenientẽ.j.de impenſ.l.⁊ in totum.aut erat culpa i nõ faciendo tũc ſi tale factum erat al'. licitum ⁊ de ſe qui faciebat dabat operam re.licite ⁊ ideꝫ. qꝛ purgat' ꝑ caſum ſupuenientem effectus culpe.j.ad.l.ro.de iac.l.pe.§.idem iuris.aut debeat opam rei illicite tunc nõ liberat' ꝑ caſum ſupuenĩẽtem ne delictuꝫ remaneat impunitũ ad.l.acqui.ita vulneratꝫ ſm guil'.⁊ cy.in addi. in .d.§.ſed interdum.Et p̃dicta nã q̃tum ad obligationem iam nataꝫ.ſed q̃tum ad piurium ꝯhendum nõ cõtrahit' piurium niſi dolus caſum p̃cedat.qr nõ cõmittitur abſqꝫ dolo vt.ſ̃.dixi.Si aũt nec mora nec culpa p̃cedat caſuꝫ ⁊ tũc refert.aut ẽ iuratuꝫ ſup ꝯctu.i quo venit caſus.⁊ tũc difficultas excuſſat a crimine piurij. ſꝫ nõ a debito.aut nõ venit caſus.⁊ tunc. aut difficultas ꝯcernit id quod venit ꝑ moduꝫ ꝯdictionis ⁊ nõ excuſat de v̂.ob.i illa ſtip.ſi chal'.aut emergit circa rem i ſpecie debitaꝫ que ẽ in diſpoſitiõe.⁊ tũc excuſat de v̂.ob.ſi ex legati loca In naue ſauffeli in fi.Quinto querit' aliqs ſpe future numerationis iurauit ſe ſolutuꝝ conuenitur trãſactio biẽnio nõ ſoluit an ſit piurus.Et v̂e.ꝙ ſic.qꝛ ficta numeratio habetur ꝓ veritate vt.l.in omnibus ꝺ nõ nu.pecu.ꝯ.dico.qꝛ iuramẽtuꝫ eſt diuini iuris ⁊ ad ea que diuini iuris ſunt fictõnes ciuiles nõ extendũt ſe.qꝛ reus ſemꝑ v̂itatem ꝯſciderat huic ẽ ꝙ ꝺ iure cañ. exceptio nõ nu.pecu.ſemꝑ opponi põt vt nõ.ho.ex̃ de ſolu. .c.ij.facit quod nõ.Inno.de in mu.eccleſiaꝝ. qꝛ pleriqꝫ Item ꝺ iure ciuili.aut interuenit cyrographum.⁊ exceptio nõ nume.pe.durat ſuo tp̃e.aut nõ interuenit tunc exceptõ eſt ꝑpetua.l.qui pecũiaꝫ ſi cer.pe.⁊ nõ.C.ſi cer. pe.ſi nõ ſinguli.⁊.l.ſi ex p̃tio vnde ſolus ꝯctus l'raruꝫ ſolo curſu tẽporis roborat' aut iuramentũ nõ eſt ꝯctus litteraꝝ.ſed ex̃ ꝯctus ſubſtantiam ẽ ſimil'r dicimus ꝙ

ypothꝫca priuilegiata nõ procedit ex dote ꝯfeſſata. nã
cum cadat ypotheca ſub alio ꝯtu ꝙ litterarꝫ.ſ. ſub con
tractu pignoris.nõ ſic roboratur.aut iuramentum nõ ē
ꝯtractus litterarꝫ ſed extra ꝯtractus ſubſtantiarꝫ ⁊ ſilr
dicemus ꝙ ypotheca priuilegiata nõ ꝓcedit ꝯfeſſata.
nam cum cadat ypotheca ſub alio ꝯtu ꝙ lrarꝫ.ſ. ſub ꝯ
ctu pignoris ñ ſic roboratur ſolo temporis curſu tractu
vt nõ.in.l.aſſiduis.C.qui po.in pig.ha.⁊ videtur caſus
de pig.ac.l.ſolutum.§.ſꝫ quaſi.  Sexta queſtio ē qui
dam iurauit mihi dare marmora vel colũnas affixas
q̃ nõ poteſt dare.vt.l.ſenatus de ꝯhe.emp.peto ꝙ det
mihi extimatꝫ ē in mora.querit̃ an ſit ꝑiurus ⁊ videt̃ ꝙ
ſic q̃ ꝓcium ſuccedit hic loco rei debite ꝑꝑ difficultatē
ꝓſtationis de le.i.cetera.§.ſi duobus.nam lꝫ ibi rē me
am peto nõ ſuccedat ꝓcium loco rei.niſi i vniuerſali iu
dicio.l.ſi rem ꝓcium ď peti.hr̃.tamē vbi peto ꝙ meum
nõ eſt ꝑꝑ difficultatem ꝓſtationis intereſſe venit.l.nõ
dubiũ.§.fi.de le.iij.Et ꝑ hoc q̃ iuramentꝫ in omnem
cãm ꝓſtitum vr̃ que ex cõtractu deſcendit ſicut ⁊ qď lꝫ
pactũ ď fideiuſſ.ſi quis ꝓ eo.§.ſi nũmos ⁊ ar.ď pig.ac.
.l.ſi neceſſarias.§.fi.  Secũdo aut loqmur qñ itereſſe
nõ ſuccedit in obligatione.⁊ tũc eſt planũ. q̃ tũc circa i
tereſſe quod peti nõ põt mora cõmitti nõ põt.q̃ vbi nl̃
la petitio.nulla mora de ṽbo.ob.ſi pupillus ſi cer.pe.le
cta.§.dicebam ď re iudi.nulles.§.x .Si autem extima
tio ſuccedit in obligatõe.vt.l.ſtip.vẽdi.§.celſus ⁊.l.i.ac.
emp.tũc eſt dubitañ.tamen credo ꝑiurium nõ cõtrahi.
quia Iſta ſecundaria et tacita obl̃o nõ eſt iurata nam
iuramentum requirit̃ ṽborꝫ exꝓſſionē et hic uerba nõ
ſunt exꝓſſa dicit decretallis ꝙ cl̃icus qui ꝓmo iurauit
ſeruare ſtatuta edicta et poſtea per idez iuramentum
ꝓmittit ſeruare edenda qď ſi poſtea edita nõ ſeruat nõ
eſt ꝑiurus ex̃.c.cl̃icus qď ſic debet intelligi qď iſte cl̃icꝰ
iurauit primo ſeruare edicta poſtea i veritate primi iu
ramẽti promiſit ſeruare edẽda certe promiſit ꝑ virtutꝫ
que in rerꝫ natura nõ erat.q̃ iuramentꝫ ꝓmuꝫ nõ habe
bat illam ṽtutem cuꝫ ṽba eius nõ referunt̃ ad futurꝫ ď
ṽbo.ob.ſi a collono ita intelligit ſpe.in ſpe.quarta ꝑte
ti.de iuriur̃.in fi.Et ſic nõ ob.ar.ꝯ.de pig.ac.ſolutũ i fi.
prin.iuramentꝫ enim nõ extenditur ad futura niſi tꝑe
iuramẽti expreſſa. vt nõ.papa in.c.i.de regulari in cle.
Septimo querit̃ nũquid in obl̃onibus facti poſſit ꝯ
hi ꝑiurium.Et videtur ꝙ nõ.q̃ licitum eſt nõ facere ⁊ i
tereſſe ꝓſtare.vnde reſpectu facti nõ cõmittit̃.q̃ nõ eſt
in dolo q ñ facit ex quo ꝓmittitur ſibi a iure ꝙ ſoluat
intereſſe ar.j.ď iure patro.l.adigẽ.§.i. Item reſpectu i
tereſſe nõ ꝯhitur ꝑiuriũ.q̃ ſuper itereſſe nõ eſt iuratũ
ꝫo.ꝙ ex mora ꝑiurium ꝯhitur extra ex̃ eo . reſcripto.
nec tranſſundit̃ in obl̃onem itereſſe.q̃ ꝑiurium nõ ē iuſ
ſed factuꝫ quod trãſſundi nõ poteſt. Itez q̃ iam traxit
ſecũ executionē.vnde nõ poteſt nouari ar.de pac.reſcri
ptum.§.ſi pacto.de condi inde.q ob rem nõ defenſam.
Preterea vbi eſt iuratum in pria obl̃one.ſecunda
obl̃o accumulat̃ prime nõ aũt hꝫ vocare.vñ ſicuti poteſt
peti res ⁊ pena.C.de tra.ſi quis maior ita res pricipal̃
.i.factuꝫ ⁊ intereſſe ꝑ dictã.l.Si quis maior.quod ē no
ta.  Octauo queritur iuraui tibi dari.x.vſque ad pa
ſcha tu iterim forbãniris.ego nec tibi nec fiſco ſoluo q̃
ritur vtruꝫ ſim ꝑiurus.Et videt̃ ꝙ ex eo ꝙ tibi nõ ſol
uo.nõ ſim ꝑiurus.q̃ nudus exulaſti de capi.di.tutellas
§.pe.⁊ ex ante geſto omne ius ꝑdiſ ď nouatꝫ quoꝫ in fi.
vnde fiſco ſolui dꝫ de le.iij.paulo cali.§.fi.nam bãnituſ
habet̃ ꝓ mortuo nõ.inſti.qui.mo.ius pa.po.ſol. §.rele
gati.Et qui mortuo ſuccedit iuria ꝑſonalia ſuccedit ſe

cus in eo qui ſuccedit viuẽti. vt nõ.de iure fi.l.iij.§.ſed
cum ex cã.nam cuꝫ obl̃o hꝫ vbi radicet̃.ſ.in ipo viuẽte
ideo ab eo ñ ſeparat̃.ſed quãdo habet̃ pro mortuo.tũc
nõ poteſt in eo radicari ⁊ ideo trãſit i ſucceſſorem vl̃eꝫ
C.ad.l.iul̃.de vi.ſi tutoris de ṽbo.ſigni. princeps bona
de pac.dotꝫ inter ſocerꝫ in fi.  Preterea ſtatus ꝑ ban
num mutatus ē ⁊ iuramentꝫ dꝫ intelligi integro ſtatu
manẽte de ſolu.cum quis i prin.de ꝯdi.ob cãm quď ſer
uius.  Nõ ob.j.man.ſi tibi.§.is cuius.q̃ ibi aget ex
poſtea geſto.nõ ex autez geſto.  Pret erea ibi ſnia
ademit bona.ſed nõ dr̃ ibi ꝙ ſtatum ademerit. vnde qñ
ſnia ademit bona ⁊ nõ ſtatum futura nõ veniũt. C. ď iu
re fiſci.certa forma.⁊ nõ.in.l.fi.C.q̃ res pig.ob.po.pꝫ er
go ꝙ ex eo quod ipi bãnito nõ ſoluatur nõ eſt ꝯtus ꝑ
iurij. q̃ ſuo facto ius ſuũ amiſit de ꝯdi.fur.ſi manumiſ.
§.tam diu de poſtu.l.i.§.beſtias.  Sed an.ex eo quď
nõ ſoluitur fiſco videtur quod nõ.j.de ꝯdi.fur. ſed nec
legatarius.nã ṽo omnia in fiſcuꝫ trãſeunt.q̃ iura cõdi
ctionalia nõ trãſeunt ď noua.quoꝫ in fi. Item inſtantia
pendẽs nõ tranſit i fiſcum ſuccedẽtez ex delicto ſo.ma.
ſi ꝯſtante.§.fi.In ꝯrium q̃ iuramentũ eſt in rem ex ꝑ
te eius cui iurat̃ vt nõ.Inno.ex̃.c.veritatis.  Sꝫ nũ
quid debitor ſub iuramẽto põt cedere bonis vr̃ .ꝙ non
q̃ ſi ꝑiurus eſt tenet̃ ex delicto.ſic non cedit bonis. ſed
luit in corꝑe.l.fi.ď in ius voc. dic ꝙ reſpectu obl̃onis ꝓ
mitiue emanãtis ex ꝯtu põt cedere bonis vt nõ.hoſti.
in ſũma ſua ex̃.e.§.quot ſunt ver.item ſi facultas.ṽ.ſe.
An debitor aſtrictꝫ iuramẽto teneat̃ ſoluere contra
mãdatum iudici s dic vt nõ.papa de re iudi. paſtoralis
in cle.in vltima colũna.  Ad vltimaꝫ queſtionem de
ſcendo.Et cũ queritur que ſit pena ꝑiurij. ſic diſtingue
ſm Ja.bu.aut ꝑiuriũ cadit in ſpãle nomẽ delicti ⁊ tũc
punit̃ ea.l.que illud crimen punit.l.i.ď fal.l.i.§.i. ad.le.
cor.de ſiccar.aut nõ cadit in ſpãle nomẽ delicti.Et tunc
refert aut ē iuratum ſoli deo.⁊ ſolum deuꝫ hꝫ vltorem
ar.C.e.l.ij.aut ē iuratum homini.⁊ tũc refert.aut ē iu
ratum ſuꝑ ꝯtu.ita ꝙ ꝑiurus venit ꝯ.ꝯtum ⁊ cõtra iu
ramẽtum.⁊ tũc punitur.C.ď tranſ.l.ſi quis maior.q̃ ve
nit ꝯ fidem debitaꝫ dupl̃r tam rõne ꝯtus ꝙ rõne ipiꝰ
us iuranti.aut ē iuratuꝫ ad lites decidẽdas ⁊ tũc refert
aut ē iuratum ꝑ maieſtatē principis terreni ⁊ punit̃ de
ierans vt.j.e.ſi duo ꝓrõi in fi.aut ꝑ maieſtatez diuinã
⁊ tũc refert.aut igitur ratione ꝯtente religionis i deũ.
⁊ tunc ſolum deũ hꝫ vltorem.C.e.l.ij.aut ex eo.q̃ ꝑiu
rium dãnificauit aduerſariũ ⁊ tunc tenet̃ periurus cri
mine ſtellionatꝫ.vt.l.de ꝑiurio ⁊ ibi nõ.ď crimine ſtell̃.
ſm Ja.bu.  Sed opp.ꝙ iurans ſoli deo puniatur.
vt in aũt.vt nõ luxur.ꝯ nãm ſed illud q̃ blaſſemia non
q̃ ꝑiurium.nec tenet ď ꝯſuetudine ꝙ ibi dicitur.Et ad
de quod nõ.C.ad.l.iul̃.ma.l.alienam vbi ď hoc.  Op.
ꝙ qui iurauit ad deciſionez litis nõ poſſit argui ď periu
rio.q̃ lex vltra procedit diſponẽdo.ꝙ tale iuramẽtũ ꝓ
ṽitate habeatur.ergo nõ põt ꝯrium probari vl̃ i dubiũ
refricari ex quo lex pronũciat ſit eſſe.vt.j.e.non erit. §.
dato cum ſy.hoc puto veruꝫ.Et tenet h exꝓſſe guil̃.in
dicta.l.ſi dño patroni.§.fi.⁊ dic plene vt ibi ꝑ guil̃.⁊ ꝓ
hoc.j.e.ſi duo.§.idem iul̃.ibi ergo qui iurauit nõ poteſt
redargui de ꝑiurio vbi iuramentꝫ.non eſt retractabile.
q̃ nõ poteſt ꝑiurium inueniri cuꝫ ceſſet ⁊ remota ſit a
iure diligẽs inquiſitio arg.ď ac.po.l.iij.§. nerua filius.
Sed vbi eſſet retractabile ⁊ ꝑ hoc ꝑs põt de ꝑiurio re
dargui ſic.j.e.admonẽdi ⁊ ex eo caſu põt eſſe veruꝫ qď
dicit Ja.bu.Item vbi circa ꝑſona que nõ detulit ꝓ ſuo
intereſſe vult accuſare de ꝑiurio.j.e.ſed ⁊ ſi poſſeſſori

in fi.cum.l.ſe. Nō ob.l.de ꝑiurio.q2 ibi ſup ꝯctu fuit iu
ratum.⁊ tale iuramentꝫ bene poteſt allegari.nō ſuatū
vt nō.in.l.lucius de infami. Preterea ibi etiaꝫ ſi
ne iuramēto tenetur crimine ſtellionatꝫ ille qui decipit
creditorem aſſerēdo pignora eē ſua.que nō ſunt vt.l.i.⁊
.l.tutor.§.ꝯtrium de pig.ac.bene veruꝫ eſt ꝙ qū mādatꝫ
iuramēto vallatur grauius delinquit᷑ ⁊ grauius coher
cetur arbitraria pena vt ibi.Item glo.l.de ꝑiurio.ñ ob.
quia vbi alias iuratur ꝙ̄ ad deciſioneꝫ litis glo.illa con
tinet veritateꝫ.Sed vbi iuratur ad deciſſioneꝫ litis eſt
falſa ē quia lex ſtatuit hoc iuramentꝫ haberi pro verita
te.ergo fruſtra reciperet᷑ ad accuſandū qui nō admitte
retur.ad probanduꝫ quod intendit vt dicto.§.iul᷑.⁊.ĩ.
e.duobus.§.colonus. Sed pone ꝙ accuſo aliqueꝫ
ꝺ eo ꝙ iurauit in ꝯctu.⁊ poſtea venit ꝯ̈ ꝙ tp̄s ponā in
libello vtruꝫ tp̄s iuramēti an vo tp̄us tranſgreſſionis.
Et videtur ꝙ tp̄s iuramēti.q2 retro trahitur ſicut dici
mus ꝺ iuramēto teſtis.quod trahitur retro vt nō.i.c.i.
de offi.dele.in cle. Sed ego dico ꝙ falſū iuramētū
pōt eſſe dupl᷑r.vno modo ꝙ ſit falſa iuratio.vt quādo
iuratur de ꝑterito ⁊ tūc depoſitio retro fingitur infuit
implicite tp̄r.iuramenti de ꝯdi.inſti.illa inſtitutio ꝺ ac.
here.inſti.Alio modo ꝙ eſt liciti iuramēti trāſgreſſio
de futuro ⁊ tūc dico.ꝙ nō trahitur retro.Et ideo tp̄us
tranſgreſſionis dꝫ poni nō tp̄s iuramēti ar.l.potior in
prin.qui po.in pig.ha. Sed pone ꝙ ſtatutum dicit ī
damno dato ſtetur ſacramēto actoris.vtꝝ actor ꝺ ꝑiu
rio poſſit accuſari ⁊ vr̄ ꝙ nō vt.C.e.l.ij.⁊ ar.ex vi.loca
tionis vt.l.diem.§.ſtar.de arbi. In ꝯtrium facit qꝺ
nō.Ja.de are.in.l.i.C.ſi aduer.liberatꝫ. Preterea
a generali prouiſione vr̄ dolus excipi.l.creditor.§.luci
us man.ſed ꝑiurus ē in dolo.ergo pōt accuſari de ꝑiu
rio.So.ſacramētum ꝑdictuꝫ eſt litis deciſſiuuꝫ.⁊ ideo
nō puto ꝙ poſſit ꝺ falſo reprobari ꝑ.l.ij.C.e.⁊ eſt ſpāle
vt ſit litiuꝫ finis.Et facit.C.de fideiuſſ.l.ſi.circa fi.Et
videtur caſus.ĩ.e.l.iij.§.proderitqꝫ. Sed opp.quia
iudex videtur accuſatōem calūnioſaꝫ nō dꝫ deferre ac
cuſatori iuramētuꝫ ꝺ re mili.nō omnes.§.a barbaris ꝺ
accu.l.ſi cui crimen.§.i.⁊ in regula iuris ſemel malus.
Et plene ꝺ hoc.ĩ.e.l.admonēdi.So.hic non eſt neceſſe
ꝙ iudex defferat.q2 ipo iur̄ debituꝫ eſt a lege abſqꝫ mi
niſterio iudicis ar.C.ꝺ pena.iudi.aūt.nouo iure ⁊ ꝺ cō
di.inſti.l.que ſub ꝯditione.§.de hoc iur̄ ꝺ orig.iur̄.l.ij.
§.deinde ex his.Iteꝫ opp.ꝙ iuramentꝫ ꝙ excuſat a ca
lumnia manifeſta vt pꝫ in iuramēto calūnie ⁊ eſt ſimile
quod nō.in.l.athletꝫ.§.calum.de infami.⁊.l.lucius.e.ti.
Sed rñō.ꝙ hoc ſtatutū de quo queritur duo facit q2 ꝯ
ficit ſacramentꝫ ⁊ q2 ex eo affertur cōmodū iuramenti
diſponēdo ꝙ ſtetur iuramēto.ſed ī iuramēto calumnie
nll᷑a.l.dicit ꝙ ei ſtetur.vel q2 pro veritate hēatur.Iteꝫ
op.q2 ſi ſtatutum ſic īterpretandū dabit materiaꝫ calū
niandi ⁊ opprimendi humiliores ꝯ̈.l.illicitas.§.ne po
tentiores de offi.pſi. Preterea ſtatim ꝙ produxit
falſam ⁊ calūnioſam accuſatōem ⁊ litꝫ ꝯte.excipit lege
remature ⁊ iuramentꝫ poſtea ſequēs nō purgat delictū
ſed accumulat ei aliud delictum.ſ.ꝑiurium pōt.ergo ac
cuſari.l.i.§.calum.ad tre.ad hoc eſt ar.de cuſto.reorum
diuus ad turp.ab accuſatione.§.nūciatores.ĩ.e.ſi duo
patroni.§.fi.Sed rñdeo ꝙ iuramētum cui lex ſtari iu
bet oſtendit accuſantem ex crimine eſſe ⁊ ideo accuſari
nō poſſe. Nam aut iſta facultas ē ꝯceſſa iuranti ī bene
ficiuꝫ ⁊ decet eſſe manſuꝝ.Aut in odiuꝫ dantiū dānum
qui depopulant᷑ agros ⁊ idem.q2 ꝑpetuo dꝫ durare.l.
tā ⁊ ſi.ad macedo.vnde nō credo ꝙ iure ordinario poſ
ſit accuſari.tamen q2 deierādo delinqd in ipm iudicem
eius aures oñdit.puto ꝙ ex̄ ordinem poſſit puniri.naꝫ
lꝫ inter ꝑtes habeat᷑ iuramentꝫ pro vitate.tamē nō intē
ꝑtem ⁊ iudicem ar.ex̄ de re iudi.ſub orta.vnde iudex
maieſtatis ſue cōtumeliam pōt vlciſci.ex̄ ordinem.C.ꝺ
teſti.nullum ⁊.ĩ.e.ſi duo in fi.⁊ ar.C.de ſpo.l.ij. Sꝫ
ponamus ꝙ iudex ſcit ꝙ accuſator calumnioſe accuſat
nūquid pōt ipi accuſato aliquo modo ꝯſulere.ne ꝯdem
net eum.nō ob.ſtatuto ſic ꝑciſo.vt proponitur. Jac.de
are.in illa.l.i.ſi aduer.lib.tenet ꝙ nō poteſt dici.ꝙ ſi eſ
ſet notoriuꝫ ꝑ rei euidētiam ꝙ iudex ꝺ facto ſupplere
⁊ abſoluere Innocentē reprobato iuramento ⁊ h ne.
Innocens puniatur ar.C.de noxal᷑.l.ij.⁊ q2 notorium
equiparat᷑ ſnie.ergo ſicut tenet ſnia ꝯ̈ iuramentuꝫ vt.ĩ.
e.nam ⁊ poſtea.§.ſi damnetur.Sic ⁊ notorium tenet
contra iurantis rei ꝑualet facit quꝺ nō.in.l.C.qui adv.
quos et per Inno.in.c.i.de offi.vica. Item iuramentꝫ
notorie deierantis non habet eſſe.nec formam eſſe iu
ramenti.ſed periurij ergo.ſequi nō debet ex eo condē
natio ut.l.ſi quis legatuꝫ de fal.et de penis.l.ſi quis ali
quid.§.teſtiū.totum.ergo.iuriſdictioni pretorie ꝯmitti
tur examinandum de dam.infec.qui bona.§.ij.Et hāc
ꝑtem vam puto.quia notorij defectus ſunt officio.iudi
cis corrigendi ut.l.i.ꝺ.de offi.aſſeſſor.cum ſy. Sed
nunquid de eo qui rñdet poſitōnibus cū iuramento et
deierat utꝝ pōt de periurio accuſari.Et vr̄ ꝙ ſi parſ de
tullit iſtud iuramentum ſit deciſiuum.et iō eſt valde ca
uendum pti ne deferat niſi defferat proteſtatiōe ꝑmiſ
ſa.ꝙ vbi negetur probare intendi illa capl᷑a quaꝫ ꝓte
ſtationeꝫ cauti aduocati ſemꝑ ꝑmittunt dicendo pono
Et ſi negabitur probare intendo.cum igitur iuramen
tuꝫ ē deciſſoriuꝫ.ergo ſoluꝫ deum hꝫ vltorem.C.eo.l.ij.
In ꝯtrium videtur ꝙ tale iuramentū nō ſit deciſſo
rium et delatum a ꝑte.q2 poſitionibuſ nō rñdetur ꝑ ver
ba aſſertiua rei ſeu facti.ſed ꝯſcientie.q2 rñdens dicit
credo.vel nō credo.vt nō.C.de iur̄ calūnie.l.ij.§.quod
obſeruari ⁊.ꝺ.de interrog.actꝫ.l.i.in glo.ſ.circa damna
in fi.nō aūt dici ſic ē in rei veritate vel nō eſt.ergo nō
ē deciſiuuꝫ vitatis.ſed credulitatis expreſſiuū.⁊ iō poſ
ſit accuſari.q2 nō decidit iur̄.Ad h facit ar.l.de ꝑiurio
ꝺ.allatꝫ.⁊ ſi dicatur qūo poterit conueniri de ꝑiurio qs
enim poterit probare me credere ſi dixi nō me creder̄
Rndeo probando tale quid me neceſſitas. Ad creden
dum vt quādo ſuꝑ facto proprio rñdi.naꝫ nō eſt tale fa
ctum quod dubitatiue poſſit cadere in animo meo ex
quo ē factum propriuꝫ vt.ĩ.pro ſuo.l.ſi ancillaꝫ. Ideꝫ ſi
ſit factuꝫ alienuꝫ.quod ego ſcire debeo ⁊ ꝑſumor a iur̄
C.de in integ.re.mi.l.de tutella.nam ille qui rñdit cre
do pōt probare ſe erraſſe probādo factuꝫ al᷑r ſe habere
C.de iur̄.⁊ fac.igno.l.ſi poſt diuiſ.vnde talis rñſio bñ
recipit probatōem in ꝯtrium de interrog.ac.de etate.§.
fi. Preterea anius pro exteriora cōuici pōt vt nō.i
.l.fulcinius.§.ij.qui.ex ca.in poſſ.ea ⁊ del᷑.ij.l.cuꝫ ꝓpo
neret᷑. Sed videt᷑ ꝙ indiſtincte nō poſſit accuſari
de ꝑiurio.rñdens falſum ſuꝑ poſitionibus.nam ꝓ iſto
dolo ciuil᷑r nō competit actio ꝺ dolo.ergo criminal᷑r ñ
poteſt agi crimine ſtellionatꝫ probo miorem.q2 iſtud iu
ramentꝫ nō imponit neceſſitateꝫ probationis aduerſa
rio.ſed lex ei imponit.C.ꝺ eden.l.qui accuſare.vnde ꝑ
iurium iſtud nō agrauat probationis onus.ſed non re
leuat ab onere probādi.vnde ꝑ hoc ꝑdit lucrū nō autē
ſentit dānum.Et ſi dicitur ſi ꝑdit lucꝝ.ergo agit q2 ſua
intereſt.Rñ iſtud lucrum nūꝙ̄ fuit in reꝝ natura.ſꝫ eſſe
poterat ſi iſte veꝝ rñdiſſet.ideo nō eſt amiſſum quꝺ ꝺ

ſtatū nō fuit vt.l.x.de v̄.ob.⁊ hoc forte vius fuit ē ꝙ iure
ordinario accuſari nō poſſit. Nō ob.l.de piurio qꝛ
ibi piuriū incidit ꝯctu ⁊ ſic actui obligatorio hic nō.qꝛ
negatꝫ nō quaſi ꝯbitur in iudicio niſi in ꝯte.litis.ſed per
affirmatꝫ quaſi ꝯbitur etiā al'vt.l.de etate.§.qui iterro
gatꝫ.de interroga.actꝫ.tm̄ qꝛ aures iudicis offendit ſi iu
dex vult pōt eum mulctare ar.C.de teſti.l.nullū. Sʒ
nūquid ille qui venit ꝯtra aliquam clauſulaʒ ꝯctus in
currit piurium. Ro ſic ſiue illa clauſula ꝯtineat effectuʒ
totus ꝯctus ſiue nō.qꝛ ille qui facit ꝯtra clauſulaʒ inſer
tam in ꝯctu.vr̄ facere cōtra totuʒ ꝯctum vt.l.idemqꝫ ꝺ
pig.ac.Sed nūquid bona fides excuſſat a piurio dic ꝙ
ſic.qꝛ omne bona intentione factū p̄ſumitur bene actuʒ
de condi.⁊ de.l.q̄uis.l.cum qui.§.ina popularib9 ꝺ iur̄.
iur̄.vbi de hoc nō.⁊.j.de pig.ac.tutor.§.ꝯrium. Sed
nūquid ille qui iurauit nō venire ꝯ tociens piurium cō
trahit.quotiens ꝯuenit videtur ꝙ nō.ſed ſit vnū piuriū
ꝯtinuatuʒ de fur.inficiando.§.infans.⁊ nō.ſimile.e.ti.
vulgaris. In ꝯrium facit de priua.delic.nūq̄ plura quō
nō.p Ja.de are.in.l.item apud labeonem.§.ꝯuitiū ꝺ i
iur̄.So.aut qꝛ nō fit.quod fieri dʒ incurrit̄ piurium.⁊
tunc ē vnū qꝛ vnicum nō fieri.nam iter nō fieri.⁊ nō fie
ri nō eſt tp̄s in medio quod diſtinguat vnuʒ nō fieri ab
altero.ideo vnum delictuʒ ē.qꝛ ꝯtinuatum nō.ſimile.j.
e.eum qui.§.in popularibus.aut icurritur piuriuʒ ex eo
quod aliquid fit ⁊ fieri nō debet ⁊ tūc quot ſūt actus to
tiens deierat̄. Vel dic ꝙ aut omnes iſti actus ten
dunt in vnuʒ finem.⁊ ſic ad vnuʒ terminū cōpellant̄ ⁊ n̄
ē niſi vnuʒ piurium.vt ſi iuraui nō petere ⁊ nō ꝯtraire
litem tādem ꝯteſtor probationes induco ⁊ alios actus
facio ad idem.vnum delictuʒ eſt.qꝛ licet ſint plur̄ termi
ni a quo tamē nō eſt niſi vnus terminuſ ad queʒ ar.ad
hoc ad.l.acqui.§.fi.aut tendūt ad diuerſos fines verbi
gr̄a iuraui nō inquietare te ſup hr̄ditate inquieto te.pri
mo ſup ſtico hr̄ditario.ſum piurus deinde inquieto te
ſup ſtico hereditario.ſuʒ iterato piurus.⁊ ꝺ ceteris ar.
in.ꝺ.l.nūquā plura.⁊ eoꝝ que ibi nō.dy.⁊.l.agraria de
termi.amo. Et ex hoc pʒ an pēa piurij ſemel vel tociēſ
quotiens imponatur. Sed nūquid ille qui iurauit i
tereſſe eſt piurus ante liquidatōem intereſſe p ſniaʒ dic
ꝙ nō ſicut in nō liquidis nō currit terminus iuris ſic a
ſimili nec hic ar.eoꝝ que nō.j.de pig.ac.l.iiij. Et ē
ratio ar.ꝙ ſi de ſentētijs dʒ ſolui certa gabella pro qua
libet libra.ꝙ nō currit terminus in non liquidis niſi ex
die liquidationis ad quod.j.de ſtatu li.l.ſtatu lib.rōneʒ
j.de vſuris i fideicō.al'ꝺ vſ. Sʒ qd ſi ꝓmiſſi tibi al
ternatiue dare in paſcate.x.aut hoſtagia pro eis.⁊ iu
raui tu vo p̄ciſe petis.x.an ſum in mora ſi nō ſoluo vi̇ꝺ
tur.ꝙ nō ar.j de iur̄ patro.adigere.§.i.⁊ quod nō.C.ꝺ
reſci.ven.l.ij.qꝛ in alternatiuis electio eſt debentis.j.de
eo quod cer.lo.l.iij.⁊ conſti.pecu.l.illud ꝺ actionibuſ.§.
huic ꝺ iur̄ dotꝫ plerūqꝫ in fi.⁊ quod nō.de le.ij.lutio cuʒ
ſy.dic ꝯriuʒ ex nō.p guil'.j.de pig.ac.l.q̄uis. Nō ob.ꝯ
qꝛ loquūt̄.qn̄ plura alternatiue ſunt in ſolutiōe que pa
riat liberatōem hic aūt ſunt plura in cōpulſione.vnde i
ter remedia electio eſt creditoris inter res ꝺbitoris ſʒ
guil'.ibi ad hoc facit.quod nō.C.de tran.cuʒ ꝓponas.er
go ſi debitor eſt ꝯtumax.in ſoluēdo eſt piurus ⁊ cōmit
titur hic piurium nō lapſu diei.ſed electione creditōis
cū diei iapſu alias ſatis eſt debitori alteꝝ facere. Sʒ
nūquid vbi mora ⁊ piurium p interpellatōeʒ extiudicia
lem ꝯbitur dʒ interpellatio ſiue requiſitio fieri i ſcriptiſ
dic ꝙ qn̄qꝫ pro teſtō ſuccedit loco iudicij.tūc debet fieri
i ſcriptis.C.ꝺ anna.excep.vt pfectius qn̄qꝫ nō ſuccedit
loco iudicij tunc debet fieri in ſcriptis.dic quod nō eſt
neceſſaria ſcriptura.C.ꝺ neg.ge.l.fi. Sed nūquid
ad piurium cōmittendū eſt neceſſaria trina mōitio dic
ꝙ nō.ſed ſufficit vna de vſur.mora.de ac.⁊ ob.traiecti
cie ar.nō.de diſtrac.pig.creditor ⁊ facit quod nō.de v̄.
ob.qui rome.§.cohr̄des ⁊.l.ſi cōue.de pig.ac. Sed
nūquid in tali ꝓteſtatione debet apponi dies p ꝓteſtan
tem dic vt nō.de minor̄.emilius. Et videtur ꝙ ꝓteſta
tio nō artet ad piurium vel penam p̄uationis alicuius
iuris niſi poſt triduuʒ vt nō.de pe.⁊ ſi ꝯuenerit. Sʒ
hanc materiaʒ proteſtationis nō proſequor quia nō per
tinet directe ad materiam noſtram alibi dicetur. Et h̄
ſit finis repetitionis florentine.

## Ait pretor.

Nō.ꝙ nō valet iuramētuʒ niſit ſit delatuʒ. Querit̄ de queſtio
ne ꝺ facto occurēte.dicit ſtatutū ꝙ
de damno dato credatur ſacro accu
ſatoris.mō citius accenſauit ſeyum
de exportatōe lignoꝝ ⁊ cū ꝓduxit ac
cenſatōem iurauit eā eſſe verā cui fuit datus terminuſ
ad probandū octo dierū iſte.qꝛ vltima dies fuit feriata
nō iurauit ea die.ſed ſequēti ⁊ notarius ſcripſit illuʒ iu
raſſe.nō tamen ſcripſit ꝙ iuramentū fuerit ei delatum
nec apparet ꝙ iudex fuerit pn̄s. Reus ſe defendit pe
tit rem ſubici occul' iudicātis ⁊ aſſerit ꝙ occulis ꝓprijs
poterit iudex videre ꝯrium. Ex iſto themate reſultant
iſte queſtiones. Prima an iſta ſit accuſatio de damno
dato. Secūda an ad ꝓbandum dānum datum ſuffi
cit iuramentum p̄ſtitum tp̄r.quo accuſatio producitur.
Tertia an poſſit iurari die feriata an vero debe
at iurare die p̄cedente an vero fiet diffuſio in diem ſe
quētem. Quarta ſi appet iuratum an p̄ſumatur de
latio. Quinta an requirat̄ iudiciſ pn̄tia. Sexta
an poſſit probari ꝯrium p iſpectione occuloꝝ. Cir
ca primum dico ꝙ dānuʒ eſt deteriorato rei.Sed hic
nō allegatur leſio circa res hn̄ iſtud factuʒ cadit in ſpēʒ
furti ⁊ nō hʒ locum ſtatutū.ſed ius cōe.j.ti.i.l.cuʒ furti
ꝺ.ti.i.ſi quis reo.§.p.⁊ de icen.rui.⁊ nau.l.ij.§.i.q vō
dat dānum ⁊ rem deterioreʒ efficit nō vr̄ hr̄e animum
furādi.⁊ ideo nō tenetur furti ar.ꝯ.j.de ꝯdi.ob cām.l.
p. Circa ſm̄ dico ꝙ iuramētuʒ ꝙ preſtat̄ pro igreſ
ſu iudicij ē magis iuramētum calūnie q̄ iuramētum ꝓ
bationis vt nō.in.l.theſauros ad exibē.tamē ibi glo.ſen
tit ꝙ licet ſit iuramētum calūnie.tn̄ p ip̄m fiat ꝓ hāco
ꝙ quidā cōcedunt ſi iudiciuʒ eſt ciuile ſūmariū.⁊ pui p̄
iudicij facit ꝙ nō.in aūt.ꝺ exi.re.§.ſi vo.Sed ego dico
ꝙ nō ſufficit iuramētum p̄dictum qꝛ tūc nō eſt tp̄s ꝓbā
di cū reus nūdum ꝯparuerit.⁊ ideo iterato iurandū eſt
ſic de dam.infe.qui bona.§.ſi quis ſti.⁊ ex̄.de teſti.veni
ens ⁊ uide ꝙ nō.iſpectꝫ.de p̄mo decre.§.reſtat.v.ſed
qualiter probabit ⁊ inſpectꝫ de ſūmaria cognicione.v.
vi.querendi ⁊ quinto.⁊ quarto loco.⁊ de off.iudi.v.hoc
quoqꝫ p̄termitēduʒ vbi omnino videas. Circa ter
tium nō puto qꝺ iuramētum probatoriuʒ ſit actus iudi
ciarius ⁊ ſolēnis ꝙ poſſit fieri die feriata.⁊ adde ꝙ nō
i.c.i.de officio dele.i cle.vn̄ die p̄cedente iurare debuit
ſi ferie ſūt ſolēnes ſi repentine fiet diffuſio in diem ſe
quētem.qꝛ nō potuit eſſe p̄uiſſus.ꝺ.qbu ex ca.ma. ſed
⁊ ſi p p̄torem.§.ſed ſi ferie ſi quis.o.cau.l.ij.§.ſi quis.
Circa quartū vr̄ ꝙ p̄ſumat̄ delatio ar.nō.in.l.actor
rem ra.ha.C.de fide inſtru.l.i.lib.x.de v̄.ob.ſciendum
⁊ videtur exp̄ſſum de dote p̄le.teopōpus. In ꝯriuʒ

qꝛ in actibus iudicij cōtentioſi nō ꝓſumitur ſolēnitatis ſecus in ex̄ iudicialibus vel i iuriſdictj volūtaria vt nō. Inno. de eo. qui fue. oꝛ. ſu. innotuit. Sed certe in caſu noſtro nō eſt opus miniſterio iudicis in defferendo. qꝛ qꝛ lex defert ipo iuꝛ ar. de cōdi. inſti. que ſub cōdic. §. fi.

Circa quintū videtꝛ qꝺ ſufficiat pn̄tia notoꝛij actoꝛ vt in autj. que ſuplicatio. ſed ibi loquitur in actis iaʒ factis ꝓducendis. ſed i fiendis ꝺ nouo requiritꝛ pn̄tia iudicis vel ſolēnis ꝯmiſſio nō. C. de teſtis. l. hac ꝯſultiſſima §. p. ⁊. C. de lib. ca. iubemus. Circa ſextuʒ dixit azo qꝺ poteſt oſtendi ꝯꝛium i ſūma. C. ad. l. acq. circa medium ⁊ Ja. bu. C. de re iudi. l. i. in lec. Ja. de are. dicit ſtari ſacr̄o tamē ꝑ iuris teneatꝛ crīe ſtellionatus. ͞j. eo. ſi duo patroni. §. fi. ita nō. Ja. C. ſi aduerſus lib. l. i. qꝺ eſt verius. qꝛ diſpoſitio. l. nō reſpicit ꝓbationi in ꝯꝛium vt nō. gl. ar. ͞j. ti. i. l. fi. ⁊ facit. ͞j. e. l. §. quid ergo. Quid ſi accuſatoꝛ poꝛꝛecta accuſatione deceſſit an hr̄s eius poterit iurare. Ro nō. ar. de rei ven. idem pōp. in fi. C. c. generaliter. ⁊ qꝛ iudicium eſt finituʒ. C. ſi reus vel accu. l. defunctis. nō ob. l. i. C. ne ex delic. de func. qꝛ ibi. ciuiliter hic crīaliter ⁊c̄. Baldus.

**Quacunqꝫ** In qualibet qōne pōt deferi iuramētum hoc ē i ciuili ⁊ in crīali Item quid in cā ſpūali puta matrimonij carnalis vel monacatōis vel ꝯuerſionis gl. tractat. Sed vt latius pateat forma talem caſuʒ qui nunc de facto vtitur berta rixans cū ſeyo volens ꝑcutē ſemproniū proiecit lapidem qui in muro proiectus fecit ex caſu vulnus in capite cuiuſdam puelle noīe puelle accuſatur berta ꝙ eā iniurioſe ꝑcuſſit ita qꝺ ex ꝑcuſſione ſanguis exiuit ⁊c̄. Berta ꝯfitetur ſe proieciſſe lapidem i ſeyuʒ ⁊ quꝺ lapis iuit in muꝝ ⁊ caſu puellaʒ ꝑcuſſit dixit tamē quꝺ qꝛ ſempronius inſultabat eā ideo volens ſe defendere iactu lapidis id fecit. Et iductis teſtibus cum ꝑ vnū tm̄ teſtem ſit ꝓbatum petit ſibi deferri ſacr̄m ꝑꝑ inopiam ꝓbationū queritur quid iuꝛ de his eſſet ſic. ͞j. ad. l. ro. ꝺ iac. l. ij. §. cum in eadem naue. Et primo queritꝛ an accuſatio ſit probata per huiuſmodi cōfeſſioneʒ. Secūdo an ſanguis dicatur exiiſſe ex ꝑcuſſione. Tertio an qui vult ꝑcutere vnuʒ ⁊ ꝑcutit aliū teneatꝛ iniuriaꝝ. Quarto an excuſetꝛ probato inſulto. Quinto an defenſio ſemiplene ꝓbata in crimiali poſſit iurari ꝑ ſacramētum idefectum ꝓbationis. Circa primū vr̄ ꝙ dicta accuſatio nō poſſit dici probata ꝑ ꝯfeſſ. prio quia intētata eſt iiuria ⁊ nō ꝯfeſſata cum dolus negatus ſit cuʒ iniuria nō fiat ſine dolo malo de iniuꝛ. l. illꝺ ⁊. l. ſe. Iteʒ hic qualitas doli ē negata ⁊ cū ſit de eē criſ totum crimen eſt negatuʒ ar. ꝺ fur. ſi is qui. §. ſi tm̄ tiſium ⁊ non vbi i pingitur dolus nō ſufficit probare culpam ⁊ nō. in. l. i. §. diuus ad. l. coꝛ. de ſica. nec dolus tendens ꝯ vnum poꝛꝛigitur ad alteruʒ in delictis ꝯ ꝑſonaʒ principa. ꝯmitteñ. ar. l. fulcinius. §. adeo quibus ex ca. in poſſ. ea. In cōtrariū facit qꝛ probato facto ꝓſumitꝛ qualitas animi etiam ſi negetꝛ ad. l. coꝛn. de ſic. l. i. de in iuꝛ. ſi nō cōuicij. Et ſic dicatur ꝙ ꝯfeſſio nō pōt ꝓ parte approbari ꝓ parte reprobari. l. publia. i fi. ꝺpoſi. Ro ſic erāt due ꝑtes ſepate nec erat idem cap. ſed certe ſemꝑ poſſumꝰ dicē ꝙ hec ꝯfeſſio hr̄et plr̄es ꝑteſ ar. ꝺ ꝯdi. ⁊ de. hec ſcriptura Et ideo dic. in delictis i quibuſ ē ꝓſumptio ꝯ cōfitentē ſcm̄ ſtari ꝯfeſſioni facti ⁊ animū ꝓſumi qꝛ ex facto datur volūtas i telligi. C. de inſti. ⁊ ſub. l. reꝑhendēda. ſecus ſi negetur alia qualitaſ que nō ꝯſiſtit i aīo. ſʒ in alio facto l'i ꝯcomitātijs facti facit q̄ nō. dy. i c. i obſcuris tm̄ reſpōdenſ cautꝰ dicit ꝯfiteoꝛ ſic ⁊ alr̄ n̄ ꝯfiteoꝛ vt nō. C. decepti. l. ſi qdē. ſed aſſeſſoꝛ cautus nō ꝺbet admittere i criminali hāc reſponſioneʒ cauteloſaʒ ſed debet facere ſimplr̄ reſpōderi ad factum. i. ſine dcā adiectōe. Quid dicemus q̄tum ad propoſitum. q. dico ꝙ in ꝓmiſſis terminis factū nō eſt ꝯfeſſatuʒ vt patebit in proxima. q. Circa ſecūdum pūctum dico ꝙ nō dicitur exiiſſe ſanguis ex ꝑcuſione ꝓicientis. qꝛ non imediate. ſed cāliter ⁊ mediate hoc fuit ⁊ dicto ex ꝓprie ſignificat cauſaʒ imediatam vt. l. i. §. ex incendio dicit aliquis ergo. nec cū arcu ꝑcutiens dr̄ imediate ꝑcutere Ro ymo. qꝛ vtitur arcu vt inſtr̄o. ſed nō muro vt inſtr̄o ⁊ facit. ad ſtatutum de cōcordijs. nam ſi quis cadat ex ꝑcuſſione in terraʒ ⁊ coliſo capite i terraʒ vulnus fiat n̄ dr̄ exiiſſe ſanguis ex ꝑcuſſione. qꝛ terra nō fuit velut inſtrumentū ꝑcuſſoꝛis iꝺ ſimilibus caſibus ⁊ adde de dictione ex. ꝺ. ti. i. cer ꝯdi. in prin. Quo ad tertiuʒ dico ꝙ factuʒ excedit volūtatē in diuerſa ꝑſona ⁊ ideo non pūitur ꝺ dolo. ſed de lata culpa ſi fuit interpretata hec via ꝺ leui culpa nō intelligatur ſtatutuʒ loqui. qꝛ nō eqparatur dolo nec pūitur criminalr̄ de abigeis. l. i. in fi. cy. in. l. ſi qs nō dicā in penis eniʒ coꝛpoꝛalibus vel vbi in defectum iponitur pena coꝛpalis requiritur ꝓciſe dolus nō. ͞j. ti. i. in actj. Quo ad quartuʒ dico excuſañ. vt nō. l. i. §. cum arietes ſi quaſtru. pau. fe. di. cū diſtictione quā dixi. C. vñ vi. l. i. i repetitiōe quā feci ꝺ ca. Quo ad quītum ꝯſiderandū eſt ꝙ i crīalibus actoꝛi nō defertur ſacramētum ꝑꝑ iopiaʒ ꝓbationis. C. de proba. ſciat. ſ. ad reum ꝯdemnāduʒ. ſed reo ſic ſi probauit defenſioneʒ ſemiplene ſm̄ quoſdam. ſed cōiter obſeruatꝛ ꝙ iuramentū neceſſariū nō defertur i criminali. qꝛ ē ardua cā ⁊ nulla. l. hoc dicit in crimiali ꝙ directe ſuper crimine deferatur. ſed ſi cā ciuilis incidit criminali vt. C. de plagijs ꝓſes idem vr̄ ⁊ ſi criminalis incidat ciuili quꝺ ad hac nō defertur ⁊ facit. ͞j. de queſti. maritus ⁊. C. ꝺ fal. vbi vel dic nō. ꝙ ꝑꝑ inopiam ꝓbationuʒ actoꝛis pōt ꝺferri Ro ⁊ propter inopiaʒ probationuʒ rei actoꝛi ar. ͞j. e. tutoꝛ in prin. ⁊ ar. C. de fide inſtru. l. fi. iuramētum āt ꝙ nō defertur ꝑꝑ inopiā probatj. ſed ex ꝯſenſu ꝑtiū. vr̄ poſſe deferri bona fide nō. ꝑ colluſioneʒ ar. ͞j. eo. cū qui §. in popularibus ⁊ ꝺ iſto intelligatur glo. hic poſita eo. ſ. tꝑr ⁊ caſuꝰ quo pōt tranſigi alꝛ nō. ar. ꝺ. e. l. ij. Ad qōem aūt de matrimonio in ſepabili dic ꝙ nō poteſt ꝺferri ſm̄ glo. nam illud ꝙ nō poteſt fieri ꝑ cōfeſſiōʒ vtriuſqꝫ ꝑtis nec ꝑ tranſactj nō poteſt fieri ꝑ iuramētum ⁊ vide nō. C. de tran. l. fi. ⁊ vide ꝙ nō. archi. ij. q. v. ſi quis ꝓſbiter vbi de hoc ꝑ archi. ⁊c̄. bal.

**Sed et ſi.** In. verſi. quid ergo. Nota ni ſi eſt iuratuʒ iſtud iuramētum tollit refectōem dāноꝛuʒ ⁊ intereſſe. ergo iuramētuʒ calūnie facit ceſſare refectōem expenſarum ar. iſtius lr̄e ⁊ nō. in aūt. de iudi. §. opoꝛtet ⁊ hoc niſi petantur ratione contumacie vt. C. de iudi. ſancimus. moderni dicunt vt guilꝛ. quod non facit ceſſare refectionem ratione temeritatj. i. culpe ar. ͞j. ad turpi. l. i. §. queri. ſed rōne doli ꝓſumpti qꝛ ꝓſumptio que ſumitꝛ ex nō ꝓſumpta obliuione ſalutj eterne non operatur niſi in depeñ. ab anima et iꝺ iuramentum calūnie n̄ excuſat a temeritate. Si āut eſſet dolus euidens non excuſat iuramentum quia quedam excuſāt iuramentum a dolo uelato que non excuſāt a dolo patenti vt nō. de infa. ale. §. calump. dicit aliquis ꝙ iſte. §. non facit ad qōnem. nā hic iurabatur de ꝟitate non ꝺ calūnia. Sʒ rn̄de iſtud iuramentum eſt de credulitate. vt nō i. l. i. §. de uen. inſpi. uel aliter duplr̄ eſt ꝟitas facti et ꝯſcie dico ꝙ iuramentum calūnie

eſt ō v̄itate ꝯſcientie .i.intentionis qꝛ aſſeritur qđ recta
conſcia litigatur ēt bona fide.C.de iudi.l.rem non nouā
.§.fi.licet ſit de credulitate obl'onis vel facti ⁊ iō ſtatur
ei ne p̄ſumitur: litigari bona fide niſi ꝯtrariū a perte li
queat quia liquida probatio derogat p̄ſumptiōi.l.i.C.q
⁊ aduer.quos.j.de le.i.licet imꝑatoꝛ nō ob. Jſte.§.
qꝛ hic erat iuramētum de p̄nti ſecus ſi iuratur de futu
ro.qꝛ tūc poteſt ꝓbare ꝯ̄riū vt nō.ſ. de infa.l.lucius
iſtud eniȝ iuramētuȝ nō trahitur retro.⁊ ideo non excu
ſat ab expēſis factis.anteꝙ̄ ſit iuratum puta ante liteȝ
ꝯte.nec etiaȝ excuſat ab expenſiſ debitꝭ ex ꝓmiſſione vt
nō.j.de le.iij.l.ſi mulier.§.ſi rem ⁊ facit de ꝯdic.⁊ de.q
bus diebus.§.i.nec a debitis rōne cōtumacie de ap.ſi
per luſ.§.i. Sed iſta opīo modernoꝝ v̄r eſſe impo
ſita v̄bis ⁊ nō rebus.nam ex quo iuramētum calūnie ī
effectu nō excuſat ab expēſis ꝙ p̄nt peti ꝑꝑ temeritatē
vt.ſ.de iudi.l.eum queȝ temere de le.ij.qui ſoliduȝ.§.ēt
quid releuat dicere ꝙ nō poſſunt peti ratōe doli ſufficit
eniȝ peti poſſe licet nō ex hoc capite de lib. ⁊ poſt.l.ga
lus.§.ſi eius. Et iō dn̄t aliꝫ vt Ja.bu.ꝙ ille qui iura
uit ō calūnia p̄ſumitur hēre iuſtam cām litigādi.vn̄ nō
tenet' in expēſis iudiciꝫ ⁊ v̄r textus. nam olim excuſaba
tur a decima parte litis que loco expenſaꝝ p̄ſtabat'.vt
C.de iur̄ calum.l.fi.§.antiqua igit' ⁊ nō.j.ad turpi.ſi qſ
repetere.§.fi.Quidam v̄o ſimpl'r dn̄t vt Ja.de ra.ꝙ n̄
facit p̄ſumi quem hr̄e iuſtam cām litigādi.ſed ꝙ putet
ſe habere ſic ⁊ ideo niſi ex geſtis apeat probabiliſ rō li
tigandi nō excuſatur facit ō reg.iur̄ qui in alteriuſ ⁊.C.
de ep̄is ⁊ cle.oīs qui.§.fi.⁊ hec opīo p̄ualet de ꝯſuetu
dine.Nō ob.iſte.§.quis iuramētuȝ calūnie p̄ſtatur ad
ordinationeȝ iudiciꝫ ſub quo iuramēto calūnie etiā poſi
tionibus rn̄detur nō auteȝ p̄ſtatur ad deciſionem litis.
ſed in nr̄o.§.iurabatur ad litis deciſionē. Et nō.i hoc
§.ꝙ falſum ꝓ v̄o habetur.qꝛ ꝙ ſit falſum cōuinci non
poteſt ⁊ facit ꝙ nō.j.de ꝯdic.inde.l.ſi nō ſortem.§.he
redi.j.de peculio.l.eo tp̄r.j.e.nam poſtea.§.ſi dānetur
eum falſum ⁊c̄.Bal.

**Sed ⁊ an iuſiurandum.** Nō regu
lam que non fallit niſi qn̄ alius fingitur non alius. ſed
idem hō ꝙ dic vt in glo.

**Non erit. §. diuus.** Nō ꝙ ſa
racenus pōt iurare ꝑ legem ſuam. Jdem i iudeo ſecus
in hr̄tico qꝛ hereticus nullaȝ legem tenet.ſed ꝓpriam
oppoſitionē ſibi legeȝ facit.j.e.l.§.ſed ⁊ ſi quis nō aūt
pōt iurare iudeus ad ſcncta dei auangelia vel ꝑ xp̄m
qui p̄ſumitur hoc facere in cōtēptum vt.C.de iudeis.l.
iudeos ⁊ ideo ſic iurādo nō dicitur eſſe iuratū ſicut nec
dicitur iuratum ſi xp̄ianus iuraret ꝑ macometuȝ quia
quo ad iurātē nō ē religiōis vinculū.⁊c̄.

**Remittit** Nota ꝙ id ꝙ alicui remitt
titur pro facto hētur. Et vi
de cy.in aūt ſacr̄a puberum in.v.q.⁊c̄.

**Ait pretor.** Nō. ꝙ nomine rei ꝙ
continetur totum ⁊ ꝑs
vide hic ꝙ nō.ſ.de ꝓcur.l.pōp.§.ſed ⁊ is.⁊c̄.

**Etiam** Nota ꝙ iuramētum auctoris ꝓ
deſt ſingulari ſucceſſoꝛia nō: eni
trāſit iuramētuȝ. Sed effectus eius nō.ꝙ ius
excipiēdi trāſit an ſingulareȝ ſucceſſorē facit ō ac.emp.
.l.in vēditione.⁊.ſ.fa.hr̄.l.in hoc iudicio de hoc nō.per
dy.de dam.infec.l.flu.§.adicit' ⁊ ꝑ Ja.ō arc.eo.ti.q bo
na.§.ſi alieno. Qn̄qȝ queritur vtꝝ excep.tranſeat
ad ſucceſſorem qn̄qȝ an trāſeat ꝯ̄ ſucceſſorē qn̄qȝ an ex
facto ſucceſſoris det' accuſatio vel exceptio cōtra aucto
rem. Quo ad primuȝ dic ꝙ ſucceſſoꝛ. hȝ ius excipiē
di ex ꝑſona auctoris vt hic.qꝛ exceptio in dubio p̄ſumi
tur realis.j.de ꝓba.ſi pactum ſi autem eſſet exceptio
mere ꝑſonalis tūc tertius nō poteſt eā opponere ⁊ etiā
ſi cedatur nō valet ceſſio.qꝛ iura annexa certis ꝑſonis
ſingulariter ⁊ i priuilegium nō p̄nt cedi.j.ō admi.tu.ex
pluribus ō ritu nup.nō ſolum.§.ſi puelle ⁊ ar.j. de op.
li.l.cerdonem. Sed an ius agēdi tranſeat ad ſucceſſorē
rei ſingularis dic aut ē ius annexū illi rei ⁊ trāſit ō cō
trahen.emp.ſi aqueductus de ſui.ru. p̄di.l.via ꝯſtitui.
§.ſi fundus quēadmo.ſ.amit.ſi ꝑtem.§.ſi ꝑ funduȝ hu
iuſmodi ſunt iura realia ac ꝑſonales accuſatōes nō trā
ſeunt ſine ceſſione.hic tamen adde quod nō. dy .infra
de aqua plu.arcen.ſi tercius. §.ſi quis prius. Quo ad
ſecundum dic quō quedam eſt exceptio que oritur ex
eadeȝ cā vnde oritur actio ⁊ iſta obſtat ſingulari ſucceſ
ſori vt ceſſionario .vt nō.j.de excep.doli apud celſum.
.§.ſi cum legitima. ſi aūt quis veniat ex ꝓpria ꝑſona.
puta i delegatione tunc dic vt.j.de ꝯdi.ob cām. qui ſe
debere ⁊.l.ſi donaturuſ. ⁊ de noua.doli ꝑ dy.⁊ facit.j.
de do.vt mihi donares. Ceſſionarius eniȝ ꝓprie ſuc
ceſſoꝛ dicitur.qꝛ ex alterius ꝑſona fundat origineȝ peti
tionis.C.ō procur̄.qui ſtipēdia ſecus i agēte ex delega
tione q̄dam eſt exceptio que oritur ſeorſum iam nata
accuſatore.⁊ tūc aut ē realis vt pacti ⁊ dic vt.ſ.ō pac.ſi
cum emptoreȝ ⁊ trāſac.l.fi.aut eſt ꝑſonalis vt exceptio
excōicationis vel bāni ⁊ tūc ſic ceſſio procedit bānuȝ vel
excōicationem valet ceſſit ar.de dona.poſt ꝯtractuȝ ſi aūt
ſequitur aut ceſſionarius p̄tendit cauſam lucratiuam ⁊
repellit'.aut oneroſam ⁊ nō repellitur vt nō.dy.in.c.ſi
quis in ius.⁊ facit.ſ.de procur̄.ſi quis in reȝ.cum glo.⁊
dicta.l.ſi in vēditione ⁊ de loco pu.fru.l.i.in prin.⁊.§.fi.
⁊.j.quorum re.ac.nō datur.l.i.§.excep.⁊ de excep.doli
apud celſum.§.de auc.⁊ ꝙ notat' in.c.i.de iur̄ pa.lib.vi.
Quo ad tertiuȝ vtruȝ ecōtra factuȝ ſucceſſoris pre
iudicet auctori dic vt nō.ſ.ō alie.iudi.mu.ca.fa.l. iij. §.
opus ⁊ nō.ꝑ dy.de no.op.nū.l.fi.⁊ in ſpe.de emp.⁊ vē.
§.ſciēdum v̄.ſed pone quod ⁊ facit.j.de ſuis expoꝛ.l.lu
cius ⁊ adde ꝙ nō.i.l.iij.C.de pigno.Bal.

**Nam poſtea.** Nō ꝙ iuramētum liq
dum impedit ꝓceſſū ſi
aūt nō eſt liquiduȝ nō impedit proceſſum.ſed
ſeruat' exceptio iuramēti probādi poſt litꝫ ꝯte. quod eſt
nōndum qui debet proponi hec exceptio nō debes au
diri. Nō ꝑ Jnno.de ꝯceſſ.preben.cum ſuper ⁊ ꝑ Ja.
bu.i.l.elegantē.§.ſi quis poſt ⁊ idem dicēdum ē in qua
libet ꝑemptoria que ex priuilegio impedit ꝓceſſum naȝ
ita demū impedit ſi ita celeriter pōt probari vel ē liq̄da
alias dȝ reſeruari poſt litem ꝯte.⁊ ita limitat' ēt quod
habet'.l.ō ꝯdi.inde.l.eleganter.§.ſi quis poſt decliato
rie nō excep.qꝛ ſm̄ naturaȝ ſui generis retardant pro
ceſſum nō requirūt facti expeditōem alias expeditam
ꝓbationeȝ.C.de excep.l.fi.⁊ de iudi.l.ſed ⁊ ſi ſuccepit
Sed nūquid ē diferētia in modo opponēdi excep.litꝫ fi
nite dic ꝙ aut opponit' proceſſui ⁊ impedit ꝓceſſuȝ ⁊ ab
ſoluitur reus ab obſeruatione iudiciꝫ aut opponit' actō
ni vel petitōi tunc nō retardat ꝓceſſum.qꝛ nō opponit'
in forma ſecūdum Ja.naȝ forma exceptōis ē ponderā
da ſicut forma agēdi vt.j.ō flu.l.i.§.labeo aūt nō appa
ret ad quid opponat' ⁊ tūc ſi oppōit' ante litē ꝯte.itelli
go ex tēpore quo.opȝ eā opponi ad impediēduȝ ꝓceſſū
ſi poſt litem ꝯte.tunc expectatio diffinitiua ⁊ facit quā

nō.j.e.l.iuſiurādum ⁊ ad pecuniā.j.§.fi.Sed quid ſi op
ponēs aū litem conte.ſubcūbit an pōt eā repetere ⁊ ite
rato opponere poſt litꝫ ꝯte.⁊ videtur ꝙ nō q̄ eſt eadez
cauſa ⁊ pſona ⁊ oꝛitur exceptio rei iudi.de hoc nā etiaʒ
ex iterlocutoꝛia oꝛitur exceptꝫ.vt nō.de elec.cuʒ dilectuſ
In ꝯtrium videtur q̄ illud quod fit circa ꝑpatoꝛia
iterato pōt circa diſciſoꝛia recēſeri vt ex̄ de teſti.c. veni
ens.Item aū litꝫ ꝯte.fit ſūmaria cognitio.ergo nō ꝑiu
dicat oꝛdinarie cognitōi de re iudi.l.a diuo pio.§.ſi ſup
rebus de lib.agno.l.ſi quis a liberis.§.vel ſi parenſ.vr̄
dicēdum ꝙ ſi ſit plene cognitū tūc nō poſſit vlterius re
peti exceptio ſecus ſi ſemiplene vel nullo modo. nam
ſnia lata ex ꝑſumptōibus nō debet haberi pꝛo diffiniti
ua ar.ad carbo.l.ij.§.ſi due cauſe ⁊ nō.i.l.ſi iudex ꝺ his
qui ſūt ſui vel alieni iuris ⁊ ita intelligatur quod nō.
cy.in.l.ꝑſcriptꝫ mandatoꝝ facit quod nō.i.c.vlti.ꝺ app.
in cle.nam ſnia lata ſup exceptione pemptoꝛia. plene
examinata hꝫ vim diffinitiue.licet ſit iterlocutoꝛia ⁊ fa
cit de ꝯpen.l.quod in dieʒ.§.ſi rōem. Quero qn̄ op
ponitur exceptio ex ſnia vel iuramēto tunc loquitur hic
quid eꝫ ſi opponatur exceptio ꝯ̄ ſniam vel iuramētū an
impediat executōem ⁊ videtur ꝙ nō.vt.l.fi.C.de oꝛdi.
cogni.niſi eſſet liquida vel i pꝛomptu eſſet ꝓbatio vt nō
cy.de fal.l.ij.nam ꝑſumitur ꝙ exceptio nullitatis oppo
natur ꝑ maliciaʒ ar.nō.de euic.l.herenius. §.i.⁊ ar.C.
de edi.diui.adri.tol.l.ij.So.aūt d̄r nulla ex veteri cā q̄
potuit in pꝛimo iudicio opponi vt q̄ dicit̄ victoꝛ fuus
tūc nō retardat executōnem vt.d.l.fi.aut pp vicium ip
ſius ſnie ⁊ tūc aut eſt vicium viſibile ⁊ nō fit executio
aut inuiſibile tūc i poſſeſſoꝛio fit ſtatim executio i peti
toꝛio ideſt vbi igitur de mera poſſeſſione aut aufertur
ꝓbatio ⁊ nō fit executio ſaluo iure retractatōis ſnie ⁊.
executionis ſi apparuerit ſnia nulla facit quod nō.in.c.
.i.ꝺ re iudi.in clemē.hoc tamen nō hꝫ locum i penis cō
poꝛalibus nō.cy.dicta.l.ſatis facit.j.de iniuſto teſtō.l.ſi
quis filio.§.ꝙ ſi quis. Quid ſi petitur reductio ad
arbitriuʒ boni viri.vtrum interim lauduʒ merebit̄ exe
cutꝫ.dicunt quidam ꝙ nō.q̄ appellare vr̄.qui petit lau
dum boni viri arbitrio coꝛrigi ⁊ in melius refoꝛmari ꝺ
arbi.nō diſtinguemus.§.cum qdam in fi.ſed pendente
appellatione nil dʒ inouari.ergo ⁊c̄.facit.C.de trāſac.l.
ſi cauſa de execu.tu.l.diximus.j.ad mace.l.i.§.ſi pendet
in fi. Nam iſta petitio vim pemptōie exceptꝫ hꝫ ar.
nō.l.in cauſe i.§.ſi mandati ⁊ hoc veꝝ ſi petatur reddu
ctio infra.x.dies alſ nō poteſt cenſeri appellatio ar.j.
eo.l.§.ſi nō minō in fi.Sed cenſebitur ſupplicatio que
nō retardat executōem ſi ſatiſdat̄ vt in aūt. que ſuppli
catio.C.de ꝑci.ipe.offe.⁊ ar.ex̄ de reſti.i integ.ſuſcitata
nō enim pōt petens duo ꝯ̄ria ꝑtendere.ſ.ꝙ ſit appella
tio ⁊ ꝙ liceat appellare poſt.x.dies ar.j.de app.l.ſi ita
ſtipulatus in fi. videtur ꝙ ſi petat̄ in moduʒ exceptōiſ
impediat executōem ar.j.de inoffi.teſt.l.papi.ſ.ſi fili⁹
ſi aūt in modū pꝛincipalis petitꝫ.nō impediat executꝫ. ſi
deſiderat longuʒ tractuʒ tēpoꝛis ſi aūt breueʒ tūc ſit ſu
pſedēdum ar.de petitꝫ.hr̄di.l.ſi quis li.v̄.nam cuʒ qdaʒ
hoc autem arbitrio iudicis relinquit̄.l.fi.in fi.infra de
iure.deli.⁊ adde quod nō.inſpe.de libelli.ꝯceptꝫ. §.nūc
dicēdum v̄.pe.⁊ facit.C.ſi ex falſ.inſtru.l.fi.Bal.

**Si damnet** Plus valet ſnia q̄ innocen
tia vel defenſio ciuilis.h.d.vl̄
naturalis.nō ꝙ licet ꝑ iuramētum rei eſſet actio ipſo
iure ſublata tamen valet ſnia ꝯ̄ria nedum ꝯ̄ ius partis
lata.ſed etiam lata ꝯ̄ ius ⁊ factum puta ꝯ̄ innocentē.j.
de v̄.ſig.l.ꝓbiuʒ ſecus eſt in ſnia legis.q̄ vnq̄ infamat
innocētem nec eum qui hꝫ iuris vel facti defenſionem
Nō ꝙ ſnia lata ꝑ dolum valet vt.j.de ꝯdi.inde.ele
ganter.§.ſi quis hoc i iudice i arbitrio dic vt.ſ. ꝺ arbi.
ita demū ⁊ nō.ꝙ ſnia lata expꝛeſſa cā falſe obli. valet
vt hic ⁊ facit quod nō.j.ꝺ acq.heredi.l.ſi is ⁊ ꝙ cuʒ eo
§.ticianus.⁊ nō.ꝙ ſnia ellidit iuramētum ⁊ ſm lec.Ja.
iuramētum ⁊ ſnia fuerunt ꝯ̄ria.alia lec.eſt ꝙ fuerunt ſi
milia ⁊ tūc nō.ꝙ iuramētum aduerſarij nō iſamat. ſed
ſnia ſic.⁊ adde.j.e.ſed ſi.§.fi.⁊.ſ.ſi cer.pe.l.certi ꝯdictō
⁊ ex̄ de re iudi.cum te.

**Si is.** Nō.ꝙ poteſt ferri diffinitiua ex iuramē
to deciſiuo.lʒ alio modo lis cōteſtata nō
ſit q̄ hꝫ vim litis ꝯteſtate habeat locum.§.quod patet
ſemꝑ poſt litꝫ ꝯteſta.aliud defertur.ergo patet ꝙ actio
debet ꝑpetuari niſi dicas ꝙ tūc magis ex vi.ꝯte.litꝫ q̄
iuramēti ꝑpetuetur actio annalis. Item nō. ꝙ ꝺ eſ
ſentia ꝯte.litis nō eſt negatio. Nam hic ꝑ ſolam affir
mationem fit litis ꝯteſtatio vel dic ꝙ nō eſt ꝓpꝛie litis
ꝯteſtatio.ſed quaſi.⁊ tamē ꝑuenitur ad diffinitiuā. Sʒ
oppo.de le.ij.C.vbi in rem actio.So. ibi inter abſ̄tes
hic iter pn̄tes fiebat litis quaſi ꝯteſta.⁊ facit.j.ꝺ pecul̄
.l.depoſiti.§.i.op.ꝙ ꝑ aſſertionem nō fiat litꝫ ꝯteſta.de.
pꝛocur.ſi reus pater.So.ibi cōfeſſio facta animo non
ꝯteſtandi.ſed euitande liteʒ.vnde actuſ agētium ⁊c̄.vt
ſ.ti.i.l.nō omnis.

**Si minor.** Si minoꝛ agens detulit reo iu
ramentū ⁊ eſt leſus poteſt reſti
tui leſione pꝛobata ⁊ poteſt ēt replicādo petere reſtōeʒ
dūmodo petatur iſra tēpoꝛa reſtitutionis petende hoc
dicit. Mioꝛ petebat a ticio.x.tici⁹ negabat minoꝛ de
tulit ei iuramētum iurauit ticiuſſe nō teneri hoc non
obſtante minoꝛ petit eum cōdemnari ticius excipit de
iuramēto minoꝛ replicat ⁊ dicit ꝙ cum ipe ſit minoꝛ ⁊
leſus ope reſtitutionis in integrum quam petit dicta
exceptio ſibi nō obſtat. Modo queritur an dicta re
plicatō ꝓcedat rn̄det̄ ꝙ ſic. Scd̄o q̄rit̄ an ſufficiat ſolū
mō ſe ꝓbare minoꝛē reſpondetur ꝙ non quia non ſeq
tur minoꝛ ergo leſus ſed debet due pꝛobare.ſ.ſe miōrē
⁊ leſum Tertio queritur.j.q̄tū tempus poſſit op
poni iſta replicatio reſpondetur ꝙ.j.tempa petēde re
ſtitutionis ⁊ nō poſtea quia pꝛecluſa eſſʒ uia reſtitutio
ni hoc dic̄. Nota ꝙ in cauſa reſtitutionis minoꝛ ꝺ
bet duo pꝛobare.ſ.etatem ⁊ leſionem pmo ⁊ aliud pꝛo
bare eſt neceſſe.ſ.leſionē ꝯtingiſſe facto aduerſarij vel
facillitate minoꝛis vt.l.verum.§.ſciendū.ſ.ꝺ mino.vbi
Bal.⁊ iſra habēſ foꝛmā libelli. Nō ꝙ plr̄a ad vnū
effectum ꝯſequendum debent pꝛobari quia alterū ꝓba
re nō ſufficit. Nō.ꝙ ꝓbatio debet ꝯcludere vnde
ad leſionem ꝓbandam etatem ꝓbare nō ſufficit q̄ iſta
ꝓbatio non ꝯcludit. Nō.ꝙ reſtitutio i integrū pōt
iploꝛari incidenter ꝑ modum replicationis ⁊ ſic nō.tria
de futura ⁊ nondum cōceſſa reſtitutiōe minoꝛē replica
ri poſſe. Nō eadē tempa ſunt ſtatuta ad petenduʒ
reſtitutionē in integrū pꝛicipaliter ⁊ incidēter. No.
actionē coꝛroboꝛari ope reſtitutionis. Op.⁊ videt̄
ꝙ de reſtitutione ꝯceden .⁊ nundum ꝯceſſa non poſſit
replicari.q̄ ſicut ad agēdum debet ꝑcedere reſtitutio i
integrum ita ad excipiēdum ⁊ replicādum vt.l.nec nō
§.exceptio.qbus ex ca.ma.So.glo.tacite hoc concedit
⁊ dic ꝙ hic loquitur iam petita ⁊ ꝯceſſa reſtitutione al̄
de ea nō poſſet replicari. Ego dico aut quis vult re
plicare ſimpl̄r ⁊ tūc glo.dicit veruʒ aut replicādo petē
incidēter reſtōem in integꝝ tūc nō dicit verum. Nam
iſtud offiū iudicis pōt icidenter iploꝛari vt hic.nam iſte

tex.loquitur in reſtōne ɔcedenda nō in iam ɔceſſa quia
in ea nō exigeremus ea que dicit iſte.§.ꝛ maxime d̓.p
batione.qꝛ probatio nō eſt d̓ eſſentia ſnīa iam late.ſ̈.e.
.l.i.ſ̈.ſi dam.ſ̈.fa.her.l.cum putarem. oppo.ad ideꝫ ꝙ
nō poſſit reſtō i integꝛ incidēter īplorari d̓ except̄.l.exce
ptō.§.fi.glo.concedit.ſed tex.ille loquitur in ſimplici ex
ceptione que pure opponit̄ ſecus ſi petatur reſtitutio ī
cidēter. Simile ī querela q̄ incidēter implorari pōt
de inoffi.te.l.papinianus.§.ſi filius ſm dy.i.§. rurſus.

Oppo.ɔ̄ hoc.j̄.de ɔdi inde.l.fi.§. vult. Secundo
ibi loquit̄ in except̄ ɔpenſationis que ſui natura dꝫ eē
liquida ab initio ꝛ debet eſſe iaꝫ nata ꝛ para ꝛ ideo cū
queritur an reſtitutio i integruꝫ poſſit icidenter peti re
fert aūt minor eſt leſus in ɔ̈ctu vel p̄ſcriptione aut i iu
dicio.ſi qdem in ɔ̈ctu vel p̄ſcriptione debet principalr̄
peti p modum actionis officio iudicis principalr̄ iplora
to factaqꝫ ɔteſtatione litis pueniret̄ ad diffinitiuaꝫ ſup
reſtitutione petita de mino.l.ꝙ ſi minor.§.fi.ꝛ.l.i cauſe
§.cauſa .niſi forte altera pars ſit abn̄s p ɔtumaciaꝫ.nā
ſicut in appellatione nō requiritur ɔteſtatō inter abſen
tes.ſic nec i reſtitut̄ ar.de mīo.l.pn̄s ꝛ facit quod ꝛ nō̈.
glo.in dicto ca.fi.de offi.iudi. Nō.her.ex̄ qui filij ſint le
gi.p venerabileꝫ. Si v̓o minor ē leſus i iudicio tūc
aut p talem actuꝫ q ius minoris ip̄o iur̄ pemit.qꝛ renū
ciauit actōi que ip̄o iure tollit̄ tunc debet principalr̄ pe
tere reſtōem.qꝛ p modum replicatōis hoc nō poſſet cū
nō habeat actōem vt ar.nō̈ .ſ̈.ti.i .l.lecta ꝛ.C. de trāſ.
vbi pactum de dolo.l.cum a te.i glo.ſi aūt nō pemit ip
ſo iure.tūc ant ſimplr̄ replicat ꝛ nō poteſt ar. in. §.ex
ceptio aut petēdo reſtitutionē. ꝛ poteſt vt hic ꝛ hoc in
actione. Sed i reo diſtingue aut ē talis except̄ que
de ſua natura debet eſſe liquida vt exceptio cōpenſatō
nis ꝛ tūc nō pōt excepi de reſtit̄ nūdum obtēta.j̄.d̓ ɔdi.
inde.l.fi.aut ē alia exceptio ꝛ tūc.aut ſimplr̄ opponit̄ .ꝛ
nō procedit.qꝛ non eſt bene formata exceptio q̄ nūduꝫ
intentari pōt dicta.l.except̄.§.fi. Aut excipit̄ p̄miſſa
icidenter petitōe reſtitutionis ꝛ hoc pōt fieri vt i. §.ſi fi
lius ꝛ facit.j̄.de aucto.tu.l.deffendēte ꝛ adde quod nō̈.
j̄.d̓ no.op.nūc.l.d̓ pupillo.§.ſi is cui ꝛ i ſpe.d̓ offi. iudi.
§.incidēter.v̂.officiuꝫ ꝛ duobuſ.v̂.ſequētibus. Et nō̈.
ꝙ qn̄ reſtitutio petitur icident̄ nō eſt neceſſaria ſup ip
ſa lit.ɔte.qꝛ nō requiritur i incidenti vel emergēti cōte
ſtatio litis ex̄ de offi.iudicis.c.ij. Item nō poteſt inci
denter peti.niſi coraꝫ eodē iudice.C.de iudic.quotiens
ꝛ.C.v̓bi ꝛ apud quos.l.fi.ꝛ idem i cauſa nullitatis.qꝛ in
cidenter nō poteſt adiri ſupior.ſꝫ principalr̄ ſic.C.de ac
cuſa.l.abſentēꝫ niſi incideret cauſe app.cui ſemp incide
re videtur quādo ē interpoſita appellatio.j̄.de ap.ſi cō
ſtat.C.quādo prouo.nō eſt ne.l.i.ſ̈.fami.her.l.q̄daꝫ mu
lier d̓ iur̄ patro.l.carmelia. Item ꝛ ɔgrue appella
tur a ſnīa nulla nō tāq̄ diffinitiua.ſed tāq̄ a grauamīe fa
cti.ſm quoſdaꝫ. Sed an petens icidenter reſtōem
in integꝛ pōt repelli ſi eſt bānitus vel excōicatus ꝛ q̄ro
i reo petēte ꝛ videt̄ ꝙ nō vt.ſ̈.d̓ ius vo.l.libertus a pa
trono.ſed dic ɔ̈.qꝛ nō eſt neceſſaria exceptio facit quod
nō̈.cy.C.de adul.l.queꝫ ꝛ.l.ij.j̄.d̓ accuſa.l.ſeruos archi.
in.c.i.i fi.de reſcrip.li.vi.cum ſimilibus. Bāniti enī
nō poſſunt peti d̓ nouo facit d̓ publi.iudi.l.is qui reus ꝛ
hoc i tali bānito qui habeat̄ pro mortuo de cap.dimi.l.
amiſſione.§.i.alias bene auditur in iuribꝰ ſuis d̓ min.
.l.pap.exul̄.ꝛ facit quod nō̈.de bo.auc.iudi.poſ.l. ad co
gnitōem in fi. Op.dicit̄ hic ꝙ replicatio finit̄ tēpo
re ɔ̈.j̄.de excep.doli .l.pure.§.fi.So.ibi i exceptiōe hic
in replicatōe tu dic ꝙ idem i exceptione quantum ad

hūc.§.qꝛ exceptio pendet a p̄ambula reſtitutione q̄ nō
pōt concedi niſi infra tēpora ſtatuta ꝛ ſi ɔcederet̄ non
valeret d̓ excu.tu.l.ſcire opꝫ.§.cōſequens niſi i caſibus
in q̄bus lex prorogat tp̄s de minō̈.l.intra vtile ꝛ de tp̄.
in inte.reſti.petēde d̓ excu.tu.l.ſi cum ip̄e ar.C.d̓ adul.
.l.fi. Ex̄ nō.ꝙ hic ꝙ licꝫ minor ɔcludat i cauſa ꝛ re
nunciet ꝓbationibus nō tn̄ dicitur leſuſ.nam h̄ facit eo
ip̄o ꝙ defert iuramētum .tn̄ ex hoc ſolo nō p̄ſumitur
leſio.qꝛ poteſt eſſe ꝙ nō habeat probationes vt.j̄.e.l.tu
tor debet.ergo probare dānum ſuū. vt hic ſic alias vbi
minor renūciat probationibus incertis ꝛ non liquidis.
nam nemo p̄ſumitur habere ꝓbationes niſi hoc ꝓbet
ar.ſ̈.de edē.l.argētarius.§.cuꝫ aūt.vnde ſi minor petit
reſtōem ad probādum dꝫ probare bis primo ꝓ habēda
inſtitut̄. Secūdo ea habita ar.ex̄ de teſti.c. veniēs
ſed leuior probatio ſufficit circa reſtōem habēdam.i.ſū
maria qꝛ ſperat̄ ꝓbatio plenior ar.ad exhibeñ.l. theſau
rus ſm quoſdā vl̄ forte exigitur plena probatio pro ha
benda reſtitutione.C.qui ꝛ aduerſus quos.l.i. Sed ꝓ
batio iſta valet poſtea in reſciſoria. qꝛ videtur eſſe exe
cutio reſtitutōis ar.nō.in.l.f. de inoff.te.ꝛ p̄dicta faciūt
ad illud in criminali nō poteſt renūciari defenſionibuſ
veꝝ eſt qn̄ p hoc renūcians ledit̄ ita nō.ſ̈.de pac.l.penī
inter hr̄dem quod ē qn̄ certas hꝫ defenſiones.ſed ſi n̄
hꝫ liquidas defenſiōes nō p̄ſumitur eas hr̄e facit quod
nō.in.l.i.C.de furt̄. Bal.ꝛ.j̄.d̓ re mili.l.iij.§.ſi ad diē.

Ultimo nō̈.ꝙ licet iuramentū repn̄tet quem maio
rem vt nō.l.ij.C.de reſcin.ven.iſtud ē veruꝫ ſi minō̈ iu
rat.qꝛ lex hꝫ eum ꝓ maiore ſecus ſi iurat aduerſarius
eius eo deferēte vt hic nō̈.

**Sed ꝛ ſi.** Iuramētum p̄ſtituꝫ i fraudeꝫ edicto
ris i eis nō officit.h.d. Nō̈.ꝙ iter
dum fit aliquid in fraudem legis ꝛ homis. ne qn̄ quis
vult obuiare legi ne habeat locum in facto ſuo tūc ipſo
iure nō valet quod fit vt.j̄.de iure patro.ſi libertas mi
noreꝫ interdum in fraudē hominis tn̄ ꝛ hoc pōt triplr̄
eſſe primo qn̄ ꝓcedit factum ꝛ obligatio. Secundo
qn̄ p̄cedit factuꝫ ſequitur obligatio.tertio qn̄ vtrūqꝫ ſe
quitur. Primis duobus caſibus valet quod fit. ſed
reſcindit̄ ope exceptionis actōis vel replicat̄.vt hic in
ſti.de act̄.§.item ſi quis i fraudē ꝛ iterdum officio iudi
cis.j̄.vt in poſ.lega.l.is cui.§.qui i poſſ.ꝛ.l.ij.C.d̓ litig.
ꝛ d̓ admi.tu.l.cyrographis.§.vl̄t.ꝛ nō̈.cy.i.l.i.C.d̓ alie.
iudi.tertio caſu ſi loqmur in veris creditoribuſ nulla fit
reciſio. falit in fiſco cui clandeſtine iterlocutiones non
nocēt vt in.l.i.C.de iur̄ fiſci li.x. Si loqmur i liber
to ꝛ patrono dic.vt.j̄.l.i.ſi quid in frau.fallit i.l.ij.C.eo.
nō tamen habꝫ locum illud in patre ꝛ filio igenuis ſi qſ
a pa.fue.ma.l.nō vſqꝫ adeo fallit i filio arrogato.qꝛ ex
ɔ̈ctu videtur pendē̈ ius eius.l.fi.ſi quid i frau.patro.vi
uo tn̄ patre nullū ius hꝫ.l.i.§.ſi ipuberi de colla.bo.ꝛ.l.
fi.j̄.de libe.agno.C.d̓ ſacro ſan.eccle.aut ſi qua mulier
etiaꝫ ſi pater ciuiliter haberet̄ ꝓ mortuo tn̄ legitima n̄
v̂e debetur filio donec pater naturalr̄ viuit.C.d̓ capti.
.l.nec nos.ꝛ ar.j̄.de iur̄ fiſci.l.ſtatius flouis.§. cor.bal.

**Iuſiurandum.** Per liberam pſonam
requirit̄ alteri actio ꝛ ex
ceptio ſi ē appoſitum iuramētum.ratio quia.§.alteriuſ
hꝫ locum i ɔ̈ctibus ſecus i iudicijs ꝛ quaſi ɔ̈ctibus nam
iurando quaſi contrahitur. j̄.de peculio.l.depoſi.§.i.
quod eſt nō̈.

**Si petitor.** Iuramētum in rei v̓en.p̄ſtitum
pro parte actoris parit actioneꝫ
in factum deferētem nō ɔ̈ extꝛneum. Sed preſtituꝫ

pro parte rei parit exceptionē ꝯ eūdeȝ actoreȝ nō ꝯtra
alium agētem. Actōneȝ autē nō parit nec ſi a poſſeſ
ſione cadit ſi reus iurauit negatiue.ſ.rem actoris nō eē
ſi aūt affirmatiue.ſ.rem ſuam eſſe dum poſſidet hȝ ex
ceptꝫ.⁊ ſi a poſſeſſione cadat ⁊ reuertatur ad actorem
hȝ actioneȝ in factuȝ ⁊ iuramētuȝ trahit ſecum natura
les acceſſiones.h.d. Nō.in reali naſci ex iuramen
to actione in factum ⁊ ideȝ i ſnīa.lȝ glo.alibi dicat naſci
officium iudicis ⁊ nō pſonalem actōem in reali de re.
iudi.l.miles ad fineȝ tamē vitas eſt ꝙ naſcitur actio in
factuȝ.qꝛ ex ſnīa ꝙ̄ ꝯbitur.ꝗ.de pecu.l.iij.§.ideȝ ſcribit
ꝗ.ꝺ fundo inſtru.l.nepoti. Item ⁊ officiuȝ iudicis ꝯ
petit.ꝗ.ne uis fiat ei.ſi quis miſſum ⁊ cōcurrit actio ⁊
officiuȝ fauore rei iudi.facit quod nō.ꝗ.de rei ven.l.i.§.
p hanc de iudic.ſi ptor in fi.eo.ꝺ iud.l.i.in gl.valet ꝯtra
reum tm̄ nō ꝯ tertiuȝ. Nō.ꝙ iuramētuȝ actōis valȝ
ꝯ reum tm̄ nō ꝯ tertiuȝ. Op.iuramētum hētur loco
tituli.Item ex eo ſequit̄ traditio.ergo ſi actor cadat po
ſtea a poſſeſſione hȝ publicianā.qꝛ datur ex titulo ⁊ tra
ditione.Item ꝯpetit inde vſucapiēdi ꝯdictio vt.ſ. ꝺ pu
blic.l.item ſi res cū.l.ſe.ergo ⁊ publiciana de ꝯhē.ēp.l.
clauibus.So.aut al' nititur actor ex ſolo iuramento ⁊
tūc nō agit niſi ꝯtra deferētem vt hic aut nititur ex iu
ramento tāquā ex titulo ex traditiōe ide ſecuta ⁊ tunc
hȝ locum publiciana vt in ꝯ.hoc intellige ſi reus tradi
dit actōi veraȝ poſſeſſionem ſecus ſi detētationeȝ vt.l.
officiuȝ.qꝛ nuda detentatō nō ſufficit ad vſucap.nec ad
publicianā quia vſucapio ⁊ publiciana producunt̄ p eaſ
dem regulas.qꝛ vſucapio ichoata eſt cā publiciane.ſed
ꝯſumata eſſet cā rei ven.de peti.heredi.l.⁊ nō tm̄.§.ꝙ
ſi p empti.ſed bene ſufficit inductio qn̄ reus eſt dn̄s.lȝ
nō poſſideat.nam vacua poſſeſſio nō eſt de ſubſtantia
ſecūdi decreti vel adiudicatōnis vt nō.ꝗ.de ꝯdi.fur.l.⁊
ideo multo minus ſine vlla poſſeſſione nō competit pu
bliciana ēt eccl'ie. qꝛ ſicut eccl'ia n̄ pſtabit abſqȝ poſſio
ne ſic nō habet publicianā facit i ſpe.ꝺ loca.§.nunc ali
qua.v.lviij.⁊ ꝙ nō.dy.de dam.infe.l.ſi finita.§.ſi de ve
ctigalibus. Secūdo op.⁊ videt̄ ꝙ publiciana nō de
tur niſi ꝯtra deferētem.ſ.de publiciana.l.eum qui.§.ſi
petēti. Secūdo ꝯ nulluȝ dn̄m datur niſi ꝯtra defe
rentē.vl't ergo ibi dr̄e ꝙ exceptio dn̄ij non excludit pu
blicianam ſi deferēs opponat ꝺ dn̄io ſecus ſi alius.Si
aūt ꝯ non dn̄m igitur.quilibet pōt conueniri vt ibi nō.
Itē quādo conuenit̄ tertius.quilibet poteſt exponer̄ agē
ti ꝺ mala fide ar.ſ.co.§.ſed ⁊ ſi quis ⁊ de piurio vt ibi
pȝ. Nō ob.de noxa.⁊ qꝛ ibi ſpāle pp naturā illius actō
nis ꝗ motu ꝯ poſſeſſoreȝ nocȝ dn̄o. Ita nō.in ſpe. ꝺ ſe
cundo decreto.§.vidēdum.v.ſed an.ideȝ ſi ipē ſciuit ibi
videas. Ex opp.⁊ videtur ꝙ contra deferentē non
agitur publiciana.qꝛ nō ꝯpetit vtilis rei ven.nam i rea
li.ſemp iuratur formaliter de exceptꝫ.rei iudi.l.⁊ an ea
dem.§.actionē.Sed in pſonali qn̄qȝ. iuratur formiter
ideſt ſpecifice vt qn̄ iuratur ſup facto certo vel ſpeciali
obligatione qn̄qȝ iformiter vt cuȝ nō addit̄ cauſa ſpālis
Sȝ iuratur forte ſup generali libello vt nō.inſti. ꝺ actꝫ.
§.Item ſi quis.ꝗ.eo.ſi duo.§.pe. Preterea ille qui pri
us dixit ſe dn̄m ſi poſtea ꝯ eūdem agēdo ptendit vſu
capiendi ius eſſe ⁊ ſibi ꝯrius de vſuc.l. ſequitur.§.lana
⁊ piurium ſuuȝ fateri.videtur ergo repelli dȝ.ꝗ.e.l.aliaſ
C.de tranſac.l.ſi quis maior.ſed rn̄de nō eſt ita quia po
tuit tūc ſe credere dominuȝ.nūc aliter credit ſil'e nō.C.
de reſti.mi.l.de tutella vel tollatur hoc ſicut ⁊ ꝙ ſil'e di
cat ſe eſſe dn̄m vel quaſi quia illud facit ꝺ cōſilio legis
pp faciliores probationes ex de re.iu .abbate in princi
pio li.vi. Opp.ſi intentat publicianaȝ poterit reus
opponere de dn̄io.nam iſta ē noua actio in qua omnia
pn̄t refricari vt nō.de exceptꝫ.rei iudi.l. duobus Ro nō
eſt ita quia.lȝ ſit noua tamē trahit originem a pceden
ti cauſa.ſ.iuramēto.ſed.l.ꝯria extrinſecus habeat ortū.
Querit glo.an ex omni iuramēto oriat̄ actio dicit
pla.ꝙ nō ſed tm̄ qn̄ iuratur nō i figura iudicij vnde nō
deſideratur ſnīa.Sed vbi ſnīa dſideratur oritur ex ſen
tentia nō ex iuramento ar.de pcur.l.lȝ.§. ea obligatio
Iu.ſolui.eum qrebatur.Naȝ ⁊ ſi ante oriret̄ lata ſnīa.
tranſfundit̄ in ipām ſnīam.Sed gui.dicit ꝯrium nec ei
eſt verū ꝙ fiat trāſfuſio de vna i aliaȝ ⁊ nō.C.de iudi.
.l.i.tu dic ꝙ ex omni iuramēto quod ꝯcludit iudici ⁊ p
ti oritur actio vt in volūtario ⁊ iudiciali ſecus ſi id iura
mētum iudex non habeat de neceſſitate ſequi.ꝗ.ti.l.vi
deamus.§.pe.facit quod nō.inſti.ꝺ ac.§.pe. quaſdam ⁊
qꝺ nō.Inn.ex qꝺ metus cā.c.ſuper eo.Credo etiam ꝙ
ex iuramēto pp inopiaȝ probationū nō oriatur actio.ꝗ.
e.l.admonēdi.nam ſi ex plena probatione nō orit̄ actio
vt nō.ꝗ.e.ſed ſi.§.fi.ergo nec ex iſto iuramēto quod ſuc
cedit loco ſemiplene pbationis. Ex nō.ꝙ in iuramē
to.i.dicto iurato ptis ſup dn̄io non requiritur redditio
cauſe ſecus in iuramēto teſtis vt nō.Inno.de teſti.cuȝ
cām fallit tamē etiaȝ in teſte cum requiritur ꝺ dn̄io.qꝛ
dominiū eſt ius iuiſibile ⁊ nō eſt i ſenſu.Sed itellectu
⁊ ad teſtem nō ptinet niſi id qꝺ ē in ſenſu. Bal.

**Sed ⁊ ſi poſſeſſori.** Nō.an factuȝ ad excipienduȝ
valeat ad agendum aut ē tale factum ex quo
nō poteſt naſci niſi mera exceptio ⁊ tūc nō valȝ ad agē
dum aut pōt naſci actio ⁊ tūc valet ad agēdum. Nō.ꝙ
actio que a principio nō competit.nō cōpetit ex poſt fa
cto amiſſa poſſeſſione quod ē valde notabile. Nō.
ꝭ diſtinctōem aut iurat actor tūc debet iurare de iure
ſuo.vt.ſ.§.proximo ⁊ ſi vſufruc.l. vti frui.§.vtrum.aut
reus ⁊ tūc poteſt iurare de iure actoris ⁊ ꝺ ſuo vt hic ⁊
idem i poſitionibus dico ꝙ actō nō pōt fecere poſitōes
niſi de iure ſuo ꝺ rei ven.l.i ſpeciali.Sed reus de vtro
qȝ de iure tertij nō poteſt poſitio.qꝛ nec oppoſitō.Si āt
ius tertij ē ponibile vt qꝛ releuat opponentem tūc etiā
eſt opponibile.vt qꝛ eſt negatoriuȝ iuris opponētis vl'
elidit quolibet opponētem vt nō.ꝗ.de ꝯdi.inde.l.idebitꝫ
§.fi.⁊ facit quod nō.i ſpe.de teſte.§.nūc a nobis.v.Itē
agens .⁊ per Inno.de re iudi.cuȝ bertoldus i fi.⁊ p ar
chi.in. c.di.cōtra moreȝ. Oppo.dicitur hic ꝙ reus
agit actione in factuȝ ꝯ actorē ꝯ ymo debet agere pu
bliciana vt.ſ.de public.l.eum qui.§.ſi petēti.So. ibi in
actōe cui ē facta traditio hic i reo cuius retentio nō ha
betur pro traditione vt.C.de trāſac.l.ſi p fundo ⁊ nō.
eo.ti.l.ſiue apud in prin.⁊ adde ꝙ nō.ꝗ.de ꝯdic. ſine cā
.l.ij. Secūdo op.ꝯtra hoc quia eſſe i poſſeſſione hē
tur p tradictione de reꝝ di.§.iterdum ꝺ rei ven.l.qdaȝ
mulier. Quidaȝ ꝯcedunt.ſed tu dic ꝙ iuramētuȝ eſt
ſpēs trāſactionis vt.l.ij.ſ.e.⁊ i tranſac.qꝛ magis ē ꝯctꝰ
liberatorius ꝙ̄ obligatorius nō hȝ vim traditionis retē
tio.vt.l.ſi pfundo ſecus i alijs cōtractibus veris i ficto
ꝯctu dic vt.ſ.de rei ven.l.eius rei. Op.tertio ꝙ re
us nō poteſt agere.qꝛ actio nō nata a principio poſtea
naſci.nō poteſt ar.ꝗ.de ſtip.ſeruoꝝ vſufruc.⁊ nō.ꝗ.de ꝯ
di.indc.frater a fratre. In glo.minus vel plus.Rnde
duobus modis.primo ꝙ illud ē veꝝ i mera pſonali .ſe
cus in ea que coheret dominio quaſi iterim cōpetat ha
bitu.ſed nō actu.i.quo ad exercitiuȝ vt nō. dy.in. c.pro
poſſeſſore.nō ergo naſcitur de nouo ſimile.ꝗ.de excep.

rei iudi.ſi a te.§.i.⁊ ē ratio.qꝛ hʒ principium materiale
licet nō formale ex parte rei ⁊ notauit cy.C.de alie.iu.
.l.i.Sed contra hoc facit glo.in.l.vlti.C.ꝺ here.vē.que
dicit ꝙ poſſeſſoꝛ nō poteſt cedere actōem. Sʒ ꝶndeo
quō ceſſio actōnis exigit exercitium nec ſufficit ꝙ actō
ꝯpetat cauſalr niſi formaliter cōpetat ⁊ ideo ita loqui
tur ibi.naʒ aut poſſidens cederet actōem cōtra ſe ipm
⁊ hoc videtur ipoſſibile ꝙ ex eadeʒ pſona fūdetur actō
⁊ ꝯuentio.l.i.in fi.de no.op.nūc.de ſolutꝫ.l.ſi duo.§.i.C.
de procur.qui ſtip.licet ſi ceſſio reuiuiſceret a principio
poſſeſſiōe ex poſt facto reuerſa ad cedētem poſſit cedēſ
ꝯueniri.qꝛ ceſſio valuit de rei ven.ſi culpa.vnde tūc cō
uenitur cedens tanꝙ qlibet poſſeſſoꝛ. aut poſſidēs ade
ret actōem cōtra extneum.tūc ſicut nō ꝯpetit ius ceden
ti ita nec ceſſionario.j.vti poſ.l.i.§.interdictꝫ.⁊ ideo ꝙ
do vēditoꝛ tradit poſſeſſionē ⁊ cedit iura iſta ceſſio nō
intelligitur de iure directo quod queritꝰ traditōe ar.ad
trebel.l.ſi heres.ſed ꝺ alijs iuribus coherētibus cōtra
tertium ꝯpetentibus.Si aūt nō tradit tūc poſſeſſionē
adhuc nō videtur ceſſa actio in rem vt nō.in.d.l.fi.Jus
aūt dominij nō poteſt cedi.ſed cām debʒ transferri per
traditioneʒ vt.l.traditōnibus niſi lex diſponēt ꝙ nō re
quireretꝰ traditio corporalis vt ex de ꝯſue.c.ij.vel ſolue
ꝑdictū ꝯtrium aliter ⁊ dic ꝙ actio ex poſt facto oritur ſi
primo erat in potētia naſcendi ſic.ſ.de dolo.l.heredibꝰ
ſecus ſi non erat in potentia vt in ꝯtriū.nō ob.C.ꝺ ioſſi.
dōa.l.ij.qꝛ ibi cōfirmatur quo ad dominium rei dona
te ⁊ tradite dico.ſed quātum ad ciuilem obligatꝫ.nō pōt
cōfirmari.j.de dona.inter vi.⁊ vxo.l.pap.j.de ꝯdi.īde.
.l.frater a fratre.§.qſitum vbi etiam ꝑ emācipationeʒ
filij nō additur ciuilis naturali.ſed remanet mera natu
ralis in primis finibus fac.j.de ac.⁊ ob.l.obligationes
Ultimo nō.ꝑ iſtum.v.ꝑ inde ꝯfirmantur due ſnīe.naʒ
dicit Jnno.ꝙ ſi reus probat ſe dominū nō ſoluʒ debet
agenti imponi ſcilentiū.ſed ēt ſi actoꝛ habeat aliquam
poſſeſſionē puta cauſaleʒ uel ꝯdaʒ fuit in poſſeſſione ⁊
ꝑcepit fructus ꝯdemnabitꝰ in his reo.per iſtum tex.ita
nō. Jnno.de reſti.ſpol.c.ex cōqueſtu facit quod nō.dy.
in.c.nō licet actori ⁊ ꝙ nō.j.de proba.c.circa eū debet.

Sed hoſtien.dicit ꝯtrium nō eſt actum ad hoc.C.de
fideicō.li.l.fi.⁊ lex dat formā ꝙ agatur in modū recōuē
tionis ꝺ exceptꝫ.rei iudi.l.ſi iter mē ⁊ te.Nō ob.iſte.§.
nam aliud ē iuramēto ⁊ aliud in ſnīa que fertur ex alijſ
probationibus.naʒ quo ad nō itentata eſſet facta ꝓbatō
lite nō ꝯte.⁊ ideo non valeret facit quod nō.de ordi.co
gni.c.cum dilectus de adulte.l.ij.§.ſi publice.Jtē ꝓ reo
debet ferri abſolutoria non ꝯdemnatoria. Sed ad
hoc quidam ꝶndent ꝙ fertur abſolutoria tamen adie
cta cā dominij ⁊ ſic ex adminiculo cāe ꝑiet actiōeʒ.j.de
cep.rei iudi.l.ſi quis rem nō a domio ⁊ ſic nō ob. quod
nō.e.ti.exceptio.nam icidenter poteſt ꝓnunciari de iure
rei.⁊ nō.in.d.l.circa euʒ. Ego dico ſic ꝙ aut loqmur
quo ad petita ꝑ actorem ⁊ tūc abſolutoria ex adminicu
lo cauſe hʒ vim ꝯdemnatorie ſi actoꝛ nūꝙ regreretur
in poſſeſſione vt hic aut quo ad nō petita ⁊ tūc eſt vera
opio hoſtieñ.facit quod dixi.ſ.ti.i.l.vinum ⁊ adde ꝙ lʒ
reus dum poſſidet nō poſſit agere ad rem tamē.ſi ver
bo vel facto actoꝛ inquietaret eum poſſit agere ꝙ ſibi
indiceretꝰ ſilētium ſibi impoſitum a iudice ex de cā poſ.
cum eccleſia ex de proba.lʒ cām ⁊.ſ.e.l.iij.§. proderit
de fide.l.ſi ꝯtendat.Jtem ꝑ iſtuʒ.§.ſm guil.nō.ꝙ licet
executio ſnīe ſit ſemel facta ſi poſtea ad eūdem reddit
poſſeſſio.Jterato fit executō nā hic ſnīa abſolutoria tra
xit ſecum excep.ſ.ꝙ metus cauſa.l.metū.§.ſed quod ⁊

nō.ex de ap.c.preterea requiſi.⁊ tamē ſi poſtea reddit
poſſeſſio.iterato fit executio ad idem facit.ſ.ꝺ arbi.l.i
ter caſtel.⁊ illud eſt verꝫ in reali iudicio vel mixto.ſecꝰ
in pſonali actione.qꝛ eſt ſublata facta prima executōne
j.ꝺ re iudi.l.nēſenius.§.fundi.j.de ſolutꝫ.l.i numeratiōi
bus niſi ſit obligatio ad factuʒ ſucceſſiuuʒ.C.ꝺ vſufruc.
.l.corruptōem vel niſi ꝓpter caſum nouū ſit augumēta
tum ad agēdum de vno.j.ꝺ ac.emp.l.ſi quis alienaʒ ⁊
ar.ꝺ dolo.l.elegāter.§.i.vel diſtingue in perſonali aut
poſſeſſoꝛ cadit ab obligatione facto obligati ⁊ tūc ite
rato agi poteſt.j.de ꝯhen.emp.l.ſi cum fundus.§.fi.āt
ſiue facto ſuo ⁊ tūc ſecus. Sed qd ꝺ pena adiecta
ꝶ.aut accedit iudicio reali vel mixto ⁊ tūc nō liberatur
a pena qui ſemel obtēperat niſi pſentiat. vt.l.inter ca
ſtel.aut pſōa.i.tūc aut ꝯtinet fcm̄ ſucceſſōis ⁊ ſucceſſiuū
⁊ idem.l.corruptōem aut iſtantaneū.tunc aut poſſeſſoꝛ
facto obligati cecidit a poſſeſſione ⁊ videtur pena ꝺbe
ri ꝙ ē veruʒ ſi tradens ē obligatus de euic.dicta.l.ſi cū
fundus.nā quem ab alio iuuare dʒ ipe offendē nō pōt
j.de ꝯdi.inde.l.fr a fratre.v.porro aūt cecidit ſine fcō ꝑ
miſſionis.tūc ſecus vt.l.i numeratꝫ.niſi ꝓpter ius ſuper
veniens vt.ſ.ꝺ rei ven.l.ſi a ticio adde quod dixi.ſ.ti.i.
.l.proinde ⁊ quod nō.cy.in aūt.ſacramēta puberum in
xvij.q.⁊ ibi ꝑ glo.⁊ in gl.⁊ adde quod nō.ſ.de pac.l.ab
emp. Et nō.deinde vides hic ꝙ iuramētum capit
ſecuʒ acceſſiones.ſ.de rei.ven.ex diuerſo.nō ob.j.ꝺ ex
ceptꝫ.l.fūdi.qꝛ ibi qñ actio principalr cumulatur hic ici
denter officio iudicis vt ibi nō. Exēplū nō.ꝙ reuſ
nō hʒ publiciana.nam lʒ acquirat tituluʒ tñ ab eodem
a quo hʒ tituluʒ nō hʒ poſſeſſionē quod requirit i publi
ciana ⁊ in vſucapione.j.de vſuc.cum ſoluſ ꝺ publi.l.cū
qui.§.fi.⁊ ꝑ hoc obuiatur fraudi eius qui ꝯuentus ē pu
bliciana vel timeriſ ne ꝯueniatꝰ facit ſibi vendi.reʒ quā
poſſidet a quodaʒ qui ſe aſſerit dñm.nam qui nō habʒ
ab alio poſſeſſionē nudus titulus nō ꝓdeſt vñ eum.ſibi i
prodeſt ſi ꝓbaret illum vēditorem dñm.j.ꝺ euic.l.ſi reʒ
qua tene mēti cautius ergo ē ꝙ ipe vēdat alijs ⁊c.

**Jtem ſi iurauero.** Tantuʒ durat fi
ctio vel pſumptō
ꝙtum ꝟitas facit.j.de nouac.l.iiij.⁊ quod nō.j.de le.i.
.l.talis ſcriptura.Quid i emphiteoſi qdam iurat ſe em
phiteotaʒ.ꝙtuʒ durabit iſta emphiteoſis.vtꝝ ad vitaʒ
ſuam tñ an ad tertiā generatōem an in ꝑpetuū vel po
namus ꝙ hoc pateat ꝑ ſolutōem cenſus ꝙ ē ēphiteo
ta nō tamē appet qualiter i vſufruc.pſumitur ꝙtū pluſ
pōt vſufructuarius durare.i.vſqʒ ad vitaʒ vt hic ſʒ illud
ē in ꝟſufructu.qꝛ vſufructꝰ hʒ nām vniformā vſqʒ ad vi
tā hois.Sʒ ēphiteoſis ñ hʒ fines a nā ēphiteoſ ſʒ a for
ma ꝯctꝰ vt inſti.loca.§.adeo. Quid ergo pſumemꝰ.
ꝶeo ſi erat lis de emphiteoſi ⁊ tps eius ſuꝑ toto itel
ligam iuratū ar.de interrog.ac.ſi defen.§.i.⁊ forte iō i
dicto teſtis qꝛ refertur ad articulum ſuꝑ quo deponis.
ſi vero hoc nō appet qō minimū ē ſequar. vt nō.j.de
ꝟto.ſtip.l.fi.j.in pſona iurantis tñ. Sed videtꝰ vius
ꝙ pſumatꝰ emphiteoſis realis ⁊ nō pſonalis ar.j.de ꝓ
batꝫ.ſi pactum vel itēlligam ad tertiā generationem qꝛ
ita de iure ⁊ facto concedi ꝯſueuerit potiſſime emphy
teoſis eccl'ie i auct.de nō alie.§.emphi.vero .ſo.matri.
etiam i eccl'ia indefinita emphy.nō trāſit vltra filiuʒ ⁊
nepotem. Sed ſi nō apparet de ſuo initio videtꝰ ne in
choari cum iuratꝰ ita ꝙ iſte ſit pma pſona.an interpre
tabimur ꝙ ſit vltima pſona i qua finiatꝰ qō credo verꝫ
qꝛ ꝓprietarius hēt ius certum iſte incertū.vnde ſi allat
certū tpus ad hunc effectum ꝯſequendū ꝓbet de tpre.

ar.nō.ſ.de neg.ge.l.cum actum de ꝓbaţ.l.matrem de
teſti.ob carmen. Bal.

**Sed ſi rerum.** Verba accipiuntur in ꝓ
prie vt puta cauſa euitādi
piurij.h.d. Nō.§.dicunt quidā ꝙ dicta teſtiū iuuant̄
a ꝯrietate ſolum ad penam criminis euitādum nō ad
ꝓbanduꝫ ex̄ de teſti.ꝯtu.ſed iſte.§.facit ꝙ ēt ad proban
dum ſic.j.de probaţ.l.cum ꝺ etate. Sed dic ꝙ rōne ꝯ
rietatis nō ꝓbant.qꝛ ſe inuiceꝫ collidunt.tamē nemo pu
nitur.qꝛ nō ꝯſtat quis falſuꝫ dixerit vt nō.j.e.l.duobuſ
§.fi.nō ob.iſte.§.qꝛ hic teſtis loquebatur ꝓprie nō autē
erat ſuſpectus ex probatione ꝯrij ⁊ nō.ꝙ ideo teſtis ex
cuſatur ⁊ nō probat i dicto.c.cum tu.qꝛ probatio debet
eſſe neceſſaria. ſed excuſatio ſufficit qꝺ ſit probabilis
quod nō.dicit Inno.ꝙ atteſtationes ſunt interpretan
de i meliorē partem de electi.dudum.facit quod nō.j.
de pr̄eto.ſtip.l.fi.alibi dicit Inno.ꝯcordia teſtium debꝫ
fieri i pari numero forte nō al's de offi.de le.cum cōtin
gat ⁊c̄. Baldus.

**Si cum de hereditate.** Tan
tum
valet iuramentum q̄tum ſententia. ⁊ ſententia lata in
vniuerſali iudicio mandat̄ executioni ēt in rebuſ poſtea
poſſeſſis quod eſt nō.⁊ vide.j.ꝺ excepţ.rei iudi.l.ſi a te
§.i.facit.C.ꝺ iur̄ fiſci.l.facultas.li.x.⁊.j.de ꝯfeſſ.l.cum
fideiuſſor ⁊ ē iudiciū vniuerſale qū vniuerſitas petitur.
Sūt aūt quatuor nomia que vniuerſitateꝫ ſignificant.
ſ.hr̄editas patrimoniū peculiuꝫ bonoꝝ poſſeſſio vt dicā
j.de ꝯdi.inde.l.frater a fratre. Sed quid eoꝝ petatur
eſt vniuerſale iudiciuꝫ glo.addit quintuꝫ.ſ.ꝙ dos ē vni
uerſitas quedā.j.ꝺ īpenſ.l.quod dicit̄. ſed īpropꝛie lo
quitur vt.j.de iur̄ dotı.l.mulier bona cuꝫ cauſa dotiſ hꝫ
inſtar iudicij vniuerſalis.vnde i executiōe examinatur
quātitas executionis.j.ſo.ma.l.ex diuerſo.§.fi. Que
ro vtrꝝ ex alia probatione q̄ p ꝯfeſſionem vel iuramē
tum oriatur actio dicit glo.ꝙ nō. Quero vtꝝ cōui
ctus ſit infamis.l.ſicut ꝯfeſſus dicit glo.ꝙ non niſi lata
ſnia ꝙ eſt nō.dignū. Quero an ex ſnia lata cōtra
colonū eo repulſo p̄iudicetur dn̄o.ar.eſt hic ꝙ nō.hoc
tenet Inno.⁊ aliud ſi vi repellatur vt lit.nō ꝯte.qm̄ fre
quenter. Bal.

**Si duo patroni.** Excluſo vno ex
patronis p iura
mētum liberti vel p ſententiā non auget̄ ius
alteri⁹ p̄roni niſi quo ad p̄ſumptōnem vt ex quo ſolus
paret patronus p̄ſumatur inſolidum.h.d. Duo dn̄i
ſeruū cōem manumiſerūt ille negabat ſe eoꝝ libertuꝫ
nec eis īpendebat obſequiū vnde qꝛ nō recognoſcebat
eos i patronos īpos īquietare videbat̄ in iure ſuo vt.j.
de acq.re.do.l.pomp.in fi.intentauerūt ꝯ cōem libertū
offm̄ iudicis quo petebant euꝫ libertuꝫ eoꝝ pronūciari
īpmqꝫ cogi ⁊ ꝯdemnari ad obſequia libertoꝝ vnius pa
tronoꝝ detulit ſibi iuramētuꝫ libertus iurauit ſe nō eē
eius libertū ⁊ abſolutus ē ab eius petitōe. Alter vo pa
tronus probauit ſe pro parte patronū ⁊ lata ē pro eo ſē
tentia. Tādem libertus deceſſit.vnde p̄ronus victō pe
ſit bonoꝝ poſſ.tocius dimidie tāq̄ ei accreuerit portio
ꝯpatroni defecta ⁊ ſic vtebatur nūc duplici iure.ſilicet
iure ſuo proprio ⁊ iuri accreſcēdi.ſed heres liberti dicit
ꝙ nō pōt petere niſi dimidiaꝫ dimidie ⁊ dicit ꝙ nō hēt
locum ius accreſcēdi. Querit̄ quid iuris. Reo ꝙ
nihil accreſcit.⁊ ideo alter patronus qui nō admittitur
ad ptem facit tamē huic ptem.⁊ hoc vſqꝫ ibi multū tn̄
ibi mutat caſuꝫ duo ꝯtendebant ſe eſſe patronos ſeu
ql̄ibet p ſe ⁊ iſolidū libertus iurauit ꝯ vnū. Querit̄
vtrꝝ alter qui probat ſe patronū p̄ſumatur patronus i
ſoliduꝫ Reñdetur ꝙ ſic nō tamē eſt ita efficax p̄ſumptō
ꝙ ſufficiat.ſed ē aliqualis p̄ſumptio. qꝛ nō ſequitur eſt
libertus pone ticij.ergo ē inſolidum libertus ticij.qꝛ p̄t
eſſe ēt cuiuſdam ticij.h.d.ſm̄ iſtam lec. Alia lec.eſt
ꝙ totum iſtud principiū loquat̄ in eodeꝫ cāu.ſ.ꝙ ql̄ibet
in primo iudicio dicebat ſe patronū inſoliduꝫ .nā exclu
ſio vnius nō ē neceſſaria icluſio alterius.ſed p̄ſumptiua
tm̄.h.d. Nota ꝙ ſnia abſolutoria nō parit ius ac
creſcendi.⁊ ideo nō.ꝙ ꝺ quali.quali p̄ſumptione ⁊ ſta
tim dicam de eius effectu. Op.dr̄ hic excluſionem
vnius nō prodeſſe alteri ꝯ.j.e.l.v.multum.So.hic ql̄i
bet patronus dicebat a principio ſe pro parte patronū.
⁊ ideo nō p̄ſumitur iſoliduꝫ.qꝛ ꝯfeſſio actoris tollit hāc
p̄ſumptı.facit quod nō.in aūt.de equali.dote.§.aliud vł
dic ꝙ licet hic ⁊ ibi eſſet lis ꝺ ſolido tn̄ non prodeſt ad
ꝯuincēduꝫ vt hic.ſed ad p̄ſumēdum.i.ad ꝯiecturāduꝫ ⁊
fauoreꝫ iudicis acqrendum ſic vt ibi ⁊ vtraqꝫ vā. Op.
⁊ videtur ꝙ in iure patronatus nō cadit portio cum ſit
indiuiduuꝫ. ſ.ſa.her .vt.l.q̄dam mulier. So.fateō
ꝙ eſt idiuiduuꝫ ſicut fidelitatis vaſalli.naꝫ eſt qi q̄dam
vmbra ſeruitutis ⁊ omnis ſeruitus ē idiuidua excepto
vſufructu.facit quod nō.ſ.ꝺ vſufruc.ſi cuiuſ.C.ꝺ iur̄ an
nulloꝝ aur. l.ij.de here.inſti.l.talem i fi.tn̄ ſucceſſio eſt
diuidua ⁊ hoc reſpectu dr̄ quiſ pro parte patronus.j.ꝺ
aſſignāda libertate p.l.vtrum. Oppo.⁊ videtur ꝙ
accreſcat alteri patrono portio defecta vt.j.de bo.li.l.
cōi liberto. So.ibi portio ipſo iure deficit hic ope exce
ptionis iuriſiurandi vel rei iudicate ⁊ hoc eſt nō.⁊ dignū
ꝙ i portione defecta ope exceptionis nō hꝫ locum ius
accreſcedi ⁊ eſt.rō quia nō eſt portō omnio defecta ſm̄
gui.⁊ bar.ł qꝛ decl'et̄ retro nō fuiſſe iter eos iuſ ꝯiūctio
nis ex quo negatur cōpatronitas ſm̄ Ja. tu dic ꝙ ius
accreſcēdi duobus modis procedit aut ex īpedita acqſi
tione a pricipio vnius ꝯiūctoꝝ aut ex acquiſita amiſſio
ne ex poſt facto.ſed p ſniaꝫ nō pditur oio.j.ti.iij.l. iulia
nus lꝫ i incorporalibus ſnia habeat ſuum effectum ſine
poſſeſſione vt nō. Inn.ꝺ ꝯce.p̄ben.cū nr̄is. Et eſt notā
dum ꝙ ſi vnus ex legatarijs vel vnus ex filijs ſit exclu
ſus a legato vel legitiā p ſniam ꝙ nō ideo accreſcit cō
iūcto vel fratri ꝙ nō.ſi ipō iure ⁊ imppetuum vnus fili
us excludatur a legitima hꝫ locuꝫ ius accreſcēdi.qꝛ i ꝓ
uiſione legali procedit ius accreſcēdi ex ꝯiunctōe legis
⁊ nō.dy.de le.i.l.plane.§.ſi ꝯiūctum ⁊ dicvt ibi. Op
ponit̄ tu dicis ꝙ p̄ſumptio nō hꝫ excludere ꝺ neceſſita
te.ſed ꝓbatio ſic.⁊ ideo nō ſequitur nō eſt libertus. ſeij
ſed ticij.ergo iſoliduꝫ ticij . qꝛ poſſet eſſe tercij certe ſi
rō eſt vera nec certa portio probabit̄.qꝛ poſſet eſſe ſer
uus multoꝝ alioꝝ.So.hic libertus ꝺ dimidia fatebat̄
ſed pro alia dimidia dicebat ſe īgenuū. qꝛ nō poteſt eē
īgenuus pro dimidia.ſed libertus ſe aſſerebat cuiuſdā
tēcij puta pamphili. Si autē eſſet ꝓbatum aliter q̄
p ꝯfeſſioneꝫ.ſi eſſet probatum ſine diſtictione ptis p̄ſu
mētur omnino iſoliduꝫ de rei ven.l.ſi i rem.de ꝓcur.l.
pomp.§.ſi is. Oppo.qꝺ ille qui iurauit i vna cā dꝫ
ſtare iuramēto in qualibet cā ⁊ inſtantia.qꝛ nō pōt p̄tē
dere ſe piurum ar.de le.i.l.ſi ſeruus pluriū.§.ſi quiſ aū.
ergo firmatiuā probatōem facit. So.illud ē ideo qꝛ nō
ꝯcludebat neceſſario. Quero qualiter hic fuit format⁹
libellus cōtra libertuꝫ Reo vt in gl.hec dictio. Ex quo
nō.ꝙ ad ius ſuuꝫ ꝯſeruāduꝫ pōt qs petere vt ius ſuum
declaretur hoc in petitorio in poſſeſſorio vide.l.i.C.de
carbo.edic. Quero ad quid referatur dictō alteri dic vt

ſit glo.⁊ nō.ad.q.plures ſunt accuſati i eodem libello ⁊
in fine dr̃ ꝙ alter alteri pſtitit opez. Naz cuz nō appa
reat quiſ ē iſte alter nō poteſt fieri certa relatio.⁊ ideo
nō procedit libellus in hac pte.qꝛ iſta dictio alter poni
tur redditiue ſiue relatiue ⁊ relatio dz cadē ſup certo ſe
cus ſi dicat inuicem vnus alteri.qꝛ quilibet includit de
vul.ſubſti.iam hoc iure. Quero quid opetur qualꝰ.qualꝰ
pſumptio. Ro qꝛ facit pualere parez,pbatiōem. vnde ſi
p duos teſtes libertus probauit ſe libertuz,p dimidia ⁊
patronus p duos teſtes probauit eum libertū iſolidum
pualet probatio patroni quod ē multuz nōbile ſic i vti
poſſidetis pſumptio facit pualere probatōem vnius p
tis ceteris alijs paribus que pſumptio ibi ē ex antiqo
re probatione alias poſſeſſionez de probatꝫ.l.cām de ac
qui.poſ.l.clam poſſidere ⁊ ex titulo vel dñio. qꝛ poſſio
iuſtioꝛ vincit habemus exēplū naturale i pōderibus.qꝛ
modicuz facit pualere ⁊ dat curſuz ponderi ⁊ nō ſoluz
h ē vez ſi ē plene pbatuz hoc.ſed iſtud quali.quali pſū
ptōe puta ex re inter alios acta vt h.Et nō.iſta ēt qua
lis.qualꝰ pſumptio addita vni teſti facit ꝙ iudex in de
latione iuramento alias ſacri debet hic fauē ſm guil.

Querit glo.ſi quis iurat ſe patronum an dz habe
ri patronus quo ad ſucceſſionez dic vt in glo.⁊ adde ad
hanc glo.quod notatꝰ. Inno.de re iudi.cum ſup.i prin.
⁊ vide ꝙ nō.doc.ſ.de infa.l.luenis. Bal.

**Julianus.** Iuramētum elidit pſcriptiōem vt
factaz ⁊ ipedit fiendam.⁊ ſm hoc
actoꝛ iurauit ꝯ poſſeſſorez. Secūdo modo legitur ꝙ
qdam dicebat rez ſuam ex pſcriptꝫ.probauit hoc p iura
mētum dicit ꝙ hz vtilem actōem. Ex hoc nō. qd p
pſcriptionē queritur vtile dñium ſm guil.qui allegat
hūc tex.C.d bonis mater.aūt.niſi facit.j.de aqua.plu.
ar.l.fi.Et iſtud ē clariuz i pſcriptꝫ.xxx.an.C. d preſcrip.
xxx.an.l.ſi quis emptōis ⁊ hoc qñ apparet qd alius fu
it.primo dñs alias i veterata poſſeſſione pſumitꝰ habe
re quis dñium dirrecte ar.d aqua.cotti.⁊ eſti.l.hoc iurꝰ
§.ductus aque.Quid de eo q dicit ſe dñm ⁊ probat p
ſcriptꝫ.dicunt quidā qd nō obtineat.qꝛ aut diceſ qd ille
uideatꝰ itentaſſe rei uen.dirrectaz tm̃ ⁊ tunc aliud pba
uit ⁊ aliud itentauit.j.d inſti.l.habebat aut utilez tātū
⁊ hoc ē falſuz.qꝛ ſequeretꝰ qd ſi probaret dirrectuz dñi
um nō uinceretꝰ ad trebel.l.ſi hr̃s aut utrāqz ⁊ tūc non
procedit libellus ar.dicte.l.ſi hr̃s. Preterea applꝰ
latio dñij refertur ad dñiuz directuz.l.i.§.qui i ppetuū
ſi ager.uecti.pe.⁊ nō.in.l.minoꝛ.j.d euic.§.ſi ſeruꝰ.So.
dico qd iſtud dñium uidetꝰ itētatū quod eſt poſtea pro
ſecutum ⁊ pbatum ar.j.de iudic.l.ſi quis intentionum.
Sed an uideatꝰ itentata a publiciana glo.dicit qd ſic d
rei uen.l.marcellus.ſed ꝯ uidetur in.d.§.ſi ſeruuſ.So.
ſi petitꝰ certa ſpēs tūc nō uidetur itentata publiciana.
ſi aūt grex.tūc ſecus qꝛ dicitur grex.meus i quo qdam
aliena capita ſūt ut in.l.marcellus.qꝛ i uniuerſali uoca
bulo ꝯtinentꝰ ⁊ demū nō.quod omnes cauſe acquirendi
dñium de iurꝰ gentiū pariūt dirrectū dñium . Sed iurꝰ
ciuili nō eſt ſic.qꝛ interduz ē directuz iterduz utile ut p
pſcriptōem ⁊ emphiteotꝫ.i feudo ⁊ ſilꝰibus ⁊ eſt rō. qa
vtile dñium eſt fictum dñium ⁊ ius ciuile arte inuenit
fictiones.ſed ius gentiū nō hz fictōes. Bal.

**Idem iulianus.** Iuramēto ſup facto
tollit omnē actionem
ex eo naſcētem.Sed ſi alia pſona agit.nō ob. exceptꝫ.
h.d.ar.iſtius.§.dixi ꝙ ſi datū ē arbitriuz ſup facto itel
ligitur datuz etiam ſup lite pēdente ex eo ſiue ſit ciuilꝰ
ſiue criminalis.qꝛ arbitriuz datuz ſup facto videtꝰ datū
ſup actione ⁊ accuſatione p iſtum.§.nō.⁊ fuit d facto i
arbitrio dato ſup facto campiones.qꝛ officialeſ ceſſaue
rūt de fcō caſtronoꝝ cāpionis. Nō.de eo tm̃ ꝙ iu
ratum eſt nō pōt fieri poſitio vel probatio. tūquia imp
tinens que iudicis officio reicitꝰ.tū quia iaz ſopita.h.d.
ar.huius.§.dicit bar.ꝙ qñ minoꝛ.iurat ſup ꝯtu nō eſt
neceſſe ꝙ minoꝛ ſit certioꝛatus de iure ſi intelligit de
obligatꝫ bene dicit.Si aūt de beneficio etatis iſtud pſu
mitur ignoꝛaſſe.ſm dy.cy.⁊ Jo.an. Nota ꝙ abſolu
tus vt pricipales poteſt ꝯueniri vt hr̃s facit.C.de peti.
hr̃di l.hereditas matertere. Nō.ꝙ nō debet admit
ti poſitio vel probatio que nō eſt ptinens vel que aliaſ
ē ptinens vel que alias ē adiecta non debet plus qͣ ſe
mel rñderi ar.huius.§.ſm bar. Nota ꝙ teſtes non
debēt examinari ſup articulo ſup quo nō ſunt inducti
ſm glo.nō etiaz dz iurare teſtis niſi ſup eo ſup quo ps
producit euz niſi i caſibus i quibus iudex pōt euz ex of
ficio examinare vt nō.j.de ꝯdi.ob turpez cām.l.iij.§.ſi
tibi iudiciuz cām nō dicitꝰ teſtis deponē ex̄ articulum ſi
deponat ſup depeñ.⁊ cōnexis vel ſup ꝯcomitantijs vt
ſup loco ⁊ tpe ⁊ dic vt nō. Inno.de teſti.p tuas ⁊ iſpe.
de teſte.§.ſequitur.v.illud.Sed an articulus ē d ſubſtā
tia probationis dic qd nō.qꝛ ſi valet quod teſtis depo
nit ſup libello.lz articuli nō ſint foꝛmati vt nō.archi.in
.c.pñtium ex̄ d teſti.li.vi. Quid ſi teſtis ſup articulo
deponit vez.ſed ex̄ articulū deponit falſuz an viciatꝰ ſuū
dcm̃ dic.qd nō.qꝛ nō eſt piurus cum extra articulum d
ponat nō iuratus ⁊ vide quod nō. Inno.de hr̃ti. frnita
tis vide cy.in.l.i.C.de ſepul.vio.⁊ p Ja.bu.de iſa.l.luci
us. Quid ſi dubitetꝰ probabiliter an poſitio ſit perti
nens vlꝰ nō. dic ꝙ debet rñderi ſaluo iurꝰ imptinentiuz
⁊ nō admittendoꝝ vt nō. Bar.de offi.de le.cū ꝯtingat
⁊ diſputabitꝰ poſtea de ptinentia vlꝰ imptinentia cuz h
ſit reſeruatum ar.C.de teſte aūt.ſi dicatur.⁊ qꝛ appet
ptem nō ꝯſenſiſſe aliter ſm bar. Sed an iterrogato
riū imptinens dz admitti dic ꝙ nō vt nō.in ſpe.d teſte
§.iaz de.v.iam habita ꝯcluſio.Sed an d crimie pōt fie
ri poſitio pti ad hoc vt rñdeat. Nam articulus ad pro
banduz aliter qͣ p reſpōſionez ptis bene pōt fieri vt h
Dicūt doc.ꝙ ſi poſitio fit d ipo crimine nō dz reſpōde
ri ſecus ſi de infamia vel pceſſu vt nō. Inno.d elec. du
duz ⁊ ar.j.de vbo.ſig.probrū ⁊ opprobriuz tu dic ꝙ de
crimine quis iterrogari pōt ad litis pparatione .vnde
interrogatur quis an dolo deſierit poſſidē d noxa.quo
tiens.§.ptoꝛ ad iudicij icboatōem nō dz reſpōderi libel
lo criali d accu.abñtez ad litis deciſionē vt.j.rez amo.
.l.marcellus ⁊ ibi plene p bar.de iſto pnucto. Sed nō
dz rñderi poſitioni ad actōis releuatōem ab onere pro
bandi.qꝛ qñ quis rñdet poſitioni hec fit ex iuramenti
calūnie vt nō.in.§.quod obſeruari quod nō ē deciſiuū
cauſe ⁊ vide quod nō.arch.l.penitentibus in crialibus
vo iudex ex officio pōt interrogare ſine toꝛmētis qñqz
vult ⁊ cū toꝛmētis i caſibus toꝛture expſſis i iure.j.de
edilꝰ.edic.l.quero i fi.de qſti.l.maritus potioꝛi etiaz ca
ptioſe vel q deducitur ad in ꝯueniens nō dz reſpōderi
j.e.l.qui iure.§.ſi pater. Quero an i dubio videatꝰ
iuratꝫ de facto ⁊ dic ꝙ ſic.j.e.l.fi.⁊ nō.in.l.i.§.i.quarum
rez.actꝫ.nō di.ſecus in trāſactōibus. qꝛ ipo iure intēta
to nō ſuper facto videtur tranſactū.j.de ꝯdi.fur.ſi pro
fure ſm glo.i ſnia dic vt nō. Cy.in.l.i.C.qñ ciuilis actō
⁊.j.d exceptꝫ.ēt in.l.ſi ad exi.j.de ꝯdi.inde.l. iulianus ⁊
ibi diiā. Ultimo nō.ex̄ ꝙ quecunqz poſitio poſſit co
aptari cauſe dicitur ptinens ſiue faciat ad cauſā dirre
ete ſiue idirecte quoquomō vt dñium in interdicto vti.

poſſidetis ar.C.ꝺ probatꝭ.l.ad probatõez i fi.ꝯrio ſenſu
ibi enī imptinens ſic deſcribitur ꝙ ad cauſaꝫ nullum ꝑ
ſtat adminiculū.ergo a cõtrario ſi qꝺ ꝑſtat ē ptinens.
Item nō.ꝙ iudex videtur admittere poſitioneꝫ vel li
bellum eo ip̄o ꝙ recipit ſine preſtatione.ꝭ.ad macedo.
.l.ſi filius.

**Si quis iurauerit.** Ex iuramento forꝛiter preſtito
oꝛitur actio vtilis ex eo ꝯctu hinc inde ⁊ oꝛitur etiam
tam petitio q̄ repetitio ſm nãm ꝯctus ⁊ ponit quatuoꝛ
exẽpla i venditione ſocietate pignoꝛe ⁊ dote. Nota ꝙ
iuramẽtū hꝫ vim pacti obligatoꝛi.hic inde. Nō.ꝙ id ꝙ
ꝑ te admittit ēt ꝯ te approbarꝭ teneris. Nō. ꝙ iconela
tiuo ſed vnuꝫ ineſſe ꝑducitur ⁊ reliquuꝫ.qꝛ coꝛrelatiuo
rū eadeꝫ ē diſciplina.C.ꝺ indic.iudic.l.fi.⁊.l.i.C. de cu
preſſ. Nota hic de dictiõe ⁊c̄.ſ.quod ꝯprehẽdit omnia
que ſūt ꝺ natura ꝯtract⁹.ſi ergo i abꝛeuiatura notarꝭ
hec dictio reperitꝭ eius clauſule que ſūt ꝺ natura ꝯctus
hn̄tur pro ſpecificatis. Iteꝫ ⁊ que ſūt ꝯſuete apponi. vt
ꝑceptum guarẽtigie i inſtrumentis ⁊ in locis vbi ſic ſe
hꝫ generalis ꝯſuetudo ſi aūt iſta dictio ⁊c̄. nō eſſet tūc
inſtrumẽtum nō ꝑſumitur ꝯtinere niſi ea que ſūt in eo
ſpecificata ⁊ ſolum ea que intelligi ꝑ opam ex eo que
lectio oñdit de proba.l.ad probatꝭ.dñꝭ.C.loca.l.liceꝫ. C.
de fideiuſ.l.fi.de.l.cõmiſſo.l.ſi fundus.§.i cõmiſſoꝛia nō
tñ ꝑſumã penã appoſitam in inſtr̄o niſi appeat nūc.C.
de faſ.l.ij.⁊ eſt rõ qꝛ pena nō eſt vnifoꝛmis ideo ꝑſumi
nō pōt ar.de an.le.l.ſeyo.⁊.C.de ꝯhen.ſtip.l.i.ꝑ dy. de
v̄bo.obli.l.triticū.i inſtr̄o tñ fiendo ad ſenſū ſapiẽtis co
gitur ꝑs promittere penã.qꝛ ita fieri ꝯſueuit vt nō.ꝺ.v̄.
ob.ex ea pte. Opp.⁊ videtꝭ ꝙ ex iuramento oꝛiatꝭ
actio i factum nō ex eo ꝯctu vt.s̄.e.l.nam poſtea. §.fi.
So.ibi in reali hic i ꝑſonali vel dic ꝙ vtraqꝫ cõpetit ſi
iuratꝭ foꝛmiter.ſed ſi infoꝛmiter tūc ſola actio i factū ſm
bar.⁊ hoc ꝑ glo.⁊ dy.inſti.de ac.§.item ſi qs poſtulãtē
Op.ſi iuratur foꝛmiter debet ꝯpetere actio directa.er
go ⁊ ex iuramẽto.qꝛ iuramẽtum habetur ꝑ veritate ⁊
ex vero ꝯctu oꝛitur dirrecta. Reſpondeo aut iuramẽtum itrodu
citur i modū probatõis tūc agitur dirrecta aut i modū
agẽdi tūc vtili.ſed an idem in ſnia vt ſi ſniatur foꝛmitē
oꝛiatur vtilis ex eo ꝯctu. Illud certuꝫ eſt.ꝙ ſnia pōt ꝑ
duci ad probãdum ⁊ ad agẽdum vel excipiẽdum vt nō
ꝭ.de ꝯdi.inde.l.iulianus in pꝛima glo. Sed op.ſi vtili
drꝭ reus an ꝑceſſit ꝯctu tūc cõpetit dirrecta.ergo nō vti
lis.ꝭ.ad terbel.l.ſi hr̄s.aut nō ꝑceſſit.ergo ē piurus. Reſpondeo
nō tenetꝭ huic allegationi rñdere.ꝭ.e.q iurꝭ.§.pe.vlꝭ dic
ꝙ ex vna cã nō competit actio vtilis ⁊ directa eidē ſuo
nomine.ſed ex cauſis diuerſis.ſic nō quaſi ꝯfundat vna
aliaꝫ. Op.ꝙ iuramẽtum nō habeat nocere iuranti
de exceptꝭ.⁊ iudi.l.euiꝺ.So.nō nocẽt iuramẽtuꝫ.ſed nã
facti ⁊ ptium cõnexaꝝ ſic.C.ꝺ repu.l.i.non tñ credo ꝙ
iurans poſſit renūciare i ꝑiudicium aduerſarꝭ ar. de ꝯ
ta.l.ſi poſt.§.fi.qꝛ eſt eque fauoꝛabile vtriqꝫ.C. de que
ſtio.l.qdam.iuramẽtum eꝫ probat⁹ itatem pro vtraqꝫ
parte.nō ob.ꝺ mino.l.ſi iudex.qꝛ ibi beneficiū ꝑſonale
hic ius cõe. Op.ad.v̄.marcell⁹ ꝙ.ñ ꝑſumatꝭ nūertō
⁊poſſit agi ſine nūeratõe ad pignus.C.de nō nu.pecu.
So.hic fuit facta mẽtio numeratõis i iuramento
ſm glo.vel dic ꝙ ſimplr̄ dictum refertꝭ ad actuꝫ nãlem
ſecus ſi fiat mẽtio ꝯfeſſionis.vt ibi hic enim nō fiebat
mẽtio ꝯfeſſionis.ſed ſimplr̄ dicebat ob.x.vnde itelligo
numerata nō ꝯfeſſata et numerãda glo.dicit ꝙ ymo i
telligitur de futura numeratõe niſi aliter exprimatꝭ qꝺ
eſt nō. Op.ad finē ꝙ iuramẽtum vnius nō proſit
alteri.s̄.e.l.iij.§.pe.So.hic i litigãtibus ibi nō. Que
ro quod dicitur iuramẽtū foꝛme. Reſpondeo illud cui ē annexa
certa foꝛma ⁊ certū factuꝫ obligatoꝛiuꝫ vt cã emptiõis
dotis pignoꝛis ſocietatis ⁊ ſimiles foꝛma eniꝫ i iure di
citur plurib⁹ modis.vno modo.i.ex cauſa vt hic.Scd̄o
modo.i.modus de verbo.ob.qui rome.§.flauius.tertō
.i.ſolẽnitas itrinſeca de ꝯſtitu.pecu.l.i. §.i.quarto.i.ſo
lẽnitas extrinſeca de publi.l.quecūqꝫ.§.fi. quinto. i.nu
merus teſtium.ꝭ.ꝺ diuoꝛ.l.nulluꝫ.ſeſto.i.idem ꝯtextus
de teſti.l.hr̄des.§.fi.ſeptimo foꝛma.i.eadē ꝯſiſtentia ñ
mutata in eſſentia eius vt.l.iulꝭ.§.i.ad exhi.octauo dici
tur foꝛma iudicꝭ oꝛdo iudicioꝝ.C.ꝺ ſen.ꝑlatam iſte oꝛ
do icipit i litꝭ ꝯteſta.vnde ante litꝭ ꝯte.oꝛdo nō eſt ꝺ ſub
ſtãtia proceſſus ſm bar.qꝛ nō eſt peccatuꝫ i foꝛma iudi
cꝭ vt nō.bar.ꝭ.de teſta.ſi q̄ramur. In ꝯrium facit ex ꝺ
iudic.exhibita ⁊ in aūt.offeratur.ſed ꝺ hoc alibi dicam
Nono dicitur foꝛma ſicut ſigilluꝫ quod imp̄mitur cere
de ꝯhen.ſtip.l.i. Decimo dicitur foꝛma ſicut pactū qꝺ
ineſt ſtipulatõni.s̄.ti.l.i.lecta.foꝛma aūt hꝫ ſe ſicut ſuſce
ptum ⁊ materia ſicut ſuſcipiẽs ⁊ iter materiã ⁊ foꝛmaꝫ
debet eſſe aptitudo.⁊ ꝯueniencia ſeu ꝯcoꝛdia. Undeci
mo dicitur foꝛma mandati tenoꝛ .ff .man.l.diligẽter ſic
dicimus ꝯdictio eſt implẽda i foꝛma ⁊ qñqꝫ in foꝛma.i.
tenoꝛe ſcripture ꝺ cõdi.⁊ demon.l.meuius de le.iij.l.fi
dei ꝯ.§.ſi filio qñqꝫ.ergo condictio ē oppoſita ad ꝑpꝛiū
fineꝫ ⁊ debet impleri i foꝛma.ſed qñ.ad tercium finem
ſufficit impleri ꝑ equipolens.duodecimo dicitꝭ foꝛmaꝫ
cuiuſlibet ꝯctus tenoꝛ ꝯctus ⁊ foꝛma inſtrumẽti ⁊ eius
tenoꝛ ⁊ foꝛma legis de exerci.l.i.§.ſi is qui nauē ꝺ pri
uileg.poꝛꝛo ad tertul.l.ij.§.ante penul. cum ſimilibus.
Quō quod iuramentum drꝭ infoꝛme. Reſpondeo vt ſi iurō
te mihi teneri i.x. nō adiciens ex qua cã ⁊ idem i ꝯfeſſi
one qꝛ valet in foꝛmis ꝯfeſſio in iudicio ꝑꝑ auc̄tem iudi
cioꝝ. Item valet ſnia in foꝛmis.C.de anna.excep .
.l.fi.ſecus i probatione teſtium qꝛ ſi teſtis iurat ſup ceꝛ
to facto .ergo foꝛmiter .ſed ſi ſup iure nō creditꝭ ei niſi
adiciat cãm .⁊ ſic neccio foꝛmiter habet deponere. In
no.de teſti cum cãm.ex iudicium veꝛo nō tenet ꝯfeſſio i
foꝛmis ad obligañ . ſed iuramentū ſic qꝛ ſiue ſit volun
tarium. ſiue iudiciale .ſiue neceſſariū tenet.lꝫ ſit in foꝛ
me ꝑꝑ vinculum religionis.C.e.l.actoꝛi .dicitꝭ ergo in
foꝛme ꝑuatiue.i.ſine foꝛma . Cõſueuit queri que actio
oꝛitur ex ſtatuto ⁊ Reſpondeo ſi ē foꝛme oꝛitꝭ actio ex coactu
ꝯfirmato ꝑ ſtatutum ſi in foꝛme agitꝭ ꝯdictione ex.l.cõ
firmãte nō ex ꝯfirmato.ad.l.fal.l.i.§.lex fal.C.de don.
.l.ſi qs ar.⁊.l.i.de condi.ex.l.ſm bar. Cõſueuit queri
an ꝯdemnatus ad reſtõnem rei poſſit poſt ſniam ꝙ op
ponere exceptõem.ꝑcꝭ nō ſoluta hic ē ar.ꝙ ſic qꝛ ſnia
videtur lata ꝑ vtroqꝫ ſicut iuramentum. Item ſi datur
actio ad ꝑcium multo magis exceptio ꝺ ſupfic.l.i.§.ꝙ
aut. Item qui vtitꝭ ꝯctu pro ſe videtur etiã ꝯ ſe vti. vt h
⁊ nō.de eden.l.i.§.adeo ꝙ nihil pōt obicere ille q vtitꝭ
de cenſi.cum oliꝫ.C.de fideicō.aūt.ad hoc ad idem.ꝭ.ꝺ
reſcin.ven.l.fundus.nam iſta nō eſt ꝑpꝛie exceptio.ſed
magis retentio iurꝭ q̄ pignoꝛ. de ac.emp.l.iulianus.§.
offerri ad hoc facit quod nō.C.de petitꝭ.hr̄di.l. item ve
niunt.§.idem recte ⁊ ar.fa.her.l.fundus. In ꝯrium.qꝛ
iſta eſt exceptio ꝑemptoꝛia.ergo nō poteſt opponi poſt
ſniam ita tenet ſpe.ꝺ excep.ſnie.§.fi.ver.illud ⁊ hoc tꝫ
bar.niſi iudex hoc exꝑſſiſſet i ſnia vt.C.ꝺ ſen.cum eoꝝ
ſiue modaliter ſiue ꝯdictionalr̄.nam qcquid ſnia ꝯtinet
foꝛmaliter ē ad iplenduꝫ eo.ti.l.cuꝫ iudex.ego credo ꝙ
lꝫ nō poſſit excipere loco exceptionis iploꝛabit officium
iudicis ar.de peti.hr̄di.l.fi.C.vbi cauſe fiſca.l.cū vend.

Nam agēs ſi nō facit qđ debet ſuccūbit. Nō.ꝭ.e.ſi
fuerit.ſꝫ certe hic iā obtinuit .quomō ergo pōt ſuccūbē.
⁊ facit.ꝭ.đ euic.ſed ſi exceptio.ſed dico ꝙ nō ſuccūbit ī
petitōe.ſed ī executōe petitionis patit᷑ morā donec iple
at.ſed videt᷑ ꝙ ſententia nō excludat exceptꝭ.ꝑtij nō ſo
luti qꝛ ad ad hoc nō fuit cognitum nec venit ad reſciſſi
onem,pnunciati ar.de cōdi.ſine cauſa.l.ſi fullo. ſed pro
pter hāc cām pōt appellari ⁊ in cā appellationis excipi
vt.l.ꝑ hanc de tēpo.ap.ergo citra remediū app. nō pōt
excipi alias fruſtra appellaret᷑ ab iniquitate vnde veri
oꝛ vr̄ opio ſpe.qꝛ de iniquitate ꝯqueri videtur qui dic n̄
debeo rem.niſi recipiam precium argu.de libe. cau.l.
vel obligatus.§.i.Quero vtrꝫ iuramētuꝫ habeat patā
executōem ⁊ videtur ꝙ nō qꝛ ex eo oritur actio vt hic.
ſed actio debet exerceri lite nō ordinata de minoꝝ.l.mi
noꝛ.xxv.an.cui fideicō.dico ꝙ nō expedit etiam ſi actō
ītentetur liteꝫ ꝯteſtari.ſ.e.l.nam poſtea.§.ſi is . ⁊ ideo
actio ī factuꝫ hꝫ patam executōem nec requirit ordinē
iudicioꝝ nec requirit aliā probatōem niſi ꝙ ſit,pnūciatū
īfra.So.ma.l.ſi filius vbi eſt glo.nō.ar.C.de peti.hꝛ.l.
Jtē veniunt.§.idem recte.⁊ facit quod nō.C. đ iudic.l.
.i.de inoffi.teſt.l.q đ inoffi.Sed offm̄ iudicis hꝫ expedi
tiſſimā executōem.qꝛ nō expedit parteꝫ vocari vt nō.
Jnno.de ap.ex rōne.ſ.ſi fiat executio in rē adiudicataꝫ
ſed ſi in diuerſaꝫ rem dꝫ pars citari.⁊ ſūmatim .cogno
ſci.ꝭ.de re iudi.l.admo.§.ſi ſup rebus.vnde tūc citatus
ad ſniam nhilominus dꝫ citari ad executiōem vt.l.fi.ſi
per vim vel alio modo.Jn actioneꝫ aūt in fcm̄ ſemp re
quiritur noua citatio.⁊ expectatō ptis ⁊ fac᷑t.ſ.đ iudi.
.l.ſi ꝑtō.§.fi. Exēplū nō.hūc tex.ad.q.ſi dico inſtrm
eſſe de duplo.vere ſortis ꝙ videoꝛ ꝯfiteri dimidiā pteꝫ
obligationis niſi allegeꝫ me ſoluiſſe vt hic quod eſt nō.

Quero quid ſi iuro te mihi vēdidiſſe reꝫ nec inſero
ꝑcium an potes petere ꝑcium certe nō.qꝛ nō eſt certuꝫ
tm̄ nō audiar petēdo reꝫ niſi declarē ꝑcium de ꝯfeſ.cer
tū ſm bar.ſi nolo declarare ſtabit᷑ de ꝑcio arbitrio bōi
viri ar.de le.ij.l.qdā.⁊ iterim repellar ab agēdo.Quid
ſi iuro ſup ꝑmutatione dico ꝙ nō oritur actio niſi re ſe
cuta.C.đ reꝝ ꝑmu.l.ex placito ſm bar.

**Si quis.** Periurus ē puniēdus ⁊ monēdus
ne ꝑiuret alterius ⁊ icrepādus. qꝛ ꝑ
iurauit.h.d. Op.đ le.ij.C.eo.So.aūt iurat᷑ deo ⁊ ſo
lum deū hꝫ vltoreꝫ.puta ſi quis iurat n̄ comedē carnes
talis ꝑiurus nō eſt īfamis. quia nō punit᷑ niſi a deo.nō
de infa.l.luciuſ.fallit qn̄ iuratur ī deſpectū dei ꝑ abomi
nationeꝫ dei.qꝛ equipat᷑ peccato ꝯ naturaꝫ vt in aūt. vt
nō lu.ꝯ na.aut. iuratur homini tūc.ſi in ꝯctu punitur. ꝑ
iurus de crimīe ſtellio.đ ꝑiurio.ſi ī iudicio tūc ſtatur iu
ramēto nec pōt reprobari vt.C.e.l.ij.tm̄ ſi iurans paſſuſ
ē probari ꝯtra ſꝑ punitur đ ꝑiurio vt hic vel dic ꝙ ſem
ꝑ punit᷑.qꝛ obrepſit iudici ar.ꝭ.de fal. ſi qs obrepſit ⁊
idem forte eſt in eo qui deierat rn̄dendo poſitōibus.qꝛ
noſter.§.generalr̄ loquitur.vel dic ꝙ nō dicit᷑ obripere
qui nō vlt aduerſariū iſtruere.Sed qui falſuꝫ probat ⁊
al᷑ nō.Jtem ex ſola aſſertōne libelli nō ꝯmittitur falſi
tas.qꝛ iudex nō ſtat narratis.ſed probatis.vnde falſus
libellus nō dicitur obrepticius.ſed falſa probatio ſic vt
.l.ꝑſcrip.mādatorum.

**Quotiens.** Juramētum vitat; nō remit
titur patrono.ſed calūnie ſic
dic vt in glo.ſi actione illa que ītentatur pōt
ꝯueniri.al᷑ ſecus vt.ꝭ.e.l.ſi patronus.

**Ad perſonas.** Pōt ex cauſa ꝯmit
ti receptio iuramēti

partis quid in teſte dic.vt.C.đ fide inſtru.aūt.apud elo
quētiſſimuꝫ.Sed cui ꝯmittit᷑ videtur ꝙ honiſ viris ar.
de teſti. curent .dic ꝙ notario cauſe arg. đ iure fiſci. l.
quotiens.⁊ ī ſpe.de teſte .§. qualiter.v.poteſt. Sed
an ꝯmiſſarius ſcribet ſuaꝫ ꝯmiſſioneꝫ videtur ꝙ ſic đ te
ſta.tu.l.ex ſnia ꝙ aſcribit ſibi onuſ nō ꝯcomodū. Sꝫ
dic ꝙ alius natarius dꝫ ſcribere vt nō.Jnno.de ꝓbatꝭ.
ꝑntiuꝫ quādo ꝯtra forte niſi forte nō ſit ibi alius ſcriba
ar.de vbo.obli.l.i.in fi.⁊ adde hic quod nō.in.c.i.đ offi.
dele.in cle.⁊.C.de teſta.l.hac ꝯſultiſſima.§.pe.⁊ ꝑ cy.in
aūt.ſacra pubeꝝ ī nona.q.

**Si ꝑronus.** Ubi tenoꝛ libelli ē ꝯ ius
ſcriptaꝫ nō valet libellus
nec,pceſſus cauſe nō pōt reus cogi ad iuramē
tum vel rn̄denduꝫ probationes ēt nō valent.qꝛ ſi libel
lus nō tenet proceſſus eſt ip̄o iure nullus qđ dic.vt nō.
Jo.an.de iudic.cōtu. ī nouella ibi vide. Bal.

**Juſiurandū.** Juramētum ꝯuentiōa
le hꝫ fines a ꝯuentiōe
nec ꝯtinet in ſe neceſſitatē iurādi ⁊ deferendi
h.d.ꝑ iſtam.l.dicit Ja.bu.ꝙ valet pactuꝫ quod credat᷑
iuramēto de hoc ꝑ dy.ꝭ.de ꝑto.ſtiꝑ.l.fi.ꝑ cy.C.đ epi.⁊
cle.l.ſi quis in ꝯſcribēdo ꝑ Jnno. de fide inſtru.ꝯ.ꝑ.ta
bellio ⁊ ꝑ albericuꝫ ī hac plene.⁊.l.ſi quis ī ꝯſcribendo
C.de epi.⁊ cle.vbi ꝑ eum vide.tm̄ forte tāquā delatum
pōt reuocari anteꝙ̄ ꝑſtetur.C.e.l.ſi quis ſm bar.quod
nō credo ꝙ poſſit aduerſariū decipe ⁊ qꝛ trāſiuit ī ꝯctū
īter ptes. Sꝫ qd ſi pactū dicit ꝙ ſtetur dicto credito
ris an intelligat᷑ de ſimplici vbo an.de iuramēto Ro.ī
dubio ītelligitur de iuramēto vt in.l.thecpōpuſ đ dote
prele. Bal

**Pupillus.** Hn̄s ius ſine adminiſtratiōe nō
pōt deferre iuramētum.vid arch.
lxi.di.iuramētū ⁊.c.nullus.Et nō.ar. ꝙ nō valēt geſta
ꝑ nō legitimū ꝑlatuꝫ ⁊ hoc verꝝ ꝙ nō valet ī ꝑiudicium
eccleſie etiaꝫ ſi ſit ī pacifica poſſeſſiōe.ſ.quātum ad alie
nādum.ſed ꝗtum ad vtenduꝫ ⁊ ꝑcipiēdos redditus ex
ſuo ꝯctu.bene valet.ꝭ.de ꝯdi.inde.ſi vrba.nec ob.ad pri
mū.l.barbarius qꝛ ibi ſpāle ꝑꝑ publicaꝫ vtilitatē ſuꝑio
ris auc̄te ⁊ cōem erroreꝫ.Jtē ibi nō ꝑiudicatur rei pu
blice.ſed magis ꝯſulitur ⁊ prouidetur de orig.iuꝛ.l.ij.§.
poſt originē. Op.ꝙ ſi iudex interpoſuit decretuꝫ va
leat iuramētum delatum a pupillo.qꝛ exequebatur ſo
lutōi ⁊ ſolutio valet de mino.l.ait ꝑtoꝛ. §.promittitur.
So.ī hoc nō ſūt paria. Jtem aliud ē eſſe tale aliud
haberi ⁊ fingi pro tali de vbo.ſig.l.ſi mortiſ.Quero an
valeat iuramētum delatuꝫ ab adulto ſine curatōe.glo.
dic ꝙ ſic.ſed datur reſtō ſm.Jo.hoc verꝝ ſi careat cur.
⁊ deferat ex iudicium. Si aūt habeat curem vel ſi
mus ī iudicio ip̄o iure nō valet.C.de auc.ꝑſtan.l.claruꝫ
ar.cōtra.ꝭ.đ bo.auc.iu.poſ.l.ſi minoꝛ.ſed ibi loquit᷑ ī mi
nore ꝯtumace hic in ꝑn̄te.qꝛ ꝯtumatia nocet quo ad in
terlocutoria ⁊ iſta loquitur ibi.

**Si tutor.** Nō.hic equipari alienat; ⁊ iudici
um.i.actionis motioneꝫ ⁊ hoc per
miſſiue.Jtē prohibitiue de iuꝛ deli.l.ait ꝑtoꝛ.ſed ibi lo
quitur qn̄ qs caret iure ſi aūt nō caret oīo dic vt nō.C.
de bonis ma.l.i. Bal.

**Procur.** Nota hic equipari tria mādata.ſ.ge
nerale cū libera ſpāle ⁊ ī rem ſuam.
Nota ꝙ tantū opatur generale mādatum quo ad ge
nus ꝗtum ſpāle quo ad ſpecies.hoc verꝫ vbi quiſ habꝫ
liberaꝫ alias ſecus facit.ꝭ.de pecu.l.ꝗtum.§.alia.nec ꝑ
ſumit᷑ quis hr̄e liberaꝫ niſi noiatim exprimat vt ibi.

**Alias aūt.** Inſufficiens non dꝫ admitti etiaꝫ cuꝫ cautione rati nec di
citur cautuꝫ ei qui ſi vl't agere habꝫ liquidare
qualiter eſt ꝑtinens.h.d. Op.ſi procurator actõis
detulit iuramētum reo ⁊ cauit ei d̕ rato ⁊ reus iurauit
ſe nõ teneri ⁊ poſtea iterato ꝯuenitur a dn̄o ſtanti ē cõ
miſſa ſtipulatio d̕ rato.qꝛ euenit ꝯdictio.ergo ſtanti pt
agere nec expedit aliud probare niſi ſe ſtip̄.⁊ ꝯdictõem
extitiſſe.ſꝫ hic dr̄ ꝙ dꝫ probare ſe ꝑiuriū.ergo male.vñ
vidētur obſtare leges que dicūt cautõem rati ſtatiꝫ cõ
mitti quod venit ꝯ.de v̂bo.obli.l.ea.§.catho.de ſolu.l.
ratum ⁊.l.ꝙ dicimus reꝫ ra.ha.l.qno enim.§.i. cū ſimi
libus.So.ꝑmo opꝫ ſi vl't cõſequi dãnum quod ex non
ratificatione ſentit ꝙ talia probet ex qbus infert̃ ꝙ eſt
ꝑiurus quod tali diuiſiõe demonſtrat̃.aut lis mota per
dn̄m pendet aut ē ſopita ſi qdem ē ſopita ⁊ tūc aut ab
ſolutoriā rei aut ꝑ ꝯdemnatoriā ſi ꝑ abſolutoriā ſtipula
tio rati nõ eſt ꝯmiſſa plenarie.ſed tantuꝫ ad ſūptus lit̄
ꝫ.rem ra.hr̄i.l.ſi ſine.§.marcellus.qꝛ nec i plus intereſt
fac.ꝫ.de v̂.ob.l.neð ſi ꝑ ꝯdemnatoriaꝫ aut reus iniuſte
ſuccubuit ⁊ tūc alij.nõ nocet iniuria ſibi facta.ꝫ.de fide
iuſſ.exceptj.d̕ euic.ſi ꝑ iprudētiam.C.d̕ ac.emp.l.fi.ꝫ.reꝫ
ra.hr̄i.l.ſine.§.cum aūt.aut reus ſuccubuit iuſte.ergo in
primo iudicio iurãdo ꝯ deierauit.ſi ergo dicit ſe actõeꝫ
hr̄e neceſſariū dicit ſe victuꝫ ⁊ ſic ſe ꝑiurium modicum
ergo ſibi patrociat̃ cautio que deducit eum ad tantū in
cõueniens ⁊ ad tantā ifamiā aut lis pendet ⁊ tūc iteri
nõ poteſt agi ad plenuꝫ intereſſe.qꝛ pendet de futuro
euētu quãtum erit.nõ ob.rem ra.hr̄i procūr ad exhi.§.
.i.qꝛ ibi procūr eget ⁊ exegit.hic nõ exigit. Itē qa
nec plus operat̃ litis pēdentia ꝙ̄ in alternatiua ꝑte la
ta ſnīa.ꝫ.de ꝯdi.inde.l.iulianus procūr.ergo ꝯuentuſ ex
ſtipulatõe rati ꝑ talem diuiſionē excipiēdo repellet iu
rãtem vel ſaltim deducit eū ad incõueniens.i.ad ꝓban
dum ſe ꝑiuruꝫ ⁊ in ꝑiculum criminis euꝫ deducet. Mõ
reco ad ar i ꝯtrium. ⁊ dico ꝙ ꝑmo agens de rato debꝫ
tria ꝓbare.ſ.ſe ſtipulatum. Item ꝯditionē extitiſſe.itē
dꝫ ꝓbare ſuum itereſſe.ꝫ.de ꝑto ſtip.l.fi. Item ꝙ inter
ſit ꝓbabili rõne.nõ.n.debet ſe fundare rõne itereſſe ex
ſuo ꝑiurio ⁊ ex ſua iniquitate ar.ꝫ.de ꝯdi.indeb.l.i ſum
ma.§.i.de fur.itaqꝫ fullo.⁊ nõ.C.de fur.l.manifeſtus i
prin.qꝛ ē turpitudo ſoliuſ.q̄ repellit euꝫ.ꝫ.d̕ ꝯdi. ob tur.
ca.l.ſi ob.tur.qꝛ ei turpitudo ieſt ſoli agēti ⁊ cãe ex qua
agit repellit ip̄e ſe ip̄um.C.e.l.mercalem.C. de reuo.
do.l.cū profitearis.nõ eniꝫ dico ꝙ ꝑiurus.qꝛ ꝑiurus re
pellatur niſi ſit ꝑiurus in hoc ex quo.agitur.ſecus eniꝫ
ſi ſua turpitudo nõ tangit factuꝫ ex quo agitur.qꝛ tur
pis ꝑſoua nõ repellit̃ ab agēdo d̕ mino.l.pap̄.exulli ni
ſi ſit turpis ⁊ ihabilis ſicut ē excõicatus vt nõ.C. d̕ iur̄
⁊ fac.igno.l.i. Reuoco hoc idubiū an ꝑiurus poſſit agē
ex ſtipulatõe d̕ rato ⁊ dico ꝙ pōt ſi pena ē appoſita. qa
etiā ꝑdo.ex ſuo ꝯtu mere expitur.ꝫ.de ꝯdi.inde.l.ſi vr
bana. Si aūt vult agere ad itereſſe in hoc aliquãl'r
v̂ſatur prouiſio.l.vt nõ.ſ̃.ti.i.l.certi ꝯdictio.vnde dixit
azo ꝙ agere pōt ad certa dãna nõ ad id ſuꝑ quo dirre
cte ē ꝑiurus.ē ſtricti iuris.naꝫ iuramētum ⁊ ꝑiurium ē
ſtricti iuris vnde nõ ꝯtingit acceſſorie ſm azo.ſic.ꝫ.de
ꝯdi.inde.l.fi.§.fi. Sed hoc nõ eſt veꝝ vt.ſ̃.eo.l.ſed ⁊ ſi
§.ij.⁊ ideo.azo poſtea mutauit opinionē ⁊ dixit ꝙ.lꝫ ſit
ꝑiurus.tñ agit ē ratio qꝛ ille q detulit nõ poteſt oppone
re hoc ſic ex̄ de exceptj.c.cū eccleſiaſtice. Nam is q d̕tu
lit videt̃ actor ꝑiurij.vnde poteſt dici illud ouidij epl'aꝝ
Cuꝫ culpēt alij te me laudare neceſſe ē,ꝓ quo ſum toci
ens eſſe coacta nocens. Et ſi dicat̃ nūquid poteſt all'a
re agēdo ſuam turpitudinē. Ro veꝝ ē niſi ſi ſit alias d̕
tecta ꝑ ſniam ſm pe.⁊ bar. Iteꝫ turpitudo nõ ē ꝓxima
cauſa agēdi.ſed ſtipulatio nec dedit turpitudo cãm ſti
pulationi.ſed actus nõ turpis.ſ.delatio iuramēti. vnde
cuꝫ proxima cā ſtipulatõis ſit licita ⁊ honeſta.ergo agi
pōt vt dicta.l.ſi ob turpeꝫ ⁊ ar. in.l.ſi mulier reꝝ amo.
⁊ littera nr̄a vult ſupponere ꝙ agere poſſit tū.cum ifa
mie detrimēto.nõ in iuramēto ē ſpāle ꝙ improbrū ſcīn
actionem meret̃.vt.ꝫ.de re iudi.l.poſt rem.⁊ facit quõ
nõ.ꝫ.e.l.qui iuraſſe.§.ſi pr̄ ⁊.l.eum qui.§.in popularibꝰ
⁊ ſic.nõ ob.ꝯtria qꝛ hic eſt ſpāle opio iſta verior videtur
⁊ vt liqueat ſic diſtingue qñqꝫ quiſ allegat turpitudinē
ſuam ꝯ ſe in ſuuꝫ ꝑiudicium tūc ſtabitur tali allegatiõi
⁊ ſic facit tallem allegationeꝫ in libello hꝫ vim ꝯfeſſ.le
gitime facte.C.de trãſac.l.trãſactione finita.C. de lib.
cā.l.cum precum tuarum ⁊ lꝫ libellus ſit ineptus ⁊ iuri
ꝯtrius.tñ ſtādum eſt ꝯfeſſioni ſil'e de reſti.ſpo l.piſanis
nam ꝯfeſſio ſemꝑ valet etiam nõ ſeruata forma vel or
dine iudicioꝝ fac̃.c.primo de accuſ.libro ſexto. Quãdo
qꝫ quis allegat ſuam turpitudinem ꝯtra aduerſarium
⁊ tūc.aut allegat eam ad cõmodi acquiſitiones.aut ad
damni euitationē.ſi ad cõmodi ꝯſecutionē.⁊ hoc non
pōt qꝛ nõ meret̃ ꝑcium qui ꝯmittit illicitum ar. de ne.
geſt.l.ſiue hr̄di ꝫ. pigno.da.ma.l. ſi creditoribus ⁊.ꝫ.
de ac.⁊ ob.l.fi. Si ad damni euitationē tunc aut agēdo
⁊ nõ pōt ſi agit lex facto cui qꝛ turpitudo ineſt.ꝫ.de fi
deiuſ.ſi a reo.§.fi.de fur.ita qꝛ fullo.aut excipiendo tūc
aut ip̄e ſolus ē i turpitudine ⁊ nõ pōt excipere.vnde do
loſus nõ pōt excip̄e de ſuo dolo vt nõ.de dolo.elegant̄
⁊ ar.ad ſil.l.ꝑꝑ.veneni.§.neptis de le.i.ſi ſeruuſ pluriuꝫ
§.ſi quis.aut ip̄e ⁊ aduerſarius ⁊ tunc poteſt excipere.
vt.ꝫ.de ꝯdi.ob tur.cãm.l.ſi ob turpem.§.fi.⁊ ar.de v̂b.
ob.l.ſi ſeruū.§.ſequitur.aut replicãdo ⁊ tūc.aut vl't agē
rõne oblig.⁊ nõ poteſt iurare petitioneꝫ ꝑ replicationē
cui inſit turpitudo d̕ excep.dolo.l.apud celſum.§. mar
cellus fallit ꝑꝑ.vim iuramēti vt hic. Item fallit vbicun
qꝫ exceptio.nõ nititur equitate.nã tunc ꝑualet replica
tio d̕ pac.iur̄ gentium.§.ſed ſi fraudãdi. aut vult agere
rõne dñij ⁊ pōt.vt nõ.de condi.ob tur.cãm.l.cuꝫ te.ma
xime noie alieno.C.de ſacro ſan.eccle.l.iubemuſ.§.yco
nomus.⁊ ideo qui alienauit in fraudeꝫ legis vel ſimula
te poteſt agere rei vendicatione d̕ iure patro.l.ſi liber
tus ⁊ ſi excipiatur de ꝯtu replicabitur de fraude.quia
actus fuit ip̄o iure nullus ſecus ſi in fraudeꝫ hominis
⁊ nõ legis vt nõ.dicta.l.cum ꝓfitearis ⁊ ibi ꝑ odofr.qõ
nõ. Quid ſi nõ allegat quis turpitudinē ſuaꝫ.ſꝫ ad
uerſarij.vnde aduerſarius retorquet aliaꝫ turpitudinē
in allegantē.dic ſi reſpicit ihabilitatem ꝑſone potior ē
cauſa rei de exceptj.cū eccleſiaſtice. Si defenſionē cau
ſe.aut defenſio nititur equitate vel iuſto rigore ⁊ ꝑua
let.vñ exceptio bãni ꝑualet replicationi bãni vt in.§.
marcellus aut replicatio ē iuſtior.⁊ tunc preualet repli
catio.ſo.ma.l.cum mulier ⁊.l.uiro atqꝫ vxore ſi meritū
ꝑſone dic.vt.C.de inoffi.teſt.l.in arenā. Item adde
ꝑdictis ꝙ quis pōt allegare propriā turpitudinē ꝑ mo
dum ihabilitatiſ d̕ execu.tu.l.ſed ⁊ milites.§.ignomia.

Tertio queritur an ꝑſumatur reus iuſte victus vt
ſic habeat regreſſū ex ſtipulatõe an iniuſte vt ſic nõ ha
beat regreſſum. Et ſic videtur ꝙ iniuſte ꝑꝑ ſacramētuꝫ
ꝙ inter ꝑtes dꝫ hr̄i ꝓ v̂itate vt.ſ̃.e.§.l.non erit.§. dato
glo.dicit ꝙ ſnīa preſumit̃ iuſta ſic.ꝫ.de euic.l.hēnius.§.
.i.nã licet i iudicijs nõ ꝑſumatur ſolēnitas ſicut ꝑſumi
tur i ꝯtibus tñ ꝑſumitur iuſticia vt nõ. Inno.ex̄ de eo
qui fur.or.ſi iſte inotuit nõ eni ꝑſumit̃ eiꝫ ſeruatum or

dinem iudicioꝝ niſi ſnīa ſit lata in pñtez ⁊ nō reclamā
tem ar.C.de rella.l.i.⁊ nō.Inno.ex̄ de probatꝫ.qm̄ con
tra falſam.tñ ex quo appꝫet ritte ꝑceſſuz p̄ſumitur ꝙ re
cte ⁊ iuſte ⁊ nō.de aq.poſſ.l.iuſte iudex.tñ ſemper debꝫ
eſſe ꝯpetens alias ꝯtra eius proceſſum p̄ſumitur.ĭ.ꝺ ꝯ
di.ob cām.l.pe.⁊ ibi nō.nec ob.ꝙ hic magis debeat ſta
ri iuramēto inter eoſdē q̄ꝫ rei inter alios iudicate ꝓmo
dico ꝙ procūr detulit vt alius nō vt ip̄e.⁊ ideo nō vide
tur cū eo iuratum.qꝛ lix erat dn̄i nūc v̄o noualis eſt ꝑ
curatoꝛis principal'r i qua lite nō fuit iuratuz ⁊ facit.ſ̄
e.l.ſi duo ⁊ de exceptꝫ.rei iudi.l.ſi is qui hr̄s nō erat.§.
vlt.⁊.C.de fide inſtru.l.ij.⁊ ꝺ peculio.l.eo tpe. Quā
to queritur an ſtipulatio de rato debeat cōmitti qdam
a li.ꝯ.ꝑ dn̄m.alij etiam a p̄paratoꝛijs iudicioꝝ quod ē
v̄ius qñ ꝑmittitur ꝺ rato circa iudicia fallit ĭ.rem ra.
ha.l.procuratoꝛ ad exhibē.§.fi.Sed ſi circa ꝯ̈ctus dic vt
ĭ.de ſolutꝫ.l.ratum ⁊.l.quod dicimus. Quinto quero
ad quid cōmittat᷑ dicunt.qdam ꝙ ſtatim ꝯmittitur ad
totaz litem.ſed ſi poſtea fertur abſolutoꝛia deſinit actō
ꝯpetere.qꝛ deſinit itereſſe alij dicunt ꝙ iterim nō com
mittitur.qꝛ itereſſe pendet ar.ĭ.ad mace.l.i.§.ſi pēdeat

Tertij dicunt ꝙ ꝯtra falſuz procuratoꝛē ꝯmittit᷑ ſta
tim ad itereſſe dotale.Sed ꝯtra veruz ⁊ legitimū ꝑcu
ratoꝛez qui cauit eo quod erat dubiuz ꝺ mādato nō cō
mittitur niſi ad expenſas litis dūmodo i iſto ſecūdo iu
dicio producat mādatum ſuum alias cenſetur falſus ꝑ
curatoꝛ ar.nō.de iniurijs.ſed ſi vnius.§.ſi procūr. Sꝫ
quō ſi procuratoꝛ eſt funditus falſus an hꝫ locum rati
habitio in iudicijs.In ꝯ̈tractibus.n.⁊ diſtractibus bñ hꝫ
locum.ĭ.de ꝯdi.īde.ſi ꝑcuratoꝛem de ꝯdi.ob cauſam.l.
ſi ꝑcuratoꝛi falſo.Sed i iudicijs ſecus videtur.Naꝫ vt
dicit Inno.fcm̄ in iudicio a falſo vel reuocato ꝑcurato
re eo ſciente nō poteſt ratificari ſecus ſi litigauit bona
fide.ita nō.Inno.de reſcriptꝫ.ex parte de cani facit qꝺ
nō.in.l.i.C.ꝺ ſatiſdatꝫ. Sed reſpōdeo ꝙ in p̄iudiciū
ratificantis pōt ratificari vt hic.ſed ad ſuū cōmodum.
nō ex quo eſt lata ſnīa vt.C.in quibus cauſis in integ.
reſti.nō eſt ne.l.ſi tutoꝛ.Nam talis proceſſus nō tenet
quia eſt factus per obreptionem ꝺ fal.l.ſi quis obꝛepſe
rit in.v̂.nihil agit ⁊ ratificatio nō purgat crimē de fur.
ſi vēdidero.§.ſi ticius niſi falſus ꝑcuratō cauiſſet de ra
to.qꝛ hoc ip̄o ſuam ꝑſonam legitimaſſet ⁊ valet iudiciū
ſaltez ſpe.ad dam.infec.l.inter quoſ.§.alieno ⁊ ar.iudi.
ſol.l.iam tamē.§.videamus ⁊ de admi.tu.l.vulgo vl' ni
ſi eſſet dubiuz ꝺ mādato qꝛ.Si poteſt legitimari ꝑ cau
tionem.ergo foꝛtius ꝑ ratificationez ⁊ ſic intelligit᷑ de
exceptꝫ.rei iudi.l.ſi mater.§.hoc iure ⁊ ꝺ interdi.lꝫ pōt
ēt intelligi.§.hoc iure ex parte rei.qꝛ mādatum tūc nō
eſt de ſubſtātia iudicij.vnde etiam ſine allegatōe man
dati debebat admitti.ſecus ex parte actoꝛis.qꝛ videt᷑
obreptum.vide nō.ſ̄.qui ſatiſdare cogū.l.iulianus i ca
ſu tamē indiſtincte valet ratificatio vt qñ lex docet mē
tiri nō.ſ̄.ꝺ neg.ge.l.i.⁊.l.atqui.nā.§.cum me.ꝺ eo.aūt
quod geritur a nūtio falſo.dico ꝙ non poteſt ratificari
vt nō.ſ̄.ſi quis alteri v̄el ſibi.l.multuz. Sexto q̄ro
qūo reſoluat᷑ ſtipulatio de rato poſtq̄ꝫ ⁊ cōmiſſa.Rō ſi
dn̄s qui reprobauit approbet.l.quo enim.§.i.rez ra.ha.
Item ſi victus ſit vt in.§.marcellus niſi quo ad expen
ſas iudicij.qꝛ in omni lite opꝫ expēdere.ĭ.de libera.l.pe
titoꝛ. Item ſi defenſionez procuratoꝛis ſuſcipiat ⁊ ē
mirꝝ ꝙ q ſuccubuit vt principalis admitat᷑ vt acceſſoꝛ'
.ĭ.vt defenſoꝛ rem ra.hr̄i ꝑcuratoꝛ ad exhibē.§.i.⁊ nō.
ꝙ ratihabitio trāſit ad hr̄dem in iudicijs i ꝯ̈ctibus in q
bus ius trāſit ad hr̄dem vt dicta.l.ſi ſiue.§.ſi ꝑcurato

ri. Septimo querit glo.quādo ꝯmittatur ſtipulatō
amplius nō peti.⁊ dic ꝙ litꝫ ꝯte.qꝛ dꝫ intelligi ꝺ iudicia
li petitione.l.amplius ⁊ hoc in pena ꝯuentionali. Sed
in pena legali expectat᷑ ſnīa vt.l.qui cum maioꝛ.§.pe
tiiſſe ꝺ bo.li.ſꝫ Ja.bu.hic quod eſt nō.idē ſi dixit āpliꝰ
nō agi nō.de pecul'.l.ſi poſtea.ſi aūt dixit nō ꝯ̈ fieri.dic
vt.C.de trāſac.l.ſi quis maioꝛ ⁊ facit quod nō.ĭ.ad tre
bel.l.lucius.§.tres hr̄des.illud aūt nō curo an de iure
ſit actum vel nō i illa ſtipulatione amplius nō peti.vel
nō agi.vt nō.C.de trāſac.l.vbi pactum dic vt ibi. In
terdum.n.fcm̄ de facto allegatur ad premiū ꝯſequēduz
⁊ tūc aut eſt tale factum quod de iure fieri ꝯſueuit ⁊ nō
ſufficit fieri ꝺ facto ꝺ ꝯdi.ob cau.l.iij.§.ſi liber huic eſt
ꝙ mandata debent adimpleri ſic quod ꝺ iure valeant
nō.de le.i.l.huiuſmodi.in prin.facit de ꝯdi.⁊ demon.l.
hec ꝯdictio.fallit vbi ipoſſibile eſt ꝺ iure fieri.nam tūc
ſufficit primo de facto fieri ⁊ poſtea de iure cōfirmari.

Et ꝯfirmari nō poteſt nō valet.ĭ.de ꝯdi.inde.l.ſuo
manumiſſo tamē ibi teſtatoꝛ errauit vt ibi nō. Aut ē
merꝝ factū cui ius ineſt vt currē ad brauiū in campo vi
cere ⁊ huiuſmodi.tūc ſufficit fieri de facto de p̄ſcriptꝫ.
v̄.ſi quis de v̄bo.ob.in exceptꝫ.in fi.Nō.quo ēt caſu vo
luntas nō habetur ꝑ facto ꝯſumato.ſed impedit᷑ vt in ꝯ
luctātibus vt ibi nō.iuribus eniꝫ p̄mium propoſituz eſt
īterduz factuz de facto allegat᷑ ad penā imponēdam ⁊
tūc refert aut tale factum habet in ſe delictuz vt piuri
um ⁊ ſimilia tūc ſufficit.de facto fieri.C.de tranſac.l.ſi
quis maioꝛ.⁊ nō.ĭ.de ꝯdi.ſine cauſa.l.cum auūculo vbi
cunqꝫ.tamē pena imponit᷑ ip̄o facto dꝫ eſſe factum ꝯſu
matuz vt nō.in.c.ꝑpetue de el●.li.vi.in nouella aut nō
habet in ſe delictum tūc pena ē appoſita ſuꝑ iur̄ aut ſu
per fcō mero.aut dubitat᷑ ſi ſub nomine iuriſ nō ſufficit
fieri de facto.ĭ.de ſer.expoꝛ.l.ſerui.vēditoꝛ ſi ſub noīe
ſeu ꝯdictione facti meri ſufficit fieri de facto.C.ꝺ tran
ſac.l.vbi pactum.Si dubitatur aut itereſt aduerſarij ꝺ
facto nō fieri ⁊ ideo ꝯmittitur pena aut nō intereſt ⁊ ñ
ꝯmittitur vt nō.in.d.l.vbi pactuz. Interduz factuz
ꝺ fcō allegat᷑ ad p̄uatōꝫ ꝯmodi.⁊ tūc dic vt.ĭ.ꝺ hiſ q vt
indig.l.ſi poſt legatum in p̄n.C.de his vt indig.l.polla.
iſta iura loqunt᷑ in p̄uatione legali ſed i p̄uatione hoīs
facit ad nō.ad treb.l.lucius.§.tres hr̄des.vtrum quiſ
ꝑdit ius vl' cōmodum ſi de facto venit ꝯtra ꝯ̈ctū teſtiū
alibi dicaꝫ. Extra q̄ro qñ cautio de rato ſufficit.Rō
qñ dubitat᷑ de mandato de facto vl' de iur̄.talis cautio
pl'e ꝯſulit recipienti alias nō vt hic ⁊.C.de ꝑcur.l.i.⁊
.ſ̄.de ꝑcur.l.nō ſolum.§.qui alieno iſtud ē verꝝ qñ ex
ceptio oppoſita procūr.pōt repelli ꝑ dn̄m ratificātez.ſe
cus ſi non pōt repelli.vt exceptio excōicationis ⁊ exce
ptio minoꝛis etatis ⁊ exceptio bāni ⁊ ſilia.Item cū du
bitat᷑ ſuper iure aut ius p̄ſumitur iuridice ⁊ ſolēniter
fcm̄ ⁊ tūc iuris p̄ſumptio remittit neceſſitatez cauendi.
ſecus ſi ius nō preſumit᷑ rem ra.hr̄i.l.actoꝛ. Ultimo
nō.ex his.l.quod adiectio libere multuz oꝑatur in vni
uerſali mandato.Item in mandato ad certuz actū.Itꝫ
in mandato nūcij de ver.obli.l.qui rome.§.calimacus.

Item nō.ꝙ quilibet ꝑcur.i rem ſuam debet hr̄e li
beram ⁊ ſit ꝑcur.in rem ſuam.al' ex ꝑte rei in ꝯ̈ctu vl'i
.ĭ.de ꝯdi.inde.l.fi.Item dicit᷑ hr̄e liberam ille quē dn̄s
in omnibus ſubſtituit loco ſui.ĭ.ꝙ cuꝫ eo.l.ticianus ⁊ ſi
dn̄s dicit inſtituo vl' ſubſtituo te in locū meum vel hoc
p̄ſumi p̄t vt ibi pꝫ facit.ĭ.mā.l.creditoꝛ.§.fi.Legitimi
aūt adminiſtratoꝛes qui adminiſtrant ꝑſonā ⁊ bona di
cuntur hr̄e liberam generalē ⁊ inſolidū.ĭ.de admin.tu.
.l.inter bonoꝝ.ꝓmo vbi ex nā officij taxati a lege facit

.j.de exerci.l.i.§.ſi plures ⁊.l.inter tutores.pater etiaꝫ
vbi vſufructuꝫ dicitur hr̃e liberam ymo ẽt liberiſſimaꝫ
adminiſtratõem.qꝛ ex iuſta cauſa pōt alienare predia
filij minoris ſine decreto.C.de bo.mater.l.i.⁊ nõ.azo.
i ſuma.C.de bo.qꝫ li.In mãdato iuriſdictiõis nil opaꝰ
adiecto libere.nam totuꝫ ad iuſticiaꝫ referẽdum eſt vt
nõ.in.c.ſepe ex̃ de v̂.ob.i cle. In alijs ꝯmiſſionibus
vel priuilegijs dic vt.l.i.de mili.te.⁊. C.de inoffi.te.l.ſi
qñ cũ ſy.Et vnuꝫ ſcias ꝙ mãdatuꝫ q̃tũcunqꝫ ſit latiſſi
mũ ex ſingularitate nõ ꝯprehẽdit niſi poſſibilia vel lici
ta de iuř.de ꝯdictį.inde.l.ſi procurator. Naꝫ ⁊ iura
mẽtum nõ ꝯprehendit niſi licita ⁊ honeſta ꝺ̄ op.li.l.ſi
libertus ita ⁊ nõ.j.de cõdi.inde.l.ſi procurator.⁊ nõ.j.
de reg.iuř.l.nõ videtur.§.qui iuſſum.

**Seruus.** De ſeruo ⁊ filio deferẽtibus.⁊
iurãtibus loquũtur hec leges
quas vide ꝑ te.Bal.

**Qui iuraſſe.** Pupillus habetur pro
legitimo in eo quod ẽ ſi
bi fauorabile.Nõ.ꝙ tenet iuramẽtuꝫ pupilli ꝑ
ſe.Nõ ꝙ pupillus nõ pōt eſſe ꝑiurus ergo delictũ ꝑiu
rij nõ cadit i ipubereꝫ.quod eſt valde notabile.⁊ viď ex̃
de ſpon.c.ex lr̃is lo.ij.⁊.iiij.q.iij.c.i.⁊.xxij.q.v.c.paruuli.
Nota quod pars in ſuũ ꝑiudiciuꝫ pōt cõſentire in pſo
nam inhabileꝫ.⁊ eaꝫ legitimare. Itẽ adde hic quod
nõ.cy.in aut̃.ſacramẽta pubeꝝ in.vij.q.

**Si pater.** Deſtructo principali deſtruitur ac
ceſſoriuꝫ ar.huius.§.⁊ ſimiliũ.dico
quod ſi curia iquirit ad ꝺenũciationẽ officialꝰ ſublata ꝺ̄
nunciatione forte.qꝛ erat facta in caſu nõ permiſſo eſt
ſublata inquiſitio.qꝛ ei adherẽs eſt.nõ enim fama defe
rente facta.vnde nõ eſt mera inquiſitio. ſed proceſſus
denunciationis. Bal.

**Si pater.** Iuramẽtum ſuper pn̄ti peculio nõ
prodeſt in futuro.quod poſtea q̄ſi
tum eſſe probatur.h.d. Nota qď exceptio ſuꝑ re pn̄
ti nõ porrigitur ad nouã rem.lꝫ enim actio nõ mutetur.
tamen ſi res ẽ diuerſa.nõ ob.exceptio ꝓ nõ.qď ꝑſumi
tur eſſe eadeꝫ res.niſi ꝯ̃riũm probetur.ſed op.⁊ videtur
qď nihil proſit iuramẽtum.naꝫ actor. tenetur probare
aliq̄d eſſe i peculio ſi iuratum nõ eſſet pone.ergo quod
hoc probet.qď nõ poſſit repelli.ſic probo.aut iſtud ẽ no
uuꝫ peculiũ.⁊ poteſt agi.aut antiquũ ⁊ tũc.ergo reus ẽ
ꝑiurus.cum ergo reus nõ poſſet dicere antiquuꝫ.ergo
neceſſario hꝫ fateri nouũ.⁊ ſic ꝯfitebitꝰ ſe teneri.Inter
rogabit eniꝫ iudex eum.⁊ ſi rñdit.aut cõſtabit eum ꝑiu
rium.aut cõſtabit eũ teneri.rñdet gl.qď nõ tenetur. hu
ic interrogationi rñdere.qꝛ ẽ captioſa.⁊ eſt ſilꝰe quď no
tatur.j.de excep.rei iudi.l.ſi a te.in prin. Iſtud ergo iu
ratum.alꝰ iuramẽtum velat veritateꝫ cõtrariaꝫ vt non
poſſit ſibi opponi.ſicut ſnĩa.vt notatꝰ.j.de ꝯdic.inde.l.iu
lianus. Sed pone qď actor facit haſ poſitiones.⁊ ꝑ̄
mo quod tpe iuramẽti nil erat in peculio. Secũdo ꝙ
nihileſt. Tertio quod de nouo ſuperuenit.non ne te
netur reus rñdere.Rn̄deo nõ qꝛ de hoc nõ debet inter
rogari.ergo nõ debet rñdere. naꝫ prime poſitiõi dicetꝰ
ſe nõ debere rñdere.qꝛ iam iurauit.vt.ſ̃.e.l.ſi duo.§.iď
iulianus.tertie poſitioni nõ tenetur rñdere.qꝛ tendit ad
crimẽ.⁊ vide quod nõ.arch.l.diſt.c.ex penitẽtibus.Sed
op.quod etiã ſine vlla rñſione.eſt ip̄o facto ꝯuictus.nã
ſi nũc reperitꝰ poſſidere.ꝑſumitur ꝺ̄ nouo.⁊ nõ ꝺ̄ retro
poſſediſſe.nã ꝑſumitur veruꝫ eſſe qď iurauit.⁊ inter eaſ
dem pſonas.alꝰ inter eaſdeꝫ ꝑtes eſt lix ergo ⁊c̃.rñdeo
nõ ſtatur huic ꝑſumptioni.ita dicit glo. ſed nõ appit rõ
nem.naꝫ ymo videtur ſtari.qꝛ iuramẽtum ẽ actus i fa
ctum reſpiciens.ergo valet ẽt in alia inſtantia.vt.C.de
teſti.l.fi.⁊.C.de arbi.l.pe.in fi.ſed dico quod iuramẽtũ
preſumitꝰ verũ quo ad excuſatõem iurãtis nõ quo ad ꝯ
dẽnationem eius ar.ſ̃.e.l.ſi duo patroni.§.multuꝫ ꝓm
bar.Ego dico quod nulla iterrogatio ſiue poſitio fieri
pōt ad retractatõneꝫ litis poite.nec preſumitꝰ lix aliq̄d
ꝑ quod poſſit retractari.vel eius effectus infringit qď
eſt nõ.Extra queritur hic ticius fuit accuſatus ꝺ̄ vulne
re.⁊ abſolutus.deinde accuſatur ꝺ̄ vulnere.quod pōt eẽ
idẽ ⁊ diuerſuꝫ.qꝛ delictuꝫ eſt reiterabile probatum fuit
vulnus. Ticius opponit ꝺ̄ re iudica. replicatꝰ ꝙ nõ eſt
idẽ fatuꝫ. Queritur an ꝑſumatur ideꝫ vel diuerſuꝫ.an
vero nec idem nec diuerſuꝫ.breuiter dico ꝑſumi.Idem
factũ nũero ⁊ eũ abſolutũ cenſeri.niſi probetur iteratõ
vt hic.⁊.j.e.l.euꝫ qui.§.in popularibus . nota tene mẽ
ti. Ille ergo qui allegat pluralitateꝫ factoꝝ dꝫ ꝓba
re numerũ.qꝛ pluralitas nõ ꝑſumitur.ergo nõ ꝑſumitꝰ
iteratõ niſi probetur ymo ꝑſumitꝰ vnuꝫ factuꝫ ⁊ quoti
die allegatur.⁊ vide quod nõ.in ſpe.de teſte.§. iam de
v̂.quid ſi vnus teſtis.an in facto iterabili. teſtes ꝑſumã
tur ſinglřes.⁊ ibi videas. Scđo ex̃ q̃ro nũquid admit
titur poſitio alternatiua iſta glo.innuit quod ſic. niſi ſit
captioſa. In ꝯ̃riũm videtur.qꝛ eſt obſcura.⁊ qꝛ po
ſitioneſ dꝫ intelligere.niſi incertitudo cenſetꝰ ex iprobo
facto aduerſarij.vt.j.de tribu.l.quod in heredeꝫ .§.elli
gere licet probatio debꝫ eſſe certa ⁊ nõ dubia vt ibi nõ.
So.dic vt nõ.Inno.ex̃ de reſcrip.c.ex ꝑte vbi vide
as. Extra queritur an actio ꝺ̄ peculio ſit actio ꝑ ſe.
an ſit adiectio.⁊ videtur ꝙ actõ.qꝛ ꝑ ſe ſtat.vt.j.ad ma
ce.l.antepe.⁊ quod ſit adiectio videtꝰ.qꝛ ex eadeꝫ cum
nũero ex qua filius obligatꝰ ⁊ ꝺ̄ſcẽdit exercitiũ in patrẽ
⁊ eſt potius modificatio q̄dam agẽdi.quã nomẽ ſpecifi
catuꝫ actionis vt.j.de pec.l.iij.§.cui cõgruit.⁊ dic vt ibi
quod peculium ſit nomẽ rei ꝯſequende.nõ nomẽ cauſe
vel actionis ⁊ ꝓbatur.qꝛ tenet actio.ꝺ̄ peculio etiam ſi
nihil ſit i peculio.vt.j.de pecul.l.queſituꝫ. In ꝯ̃riuꝫ
vř qꝛ in peculio ieſt obligatio vt.j.de ꝯdi.inde.l. frater
a fratre ⁊ dic vt ibi.Bal.

**Iuſiurandũ.** Aliud eſt eſſe ꝓprie.
⁊ aliud loco eiuſ vt.ſ̃.
e.l.iuſiurãdum.§.i.⁊ de verbo.ſigni.l.mercis
⁊.j.e.ti.i.l.tutor.Bal.

**Duobus.** Unus cõreoꝛuꝫ defferẽſ ꝺ̄bito
ri.Iuramẽtũ ꝑiudicat alteri.ſe
cus in puro pacto iuramẽtum hꝫ vim pacti ñ
gratuiti.vt.j.e.l.ſi quis eũ . Sꝫ nũquid iſte q̃ detulit
tenetur cõreo ad partẽ reſartiendã ⁊ videtur quod ſic
vt.ſ̃.de his qui deie.vlꝰ effude.l.ꝑcepti. In ꝯ̃riuꝫ viď
tur.j.ad.l.fal.l.i.l.falcidia.§.hoc obſeruãdum.So. aut
ſũt duo rei.ꝓprie.⁊ tũc aut ſũt ſocij ꝑiculi ⁊ queſtus.⁊
tũc quod vnus facit bonafide vterqꝫ feciſſe videtꝰ.cul
pa tñ ꝑ actioneꝫ pro ſocio purgatur vt.j.pro ſocio.l.cũ
duobus.aut ñ ſũt ſocij.⁊ tũc aut ſtj cõrei proprie ⁊ ex cã
mere lucratiua.aut ex cã oneroſa.Primo caſu nõ hẽt
locũ cõtributio.vt.d.l.ſi i.l. Scđo ſic.vt.j.ꝺ̄ du.re.l.i.
Si v̂o nõ ſũt prop̂e duo rei pares.ſed unus ad quẽ pri
cipaliter reſpicit factum tũc illius eſt ꝯmodũ.⁊ is ſolus
oĩa poteſt.ut nõ.j.⁊ condic.indebi.l.frater a fratre i gl.
.i. Si v̂o nõ ſunt prop̂e correi tam̃ ad utrũqꝫ pertinet
cõmodum.ut pater et filia in dote.tunc pater nõ pōt pri
uare filiã ſine conſenſu filie ut.ſ̃.de ꝓcura. l.filius.§.ſꝫ
⁊ filia.Sed quid i reiſ debendi.Rn̄deo ſi ex maleficio
quilibet tenetꝰ inſolidum.⁊ nõ repetit.ar.j.de fideinſ.l.

ſi a reo.§.fi.ſi ex quaſi maleficio repetit ꝑtem ex.l.pce
ptis.ſi vͦo ex vltima volūtate vel cauſa lucratiua nō re
petit dicta.l.in lege.ſed ſi ex cauſa oneroſa repetit ꝓ ꝑ
e nō.in dicta.l.i.cū ſy.ꝛ vide quod nōt dy.ĵ.ſo. ma.l.ſi
tecum doté.§.traſgrediamur.

**A fideiuſſ.** Defenſio fideiuſſoris que funda
tur in facto principali.ꝓdeſt reo.
h.d.ꝛ ar.huius.§.dicit dy.quod abſoluto eo qui accuſa
tur de auxilio ꝛ fauore inſerta cauſa.qꝛ nō fuit cōmiſſū
maleficiuꝫ principale videtur abſolutus principalis.vt
nō.dy.in.c.ratihabitio ad fi.de reg.iur. Rizar.mal.dic
ꝯtrū ar.l.ꝺnūciaſſe.§.fi.ff.ꝺ adl'ꝛ.l.nihil.§.fi.C.ſi reꝰ l'
accuſa.moꝛ.fue.l.i.ꝛ.C.ꝺ fide inſtru.l.ij.ꝛ iſtud eſt veruꝫ
quo ad penaꝫ fiſcalem.ſed quo ad dāni reſartioneꝫ vͣ
eſt opio dy.ꝛ eſt ratio.qꝛ abſolutoria hꝫ vim ſolutionis
vt.ſ.l.proxi.ꝛ nō.ĵ.de excep.rei iudi.l.ſi quis cū totū.§.
plane ꝛ notat'.C.ad.l.acqui.l.ex mōte.ꝛ videtur expſſū
ĵ.de iure patro.l.diuus veſpaſianus.§.vlti.ſed in criali
nō prodeſt ſolutio vnius alteri vt.ſ.de interro.actio.l.q
ſeruū.ſꝫ in ciuili ꝓſecutoria intereſſe ſicut.l.i.C.de condi.
furti.dicet aliquis.quod reſartio dāni nō venit ex criali
iudicio.ymo ciuil'r eſt agēdum vt.l.i.qn̄ ciuil. actio.Ego
dico quod in criali iudicio ciuilis pena nō venit.ſed inter
eſſe liquidatuꝫ venit incidenter.vt nō. Inno.ꝺ accuſa
tio.c.cum opꝫ ꝛ maxime ſi iudex ꝓcedit ex officio ſuo vt
ĵ.de fur.l.interdū.§.qui furē dic quod incidenter ciuiliſ
ꝓiudicat criminali principal'r vͦo nō poſſunt cumulari.li
cet Ja.bu.ꝯtrium.vt ſi ex eadeꝫ lege deſcēdant. Tunc
poſſunt cumulari.ſecus ſi ex diuerſis legibus. naꝫ cum
ex eadeꝫ lege.nō videtur cumulatio pluriuꝫ actionum.
ſed videtur potius vnū ꝛ idem remedium.cōpetens ad
diuerſa.ſed prioꝛ opinio videtur mihi verioꝛ.ꝛ apparet
ex ꝓdictis.qͦd abſolutoria i criali.nō prodeſt niſi abſolu
to.Sed in ciuili.ſecus quādo ꝑſone ſunt cōnexe.ita qͦd
reputet' vnum iudiciuꝫ ꝛ vna cauſa defenſionis. Sed
cōſueuit queri.nūquid i delictis defenſio rei proſit auxi
lianti.vel mādanti.ꝛ videt' qͦd ſic.vt.ĵ.de fur.l.ſi is q.§.
ſi ticiuꝫ. In ꝯtrium videtur.ſ.de iuꝛ̄di.om.iu.l.ſi ideꝫ
cum codeꝫ.§.fi. So.interduꝫ factuꝫ pꝛ̄icipale eſt lici
tum offenſi penalitate.vt qꝛ bannitꝰ.ꝛ rebellis offendi
tur tūc nemo tenetur ar.nō.ꝙ me.cau.l.accuſationis.ꝛ
hoc verſ nisi talis offenſio eſſet ꝑmiſſa tantū certe ꝑſo
ne.vt nō.ĵ.de vi.ꝛ vi arm.l.cum fundus.Illa glo.Jo. i
ſuis terminis.pōt eſſe vera quādo tertia ꝑſona rē mihi
ablataꝫ vult recupare.noīe meo ſine meo mādato.hoc
non licet ſibi.ſed meo mādato diceret. nec ratihabitio
purgat delictuꝫ.de fur.ſi vendi.§.pe.niſi forte iſraganti
crie.vt.ff.de fur.l.ſi quis.ꝛ.ff.de vſur.l.ſi quis ſolutioni
§.moꝛa.Interdū eſt licitum.ꝛ naturali rōne.ꝛ equitate
vt vim vi repellere.ꝛ vt nō.ĵ.de vi.ꝛ vi ar.l.iij.§.cuꝫ er
go Interdū licituꝫ.qꝛ licitū principale ſe tuetur. ſed qꝛ
negat ſe feciſſe ꝛ ſic ſe tuetur negationis vͥtute. tunc ea
deꝫ defenſione.vti pōt mandans.ꝛ auxilians vt. d.§.ſi
tu ticiuꝫ nō dico.quod iuuet' eadem probatiōe vel ſnīa
ſed noua defenſione.vt.ſ.dixi. Interduꝫ excuſat ſe
reus ſua ſimplicitate.vt qꝛ infans vel furioſus.vel doꝛ
miens.ꝛ tūc aūt loquimur in facto cōſumato ꝛ nō excu
ſatur mādans.vt.ff.ꝺ ſicar.l.nihil.ꝛ.ff.ꝺ iuriſdic.om.iu
di.l.ſi quis id quod ad fi.aut in facto nō ꝯſumato ꝛ tūc
excuſatur vt dicta.l.ſi is qui.§.ſi tu titiuꝫ.ibi enim man
datū ꝯtinebat ticiuꝫ criminis. ꝛ ex facto nō reſultauit
titulus crīs ꝛ hoc veruꝫ.quādo ad eſſe delicti hoc requi
ritur.ſecus ſi nō requiritur.ſed ſufficit dolus ſolus mā
dantis ſine alio facto ſubſecuto.vt nō.ff.ꝺ ſeruo.cōꝛup.
.l.i.§.ꝑ ſuadere. Ecōtra qꝛ nō poteſt teneri principa
liter nec vͣrio.vt.ĵ.de fur.l.ſi fullo.§.nemo ꝑ dy. In
terdum ſe vere tuetur reus.qui vere delinquit tamen
inopia probationis.qꝛ nō probatur cōtra eum.tūc alijs
nō prodeſt ymo talis cauſa nō tollit verā obligatiōem
etiaꝫ in ipo reo. Sed vellat eam.vt.ĵ.de ꝯd.inde.l.
iulianus.ꝛ ar.ſ.de edē.l.argētarius.§.cum aūt. Bal.

**Si ei.** Nō hic exequari fideiuſſorem.exercende
litis.ꝛ fideiuſſoreꝫ ꝯdemnationis ſeu litis
exercite ꝛ fideiuſſorem ꝯtus.

**Exceptio.** Si nō mutatur cauſa licꝫ mutetur
actio.obſtat iuriſiurandi exceptio
h.d.vide Inno.ꝺ oꝛdi.cogni.c.ſup.ꝛ dic quod interdum
mutatur cauſa.ꝛ nō actio.vt qꝛ circa eādeꝫ actōem ꝯtin
git mutatio alicuius qualitatis ſeu cauſe.ꝛ tūc mero iu
re obſtat exceptio.ſecus ꝺ equitate vt.ĵ.de inſti.l. habe
bat.tūc enim aut ideo ſuccubuit.qꝛ ſe aſtrinxit.ꝛ tūc ibi
loquitur.aut qꝛ nō probauit factum pꝛ̄icipale ꝛ tunc ob
ſtat exceptio cū effectu maxime cū ſubauditur ubi ē er
roꝛ cōis.ut.ĵ.quā.ac.de pecu.ē annal.l.qſitū ꝛ.Interdū
propter iuſtuꝫ erroꝛē ē ꝯſitenti expreſſe datur reſtitutio
ut.ĵ.de ꝯfeſſi.l.p. Interduꝫ mutatur actio nō cauſa
nec effectus finalis.ꝛ tūc obſtat exceptio .ut hic dūmo
do cōſtet ꝙ ſic eadem cā.ſecus ſi nō ꝯſtet ꝺ idēptitate
ꝛ ſcꝺ̄.uario modo proponitur.qꝛ nō ꝓſumitur idem fa
ctum ut.ĵ.proxi.§.Interdum mutatur finalis effectus
ꝛ tūc glo.innuit hic.quod nō obſtat exceptio facit.ĵ.de
euictio.l.uenditoꝛ cum.l.ſeq.ſed ibi uariatur effectus ꝛ
modus.ut qꝛ primo excipit.vͦo agit.nā ſnīa lata i incidē
ti.nō obſtat.ſi ad aliud principal'r agatur.licet ſit argu
mētum ꝯ.C.de fide inſtru.l.ſi.in fi.ꝛ hoc uerum niſi in
pꝛ̄icipali ꝛ acceſſorio.ut qꝛ q ſuccūbit i pꝛ̄icipali.uꝛ̄ ſuccū
bere i acceſſorio. unde q ſuccūbit in ſorte.ſi agit ad pe
nam ut.ff.de vͦbo.obli.l.q rome in fi.

**Si quis.** Nota qͦd detracta qualitate uel ad
dita.uidet' nouū factum ꝛ pōt denuo
agi.ꝛ ē rō qꝛ uariabit' nom delicti.ſecꝰ circa ideꝫ nomē
delicti.qꝛ ex quo eſt idem titulus criminis licet ſit alia
agendi qualitas.obſtat exceptio ut.ff.ꝺ noxali.l.in deli
ctis.§.fi.facit quod nō.dy.ff.de publici.l.i.§.dixerit ali
quis ꝛ hoc in abſolutoria.ſed in ꝯdemnatoria.an poſſit
iterato agi ratione qualitatis adiūcte dic quod ſic ciuil'r
ad intereſſe.ſed nō ad uindictaꝫ ergo non criāliter niſi
eſſet in primo iudicio ꝯcluſum ar. ĵ.de accuſatio.l.ſena
tus cenſuit.nam ſi nō poteſt abſolui.qꝛ eſt queſituꝫ iam
ex prima ſnīa ius fiſco.ergo nō poteſt denuo cognoſci
ꝛ ita ꝯſuluit Ja.bu. Item nō.hic quod ad hoc vt exce
ptio obſtet.debet neceſſario ꝯcludere.circa ideꝫ ꝛ facit
ĵ.e.l.§.qui iurauerit.vͦ.pōt.n.ibi ē tex.rotondus dicit ꝙ
exceptio dr̄ inepta ſi neceſſario nō concludit ꝛ exceptō
dꝫ a ꝑte proponi.vt.ĵ.de flu.l.i.§.labeo.ꝛ clare.naꝫ ex
ceptio obſcura.pro nulla habet' vt.ĵ.de le.i.l.ticie texto
res. Probatō etiam debꝫ eſſe liqda.ꝛ apta ne ſit igno
tum per ignotius ex̄.de probationibꝰ.c.in ꝓn̄tia.ꝛ nōt'
ĵ.depo.l.i.§.ſi quis argentuꝫ dico tamē quod ſufficit.ſi
ꝯcludit ꝓſumptiue ꝓſumptōe iuris vt.ff.que in frau.cre
di.l.omnes.§.lucius.qꝛ legis ꝓſumptio habetur pro li
quida.probatione.vt.ff.que in frau.credi.l.omnes.§. lu
cius.qꝛ ꝛ quod habetur pro liquida facit.ff.de le.i.l .licꝫ
iperatoꝛ.ꝛ nō.C.ꝺ ꝑiculo tuto.l.ſi tutoꝛ.

**Colonus.** Sublata cā omnis agēdi forma tā
ex ꝯctu ꝙ ex delicto videtur eē ſub
lata.nam eſt appoſitus gladius ad radicem de qua mͣ
vide ꝑ dy.i.c.nullus pluribus ꝺ reg.iuꝛ̄.li.vi.

**Que iurauit.** Ad deſtructioné vnius ſepa toꝝ nõ deſtruitur alteruȝ.ſed ad deſtructioneȝ antecedẽtis ſequitur deſtructio ↄſeq̃n tis.hoc dicit. Nota in.v̂.i.qδ id ꝙ ẽ ſopitũ ꝑ moduȝ pri cipalis queſtionis nõ poteſt poſtea refricari ꝑ modum incidentis.⁊ vide Inno.δ ordi.cognitio.c.cum dilectis.

Nõ hic pro vxoribus.vt nõ patiantur penaȝ ſtatu ti ſi amouent res ſuas.

**Id igit̃.** Argumẽtum.quod i fideiuſſoreȝ iudi. ſol.nõ fiat executio.ſed debeat ipẽ cõ ueniri.ꝑ libelluȝ.nam ⁊ ipẽ reus principalis ſi promiſit iudicatũ ſolui.lȝ patiat̃ executõem ſtipulationis niſi via ordinaria intẽtata actione ex ſtipulatu.vt hic.tu dic qδ fideiuſſor ↄ̃ctus.nõ ligatur ex ſñia lata in reum.ſed fiδ deiuſſor iudicatum ſolui.ſic q2 iſta eſt natura iſtius fide iuſſioniſ vt.C.δ vſur.rei iud.l.fi.in fi.⁊ ſil̃ cedit vterque tp̃s quadrimeſtre vt ibi patet ad ideȝ facit.ŝ.mã.l.ſi ve ro nõ remunerãdi.j̃.maurus ⁊ ẽ ſpãle.q2 fingitur fide iuſſor iſte ↄdemnatuſ.vna cũ principali.ẜm guil.δ ſuza. ſil̃e in patre vt notat̃ in.l.ſi filio.j.ſo.ma.de nox.⁊ ſi qſ ↄdemnatus.ſed nũquid iſte fideiuſſor ad ſñiam ẽ citan dus cũ legit̃.ex ea ar.quod ſic.j̃.δ ↄfeſſ.l.certũ.§. ſi qs abſ̃nte nõ credo.q2 iudicium nõ agitur cũ eo ſil̃e nõ.j̃.δ bo.poſ.l.iij.§ pe.ꝑſone eiȝ que agitur al̃ attingit̃ ex trãſ uerſo.i.indirecte.⁊ ꝑ obliquũ generatur ꝑ̃iudiciũ ex ſo la cauſa.i.ſine citatione ut.l.ſepe δ re iudi.niſi poſtq̃ ſe cõſtituit aduerſariũ ↄparendo ⁊ ↄ̃dicendo.q2 tũc nõ ua let.quod fit eo nõ citato ut.j̃.de app.l.ſi ꝓluſorio quod nõ.nec dicto euȝ ligari. obligari.ſed officio iudicis fit in eũ executio ſñie propter ſuaȝ promiſſioneȝ.q2 aſtrixit ſe.ad hoc. Nõ autẽ debet peti executio ſtipulationis.ut hic.ſed executio ſñie propter ſtipulatõnem.i.debet peti executio iudicij nõ ↄ̃ctus.⁊ facit.ff.δ in ius uoc.l.euȝ ꝓ quo.⁊ uide ꝑ guil.in.l.ij.ff.qui ſatiſda.cog.nõ.in v̂ſi.ni ſi.quod cauſa ſeu uiciuȝ ampliat dictũ.⁊ ratio pro dicto principali dȝ haberi. Bal.

**Item pomponius** Antecedẽs quδ ſtat cum deſtru ctione ↄſequentis nõ infert cõſequens ſic ut.j̃.de ꝓba. .l.neque. Bal.

**Item cum** Secundũ iuramẽtum cõtrariuȝ primo uel abnegatiuũ eiuſ tollit primũ.⁊ licet δ neceſſitate una ps ſit ꝑiura.tamẽ q2 nõ ↄſtat ꝙ deierauerit neuter uidetur deieraſſe .nõ.cõſta re quid.ſed nõ quis.⁊ facit pro teſtibus cõtrarijs. ſ. qñ ſunt in pari nũero.quod neutra pars poſſit puniri δ fal ſo. Item facit pro ſindicis.qui ſciunt quid.ſed nõ qs nam iuſta ignorãtia eos excuſat.puta ratõne noctis vl̃ multitudinis hominũ.vt.ŝ.ꝙ me.cau.l.ſi cuȝ exceptiõe §.in hac.⁊ inquiſ tio priuata facta bona fide ꝑ ſindicuȝ domi.vel i villa excuſſat euȝ facit.quod notat̃.C. δ his quib.vt indi.ȝ.l.ſi ea.⁊.l.ſi ideo.⁊ iſtud faciunt quottidie fieri aduocati.vbi factuȝ inueniri nõ poſſũt. Iteȝ nõ hic argumẽtuȝ quod lȝ mulier iurauerit nõ alienare tñ ſi poſtea alienat cuȝ iuramẽto valet.q2 vltimũ iuramẽ tum ẽ ſeruãdum. Ego dico ꝙ aut primũ iuramẽtum fuit nudũ.q2 mulier iurauit ſibi ipi ⁊ tũc ẜȝ valet ar.C. de ↄdic.ob tur.ca.l.ſi repetẽdi.⁊.ff.δ le.i.l.filiuſ.§.diui. Aut nõ fuit nudum.ſed ꝑ̃ſtitum ei cui cedebant iura ſi alienare tẽtaret.⁊ tunc valet ꝑ̃muȝ.q2 iuri alterius per ẜm nõ potuit derogari ar.in.l.fi.ŝ.δ pac. ⁊ vide qδ nõ tur in ſpe.de emp.⁊ vẽdi.§.tertio loco.v̂ſi. ⁊ nõ. gnãle cõſiliuȝ.⁊ in.c.licet de iure-urã.i nouella. Bal.

**Eum qui.** Iuramentum ſuper damno dato.nõ meret̃ executionem niſi in ſimplum.etiã ↄtra negantẽ.⁊ hoc tribꝰ rõnibus ꝑ̃ma q2 ſufficit actori qδ ẽ releuatus ab onere ꝓbandi. ẜa q2 ſi hoc diſplicet actori ꝓbet ꝑ teſtes. ter tia q2 cã iuramenti ẽ alia a ꝑ̃ncipali. Nõ.ꝙ iuramẽ tum ẽ magna releuatio ab onere ꝓbandi q̃ꝑ ꝓbatio.

Nõ.ꝙ releuatus ab onere ꝓbandi tamẽ adhuc põt ꝓbare ꝑ alias ſpẽs ꝓbationis. Nõ.ꝙ ad vnam ſpeci em ⁊ viam probationis .nõ videt̃ quis ſe aſtrinxiſſe. Nõ quod executio iuramẽti.nõ eſt oĩo eadẽ cuȝ princi pali cauſa.⁊ ideo ẽ cã ſimplex nõ penaliſ.facit quod no tatur.ff.ſi cer.pe.l.certi ↄdictio.in prin. Addo quartam rõem.q2 ille qui negauit defferẽdo iuramẽtum videtur corrigẽ dictuȝ ſuuȝ.⁊ tacite ↄfiteri illud.quod iurabitur ⁊ ideo ſibi parcit̃. Si tamẽ actor velit inniti iuram̃ to.nõ eniȝ cogitur.q2 pro ſe introductuȝ eſt ⁊ poteſt vti ⁊ nõ vti pro vt vult qδ eſt nõ. Iteȝ nõ.quod qui in vno releuatur i alio grauatur qδ ẽ notabile. Quero qũo fõ matur prima ratio lr̃e rñdeo ſic i.l.acquilia.ideo negãs punitur i duplum.q2 grauat actoreȝ ab onere probãdi ergo ſi nõ grauat.ſed defert ei iuramẽtum nõ punitur i dupluȝ.q2 ceſſat rõ pene imponẽde ẜȝ bar. Ex hoc ſequit̃ ꝙ ſi reus nõ negat factuȝ.ſed excuſat ſe. q2 dicit ſe feciſſe ad ſui deffenſioneȝ.q2 ꝑ hoc nõ grauat actorẽ ſed ſe ipm̃ i onere probãdi ꝙ nõ incidit i penaȝ duplaȝ ẜm bar. Et hoc videtur idem dicendum in cõſecutõne cõmodi.nam ſi ſtatutuȝ dicit quod confitenti malleficiũ remittit̃ tertia ps pene.⁊ accuſatuſ fateat̃ fcm̃.ſȝ dic ſe feciſſe ad ſuam defenſſionem .⁊ poſtea hoc nõ probat qδ nõ debeat ſequi ↄmoduȝ ſtatuti q2 releuauit ⁊ acto rem ⁊ rem pub. ab onere ꝓbandi q2 ſibi incumbit ꝓba re defenſionem vt.l.ſi ex plagijs.§.tribus.⁊.l.ſciam.§. cũ ſacram.ŝ.ad.l.acquil.ꝑ̃terea . poſito qδ ſimpl̃r eſſet ↄfeſſus a ꝑ̃ncipio .tam̃ poſtea poſſet probare ꝙ licite fe cerit ad ſuam defenſſionẽ ſicut dicit decretal̃.de illo q ↄfeſſus fuit ſe dilapidaſſe . nã poteſt poſtea ſe defendẽ ⁊ ꝓbar̃ cãm quare dilapidauit.vt ex̃ de accuſ.c.cũ delic ti.vbi tamẽ hoc alleget ⁊ probet nõ ꝑ̃ſumitur hẽre de fenſionem ille qui cõfitet̃ vt nõ.in.l.i .de furt.bal. Ar. tamẽ cõtra.q2 iſte nõ ↄfitetur maleficiuȝ.vnde nec ↄfeſ ſio infamat eum. Iteȝ nõ ↄuincitur ex tota ſua ↄfeſ ſione.ſed ↄuincitur a lege iuris ꝑ̃ſumptione vt. C.de i iur.l.ſi nõ ↄuicij.⁊ ideȝ dico ſi a principio confiteatur ⁊ poſtea introducit deffenſionem vt videatur receſiſſe a beneficio legis ⁊ ↄfeſſionis ar.in.l.ij.C.δ iure dot.i pe. ⁊ hoc tenet bar. Quero quid ſi reus nõ negat dãnũ ſed extimatõem dãni.an puniatur i dupluȝ ⁊ dicit bar. ꝙ nõ.q2 totum maleficium ↄfitetur. nam extimatio rei nõ eſt maleficiuȝ.ſed aliud ſepatum vt.ff.ad.l. alquil.l. inde neracꝰ.§.fi.cum.l.ſequẽti. Quid autẽ ſi eſt tal̃ qualitas negata cuius probatio incũbat agenti ⁊ ꝑimit ↄdemnatõem.ſi nõ probatur.⁊ dicit bar.ꝙ nihil videt̃ ↄfeſſatum nec euictat penã mẽdacij niſi eã qualitatem ignoret nec ↄſequitur bñficiuȝ ↄfeſſionis.q2 ſicut nõ di citur ſolutuȝ quãdo qualitas ſubſtãtialis defficit ita nõ dicit̃ ↄfeſſatum. Quãdo defficit talis qualitas vt. ff.de dol.l.elegãter.§.i. Sed nũquid ille qui primo negauit poſtea ↄfitendo euadit penã.hic eſt argumẽtum qδ ſic vt notat̃ inſti.de actio.§.Itẽ mixta.nõ tamen videtur ꝙ cõſequat̃ ꝑ̃mium decreſcẽtis obligationis.q2 idignꝰ vr̃ ꝑꝑ mendacium ar.ex̃ vt eccle.bene.c.i.⁊.ff.de le.iij. .l.fideicõmiſſa.§.ſi quis decem.⁊.ff.de v̂.ſig.l.bones.§ hoc ẜmone.nam δ prima reſpõſione dȝ intelligi ⁊ poſi

to quod prodeſſet iudex pōt dicere nolo admittere poſteriorem ꝯfeſſionem. Sed volo probare p teſtes.vt h in vſi.cū omiſſa.ſm bar. Ego autē credo ꝙ in ſuum odiū poſſit ꝯfiteri nō ad premiū.vt dixi .ſ.ſi cer.pe.l.q dam extimauerūt. Quero quō formatur ratio ſcda rūdeo duobus modis. nam anteꝗ̄ iuretur pōt dicere actor nolo iurare ne pdaz ius meuz.in pena dupli. ⁊ ſic nota ꝙ iuſta cā nō iurandi eſt.qꝛ p hoc effectus ꝯdēnationis minuitur ſm bar. Item poſtꝗ̄ ē iuratum nō pōt actor cōqueri.qꝛ pōt nō inherere iuramēto. Sz alijſ probationibus ⁊ nō eſt probatō ſupflua qꝛ ex ea augetᷣ effectus.⁊ vide quod notatᷣ in.l.i.C.ď ꝯdic.ob tur.cau.

Et nota ex hoc arg. quod licet reus ſit plene conuictus.tamē pōt torqueri.vt cōfiteatur ⁊ ſic nō appellet. Item ſi pōt quis torqueri ex indicijs.ergo ex plena probatione.vt.ff.ď edil.edic.l.quero in fi. Sed ꝯtrīuz dicunt doc.qꝛ tortura nō fit niſi propter inopiā probationuz vt.j.de proba.l.cum probatio.⁊ ď hoc p cy.C.quo.appellatio.l.ij.aſſeſſores faciunt ꝯfiteri ne appellet. ⁊ bene faciunt ex quo p maliciaz appellari poſſet.nā malitijs hominū eſt obuiandū vt.ſ.de rei vendi.l.i fundo cuz ſy. Sed nūquid ſemiplene cōuictus ⁊ poſtea tortus.⁊ ꝯfeſſuſ.pūitᷣ pēa negātiꝫ.dic Bar.qď nō.qꝛ ſua cōfeſſio releuat actorē ab onere probandi.ſm bar. euitat ergo penaz tamē ex hoc nō meretur p̄miuz ar.j.ad tertul.l.ij.§.ſi iuramētuz. Quero quō formatᷣ tertia rō. reſpōdeo ideo nō duplatur iuramētum.qꝛ hꝫ p ſe nām ſimplicē nō penalez.⁊ eſt alia cā noua.nō autē eſt cauſa maleficij nec accumulatᷣ.prime cauſe acceſſorie.ſꝫ ſtat p ſe. Ultio nō.qď iuramētum nō eſt ſpēs ꝓbationis vere.ſed p̄ſumptiue probationis ſic. ⁊ qn̄ iudicatur ex p̄ſumptionibus ſemp iudex debet minorare ꝯdēnationem quātum pōt ſm Inno.⁊ facit iſte tex.Ex hoc noto qď licꝫ ſtatutū iudex repellat veras ꝓbationes.tamē nō repellit iuramētum ar.C.ď nō nu.pe.l.in ꝯtctibus.§.ď illo. Sō.vbi repellit ius ⁊ probationes loquitᷣ ibi.ſed vbi ꝓbationez tantū. tunc quod dixi mō. ⁊ facit.C.de adop.pu.l.quicūqꝫ li.x.⁊ quod notatᷣ.ff.ď interro.actio.l.vbicunqꝫ.Bal.

**Si iurauero.** Iuramētum nō obligat ad ipoſſibile.⁊ duos habet caſus.nam i primo deficit res.⁊ obligatō.⁊ nō valet iuramentum. In ſo deficit res nō obligatio. ⁊ tūc valet iuramētum facit.j.de ꝯfeſſ.l.iulianus cū ſy.

**Si mulier.** Iuramētum tollit exceptionez incōpaſſibilez ſibi. nō autē ꝯpaſſibilē.⁊ facit.ff.ď leg.ij.l.meuio.§.a me.⁊.j.de ꝯdic.ſine cau.l.ſi fullo.⁊ habetᷣ duos caſus.nā in primo fiebat relatio de pn̄ti. In ſo de p̄terito.qď p̄teritum de pn̄ti.nō inferebat neceſſariā coactōem.⁊ nō.ſiſe de ſentētia.quod pōt fieri p v̄ba p̄teriti tpis ⁊ pn̄tis.vt nō.ď cōdi.inde.l.iulianus.in prima glo. In ꝯfeſſione aūt dic vt nō.j.ď ꝯfeſſ.l.certuz.§.ſi quiſ abn̄tē.⁊ vide qď notatᷣ j.de acqui.poſ.l.i.§.veteres.

**In popularibus.** Iuramētuz in actōne populari.ab agēte delatum omnibus obſtat.niſi interuenerit dolus vel colluſio delatorᷣ.h.d. Nō id bene fieri vr̄ quod ſit recta itentione ēt modicuſ deffectus.non viciat id quď bona fide fcm̄ eſt.vt.j.de ꝯd.⁊ demō.l.ꝗ̄uis que lex eſt argumētum qď licet gabella.pp difficultatez calculi nō ſit bene ſoluta.tamē pp modicuz defectuz nō dꝫ viciari ⁊ poſſit ibi ſuppleri arg.ibi .⁊.ſ.de in integꝝ.reſtitutiꝫ.l.ſcio. Nota tamē ꝙ benefieri qn̄qꝫ refertur ad pſonam.⁊ tūc accipitur.i.legaliter ⁊ bona fide ut hic.quādoqꝫ ad actum.⁊ tūc dicitur iuridice.i.legitime.vt.j.de vſur.l.ſi bene.qn̄qꝫ ad rez ⁊ tunc dicitur bene. i.vtiliter vt.ff.de nego.geſt.l.que vtiliter.nam aduerbia huiuſcemodi qualitatē ſignificant.vt notatᷣ.ff.ď neg.geſt.l.pōponius.§.i. Nota ſecūdo qď vnus oībus p̄iudicat in eo iure quod bona fide exercitauit.naz actus exercitatus bona fiď ab vno videtur a tota re publica exercitatiꝫ qď eſt nō. Et ſic in publicis cauſis nocet ſnīa etiam in his qui nō interfuerunt i iudicio quod eſt veruz in eo ad qď dirrecte agebatᷣ.vt nō.in ſpe.de aduo.§.fi.vſi.illud aūt vbi videas. ad quid agatᷣ ⁊ quid in iudicio ventiletur.ſemp ponderādum ē vt.j.de ꝯdic. indeb.l.fi.§.vltimo.

Et pone hic exēplum.vt qꝛ pp inopiaz alᷓ nimiam difficultatez probationis detulit iuramētuz ar.j.e.l.tutor.⁊.C.de tranſa.l.plures.facit quod nō.j.de ſ. tab.l.qui ex liberis.in prin.⁊ intellige iſtū tex.gnāl'r.ſiue actō pouplaris ſit talis ex qua ſoli agenti acquiratᷣ cōmodū vt eꝫ de v̄bo.ſign.l.ſi cui ſiue ex qua fiſco tantū.vt.l.fi.C.de litigio.⁊ notatur.ff.de popu.actio.i rubrica ⁊.l.i.de iure fiſ.ſiue iter vtrūqꝫ diuidatᷣ effectuſ.vt.j.ad ſille.l.lege.⁊ notatᷣ de his qui deic.vl' effu.l.ſi vero nō renūciando.§.hoc autem. Sed nūquid ille qui mouet actōnem popularez dicatur procurator rei publice dic quď nō.qꝛ nō poſſet deferre iuramētum.vt.C.e.l.iuſiurādū §.fi. Itez qꝛ ſuo noīe agit vt.ſ.de procura.l.licet ⁊ licet lex admittat euz ad agēdum.tn̄ lex nō facit aliquē procuratorez.vt.ff.iudi.ſol.l.iij.§.i. Itez in accuſatōibuſ qꝛ licet ad vtilitatez publicam agatᷣ.vt.ff.ď termi.mo.l.agraria.tn̄ ſuo ꝓprio nomīe quilibet agit.vt.C.q acc.nō poſ.l.ij. Et nō.qď vbi crimen purgatur vel punitᷣ ciuiliter.puta edicto p̄toris.eo ipō actio ē popularis.ꝙ factuz nō ꝯcernit certaz perſonam.vel pena venit fiſco applicāda.vt nō.j.de popu.actio.i rubrica.ſed i crimiali iudicio ſi fcm̄ neminē ſpāl'r tāgit.vt maledicē deū qlibꝫ pōt accuſare nō mirꝝ.qꝛ etiam ſacrilegium eſt vt.C.de heretiꝫ.l.manicheos.Si vero tangit ſpēalem pſonam. tūc ſi imponitᷣ pena criminalᷓ.ē pecuniariū crimē priuatum.ſi pecuniaria fiſco applicanda.intelligitᷣ publicum quo ad accuſationē cuilibet pmittendū.vt nō.i.d.Rica licet ꝯtrīum nō.in.l.fi.de priua.delic. nō tamē dr̄ publicum quo ad infamiam.puta ſi accuſatio pecuniaria oriatᷣ ex ſtatuto ſꝫ Bar. Sed tu dic ꝙ accāt io nūquam ꝯpetit niſi offenſo.qꝛ ius ꝓpriuz ē eius vt.l.iij.in fi.de p̄uari.niſi in caſibus exp̄ſſis.quod ē verius i.l.vel ſtatuto ſm Ia.⁊ Old.ibidem quod ē verius ⁊ idez tenet ray.de for.in.d.l.fi.de p̄ua.delic.naz accuſationeſ crīales ſunt multū odioſe.⁊ ideo ď p̄uatis crībus.ēt ad penaz fiſcalem nō fuerit accuſatus niſi p offenſaz.ymo dicūt quidaz qď de talibus iudex nō poteſt inquirere.licet ſint notoria.ſed hoc nō eſt verꝝ.vt.j.de fur.l.iterduz §.qui furez.⁊.j.de ꝯdic.ob cau.l.pe.naz iudex ē publica pſona ⁊ repn̄tat principal'r ipūm fiſcuz.⁊ ideo ius fiſci pōt exeq.ſecus i pſonis p̄uatis.⁊ vnuz ſciaſ tāquā nobile.ꝙ de populo dicuntᷣ omnes tā magnates ꝗ̄ populares.vnde ď publico crīe bene pōt magnas.tanꝗ̄ qlibet de pplo accuſare popularē vt inſti.de iure nat.§.plebs. Sed qd ſi ſtatutuz.ſup publico crīe introducit nouum genus pene.an ď nouaz penaz ſtatuti poterit accuſare quilibet ď populo.⁊ videtᷣ ꝙ ſic.qꝛ eſſe publicuz eſt qualitas factuz reſpiciens ad ſtatutuz vr̄ aſſumere illud factum integral'r.i.cuz ſua qualitate.nec nouū quid diſponit niſi ſuper nouo genere pene. adhuc ergo remanet publicum crimē.⁊ facit quod nō.Ia.bu.in.§.publice ⁊c

cy.in.l.tranſiger.ſ.de trāſac. Sed ꝯtrium credo.qꝛ
via ſtatuti ē iuris priuati nō publici.ſil'e nō.l.ij.j.de con
cuſſio. Modo veniamus ad q̄ſtiones glo. tu tene
bas appēſum.egi cōtra te populari actione.nō cōfidēs
hoc poſſe probare detuli tibi iuramētū tu iuraſti.te non
habere appēſum.⁊ fuiſti abſolutus deinde alius agit ꝯ
te.qꝛ tenes appēſum.tu dicis.te nō poſſe cōueniri.qꝛ iu
raſti.agens probauit.te appēſum tenere.⁊ queritʳ quid
iuris.Glo.arguit pro ⁊ ꝯtra.⁊ finaliter determiat ꝙ n̄
teneris.qꝛ p̄ſumitur eadeʒ appēſio ꝯtinuata.nō autem
p̄ſumitur iteratō.ſ.eo.qui iur.§.ſi pʳ vt.ff.de excep.rei
iudi.l.ſi a te.⁊.ff.ꝺ fur.l.ſi inficiatus.§.infans ⁊ inducit
ſil'e ꝺ poſſeſſione cōtinuata.qꝛ eſt vna poſſeſſio.⁊ totuʒ
ē vnuʒ fcm̄ donec iterrūpatur.vt.ff.ꝺ vſucapio.l.nāliter
⁊ facit.ff.ꝺ acqui.poſſ.l.clam poſſidere.§.i.⁊.§.qui ad
nūdinas.nō eniʒ iteratur donec iterrūpatʳ.al' itermiſſū
ſit vel noua pſona iteruen iat.vt i furto noua pſona vt
nō.j.de ꝯdic.fur.l.ſed nec legatariꝰ ibi de h ⁊.l.ſi ꝓ fu
re.§.p. non obſtat j.ꝺ libe.ho.exhi.l.quod ait lex.qꝛ ali
ud eſt in ſnia.ꝙ in iuramēto quod hʒ in ſe cōſenſuʒ vtri
uſqʒ partis ac rei publice iurſ fictōe.ſnia auteʒ redditur
i inuitū vt.ff.de v̄bo.obli.l.inter ſtipulanteʒ.§.i.tamē ſi
ſnia hʒ ortuʒ ex iuramēto tūc videtur lata inter cōſenti
entes ⁊ ideʒ ꝙ i iuramēto ⁊ tūc eſt cenſendū.ſed certe
iſta dn̄ia nō videtur bona p dictā.l.ſi a te.⁊ ideo dic ſpā
le eſſe in.l.cōtraria.qꝛ viciuʒ ibi purgari nō poteſt niſi
liber hō.ponatur in ſtatu.⁊ hec ſo.eſt verior.ſed bar.di
cit quod ymo cōpetat actio ex preſenti appenſione.quia
quotidie delinquitʳ ar.l..in fi.de vſufruc.ac. ſm eum ꝓ
quo facit quod nō.ad.l.acqui.l.ex morte p glo.⁊ cy.ſed
hoc falſuʒ eſt.qꝛ vna actio nūero ſit ꝓ omni appēſione
ex vna radice.⁊ obuiatuʒ ſit ad radiceʒ propter iuram̄
tum vel ſniam dnuo agi nō poteſt.qꝛ ſopituʒ eſt.⁊ licet
quotidie delinquatur tamē.vnū delictuʒ ē ꝯtinuatuʒ.qꝺ
denuo intentari ⁊ ratificari nō poteſt.nō qꝛ ſnia tollat
factum.ſed vellat ip̄m vt introduci.denuo.al' ꝺ nouo i
iudiciuʒ nō poſſit.ecce ſil'e dicit ſtatutuʒ quod quiſ non
poſſit tenē domuʒ aliam vltra centuʒ pedes.de hoc fu
it ſemel actuʒ ⁊ reus abſolutus.certe nō poterit iterato
agi.al' ſnia eēt inanis ⁊ vacua nō eſſet lituʒ finis.tn̄ no
tanduʒ ē quod aut probatur p actoreʒ appenſio ꝺ p̄teri
to.⁊ p̄nti ⁊ tūc probat actor p ſe rē ra .hr̄i.l.procurator
ad exhi.aut probat ꝺ p̄nti ⁊ p̄terito.⁊ tūc nō p̄ſumitur
in p̄nti.vt in glo.aut probat ſe ꝺ p̄terito.nō fuiſſe.⁊ tūc
probat actor.aut nihil ē allegatū ⁊ probatum ⁊ tūc p̄ſu
mitur pro reo.⁊ ſnia abſolutoria vt nō.in.l.qui iurʳ.§.ſi
forte al'.§.ſi pater.vel forte ex p̄terito ⁊ hic nō p̄ſumi
tur in p̄nti.qꝛ negatio de p̄terito nō infert negationem
de p̄nti.qꝛ eſt negatiua facti.⁊ factū poteſt quotidie ori
ri.nō obſtat.§.ſi pater.qꝛ ibi actio cōſtabat ex cauſa de
p̄terito ibi ex veteri ꝯtractu.de quo conſtat peculiuʒ āt
magis eſt res ꝙ cauſa vt.j.de pecul.l.queſitū aut appē
ſio ē prima cauſa ⁊ tociꝰ litis origo. Ibi vō ſalteʒ pria
cauſa ē de p̄terito.hic autē cā ⁊ ius de futuro ⁊ facit.qꝛ
exceptio neceſſario ſup re ⁊ tēpore ꝯcludere debʒ vt.ſ.
e.l.duobus.§.ſi quis.facit totuʒ illud generale quando
certuʒ tp̄s debet apparere ad aliquē effectum producē
dū debet liq̄de ⁊ ſpecificate probari tp̄s de neg.ge.l.cū
actuʒ de ꝓba.l.matreʒ.vt.ff.de teſtib.l.ob carmē.§.fi.⁊
C.de peti.here.l.ij.⁊ p Inno.in.c.qualiter de accuſa.
Queritʳ quid in p̄ſcriptōne.an attendatʳ facti iniciū.aut
mediū vel finis.dicit lex ꝙ fur p̄ſcribit ꝯtra actionem
legali ſpacio de p̄ſcrip.xxx.anno.l.ſicut ⁊.l.omnes.vel
dicit ſtatutuʒ quod de maleficio nō poſſit cognoſci poſt
annū.mō ſunt duo anni quod ticius furto abſtulit rem
meaʒ.⁊ poſtea quotidie ꝯtrauit vſqʒ nūc volo eum accu
ſare.queritur vtrū poſſim ⁊ videtur ꝙ nō.qꝛ principiuʒ
dʒ inſpici vt.ff.ad.l.acqui.l.ita vulneratus ⁊.ff.de adul.
.l.quod ait lex.§.fi. In ꝯtrium videtur qꝛ mala fides
officit.⁊ p̄ſcriptioneʒ etiaʒ liberatoriā quotidie interrū
pit vt.j.de ꝯdic.fur.l.in re furtiua.§.pe.⁊ de hoc.ff. de
pe.l.ſi diutino.qn̄ ſunt plures actus iterati tunc reſpice
ex quo agitur vt.ff.de adul.§.ſex menſiū. Sed qn̄
ē vnus actus ꝯtinuatus ne faueamus delicto videtur i
ſpici tp̄s quod nocet.⁊ nō tp̄s quod prodeſt.nō eniʒ eſt
parcenduʒ ei qui nō corrigit ſe.ſed pſeuerat delinquen
do.vt.ff.de adul.l.ſi adulter. Ego dico quod q̄dam
poſſunt acquirere robur ex tpe.ne ius tenēdi edes altiꝰ
⁊ tūc ſi ſemel ē queſita exceptō nō poteſt agi.qꝛ ex p̄ſcri
ptōe oritur ius.ſ.vt in aūt.niſi.C.de bo.ma.⁊.l.traditō
nibus.C.de pac. Quedā ſunt tractu tpis foueri non
poſſunt.⁊ tūc pſeuerantia delicti pſeuerantiſ iterpellat
vt.ff.de vſuc.l.ſequitur.§.tunc in ptāte. Quedam ſunt
que nā ſui recipiūt iterationem vt.C.qui accu.nō poſ.l.
.i.⁊ nota .Vnuʒ ſcias qꝺ vbi fcm̄ ignoratur tp̄s accuſā
di vel inquirēdi nō currit.vt.l.fi.ſi quis teſta.liber. eſſe
iuſ. fuerit.ſm bar.hic.Ego puto quo ad fauorem delin
quētis ſufficiat tēpora eſſe cōtinua in dubio. ſed quo ad
penā nō inquirētis vel nō denūciantis ſint vtilia vt.l.q̄
ro de infa.per Ja.querit glo .Quid de pacto quādo ca
dit ſup certo.an valeat in publicū iudicium.⁊ dicit glo.
quod nō tamē repellit paciſcentē. ⁊ quēlibet adminicu
lo.⁊ facto eius vtentē.vt.ff.de adul.l.ſi maritus.§.ſi ne
gociuʒ ⁊ hoc in delicto ꝯmiſſionis.ſed in delicto obmiſ
ſionis qn̄ cōtra ius cōmune.punitur offenſus plenarie
pōt remittere pcendo vl' innocentiā excuſando vt.l.di
uus.ff.ad ſille.facit.j.de ino.ſi quis dicat. Bal.

**Si libertus.** Querit gl.ſi ille cui ē aſſigna
tus libertus.detulit iuramen
tum ⁊ poſtea decedit ſine liberis ⁊ redit ius patronatꝰ
ad frēm.an obſtet fratri exceptio.⁊ dicit quod nō ⁊ idē
dico in feudo antiquo vni aſſignato quod reddit ad al
teruʒ ex natura feudi.vt nō obſtet ſibi pactum feudi.qa
nō habet ab eo cām nec ex ſuo facto ius deſcendit i eū
ſed ex ipſius rei natura.ar.de teſta.tutel.l.tutoreſ nō ab
herede.vt.ff.de p̄c.l.queſituʒ.§.fi.⁊.j.de diû .p̄ſcriptō.
.l.an vicium.§.ex facto.nō tamen ſic dico in duobus p̄
latis.qꝛ ſecūdus ſuccedit in adminiſtratōne primi.ergo
ſibi ſuccedit in ip̄a geſtione.ſi bona fide factum eſt ⁊ le
gitie.vt.C.de tranſ.l.p̄ſes al' nō tenetur ſucceſſor vt.ſ.
ſi cer.pe.l.ciuitas.Iteʒ ecōtra nō.quod feuduʒ qꝺ amit
titur ex natura feudi.nō dicitur euinci.ſʒ pariter.vt nō.
ſ.fa.her.l.ſi familie.

**Admonendi.** Retractatur iuramen
tum inopia probatiōis
reo.ꝓpria auctoritate iudicis delatuʒ ⁊ p̄ſtituʒ
ſi poſtea liquidis inſtr̄is ꝺ nouo reptis appareat ꝯtriuʒ
ſecus ſi iuramētum eſt a pte delatuʒ hoc dicit.Et q̄daʒ
intelligunt hāc legeʒ quod fuit iuratū ⁊ nō ſniatuʒ alij
ꝙ iuratuʒ ⁊ ſententiatū. Caſus petebaʒ.a ticio.x.ex
cauſa mutui lite cōteſtata ⁊ dato mihi termino ad pro
bādum probaui mutuū ſemiplene p vnum teſtem .petij
iuramētum in defectū probationis econtra reus ſimili
ter petijt propter inopiam probationis mee deferri ſa
cramētum ſibi iudex cauſe detulit ſibi iuramētum.qꝛ i
iſta petitione delationis iuramēti fauit reo ⁊ detulit ſi
bi iuramētum qui iurauit ſe nō debere.quod iuramētuʒ
ſecutuſ iudex abſoluit eū.a qua ſnia.ergo nō appellaui

elapſo tēpore appellādi.ego repi inſtrumētuȝ mutui .mo
do quero an ſnīa debeat retractari ꝑ iſtam ꝓbationeȝ
ō nouo ſupueniētem.rñdetur quod ſic ex ꝯſtitutionibus
principuȝ inſtat querens.quādo hñt locuȝ iſte ꝯſtitutiōeſ
rñdetur quādo iudex in dubia cā detulit iuramentum ⁊
ō nouo apparuit probatio qua ſola vtendū eſt.    Sȝ
inſtat querens quid ſi iuramētum fuit delatum.a pte ⁊
rñdetur ꝙ nō retractat᷑.qꝛ vr̄ tranſactū ⁊c̄.    Nō. ꝙ
iuramētum retractatur.ratione piurij.ſi de nouo appet
ꝓlatam ꝓbata.puta ꝑ inſtrr̄a de nouo reperta. nō.ideȝ
in ſnīa inde ſecuta ⁊ fundata ſup iuramēto retractabili
ſecus ſi ꝑ irretētabili. Nō.pp inopiaȝ probatiōis acto
ris iuramētum defferri reo.⁊ hoc iterduȝ veꝝ eſt.inter
duȝ nō. Nō quod iudices in dubio ſolent cāis iuramē
tum defferre.nō quod iuramētum iudiciale hēt viȝ trā
ſactionis.⁊ ideo etiam enormiter leſus patienter ferre
dȝ.vt.ff.ad trebel.l.lucius.§.fi.    Op.⁊ videtur quod
ſine auxilio huius.l.ex nouis inſtr̄is poſſit retractari iu
ramentū.⁊ ſnīa nec diſtinguatur an ſnīa ſit lata ꝑtextu
piurij nec ne.qꝛ poſſunt ptes recedere a ſnīa ſi volūt.ut
ĩ.de re iudi.l.iij.§.ſi ex ꝯuentione ⁊ nō.ĩ.de ꝯdi.inde.
.l.ellegāter.§.ſi poſt.lȝ eniȝ nō valeat ſimplex renūcia
tio rei iudicate vt nō.C.de tranſac.l.ſi diuerſa.tamē pa
ctum valet.⁊ ex noua cā poteſt ſnīa retractari ut nō.C.
de iuris ⁊ fac.igno.l.i.⁊ facit.ĩ.ō ꝯdi.ſine cau.l.ſi fullo.
Facto eni ſuo is pro quo lata eſt ab ea recedere poteſt
facit quod nō.ſ.ō excep.rei iudi.l.duobus ⁊ ar.ĩ. de cō
di.furti.l.⁊ ideo.So.pp noua inſtr̄a dicit glo. quod itel
ligo nō nouiter facta.ſed de nouo repta.dic ergo quod
aliqñ poſt ſniam ſupuenit ius ⁊ probatio ⁊ ſic loquit᷑ cō
trariū.interduȝ ſola probatio nō ius.⁊ tūc loquitur hic.

Op.ſo cōtra primū notabile.de ſnīa ⁊ uidet᷑ quō
ꝑ nouaȝ probationeȝ inſtrumētoꝝ de nouo reptoꝝ nō
poſſit fieri retractatio iuramēti.ut.C.de trāſac.l.ſub ꝑ
textu.So.ibi in trāſactione hic in iuramēto.⁊ eſt ratio
qꝛ tranſactio ſubſtātiatur a ptium ꝯſenſu.ſed nō iuram̄
tum neceſſarium.probat᷑ iſta ſolutio in fi.huius.l.Op.
tertio ꝯ ſm nō.de ſnīa ⁊ videtur ꝙ nō retractatur ꝑtex
tu inſtr̄oꝝ de nouo reptorū.vnde videtur obſtare.ĩ.ō re
iudi.l.īperatores.⁊.C.ō re iudi.l.ſub ſpecie.So. hic iu
dex pronūciauit fundādo ſe ſup falſo iuramēto ptis ibi.
ſup alio fundabat ſe ſnīa.naȝ licȝ iudex errauerit ut pȝ
per inſtr̄a de nouo repta nō tamē reſcinditur res iudi
cata.    In ꝯrīū erat ergo unū uicium.ſ. in ſnīa tantū
hic auteȝ erant duo uicia.ſ.in ſnīa ⁊ iuramēto. ⁊ duo ui
cia magis obſunt ꝙ̄ unuȝ.multi eniȝ effects ſunt itolle
rabiles ut.l.i.C.ō dot.promiſſo. ar.C.de epiſ.audi.l.iij.
Alij ſoluūt ꝙ hic nō erat lata ſnīa ſed ferenda.⁊ ſic nō
obſtat . Sed contra iſtam ſolu.op.quod ibi dicit quod
reus erat abſolutuſ.ſed rñdetur ibi abſoluendus.quod
pro abſoluto hēbatur quia erat de neceſſitate abſoluen
dus niſi appuerit contrarium ꝑ inſtr̄a.    Sȝ ꝯ iſtud
Op.nam delato iuramēto uidetur ꝯcluſum in cā ut.ſ.
e.l.nō erit.§.dato.ſed poſt ꝯcluſuȝ in cā nihil pōt agita
ri nec inſtr̄a produci ut ex̄ de fide inſtru.c.cum dilectuſ
⁊ nō.Inno.de cau.poſſe.c.poſtoralis ⁊ nulla exceptio
vel allegatio fieri pōt vt.C.de adul.l.ꝙuis facit qō nō.
.l.iij.§.i.ſ.de mino.ꝑ guil.⁊ quod nō.in.c.fi.de reſti.in i
teg.li.vi.in nouella.So.veruȝ ē niſi ꝑ inſtr̄a de nouo re
perta ut hic quod eſt nō.nam poſt ꝯcluſum in cā pōt re
uocari.ut nō.in.d.c.fi.ſiue iudex ex ſua iuriſdictione con
clu ſit ar.huius.l.ſiue ꝯfeſſus ptium ꝯcluſerit in cā ar.ꝯ
de reſti.in integ.coram felicit.vbi clericus vel ecc eſia
indiget reſtōem ⁊ nō iuuatur ip̄o iure.ſed ibi nō fuit er

ror.vel ignorātia.ſed negligētia.⁊ ei qui ignorat non v
detur ꝑcludi via.ar.ꝯ.ĩ.de requi.re.l. annus ⁊.l.i.§.ex
hoc.ĩ.de edi.edic.l.cum ſex ō excuſa.tuto. quinquagita
Iſta ſolutō vā eſt in ſe.quod ante ſniam.Inſtr̄a poſſūt
produci quod ē notabile ꝙ ille qui ſpōte detulit iuram̄
um omnia inſtr̄a ſpreuiſſe uidetur in fi.huius.l.tamen
in quātum iſta lec.dicit quod hec lex nō loquitur poſt ſē
tentiaȝ al' ſciam male dicit.qꝛ tex.vtitur vbis late ſnīe
facit quod nō.ſ.de capi.dimi.l.amiſſione.§.i.⁊ ideo ter
tij ſoluūt.aut ſnīa ē lata pure.al' pura.⁊ tunc loquitur ꝯ
ria.aut ſub ꝯdictione iuriſiurādi.⁊ tunc anteꝙ̄ iuret᷑ pt
al' obuiari.ne iudex recipiat iuramētum producēdo in
ſtrumēta ꝯria.ō nouo repta vt hic.Et ex hoc.nō.quod
propter ꝯdictionem appoſitaȝ.in ſnīa admittunt᷑ proba
tiones poſt ſniam ſup quo ſic diſtingue.quedaȝ ſūt pro
bationes que recipiūt executionem ſnīe.⁊ iſte poſſunt
fieri poſt ſniam vt.ſ.e.l.ſed ⁊ poſſeſſori.§.fi.⁊ nō.in.l.i.
§.fi.C.que ſentē.ſine cer.quā.⁊ facit.ſ.e.l.cuȝ qui.§.ij.

Quedaȝ reſpiciūt vires ſnīe.⁊ tūc aut ſnīa lata eſt
pura.⁊ nō poteſt poſt ſniam fieri probatio.qꝛ eſſet ordo
ꝑpoſterus .fallit.ĩ.ad mace.l.tam ⁊ ſi.⁊ nō.C.de iur̄.⁊
fac.igno.l.i.aut ē lata ſub ꝯdictione⁊ tūc aut ꝯdictio re
ſpicit actuȝ probatoriū.aut alium.ſi alium nō dȝ admit
ti probatio ex aliqua pte.⁊ male facit iudex tamē ſnīa
valet vt.ĩ.qñ ap.ſit.l.i.§.biduū.⁊ quādoqȝ etiam bene
facit.ſi nā cauſe hoc importat.⁊ tūc dicit᷑ ꝯdictio itrinſe
ca.qꝛ eſt ꝯdictio naturalis vt ſi nō ſorteȝ ſolueris hinc
ad mēſem ꝯdemno te i pena.vt nō.ex̄ ō teſta.c.raynal
dus.⁊ facit quod nō.C.de ſen.cum iudex.⁊ idem i mō
quia modus dr̄ eſſe forma ſnīe vt nō.e.ti.l.cuȝ coruȝ. ſi
vo ꝯdictio ꝯcernit actum probatoriū.⁊ tūc aut ſolius iu
ramēti.⁊ nō poteſt obuiari ꝯdictioni niſi ſm formā hu
ius.l.aut general'r dicit pronūcio.⁊ ꝯdemno ſi probabi
tur.⁊ tūc vterqȝ poteſt probare.vt in.c.nō lȝ actori.⁊.l.
petende.ſ.de tempo.i integ.reſti.pet .ſm bar. lȝ nō vi
deatur valere ſnīa.qꝛ eſt ordo ꝑpoſterus. ⁊ qꝛ lex ſic ꝓ
nūciari prohibet.vt.C.e.l.general'r.in pri.ſȝ dico qō lex
dicit.quod nō debet fieri. nō tamen ānulat factum.vt
dicto.§.biduum.ſed videt᷑ nō valere qꝛ ſine cāe cogniti
one ꝑcedenti lata ē .ergo ip̄o iure nulla. vt nō.i.d. l.ꝓ
latam . ⁊ in.c.eccl.ſancte marie ex̄ de ꝯſti.⁊.ij .q.i.nos i
ꝙ̄ꝙ̄.⁊ facit ar.de iudi.l.ꝙ̄admodum.⁊.ff.de v.ob.l.qui
rome .§.augerius.quādo aūt ꝯdictio ē de natura actus
valet vt.ſ.dixi.vt ꝯdemno te in.x.⁊ niſi ſolueris ampu
tet᷑ tibi pes qñ ex forma ſtatuti.qꝛ corpal' pēa ſuccedāea
eſſet i defectum pecuniarie.Epus etiam ita fert ſniam
excōicationis .excōico omnes ſciētes furtuȝ fcīū eſſe.ni
ſi manifeſtauerint infra mēſeȝ.vt nō. C.de fur.l.ciuile
⁊ facit quod nō.ĩ.de actio.⁊ obliga. l.obligationuȝ.§.ꝯ
dictio.⁊.ĩ.de fideicō.liber.l.iij.§.illud.⁊ quicqd ſit tene
primaȝ ſolutōem.    Quarto op.cōiter ꝯtra vtrūqȝ nō
bile.⁊ videtur quod nec ſnīa nec iuramētum retractet᷑
vt nō.ĩ.de re iudi.l.poſt rē.    So.illud regulare.iſtud
cauſale odio piurantis ſic alibi ē ſpāle fauore minorum
vt.l.minor.xxv.annis cui omiſſa.    Quero vbi ſūt iſte
cōſtitutiones principuȝ.dicit glo.quod eas nō habem⁹
ſed habemus hic mētem.⁊ ſufficit nobis ſit ex̄ de vbo.
ſigni.c.abbate quod eni certū eſt.de ſe nō indiget ōcla
ratione ut.ĩ.de dot.ꝑle.l.i.in fi.⁊ ſepe occurrit in ſtatu
tis quod certum de incerto.⁊ notuȝ de ignoto facit mē
tōeȝ.⁊ ñ uiciat᷑ certū ꝑ icertū exēplū dic reformatō ꝙ̄ ñ
ſoluentes collectam ſoluere ſeu nō ſoluētes i ꝑmo ter
mino ſoluant nomine pene quartū plus ſm formā ſta
tuti.nam ſi de hoc nullum ſtatutum loquitur. tū refor

ꝯmatio nõ viciatur ẜm bar. Secũdo quero an iſta re
tractatio ſiue fiat ipo iure. ex ɔſtitutõibus principũ. an
ope reſtitutionis in integ. ⁊ vr̃ ꝙ ipo iure ex ɔſtitutiõi
bus principuꝫ ar. ĩ. de ɔdic. inſti. l. que ſub ɔdictione. §.
fi. ⁊ quod nõ. ĩ. de ope. noui. nun. l. de pupillo. §. ſi is cui.
Item periurus obrepſit pretori. ergo ipẽs iur̃. nihil
agit vt. ĩ. de fal. l. ſi quiſ obrepſerit. ad idem de tutor̃. ⁊
curat. l. tutor ſi petiꝫ. ⁊ đ excu. tuto. l. ſi teſtõ. ⁊. ẽ. ne vis
fiat ei. l. i. §. hec v̂ba. In ɔ̃rium ꝙ ope reſtõnis. quia
ſpãle eſt i fiſco eccleſia ⁊ pupillo vt. C. đ ſen. aduer. fiſ.
lat. l. i. l. ij. ⁊ ad idem. ff. đ re iudi. l. diuus ⁊ de excep. l. qui
agnitis ⁊. ff. de iudi. l. ſi. p̃tor. §. marcellus. Iteꝫ ſnia
cõtra ſniam nõ valeret niſi appelletur ſimpl̃r. vel peta
tur reſtitutio vt. C. quã prouo. nõ eſt ne. l. i. hec v̂ba. hoc
etiaꝫ ſentit guil. dum adducit ſil̃e. đ minore. vt. ẽ. e. l. nã
⁊ poſtea. §. ſi minor ad idem. ĩ. ad trebel. l. ſeruo inuito
§. cum p̃tor. Ego dico quod aut piurus fuit i dolo
⁊ cõpetit reſtitutio ex omnibus inſtr̃is etiaꝫ nõ đ nouo
repertiſ ar. dci. §. cum p̃tor. ⁊ hic ẽ ſpãle in iuramẽto. vt
ſolum ex nouiter repertis. ar. dicti. §. cuꝫ p̃tor. ⁊ hic eſt
ſpãle in iuramẽto. vt ſolum ex nouiꝫ repertis. aut non
fuit i dolo. ſed error. ⁊ tũc nõ poterit probari in cauſa
reſtitutionis. niſi ꝑ inſtr̃a đ nouo reperta. videtur ergo
quod in hac lege ſit neceſſaria petitio reſtitutionis in i
tegruꝫ. tamẽ iſta reſtitutio in integꝝ poterit incidenter
peti ẜm guil̃. de cu. vel. refert. an in ſnia ſit expſſa cauſa
iuramẽti. ⁊ tũc ipo iure nõ tenet. ſed ope reſtitõis. Nõ
ob. l. ſi quis obrepſerit. qꝛ ibi allegauit iudici falſa acta.
Hic nõ obſtant alie leges. qꝛ loquũtur i decretis q̃ nõ
regrũnt formaꝫ iudicioꝝ. ⁊ ideo debet ſubſtãtiari i veri
tate. Tertio quero. an hic admittat̃ ad probãdum
ꝑ teſtes đ nouo reptos. ⁊ videt̃ quod ſic vt. ĩ. de v̂b. ſi.
l. motionem. §. inſtr̃oꝝ ⁊. C. de proba. l. in exercendis.
In ɔ̃rium vr̃. qꝛ ſignãter hic fit mentio tm̃ đ iſtr̃is
vnde a v̂bis legis nõ đbemus recedere. Preterea
ex quo atteſtationes erãt publicate. quod pꝫ. qꝛ erat ſe
miplene ꝓbatum per teſtes. ergo iterato teſtes ꝓducen
di nõ ſũt. vt in aũt. at qui ſemel. nec dꝫ eſſe melioris cõ
dictionis. mõ q̃ retro. ante iuramẽtum. Sed verũ
credo ar. ex̃ de teſtib. c. fraternitatis. facit de teſtibus
rip. recep. đ teſti. Si autem nulli eſſent producti teſtes
retro poſſent produci nũc ꝑ. l. all̃. Quãto quero. qd
vult dicẽ lr̃a que dicit quibus ſolis. rñdeo ſi vult ꝓducẽ
inſtr̃a in quibus nõ ꝓducendis ante ſniaꝫ fuit negligẽs
vel culpabilis nõ debet admitti. Ex hoc nõ. duo ꝓ
mo ꝙ inſtr̃a que nõ poſſunt produci nõ faciunt fidem.
Secũdo qꝛ ſi rõem impedimẽti in p̃mo termino vel ẜo
aſſignatur noua dilatio ſolũmodo hij teſtes poſſunt ꝓ
duci in q̃bus fuit impedimẽtum nõ aliꝫ. qꝛ limitata cã
limitatũ parit effectuꝫ ẜm butri. ⁊ bar. Nã quo ad ce
teros ceſſat cã dilationis. ergo ⁊ dilatio ar. ĩ. ad tre. l. a
filia. §. alũno. Sed aſſeſſores nõ faciunt iſtas diſtĩctões
ꝑſonaruꝫ. naꝫ ex quo aduerſarius põt probare ꝑ quẽli
bet teſtẽ vt. l. petẽde ergo ⁊ iſte. qꝛ dꝫ ſeruari equalitas
i medio cauſe. i. i probationibus fiendis. Quito q̃
ro qualiter probet̃ de nouo ꝑueniſſe inſtr̃a ad noticiaꝫ
rñdeo ꝑ indicia ⁊ iuramẽtum vt. C. đ fide inſtru. l. fi. ĩ.
de bo. au. in poſ. l. fi. ⁊ đ exceptio. c. paſtoralis. naꝫ igno
rantia probatur ꝑ ſacramẽtuꝫ. vt nõ. de accuſa. ſi cui. §.
i. Sexto quero an ſemiplena ꝓbatio oliꝫ facta dꝫ ɔ
iũgi ad corroboratõem inſtr̃oꝝ đ nouo reptoruꝫ ⁊ dicit
ꝙ nõ. qꝛ eſt abſorta ꝑ iuramẽtum. ⁊ qꝛ hic dicit quilibet
ſolis. ⁊ ẽ ar. quod vbi eſt datꝫ terminus ad probandum
certa inſtr̃a quod alia produci nõ poſſint. Itꝫ ſi ad ꝓ
ducendũ ſup certo capitulo nõ poſſunt produci ſup alia
ſicut i teſtibus. vt in glo. ⁊. ẽ. e. l. ſi duo. §. idem iulianus
⁊ ibi videas. Nuc venio ad aliã glo. ma. ⁊ op. dr̃ hic
ꝙ in dubijs cauſis iudices defferũt iuramentum ɔ̃. aut
nihil ẽ probatum ⁊ tunc reus abſolu tur. vt. C. đ edẽ.
l. qui accu. aut plene ẽ probatuꝫ. ⁊ tũc dꝫ ɔdemnari vt
ĩ. de probatio. l. quinquaginta. ⁊. l. in exceptõibus. So.
eſt tertius caſus i quo ẽ ſemiplene probatũ. ⁊ tũc defer
tur iuramẽtum. vt hic. In ɔ̃rio auteꝫ ſecus. nam in ɔ̃
rio erat deffectus obſcuritatis. ⁊ hic erat deffectus nu
meri teſtiuꝫ. Item op. quod iuramẽtum defferatur
etiaꝫ ſi nõ ſit ſemiplene probatuꝫ. vt. C. vnde vi. l. ſi quiſ
in tantã. So. ibi ſpãle in odiuꝫ violenti. Item ibi
liquide cõſtabat. ſed nõ de rebus ablatis. ⁊ dic đ hoc vt
ĩ. ti. i. l. in actõibus. §. plane. Modo venio ad qões
⁊ primo quero an ſit reperire ſemiplenaꝫ probationeꝫ.
ſecundo quid ſit ſemiplena probatio. Tertio que fa
ciunt ſemiplenã probatõeꝫ. Quarto quis ſit effectus. ⁊
ſic me expediã. Quo ad primũ vr̃ ꝙ non inueniat̃ ſemi
plena probatio. qꝛ probatio eſt arguta demõſtratio que
eſt ꝑ duos teſtes. adminus. ⁊ eſt quid indiuiſibile. ergo
nõ inuenitur probatio diuidua. vel ſemiplena. qꝛ i indi
uiſibili forma probationis cõſiſtere. videt̃ ⁊ de forma ꝓ
bationis ꝑ voceꝫ viuã videtur eſſe nũerus duoꝝ teſtiũ
vt ex̃. de teſti. c. in oi. ⁊ hoc videmus in his que hñt cer
tam formaꝫ ex nũero. vt. đ le. ij. l. peculiũ. §. quadrige. ⁊
C. đ teſta. l. ſi vnus. hoc etiã videmus in teſtibus ſingu
laribus ꝙ nullus eoꝝ probat quoquomodo niſi i vnum
rei fineꝫ ɔſentiant. vt ex̃ de ſucceſſio. ab inteſt. c. cuꝫ dile
ctus. ⁊. C. de pe. l. qui ſniam. Itẽ hoc nomẽ. ſ. ſemi
plena probatio nõ vr̃ repiri i aliquo tex. Sed ɔ̃rium di
cunt gl. ⁊ cõiter omnes. ꝙ repitur ſemiplena probatõ.
nam ſi duo faciũt plenã. ergo vnus ſemiplenã ẜm glo.
locus ẽ a proportiõe nũeri ẜm odof. qꝛ ſi vnus teſtis dꝫ
aliquid oꝑari in his i quibus certus numerus teſtiũ nõ
exigitur ad ſolẽnitateꝫ facti. ſed ad ſemiplenã ꝓbatõeꝫ.
Et vt hoc melius itelligatur. ſciẽduꝫ ẽ quod aliud
ẽ ſuggeſtio. ⁊ aliud indiciuꝫ. ⁊ aliud ſemiplena probatõ
aliud plenn probatio. aliud fama. Suggeſtio ẽ. qñ
partes narrant aliquid iudici iudiciario rita vt. C. ſi ꝑ
viꝫ l̃ alio mõ. l. fi. qua ſuggeſtione iudex mouẽduſ ẽ ad
inquirẽduꝫ nõ ad credẽduꝫ. vt. C. de probi. ſequeſtra. l. i.
Itẽ eſt ſuggeſtio quãdo teſtes ante iudiciũ motuꝫ
informant iudicem đ v̂itate criminis. vel de fama que
ſuggeſtio valet ad inquirẽdum nõ ad ſniam niſi denuo
ſint recepti in forma iudiciꝫ. qꝛ p̃ambula receptio fit ad
iudiceꝫ ſimpl̃r inſtruẽdum nõ ad probanduꝫ. qꝛ nõ põt
incipere iudiciuꝫ a probationibus que i medio cauſe fie
ri debent. ⁊ hoc vult dicere Inno. quod ſine iudiciario
ordine ⁊ ſine teſtibus. ſ. rite receptis. põt quis certiora
ri de fama đ ſpon. c. olim i tua. Iteꝫ eſt ſuggeſtio ad in
ſtructionẽ nõ ad legitimaꝫ ꝓbationeꝫ. qñ oĩo inhabiles
⁊ indigni deponũt đ penis. l. qui vltimo. C. đ accuſatõ.
l. fi. Indiciũ eſt qualis qualis probatio. non tñ eſt ſemi
plena ꝓbatio. ſed minus ẽ indiciũ q̃ ſemiplena ꝓbatõ.
Eſt eniꝫ potius ɔiectura q̃ probatio. vt nõ. ĩ. de ꝓbatõ
l. cum probatio prioris fuge. ⁊ facit indiciuꝫ vnus teſtiſ
nõ integer homo deponẽs directe ſup facto principali
vt ibi ⁊ hoc i cauſa ciuili. ſed i criali nõ facit vnus teſtiſ
indiciuꝫ niſi ſit integer homo. ar. ĩ. de queſtionib. l. ma
ritus. Item faciunt indiciũ duo teſtes deponẽteſ ſuper
indicio. ⁊ ñ ſup facto pricipali vt nõ. Inn. ex̃ de ſymo. c.
ſicut facit quod nõ. in. l. vlti. C. fam. her. ⁊. C. de q̃ſtio. l.
milites. §. opꝫ đ excuſa. tuto. l. ij. §. etas. ⁊ ꝑ glo. ⁊ Dy

ſemiplēa probatio ē probatio per vnū teſtem.vbi ñ reg
ritur certus numerus.p quez iudex mouetur non ad iu
dicādum ex ea ſed ad defferēdum iuramētū loquor in
cauſis ciuilibus.⁊ hic ⁊.C.e.l.in bone fidei.⁊ in aūt. de
ꝯſue.recti feudi.§.ſacramētum coll'.x. Si autez mi
nus ſit probatuz ꝙ ſemiplene nō hz locuz delatio iura
mēti plena probatio ē quaz lex cenſet hēre pro verita
te ⁊ dr plena.qr adiectiōe.nō indiget plenitudo. ē ergo
plena probatio ſolēnis ⁊ certa ex legitimo nūero teſtiū
cui lex ſtari iubet.Ego loquor de probatione viue vociſ
p vocez etiaz mortuā.fit interduz ſemiplena probatō.⁊
īterdum plena vt.j.dicā. Fama vō nō ē pbō facti.lz
opinionis ⁊ dicti gentiū.tamen ex ea.iudex multū mo
uetur an faciēduz ei pro quo fama laborat.qr fama quā
multi populi famant.al' fauent famā.nō eſt ex toto mē
dax.vt ait Ariſtoteles ⁊ interduz fama ſupplet proba
tionis deffectuz.nā ſi vnus teſtis integer. vnus homo
depōit de vitate.⁊ fama p alios teſtes pbata ⁊ coopa
tur in ciuili cauſa.vt.j.de teſti.l.iij.§.idem diuus niſi fa
ma hūit originez ab ipa parte. vt.j.de adul.l.miles.§.
.p.Eſt ergo ſemiplena probatio actus legitimus per
quem iudici fit ſemiplena fides d veritate facti de quo
queritur. Que faciunt ſemiplenā probationez.videa
mus.Et primo quero an priuata ſcriptura faciat pbatō
nem ſemiplenā.ſecūdo an ꝯparatio lrarum.tertō an fu
ga.quarto an vnus teſtis.⁊ glo.in oībus dicit ꝙ ſic.qd
de priuata ſcriptura.Ego dico d prima.aut priuata ſcri
ptura deficit quo ad obligationē ⁊ p eam tunc innanis
fit probatio.⁊ non dicitur probatio.qr magis deficit cā
eſſe.ꝙ probatio eſſe.ar.j.de fal.l.ſi quiſ obrepſerit ⁊.ff.
de pen.l.ſi quis.§.teſtium.aut priuata ſcriptura cōtinet
eſſentialia obligationis.qr continet cām quando tendit
ad obligādum.vel ē facta i iudicio vel ad liberāduz.vbi
nō requiritur cā.vt nō.cy.in.l.cōparationes.§.iij.⁊ ſic ñ
eſt pactum forme cōtractus ſed defficit quātum ad p
bationez.⁊ tūc aut laborat alio modo.Puta qr nō con
tinet pp diez.vbi dies eſt d neceſſitate pbationis . ⁊ nō
probat.vt.C.qui potio.in pigno. habe.l.ſcripturas.aut
nō laborat alio morbo niſi.qr ē priuata ſcriptura facta
partibus mādantibus.⁊ eſt manu tertie pſone. ⁊ ſi qdē
ptes hoc ꝯfitentur facit plenaz probatōnē.vt.C.d edē.
.l.ſi quis ex argētarijs.§.ptinere.⁊.l. qdam.§. nūmula
rios.Si diffitetur reus. tūc ex qualitate pſone ſcriben
tiuz pſumēdum ē ar.dicte.l.ex argētarijs.§.i.⁊ d tuto.
⁊ cura.alias de tut.⁊ ratio diſtrah.l.i.§. officio. Si ē
ppria manu creditoris nullaz facit fidez nec pro eo.nec
pro eius ſucceſſore.etiaz ſi ſuccedat ei fiſcus vel eccleſia
vt.C.de ꝯue.fiſ.debito.l.inter cartulaſ li.x.niſi ſit facta
ex neceſſitate officij quod quis gerit ⁊ iuuetur admini
culo iuramēti vt.ff.de admi.tutor.l.lucius.§.tutellas .⁊
nō. ex d accu.c.qualr i modicis. Si vō ē ppria ma
nu debitoris.⁊ hoc ꝯſtat facit plenaz fidem vt. ff.de cō
ſti.pecu.l.qdam.⁊.ff.depoſi.l.publia.in fi.idem ſi manu
ſui inſtitoris vel adminiſtratoris.vt.j.d inſtito.l.fi. Si
autez hoc negatur.tūc aut priuata ſcriptura iuuatur cō
paratione lrarum.⁊ facit ſemiplenaz probationez.quia
ad hoc vt faceret plenaz regreretur ſubſcriptio nōrioꝝ
⁊ certa trium teſtium dicta .vt. l.ſcripturas. Si
autē aliquo adminiculo pbatorio nō iuuatur nō facit fi
dem.vt.C.de probatio.l.inſtrumēta.§.ratiōes.⁊ d ſcri
pturis vſurarioꝝ.dic vt in.c.i.de vſur.in cle.quo ad ſecū
dum an cōparatio lraꝝ faciat ſemiplenā probationē di
co qd priuata ſcriptura recipit adminiculū probationis
ex cōparatiōe tantū fit ſemiplena fides.niſi eſſet trino
teſte notata.quod tūc dic in caſu ſequēti.naz hoc ius eſt
nō.quod ſcriptura publice facta eſt. Si vō ſcriptu
ra publice pſone recipit hoc adminiculū.adhuc ſola cō
paratio nō facit plenaz fidem.vel dic ꝙ iudex d hoc de
cernere.⁊ arbitrari dz ſm azo.vt nō.cy.in.l.ꝯparatōes
In tertia queſtione.⁊ hoc videtur equius.priuata autē
ſcriptura.vel apodiſſa.vel lra trāſmiſſa.vel codex priua
tarum rationum non iuuatur ſola ꝯparatione. quo ad
plenaz fidem.nec pōt iudex eam hēre pro plena proba
tione.ſed eaz differre iuramētum ex inopia probatōuz
vt in glo. Cōparatio requirit duo extrema.ſ.ſcri
pturā ex qua fit. ⁊ ſcriptura ad quā fit ꝯparatio.i.q dz
recipere robur ex ꝯparatiōe.⁊ ſi dubitata ſcriptura ad
dubitataz ꝯferatur nulla ꝯparatio eſt. qr claudicat ex
vtroqz latere.⁊ ſicut vbi deficit exemplar.defficit exem
plādum vt.ff.de ꝯdi.⁊ dem.l.in teſtō ita cuz defficit ſcri
ptura ex qua defficit etiam ſcriptura ad quā. Eſt autē
triplex ſcriptura.ex qua fit ꝯparatio.ſ.publica forenſis
⁊ priuata trino teſte ſubſcripta. vt in.l. ꝯparationes ⁊
hoc iure.C.ſed iure autēticoꝝ.fit cōparatio ex duabus
alijs ſcripturis.ſ.ex priuata quā p parte producis ſit cō
paratio ꝯ te.qr eo ipo quod produxiſti diceris ꝯfeſſus
eā ēe veraz.Itez ſcriptura archiui publici de fide inſtr.
aūt.ad hoc.qr.habet' pro legitima ⁊ aūt.ſcriptura.Cer
te ergo ſūt ſcripture ex qbus fit ꝯparatio nō ſunt diffi
nite.a iure.vnde ad omnez ſcripturā pōt fieri ꝯparatio
etiaz ad priuataz nō ſcripturā nō tn̄ faciet plenaz fidez
tūc.Quid aūt ſi deficit ꝯparatio ratione ſolēnitatis ip
ſius ꝯpatōis ñ dico ſcripture dico qd ñ lrie nec rite fcā
compatio nullum pſtat adminiculuz.qr ē defectus mãe
ſeu forme ar.ff.de re iudi.l.ſi cū nulla. Quid aūt de in
ſtrō publico qd caret de indictione .an faciat ſemplinā
pbationē .dic ꝙ non qr preſumit' falſum quantū ad fi
dem nō facicndā vt in auct.de tabel.i fi.⁊.C.de teſt .l.
iubemus i fi.cū ſy.Quid de inſtrō examiato ſine auctē
iudicis dic vt nō.C. de fide inſtru.l.ſicut ⁊.j.de fide in
ſtru.l.fi. Quo ad tertiū an p fugam fiat pbatio ⁊ vide
tur ꝙ nō vt.l.diuus de cuſto.reo.⁊ i auc.de exhi.re.§.ſi
vero etiā quedam . In ꝯrium videt' de ſuſpe.tu.l.im
puberibus.vt.ff.de cuſto.re.l.in eos.in fi. So.aut fuga
allegat' p mōm delicti fuge.aut incidenter p modū p
bationis .Primo cāu pbatio fuge ē plena ⁊ directa p
batio vt.j.de pba.l.cum pbatio.⁊.ff.de edil.edic.l. qro
in fi.⁊ iſta fuga ſufficit ad remouendū quē ab offō rōne
culpe vt.j.de ſuſpec.tuto.l.impuberibus.⁊.C .de pcur.
.l.eum qui res agit hrdum. Scdo cāu aut ē fuga d car
cere.⁊ habetur pro plena probatione vt.j.l.i eos. Et
an itelligat' fugē de carcere ille qui recedit d palacio ꝯ
preceptum iudicis.dic ꝙ nō ex quo non erat incluſus.
vt nō.in.l.ſuccurritur cum.l.ſe.ſ.ex quib.cau. maio.ſm
guil.de cu.Aut ē ſimplex fuga.⁊ tūc aut eſt fuga officia
lis.aut priuate pſone.ſi officialis dic vt.C.d aſſeſſo.l.ſi
poſt.Si priuate pſone certe lz quis latitet.nō tamē itel
ligitur ſemiplene ꝯuictus tn̄ ſuſpicio orta eſt ꝯtra eum
vt dicto.§.ſi vō.vnde nō eſt veꝝ quod fuga faciat ſemi
plenaz probationez debiti.vel delicti. ſed bene facit ſe
miplenaz probationez quod nō ſit ſoluendo.⁊ reddit'
ſuſpectus.quo ad ſolutōem.⁊ capi poteſt de facto.vt in
.l.fi.C.de ferijs ⁊.j.de pigno.l.queſitum.In fragranti
etiā crie malefactor a quolibet pōt capi ne fugat vt.ff.
de fur.l.ſi quis in ſeruitute.⁊ nō.Inn.de ſenten. exco.
vt fame.⁊ quidam ſunt.qui ſemp delinquūt.⁊ ideo ſem
per capi poſſunt.vt heretici.⁊ mathematici.vt.C.d ma
lefi.⁊ matema.l.fi.nulli tamē lz eos occidere niſi iudici

ut ibi pȝ. Quid autẽ ſi ſtatutum dicit quod bāniti q nō ꝯparent infra terminum bāni habeātur pro ꝯfeſſis. an valeat ſtatutum dic ꝙ ſic vt dicto. §. ſi vō ⁊ uide quod nō. ꝺy. iij. l. diuus de cuſto. reo. ⁊ in ſpe. de accuſatō. §. ſequitur. in prin. ⁊ facit in aūt. de pace. tenē. ⁊ eius viola. c. i. §. ſi quis hoiem coll. x. Quid autē ſi accuſatio eſt male formata nūquid hȝ pro ꝯfeſſo. ⁊ dico ꝙ nō ar. ſ. e. l. ſi patronus facit quod nō. c. ꝺ iura. calū. l. ij. §. ſin aūt in vbo rei qualitas. nam licet ineptitudo libelli. nō ipediat verā ꝯfeſſionē ar. de reſti. ſpo. c. piſanis. tamē ipedit fictam ꝯfeſſionē ⁊ legalē diſpoſitōem. facit qō nō. j. iudi. ſol. l. vir bonus. vnde etiā poſt elapſū terminū bāni pōt opponi exceptio ieptitudinis libelli. qꝛ reddit iudiciū retro nullū quod nō. Quid autē ſi accuſatio eſt rite formata. ⁊ ꝯcludit iudici ⁊ parti inſpecta ſua forma tñ accuſator potuit impune offendi. an hec exceptō pōt opponi poſt terminū bāni. ⁊ credo ꝙ ſic. ſi ē liquida ⁊ notoria exceptio. ⁊ licȝ nō poſſit excipi. tamē iudex ex officio ſuo pōt abſoluere nec debȝ licitū factū punire. nam in crīali etiam inuito reo iudex poteſt aſſūmere naturales defenſionē ⁊ rationē ipius. vt. ff. de queſtio. l. i. §. ſi quis vltro. ⁊ adde quod nō. bar. in. l. pe. §. ad crim ff. de public. iudi. ⁊ in. l. ſeruū quoqȝ. §. publice. ff. ꝺ procurato. Quo ad quartū. an vnus teſtis faciat ſemiplenam probationē. ſic dico. naȝ aut loqmur in crīali ⁊ non facit ſemiplenā probationē. ſed indicium. vt. c. ad. l. iul. maie. l. ſi quis ƀm doc. ⁊ ideo nō defertur iuramētum in crīali. Sed glo. ibi dicit quod facit ſemiplenā ꝓbationē. Aut in ciuili. ⁊ tunc refert. aut deficit forma ⁊ probatio. ⁊ tūc nil cum effectu probat vt. C. de teſtib. l. ſi vnus. aut deficit probatō. ⁊ nō ius. ⁊ tūc refert. aut iſte teſtis nō eſt integer homo. puta infamis. infamia facti. facit indicium nō ſemiplenam probationem nec defertur iuramētum vt. j. de probatio. l. cū probatio. Sed ſi eſſet prorſus inhabilis vl' prohibitus qui pro nullo habetur. tūc nō facit indiciū vt. j. de queſtio. l. maritus. aut eſt integer homo. ⁊ tūc aut ē teſtis ⁊ arbitrator diffinitor. vel ꝯmiſſarius. ⁊ ſtatur ei. ut. ff. ꝺ dote pleg. l. teopōpus. qꝛ ita voluit ibi teſtator. Aut eſt merus teſtis. ⁊ regulariter facit ſemiplenā ꝓbatōnem. fallit in caſu. vbi facit plenā probationē vt interpretꝫ. qꝛ nō repiebantur plures. vt. ff. de vbo. ſig. l. i. §. vlti. ⁊ vbicunqȝ dixi ꝙ vnus teſtis facit ſemiplenā ꝓbationem vl' indicium eſt itelligendū ſi deponit i facto pncipali vt nō. i. l. fi. C. fa. bere. Sed quis ē effectus iſtius ſemiplene ꝓbatōis. dico i ciuili cā pncipalis ē eius effectus dilatio iuramēti i defectum probōnis ſi petat'. tamen qdam ē caſus i qbus nō habet locum delatio fienda actori vt ſi cā ſit famoſa. vl' dolus opponat' vt nō. ſ. de mio. l. iij. §. i. Sed reo poſſet deferre. qꝛ actori nō fit iniuria cuȝ nō ꝓbauerit. niſi ſemiplene. ⁊ ita intelligatur iſta gl. ad finē ita ſi cauſa ſit nimis atrox. ⁊ ardua ar. C. de teſtib. l. teſtiū. ⁊ C. ſi cer. pe. l. fi. Itē nō defertur ex uno teſte. nō integro. uel cuius probatio ſit eliſa p aliquā ꝓſumptōem ut C. qui. ⁊ adv. quos. l. i. ⁊ ibi nō. Iteȝ nō defertur ei qui viſimiliter ignorat vitatem ar. l. marcellus. ff. reruȝ amo. nec ſufficit ſi aſſerat ſe ſcire p famā. C. e. l. in bone fidei. Quid ergo ſi iudex minus circūſpecte dfferrat dic quod pōt appellari ut nō. Inno. quod me. cau. c. ſup eo.

Sed cui dȝ iudex deferre reſpōdeo uidetur quod reo ut hic ex. eo. c. fi. Sed uidetur ꝯ quod ei qui ſemiplene probauit ut in aūt. de ꝯſue. rec. feudi. §. ſacramētū So. iudicis eſt arbitriū ƀm omnes. Sed quid ſi iudex nō uult deferre an pōt appellare rñdetur ꝙ nō ex quo eius ē arbitriū ut nō. ſpe. in ſili. de offi. iudi. §. ipedit vii. quid ſi iudex. ⁊ dico ꝙ pōt appellari ar. i aūt. de qſtore. §. ſup hoc. ⁊ hoc veruȝ anteꝙ ſit ꝯcluſum in cā. Sȝ poſtea nō poteſt appellari. qꝛ pars nō pōt petere. licȝ iudex poſſit ſupplere. ⁊ adde quod dixi i. l. i. ſ. e. Eſt ⁊ alius effectus ſemiplene probatōis. qꝛ ille qui ſemiplene probauit videtur habuiſſe iuſtā cām litigādi. ⁊ excuſatur ab expēſis ƀm quoſdā cāoniſtas. vt tāgunt Inn. ⁊ hoſti. ex. ꝺ dol. ⁊ ꝯtu. c. prout quod nō credo veꝝ. quia actor qui nō habebat niſi vnū teſtem. temere facit ad iudiciū prouocādo. qꝛ ſcire debebat hoc ſibi nō ſufficē ⁊ ideo temere facit ad iudiciū prouocādo. vt. C. de teſtib. l. iuſiurādum niſi ex qualitate cauſe ſue ⁊ teſtis. viſimiliter debuerat ꝯiecturari qō iudex ſibi defferret iuramētum. ⁊ ſicut arbitrium eſt iudicis defferre cui vult ita ſi deffert reo poteſt parcē actori i ſūptibus ar. ſ. e. l. eum qui. excuſat etiam vnus bonus teſtis a ſumpta calūnia a crīe facti in facto al eno. vt nō. in ſpe. de accuſa. in fi. qꝛ ex vno teſte naſcitur ꝓbabilis preſumptō hoīs que excuſat a dolo. naȝ illud quod dicitur a bono viro credi. pōt facit quod nō. C. de ꝯdic. ⁊ demō. l. ticio fūdus ⁊ ꝓpterea auditus frequenter excuſat ar. ff. ꝺ adul. l. miles. §. i. Quid autem ſi teſtatō mandat reſtitui omnibus probantibus ſe debere recipere. an ſufficiat probare p vnum teſtem ⁊ iuramentū. ⁊ videtur ꝙ non. qꝛ iſta ꝯdictio formalr' dȝ impleri ar. ff. de vbo. ob. l. qui rome. §. augerius. ⁊ ꝓ hoc facit. ſ. e. l. eum qui in prin. vbi ē dria inter ꝓbationem ⁊ iuramentū. Credo ꝙ ſufficiat probare p vnum teſtem ⁊ iuramentū delatum a iudice qꝛ habet' ꝓ plena ꝓbatione vt i. l. noſtra. Si aūt nil probaret nil deberet ꝯſequi. qꝛ deficit condictio ex quo nō probat ar. ff. de libe. lega. l. legaui. ⁊. l. aureliꝰ. §. vlti. Quid autē ſi ſtatutū dicit. quod ꝯtra magnateȝ ſufficiant in homicidio teſtes ꝺ fama. Magnas vō pro ſe probat indicia an habeat locum ſtatutū. ⁊ dico quod nō. qꝛ fama ē eliſa p indicia. naȝ vna ꝓſumptio tollit aliam. vt nō. ff. de in integ. reſti. l. diuus. ⁊ facit qō nō. in. l. i. C. qui. ⁊ aduerſ. quos. Quid aūt ſi non probat indiciuȝ. Sed ꝯriam famaȝ videtur inſpici fama q̄ nocet. qꝛ priuilegiata. ⁊ magis potens. Itē qꝛ vtraqȝ fama poteſt ſimul eſſe va. vnde vna nō tollit aliam. facit quod nō. Inno. de accuſatio. c. qualiter. ⁊. c. cum oportet Sed ꝯrium dico. nam ex quo pariter probat' fama non cōſtat de fama. ſ. e. l. duobus. §. fi. ⁊ ideo nō ē priuilegiata eliſa. ⁊ abſorta p ꝯriam probationē ar. ff. de te. mil. l. diuus. Et ſi dicatur qō fama nō recipit. ꝯriū falſū ē. qꝛ eodē loco ⁊ tpe nō poſſunt due fame ꝯrie eſſe valide ⁊ vere. ⁊ maxie. qꝛ fama debet pſeuerare. nā ſi non pſeuerat nō dicitur fama. ſed rumor. vt. C. de here. inſti. pacumeius. ſed nūquid fama excuſat a dolo. reſpōdeo ñ. ſi habuit ortum ab excuſante. ſe colore queſito vt. ff. de adul. l. miles. §. pe. Si auteȝ aliūde. aut in facto ꝓprio. ⁊ non excuſat. vt. ff. ad vellei. l. quāquam. Aut in alieno. ⁊ excuſat. vt dicto. §. pe. Sed nūqd ex ſola fama defert' iuramentū i defectum ꝓbationis. ⁊ dic ꝙ nō qꝛ fama p ſe nō facit ſemiplenā ꝓbationem. nuda eniȝ in fama nō eſt ſpēs probationis. vt nō. j. de teſtib. l. iij. §. idem diuus. Quid autē ſi actor hȝ vnū teſteȝ de veritate. ⁊ duos ꝺ fama reus vnū de vitate tñ. an actor dicatur probaſſe. vel ſaltē meret' iuramētum ſibi dari. ad corroborandū ꝓbationē vr' ꝙ nō. qꝛ remanet nuda fama. In hoc enim ſolo excedit actor reū. qō veruȝ credo. ſi teſtes deponāt ꝯria ſup eodē. Si āt actor probat modo ꝓdicto ꝯtum reus ſolutionē. tunc

nõ tollitur ꝓbatio actoꝛis ꝑ ꝓbationeꝫ rei.qꝛ nõ eſt
ſup eadẽ.ſed tãquã ſup ſemiplena ꝓbatione rei. vide
tur ꝙ iudex poſſit reo uel actoꝛi.ut ſibi uidetur deffer
re ſacramẽtum ꝑ iſtam legeꝫ.⁊ quod nõ.cy.in.l. boneſi
dei.C.de iureiuran. Quid auteꝫ ſi reus ꝓbauit per
vnuꝫ teſteꝫ pꝛeſcriptõem.an defferratur ei iuramẽtuꝫ.
Credo ꝙ nõ.qꝛ exceptio ꝑſcriptiõis ẽ odioſa.⁊ i odioſ
iudex nõ debet ſupplere nec fauere. Iteꝫ vbi onus
ꝓbãdi imponitur alicui i penaꝫ vt.ĩ.de ꝓbatio.l.cũ
de indebito.vel vbi ſe aſtrinxit ad ꝓbanduꝫ. vel vbi ꝓ
batio requirit̃ nõ videtur ſupplẽdus deffectꝫ ꝑ iuramen
tum. Item vbi requirit̃ ꝓbatio ꝑ ſcripturaꝫ.vt.C.
de nõ nume.pec.l.gñaliter. Quid ſi teſtis pꝛimo di
xit ṽa eſſe.ħo ſe credere.an ex eo deffert̃ iuramẽtuꝫ.At
tende an hoc dixit facti ignoꝛãtia an calũnia excõcatio
nis.⁊ vide ꝙ nõ.ex̃ de accu.inqſi.in nouella. Quid aũt
de duobus teſtibus infamibus.infamia facti.an faciũt
ſalti ſemiplenaꝫ ꝓbationeꝫ .dico quod ſic.lꝫ nõ plenã
qꝛ infamia fidem vt nõ.C.de ſum.trini. ⁊ fide cato.l.i.
Quid autẽ ſi dictuꝫ teſtis infamis iuuatur fama ꝯ
coꝛdante inter bonos ⁊ graues.credo ꝙ ſaltiꝫ ſit ſemi
plene ꝓbatũ ope tali ar.ꝺ eden.ſi qs ex ar.§.i. Sꝫ
nũquid ſint aliqui caſus i quibus credatur iuramẽto ſi
ne aliqua ꝓbatione dicam.ĩ.ti.i.l.in actionibus. §.i.
Ibi vide.an ignoꝛãtia ꝓbetur ꝑ iuramẽtuꝫ nõ.ꝑ archi.
lxxxij.di. ⁊ de excep.c.paſtoꝛalis niſi ſit ꝑſũptio ꝯtra
iuramẽtum.al' cõtra iurãtem.vt nõ.in.l.i.de recep.⁊ in
.c.i.de poſtu.ꝑlato.An auteꝫ bona fides ꝓbetur ꝑ iu
ramẽtum nõ.inſti.de actio.§.alie.Et an animus ꝓbet̃
ꝑ iuramẽtum nõ.in.l.pꝛo herede.§.ij.de acq. heredi. ꝑ
iacob.adde etiam quod habes.ĩ.de ꝯſti.pec.l.q in iur̃.

Iusiurãdi. Pupillus nõ poteſt face
re grãm .vel remiſſionẽ
h.d.Hic agitur de pecuniario intereſſe. ſꝫ an
põt facere pacem iniuria illata ſibi uel patri occiſſo . di
co qꝺ põt cum auctoꝛitate tutoꝛis.uel curatoꝛis dati ad
hũc actuꝫ.⁊ hoc pꝛo bono pacis quo ad ſimplicem abo
litioneꝫ inimicitie.nõ tamẽ poterit apponere penas.rõ
eſt pꝛimi.qꝛ pax eſt vtilis ⁊ placet deo .⁊ hoibus.⁊ pa
ci via apienda eſt.vt nõ. de infamibus.l.furti.§.pactꝫ. ⁊
facit.ĩ.mã.l.creditõ.§.i.rõ ſecũdi eſt.qꝛ pene ſũt odioſe
⁊ nõ ſunt ꝺ ſubſtãtia pacis.⁊ ideo pupillus nõ poteſt ſe
obligare ad eas facit.ꝺ.de mino.l.ſi minoꝛ.§.minoꝛes.
⁊ vide quod nõ.in.l.i.C.de in integ.reſti.mino.ꝑ Ia. ⁊
ſpe.de hõicid.ṽſi.illud. Sed an ciuitas põt facẽ pa
cem.ꝺ dãnis ⁊ offenſionibus pꝛiuatoꝝ dic vt nõ. Inn.
de iniur̃.c.in nr̃a.Sed ponamus quod aliquis ẽ accuſa
tus ꝺ blaſſemia dei. an eꝑs poteſt facere pacem.qdaꝫ
dicũt quod ſic.qꝺ nõ credo veruꝫ.C.ꝺ epiſ.⁊ cle.l. ſi qs
in hoc genus.⁊.ff.quod vi aut clam.l.ꝓhibere.§.plane.
Sed ponamus qꝺ aliquis ẽ accuſatus.quod ñ ſol
uit collectas.nũquid ſindicus cõis poterit ei facere ꝯcoꝛ
diam.⁊ dico quod nõ niſi habeat ſpãle mãdatum.ar.ĩ.
de ṽbo.ob.l.qui rome.§.calimacus. Bal.

Qui per ſalutem. Cõmiſſio mo
di.⁊ foꝛme.red
dit actuꝫ nullum.tamẽ iterato fieri poteſt cuꝫ
obſeruatione debite foꝛme facit.ĩ.de ꝯdict.⁊ demon.l.
hec ꝯdictio.nec ob.q̃ in ꝯ.fac.ĩ.de ṽb.ſig.l.boues.§.hoc
ſermõe.qꝛ ibi itelligitur ꝺ pꝛimo actu valido.⁊ hoc ſi ad
ius ſit relatio. Si aũt ad merũ factuꝫ itelligit̃ de
pꝛimo actu qualitercũqꝫ ꝯſumato.vt.ĩ.de le.iij.l. fidei
cõmiſſa.§.ſi qs decẽ.Et eſt ar.ad ꝯmiſſiones ꝯmiſſum
ẽ nũcio quod citet ticiuꝫ.Citauit euꝫ die dominica.⁊ ſic
non valet citatõ.an potuit ſine noua cõmiſſione iterato
citare.⁊ vr̃ quod nõ.qꝛ ſine cõmiſſione nõ valet citatio.
.C.de exhib.re.l.ſi. Sed ꝯmiſſio pꝛima videtur expira
ta.ꝑ pꝛimaꝫ citationeꝫ ar.ĩ.de re iudi.l.iudex dic cõtra
ꝑ hanc legeꝫ.qꝛ tacite videtur ſibi mandatũ quod citet
tpe ꝯgruo ⁊ loco ar.ĩ.de ſolutio.l.ſoluturuſ.⁊ ſic duo vi
dentur ꝑcepta.ſ. quod citet cõgruo loco ⁊ tempoꝛe ar.
ff.de arbi.l.celſus.naꝫ videtur mãdatuꝫ ſic fieri.quod ꝺ
iure teneat ar.notꝫ.ff.de leg.i.l. huiuſmodi. in pꝛinc.
Item eſt argu. ad ꝯceſſiones ꝯceſſum eſt alicui ꝙ
poſſit elligere ꝑtãtem eligit. ⁊ pꝛima ellectio ceſſatur l'
nulla pꝛonũciatur videt̃ ꝙ iterato poſſit eligere Inn.
dicit ꝙ licet i iudicialibus actibus iudex delegatus nõ
poſſit coꝛrigere diffinitiuũ erroꝛẽ.tamẽ ſecuſ i extraiudicia
libus.vt nõ.Inno.de offi.deleg.c.in lr̃is.naꝫ i negocijs
cõmiſſariꝰ petitꝰ plꝰ eqꝑat̃ iudici oꝛdinario ꝙ̃ delegato
ar.ff.man.l.ſi ꝓcuratoꝛ.§.i.Doc. dicunt qꝺ aut electio
nõ tenet.qꝛ nõ eſt ſeruata foꝛma cõmiſſioniſ.⁊ tũc itera
to debet eligere.qꝛ res eſt itegra arg.ff.de arbi.l.qd tũ
⁊ vide quod nõ.l.pꝛo ſocio.l.in pꝛopoſita.aut ẽ ſeruata
foꝛma ꝯmiſſionis.ſed pꝛopter aliud iudiciũ electio põt
ãnullari.⁊ tũc refert.aut quiſ habebat ius eligendi iure
ſuo.⁊ põt iterato eligere.vt.ff.de le.i.l.ſerui electione.
Aut habebat miniſteriũ facti.ſed eligebat nomie
alieno.⁊ tũc functus ẽ officio ſuo ar.l.iudex.ff.ꝺ re iudi.
Itẽ eſt argu. ad delegationem cauſaꝝ vt ſi nõ tenꝫ
pꝛima ſñia poſſit ferri ħa.docto. dicunt ꝙ nõ aut ẽ ħua
ta foꝛma mãdati.⁊ nõ poteſt delegatus iteꝝ pꝛonuncia
re vt.l.ſi vt pꝛoponis.C.quõ.⁊ quã.iud.Aut nõ eſt ħua
ta foꝛma mandati.⁊ tũc ſic.⁊ eadeꝫ diſtinctio facienda
eſt i arbitro ⁊ arbitratoꝛe.vt.ff.de arbi.l.quid tñ.⁊.l q
arbiter.Itẽ eſt argumẽtum hec lex.ad qõnem dicit ſta
tutum quod oĩs cã debeat ſemel ꝯpꝛomitti.naꝫ ẽ ſemel
ꝯpꝛomiſſa. ⁊ iteri moꝛtuus ẽ arbiter.Querit̃ an iterato
debeat cõpꝛomitti.⁊ videtur ꝙ nõ.vt.l.bone.§. hoc ſer
mone.ſed ibi ſit mentio ꝺ actu ꝯdictõnaliter.hic pꝛece
ptiue ⁊ diſpoſitiue.vnde videtur ſtatutuꝫ itelligẽduꝫ de
ꝯpꝛomiſſo qꝺ trahit ſecuꝫ ſuuꝫ effectũ nõ ꝺ eo ex quo ñ
reſultat effectus ar .ꝺ.qui ſatiſda.cogun.l.quotiens cuꝫ
ſy.dico ergo alium ſubrogãdum i locum moꝛtui ar. de
uaca.mu.l.ꝑtoꝛ.§.poſt cãm cũ ſy. Bal.

Iusiurandũ. Nõ.qꝺ dubitanti dꝫ
dari terminus ad de
liberãdum. Nota argumẽtum qꝺ exceptõ
põt foꝛmari ꝑ ṽbum nõ credo.⁊ litis ꝯteſtatio ſil'r fieri
de hoc nõ.de reſti.in integ.c.cum ad ſedeꝫ. Sꝫ põe
quod quis hũit terminũ ad deliberãdum an põt poſtea
dicere ſe erraſſe.qdam dicunt quod nõ.qꝛ ꝑſumitur ple
ne fuiſſe iſtructus ex quo hũit terminuꝫ ad deliberãduꝫ
vt eccl'.bene.c.i.de diuoꝛ.c.ex lr̃is ꝺ iniur̃.c.ſi.lib.vi.ꝑ ar
chi.Sed hoc eſt verũ ergo erroꝛ ꝯmiſſus poſt litem cõ
teſtatam nõ poſſet reuocari cũ ꝑcedant inducie delibe
ratoꝛie.vt in aũt.offeratur.Sed hoc ẽ falſuꝫ.qꝛ omnis
erroꝛ poſt litẽ ꝯteſtatam põt coꝛrigi.vt.l.erroꝛ.C.ꝺ iur̃.
⁊ fac.igno.excepto erroꝛe libelli.qꝛ nõ poteſt emẽdari
libellus circa ſubſtãtialia poſt litẽ ꝯteſtatam vt in.l.edi
ta.C.ꝺ edẽdo.vel dic ꝙ etiaꝫ poſt litẽ ꝯteſtatam poſſũ
emẽdare libelluꝫ rõe erroꝛis ſi pꝛobo me erraſſe vt.C.
de erro.aduo.l.erroꝛes nõ vt pꝛocedat̃ vlterius ex eaꝺ
inſtantia.Sed vt non noceat libellus pꝛoduceuti . ſed
ante litẽ ꝯteſtatam nõ opoꝛtꝫ allegare erroꝛeꝫ vt.l.edi
ta.ſed hoc videtur contra.l.cum ꝑcium.C.de libe.cau.
ſed ibi nõ allegabat̃ erroꝛ illius tacite ꝯfeſſionis.ſi eni
allegaret̃ nõ ꝑiudicat illa tacita ꝯfeſſio.vt.ꝺ.fam.hr̃ci.

.l.q familie.ꝛ vide quod nõ.guil.de cu.C. de iſtitutio.ꝛ ſubſtitu.l.ꝯdictioni adde quod in criali ſufficit reo ꝓbare defenſionez abſqȝ exceptione.naȝ etiaȝ nõ reqrit᷑ qꝺ reus emendet exceptionez depen.ſi nõ deffendit.ſecus in actoꝛe.vt.l.edita.alias ſi actoꝛi ſufficeret cõgrua probatio ſiue ꝯgrua petitio.ſupuacuo.l.edita prouideret de emẽdatione libelli.qꝛ poſſet emẽdari probando qꝺ eẽt falſuȝ.ꝛ vide quod nõ.in ſpe.de offic.iudi.§.deſeruit.ṽ.quid ſi libellus.ꝛ in ſpe.de teſte.§.i.ṽſi.quid ergo ſi capitula.ꝛ in.c.ꝯſtitutus de elec.in cle.ſed quero.an ille q dicit ſe dubitare debeat aſſignare cãm. quare dubitat dic ꝙ rõnabiliter debet qs dubitare vt nõ.ſ.ſi ps hered.peta.l.antiqui. Bal.

**Defenſor.** Nõ ſindicũ magis aſſimilari ꝓcuratoꝛi ꝙ̃ tutoꝛi ſȝ gl.vide guil. de cu.C.etiaȝ ꝑ procura.l.i.ꝛ vide archi. lxiij.di. c.tibi domino. Bal.

**Procur.** Nõ.quod procuratoꝛ non cogitur iurare. ꝛ quando procuratoꝛ iurat.an debeat iurare in animaȝ dñi.vel in ſuam ꝛ an debet rñdere id quod credit.an id quod credit ipe ꝓcuratoꝛ.dic ꝙ id quod credit ipe dominus.ꝛ in aĩa dñi debet iurare vt nõ.ꝑ Jnno.ex̃ de teſti.ad hoc hodie icipit pñtium ibi vide ꝛ facit ad hoc quod iſte eſt ꝓceſſus alicui in quo domini cauſa ꝯſcientia eſt ſequenda vt.j. man.l.quintus. Bal.de peruſio.

**Qui iuſiuran.** Nõ.ꝙ obmiſſio iuramenti calũnie nõ viciat proceſſum vbi nõ ſit hoc petituȝ.ꝛ facit.C.vt intra cer. temp.l.ij.ꝛ.ff.ꝺ damno infec.l.iiij.§.hoc iudiciũ poteſt etiam obmiſſio ſuppleri iqualibet ꝑte vt in.c.i.de iura. calũ.lib.vi.ꝛ ibi videas in nouella quod aliquid põt obmitti cui nõ põt renũciari ſil'r. qꝛ poteſt in criali obmitti deffenſio vt in.l.i.C.de fur.nõ tamen valet exp̃ſſa renũciatõ qn poſſit fieri legitima defenſio vt nõ.ſ.ꝺ pac. .l.pactuȝ inter hr̃dem. Bal.

**Si de qualitate.** Nõ.quod vbi parteſ nõ ſunt in ꝯcoꝛdia informatõem puncti illa pars vincit cui iudex adheret.ꝛ eſt argumẽtum ꝙ ille executoꝛ vincit cui adheret ep̃us põt etiaȝ ꝓpter diſcoꝛdiaȝ libere reuocare executoꝛem ad ſe ar.iſtius.§.nõ.in glo.de commiſſione iuramenti.

Jteȝ nõ.qꝺ iuramẽtum põt recipi in eccle. qꝺ quotidie faciunt iudices in exaĩationibus maleficioꝝ.citatõ etiaȝ ꝑ nũcium põt fieri in eccl'ia.qꝛ eſt meꝝ factũ quo ad nũcium vt.l.pñti.C.de his qui ad eccle.ꝯfugiunt.nã etiam eccle.ſũt de territoꝛio poteſtatis.vt nõ. guil.ſ.ꝺ in ius vocã.l.plerique.

**Dic ꝑtor.** Nõ.ex cauſa derogari iuramento cõtumacie facit ex̃.de ꝯſtitutio.c. ex l'ris ꝛ ex hac fundãtur ſtatuta qꝺ bãniti nõ debeant audiri.idem in excõicatis.ſecus in interdictis. Bal.

**Non ſemp.** Nõ.argumẽtum quod poteſt cõſuli vltra propoſitam. Jtem nõ. ar.qꝺ licet ſtatutũ mandat poſitioni ſimpl'r rñderi tñ poteſt reſpõſio modificari ex cauſa.ꝛ nõ.iſtuȝ.§. Bal.

**Cũ res.** Nõ.hic de abſolutoꝛia ab obſeruatiõe iudicij que interduȝ fertur ante liteȝ cõteſtataȝ.j.de eo quod cer.lo.l.quod ſi epheſi.§.i.ꝛ inſti. de ꝑpe.ꝛ tempo.ac.§.fi.ꝛ.ſ.ꝺ procura.l.ſi reus. Jnterduȝ poſt liceȝ ꝯteſtataȝ finita inſtantia vt.l. ꝓperanduȝ. Jnterduȝ poſt litẽ ꝯteſtataȝ durãte inſtãtia vbi ſic diſtingue.aut ſupuenit reo exceptio.que ipo iure tollit actõem.ꝛ tũc fertur abſolutoꝛia ab obſeruatiõe iudicij.vt dicto.§.fi.ꝛ.j.de ꝯdi.furti.l.ſi ſeruuſ.aut ope exceptionis.ꝛ tũc aut talis exceptio ipedit proceſſum. ꝛ opponitur ne ꝓcedatur.ꝛ tunc abſoluitur reus ab obſeruatõe iudicij.vt hic.aut nõ impedit proceſſuȝ. vel nõ opponitur ad hoc.ꝛ tũc fertur diffinitiua.vt.ff.ꝺ iudi.l.ꝺ quare.qꝛ litis ꝯteſtatio regul'r expectat ſemꝑ poſt ſe diffinitiuaȝ fertur etiaȝ abſolutoꝛia ab obſeruatõe iudicij.ſi renũciatur liti.vt.C.ꝺ pac.l.poſtquaȝ. Jtẽ cũ appellans deſerit appellationeȝ.vt.C.quõ ꝛ qñ iud.l.ſi p̃ſes. ꝛ qñqȝ iſta abſolutoꝛia habet viȝ diffinitiue. vt nõ.ſ.ſi ſerui.vendi.l.haruȝ.ꝛ.j.de accuſatio.l. ticia. Et facit ad ſtatutuȝ ꝙ poteſtas vltio mẽſe ſui regiminis.nõ poſſit abſoluere ab obſeruatione iudicij niſi foꝛte ꝑ libellũ ĩeptum.qꝛ nõ habȝ vim diffinitiue cũ denuo poſſit agi. de adulte.l.accuſat.ꝛ facit ad aliud ſtatutuȝ in quo cauetur ꝙ arbitri debeant diffinire cauſas.vt ſciant abſoluẽ ab obſeruatõe iudicij eo caſu quo iponit ꝑpetuuȝ ſilentiuȝ.qꝛ habet viȝ diffinitiue. ꝛ effectus ponderãdus eſt ar.j.ꝙ cum eo.l.ſi filius.§.i. Et licet noĩe ſnĩe diffinitiua ſignificetur.vt nõ.ff.appel.ſit.l.i.§.ꝙ in ſententijs. tamẽ dico ideȝ de interlocutoꝛia vbi habet vim diffinitiue.ꝛ eodem mõ appellatur ab vtroqȝ. vt nõ.abbas.ꝛ Jo.and.poſt euȝ.extra ꝺ appel.c.ꝑuenit. Bal.

**Tutor.** Nõ.aliquid ꝑmitti.ꝓpter ĩopiã probationeȝ. Nõ.argumentuȝ qꝺ ſindici nõ tenẽtur denũciare maleficia q̃ nõ poſſunt vllo teſte probari.

**Prodigus.** Nõ.ꝙ exceptio de ihabilitate ſemꝑ põt opponi ꝛ quod omne ſtatutuȝ itelligit᷑ de habili ꝑſona.

**Qui non ꝯpelluntur.** Nõ.argumẽtuȝ ꝙ dum pendet exceptio declinatoꝛia foꝛi nõ cogitur quis reſpõdere poſitõibus.nec debȝ interrogari de facto principali.ſic.ſ.de iudic.l.ſed ſi reſtituatur.§.ex quibus.

**Si actor.** Deſtructa ſc̃a cauſa.non propterea deſtruitur prima cã ſed econtra deſtructa.prima cã deſtruitur. ſc̃a que pendet eſſentialiter a prima cã.ſic.j.de excep.l.ſed ꝛ ſi ante. Bal.

**Si non fue.** Si differens iuramẽtum iurare nõ vult de calũnia habetur pro cõfeſſo ſicut ſi remitteret iuramẽtum h.d. Nõ.argumẽtum quod ſi nec actoꝛ nec reꝰ voluit iurare ꝺ calũnia actoꝛ hẽt᷑ ꝓ cõfeſſo. Jt nõ. ar.ꝙ ſi reꝰ nõ vult rñdẽ poſitõibꝰ actõis nec actõ poſitõibꝰ rei.ꝙ tota moꝛa iputet᷑ actoꝛi.ꝛ litẽ ꝑdit. qꝛ ipe ꝓuocauit ad liteȝ ſil'e.j.de ꝯdictione fur.l.ꝛ ideo. Nõ quod ſi nõ facio quod debeo liteȝ ꝑdo.licet tu reus nõ faciaſ qꝺ debes ſm̃ glo.notabilem hic.

**Manifeſte.** Qui ñ vl't iurãe nec referre hẽt᷑ ex ficta turpitudine ꝓ ꝯfeſſo hoc ueruȝ niſi habeat iuſtaȝ excuſatõeȝ quare nollit iurare.puta qꝛ neſcit actuȝ.vt.ſ.e.l.iuſiurãdum ꝛ ad pecunias.ꝛ ſi iudex nõ admittit cãm iuſtã põt appellare.vt.C.e.l.general'r.§.fi.iudex.ꝛ nõ ꝙ nũquaȝ habetur qs pro ꝯfeſſo.ſi habet iuſtaȝ cãm nõ reſpõdendi vt.c.ij.de ꝯfeſſ.li.vi. Hic queritur ꝺ ꝯtumace vtꝝ habeat᷑ pro ꝯfeſſo ſuꝑ eo.ſuꝑ quo.eſt ꝯtumax in rñdendo ꝛ dic.vt nõ.Ja.de are.j.ꝺ ven.inſpi.ꝛ.ſ.ꝺ interro. actio.l.ſi filius ꝑ Ja.butri.glo.dicit ꝙ ſic.vt.j. de ꝯfeſſ. .l.certũ.§.i.tu dic vt dicto.c.ij.de ꝯfeſ.li.vi. Sȝ an ille qui ſcit veritateȝ ꝑ famaȝ.cogatur iurare ar.ꝙ ſic.ff. de acqui.heredi.l.cuȝ qdam.§.i.ꝛ qꝺ nõ.Jnno. ꝺ iura

men.calū.c.fi.⁊ archi.iij.q.viij.teſtes. In ꝯtrium fa
cit quod nō.C.e.l.i bone fidei.Sed an dꝫ iurari de ne
gatiua ſicut de affirmatiua dic quod ſic.ſi quis ſcit ſcīn
vt.ff.de acqui.here.l.pantonius.§.rei.⁊.l.cū falſuꝫ facit
quod nō.de iti.actuqꝫ priuat.l.i.⁊.ff. de probatio.l.ſi ar
biter. Bal.

**S**I quis enim Cōdictio iuriſiurā
di habetur pro cau
ſa hoc i pacto liberatorio qd i pacto obligato
rio glo.dicit ꝙ ipletio modi veſtit pactum.nam ipletio
ꝯdictionis.quod ē veruꝫ in ꝯdictione que ipletur de ne
ceſſitate pcedentis cauſe vt.ſ.ꝺ pac.l.ſe. intra. Sed
dicas in.l.ſi intra erat pactuꝫ gratuituꝫ quo ad reſiduū.
⁊ ideo nō veſtit rei interuentu.vt nō.ſ. de pac.l.in tra
ditionibus. Si auteꝫ eſt ꝯdictio volūtaria.aut conſi
ſtit in pſtatione.vel intereſſe.promiſſoris.⁊ veſtit pactū
vt.j.de nau.feno.l.piculi.aut nō ꝯſiſtit in talibuſ.⁊ tunc
nō veſtit pactuꝫ.vt in glo. Sed videtur qꝺ pactuꝫ
fiat p ſi.⁊ oriatur actio pſcriptis verbis.vt.j.de ꝯben.
emptio.l.labeo ſcribit ⁊.j.de dona.cauſa mor.l.ſenatus
§.i.⁊ de nau.feno.l.piculi. Itē lex dicit ꝙ cōdictio
habet pro cā.vt.ff.de vbo. ob.l.a.ticio ad idem.j.ꝺ cōdi
ctio.ob cām.l.pe. So.ibi deficit ſolēnitas cauſalis
⁊ adeſt formalis . vt in ſtipulatōne ⁊ venditione condi
ctio habetur p cauſa vt in.l.a ticio ⁊ in.l.labeo. Si āt
ſil' deficit cauſalis ⁊ formalis vt ex nudo pacto. tūc nō
oritur actō vt hic. Sed qūo reſpōdebitur ad.l.labeo
ibi nō fuit uenditio ꝯd ctionalis.qꝛ nō oriretur ex ꝯctu
noiato pſcriptis vbis.ſed pactuꝫ de vendēdo qꝺ veſtit'
exiſtētia ꝯdictionis.qꝛ ſi non veſtiretur non ageretur
vt hic. Bal.

**I**usiurādū. Iuramētum excludenſ
fortē excludit penā.h.d.
cōcordat.C.de vſur.l.eos.in prin. Bal.

**H**abeo. Gratia ⁊ remiſſio poteſt fieri ab
ſenti ⁊ ignoranti.h.d. Sed nū
quid ille cui fit remiſſio debet eam acceptare
⁊ ratificare glo . dicit ꝙ ſic ⁊ tunc oportet eum ſcire.
Sed nūquid eſt neceſſe ꝙ intimetur p nūcium vel
epiſtolaꝫ facientis gratiaꝫ vel remiſſioneꝫ.glo.dicit qꝺ
ſic. In ꝯtrariuꝫ facit quod nō.j.de libe.lega.l.nō ſo
lum.§.tale vbi dicitur quod abſnti queritur exceptio do
li iſta glo.facit p qꝺ nō.ſ.ꝺ pact.ideꝫ i duobus p glo.ꝯ
facit ꝙ nō.inſt i.de iniur.in fi. Sed ad illaꝫ rñdetur
quod i foro penitentiali nō reqritur pñtia ptis.qꝛ foruꝫ
pēitētiale magis accedit vltime volūtati vt nō.ex de ſe
pul.c. parēt. Iteꝫ ad idē facit.ſ.de neg.geſt.l.neſē
nius dic quod aut remiſſio iuramēti tendit ad obligan
duꝫ.⁊ tūc requiritur organuꝫ mediū facit quod no.j.de
actio.⁊ ob.l.cōſenſu ⁊.C.de ſacro ſan.eccl.l.illud dic ꝙ
aut fit ad deliberāduꝫ.⁊ tūc nō requiritur mediuꝫ orga
num.nō obſtat.quod nō.in.l.ideꝫ in duobus.qꝛ ibi i pa
cto hic in gratia ⁊ remiſſione.⁊ facit arg.ad collatiōes
pbendaꝝ.vt queratur ius abſnti.qꝛ eſſentialiter collatō
depēdet a ſola poteſtate ꝯferentis.in quo ſolo reſidet
ius ⁊ auctoritas prouidendi.In eo āt cui prouidetur nō
reſidet poteſtas prouidendi.ſed acceptādi prouidentia i
factū alterius.vt ex de pben.accedens de ꝯceſſio. pbē.
qꝛ cūctis.⁊ eſt arg.quod ſi ſtatutū dicat.ꝙ ꝯcordia fiat
infra octo dies quod etiā pōt ratificari.qꝛ a principio q̄
ſitum eſt ius etiaꝫ ignorāti arg.ad hoc quēadmo.ſerui.
amit.l.ſi partē.§.i.⁊.j.de bo.liberto.l.octuaginta.qꝛ ſta
tutuꝫ nō requirit niſi quod fiat.⁊ nō exigit quod ratifi
cetur.nam p liberaꝫ pſonam bene pōt queri exceptō ꝯ

cordie etiaꝫ ignorāti.vt.ſ.e.l.naꝫ ⁊ poſtea.§.i.⁊.C .ꝺ nō
nu.pec.l.ſi cui ⁊.j.de vſur.l.ſi quis ſolutōi.§.mora .ſuffi
cit enim fieri quod ſtatutuꝫ exigit nec requirit' qꝺ plus
fiat ar.in.l.qui fundū de cōtrahē.emp. Alij dicunt
ꝙ requirit' ratiſicatio infra terminum rem rat. habe.
l.bonoruꝫ alias habetur pro repudiata.vt nō.ſ.de neg.
geſt.l.ſi ego.⁊ de appellatio.recip.l.i.ſed iſta iura loquū
tur i iure qꝺ nō prius queritur q̄ ratificetur.ſed libera
tio ſtatiꝫ queritur ipo geſtu.⁊ hoc uides in priuilegijs q̄
ignorantibus ius tribuūt.vt nō.archi.de priuileg.c.i.in
vſi.indultuſ.⁊ vide quod nō.archi.lxxxij.di.propoſuiſti.
Cōiter probatur opinio quod exigatur ratificatio in
fra terminuꝫ.al' nō valet cōcordia nec pax.qꝛ nō poſſūt
eſſe circa neſciētes. Itē ꝯſtitutio fauorabilis nō re
quirit ſciētiam.ſecus i ꝯſtitutione penali.vt.l.fi.ꝺ decre.
ab ordi.faciē.⁊ facit.j.de acqui.poſſ.l.qui abſnti.in prin.
⁊ quod nō.ſ.ſi cer.pe.l.certi ꝯdictio.§.ſed ſi nūmos.

**C**reditor Iuramētum i dubio pſumi
tur reale hoc.d.⁊ hoc nota.
Nō.ꝙ iuramē.negatiuū facti tollit ſolā rōem
ipo iure.vellat etiaꝫ ciuilē.qꝛ nō poteſt probari a modo
vt no.j.de ꝯdictio .indeb.l.iulianus. No.iurari ſup iu
re.i.ſup qualitate facti hoc dicit glo.nec obſtat qꝺ no.ꝺ
aur.⁊ arg.leg.l.ornamētorum.nam ibi de mero iure lo
quitur.i.de iure.l.ꝙ i ꝯſtitutione nō in facto poſitum ē.

**Si fideiuſſor.** Nihil hꝫ iſte.§.i tex.nec
in gloſ. nec in materia
ſua. Bal.de peruſio.

**Eadem ratione.** Nota deffenſionem
deffenſoriſ admitti ⁊
paribus paſſibus ambulare.⁊ p vtrūqꝫ queri exceptio
neꝫ dño. Nō.argu.de pceſſu ad ſniam de qua materia
dic vt p Inno.extra de teſtib.cām que ⁊ ibi vide. Bal.

## De in litem iurando. Rica.

**R**Em in. Promiſſio
fideiuſſ'is iu
dicatū ſolui nō extenditur
vltra veruꝫ pcium ⁊ rei pe
tite.lꝫ ex ꝯtumacia rei iure
tur in liteꝫ.h.d. Nota prin
cipiū.l.ſequētis C.auſus pe
tebaꝫ a ticio centū l' codicē
meū quē tenebat intentās
rei vendicationē.⁊ qꝛ ticius erat pſona ſuſpecta petebā
vt ſatiſdaret ꝺ iudicio ſiſti.⁊ iudicato ſoluēdo ticiuſ offe
rebat fideiuſſoreꝫ qui volebat ſe obligare vſqꝫ ad predi
ctaꝫ quātitateꝫ iſtius codicis.Ego volebā quod obliga
ret ſe vſque ad quātitateꝫ iuramēti in litem in caſu quo
res p ꝯtumaciaꝫ nō reſtitueret'.Querit' quid iuris. rñ
detur quod ſufficit ſatiſdatio vſqꝫ ad veraꝫ extimatōeꝫ
nec dꝫ ꝯſiderari i augenda fideiuſſione ſeu ſatiſdatiōe
ꝯtumacia que nō eſt.⁊ que forte nō erit hoc dicat.⁊ eſt
primus caſus in ſatiſdatōe interponēda.ho mō legitur
in ſatiſda tione interpoſita petebaꝫ a ticio.Codicem ſa
tiſdedit de iudicio ſiſti.⁊ iudicato ſoluēdo lata i eū ſnia
nō reſtituit.vnde iuramētum eſt i litem.⁊ iudex fecit p
ceptuꝫ ſecutus iſtud iuramētum. Ego petij exequi pce
ptum ꝯ fideiuſſoreꝫ.fideiuſſor dicit ſe nō teneri ad inter
eſſe affectionis.ſed ſolū ad verā extimatōem. Querit'
quid iuris.⁊ rñdetur quod fideiuſſor nō tenetur vltra
veꝝ itereſſe nec nocet ſibi quo ad hoc contumacia rei
h.d. Nō.nō inſpici quod euenire poteſt. Nō.contu

maciã rei nõ augere promiſſionez fideiuſſoris. Nõ ꝙ cõtumacia pena ẽ diuerſa a principali vt.ff.ð tab. exhi. .l.locum.§.ꝯdemnatio.vec vna tollit alteram vt.l.i.de requi.rei.⁊ de cuſto.reo.l.diuus.ſm.l.ſub.niſi ꝯfundãt̃ adinuicem.⁊ hoc ẽ quod aſſeſſores dicunt cõputato bã no ĩ preſenti ꝯdemnatione. Nõ.quod fideiuſſio non egreditur rẽ ſuper qua interponit̃. Nõ.qð aliud ẽ pena cõtumacie.⁊ aliud eſt ipm̃ debituz pꝛĩcipale.aliud eſt eniz illud qð venit ex accidẽti propter moraz.aliud id quod venit ab ipõ principio ꝯcordat.ſ.ſi cert.pet.l.vinũ.⁊.j.ð eo quod cer.lo.l.centuz capue.⁊ pro hoc ſoluit̃ queſtio.vnũ ſtatutuz dicit quod nõ ſoluẽs penaz homicidij infra decẽ dies decapitetur aliud ſtatutuz dicit qð cõtumax ꝯdemnet̃ in quarto pluri. Modo q̃ritur ſi ſoluit primã penã.⁊ nõ ſoluit iſtud quartuz plus poſſit decapitari pro iſto quarto pluri nõ ſoluto.⁊ videtur qð ſic.q2 iſtud quartuz videtur pena maleficij aucta ꝑpter cõtumaciaz. Itẽ q2 nec debuit admitti ſolutio particularis. Contrariũ ẽ veꝛũ.q2 iſta ẽ pena cõtumacie nõ homicidij.q2 imponit̃ per ſe diſcretiue a pena originali ſicut mulcta q̃ imponitur cõtumaci.l' excõmunicato que nõ eſt pena delicti.ſed ꝯtumacie.⁊ ideo propter iſtud quartuz plus nõ ſolutuz.nõ poteſt decapitari.ſed dꝫ detineri ĩ carcere donec ſoluat.⁊ ſi dicis qð ſolutio particularis.nõ dꝫ admitti cũ totuz ſit liquiduz vt.l.qdam exiſtimauerũt. Rñdeo ibi ĩ ſolutione fienda.Hic ĩ iam facta vel hic ſpãle fauore vite que maior ẽ libertate ar.ð ſta. .l.cũ heres.§.pe.vel q2 nõ venit eodẽ iure cũ principali ſed diuerſo iure.quibus mõd.pig.vel ipo.ſol.l.fi. Sed quid ſi pena nõ eſt inſerta nõ cõparenti.ſed ſoluenti.an ſit pena corporalis.vel alia pena.qa nõ ſoluitur ſiẽ pẽa maleficij.vl' ꝯtumacie.⁊ videt̃ quod pena ꝯtẽptus vt.ff ð arb.l.ſi quis rem.Sed dico qð eſt pena maleficij intentati.q2 licet nõ ſit ĩ prima diſpoſitione.ẽ tamẽ in diſpoſitione ſcða.vt venit ex eadez cauſa ar.ð ope.libẽto. .l.ſi ita ſtipulatio.⁊ q2 prima pena trãſfundit̃ in ſecũdaz vt.ff.ad.l.fal.l.i.§.item ſi ita.⁊ ꝑ cy.j.de publi.iudi.l.ij.

Sed cõtra hoc facit lex noſtra.q2 hic imponitur pena nõ ſoluenti.⁊ tñ dicitur ex mora eſſe nõ ex re. Sed rñdeo quod extimatio rei.hꝫ certos fines quaſi a nã.vñ qcqd vltra ẽ venit extriſecus.ſꝫ pene delictoꝝ non hñt certos fines a nã.⁊ poſſunt augeri ex mora .vel alia cã vt.ſ.ti.i.l.euz qui. Itẽ facit hec lex ad aliã queſtiõez notatã ꝑ cy.ff.de v̂bo.obli.l.cum filius. vbi dicit ꝙ filius bãnitus pro ꝯtumacia nõ dicitur ꝯdẽnatus ð maleficio maxĩe in ꝑiudiciũ tertij ⁊ ibi oĩo vide. Et cuz q̃ritur an futura proſpiciant̃.refert.aut ẽ cã .aut ẽ ius ð futuro ꝯtingenti.⁊ nõ iſpicitur.vt hic.⁊.j.de vſur.l.i. naz hec cauſa ĩmediata iuramẽti erat incerta ð futuro ⁊ ideo nõ inſpicitur.q2 cã.⁊ debendũ ex ea erat de futuro nõ tñ nec ꝑordinatuz de futuro. Aut cã eſt de preterito.⁊ ius ð futuro.⁊ tunc.aut futurũ factuz ẽ neceſſariuz.⁊ tũc inſpicitur vt.j.de cõdi.inde.l.naz.⁊ cũ moriar aut poſſibile.⁊ ꝯtigẽs ⁊ tũc aut futurꝰ euẽtꝰ ẽ inciatꝰ l' ꝑparatus.q2 preſens ſtatus tendit ad hoc.⁊ tũc inſpicit̃ quod euenire põt ut.j.de ꝑuileg.credito.l.ſi creditores ar.j.ti.i.l.quod ſeruus. Aut nõ eſt iniciatus nec preparatus.⁊ tũc aut inſpicere põt ⁊ nemini nocet.⁊ inſpicitus.vt.j.ſolu.matri.l.ij.aut alicui nocet.⁊ tũc nõ inſpicitur vt hic.q2 nõ deducitur oĩs potentia ĩ actuz.⁊ ideo nõ poſſumus eſſe clari .fallit ꝑpter doluz aduerſarij vt le.⁊.nõ.vt.ſ.de ne.geſt.l.diuortio. Nõ.ꝙ fideiuſſor nõ tenet̃ ſe obligare ad penas legales.vide.j.de fideiꝰ. .l.ſi.l.iij.q ſatj.cog.⁊ nõ.i.l.fi.j.de eo ꝙ cer.lo.Sed qñõ põt iſta lex ĩtelligi.in fideiuſſore ð iudicio ſiſti. nam iſte nec ad rem tenet̃ lata ſñia.vt.j.de fideiuſſo.l.grece.§. poſt litem.So.hic nõ erat lata diffinitiua. ſed ĩterlocutoria vt nõ.ſ.de rei vẽdica.l.qui reſtituere.vel hic ꝓmiſerat etiaz iudicatũ ſolui. vel promiſerat parere oĩbus mãdatis curie.vt nõ.cy.j.de v̂bo.ob.l.cõtinuus. §.cum quis.⁊ ib videas.⁊ ibi cy.in.l.fi.C.de ſpõſa. Sꝫ qñõ ꝯuentus ſuo noĩe debet ſatiſdare vt inſti.de ſatiſdã. §. ſed hodie. Rñdeo q2 erat de caſibus ĩ qbus ẽ ſatiſdãdũ C.vt in poſſe.lega.l.ij.vel reus erat perſona ſuſpecta.⁊ res mobilis vt.l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſda. cogun. vel cuius rei paſſus eſt miſſionez ſatiſdedit ꝑꝑ rehñdã tenutam vt in aũt.de exhi.re.§.ſi v̂o etiam qdam ⁊ facit.j.de ſta.libe.l.rõem ⁊ ex̃.de v̂bo.ſigni .c.ex parte in xp̃o cũ ſilibꝰ. Itez eſt ar.huius.l.ad q̃õem de eo q ꝓmiſit reddere caſtruz ⁊ dedit fideiuſſores.⁊ poſtea ꝑdidit caſtrũ.⁊ ꝯdemnatus eſt.qð ad penã criminis nõ tenetur fideiuſſor.q2 nõ acreſſit crimini.ſed ꝯtrctui vt.j.ad munic.l.lucius. per cy. Circa quod dic.Aut fideiuſſor ſimpl'r acceptus tenet̃ ad penam.aut pena naſcitur ex eodez facto.aut prorſus ex alio facto nouo. ſi ex alio nõ tenetur fideiuſſor.vt.j.de fideiuſſo.l.fi.ſi ex codẽ facto.aut eſt pena ꝯuentionaliſ.⁊ tũc.ſi primo fideiuſſit ⁊ poſtea eſt appoſita pena ex ĩteruallo.nõ tenetur fideiuſſor.Si aũt promiſſio pene precedit fideiuſſionẽ.⁊ tũc tenetur vt.j.de eo quod cert.loc..l.centum capue.⁊ ibi nõ.Aut eſt pena legis ſeu etiaz intereſſe qð etiam pẽa dici poteſt ex pte rei cui nil adeſt.⁊ tunc refert.aut uẽit ex natura actionis.aut ex accidenti.primo caſu tenetur fideiuſſor vt.j.loc.l.quero ⁊.l.ſi poſtea.j.rẽ pupil.ſal. fore. Secũdo nõ tenetur iure obligationis ſiue ante morã ſiue poſt ꝑcedat vt.j.ð eo qð cer.lo. l.fi. Sꝫ an teneat̃ officio iudicis refert.aut ex ꝓpria mora.⁊ tenetur vt.j.de eo qð cer.lo.l.centuz capue.ij. Ro.⁊.j.de fideiuſſo.l.ſi teſtamẽto.§.fi. Aut ex more rei.⁊ tũc refert.aut mora ꝑcedit fideiuſſorem. Aut fideiuſſio moraz.primo caſu tenetur fideiuſſor ſm azo. Secũdo nõ vt dcã.l.cẽtum capue.⁊.l.fi. Sed tu dic ꝙ iſtud intereſſe ẽ accidẽtale ⁊ emergẽs rõne mixta loci ⁊ more nõ ꝯtinetur in forma ꝯtrctus nec ẽt executiue vẽit ꝯ fideiuſſorez ex mora rei.q2 nõ ẽ iterſſe vniforme ĩ reo ⁊ fideiuſſore.nam ex pſonis ⁊ re mixta ratõe ꝯſiſtit.vt.j.ð eo quod cer.lo.l.ideoqꝫ.⁊ ideo moraz fideiuſſoris exigo.vt ſic actio arbitraria.⁊ eiuſdẽ qualitatis ⁊ nature in reo ⁊ fideiuſſore.⁊ hinc inde veniat intereſſe.ſecus ĩ vſuris que ſunt vniformes.ut.d.l.quero. Sed quid ſi fideiuſſor expreſſe promitteret ĩtereſſe. Rñdeo tũc actio nõ tenet arbitraria.ſed ꝑciſſa q2 nõ veniret intereſſe offõ iudicis mercenario.ſed iure ꝯtrctus ⁊ actionis.⁊ ideo cũ actio ſit arbitraria eque ĩ fideiuſſore ⁊ in reo nõ videt̃ in dubio promiſſuz hoc ĩtereſſe.vt.d.l.fi.ad penes etiaz maleficioꝝ fideiuſſor nõ tenetur nec ex ꝓprio maleficio nec ex maleficio rei niſi maleficiũ purgaretur ꝑ actõez ex eo ꝯtrctu.vt.ſ.de dol.l.ſed fideiuſſor quia vbi mora l' culpa rei fingit̃ eẽ mora.vel culpa fideiuſſoris nocet fideiuſſõi. Sed qd in actione.l.acquilie.an fideiuſſõ teneatur ad penam inficiatõis.rñdetur quod nõ.vt hic

In ꝯtrariũ q2 uenit ex eadẽ cã.⁊ iure eiuſdẽ actõis

Itẽ qcquid venit in ꝯdemnatõne venit ĩ fideiuſſione iudicij vt j.loc.l.quero ĩ fi.principij.⁊ ſic ſufficit ſiue ſit nata cã.⁊ obligatio ſiue cã tantum nata dico cauſaliter.vel formaliter. Preterea ſñia ponderãda eſt.⁊ ius ex ea metiri debemus tãquã ex termino ad quẽ ſit relatio qð veruz credo. Si autẽ iſte fideiuſſor ẽ rece

ptus poſt inficiationeꝫ tūc nō eſt debituꝫ.qꝛ cā ꝓcedit ſi
demiſſioneꝫ. Ultimo collige hic arg.quod ꝯdemnatus
ex ꝯtumacia nō dr̄ cōdemnatus ꝺ maleficio.hoc veruꝫ
qꝛ fit mentio ꝑ reſpectū ad maleficiū itentatuꝫ. hoc ve
ruꝫ credo niſi ꝯtumax haberetᷣ pꝛo ꝯfeſſo. tūc dicitᷣ cō
demnatus ex ficto maleficio nō ex vͦo vt.C.de iterdic.
ma.l.ſi tutoꝛ.⁊.ff.de iure fiſ.l.eius qui facit i arg.qͦ nō.
de fide inſtru.l.iij. Si auteꝫ loqmur de maleficio in
genere.ſ.vtrum ꝯtumacia ſit maleficium dic.vt ꝑ dy.
C.de cri.ſtellio.l.i.⁊ facit ad ſtatuta que dicunt qͦ ꝯdē
natus pꝛo maleficio poſſit impune offendi an itelligatᷣ
de ꝯtumace.Adde etiaꝫ qͦ ſi quis nō eſſet ꝯtumax in
medio cauſe vno aſſiſtit cauſe.⁊ inſtruxit eā.ſed poſtea
fuit ꝯtumax nō veniēdo.ad ſnīa quod tūc dicitur ꝯdēna
tus ex cōtumacia.ymo ex geſtis ar.C.de adul.l.q̄uis i
dubitati.⁊ facit quod nō.C.ſi advͤſ.rem iudi.l.cuꝫ ⁊ mio
res melius facit qͦ nō.C.ꝫ iudi.tutel.l.ij.hic ñ ſūt.alia.

Siue.§.interdum. Quando pe
titur intereſ
ſe ratione culpe nō iuratur in litē.ſed ratione
doli.vel ꝯtumacie ſic hoc dicit.de iuramēto effectionis
Sed an ꝑ iuramētum ꝓbetur ſimplex.⁊ verū inter
eſſe.dicit glo.ꝙ nō ſi agitur ratōe culpe.ſecus ſi doli.vt
inſti.ꝺ vͤbo.ob.§.pe.⁊ facit quod nō.j.ꝺ tri.l.i hac.⁊.j.
de ꝓto.ſtip.l.fi.⁊.j.e.l.i actionibus.§.ꝑſens ⁊.l.cuꝫ furti
quod eſt verū vbi factuꝫ rei inducit difficultateꝫ ꝓbatō
nis.vt dicto.§.plane.⁊.C.vnde vi.l.ſi quādo. Hec ve
ra ꝺ intereſſe dāni.ſed ꝺ intereſſe lucri nō pꝛobatᷣ ſacra
mento.vt.j.de eo ꝙ cer.loco.l.iij.§.fi.⁊ dic.vt.j.pꝛoxi.
Querit glo.an ſit neceſſariuꝫ iuramētuꝫ vbi abſqꝫ
eo ꝯſtat iudici ꝺ affectione ꝑtis ⁊ ſcit quid ille iuratuꝛ
eſt.⁊ dicit glo.ꝙ nichilominus debet iurare.qꝛ iſtud ē
ꝺ ſolemnitate ꝓbationis.⁊ nō debet omitti.⁊ qꝛ lꝫ ꝯſtet
iudici.alᷣ nō ſufficit.qꝛ nō ꝯſtat ꝑ moduꝫ pꝛobationis.⁊
nō.glo.⁊ facit ad qōem ꝺ duobus arbitris qui ſciunt vo
luntateꝫ tercij abſentis.an poſſit eo abſñte.⁊ non expe
ctato pꝛonūciare.⁊ dicit Inno.qͦ ſic ex̄ de teſta.c.ray
naldus.⁊ ar.ſ̄.de ſta.homi.l.arctuſa. Sed dico cō
trariuꝫ qꝛ college neſciūt iſtud eo modo quo ꝺbent nec
ſciunt.vt iudices ſeu vt arbitri. Sed vt priuate ꝑſo
ne qͦ nō ſufficit.⁊ facit.ſ̄.de arbi.l.ſicuti.⁊.j.de re.iud..
.l.duo iudices.⁊ hec opinio ē tutioꝛ.qꝛ etiā nō eſt ſerua
ta foꝛma.⁊ mādatuꝫ legis i pꝛonūciando.⁊ qñ ꝑñtia ali
cuius ꝑſone reqritur ſi qd in eius abſentia facit nō va
lere quod agitur.vt.C.de tuto.⁊ cura.l.i.ꝑ ⁊ ideꝫ quan
do reqritur exploꝛatio volūtatis vt.j.de acqui.here.l.
cum qui duobus.§.filius ⁊.l.ſi quis mihi bona.§.fi. de
auc.tuto.l.obligari.§.fi.

Nūmis. In nūmis nō venit itereſſe affe
ctionis.ſed bene venit itereſſe pe
ne ꝯmiſſe.vel pignoꝝ diſtractoꝝ.h.d. Nō
ꝙ iſtud itereſſe damni emergētis ex̄rē venit i nūmis
mlto magis venit itereſſe itriſecū vt.ſ̄.ſi cer.pe.l.vinū
In actionibus arbitrarijs ꝓpter locuꝫ nō eſt dubi
um.vt.j.de eo ꝙ cer.lo.l.iij.§.nūc videndum idē tñ vbi
locus nō eſt appoſitus ad ſoluēduꝫ.vt ibi nō.hoc itereē
pōt pꝛobari ꝑ ſacramētuꝫ cōtra moꝛoſuꝫ.hoc veꝝ i actō
nibus in quibus cōſueuit in liteꝫ iurari. vt i realibus ⁊
bona fide.naꝫ ſi ex qualitate rei nō cadit iuramētū affe
ctionis cadit tamē iuramētum vͤitatis.vt hic alᷣ autem
nō pꝛobatᷣ intereſſe ꝑ iuramētum vt.ſ̄.e.l.ij. ideo.l.nr̄a
ponit exēplum in actione depoſiti.⁊ nō.quod iſta.l. loq
tur.ꝺ intereſſe damni itrinſici ar.j.de actio.emp.l.ſi ſte
rilis.§.cuꝫ ꝑ vēditoꝛeꝫ vbi venit intriſicum nō extriſicū

So.ſpāle eſt i pecunia vt.j.de vͤbo.ob.l.liber homo i fi.
⁊.l.pecuniā ſm bar. Sed quid ſi nō petatur quāti
tas.ſed ſpēs dicit glo.id quod iurabituꝛ.⁊ veniet.tūc cir
ca itereſſe i lucro fructuū nō in lucro negociationis ar.
j.de cōdi.fur.l.iij.ſed in q̄titatibus dicit Ja. ꝙ nō ueni
et lucruꝫ niſi i actionibus arbitratoꝛijs. Iteꝫ ubi petitᷣ
quātitas nō uenit aliquid noīe fructuū.ſecus in ſpēbus
q̄ nā ſui fructuꝫ generant ſm Joh.⁊ licet in nūmis ca
dat itereſſe negociatōis.tñ iſtud nō eſt ꝯſiderādū. Tu
dic ut ꝑ cy.C.de ſen.que pꝛo eo quod itereſſe ꝓferuntᷣ
ut.l.i.in.ij.q.Circa apparatuꝫ iſtius legis. Sed op.
dicitᷣ hic quod certa ē nūmoꝝ extimatō. Sed ꝯtra
nūmus nō eſt extimatus.ſed extimat ut.j.de fideiuſſo.
.l.ſi ita. So.cōcedo ⁊ dico ꝙ nūmi ſunt extimatio
extimata actiue nō extimatio extimata paſſiue ſꝫ Jo.
⁊ azo.uel dic ꝙ nūmi nō extimantur a ceteris rebus ut
j.de ꝯhen.emp.l.i.⁊.j.de reꝝ ꝑmu.l.i.ſed bene extiatᷣ
nūmus ꝑ alios puta floꝛenuſ ꝑ uenetos groſſos.⁊ groſ
ſi ꝑ paruos minutos ut coꝛtonenſes. Secūdo op.
dicitur hic qͦ in actione depoſiti nō iuratur in liteꝫ.ſed
contra infra depoſiti.l.i.§.in depoſiti. So. ibi erat
depoſita ſpecies in qua credebat ſingularis affectio
hic pecunia in qua non cadit affectio . ⁊ hec eſt uera.
Op. ꝙ ymo iuratᷣ vt hac.l.i.§. So.ibi i iuramento vͤi
tatis nō affectōis. Quō ꝑmo an i actione depoſiti ve
niat itereſſe lucri ceſſantis .dicit glo.aut ē apoſita ſpēs
⁊ tunc venit iſtud intereſſe qꝛ iuratᷣ i litem aut quātitaſ
⁊ tunc nō venit vt hic .Qeuero an veniāt fructus.dicit
glo.ꝙ ſic i ſpetie non i quātitate qꝛ nō facit fructum de
vſuris .⁊ dic vt ſ̄.de neg.ge.l.qꝛ tantūdeꝫ .ēt adhuc ho
die veniūt interduꝫ vſe nō ꝓpteꝛ moꝛā ſed ꝑꝑ vſum rei
vt.C.de ac.emp.l.curabit.⁊ ex̄ de feu.c.ij.vlᷣ ꝓpter one
ra rei ulᷣ ꝑſone ut ex̄ de vſuris .c.ſalubꝛiter . Quero
qd ſi nūmi debeātᷣ ꝑ aliaꝫ actionē bōe fide . Reo idē ꝙ
dicitᷣ hic actione depoſiti vt veniat intereſſe.⁊ ꝓbetur
ꝑ iuramētum. Quero quid i actione ſtricti iuris an
veniat intereſſe glo.dicit quod ſic.ſed an pꝛobabitᷣ per
iuramētum glo.dicit qͦ ſic quādo īpingitur reo dolus
vel ꝯtumacia eſt ergo generale quo ad intereſſe damni
emergētis.⁊ pꝛobatur cōtra quēlibet cōtumaceꝫ per iu
ramētum idem nō.inſti.de vͤbo.ob.§.pe.qꝛ eſt certū vbi
agitᷣ ex maleficio vt.l.ſi qñ.C.unde vi.ex maleficio dico
rei nō ex maleficio tercij ut nō.dy.j.q̄do .ex fal. tuto.
.l.i.⁊ Ja.in.l.ne quid de incēd.rui.naufrag. Sꝫ qñ
intereſſe petitur ex ꝯctu ſtricti iuriſ.aut iſtud itereſſe ac
cedit obligationi facti.⁊ nō pꝛobatur ꝑ iuramētuꝫ ut.j.
de ꝓto.ſtipu.l.fi.aut i obligatōibus dandi.⁊ tūc re extā
te nō pꝛobatᷣ ꝑ iuramētum.ſed re ꝑempta poſt moꝛam
rei pꝛobabitᷣ ꝑ iuramētum.ꝓpter difficultateꝫ ꝓbatōnis.
ut.j.e.l.in actionibus.§.i.Aut obligationi rem reſtitui
uel reali actioni.⁊ ꝓbatur cōtra doloſum ꝑ iuramētum
ut hic.⁊.ſ̄.e.l.ij.Illud auteꝫ eſt generale ſiue agatur.ex
delicto ſiue ex ꝯctu bone fidei.ulᷣ ſtricti iur̄ quo ceſſante
dolo nō iuratᷣ vt ſ̄.e.l. ij.Adde ꝙ vr̄ eſſe in dolo illē q
nō obſeruat ſolēnitatem legalem ut. ff.de admi. tut.l.
tutoꝛ.qui reptoꝛiuꝫ i ꝑn.. Item adde ꝙ moꝛa pōt eſſe
ſine dolo .vt cum paup īterpellatᷣ vt nō.Inno.de offi.
dele.quod ⁊ cōtra.A mōa autē.leg.puta deſerte appel
lationis excuſat pauptas ut nō.Inno.de officio deleg.
ex ratione . ⁊ nō.an ꝯtra diſigilantē.ſachū alienuꝫ uel
aperientē capſaꝫ alienam.pꝛobatᷣ intereſſe ꝑ ſacramē
tum ut nō.Inno.extra ꝙ me.cau.c.ſup eo.⁊ uide .j.qͦ
vi.aut clam.l.ſemp.§.in hoc interdicto ⁊.j.de fur.l.qdā
ca.in fi.⁊.C.de pꝛobatio.l.ſi de poſſeſſione.

**Videamus.** Pupilluſ nō iurat ď affectione.qꝛ nō cadit ĩ eo plena affectio. Iteʒ mater uel cōiuncta ꝑſona cōiunctoꝛio nōie nō iurat tutoꝛ.⁊ curatoꝛ nō cogitur inuituſ ſed uolens admittitur ad iurādum referēdo uerba affectionis ad dn̄m nō ad ſe. Adoleſcens nō eſt capax iuramēti.h.d. Nō.quod iuramētum affectionis nō cadit in ipuberē facit.C.de acqui.poſſ.l.donataꝝ. Nō.ꝙ mateꝛ nō eſt legitima adminiſtratrix filij facit.j.de ſolutio.l.filie. Si aūt eſſet tutrix.tūc nō quia matre.ſed qꝛ tutrix poſſet iurare ſm glo.nō eni officit.ſed ꝓficit ad uberioꝛē adminiſtrationē ↄiunctio ꝑſonaꝛum ⁊ duplicitas vinculoꝛuʒ eccl' ſimile traditio inſtr̄i nō hʒ vim mandati ad agēduʒ in ex̄neo.ſecus in ↄiuncta ꝑſona vt nō. C.de pac.ↄuen.l.ſi duobus. Ergo ↄcurrētibus qd̄ ſi ↄiuncta ꝑſona.⁊ quod fuit tradita inſtrumēta p̄ſumit' mādatum.ſed altero tm̄ ↄcurrente nō vt nō.pe.C.ď procura.l.maritus.ſicut ergo facilius preſumit' mādatuʒ in ↄiūcta ꝑſona ita ⁊ mādatum liquidū nō debet minus oparı. Nō nemineʒ cogi iurare ad cōmoduʒ alienuʒ ď aliena cōſcientia vel facto nec dʒ quis grauare ↄſcientiam ſuaʒ ratione officij quod gerit.ſed dʒ ſaluteʒ aīe ſue preferre cuicūqʒ officio qd̄ eſt nō.dignuʒ. No volūtarium admitti queʒ licet inuitus cogi nō poſſit econtra punitur uolens qui nō punitur nolens ut.j.his quib.ut in dig.l.poſt legatuʒ.§.is vō.

**Adoleſcens.** Nō.in.hoc.§.quod ĩ iurando adultꝫ.habēs curatoꝛē nō equiparatur pupillo.unde lex ſi curatoꝛeʒ habens nō uidet' habere locuʒ.ubi adultus iurauit ar.iſtius.§.Sed hic ꝓ ſe;ibi ↄtra ſe ut.ſ.ti.i.l.qui iur̄.glo.hic dicit ꝙ nō ſūt pares ĩ fauoꝛibus ↄſequendis.ſed in damnis vitandis ſic ⁊ nota gloſam.

**Deferre.** Nō.quod id qd̄ ē fiēduʒ a iudice nō pōt fieri a pte.⁊ facit ad multa iudx pōt pꝛoꝛogare terminū ab eo aſſignatuʒ. ſed nō partes ar.iſtius.§.que eniʒ ad iudicis auctoꝛitatē ꝑtinent ſine eo explicari non poſſunt ar.C.de libe.cau.l.iubemus.⁊ C.de adoptio.l.ij. Quid autē ſi pars detulit an valet.⁊ dico quod nō.vt neceſſariū ſed bene vt ↄuētōnale.

**Iurare.** Affectio pōt eſſe ſine aliquo limite rōnis.Sed iudex dʒ ad rōnem limitare.

Nō.hic quod qui poteſt totuʒ pōt partem.⁊ q pōt in totuʒ caſſare pōt modificare. Nō.qd̄ iudex pōt caſſare poſt p̄ſtitum iuramētum glo.opponit ĩ autē.de iudi.§.opoꝛtet.So.ibi ĩ iuramēto veritatis.hic ĩ iuramēto affectionis ſm glo.⁊ eſt ratio.qꝛ qn̄ iuratur ď vitate videtur hēri pro mādato cuius dicto nō ſtatur. Itē iuramentum ē indiuiduū.ergo nō poteſt.pro pte verificari.ſed quādo iuratur ď affectione ſi affectio ē inoꝛdinata ⁊ nō bene regulata ſi taxatur nō imponit' mēdacium iuramēti.ſed frenū appetitui hʒ bar. Circa hoc an iudex hēat poteſtateʒ refferendi.aut procedē ꝑ viaʒ alterius pꝛobationis.aut ꝑ viam iuramēti. ſi ꝓcedit' ꝑ viam alterius pꝛobationiſ.aut facte. aut fiende.ſi facte nō poteſt iudex derogar̄ pꝛobationibus factis ſi rite facte ſūt.ymo eas ſequi cogitur etiā ſi habeat ↄ̄riam cōſcientiaʒ ut priuatus.homo circa ea que ſunt neceſſarie iurationis ſm pꝛobationes tenetur expedire vt ĩ.§.vitas ſed ĩ pꝛobatōnibus fiēdis. aut vult refrenare numeruʒ teſtium.⁊ poteſt ante quā iuretur dūmodo nō refrenet in tantuʒ quod anguſtet pꝛobatōem.⁊ refrenet pariter ex parte actoꝛis ⁊ rei.vt.j.de teſtib.l.i.in fi.⁊ facit quod nō.in.c.ſepe ď vbo.ſig.in cle.in.vſi.teſtiuʒ qʒ.aut vult refrenare numeꝝ inſtrumentoꝝ.⁊ nō poteſt vt.C.ď iudi aūt.iubemus. Si vō proceditur ꝑ viaʒ iuramēti.aut volūtarij vel iudicialis.⁊ nō poteſt iudex refrenare.ſed habʒ ar.de re iudi.l.ſi ↄuenerit.aut neceſſarij.⁊ tūc aut iuramētum accedit ad robur ſemiplene ꝓbatōnis augēde.⁊ ideʒ niſi in caſu.l.admonēdi.vt.j.de re iudi.l.poſt rem iudicataʒ.aut ſufficit ſolū iuramētum.⁊ tūc aut iuratur ď vitate.⁊ debet taxari ante factum vt in.§.opoꝛtet.nō poſtꝙ̄ ē iuratū.aut de affectione.⁊ tūc pōt taxari quādocūqʒ.vt hic niſi ſit lata diffinitiua. qꝛ tunc nullus erroꝛ pōt coꝛrigi niſi appelletur vt.ff.ď erro.aduo.l.fi. facit quod nō. Innocē.de appella.c.ſepe.⁊ facit ſupra de arbitr.l.qualem.§.fina. Extra oppo.nam poſtꝙ̄ eſt iuratum eſt nata actio.vt.j.de pecul.l.ďpoſui.§.i. Ergo nō poteſt reuocari vt.ff.de pꝛeto.ſtipula.l.i.§.fi. So.dico ꝙ vbicūqʒ iuramētum poteſt refrenari nō oꝛitur actio vt nō.Inno.ex̄ ꝙ me.cau.c.fi. Nō.hic ď infinitate nō vitāda.ſ.quo ad volūtatē ſed vitatur quo ad ſnīaʒ vel nō iuratur.quo ad parteʒ vt.j.ď rei vēdica.l.qui reſtituere.Sed quo ad iuramētum ĩ liteʒ.⁊ dic vt nō.cy.C.de ſentē.que pro eo quod intereſt pꝛoferunt' l.i.in pꝛima opinione.⁊ nō.per dy.⁊ alios.ff.de dam.infec.l.ſi finita. Bal.

**In actionibus.** Pꝛimo dicit in quibus actionibus iuratur ĩ.litem.Secundo quanta ſit ĩ eis iudicis poteſtas.tertio qualr̄ iuretur.Quarto addit ď iuramēto quod nō eſt ꝓpꝛie in litē.ſed iuramētuʒ vitatis.ſa.ibi ſed iudex.tertia Ibi.ſed in his. quarta. Ibi.§.plane.

Nō.quod ĩ actionibus realibus.⁊ que.gratia realiuʒ pꝛoponūtur.vt ē actio ad exhib.iuratur in litem vt C.de rei ven.l.oꝛdinarij. Iteʒ ĩ bone fidei iurat' in litem cuius iuramenti natura eſt.vt poſſit excedere verū p̄ciuʒ vt.j.e.l.ſi tutoꝛ. Nō.ꝙ iudex pōt apponē metaʒ iuramēto in litē p̄ſtito.⁊ p̄ſtando. Nō.pp ſolum dolū iurari ĩ liteʒ.⁊ nō pp latā culpaʒ. Nō. pꝛopter dolū debitoꝛis.⁊ interitū rei creditoꝛē iurare etiam in ſtricti iuris actōibus ď va extimatōe. Nō.ſoli iuramento nō ſtari niſi ĩ caſibus exp̄ſſis iure. Op.dicit' hic ꝙ in actōibus bone fidei iurat' ĩ liteʒ. Cōtra ymo ſufficit veꝝ intereſſe pꝛeſtari vt.j.ď actio.emp.l.i.in pꝛinci.

So.ſpāle ē ibi in ↄ̄ctu emptōis.qꝛ nō vr̄ in dolo.ille q vtitur legis arbitrio.ſed lex dat optioneʒ vēditoꝛi an tradat reʒ vel p̄ſtet intereſſe.vn̄ ſi vtitur legiſ beneficio nō eſt in dolo. Alij dicūt quod ſi pōt tradē.⁊ n̄ tradit ē in dolo.⁊ iurat' ↄ̄ eū in liteʒ.qꝛ ille q pōt tradere p̄ciſe tenet' ad tradēduʒ nā qd̄ veniat itereſſe fauoꝛe creditoꝛis inducit' nō fauoꝛe debitoꝛis niſi eo caſu quo nō pōt reʒ tradere tūc eius fauoꝛe ē inductuʒ vt poſſit pꝛeſtare intereſſe.i.q.i.qm̄ ſtudet ut nō.inſti.ď emp.⁊ ven.§.iteʒ p̄ciuʒ.nam certa ē obligatio vēditoꝛis ad rē.⁊ nō ↄtinet nudū factū.vt nō.ſ.ti.ij.l.certi ↄdictio.⁊ ĩ pꝛin.⁊ hec opio ē va maxie ſi ē iuratū ď tradēdo.qꝛ iuramtū dʒ p̄ciſſe foꝛmaliter obſeruari.vt nō.j.ti.i.l.ſi pecuniam.

Tertij.dicunt aut ē data ſententia de re tradenda.⁊ tunc iurat' ĩ litem aut venditoꝛ officit itereſſe an̄ ſentētiā ⁊ tunc ſecus. Sentētia.n.durioꝛ eſt ꝙ̄ ↄtractus ⁊ magis obſeruari ſicut iacet ita nō.ſ.de rei ven.l.qui reſtituere ſed p̄cedens opi.iuſtioꝛ ē.⁊ vide ꝙ nō.inſti.de actꝫ.§.actionū.in p̄n.⁊ ibi ꝑ Cy.C.de actꝫ.ēp.l.ſi traditio. Op.dicit' hic nō iurari niſi ĩ iſtis actionibus ↄ̄.j.e.§.plane.ſo.vt ibi. Op.dicit' hic ꝙ lata culpa nō equiparatur dolo ↄ̄ i.l.i.§.i.ſ.ſi meſ.fal.mo.dixe.⁊.j.depoſi.l.ꝙ nerua.So.illa ē regula que fallit. Item fallit ĩ ſnīa

excõicationis. Item fallit ī penis corporalibus. Itez fallit ī pena infamie.q2 iſta p̄ciſſe requirūt dolū. q2 cõſiſtūt ex aīo ita dicit glo. hic ⁊ inſti.d̄ ſuſpect. tutori.§.ſuſpectus ꝙ nõ. Itez fallit ī q̄buſdaz delictis.etiā ſi pena ſit pecuniaria.vt in albo cõrupto vt.ff.de iuſ̄dic.om.iu.l.ſi q̄s id quod.§.doli.Itez in furto.vt pz ī diffinitõne furti.Itez ī falſo vt.C.de falſis.l.nec exēpluz. Itē ī iīuria que nõ ſit ſine dolo.vt.j̄.de iniur.l.illud. Itē fallit ī plagio.vt.C.de plagiarijs.l.plagij. dic ergo quõ regula legis q̄d nerua fallit in delictis.Interduz ex genere pene.vt q2 imponitur pena capital'.nā ſiue lex ſiue ſtatutuz iponat penaz capitalem ſemp req̄rit̄ dolus vt j̄.de edili.edic.l.cū autē.§.excipitur. Interduz fallit ex genere delictorū quādo abſq3 dolo nõ reſultat ille titul' criminis.vt dixi. Item fallit ī crimine calūnie vt.j̄.ad turpil.l.i.§.queri in fi.Itez fallit ſi ſtatutuz ſignāter requirit doluz.vt q2 dicit ſi quis ſtudioſe fecerit ſic vl' ſi quis appēſate fecerit ſic.naz tūc ignorātia nõ punit̄ illa lege.vt.j̄.de pigno.actio.l.tutor.§.i.⁊.C.de ſeruis fugitiuis.l.quicūq3.⁊ de libe.cau.l.illud vt.C.de tabu.l.gnāliter niſi ſit ignorantia colloꝛata.vt.j̄.de ābige.l.i.in fi. porro ignorātia preſumitur iuſta ex abſētia vt.j̄.d̄ decre.ab ordi.faci.l.fi.⁊ bāniti p̄ſumūt̄ ignorar̄ ea q̄ fiūt ī ciuitate vt.j̄.d̄ excu.tu.l.plane.ſed videt̄ quod lz lex ſignāter faciat mētionem doli.tamē ſufficit lata culpa lz nõ leuis.vt.j̄.ſi quis teſta.liber.eſſe iuſſus fue.l.i.§.nõ autē

So.ibi in ciuili iudicio.ſecus ī criminali q̄d intelligē q̄d ibi dicitur.vbi ex lata reſultat titulus criminis nõ ꝯpetit etiaz ciuilis actõ ex eadē lege.⁊ facit.j̄.vi.bo.rap.l.ij.§.ac.actione.Is demū vbi etiaz ex culpa mulctat̄ ſed nõ eadez lege.⁊ facit.e.l.§.ſi publicanus.⁊ facit quõ nõ.ff.de ſiccarijs.l.i.§.diuus. Sed q̄d ſi ſtatutū dicit.ſi quis vulnerauerit aliquē ſoluat.x.an ratione leuiſſime culpe tenebit̄.⁊ dic quod nõ.q2 ex ea non reſultat accuſatio criminalis.⁊ ī homicidio.vt nõ.C.ad.l.acqui.l.ex morte facit d̄ actio.⁊ ob.l.huius.non in omnibus. Alij dicūt quod ymo punitur crimīaliter.ſi nõ ē accuſatuſ publice pro culpa.ſed pro dolo ſic.facit.j̄.de pen.l.reſpiciēduz.§.delinqūt.ſed ibi loquitur quo ad extraordinariaz ⁊ minorē penaz vt.d.l.ij.§.in hac. Tertij dicunt quod p̄ciſſe iponitur pena ſtatuti.q2 ſtatutū nõ req̄rit niſi nuduz fcm̄ ⁊ indiſtincte loquit̄.vnde nihil ē ſubaudiēduz.nec obſtat.quod nõ.C.de noxa.l.ij. vbi ī ſtatuto tacite ītelligitur mentio doli.q2 ibi ꝯueniebatur dñs ex facto alterius nõ ex ſuo.⁊ ideo mitius agitur cuz eo q2 ex alieno facto nõ eſt iuſtuz quod teneat̄ niſi ſciens.ſed ex ꝓprio facto bene poteſt teneri.vt.s̄.de legib.l.i.

Sed q̄d ſi eſt lata culpa.Rndeo ex quo iponit̄ oīo pena pecuniaria.⁊ ſtatutum nõ facit mentionez doli.d̄ lata culpa ītelligēdo dz ſufficere.vt.ff.de v̄bo.ſign.l.magna negligētia.⁊ de ambi.l.i.in fi.⁊ idez dico d̄ ſtatutis q̄ reſpiciunt delicta circa res.vt in ſtatuto ſi q̄s turbauerit aliquē in poſſeſſione. vt dolus vel lata culpa ſubaudiatur.l.in lege acquilia ſufficiat leuiſſima.vide quod nõ.ff.de priua.delic.l.fi.⁊ de actio.emp.l.qui pendēte.⁊ ff.de iniurijs.l.iniuriaruz.§.fi.⁊ dicta.l.ſeruus ⁊ q̄d nõ.ff.de rei.vēdicatio.l.rez.§.tignuz.Circa id q̄d glo.dicit̄ de ſnīa excõicationis.vide quod nõ.in.c.i.vt lit̄.nõ ꝯte. Circa id quod glo.dicit de infamia.vide quod nõ.s̄.de infami.l.liberoꝝ.§.nõ. Op.ꝙ ex lata culpa iuretur in litem vt.C.de in litem iuran.l.i.Solu.ibi eſt ſpāle in actione tutelle.⁊ cure.In ea etiā iuratur ex dolo p̄ſumpto vt.l.tutor qui reptoriū.ff.de admi.tuto.nā tūc eſt ⁊ alia ratio.q2 dolus p̄ſumptus opari debet idez q̄d dolus verus probat̄.q2 probatõnes leguz habētur ꝓ liquidiſſimis probationibus.vt nõ.C.de picul.tuto.l.ſi tutõ.

Querit glo.vtruz in publiciana iuretur in litez.⁊ dicit glo.q̄d ſic ar.ꝯ.j̄.e.l.vulgo.tene glo.s̄.de probatio.l.euz qui res.§.in publiciana.naz in ea oīa veniūt que in rei vēdicatione.⁊ quod eſt miruz.etiaz veniunt fructus quoruz poſſeſſor factus ē dñs.q2 veniunt officio iudicis nõ iure actiõis vt.ff.de rei vendicatõe.l.fruct⁹. Querit glo.quid ī ypothecaria ⁊ dicit idez.⁊ probatur.j̄.de pigno.l.ſi fundus.§.in vendicatõe.vbi oīo vide illā glo.notabilem. Bal.

Plane. Op.q̄d in ſtricti iuris nõ iuretur ī litem vt.s̄.e.l.i.in prin. So.illud ē regulare fallit in ſex caſibus.p̄mis ē.in.l.i.§.i.s̄.ne quis eū qui ī ius vocā.eſt vi.ext.odio īpedientis p̄toriaz iuriſdictõem ar.s̄.de iuſ̄dic.om.iud.l.fi.⁊.l.ſi familia.s̄.q2 ꝯtenta maieſtas p̄torij p̄iudicatur.ſecūdus eſt.j̄.ſi quid in frau.patro.l.tenet̄.§.in actione odio fraudatoris.vel q2 hz inſtar realiuz.q2 eſt in rez ſcripta ſm azo. Tertiuſ caſus eſt hic ꝓpter moraz rei.⁊ difficultatez probationis.vt lr̄a dicit. Quartus caſus ē ꝓpter maleficiuz conuenti.⁊ difficultatez probationis.vt.C.vnde vi.l.ſi quā do. Quintus caſus eſt odio furis.vt.C.e.l.cum furti. Sextus eſt in actione reꝝ amotaꝝ vt.j̄.re.amo.l.cum dos.§.i.vel aliter ſoluo ꝯtrium.q2 principium huius.l.loquitur d̄ iuramento ī litem.affectionis.Hic d̄ iuramento in litez v̄itatis. Et vt clarius ītelligat̄ hoc ꝯtrium notandū eſt q̄d ad hoc vt deferatur a iudice iuramentū affectionis quatuor ſunt neceſſaria.primo qualitas facti.i.⁊ dolus vt.s̄.e.l.v̄ſi.ſed in his. ſecūdo qualitas rei.quod in ea cadat diuerſa affectio diuerſoruz vt s̄.e.l.nūmis.tertio qualitas actionis quod ſit bone fidei.vel arbitraria in qua iudex nõ ligatur ad petita.ſed hēs largas habēnas.vt inſti.de ac.§.prete.quaſdam.vt s̄.d̄ eo quod cer.lo.l.iij.§.nūc d̄ officio. Quarto qualitas pſone q̄d ſuo noīe expiatur vt.j̄.e.l.vulgo.ſz ad h̄ vt differatur a iudice iuramētum in litem veritatis nõ exigitur cõcurſus oīum p̄dictoruz.ſed duoruz ex p̄dictiſ ipīs.ſ.quõ interueniat dolus.⁊ difficultas probationis.l.ſi q̄ñ ⁊.l.ſemp ꝙ vi aut clam.§.hoc īterdicto vt.j̄.eo.l.cuz furti.naz ibi difficile eſt probare extimatõem rei q̄ nõ appet. q2 fur.eaz ꝯcelat.Item ſufficit mora. ⁊ difficultas probationis.vt q2 res nõ extat que poſſit ſubijci occulis extimatoꝝ.vt hic l' extat.⁊ d̄teriõata vt.j̄.d̄ triti.l.in hac.vel ꝯtumacia.⁊ difficultas probatõnis vt in expēſis.vt.C.de iudi.l.ſancimus.ſufficit etiaz quod īterueniat dolus.⁊ qualitas actionis.licet probatio non ſit difficilis vt.s̄.e.l.nūmis. Si aūt dolus tm̄ abeſt ⁊ cetera deſint nõ ſufficit iuramētum ſm Ja.butr.s̄.e.in rubrica.ſed glo.dicit ſufficere vt inſti.de v̄bo.ob.§.p.⁊.s̄.e.l.nūmis.Ego v̄o dico obſcuritatez multiplicez eē nec in omni lite ſufficere iuramentum ad deciſionem cāe.nam q̄dam ē obſcuritas pſone.q̄dam rei.⁊ q̄daz extimationis.q̄damītereſſe.q̄dam facti.quedaz qualitatꝭ.q̄dam loci.q̄dam tpis.⁊ q̄dam probationis.obſcuritas pſone eſt triplex.ſ.in ſubſtātia pſone in qualitate pſone ⁊ in noīe.⁊ q̄ñq3 eſt obſcuritas delinquētis.q̄ñq3 offenſi vel paciētis.Obſcuritas ī ſubſtātia pſone eſt verbi gratia.q̄dā fuit occiſus d̄ nocte ī quodaz loco vbi erāt ticius.⁊ ſeius.⁊ neſcitur quis occiderit. quia nox obſcuritatez parit vt nõ.s̄.quod me.cau.l.ſi cū exceptione.§.in hac vnde tormētis.⁊ detēctione corporis. hec res inquirenda eſt ar.C.de ſicca.l.furez.⁊.j̄.loc.l.dominuſ oꝛzeorum.⁊.ff.ad ſilla.l.i.§.occiſſorum.⁊.l.extimatio.§.i.⁊

vide.ſ.ad.l.acqui.l.item mella.§.ſi plures ⁊ de ſicca.l.ſi
i rixa. Obſcuritas ē i qualitate pſone.an quis ſit laicus
vel clericus an popularis vel magnas. ⁊ aut quis eli
gat qualitatez que tacite ineſt.⁊ pſumitur. vnde quilibꝫ
pſumitur laicus.quilibet preſumit̃ popularis.qui autez
dicit ſe clericuꝫ.vel magnatē debet probare. qꝛ iſte qua
litates paucis inſunt.⁊ ideo nō pſumitur.nec enīꝫ ſunt
pme qualitates que veniant a natura.ſed hēnt ortuꝫ ex
accidētibus.ſibi vel ꝓgenitorib⁹ vt notabilitas ꝗ ergo
huiuſmodi qualitates allegat debet probare vt.ī.de ꝓ
batio.l.ij.ibi. Obſcuritas i noīe offendētis.q ſe abſenta
uit a facie curie impedit ꝓceſſum vt.ff.de iudi.l.euꝫ quē
temere ar.ff.d rei vēdica.l.ideꝫ pōponius.§.fi.⁊ .ff.d le.
.i.l.ſi quis a filio.§.ſi quis plures. Obſcuritas i nomīe
offendi nō viciat.vbi gr̃a reperitur quidā occiſſus.⁊ ne
ſcitur.vnde ſit nec nomē vt nō.ij.q.viij.libellorū.ſufficit
enīꝫ ad puniēduꝫ ꝙ ē homo.qꝛ pſumitur eſſe de huma
no ꝯſortio nec pſumitur bānitus.vel talis. qui poſſit of
fenſi ar.ff.de probatio.l.ab ea pte.§.fi.nō tamē dicitur
obſcurū nomē gallo pſſi.qꝛ vnicus erat vt nō.C.q teſt.
fac.poſſ.l.hac ꝯſultiſſima nec nomē phiſilli vel papone
.ī.de fideicō.libe.l.lucius p Ja. Obſcuritas rei ſi quis
clam vel qui domū meā intrauit.ego ipm quaſdaꝫ res
ſubtraxiſſe.dico ipe negat.qꝛ cōſtat de crīe.ſed nō ꝯſtat
de rebus.videtur d rebus ſacramēto meo cū grano ſa
lis.ſ.cū moderamīe iudicis vt.C.vnde vi.l.ſi quādo.qd
me.cau.c.ſup eo.p Inno .cōſiderabit tamen iudex res
quas hēre ꝯſueuerāt in domo.⁊ diuicias meas. ⁊ ſtatū
meuꝫ ar.ī.de au.⁊ arg.leg.l.ſi vxori.⁊.C.qñ ⁊ qb.quar.
pars debet.l.ij.qꝛ a vicinis facilius iudex pcipiet vt nō.
in.l.ij.C.quā.fiſ.vel priua.ar.ī.de flu.l.i.§.i. Obſcu
ritas extiationis ſi ꝯſtat ꝙ rapuiſti mihi Codicē ſꝫ nō
ꝯſtat d extimatione ſtabitur iuramēto meo d extimatō
ne nec exigo hic difficultateꝫ probationis vt.ī.e.l.ſi fur
ti.⁊ ſi poſtꝙ iuraui librū exhibeas.⁊ apparet minus va
lere nihil tibi proderit.naꝫ ante debuiſti exhibere vt.ī.
eo.l.fi. Obſcuritas intereſſe ē de intereſſe.Intra rē
⁊ de exiſtimatōe.⁊ d hoc modo dixi.vel circa reꝫ.⁊ de i
tereſſe fructuū.⁊ acceſſionuꝫ.⁊ ideꝫ credo ꝙ ꝯtra dolo
ſum ſtetur iuramēto ar.l.ſi qñ vel extra reꝫ.⁊ d itereſſe
pene extrinſece.⁊ dic vt.ſ.e.l.nūmis. Obſcuritas fa
cti nō dirrimit niſi alia accedant vt.l.iij.§.i.⁊.l.admonē
di.ſ.ti.i.d facto enim liquere dꝫ.vt.l.i.§.illud.ī.ad ſille.

Obſcuritas qualitatis ē multiplex.quedaꝫ animi.⁊
in iſta pſumitur ex qualitate inſtrī.de homi.c. ſignifica
ſti in fi.ad ſille.l.i.§.diuus.ex qualitate pſonarū.vt nō.
C.de ſicca.l.i. Sed in dubio in delictis pſumitur dol⁹
vt.C.de iniur.l.ſi nō ꝯuicij.⁊ p dy.in.c.in obſcuris. hoc
verū in his que iure naturali ꝓhibentur.ſed in his q̃ ꝓ
hibentur ſola cōſtitutione humana ciuili vel municapa
li excuſat a dolo error vt.C.de adul.l.ſi adulteriū cum
iceſtu.⁊ ignorātia vt.l.fi.d decre.ab ordi.faciē.⁊ i ſūma
nō errātem dolo carere.vt.ī.de ui.bo.rap.l.ij.§.ſi publi
canꝯs d qualitate pſone dixi.ſ.d qualitate rei.ut qꝛ ſa
cra.uel nō ſacra probare debet qui allegat qualitatem
rei d penis.l.aut facta.§.iij.⁊.C.de fur.l.ſi nūduꝫ.ff.ut i
poſſeſſio.legat.l.fi.⁊ inſti.de re. diuiſio.§.ſacra. cuꝫ ſili
bus. Obſcuritas loci pōt eſſe in ſubſtātia loci. ut an
in hoc loco uel in alio.Iteꝫ in qualitate loci.ut qꝛ cōſtat
qd i hoc loco.ſed ego dico quod ē locus ſacer.tu negas
⁊ dico ꝙ qui allegat locuꝫ.⁊ qualitatē loci debet ꝓbare
de accuſa.libellorꝫ. Obſcuritas tēporis ē triplex i
ſubſtātia tpis puta.an iſto menſe.uel illo i iſto d die tē
poris.puta an ante litē ꝯteſtataꝫ.uel poſt ut.C.de pet.
hr̃di.l.ij. In qualitate tpis.puta ꝯſtat d mēſe. ſꝫ illo
menſe erāt qdam dies ꝓuilegiati.⁊ neſcitur ſi illa dies
fuerit priuilegiata ita ut pene duplicent̃ l' nō uel neſcit̃
an de die uel de nocte ⁊ dic ꝙ qui fundat libelluꝫ uel ꝓ
bationeꝫ ex his debet probare ut nō.ī.de teſti.l.ob car
men.§.fi.p Inno.de accuſa.c.qualiter ⁊ arg. nō.in.l.ſi
vo.§.i.ff.qui ſatiſda.cog.p quaꝫ glo.dicit idem i incerti
tudine quātitatis.quādo quātitas ē d ſubſtātia libelli ut
nō.ſ.ti.i.l.iuſiurā.⁊ ad pecunias.§.non tamen ſemper
.ſ. de adop.ideſt vt ſi ſtatutū dicit ſi qs furatus fuerit
.a.centum lib.ſ.bulletur in fronte.nam ad hāc extima
tionē ꝓbandam nō ſufficit iuramentū qꝛ pleniſſima cā
ē ar.ſ.ti.i.l.eum qui.nec ob.ī.e.l.cum furti qꝛ illud itell
go i ciuili iudicio. Item icerta quātitas nō erat de ſubā i
libelli vt inſti. de reꝝ diuiſ.§.galinaꝝ. Obſcuritas ꝓba
tionis va.ſ.interptatiua . que nulla pſumptiōe dirimit̃
iterpretatur ꝯtra eum qui hēt neceſſe ꝓbare vt ex̃ de
ꝓba.c.i pn̄tia.⁊ nō.i.fi.ff.de pto.ſtip. obſcura exceptio i
terpretat̃ a iur̃ i ptem benigniorē ꝯtra eum qui hēt ne
ceſſe ꝓbare vt ex̃ de ꝓba.c.i pn̄tia.⁊.lxxxvi.di.qui mona
chus p archi.idem i obſcura ⁊ gn̄ali ſentētia de pe. ſi p
ſes. Idem in dubia amotione ſuſpecti tutoris .vt.ff.de
ſuſpec.tu.l.euꝫ qui ⁊.l.hoc enim. Ex̃ nō.ꝙ i ſūmarijſ
iudicijs vbi de modico piudicio agit̃ fit ꝓbatio p iura
mentū vt.ff.ad exhi.l.theſaurus.ſm quoſdam. Item
ibi illud modicum iudicium ē repabile i ſo iudicio ſic i
autē.de exhib.re.l.ſi vero. ſed videt̃ ꝙ requirat̃ alia ꝓ
batio vt.ff.ad carb.l.iij.§.due.ex̃ de teſt.veniēs.ſed vbi
nō ꝓcedit̃ i figura iudicij nō ſunt neceſſarie ꝓbatiōes
vt.ī.d bo.poſ.l.iij.§.pe.ſꝫ fiūt ꝓbatōes poſtea in iudicio
ꝙ inde naſcat̃ vt nō.C.quo.bono.l.i. Bal.

**Vulgo.** Quedaꝫ ꝯceduntur dn̄o. Que n̄ ꝯceduntur eius miniſtro q minoreꝫ auctoritateꝫ habet.

**Si tutor.** Dominus habꝫ extimare reꝫ ſuam ⁊ affectioneꝫ ſuam non ex̃neus facit.ī.rerū amo.l.⁊ ideo.§.fi.cuꝫ.l.ſe. Nō.nemineꝫ affectione priuādum. Bal.

**Dum furti.** Cōtra fureꝫ probatur extimatio p iuramētuꝫ ſiue agatur ꝯdictōe furtiua ſiue actōe furti.h.d. ſꝫ
qn̄o ſpēs duplicatur uel quadruplicat̃ ut.ff.de le.ij.l.lu
cius.§.impubereꝫ.rn̄deo non ſpecies.ſed extimatio ei⁹
ea vo ſpēs que nō recipit extimatōem nō pōt duplicari
exēpluꝫ dicit ſtatutū quod d nocte ſit pena dupla.certe
nō habebit locuꝫ in penis abſciſſionis mēbri.puta ma
nus uel pedis.ſiue adiciatur ꝓ prima pena ſiue pro ſecū
da in defectuꝫ ſolutōis pecunie.qꝛ in penis corporalib⁹
vna executio ſufficit ꝙ in pena mortis certuꝫ eſt qꝛ ſta
tutum ē homini ſemel mori facit glo.ff.de fur.l. vulgo.
⁊ quod nō.C.qui accu.nō poſſ.l.i.⁊ mors eſt vltimū ter
ribiliū ⁊ facit quod nō.ſ.eo.l .in actionibus. §. plane.

Nō hic quod adiectio pluris nihil opatur ⁊ ratio
eſt.qꝛ iſtud iuramētum eſt probatio q̃dam que nō cadit
niſi ſup certo ⁊ iſta vba ſignificant p moduꝫ exceſſus i
determinati.vnde probatio obſcura nō eneruat. Si
auteꝫ iſta vba proferātur a lege dic vt.l.⁊ ſi poſt treſ.ff.
ſi quis cau.⁊.l.ab hoſtibus.ff.ſo.ma.in.§. ſed quod ſim
plr ſi a teſtatore dic ut.ī.de leg.ij.l.cum filius.§. heres
meus Sed pone dicit ſtatutuꝫ ꝙ ſi quis dederit ali
cui dānum a.x.lib.ſ.puniatur in centuꝫ.ego accuſo te ꝙ
dediſti mihi dānum a.x.lib.ſ.nec iſtud.ſupra aliter de
claro.an ꝯcludit libellus meus ad penaꝫ centum hic eſt
arg.ꝙ nō. In ꝯtrariuꝫ quia ſufficit formare libellū

ſm formaꝫ ſtatuti.nõ ob.l.qꝛ veniebat hic imponēda pe
na ꝑ noia multiplicatiua ⁊ ideo ſimpluꝫ debet eē certū
facit ex̄ de teſti.c.cām ⁊ ſit incerta adiectio aliquid opa
tur ⁊ uide.ꝭ.de v̄bo.ſig.l.hec adiectio ꝑ Jacobū de are.

**De piurio.** Nõ etiaꝫ ꝑ euidētiam rei
iuramētum nõ reſcindi.qꝛ
iſta probatio nõ eſt de nouo repta.⁊ maxime
iuramētum affectionis.qꝛ iuramētum nõ infert affectõ
nem de neceſſitate.

**De ꝯdictione cā data cauſa non ſecuta. Rica.**

**Jobrem.** Extrēa cau
ſe impediū
ꝯdictioneꝫ ob cām.facit qꝺ nõ.
ff.de v̄bo.obl.l.mulier ⁊.l.conti
nuus in ratione ſui.

**Si parendi.** Defectus tacite cauſe parit
ꝯdictionem ob cām ſicut de
fectus exp̄ſſe.h.d.heres inſtitutus ſub ꝯdictione dandi
dedit poſtea nõ adiuit hereditateꝫ.vel adiuit ſed euicta
eſt ab eo hereditas repetit qꝺ dedit idem in legato fal
lit quod dixi.in caſu euictionis quādo euictio l trahit or
iginem a delicto dantis.h.d. Op. quod defectus ta
citi modi.vel cauſe nõ producat condictionem ob cām
vt.C.e.ſi repetendi.ſo.ibi cā inerat danti tantū. ⁊ etiaꝫ
in corde retineat.vnde mētalle propoſituꝫ nihil opera
tur ſic.ꝭ.de ꝯdic.ob cau.ſuppelet. lega.l.labeo. §. inuiţ.
So.hic inerat danti ⁊ accipienti.i.ineſſe debeat. qꝛ ha
bebat originē ex certa cā que erat huius nature. Op.
ad ideꝫ.ꝭ.e.l.iiţ.§.quāq̄.ſo.ibi erat cauſa ipulſiua vt.ꝭ.
de ꝯdi.inde.l.in ſūma.§.i.⁊ ex cauſa ipulſiua nõ oritur
obligatio vt.ꝭ.de ꝯdi.⁊ demõ.l.ticio centuꝫ ⁊.ꝭ.ꝺ dõa.
.l.iţ.§.fi. Sed nūquid p̄ſumatur impulſiua vel final'
refert aut ponit' ꝯdictiõal'r ⁊ habetur pro cā finali de
v̄bo.obli.l.a ticio ⁊ de ꝯdi.⁊ demõ.l.demonſtratio.§.ne
cauſa.Aut cauſaliter ⁊ tūc refert aut ꝑ moduꝫ cauſe ꝺ
p̄terito.aut ꝺ futuro.ſi de p̄terito.aut apponitur a ſciē
te cām nõ eſſe veraꝫ ⁊ p̄ſumitur impulſiua vt.ꝭ.de v̄bo.
ob.l.diuortio ⁊.ꝭ.de ope.liberto.l.cāpanus.aut ab errā
te.⁊ tūc aut eſt error cauſe .⁊ obligationis.⁊ p̄ſumitur
cauſa finalis aut cauſe nõ obligationis.qꝛ ⁊ ſi cauſa eēt
v̄a nõ reſultaret verū debitum ⁊ tūc p̄ſumitur ipulſiua
vt legit' ⁊ nõ.ꝭ.ti.iţ.l.domus ⁊ iſtud eſt verum i cõtracti
bus ſed cauſa apponitur in vltia volūtate.nõ p̄ſumitur
finalis.etiā ſi eſſendo vera.inducit veruꝫ debitum.qꝛ vl
tima volūtas tendit ad lucrum de libe.lega.l.aurelius
§.fi.⁊ ar.ꝭ.man.l.heredeꝫ vel dic quod in.l.aurelius.§.
fi.nõ ꝯſtabat de errore teſtatoris.ſi eniꝫ ꝯſtaret nõ vale
ret legatuꝫ vt.C.de hr̄dib.inſti.l.ſi pater ⁊.s̄.de fideiꝯ.
.l.cuꝫ quā. Sed in illis legibus error remouebat af
fectioneꝫ legātis ar.s̄.de pac.l.tale pactuꝫ in fi.ſed qꝺ
error obſtet probatur.C.de iur̄.⁊ fac.igno.l.nõ idcirco ⁊
C.de teſta.mili.l.ex his v̄bis ⁊ quod nõ.in ſimili.ff. de
le.i.l.ſi domus.§.de euictione ⁊ iſta ē ratio quare nõ va
let legatuꝫ cum effectu ſi teſtator legat ius ſuuꝫ qꝺ mõ
te teſtatoris finitur.qꝛ videat' erronee putaſſe ſe poſſe le
gare.vt.ff.de vſufruc.lega.l.ſticho ⁊.C.de leg.l.vxor pa
trui.⁊ poteſt ibi eſſe alia rõ . qꝛ finito iure datoris finit'
ius acceptoris vt.ꝭ.de pig.l.ex.ve.ꝭ.de le.iij.l.peto.§. p̄di
um ⁊.ꝭ.de picul.⁊ ꝯmo.rei vēdi.l.minor.§.fi.⁊.ꝭ.loc.l.ſi
quis demū ⁊ ex̄.ne p̄.vic.ſuas.c.fi. Si autē eſt cauſa
de futuro refert.aut ineſt vni parti tantuꝫ.⁊ p̄ſumitur
impulſiua vt.C.e.l.ſi repetēdi.Aut vtriqꝫ. ⁊ tunc refert
aut tradēs ſit cām ipoſſibilē ⁊ p̄ſumit' ipulſiua vt.ꝭ.eo.
.l.iţ.ar.C. ꝺ lega.l.ab adminiſtratione.aut credit eā poſ
ſibilem.⁊ tūc refert aut ē cauſa cõtinens incertū re ⁊ ge
nere puta ſpēs remuneratõis ⁊ p̄ſumitur ipulſiua nec
veſtitur ex ea obligatõ vt.ꝭ.e.l.§.quāq̄ ar.C.mā.l.falla
riuꝫ ⁊ tūc eſt vna informis obligatio ad antidora. ⁊ nõ
eſt proprie obligatio.qꝛ naſcit' ex cauſa ipulſiua vt .s̄.ꝺ
peti.here.l.ſed ſi lege.§.cõſuluit.nõ ob.ꝭ.de ꝯdictio.ide
bi.l.ſi nõ ſortē.§.libertus qꝛ ibi obligatio ad antidora ē
formata ex diſpoſitiõe legali.ad operas reuerētiales.⁊
pro tanto.ſecus in alijs operis i quibus nõ eſt formata
ad fabriles.vnde minoreꝫ in eis habet efficaciaꝫ vt ibi
pꝫ.aut eſt cauſa cõtinens certuꝫ quid tunc aut ꝯtinet al'
res.aut ꝯcernit vtilitateꝫ tradētis.⁊ p̄ſumitur finalis vt
hic.aut ip̄ius pietateꝫ.⁊ ideꝫ qꝛ ip̄a pietas habet' pro cā
imediata ⁊ finali.vt.ꝭ.de iure.dot.l.ſi ego ⁊.ꝭ.ti.iţ.l.cuꝫ
his.§.iţ.aut ſolius recipientis gaudiuꝫ. ⁊ tūc p̄ſumitur
ipulſiua vt.ꝭ.de ꝯdic.⁊ demõ.l.ticio.nam tūc vr̄ potius
ꝯſilium q̄ mādatuꝫ eſt ar.ꝭ.man.l.i.⁊.ꝭ.de vſufruc.leg.
.l.generali in prin.aut tertiţ cõmodum ⁊ tunc p̄ſumitur
finalis vt.ff.de excuſa.tuto.l.nēſennius.⁊.ff.ꝺ lega.iiţ.l.
ſi tibi homo.⁊.ꝭ.e.l.ſi tibi heres.Iteꝫ vbicūqꝫ modus l'
forma tradit' nudo executori p̄ſumitur finalis. Si
auteꝫ ꝯcernat ꝯmoduꝫ ſentiētis.dic vt.l.ea.in prin.ff.ꝺ
le.iţ.⁊.l.ſi quis duos.In ꝯdictionibus v̄o dic etiā ſi nul
lius ꝯmoduꝫ cõcernat tamē habet vim cauſe finalis vt
ꝭ.ꝺ ꝯdic.⁊ demõ.l.meuius.Sed quid ſi dono ticio fūdū
pro bene meritis ⁊ ſeruicijs que ꝑ erroreꝫ ꝯfiteor rece
piſſe.nec recepi.an valet donatio.⁊ dic qꝺ ſic qꝛ donatõ
nõ requirit donādi cām ſicut nec in legato nec in libera
tione.ſecus in cõtractu qui nõ habet i ſe ad donatiõem
vt.ꝭ.de excep.l.iţ.§.circa ⁊.s̄.de pac.l.talle pactuꝫ valꝫ
ergo donatio.qꝛ eſt error cauſe nõ obligationis. Illud
eſt verū licet nõ meruerit.ſed ſi de meruerit p̄ot repeti
tāqͣ ab ingrato.vt ſi ſororē donatoris ſtuprauerat ſic
nõ.C.ꝺ fideicõ.l.fideicõmiſſuꝫ ⁊.C.de his qb.vt idig.l.
ſororem naꝫ odioſos legi ⁊ homini.vel etiā homini tm̄
hominū beneficiuꝫ porrigenda nõ ſunt vt.ꝭ.de le.iţ.l.lu
cius.§.luci' tici' damā.l.mā.⁊ ꝺ māu.teſt.l.teſtõ cēturio
Et p̄dita habent locum qn̄ cā apponit' ab hoīe.ſi vero
apponit' a lege p̄ſumit' cā ⁊ rõ final' ⁊ ip̄a mens legis
iudicat' vt nõ.ff.de ꝯdi.⁊ demo.l.cum tale.§.pe.niſi ap
pareat qꝺ ſit impulſiua vt qꝛ cā ſit ſpālis ⁊ ꝯſtitutõ gnā
lis vt i calfurnia ⁊ macedoniano .⁊ nõ.rationem legis
ēt colligi ex prohemio vt.ꝭ.de here.inſti.l.fi. Item nõ.
q̄ lex valet ēt ſine cā tamē dr̄ dura . qꝛ caret ſpiritu rõ
nis vt.ꝭ.qui ⁊ a qui.l.proſpexit. ⁊ adde q̄ nõ.Cy.C.de
epi.⁊ cle.l.gnāliter. Item adde ad glo.s̄.ſi cer.pe.l.
cum quid. ⁊.ꝭ.loc.l.cum plures.§.locator.venio ad aliā
oppoſitꝫ.dicit' hic q̄ qui impleuit ꝯdictionem p̄ot repu
diare hr̄ditatem vel legaleꝫ cõtra.ꝭ.de hr̄di.inſti.l.iam
dubitari.So.dicit glo.diſtinguēdum ex animo.qꝛ i aīo
ꝯſiſtit adicio.Aut eniꝫ ꝯſtat quod qs impleuit ꝯdictio
nem animo adeundi.⁊ tūc imediate ē heres.ipleta ꝯdi
ctione.ſed vi animi nõ vi ꝯdictionis.Aut nõ conſtat ali
ter niſi ꝑ impletione ꝯdictionis.⁊ tūc aut ꝯdictio poteſt
aliter impleri.niſi eo animo vt inſtituo te hr̄dem ſi v̄o
les.⁊ tūc inducit adictiõem vt.l.iam dubitari.ꝭ.ꝺ hr̄di.
inſti. Aut p̄ot aliter impleri.⁊ tunc refert.aut in ſuo
herede.⁊ tūc inducit exiſtētiaꝫ ſui heredis nõ tm̄ imixtõ
nem vt.ꝭ.de ꝯdic.⁊ demõ.l.ꝯdictionibus pupillus.Aut
in ex̄neo.tūc purificatur inſtitutio ⁊ p̄paratur adicio.nõ
aūt aditio inducitur.qꝛ ex vno ſepatoꝝ nõ infertur ad
aliud.de dona.inter vi.⁊ vxo.l.ſi maritus.⁊ hoc quādo

ꝯdictio impletur. Si autẽ modus impleat᷑ .credo qd̓ i
telligatur adire.qꝛ modus ẽ poſt adictionez ipleri debꝫ
nõ ante vt.j̈.de cõdi.⁊ demõ.l.quibus diebus.§.fi.⁊ fa
ciendo poſterius etiaz prius feciſſe videtur vt.j̈.de acq.
here.l.illud. Quid ãt de alijs p̃paratorijs.an inducãt
adictionez dic in q̃rella quod nõ.ꝺ inofficioſo teſt.l.quẽ
admoduz.Jn cã falſi.dic vt.j̈.de acqui.here.l.cũ falſuz
⁊.j̈.de bono.poſſ.l.cuz quidã.⁊ in cã nullitatis dic vt.C.
de rep di.here.l.ſuus.Ultimo nõ.regulaz.qd̓ ea q̃ poſ
ſunt a deliberãte fieri nũquaz inducunt adictionẽ hr̃di
tatis vt.j̈.de iure del.he.l.ariſto.⁊.j̈.de acq.heredi.l.an
tiſti⁹.⁊ facit.j̈.ad trebel.l.reſtituta. Ex̃.c.p.ſi heres nõ
vult adire imputet ſibi ar.j̈.de ꝯhẽ.ẽp.l.labeo.⁊ ꝺ pac.
l.ſi cuz fundus.So.nõ eſt ita qꝛ pendet ex mera volũta
te vnius.ſed in ꝯ̃trijs ex volũtate duoꝝ. Op. cõtra
de le.ij.⁊.l.auũculo.j̈.de ꝯdic.ſine cau. So.ibi fuerat
erratuz in iure.⁊ ſic ceſſauit dolus.hic autẽ ex certa ſci
entia ſm̃ glo. Bal.

Dedi. Jn ꝯ̃tcibus innomĩatis nõ habet locũ
cautio de nõ implẽdo niſi ſit actum ex
preſſe.h.d. Petebas.a me ex̃iudiciuz cẽtuz ꝺ
di tibi.decem ne me ad iudiciũ traheres volo quod mi
hi caueas ꝺ nõ agendo.tu nõ vis cauere. vnde volo cõ
dicere.x.dicitur ꝙ nõ poſſuz nec ex penitẽtia.qꝛ iſta eſt
trãſactio in qua nõ habet locuz penitẽtia nec ex defectu
modi vel cauſe.qꝛ iſtud nõ fuit adiectuz i trãſactione.ſed
ſi eſſet actuz ꝺ cauẽdo.⁊ nõ caueretur haberet locũ con
dictio ob cãm.h.d. Op.⁊ videt᷑ ꝙ poſſit peti cautio
vt.s̈.de iudi.l.in oĩbus.So.ibi loquitur quãdo dari eſt i
promiſſione.ſecus ſi in fieri vel nõ fieri.vt hic vel ꝯcedo
quod põt peti cautio officio iudicis nõ iure ꝯ̃tus.⁊ illõ
quod nõ venit iure ꝯ̃tus nõ parit ꝯdictionez ob cauſã.

Alij dicũt ꝙ in ꝯ̃tcibus innomĩatis nõ habꝫ locuz
cautio.ſed i ꝯ̃tcibus noĩatis ſi ſũt bone fidei.hꝫ locũ cau
tio ex eoꝝ natura vt.l.in oĩbus.s̈.de iudic.ſed ſi ſit ſtri
cti iuris hꝫ locum cautio tñ ex accidenti.vt ſi debitoꝛ i
cipiat eſſe ſuſpectus vt.j̈.de priuileg.credi o.l.ſi credito
res.Ego dico ꝙ aut eſt ꝓmiſſio negatiua .⁊ nõ exigitur
cautio.vt hic.⁊ ar.j̈.vt in poſſeſſio.legato.l.i.§.ſi debito
ri.qa interiz fit quod fieri debet.⁊ quotidie ſoluitur.vñ
interiz nõ cauetur.Aut eſt ꝓmiſſio affirmatiua.⁊ tũc di
ſtingue.qꝛ alia eſt cautio ſolũmodo probatoria ꝯ̃tus ⁊
iſta fieri debet.qꝛ nõ dr̃ plus peti.ar.C.de liber.cau.l.ſi
cut datuz.⁊.j̈.ſo.ma.l.ij.⁊.C.ꝺ diſcuſſio.l.ne caſu. Que
dam ẽ cautio obligatoria.⁊ tũc.aut ex ea nõ augetur ef
fectus.qꝛ nil adicit obligationi primeue .⁊ nil nocet pro
miſſori.⁊ nil ꝓdeſt petitori.⁊ tũc ſupuacuo petitur.⁊ nõ
dꝫ interponi ar.C.de procurato.l.licet. §.ea obligatio.
Aut prodeſt creditori.⁊ nõ nocet debitõi.⁊ ita dꝫ inter
poni.vt.C.de fide inſtru.l.plures apoch.⁊ dicta.l.ij.ſol.
ma.vnde ex cauſa debꝫ fieri renouatio obligationis ⁊
inſtrumẽti.vt in feudis ⁊ liuellis antiquis facit in aũt.ꝺ
here.⁊ falcid.poſt principiũ. Quedaz eſt cautio fide
iuſſoria ⁊ tũc aut loqmur i ſtipulatõibus p̃torijs . vel re
dacti ad iſtar p̃toriaꝝ p.l.vel ſtatutuz.⁊ dꝫ dari fit iuſſõ
vt.j̈.ꝺ p̃to.ſtip.l.p̃tõie.ne iudiciũ poſſꝫ eẽ ꝺ luſoĩu ſi pñ
cipal᷑ eẽt nõ ſoluẽdo.aut i ꝯuẽtõalib⁹ l᷑ iure ciuili ex̃iudi
cia.⁊ tũc aut debitoꝛ hꝫ dilatõem ex p̃uilegio principis
impetrato p debitorez.⁊ nõ põt vti priuilegio. niſi ſatiſ
det in p̃iud cuz cauſalis.⁊ inopia poſſit trahi ad picu
lum creditoris vt.C.de p̃cibus impera.offerẽ.l. vniuer
ſas ⁊ ſi nõ iuenerit fideiuſſorez iputet ſibi.ſiſc nõ.C.de
vſufruc.l.v.⁊.j̈.de colla.bono.l.i.§.ſi frater. Aut ex in
dulgẽtia legis.⁊ tunc ſi põt ſatiſdare ſatiſdet.ſi nõ ſtat᷑

iuratorie cautioni.vt.j̈.ſol.ma.l.ſi ꝯſtante.§.quotiens.⁊
ar.ff.de iudi.l.ij.§.ſi dubitetur.Aut eſt dilatio ꝯuẽtõa
lis.aut ꝯdictio debitoris poſtea mutat᷑ ad penaĩ.⁊ debꝫ
ſatiſdare vt.l.ſi creditores de p̃uileg.credito.Aut ẽ vni
formis.⁊ tũc aut loqmur i actore ⁊ debet ſatiſdare de
mõ.implẽdo.j̈.loca.l.inſulam.§.fi.aut in ꝓmiſſore tũc ñ
tenetur ſatiſdare.C.de here.ven.l.ij.⁊ nõ.j̈.man.l.ſi mã
dato ticij.§.fi.Ad.l.i oĩbus dic vt ibi nõ.aut dilatõ ẽ ap
poſita in vltĩa volũtate dic vt.l.i.vt.l.no.ca.⁊. C.e.l.i.p
glo.⁊ cy. Quedaz ẽ cautio pẽalis ⁊ tũc diſtingue. nã
quedã ſunt que accipiũt robur in directe ex adiectione
pene.vt cõpromiſſum tũc dico ſi promiſi ꝯpromittere te
cuz debeo apponere penaz ꝯſuetã.C.ꝺ arbi.l.i. Que
dam ſunt q̃ ſunt appoſite nature.tũc ſecus vt.C.ꝺ vſu.
l.cuz allegas. Quedaz ſũt q̃ vtroqꝫ mõ ꝯſiſtunt tũc
nõ debet apponi pena.fallit i caſibus p̓io de v̂bo.ob.l.
ex ea p̃te.Scd̓o vbi qs in alio releuat᷑ pp ipotentiã vt
nõ.de iudic.l.ij.§.ſi dubitetur.ſed quis pluſq̃ p.l.fal.l.
ni.i.§.q̃uis. Tertio vbi qs obligat ſe ad id qd̓ nõ ẽ i
ſua p̃tãte.s̈.de alie.iudi.l.iij.§.fi. Quarto pp tollẽ
dam difficultatez probationis itereſſe.j̈.de p̃to.ſtip.l.i.

Quinto pp vitãdaz infinitatẽ circa itereſſe.j̈.rẽ ra.
ha.l.procur᷑.ad exhi.§.fi. Sexto fallit i fideiuſſore
qui ꝓmiſit aliquez ſiſtere i cã criali.j̈.de cuſto.re.l.ſi quis
reũ.ſed in ciuili cã.dic vt.s̈.qui ſatiſda.cogũ.l.ij.in fi.al᷑s
nõ ꝯpellitur quis apponere penaz.nec p̃ſumitur iſerta
niſi probet᷑ facit quod nõ.C.de fal.l.ſatis apte. Ex̃
op.de.l.fi.j̈.eo.So.cautio euictionis ẽ ex natura ꝯ̃tus
vt.j̈.de ꝯ̃hen.emp.l.pacta ꝯuenta.⁊ ideo nõ mirũ ſi ve
nit.qꝛ eſt de appẽdicijs. Op.j̈.de ꝯdi.⁊ demõ.l.mu
tiane.So.ibi in vltima volũtate hic i ꝯ̃tcibus dicit gl.
p hoc dat intelligẽ ꝙ cautio muciana nõ hꝫ locũ in cõ
tractibus.v̂bi gr̃a promiſiſti mihi.x.ſi capitoliũ nõ aſcen
dero an poſſim agere.vr̃ ꝙ nõ.qꝛ ꝯdictio debet formali
ter impleri.j̈.de ꝯ̃hen.emp.qui fundus ⁊ ꝺ ꝯdi.⁊ dem.
qui hr̃di.§.fi.Sed iſta ꝯdictio nõ ipletur formaliter per
cautõem.qꝛ aliud ẽ abſtinere aliud cauere de abſtinẽdo
vt hic cum ſil'ibus facit quod nõ.j̈.de v̂bo.ob.ita ſtip.⁊
debet expectari ꝙ deſinat ꝯ̃triũ eſſe poſſibile. Ex
hoc videt᷑ ꝙ ſi actõ tranſegit etiã poſt ſtipulatõem non
poſſit agere.qꝛ ex p̃te ſua nõ implet vere.nã impletõ ñ
petendi ifinituz tp̃s demõſtrat.j̈.de iudi.ſol.l.nouiſſima
C.de vſufruc.l.corruptõem.hoc ſentit glo.C. de pac.l.i.
in fi.ma.glo.Sed iſtud videt᷑ falſuz.nã vbi iteruenit ſti
pulatio vr̃ cauere.C.de pac.l.cũ proponas a ꝯ̃trio ſenſu
vbi nõ interuenit ſtipulatio.dicit glo.ꝙ cautio hꝫ vim i
pletionis iterim vt nõ.C.de trãſac.l.ſiue apud acta.ſol.
ꝯcordando glo.dic ꝙ i ꝯ̃tcibus aut apponitur modus vl᷑
cã vt ꝯdictio negatiua. Si cã aut ꝯ̃tus eſt veſtitus
p̃t ſtipulatio vel ꝯ̃tus noĩatus tũc ſufficit cautio vt.j̈.lo
ca.l.inſulaz.§.fi.Si eſt modus tũc.qꝛ nõ p̓it actionem
niſi modus plenarie impleat᷑ videtur ꝙ cautio nõ ſuffi
ciat.qꝛ venit ad natiuitatẽ actionis ſicut ꝯdictio nõ ad
exercitiuz actõis nate vt.d.l.cuz ꝓponas al᷑ nõ eſſet ibi
dr̃ia inter ſtipulatõem ⁊ pactuz. Si apponit᷑ ꝯd ctõ
dico ꝙ in ꝯ̃tcibus nõ ſufficit cautio.ſed i vltimis volũta
tibus ſufficit vbi formal᷑r ñ poteſt impleri ꝯdictio.viuo
legatario ⁊ eſt ſpãle fauore vltime volũtatis.l.mutius.
Nõ ob.s̈.ſi ſerui.ven.l.harũ.qꝛ ibi cautio ẽ quidam mo
dus exequẽdi j̈.de no.op.n.ũ.l.ſi prius nõ .aũt ẽ via ꝯcẽ
ctionis iplende. Jtez illa cautio exigit᷑ ab inuito ꝺ
ſerui.ru.p̃di.l.i.in fi.⁊ ſic nõ ob.guil᷑.ꝺ cu dicit ꝙ in ꝯ̃ti
bus ꝯdictio negatiua fingit᷑ impleri p cautionem ſi ẽ cõ
dictio inſerta ad fcm̃ creditoris.ſecus ſi ad fcm̃ d̓bitõis

inſpiciat.qꝛ de alieno facto nõ cadit cautio ſm guil.ſed truffe ſunt qꝛ vt dixi i ꝯtctibus nulla. l.cauetur ꝙ cautõ ſufficiat.ſed i vltimis volũtatibus ſic ⁊ facit.C.de indic. auctꝫ.cui relictuꝫ ſit. Op.de.§.plane dic vt ibi dicã Verũ.lꝫ ſi ex duabus cauſis oritur ꝯdictio ob cãm.ſ.ex cauſe defectu .⁊ ex pnĩa de hoc plene.ĩ.e.ſi pecuniam.

**Quod ſi.** In ꝯtctibus nominatis põt quis pe nitere dilatõis ⁊ termini vide infra de ſeruis expoꝛ.l.iij.

**Quinimo.** Caſus pro ipletiõe cenſet̃ quo ad actioneꝫ poſt v̂.nõ quo ad ac.doli.

**Si liber.** Modus debet ipleri de iure. vbi ſnĩa indiſtincte loquit̃ indiſtincte dꝫ intelligi nõ.§. Bal.

**Si quis.** Filius nõ eſt in eadeꝫ opione cũ pa tre.qꝛ opio patris nõ erat rõe ſufful ta ⁊ nõ.ꝙ filius ẽ prudentiõ patre ꝙ ſũmaꝫ patris leti ciam attinet. Erroꝛ dñi impedit tranſlationẽ dñii. Et nõ.in.§.ꝙꝙ. qui impedit mortis cã capionẽ tenet̃ impedimẽto ad itereſſe.nõ.§.

**Si quis accepto.** Liberat⁹ ob. futurã ꝓmiſſi onem tenetur i obligatione reponẽ ſi ꝓmiſſio nõ ſequatur liberaui te p acceptilatõem vt mihi dares tu nõ das.ꝯdico liberatõem.h.d. Op. ꝙ res ꝯdica tur nõ liberatio.ĩ.e.l.ſi mulier.So.hic non erat obliga tio pura ibi erat obligatio pura.⁊ ideo ex ea agitur ad debitũ.qꝛ ſuccedit ꝯdictio.ob cãm loco prime obligatio nis.ĩ.de dona.cã.mõ.l.ꝙ ſi debitori.Ex hoc nõ.an.qui remittit videat̃ dare.l.ſi mulier.⁊.ĩ.de cõdi. ⁊ demon. iul̃.Si nõ eſt purũ vel liquidũ non videtur dare. vt hic niſi poſtea purificetur ar.ĩ.de ꝯdi.fur.l.ſi ſeruus ꝺ pig. actꝫ.l.ſi reꝫ.§.fi.ĩ.de ꝯdi.inde.l.ſub ꝯdictione facit vt hij qui dꝫ pſtantias recipere in cõi poſſunt eas ꝯputare in penis.qꝛ ſoluere vident̃ vt.ĩ.qui po.in pi.ha.l.ſi debi toꝛ niſi ꝯcernant diuerſas burſas ſiue ſtatõnes fiſci.C. de ꝯpen.l.i. Op.ꝙ ſit agẽduꝫ pſcriptꝫ.v̂.nõ ꝯditꝫ.ob cãm.ĩ.de pſcriptꝫ.v̂.l.ob cãm.So.refert qd actõ vult ꝯ ſequi vtrũ pacti executõem.⁊ tunc agit pſcrip.v̂.in qua offĩn iudicis eſt ſm actioneꝫ intẽtataꝫ vt fiat qꝺ conue nit.qꝛ offĩn actõni itentate deſeruire dꝫ.vt ubi an pacti reſciſione.⁊ tũc agitur ꝯdictione ob cãm vt actu ꝯtrario reſoluatur qꝺ fcm̃ eſt.⁊ ita loquit̃ hic. hec eſt v̂a ſolutio Alij dicunt aut ꝯſtat de ꝯtractu.primo tunc loquit̃ hic aut nõ ꝯſtat tunc loquitur lex ꝯria qꝺ gl. nõ approbat qꝛ ſi nõ ꝯſtat quid ꝓmittet promiſſoꝛ eſt ⁊ ſi nõ ꝓmittat in itereſſe dãnabituꝛ debet eniꝫ liquido probari itereſſe vt.ĩ.de pro.ſti.l.fi.⁊ facit quod nõ.ĩ.de v̂bo.obli.l.ſtip.

Op.ꝙ prima obligatio duret ip̃o iure nec ſit neceſ ſe ꝙ ſe reponat i obligatõem vt.ĩ.de iure do.l.lꝫ . So. ibi fuit acceptilatõ ꝯdictionalis hic modalis. Opp. qꝛ acceptilatio nõ recipit ꝯdictionem licet recipiat cãm ⁊ modũ.ĩ.de reg.iur̃.actus ergo.ſo.falſa.ſo. ꝯdicit lega leꝫ ⁊ neceſſariaꝫ recipit.ſed ex̃neaꝫ ꝯdicit nõ recipit. qa acceptilatio debet trahere ſecuꝫ ſuũ effectum.qꝛ incipit a ficta executione.⁊ ideo pendere nõ hꝫ. Ex op.qꝛ nõ poteſt qs ſe reponẽ.in obligatione ſublata.C.ꝺ trã fac.cuꝫ motã ⁊.ꝺ.de pac.ſi vnus.§.ſed ſi pactuꝫ.So.ibi in his que nõ dependẽt a ꝯſenſu ⁊ vide.e.ti.vbi pactuꝫ ⁊.ꝺ.ad exhi.l.iul̃.§.ꝙ ⁊ eſt ar.ꝙ nõ valet pactuꝫ. ꝙ ex cõicatus qui eſt abſolutus eo pacto.vt ſi reſiduũ nõ ſol uerit ad terminũ reincidat in eaſdeꝫ penas ſpũales.nec eniꝫ ſuſtentari nec vigorari põt.qꝺ nõ eſt.nec vna ſpẽs alteraꝫ gignẽ põt.ſecus forte eſt in pena iterdicti. qꝛ in terdictuꝫ põt ſuſpẽdi.vt nõ.Inno.de ꝯſue.cuꝫ iter.⁊ vi de archi.lxxxix.di.decenter.abolita eniꝫ ẽ excõicatio p manuꝫ impoſitõem ar.inſti.de iniur̃.§.fi.debꝫ ergo ite rari.ſed i penis tẽporalibus valet pactuꝫ ar. ĩ.ꝺ cuſto. reo.l.ſi qs reum.qꝛ nõ exegit ſepatam formã vel dic ꝙ q̃daꝫ ſũt talis nature ꝙ reintegrari nõ poſſunt ex vna ⁊ eadeꝫ cã vt iniuria.⁊ tũc loquitur.v̂.ſed ſi pactũ. Qui dam ſũt q̃ poſſunt reintegrari.⁊ tũc aut requirũt certã formaꝫ.⁊ tũc niſi illa forma ſeruetur nõ poſſunt reduci ad pſtinũ eẽ.vnde ſnĩa excõicationis vel ſuſpẽſionis nõ poſſunt repari ſola pactione. Sed opꝫ ꝙ interueniat monitio.⁊ ſnĩa que tñ ſub ꝯdictione ferri põt. nam iſte ſnĩe cenſure ſeu ſpũales ferri nõ poſſunt ſub ꝯdictione de ap. Preterea vñ ille q abſoluit põt dicẽ moneo te. ꝙ tu ſoluas ifra taleꝫ terminuꝫ.al̃ excõico te. ẽ cuꝫ iſta excõicatio noua.in qua iterim appellari põt ar.ꝺ.ſi cer. pe.l.pecuniaꝫ aut iſta.q̃ poſſunt reintegrari.poſſunt ex plicari ſine iudice ſolo pacto.⁊ tc̃.ꝓcedit iſta lex cuꝫ ſua mã. Nam iſta poſſunt ſue forme reddi vt dcõ.§.pactuſ in fi.loquit̃.ergo lex nr̃a quãdo actus põt exerceri ſola ꝯuentõne.ſecus ſi nõ põt exerceri ſola ꝯuentõe.qꝛ ñ hꝫ locuꝫ inſtauratio niſi vbi obligatões ꝓcedũt mediante vel coopante ꝯſenſu.nõ eniꝫ de facto cadit inſtauratio i iſtis ſpũalibus qui hñt plurimũ iur̃ ⁊ minimũ facti.licꝫ qñqꝫ de facto quis teneat̃ ſuſcipere litem.qꝛ nõ hꝫ ius opponẽdi dcõ.§.qntus ar.ĩ.de ma.te.l.qui habebat in glo.qꝛ qñqꝫ aliqd nõ tenet.⁊ cum nemo põt hoc alleгar̃ ſic ea.de excep.tu.cũ eccleſiaſtice. Ex pdictis dico ꝙ ſiue quiſ ſit abſolutus a pena excõicationis ſimpl̃r.ſiue ſub modo.ſiue ſub pacto expreſſo.nõ tamen eadẽ excõ catio renaſci põt.ſed noua excõicatõ bene põt fulminari Sed in alijs penis pecuniarijs ſi imponunt̃ rõne deli cti ⁊ ſunt ip̃o iure ſublate renaſci nõ poſſunt ſi veniunt rõne ꝯtumacie vel pacti ex noua ꝯtumacia põt quis re poni in vetereꝫ penam ip̃o facto.ſi hoc ſit ꝯuentũ expſ ſe.al̃ nõ vt hic.ſi v̂o nõ eſſent ip̃o iure ſublata pñt ſemp inſtaurari ope replicationis.C.ꝺ pac.l.pacta nouiſſima illud notãduꝫ ẽ.de mõ in ſnĩa adiecto .qꝛ p forma ſeruã dus ẽ. vt nõ.C.de ſñijs.l.cum eoꝝ.

**Si pecuniam.** Si p caſum cã ipleri nõ potuit.nõ intenta tur ꝯdictio ob cãm tãquã ex defectu cauſe.ſed rõne penitẽtie põt itentari dũmodo.q recipit quꝺ repe titur ꝯſeruet̃ idemnis.h.d. Diuidit̃ in tres partes Primo excludit ꝯdictiõem ob cãm tãquã ex defectu cauſe. Secũdo ꝯcedit eam ex penitentia. Ter tio. reſtringit ſuam conceſſionem . ⁊ modificat eam.

Ticius dedit tibi.x.vt ires pro eo capuam. dum tu preparaſſes neceſſaria .ad eundum ſuperuenit impe dimentum tp̃is vl̃ diſcriminis viarum . vnde nõ potui ſti ire i termio.vnde ticius vult a te ꝯdicere.iſta.x.Que rit̃ an poſſit . Rndet̃ ꝙ ex quo nõ ſtat p te nõ dicit̃ cã defeciſſe nec potes ꝯueniri tanꝙ ex defectu cãe. In ſtat querens an ex pnĩa poteris ꝯueniri . Rndet̃ ꝙ ſic qꝛ licet ticio penitere . Inſtat querens nunqd hec ẽ ſimpliciter verum Reſpondetur quod non.nam ſi ni expendidiſti eſt verum ſi totum expendidiſti cã future pfectiõis.ideo teneris redere ꝙ accepiſti. Si aũt ptẽ expẽdidiſti .tunc ſi quidem neceſſe hẽs ire vt qꝛ iuraſti nõ teneris.nec hoc cãu nec alijs ſupradictis.Si autem nõ hẽs neceſſe ire teneris dum agens pſtet t bi indem nitatẽ .h.d. Nõ.ꝙ i ꝯtctibus innoĩatis caſus impedi ens nõ obligat debitorem nec tñ liberat .nam ſi obliga ret teneret̃ tanꝙ ex defectu cãe ſi liberarẽt nõ haberẽt

locum pñia ⁊ ambo iſta ſunt ꝯ tex. Nõ. ꝙ i ꝯctibꝰ i
nominatis ꝯdicio ob cãm hẽt duo pͥncipia.ſ.ex defectu
cãe ⁊ ex pñia. Nõ.ꝙ in ꝯctibus inominatis licitũ eſt
penitẽ ſine damno tñ aduerſarij quod eſt.nõ Nõ.ꝙ
i ꝯctibus innominatis pñia vnius alteri damnoſa eſſe
nõ dz. Nota ꝙ ubi ẽ appoſitum iuramẽtum ibi oĩ
no ẽ fiendũ quod nõ hz locum pnia facit ex̃. de ꝓbatꝫ.
in pñtia. Nũc veniamus ad oppoſit..⁊ qões pro i
tellectu huius notabilis principij. Op.dicitur hic ꝙ pe
cunia fuit data pro facto.⁊ ꝙ hz locum pnia ꝯ vbi pe
cunia datur pro facto ẽ locatio.⁊ ꝯdictõ.vt.j.de pſcrip.
ver.l.nãlis.§.at cũ do.ſed i ꝯctibus noĩatis nõ hz locũ
pnia.j.e.l.ſi.C.ꝺ ac.⁊ ob.ſicut.ergo hic nõ hz locũ pnia.
So.hic fuit data pecunia vt ſpẽs vel accipienſ nõ ꝯſue
uerat locare opas.⁊ ſic fuit ꝯctus innominatus.do vt
facias.q2 ad hoc vt ſit loca.ope duo exigunt.primo qꝺ
merces ſit in pecunia numerata. Secũdo ꝙ accipi
ens mercedẽ ꝯſueuerat locare opas ſuas.ſicut faciunt
curſores.vt dicto.§.aut cum do.Si ergo non datur pe
cunia ad numerũ.ſed vt ſpẽs vel datˀ frumẽtũ ꝓ opera
nõ eſt locatio facit qꝺ nõ.C.loca.l.ſi hij.⁊.l.excepto.Itẽ
ſi oparius non ꝯſueuerit opas ſuas locare.vt q2 ẽ nobi
lis homo nõ cenſetur locatio.⁊ ſic ẽ ponderanda quali
tas.⁊ ꝯſuetudo pſone.j.de pig.ac.l.vel vniuerſoꝝ ꝺ ne
go.ge.l.põponiuſ i negocijs. Secũdo op.dicitur hic
ꝙ ſi ſtat p caſum tamẽ recipiẽs ꝯuenitur ꝯ.j.loca.l.qui
opas.So.illa.l.quo ad primũ caſũ loquitur in ꝯctu no
minato locationis opaꝝ.quo ad ſcõm caſũ loquitur in
ſalario aduocati quod ẽ priuilegiatũ a iure.ſed.l. nr̃a lo
quitur i ꝯctu innominato in quo hz locũ pnia.⁊ ſic non
ob.⁊ hec eſt vera ſolutio. Alij dicunt ꝙ ibi fuit con
tractus celebratus gr̃a vtriuſqꝫ hic gr̃a dantis tñ.iſta
nõ eſt vera.q2 ymo hic fuit gr̃a cõi datũ cum hincinde
verſetˀ emolumẽtum.⁊ hoc eſt quaſi in omnibꝰ ꝯctibus
nominatis reſpectiuis.vt do.vt des do.vt facias facio.
vt facias facio.vt des.ſ.vt cõi gr̃a celebrentˀ cũ hincĩde
directaꝫ actõnẽ pariant facit quod nõ.vt.j.de ac.⁊ ob.
.l.ꝯſenſu. Alij dicũt ꝙ in.l.ꝯria aduocatus nõ ꝯſer
uatur idemnis.q2 icurrerat odiũ alterius partis.⁊ ex
quo remanet.⁊ ſibi inimicitia.ergo ⁊ pecunia remanerẽ
debet Itẽ forte habuiſſet.nõ minus ſalariũ ab alte
ra pte ar.j.eo.l.§.ſed ſi acceperit.ſed iſta eſt diuinatio.

Quarti dicũt ꝙ aut caſus ſupuenit danti.⁊ nõ re
petit.vt ibi.aut recipiẽti.⁊ tũc ꝯdicitur vt hic. Certe
iſta.l.ponit exẽplũ de caſu in gerẽte difficultatẽ cuilibet
pſone dum dicit ꝯdictio tpis.⁊ de caſu ꝯtingẽte ſolam
pſonam debitoriſ dum dicit valitudinis. Licet ergo
ſolutio ſit vã quo ad exẽplum de valitudine.i.infirmita
te nõ tamẽ uidetur uera quo ad exẽplũ ꝺ qualitate tpiſ
j.de publica.l.ceſar certe.ymo ẽ uera ſolutõ in ſe.ut nõ.
j.loca.l.ſi uno.§.Itẽ cũ quidaꝫ. Tertio op.de.l.
pe.C.e.So.ibi caſus impediẽs emerſit i pſona credito
ris.unde ei nocet hic in pſona debitoris facit.j.de ꝯſti.
pecu.l.itẽ.in prin. Quarto ꝯ hac opp.ſ.de aſſeſſo.l.
diẽ functo.So.regula ẽ ſm pdictaꝫ diſtinctõem.Sed
fallit in public.ſalarijs.ut in.l.ꝯria.Itẽ in ſalario aduo
cati de uar.cogni.l.i.§.diuus.Itẽ fallit fauore libertatꝭ
ut.l.cum heres.§.ſticus de ſtatˀ. Quinto op. ꝙ non
habeat locũ pnia vt.j.e.qꝺ ſuus. So.ibi res ñ erat
integra.q2 ꝯcta erat affinitas p ſpõſalia.hic erat itegra
q2 nũdum arripuerat iter.⁊ ſi dicatur ꝙ hic fecerat pre
paratoria ꝯcedo.tñ pparatoria nõ faciunt deſinere eſſe
rẽ integram.ut hic.bar.dicit ꝙ n.l.ꝙ ſeruus eſt ſpãle
fauore dotis ut in eo qꝺ datur cã dotis nõ habeat locũ

pnia.j.de iurˀ.dotꝭ.l.ſi ego.§.i.vel dic ꝙ ꝯctus dotis ẽ ꝯ
ctus nominatus ut.ſ.de capi.di.l.eas.uel dic ꝙ quãdo
quis integralr̃ pſtat habet locũ pnia vt hic.Si autem
ex pte penitet ex pte.vt q2 penitet de dote.⁊ nõ de ſpõ
ſalibus.tunc ſecus vt ibi argu. infra de adminiſtra. tu
tu.l.cum queritur.⁊ de lega. ij.ſi ex duobus. Item
ibi per penitentiam nõ reducebatˀ res in preſtinum ſta
tum hic ſic.⁊ ſic nõ ob.Item abſonũ eſſet ibi ꝙ tiẽt po
ſtea vxor ſine dote.j.e.ſi donatarius. Sexto opp. ex
quo ꝯctus innominatus eſt ĩpletus.non hz locum pnia
ymo tunc veſtitur vt.l.ex placito. So.accipiens nõ
hz ius penitẽdi.vt ibi.ſed veſtiens ſic ut hic.⁊ ſic ꝯctus
claudicat. Op.ꝙ nõ habeat locũ pnia.vt.l.ſicut.ſo
ibi in ꝯctibuſ noĩatis hic innominatis. Septimo op.
ꝙ etiaꝫ in ꝯctibus nominatis habeat locũ pnia.j.ꝓ ſo.
cio.ſi ꝯuenerit inſti.mã.§.recte.j.depoſiti.l.i.§.pe.ꝺ p
ca.l.cum pcario. So.regl̃a ẽ ꝙ in ꝯctibus nominatꝭ
nõ licet penitere niſi vterqꝫ ꝯſentiat.fallit in mandato
depoſito ſocietate.⁊ pcario.j.de po.l.lucius.⁊ eſt rõ.q2
iſti ꝯctus de ſui nã requirunt duratõnem voluntatis.

Sed vbi ſufficit ſemel voluiſſe nõ hz locũ pnia.j.
de cõſti.pecu.vnde falſam facit qꝺ nõ.ſ.ſi cer.pe.l.certi
ꝯdictio.§.ſi nũmos. Itẽ iſti ꝯctus licet ſint in fcõ eẽ
tamẽ etiaꝫ cottidie ſunt i fieri ar.ꝺ vſufruc.acreſ.l.i.i ſi.
vnde pro futuro tpe hz locum pnia. Item in dictis
ꝯctibus nõ hz locũ obligatõ q̃ impedit pniaꝫ. Octa
uo op.ad idẽ de.l.q pecuniã ſi cer.pe.ſo.ibi ꝯctus deſide
rabat impleri rei interuentu.⁊ iõ.licet nõ accipe.j.q po.
in pig.ha.l.i.⁊ ẽ ratio q2 ante nõ ẽ nata valida oblõ ꝯ
reum nec naſci põt ſine facto rei.ſecus ſi nõ ẽ in pote
ſtate rei.ſed ẽ ꝯdicio caſualis.j.qui.po.impig.ha.l.po
tior.⁊.l.qui balneũ. Nono op.ꝙ nõ habeat locũ pñia
.C.de tranſac.l.q̃uis.ſo.ibi indiſtractu.hic ad obligañ
vt ſ.de pac.l.ſi cum fundus. Decimo op.C. de reꝝ
pmu.l.i.So.vt ibi nõ. Undecimo opp.ꝙ caſus ex
cuſet debitorẽ.q2 vbi debetˀ.ſcñ caſus ſupueniens in p
ſona dbitoris.videtur ſupuenire in ipa re dbita.vt nõ.
dy.de vbo.ob.l.ꝯtinuus.§.illud. Sed caſus ſupueni
ens i re liberat eũ vt.ſ.e.l.iij.§.ſed ſi ſtichus ergo ⁊c̃.
So.ibi caſus inducebat impoſſibilitatẽ hic non. vt nõ.
C.e.l.pe. Duodecimo op.ſi ꝯctus ẽ celebratuſ gr̃a
vtriuſqꝫ.ergo vni tñ penitere nõ licet.j. de vbo.ob.l.q
rome in prin.So.ibi loqtur in ꝯctu qui ſola ꝯuentõne
accepit robur.q2 erat ꝯctus ſtipulatõiſ. Item ibi ñ
erat res integra.⁊ ut hec liqueant.an i ꝯctibus iaꝫ cele
bratis habeat locũ pnia refert.aut loqmur in ꝯctibus
nominatis.aut in ꝯctibus innominatis.primo caſu.aut
tales ꝯctus reqrit rei iteruentũ.⁊ tũc licet penitere añ
rei interuẽtum vt.l.qui pecũiaꝫ ſi cer.pe.aut nõ requirit
ꝓnũciatio obligatiõis ⁊ ad pfectionem ꝯctus rei inter
uẽtu.⁊ tũc regula eſt.ꝙ nõ licet penitẽ ut.l.ſicut.fallit i
mãdato depoſito pcario.⁊ ſocietate.⁊ eſt rõ in mãdato
ex parte mãdãtis.q2 dñs.vnde re integra põt penitẽ ꝓ
batur.j.de ſolutꝭ.l.vo procuratori.l.aliud. Ex parte pro
curatoris eſt rõ.q2 offiñ ſuũ ẽ gratuitum ⁊ pcarium.vñ
ſi acceptauerit põt renũciare re itegra.j. mã.l.aliter.§.
q mãdatum.⁊ ſi primo renũciauit poſtea põt acceptare
q2 poteſt penitere vt in.c.lis de procurˀ.li.vi.in depoſi
to.eſt rõ q2 nullũ ius queritˀ depoſitario.in ponitˀ rõ.j.
de pca.l.cum pcario.In ſocietate eſt rõ.q2 ſocietas abſ
qꝫ ꝯſenſu eſſe nõ põt.nec dz detineri.qs inuitus i ſocie
tate. Item fallit i ꝯmodato rei vſu finito.j.eo i com
modato.§.ſicut. Itẽ fallit i ꝯctibus qui requirũt cõ
firmatõem per mortem.l.nõ oĩs ſi cer.pe. Si vero

loqmur in ꝯctibus innomiatis refert. aut tendũt ad li
berãdum.⁊ nõ hꝫ locum pnia.C. de trãſac.l.ꝙuis. aut
ad obligãdum.⁊ tũc aut traxerũt ſecum executõeꝫ hinc
inde.⁊ nõ hꝫ locum pnia unius. qꝛ pfecti ſunt ut. l.ex
placito.⁊.ſ.e.l.iij.aut vnus impleuit alter non impleuit
nec cepit.tũc ſub diſtingue.aut impletio alterius ẽ fcã i
poſſibilis p caſum.aut ſemp ab inicio fuit poſſibilis .ſi
quideꝫ emerſit impoſſibilitas.aut poſt moraꝫ recipien
tis.⁊ põt ꝯdici.ĩ.e.§.ſed vbi.ſi ante moraꝫ.aut res erat
ei eque pitura ſi nõ accepiſſet pecuniã ⁊ põt ꝯdici.ĩ.e.l.
§.ꝙ ſi aut nõ erat eque pitura.⁊ tũc nõ põt ꝯdici.ĩ.e.v.
niſi forte. Si autem impletio eſt adhuc poſſibilis.
tũc aut ẽ poſſibilis ita ꝙ de pñti fieri põt.tũc aut accipi
ens nõ vult implere.⁊ hꝫ locuꝫ ꝯdicio niſi dãtem peni
teat.vt hic.aut ẽ impletio poſſibilis attenta ſpe.nõ tñ d
pñti offert ſe facultꝫ implẽdi.tũc dꝫ caueri d implendo.
cũ facultas ſupuenit.⁊ ſi accipiens nõ vult cauẽ põt ab
eo ꝯdici.ĩ.e.l.§.plane. Si vo cã ſemp fuit poſſibił
tũc aut traditio fuit facta a ſciente ⁊ vr̃ donaſſe.C.e.l.ſi
militẽ.⁊.l.dictã.lege ſi ab ignorante tũc ꝯdicitur.ſ.e.l.
iij.§.ſi liber.facit qd nõ.de ꝯdi.inde.l.ſeruo.ma.C.d le
ga.l.ab adminiſtratõe.⁊ hoc in dante. Sed i recipiẽte
nõ diſtinguitur.an ſciuerit recipiens an ignorauerit vt
dicto.§.ſi liber in fi. Si aũt vnus impleuit.ſꝫ altẽ
cepit nõ tñ ꝯſumauit.an habeat locũ pnia ſic diſtingue
aut incohatio eſt circa ꝑparatoria ⁊ hꝫ locum penitẽtia
ſi alia cã nõ impediat. vt hic.aut eſt icohatio circa pteꝫ
itrinſecam.⁊ adhuc videtur ꝙ habeat locum pnia.dum
tñ ab oĩ dãno exhatur aduerſariuſ.ĩ.e.l.§.ſi vo iaꝫ ⁊.ĩ.
de dona.hoc iure.§.ſi quiſ.qꝛ adhuc res ẽ iperfecta nec
eſt ſibi ius queſituꝫ.⁊ hoc i exiudicialibus.ſed i iudicijs
vr̃ ſecus ar.ſ.de procura.l.poſt liteꝫ.Si aũt neuter im
pleuit.Sed vnuſ forte cepit alter nihil fecit an habeat
locuꝫ ꝯdicio ob cãm.⁊ vr̃ ꝙ nõ.qꝛ ꝯdicio.ob cãm nõ da
tur ei q nõ impleuit ex pte ſua vt nõ.C.de trãſac.l.actõ
ne.hoc veruꝫ tãquã ex cã nõ ſecuta.qꝛ tũc oritur ꝯdictio
ob cãm ex mora ⁊ nõ eſt in mora ille cui impletũ ñ erat
vt.C.de pac.l.i.⁊.C.de tranſac.l.ſiue.⁊ ar.ĩ.de reſci.vẽ.
.l.fi.⁊.ĩ.de loco publico.l.i.in fi.ſed in pnia bñ hꝫ locuꝫ
ꝯdicio. Sed q̃ro nũquid in ꝯctibus innominatis ſi
cut licet penitere in ꝑiudicium aduerſarij ita in ꝑiudici
um tercij.⁊ dic ꝙ ſic.ĩ.e.l.§.ſi fuum ⁊.ĩ.de ſer.expor.l.
iij.ar.ꝯ.ĩ.de vbo.ob.l.qui rome.§.flauius.⁊.ĩ.de ꝯſtitu.
pecu.vnde falſam.ſed ibi queſita erat obligatio. Sꝫ
q̃ro nũquid in ꝯctu pmutationis habeat locũ pnia glo.
magna tenet hic ꝙ ſic.alia glo.tangit ꝯriuꝫ.prima veri
or dũmodo itereſſe preſtet alteri pti.ſi ex pnia ledit.qꝛ
ex eo negocio ſibi aliqd abeſt.vt hic.⁊.ĩ. e.l.fi. Sed
quero an in factis habeat locum penitẽtia.⁊ dico.ſi pñt
reduci in pſtinum ſtatuꝫ vt traditio fundi habꝫ locum
pñia.ſecus ſi nõ pñt reitegrari ut nõ.hic ⁊.ĩ.de ꝯhẽ.ẽp.
.l.pacta ꝯuenta. Sꝫ quero ſi penitenti offertur an
tollatur effectus pñie ⁊ videt ꝙ ſic ut.ſ.de.pactꝭ. l.cum
fundum.ꝯriũ dico quia oblatio nihil opatur in ꝯctibus i
nominatis.nõ ob.l.ſi cũ fundũ.qꝛ vbi pactum obtiebat
naturã liberationis ar.C.de trãſac.l.ꝙuis de ſolut.l.
alius.vel erat appoſituꝫ fauore offerẽtis tñ.⁊ ideo adv
ſarius nõ põt penitere.ſecuſ ſi cõi gr̃a vel ſolius penitẽ
tis.vel dic ꝙ in pacto liberatorio.aut ꝯtingit liberatio
vi ipius pacti.⁊ imediate.tũc nõ hꝫ locum pnia vt.l.quã
uis.aut vi futuri modi vel cauſe.⁊ tũc hꝫ locum pñia ni
ſi fiat oblatio.vt.l.ſi cum fundus.ſi aũt ꝯtractus tendit
ad obligãdum tũc indiſtincte hꝫ locum pñia anteꝙ ſit
impletuꝫ ab accipiẽte.ſaluo tamen moderamine huius

principij. Sed q̃ro an conditio ob cãm orta ex pñia
poſſit oriri.ex defectu cauſe.⁊ dic ꝙ nõ. qꝛ ex quo peni
tuit nõ poteſt ei morã i impletõne ꝯmitti.Itẽ ſi añ erat
ꝯmiſſa videtur purgari p pñiam.qꝛ eſt actus ꝯtrarius
pnia ipletuꝫ ar.l.i.de fur.de.l.commiſ.poſt dieni. Sed
quero an diferãt ꝯdictio ob cauſaꝫ orta ex penitentia
⁊ condictio ob cauſaꝫ orta ex defectu cauſe. Rndeo
diferunt in origine.qꝛ ex pnia oritur licet reus non fue
rit in mora.ſecus ex defectu cauſe.qꝛ requirit mora.vt
oriatur ex illo capite vt hic. Iteꝫ in pacto liberatõio hꝫ
locum ꝯdicio.ob cãm ex defectu cauſe vt.ſ.e.l.ſi qs ac
cepto .⁊.ĩ.d ꝯdi.inde.l.elegãter.§.ſi quis poſt.nõ auteꝫ
ex pñia vt.C.de trãſac.l.ꝙuis ⁊.l.cuꝫ mota. Item diſe
runt in effectu.qꝛ vbi agit de pnia debet reus idemnis
ꝯſeruari.vt hic ſecus.ſi ꝯueniatur ex ſua mora. pp cãm
nõ ſecutaꝫ.qꝛ tunc nõ debet ei offerri aliquid intereſſe
nec hꝫ locum moderatio huius.l.ar.in aũt.de nõ alie.§.
ſtare. Queritur cuius cauſe defectus parit hanc
actõem dic ꝙ defectus cauſe finaliſ vt.ĩ.e.l.i. §. ſi pen
di. Queritur quid venit in ꝯdictione ob cãm dic ꝙ
qñqꝫ illud ideꝫ.qñqꝫ tñdem.qñqꝫ aliud ſic.ĩ.de ꝯd.ide.
.l.indebiti ⁊.l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus. Quero ſi pro
arripiẽdo itenere d pecunia accepta emit equos an lꝫ
nõ teneat reddere pecuniaꝫ teneat ad illos equos dic
ꝙ ſic qꝛ in reſtitutõe ſuccedit aliud pro alio.ĩ.e.l. §.Itẽ
ſi quis.v.ſed pro deceꝫ. Et facit ad.q.d ambaſiato
ribus.poſtea reuocatis qui fecerant ſũptus in ueſtimẽtis
vt licet pecuniã ſalarij nõ redat.qꝛ expẽderant i veſti
bus.tamẽ reddant cõi.ipas veſtes ar.tñ ꝙ nihil reſtitu
ant.qꝛ nõ ſtat p eos.ĩ.loca.q operas.⁊ nõ.glo.magnaꝫ
huius.l.q̃ diuidet in tres ptes.prima loquitur de peni
tentia.ſecũda d effectu cauſe.tertia ad quid ꝯdictio ẽ in
tentãda. Quero an ibi promiſcet ꝯctus nomiatus
cũ innominato hẽat locum ꝯdictio ob cãm.ſo. aut pctũ
ex quo reſultat ꝯtractus innominatuſ dat cãm ꝯtractui
nominato.⁊ tũc hꝫ locum ꝯdictio ob ca.ex defectu cãe.
C.de pac.inter emp.l.cuꝫ te.nõ tamẽ hꝫ locuꝫ pnia ar.
ĩ.de ꝯtrahe.emp.l.labeo ſcribit.ſi mihi bibliotecã.aut
incidit in ꝯtractu noiato.⁊ ſecũdario accidit ei.⁊ tũc nõ
hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm.C.de reſcin.ven.l.ea ꝯdictiõe
⁊.ĩ.de ſer.expor.l.queſitum.⁊ hoc eſt veruꝫ.niſi ſit actũ
vt res ꝯdicatur ſi pactum nõ ſeruet vt.C.de ꝯdi.ob cãꝫ
.l.ij.naꝫ ꝯdictio.ob cãm quãdo oritur ex ꝓuiſione ꝯhen
tium.⁊ tũc hꝫ locum etiaꝫ in ꝯtractibus nominatis qd
nõ.⁊ vide quod nõ.ĩ.de dona.l.i.in ma.glo. Iuxta
hoc nõ.ꝙ ad reſcindẽduꝫ quod factuꝫ ẽ agitur.interdũ
ꝯdictõe ob cãm.iterdum actione ex eo ꝯctu. iterdũ offõ
iudicis.interduꝫ ꝯdicõe ex lege.Condicõe.ob cãm agit
i ꝯctibũs inominatis i pnia.⁊ ex defectu cãe actõne ex
eo ꝯtractu agitur in ꝯctibus nominatis qñ ex eo cõtra
ctu.ſ.ex diſpõne ꝯtrahẽtium oritur reſciſio.de ꝯtrahẽ.
emp.l.ſed celſus.§.ſi fundus.de ac.emp.l.ex empto. §.
ſi quis rõne erroris receditur a ꝯtractu.ĩ.loca.cuꝫ i plu
res.§.mãdaui.officio iudicis.qñ ipãli fauore alicuius
pſone ſubiacet reſtitutioni.ut.ſ.de mino.l.ꝙ ſi minor.
§.fi.Cõdictione ex.l.quãdo ꝯtinet intollerabileꝫ leſiõꝫ
C.de reſcin.ven.l.ij.⁊ ar.ĩ.de ꝯtrahen.emp.l.domuꝫ.⁊
hoc ſi petitur reſolui qd tenꝫ vel minui.ſ.qd petit emẽ
dari exceſſus vel deceſſus ⁊ reduci p iudicem ad bonũ
⁊ equũ tũc officium iudicis proponit arg.ĩ.de ꝯtrahen.
emp.l.officio iudicis ⁊ ꝓ ſocio.l.vnde ſi nerue de operiſ
liber.l.ſi libertus ita naꝫ reductio ad arbitriũ boni viri
qꝛ nõ petitur reduci factum ptium.ſed ſeñ tertij nõ ue
nit iure ꝯtractus nec venit in obligatione.⁊ ideo mer

officio iudicis expeditur quod offiñ differt ab offõ quo petitur in integruꝫ reſtõ quia ibi pſona facit locum officio ꝯ̃ ius cõe. ĩ.de ac.ꝛ ob.l.in honorarijs.§.ſi cuꝫ reſciſa hic aũt ẜm ius cõmune officiuꝫ intentat̃ ex̃ de iureiurãdo qntauallis.

**Si ſeruum.** Penitẽtia ſine certioratiõe nõ impedit factuꝫ homĩs.ſe đ impedit diſpõem legalem. Opp.ĩ.de ma. vindic. .l.ſi pater ꝛ.l.prĩ ex.ſo.ibi eſt tale pactuꝫ quod ſui natura ſũmit origineꝫ in penitente. Sed ex quo penitet nõ poteſt in eo fundari pp deffenſũ.ſed hic ſũmit originẽ in faciente.ex hoc habes an pnĩa liget manus ignorantis. Naꝫ ſi erat picha.ꝛ organuꝫ alterius ligat vt ĩ ꝯ̃rio.Si aũt erat pſona in qua factuꝫ radicat̃. nõ ligat vt hic. Op.ꝙ diſpoſitio legalis.nõ liget ignorãteꝫ .l.ſi.õ decr.ab or. fa.ſo.nõ ligat ad pẽaꝫ.vt ibi ſed excludit lucrũ vt hic ꝛ adde qḋ dixi.ẽ.ti.i.l.labeo. Op.cõiter ꝯ̃ vtrũqꝫ dictuꝫ ꝙ nõ habeat locum pnĩa.ĩ.õ ſeruis expor.l.queſitum.So.ibi fuit p̃ncipaliter celebrata vẽditio ſic.ĩ.de v̂bo.ob.l.qui rome.§.flauius.vbi fuit pricipaliter celebrata donatio.ꝛ ſtipulatio.ꝛ ſic fuit ꝯ̃ct⁹ nominatus. Jtẽ collige ar.ꝙ cõſtitutio iuris vel eccl̃ie liget oio occultuꝫ õ hoc i.c.i.de hr̃ti.i cle.

**Item ſi quis.** Pnĩa habet locuꝫ reintegra nõ poteſt actuꝫ ꝯſumatũ.h.d. Et nõ.tres caſus qñqꝫ.qs dat ſeruũ vt ipẽ idẽ manumittat̃ tũc loquitur.§.ſi ſeruuꝫ qñqꝫ pecuniã.vt ẜuus alterius emat̃.ꝛ manumittat̃.tũc loquitur iſte.§.qñqꝫ dat pecuniaꝫ.vt accipiens manumittat. ſeruuꝫ ꝓprium tũc loquitur.§.ſed ſi accepit abſqꝫ.in fi. Nõ.de cautiõe p̃ſtanda ei qui non eſt in poſſeſſione. ſed poſſidenti non cauet.ẽ.eo.l.iij.

**Sed ſi accepit.** Nõ.diſtinctõnem an eſſet venalis. Nõ. queꝫ fieri vilem ex fuga. Nõ.ꝙ fuga inducit offẽſam. Nõ.ꝙ offenſa non facit recedi a ꝯ̃ctu. Et nõ.de ꝓximo liberãdum nõ veriſimile fugere. Nõ ꝙ mortuus in itiere p̃ſumitur ex itinere mortuus ymo certe alie circũſtantie ſpectant̃. Nõ.diſtinctõnem an eſſet pariter res pitura.ſ.aũ moraꝫ. Sed poſt morã nõ diſtinguit̃ qḋ ẽ nõ.ꝑ opiõne.Johãnis.

**Si extraneus.** Prouiſio hominis nõ excludit ꝓuiſioneꝫ legalem expreſſa prouiſio excludit tacitam.h.d. Caſus ticius dedit centũ ſeyo nomĩe dotiſ ꝑ matrimonio ꝯ̃hendo iter ſeyuꝫ.ꝛ bertaꝫ.ꝛ ſtipulatus eſt ſibi reddi in rõem caſuꝫ ſoluti matrimonij tãdem matrimoniũ nõ fuit ꝯ̃ctũ. Queritur vtrũ ꝯdictio ob cãm ad repetẽda iſta cẽtum ꝯpetant danti vel mulieri.ꝛ qꝛ nõ fuit ſtipulatus in caſu matrimonij.nõ ꝯ̃cti.ſꝫ diſſoluti.vnde ſibi imputet.qꝛ quod õ vno ꝯ̃rioꝝ dicitur ab alio remoueri vr̃. Cõtrariuꝫ determinat̃.qꝛ tãꝙ̃ cã nõ ſecuta ꝯdicit ipẽ.naꝫ ẽt de iſto caſu tacite cogitatuꝫ ꝛ prouiſuꝫ videtur ꝛ h̄ verum niſi probet̃ ꝙ iſte ticius voluit mulieri donare.naꝫ tũc mulier repeteret nõ ipẽ. ꝛ hec ſunt vera ſiue iſte dotans fuerit ex̃neus ſiue patẽ mulieris.h.d. Nõ.ꝙ qui prouidet ſibi in vnuꝫ caſuꝫ vr̃ prouidere in alteruꝫ ſimileꝫ.ita dicit glo. Sed certe iſtud notabile falſuꝫ ẽ ẜm hoc.poſſet agi ex tacita ſtipulatione.ſi ſtipulatio iterpoſita extenderet̃ ad hũc caſum. Jtem ẽ ꝯ̃.caſuꝫ.l.qcqd aſtringẽde.ꝛ ideo dico ꝙ vi eiuſdeꝫ prouiſſionis nõ intelligit̃ ꝓuidere in caſu obmiſſo.ſed vi alteriũs prouiſionis.ideſt ex nã ꝛ vi modi.vel cauſe tacite icludit̃ ꝙ imponẽdo moduꝫ voluerit ipm̃ impleri.ꝛ tacite ex hoc infert̃.de repetitõe ꝛ ideꝫ ſi apponatur ꝯdictio.tũc hic oritur actio ex cã ceſſante q̃ actio tacite icluditur ex vi cauſe appoſite nõ aũt orit̃ ex ſtipulatione. Op.ꝛ videtur ꝙ ſtipulãdo i certoſ caſus p̃iudicet ſibi in alijs caſibus.ſ.ꝙ ſit actio mulier̃ vt.ĩ.ſo.ma.l.ſi cum doteꝫ in prin. So.ibi loquit̃ poſt matrimoniũ.vbi p̃ſumitur donatio.C.de pac.ꝯuen.l.ex morte.hic aũt vbi nõ p̃ſumitur donatio.iſta ſo.nõ procedit i patre.qꝛ nõ p̃ſumitur donare cum actio dotis profecticie debeat eẽ cõis patris.ꝛ filie.ĩ.ſo.ma.l.ij.lꝫ pr̃ ſi velet bene poſſet donare doteꝫ filie.vt.l.põponius philiadelphus fam̃.her. Alij dicunt ꝙ hic ſibi diligẽtius.ꝛ vniuerſalius ꝓſpexit ꝙ̃ ibi.naꝫ ibi quaſi idiuidua enumerando aliquos tm̃ caſus ſpecificauit hic in genere ſibi ꝓuidit.naꝫ in diuidua enumerata artãt naturaꝫ ꝯ̃ctus. vt nõ.dy.in.c.generi.iſta ſo.nõ eſt v̂a.naꝫ ꝙ de vno tẽpore diſponitur ꝗ̃tum ad tp̃s pro indiuiduo reputatur vt.ĩ.de vul.ſubſti.l.ex facto.§.iteꝫ quero ꝛ.ĩ.de mili.te. .l.miles ita.§.qꝛ diximus. Tertio ſoluit̃ iſtud ꝯ̃riũ ꝙ hic ꝓuiſio in vnuꝫ caſuꝫ nõ porrigitur ad aliũ.vi eiuſdem ꝓuiſionis.ſed ex nã cauſe finalis. qꝛ ceſſante cauſa ceſſat effectus ceſſare debet.vnde hic agitur ꝯdictione. ob cãm nõ ex ſtipulatione.vel clariuſ aut vnus caſus ẽ exp̃ſſus.alius eniꝫ oĩo obmiſſus.ꝛ tũc loquitur lex ꝯ̃ria aut nõ eſt oĩno obmiſſus.ſed incluſus tacite ex vi modi ꝯdictionis vel cauſe.ꝛ tũc loquitur hic. Põt ſolui. Quinto mõ ꝙ illa ꝯcordat cũ iſta nã ibi.ꝛ hic i cãu obmiſſo ſeruatur legis diſpoſitio.vnde in patre in cãu obmiſſo erit ibi actio cõis patri.ꝛ filio in ex̃neo p̃ſumitur donatio de iure cõi. Et ẜm hoc nõ.ꝙ caſus obmiſſus videtur dimiſſus i diſpõne iuris cõis.ꝛ hanc opy. tenet ibi dy.ꝛ pe. Op.hic ꝙ prouiſio hoĩs deroget prouidentie.l.C.de procur̃.l.maritus.C.de pac. ꝯuen.l.ſi.ſo. ibi prouiſio legis erat ſubſidiaria.ꝛ ex̃ordinaria.hic ordinaria. Op.ꝛ videtur ꝙ in caſu omiſſo maritus lucretur ꝛ nemini reddat.ĩ.de pac.dota.l.inter.§.cuꝫ inter. So.ibi ſpãle fauore liberoꝝ.nam qui ſtipulat̃ in defectu liberoꝝ videtur tacite eos ſibi p̃tuliſſe ar.ĩ.de here.inſti.l.lucius.ẜꝫ hoc lucrũ ibi ptinet ad liberos. ex eoꝝ ꝓpa pſõa.ꝛ pricipal'r eoꝝ ꝯtẽplatiõe ẜꝫ Ja. de bel. dĩc ꝙ ibi lucꝝ ptinet ad mulierẽ qḋ lucꝝ trãſmittat ad libõſ.ꝛ libẽri capiũt vt ſucceſſões mr̃iſ.ꝛ ſi mr̃ eẽt ſui iur̃ de iſto lucro bene poſſet teſtari ẜm Ja.nõ ẽ ergo lucrũ nuptiale ꝙ lucrat̃ maritus nec lucrũ liberoꝝ ex eoꝝ pſona .ſed lucrum matris trãſmiſſum i liberos . ſi enim eẽt lucꝝ patriſ liberoꝝ ipĩ nõ ſuccedendo pr̃i nõ hẽrent dotẽ matris eoꝝ. Jtem ſi eſſet lucrum liberoꝝ imediate mr̃ eoꝝ de ſua dote nõ poſſet teſtari . Jtem etiaꝫ nõ eſſent hr̃des mr̃is deberẽt hẽre dotem mr̃ nam que omnia vident̃ eſſe ꝯ̃ nãle votum pr̃is dotãtis. Sed qũo in.§.cũ inter põt dici ꝙ veniãt hr̃des matris cum eo iure filiaſa.nõ hẽret hr̃dem vt nõ.ĩ.ſo.ma.filie mee. Reo ymo in dote vt nõ.dy.ĩ.ſo.ma.l.poſt dotem facit ꝙ nõ.de iure do.l.auus ex quo enim plene lucrata ẽ doteꝫ ꝑ emãcipata dꝫ hẽri ar.fam̃.hr̃.l.pomp .philadelp⁹ qḋ facit.ĩ.de pac.dota.l.intꝫ ſoceꝝ .§.uir dotem.ẽ ꝛ alia rõ i .§.cum inter quare pater excludit̃ qꝛ ibi pater appoñit pactũ ꝯ̃ ſe qꝛ p̃moriente filia ꝯſolidabat̃ de iure ſibi actio i oẽm caſum.vnde ſtipulãdo i quoſdam caſus artauit ius ꝯſolidationis.Sed in.l.ſi cuꝫ doteꝫ pater ſti palabatur ad ampliãdum ius ſuũ ad agẽduꝫ ſolus etiã ſupſtite filia.ꝛ ideo non preiudicat ſibi in caſu obmiſſo quominus poſſit allegare prouiſionẽ legaleꝫ.C.de legi. .l.qḋ fauore. Ex̃.op.ꝙ ꝓuiſio hominis facit ceſſare

miniſteriũ legis.⁊ opeꝫ legalem.de nouac.ſi ita ſtipu.§.fi.cum.l.ſe.So. expſſum facit ceſſare tacituꝫ in eodẽ caſu.vt ibi nõ in diuerſo ⁊ impenſo caſu.vt hic ſufficitqꝫ ꝙ de facto ptes ꝯcordãt licet de iure non cogitẽt.vt.j.mã.l.ſi is.qui.§.ſi libero. Concludendo tñ queritur an caſus omiſſus habeatur pro neglecto an.vo habeat ꝓ expreſſo.⁊ an in caſu obmiſſo ſtemus prouiſione legali dic aut prouiſio legaliſ ẽ pter ius cõe.⁊ tũc videtur ei d rogatuꝫ.l.fi.de pac.ꝯuen.qꝛ multuꝫ de facili ea que fiũt ad ius cõe reducunt de teſtõ mili.l.eius militis.§.militi de pac.ſi vnus.§.qd ſi in ſpẽ dotis. Aliꝫ prouiſio legis eſt ꝯformis iuri ſeu ẽ ius cõe.⁊ tunc aut loqmur in caſu prouiſo.⁊ expreſſum facit ceſſare tacituꝫ de vulg.ſubſti.cum ex filio.§.i.aut in caſu obmiſſo.tũc aut ẽ oio obmiſſus.⁊ ſtatur diſpoſitioni dicte.l.vt.l.ſi cuꝫ doteꝫ ⁊ de libe.⁊ po.l.ꝯmodiſſime.aut ẽ in eo qd agitur tacite iclusus.⁊ tũc ſtãdum ẽ ei qd tacite agitur.vt hic aut icluſus a ꝯrio ſenſu.⁊ tũc ſtanduꝫ ẽ ꝯrio ſenſu.naꝫ ar.a ꝯrio ſenſu etiaꝫ in ꝯtibus procedit vt in.§.cũ inter.aut ẽ incluſus ex iterpretatõe legali.⁊ ſtatur interpretationi legali.de vul.ſub.l.iam huiuſmodi alias.iaꝫ hoc iure.aut ẽ incluſus iterpretatione legis.tũc facit ceſſare legis ꝓuiſionẽ.vt.l.maritus.aut caſus obmiſſuſ nõ eſt a lege.al prouiſus.tũc loquitur de vb.ob.qcqd aſtringende. ⁊ ad de qd nõ.cy.C.de iure dotꝫ.vbi adhuc in.v.qõne ⁊.l.ij.de iur emphi.p cy.

Qui ſe debere. Debitoꝛ putatiuus promittẽs dotem ⁊ ſoluens matrimonio nõ ſecuto agit ꝯdictione ob cãm.ſed ſi promiſit ſciens ſe nõ teneri.qꝛ videtuꝛ donaſſe mulieri nõ repetit ipe ſed mulier ac debitoꝛ verꝰ matrimonio nõ ꝯſecuto ꝯdicit.⁊ actio qua mulieri tenebatuꝛ viget ꝯ eum qua ſi ꝯueniat liberat cedẽdo mulieri ꝯdictione.ob cãm.h.d. Nõ.tutũ exceptione doli ſoluentẽ ꝯdicere. Nõ.ꝙ certa ſcia pſumptõeꝫ dõationis inducit ſic.j.de nouac.ſi qs dbe.ſi qs cauc.ſꝫ ⁊ ſi qs in fi.⁊ nõ.j.de ꝯſti.pecu.ꝙ ſi maritus.§.i. Nõ.queꝫ liberari cedẽdo actõem ita ꝙ ceſſio eſt i ſolutione lꝫ nõ i obligatione Op.exceptio doli ẽ odioſa ergo tutus ea ſi ſoluit ꝑ erroꝛeꝫ iuris.⁊ facti nõ repetit. ſed ſi ꝑ erroꝛeꝫ facti probabileꝫ.tũc ſic vt.j.de ꝯdi.inde.l.qui exceptio. So.quadruplex eſt receptio doli prima q̃ fuit orta tpe ꝯtus.qꝛ dolus ꝯtui adeſſit.tũc loquitur lex ꝯria. ⁊ facit.j.ti.i.l.ſi ob turpem cãm. Scda q̃ oritur poſtea ex cã ceſſante ut.j.de excep.doli.l.ij.§.circa.tertia que oritur ex pacto vel iuramẽto vt.s.ti.ij.l.duobus.§.exceptõ ⁊.l.añ pe.⁊.l.fi.⁊ in iſtis duabus ſolutũ ꝑ erroꝛeꝫ repetitur vt.l.qui excep.qꝛ origo iſtius exceptionis nõ hꝫ in ſe odiuꝫ. Quarta que orit ex eo qd aliquis de facto agit cum ipo iure nõ habeat actõeꝫ ⁊ iſta ſiliter aufert repetitõem vt hic ipo iure nõ tenebatur extraneus ex promiſſione ante ꝯtum matrimoniuꝫ vt.j.de iur dotꝫ. promittẽdo.⁊ ideo ꝯtra marituꝫ futuꝝ habebat iteriꝫ exceptõnem facti.⁊ itentionis.ideo ab eo repetit ita ſentit glo.noua que incipit quadruplex.ſꝫ gl.antiqua Azo ſoluit aliter.ſ.ꝙ loqmur in ꝯdictione idebiti.⁊ tũc loqtur lex ꝯria.qꝛ ibi reqritur iuſtus erroꝛ.nã tutus exceptõne odioſa fingitur agere de lucro captando.ideo nocet ei lata culpa.i.ſupinus erroꝛ.aut loqmur in ꝯdictione.ob cãm.⁊ tũc ibi ſufficit defectus cauſe.nec curamus ꝙ erroꝛ excludit pſumptaꝫ donatõem in alteruꝫ. vt hic.hec vera ſolutio.licet pcedens glo.ſit nõbilis.⁊ facit ad caꝫ quod nõ.j.de excep.dol.l.apud celſuꝫ.§.ſꝫ cuꝫ legitima. Secũdo op.⁊ videtur ꝙ ille q ſe obligat pro futura dote nõ ſit tutus exceptione.ſed ipo iure iterim.j.d iur do.ſtipulatõem.ſo.hic loquitur d exceptõe doli q̃ datur i locum exceptõis facti vel itentionis.qñ actio de facto itentatur vel hic promiſit ſoluere quandocũqꝫ añ nuptias.⁊ ſic nõ fuit incerta ꝯdictio.ſed modus.ſm azo. Sꝫ alibi glo.dicit ꝙ aut extraneus promittit dotem.⁊ tũc non eſt ꝯdictio.aut mulier tunc ſic.ita nõ.de ꝯdi.⁊ demõ.l.ticio centuꝫ.§.ticio genero. Sed ꝯtra hoc videt tex.j.de iur dotꝫ.ꝓmittendo.Sed ſtu dic.aut loqmur i legato cã dotis.aut in ꝯtu dotis.ſi i legato.tũc iſertio cauſe nõ inducit ꝯdictionẽ.niſi cã iſta ſit ꝯdictionalr expreſſa vel collata i diem nuptiaꝝ pſtatio.de ꝯdic.⁊ demõ.l.ticio centuꝫ.§.ſed cũ añ.⁊ in aũt.de ſanc.epiſ.§.ſed hoc i pñti. Si in ꝯtu aut fuit actuꝫ ꝙ eſſet puꝝ ⁊ liqdũ debituꝫ.⁊ tũc iterim põt agi.tñ ſi cã deficiat.ſi nõ eſt ſolutuꝫ ꝯpeteret exceptio doli.ſi eſſet ſolutum ꝯdictio.ob cãm vt hic.aũt fuit ſimplr ꝓmiſſum nomine dotis.tũc ſi promiſſit illa mulier ineſt cõdictio.ſi alius pro eo aũt aio donãdi.⁊ mulieri.⁊ non ineſt ꝯdictio.ſed modus vt hic in v.ſed ſi cuꝫ.aut nõ animo donãdi.⁊ tũc ineſt cõdictio vt.l.promittẽdo.tñ ſi nõ ſtatur i finibus ꝓmiſſionis.ſed proceditur ad ſolutõem vr receſſum a tacita ꝯdictõne.vt.j.de iur dotꝫ.l.ꝙ niſi ⁊.j.de ſolu.l.ſub ꝯdictõne ⁊ ar.C.de fideiuſſ.l.quotiens.qꝛ executõ facta ẽ.⁊ ideo ſolutio nõ videtur ieſſe. Tertio op.ad.v.ſinaũt ꝙ habeat locuꝫ ꝯdictõ idebiti.qꝛ nõ ſecutis nuptijs retro apparet idebitum fuiſſe ar.j.de ꝯdi.inde.l.ij.⁊.iij. Sol.ibi ob cãm de pterito fuit ſolutum hic.ob cãm de futuro d ꝯdi.inde.l.domus.vel hic erat debituꝫ.qꝛ promiſſio nõ fuerat ꝯdictionalis.ſed caſualis. Quarto op.⁊ videtur ꝙ mulier nõ poſſit agere ꝯtra veterẽ debitoꝛeꝫ.qa liberatus fuit ſoluẽdo alteri d volũtate mulieris.j.de pig.ac.l.ſol.§.ſolutã ⁊.j.d ſol.l.ſolutã .So.ibi loqt d ſolutõe irreuocabili hic de reuocabili.j.de ꝯdi.indebi.l.neracius.hic va vel aliud i ſimplici ſolõne vt in.l.ꝯria aliud i delegatõe.prima verioꝛ.vel hic fuit iuſſus ꝓmittere in tps nuptiaꝝ.vnde ante ſoluere nõ debuit.j.mã.ſi mãdauero hoc nõ placꝫ.qꝛ ſic.j.in tertio caſu nõ liberaret actõem cedẽdo ſm Ja.vel hic nõ fuit mãdatum ſimplex.ſed ob cãm.⁊ ideo nõ liberat niſi i euentu iſtius cãe. Opp.ꝙ mulier poſſit agere ꝯdictione.ob cãm abſqꝫ ceſſione.qꝛ ſuo nomine fuit ſolutuꝫ glo.ꝯcedit. ſꝫ male dicit.qꝛ tũc nõ poſſet ei cedi ad trebel.l.ſi hrs.Jꝫ dicit ꝯ ſi extraneus.s.e.vel ibi extraneus promiſit ſine mãdato mulieris hic cum marito.nec ob.ꝙ ſi mãdatum noie mulieris.qꝛ nõ ea mente vt mulieri queratur ius ante nuptias.ſed vt ipſi numeranti.quia tacita prouiſio videtur reſpicere ipſum in dubio arg.j.de verbo.ob.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus. verſi.ſequens ſtipulatio.

Queritur glo.in vſi. Sed quid ſi donatori ꝓmiſit ⁊ ſi ſoluet.Rndet glo ꝙ ẽt diſtract.ſpõſalibus agit maritus nõ vt ſibi habeat ſed vt mulieri redat ſic j.ſolutꝫ.ma.l.ſi ſocer.§.lucius.⁊ ſi muliez vult iſte ſponſus cogitur ei cedere actionẽ.j.man.idemqꝫ.§.ſi cui. Quõ an cedens ceſſionario debeat facere ſumptus litꝫ.⁊ vr ſic.j.cõmo.l.ſi vt certo.§.idem labeo. Jn ꝯrium facit ꝙ ſumptus litis ptineant ad onus ceſſionarij vt nõ.j.de impenſ in rebus do.fac.l.i.⁊.C.man.l.per diuerſas. So.aut eſt ceſſio volũtaria.aut neceſſaria.Si voluntaria aut res debet reuerti ad cedẽteꝫ.vt dos tũc qcquid glo.dicat ſumptus litis minuunt dotem niſi culpa.vel odio mariti ſit lis q̃ alias nõ eſſet arg.loca.l.ſi merces §.culpe.aut res nõ debet reuerti ad cedentẽ.tũc ceſſionarius agnoſcit ſumptus litis ar.j.de pſcrip.vbis.l.nãlis

§.pe.⁊ de euic.l.i.de v̄bo.ob.l.venditõnes.⁊.ff.de ꝓcur. actoꝝ procurā.a ꝯrio ſenſu.ſi eſt ceſſio neceſſaria.tunc aut quis tenetur agere.licet liberetur cedendo.vt nō.i.l.ij. §.ideʒ nerua ne quid in loco publico. tñ ſumptus litis ſubminiſtrare debet.qꝛ ſine ſumptibus nulla lis fieri pōt.ff.de iuꝝ iuꝝ.al' in glo.aut quis nō tenetur agere.ſʒ ſimpl'r cedere iura ſua.⁊ tūc aut ceſſio fit.in beneficium cedentis.⁊ ad ipſius exoneratõem ab obligatione ꝯcta retro īſolidū.⁊ ipē dʒ facere ſumptus dicto.§.idem labeo.aut in prouiſione ſolius ceſſionarij.tūc ceſſionariuſ faciat ar.ad hoc.ff.fami.her.l.ex pte ⁊ quod le.⁊ nō.C. ꝺ erro.mili.annone.l.cuʒ ſepe.li.xij.⁊ facit.ī. como.l.vñ queritur in ratione ſui.

**Fundus.** In ꝯdictione ob cām veniunt fruct⁹ vi cauſe ceſſantis.hoc.d. ſic.ī.eo. cuʒ quis.⁊.ī.de ꝯdi.inde.ſi nō forte.§.libertus. Jtē qꝛ imꝑfecta donatio ē anteꝗ̃ morte firmetur. Bal.

**Quod ſeruus.** Datum noīe dotis ꝓ matrimonio ꝯhendo nō poteſt cōdici.ſi ꝯſtant ſpōſalia.ſed eis diſſolutis ſic dicit. Nō.ꝙ ubi nō eſt reſoluta cā nō reſoluitur effectus. Nō.iter ſpōſos dici eſſe matrimonium in habitu.i.ī potētia nō in actu habitus plures.hʒ ſignificationes.nam aliqñ ponitur ꝓ eo quod ueſtibus oñditur.ut in.c.ſi iudex laycus de ſen.exco. li.vi. aliquādo pro habere vt nō. dy.in.c.ꝓ poſſeſſore qñ quis hʒ ius etiaʒ ſine executõe uel intentõe ut nō.C.ꝺ here.uē.l.fi. Tertio modo dicit' habitus potētia q̄dam cāta ex aliquo ꝑambulo ut hic. Quarto mō dr̄ habituſ qualitatis anime ut dicit Ariſtoteles ꝙ ex actibus cātur in aīa nr̄a habitus quidam.⁊ fit quedam impreſſio ſiue uirtutis ſiue malicie. Nota ꝙ uerbum poteſt intelligit' reb⁹ ſic ſe hñtib⁹. ⁊ ſic ītelligitur de potentia ꝓxima et certa.⁊ ordinata qa rebʒ ſic ſe hñtibus:loquimur ſic.⁊ ꝓmiſſiones intelligunt' rebus ſic ſe habētib⁹ ī.loca.l.quero.§.inter de loco.publico.fru.l.i.in fi.⁊ ar. ī.de an.le.l.meuia.§.fi.de hoc v̄bo poteſt.nō.ꝙ qñqʒ ꝓfertur abſolute.⁊ tūc quia profertur abſolute ſine diſtinctõe alicuius cauſe vel tpīs eſt excentеſimū. ⁊ nō dʒ cohartari de lega.ij.l.ſi ita qs qñqʒ profertur relatiue ad aliquaʒ cām de ꝑto.vnde illa penitētia naſcitur ⁊ depēdet.⁊ tūc loquitur hic. Nō. ꝙ per ſpōſalia ꝯhitur affinitas.i.principiuʒ affinitatis.principium dico.i ꝑambuluʒ ſm glo.quā nō.⁊ facit ad ſtatutuʒ de cauſis ꝯpromittēdis iter affines.⁊ adde quod nō.ī.de re.iudi. l.ſed hoc ita. Nō ſpōſalia faciunt deſinere rē eſſe itegrā ⁊ dic vt dixi in.l.ſi pecuniā.ff.c. Sed quid ſi nō valent ſpōſolia vt qꝛ puella nō ē adhuc.vij.annoꝝ. R̄ndeo idem.qꝛ in dote etiaʒ futura nō hʒ locuʒ pnīa.ī.de iure do.l.ſi ego.§.i.vel dic ꝙ hic nō pñt ſpōſalia que nō ſūt diſſolui niſi ꝯtus de facto ꝓceſſerūt quo facto hʒ locuʒ ꝯdictio.ob cām ar.huius.l. Sed pone dicit ſtatutū ꝙ homicida ſoluat mille.⁊ ſi nō poteſt ſoluere mille ꝺcapitetur.nūquid abſolute itelligimus.pōt eniʒ ⁊ pauꝑ ditari.⁊ ſoluere vt.l.cura.§.deficit de mu.⁊ ho.So.ſi ñ hʒ de ſuo.vnde ſit cautū in fiſco.⁊ nō ſoluit.nec ipē.nec alius pro eo in termino.tūc apparet nō poſſe. qꝛ nō ad abſolutaʒ potentiaʒ.ſed ad difficultateʒ iſta v̄ba referēda ſunt.de v̄bo.ob.l.ꝯtinuuſ.§.illud.⁊.ī.de ſta.li.l.iij.§. ſi qs ſic de v̄bo.ſig.l.nepos proculo.ff.ſi cer.pe.l.fi.⁊ ad de quod nō.ex̄ de reſcrip.ſciſcitat⁹.⁊.ī.ꝺ iiuſto teſtō.l.i. cuʒ ſimilibus. Ex apparatu huius legis elicite quaſdam oppoſitiones per te ipm. Bal.

**Si donaturus.** Cōdictio ob cām acquirit' mulier ꝑ ꝑliberam ꝑſonā dotantē animo donādi.h.d.

**Si qs in debitum.** Exceptio que obſtabat mľieri deleganti.nō obſtat uiro agenti ad doteʒ ſi matrimoniuʒ durat ineſſe.ſed regreſſus delegat⁹ ē ꝯtra mulierem vt indēnis ꝯſeruetur.ſed ſi matrimoniū eſt ſolutuʒ uiro agēti obſtat exceptio.quatenus ad mulиereʒ dʒ reuerti.non quatenus uir dʒ ex pacto vel ex lege lucrari h.d. Nō.ꝙ nemo cogitur habere vxorē idotatam.⁊ ſic ē ar.ꝙ ille cui eſt dos promiſſa nō cogitur ducē vxorem niſi ſibi ſoluatur dos.⁊ ſi duxit.⁊ ſibi nō ſoluit' pōt eā ꝺ domo eicere.⁊ remittere eaʒ ad domū ſuoꝝ.qꝺ rari faciūt niſi homines miſeri. Nō.ꝙ duplex eſt modus ꝯſeruationis ydemnitatis.ſ.ꝑ repetitõnem poſt ſolutõem.⁊ ante ſolutõem ꝑ liberationē. Nō. ꝙ exceptio dolo facis hʒ locum.vbi res ē reuerſura ad ꝯuētū alias nō ſic.ī.ſo.ma.l.ſi ſocer.§.lucius.⁊ de exceptione doli.l.pure.§.ſi cū. Nō.ꝙ lucꝝ dotis nō eſt meꝝ lucrum qꝛ hʒ origineʒ ex cā oneroſa.⁊ eſt ar.ꝙ ſicut maritus hʒ doteʒ ꝑcipuaʒ a fratribus ſic.⁊ lucruʒ dotis.qꝛ eſt annexuʒ ipī cauſe dotis. Jtē qꝛ eſt aduenticiū.C.de bo.qʒ.li.l.i.C.de colla.l.fi.C.fam.her.l.ij.⁊ quod nō.i.l. doteʒ ꝺ caſtren.pecu.Jtē eſt ar.qꝺ nō ꝯfunditur cū legato.nō ob.C.vnde vir.⁊ vxō.aūt. Preterea.qꝛ ibi loquitur in puro lucro nō rōne oneꝝ. cum ēt vxoꝛ lucrat' ibi.ſed lucrū dotis nō eſt merū lucrū.vt hic nō. Ja. de are.tenet ꝙ ꝯputet'.ī.ſo.ma.ſi cuʒ doteʒ.§.ſi pr̄.Sʒ ꝙ nō ſit meꝝ lucꝝ.ſed ob cām probat'.qꝛ ei qui non ſubſtinuit onera nō debetur.ī.ſol.mat.l.ab hoſtibus.§.ſi vir vxoꝛ.de doli except.l.fi.⁊ hanc.ꝑtem.ꝙ utrūqʒ habeat tenet fredericus de ſchalis diſputādo.⁊ forte meliuſ ꝙ̃ Ja.⁊ ideʒ videtur i alimētis.vt ſi vxoꝛi ſunt relicta alimenta in teſtō non debeat habere alia alimenta dotis ſm opy. Ja.ſecus ſm aliam opy.qꝛ iſta alimēta dotis nō debētur ex cā lucratiua.ſed rōne dotis.⁊ qꝛ operat' hr̄dib⁹ mariti.ſʒ iure legati debēt' aliñta. Jō.d.bar.i.l. diuoꝛtō.ī.ſo.m.ēt nil opanti fac̄ qꝺ nō.i.l.ſic ꝺ opiſ lib. niſi i teſtō dicat' ꝯrium. Sed due cauſe lucratiue nō debent cōcurrrē ⁊ facit.ī.de ven.i poſ.mit.l.curatoꝛ vētris. Op.ꝙ exceptio.que obſtat delegāti.obſtat ꝺlegato.ī.de except.doli.l.iuľ. So. ibi fuit delegatio ex cā lucratiua hic ex oneroſa.⁊ hoc quo ad primū rñſum illius.l.quo ad ſm rñſum illius.l.fuit facta delegatõ ex erronea.⁊ iniuſta cā.i.putatiuo creditoꝛi hic v̄o i ceſſiōario.aut ē exceptio ꝑſonalis.⁊ tūc ſi eſt facta ceſſio ex cā lucratiua obſtat ceſſionario.ſi ex oneroſa.nō. de ꝓcūr. ſuū quoqʒ.§.fi.Si eſt i rem ſemꝑ obſtat nō.in. §.ſi cū legitima.⁊ dic.vt nō.dy.ī.de dona.l.doli mal'.ibi oīno videas vľ diſtingue aliquātuluʒ lacius.aut loqmur i delegatõne.aut in ceſſione. Si i delegatõe.aut eſt delegatus verus debitoꝛ v̄o creditoꝛi.⁊ tūc tenetur etiaʒ ſi delegāti erat tm̄ nāliter obligatus.qꝛ iuſta cā eſt obligatõ nāliſ.ar.ī.de ꝯſti.pec.l.i.§.debitū ꝙ nō.in aūt.ꝺ fideiuſ. §.i.aut putatiuus debitoꝛ putatiuo creditoꝛi.tunc hʒ exceptõem vt.l.iuľ.ij.rñſo.aut putatiuo debitoꝛ v̄o creditoꝛi.⁊ tūc refert.aut promiſit ei ex certa ſcīa.⁊ videt' renūciaſſe exceptioni.⁊ pōt effectualiter conueniri.vt.ī. de nouac.l.ſi quis dolo niſi ſit talis qui non poſſit renūciare exceptioni vt mulier. ⁊ minoꝛ infra de nouac.l. doli.§.diuerſum.aut promiſit per erroꝛem . ⁊ tunc refert.aut promiſit ex cauſa oneroſa . ⁊ non habet exceptionem ut hic ⁊.l. doli.aut ex cauſa lucratiua . ⁊ tunc

ſi iuſto errore erravit habꝫ exceptõeꝫ doc̃.l. iul'.aut du
bitatur. an ſciuerit ul' erraverit tunc in facto alieno p̃ſu
mit' error in facto ꝓprio preſumit' ſcia.ut nõ .in .d.l. ſi
quis niſi factum ꝓpriũ ſit adeo antiquũ qd̕ uериſimilitẽ
in eo cadat obliuio.ar.j̃.de uſuc.l.furtũ.§.i. ul' alijs ꝯie
cturis probetur error.ar.j̃.de adult.l.adulteriũ.cum ice
ſtu.⁊ quod nõ.j̃.de le.i.l.ſi domus.§.de euic.C.q teſta.
facere poſ.l.hac ꝯſultiſſima.§.cuꝫ humana.aut veruſ d̕
bitor ẽ delegatus putatiuo creditori.⁊ tũc videtur ꝙ te
neatur.ſed repetitio ꝯpetat deleganti aduerſus putati
uum creditorẽ.ſicut ſi nomine alieno indebitũ ſolvereꝫ
j̃.de ꝯdi.inde.l.ſi procurator ꝓ hoc.j̃.de dona.l.vt mihi
donares.v̂.delegato non competit exceptio in modice
donationis.ſed delegans debet petere reſciſionem ⁊ ẽ
caſus iſte multuꝫ nõbilis. Si vero loquitur i ceſſiõe
dicit dy.aut exceptio.que obſtat cedenti eſt in rem ſcri
pta.⁊ tũc obſtat ceſſionario.aut i pſonã.tũc aut eſt fcã
ceſſio.ex cã oneroſa.nõ obſtat exceptio ceſſionario.aut
ex cã lucratiua.⁊ tũc obſtat de excep.doli.l.apud celſuꝫ
§.d̕ auctoris. Unde exceptio pacti.⁊ rei iudicate be
ne obſtat ceſſionario.ar.de pigno.l.ſi ſupatuſ.niſi in tri
bus caſibus.vt nõ.s̃.de pac.l.ſi cuꝫ empt.Sed exceptõ
excõicationis.⁊ bãni.nõ obſtat ceſſionario.ex cã lucrati
ua oneroſa.ſecus ſi p̃tendat cauſam lucratiuaꝫ ſm dy.

Sed tu clarius diſtingue.q2 quadruplex ẽ exceptõ
doli.vt nõ.s̃.e.q ſe debere.q̃dam que naſcitur tẽpore ꝯ̃
ctus ex quo eſt ius ceſſum.⁊ iſta obſtat ceſſionario.ẽ.n.
viciuꝫ i radice.quod nõ purgatur mutatõe pſone.quia
rei coheret tanq̃ vicium originale.q2 agitur ex eadem
cã cui exceptio ineſt.C.de procũr. l.qui ſtipẽdia.ſecus
ſi dolus nõ eſt ꝯmiſſus in ꝯ̃ctu ex quo agitur vt.j̃.de ex
cep.doli.apud celſuꝫ.§.ſi cuꝫ legitima. q̃dam que naſci
tur.eo ꝙ cedens nõ impletur ꝯ̃ctuꝫ ex pte ſua.⁊ ideꝫ.j̃.
de ac.emp.l.i.venditõne.q̃dam que oritur ex pacto vel
ſnia.tũc dic vt.l.ſi cũ exceptione.⁊.C.de nouac.l.iij.q̃dã
que ꝯpetit loco exceptionis facti.⁊ intentionis.tunc nõ
hñs ius nil cedere potuit.eſt ⁊ alia exceptio doli q̃ ꝯpe
tit loco pſonalis exceptionis puta bãni vel excõicatõis
⁊ tũc in exceptione excõicationis.dic vt dy. q2 reſpicit
exercitiuꝫ.⁊ nõ elidit ipm ius agendi.Sed in exceptõe
bãni ſubdiſtingue.aut ſtatutũ tollit actioneꝫ bãnito pri
uãdo ipm aut ſolũ uetat ipm agere.p̃mo caſu ceſſiona
rius etiaꝫ cãm oneroſaꝫ hñt repellitur ſi bãnuꝫ p̃cedit
ceſſionem.q2 nõ hꝫ plus iuris ꝯferre alteri q̃ ipe hẽat.

Secũdo caſu dic vt dy.ex quo nõ.ꝙ exceptio ban
ni nõ dicitur realis exceptio de iure cõi bannitus dꝫ au
diri de iure ſuo de mio.l.paṗ.exuli ꝯfiſcatus etiaꝫ debꝫ
audiri in bonis ꝯfiſcatis.vt nõ.j̃.de ꝯdi.⁊ dem.l.nõ ad
ea.⁊.j̃.man.l.ſi tibi mãdauero.§.is cuius. Quid ſi fi
lius ẽ bãnitus vtrũ pr̃ rõne vſufructus põt agẽ dic qd̕
ſic.q2 nõ eſt ceſſionarius.ſed agit iure ſuo.qd̕ quiſq2 iur̃
.l.iij.§.ſi filius.idem dico ſi bãnitus igreditur monaſte
r ũ ꝙ exceptio pſonalis.nõ obſtet monaſterio p dictũ
§.qd̕ nõ.monaſteriũ.tñ nõ habetur ꝓ vniuerſali ſucceſ
ſore niſi ingreſſo vniuerſal'r ob ulit ſe.⁊ ſua.vt nõ.j̃.de
pecu.le.l.peculiũ.§.i. Ulterius op.de.l.cuꝫ poſt.§.
fi.de admi.tu.ſed ibi ſub noie officij obligabat dñm nõ
ſe.⁊ dñs erat talis ibi qui nõ poterat in tñ obligari cũ
effectu.⁊ ſic.nõ obſtat.vt.j̃.de inſti.l.fi. Nõ.ex ꝙ ſi
cut exceptio compenſationis requirit liquidam proba
tionem.ita exceptio dolo facias ꝙ petis ⁊c̃.vt nõ.j̃.de
excep.doli.l.dolo quod tene menti.q2 ſimileſ ſũt vt nõ.
inſti.de act.§.in bone fidei. Bal.

Si mulier. Opp.C.de trãſac.l.ſiue iu
glo.⁊.l.ſi pro-fundo i ãlo.q
remittit dare videtur. Nõ.ꝙ ille qui ibi in
nudo pacto hic i acceptilatõe aliũ liberat dare videtur
⁊ ꝯdicit ipam rem. Et nõ.ar.ꝙ exceptõ dicat' magiſ
datio.q̃ ſcĩi vt nõ.s̃.de pac.l.auus.quod ẽ verum ſi p
eaꝫ aliquid adeſt actori. vt exceptio ꝯpenſationis vide
j̃.de iur̃.dot.l.ſi ſpõſus.§.i.que ẽ ꝯ̃.ibi enꝫ diſtinguitur
aut res erat apud debitoreꝫ.⁊ tũc videtur ad cũ pueniſ
ſe res.aut nõ erat penes debitorẽ.tunc nõ videt' pueniſ
ſe res.ſed liberatio.ſed ibi in debito ſpẽi hic in debito
quãtitatis.l.ſingularia.ſi cer.pe. Idem in alio genere.
In ꝯ̃rium facit quod nõ.dy.in.c.pcñ de reg.iur̃. lib.vi.

Iteꝫ oppo.iſta exceptio hꝫ tacitaꝫ ꝯdictionẽ.ſi ma
trimoniuꝫ ſequatur.j̃.de iur̃ dot.l.licet ergo deficiente
ꝯdictione nulla eſt acceptilatio.⁊ nil ex ea ad maritũ p
uenit.vnde nõ hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm cum nil puene
rit.ſed actio prima.So.hic fuit actuꝫ ꝙ acceptilatio eẽt
pura ar.de ſolu.l.ſub ꝯdictione glo.aliter rñdet. ⁊ diui
nat.⁊ nõ ponderat rõem tex.in.l.lꝫ. Nam dicẽ ꝙ
ibi erat obligatio ꝯdictionalis ẽ ꝯ̃ tex.q2 obligatio ꝯdi
ctionalis nõ eſt obligatõ.⁊ tex.dicit ibi manere obliga
tionem.ſed acceptilatio fuit ibi ꝯdictionalis hic pura.

Secũdo op.s̃.e.l.ſi quis accepto.ſo. hic erat debitũ
purũ.⁊ liquiduꝫ debituꝫ ibi nõ.⁊ ideo ibi nõ fingitur da
re ut nõ.s̃.de pact.contra iur̃.§.fina. hic autem ſic.

Sed ponamus ego ꝓmiſi tibi dare decẽ nũquid ſi
ergo offeraꝫ me patum remittere deceꝫ.q̃ mihi ex alia
cã debes formal'r impleo ꝓmiſſionem.⁊ videtur ꝙ ſic
fictione iur̃.j̃.de ꝯdi.⁊ demon.l.lul'.i. Sed nunquid
hoc eſt veꝝ in ꝯ̃ctu trãſactionis ꝙ ille q remittit videa
tur dare.⁊ videtur ꝙ nõ. q2 ſi videretur dare remiſſio
haberetur ꝓ plena impletõe quod ẽ ꝯtra.l.ſiue apud.C.
de trãſac.⁊ ꝙ nõ.C.de pac.l.i.in fi.magne glo.So. aut
remittitur illa actio mota de qua erat lis.⁊ tũc q remit
tit nõ videtur dare.q2 nõ liquiduꝫ.aut alia actio certa.⁊
pura.tũc videtur dare.Sed ſi queras.an ſic dãdo iple
at ex pte ſui refert qualiter pactio erat ꝯcepta. aut de
remittẽdo.⁊ tũc impletũ eſt.aut d̕ nõ petendo. ⁊ tũc nõ
eſt impletũ.q2 nõ deſinit poſſe peti ſaltim d̕ facto ar.j̃.
de ꝯdi.⁊ demon.l.mutus.C .de tranſac.l.vbi pactum.

Iuxta hoc quero an pactuꝫ liberatoriuꝫ requirat i
ſinuationeꝫ ſicut dñio. Et videtur.ꝙ ſic. q2 remittẽ
⁊ dare ſũt pia.vt hic ad hoc.j̃.de reg. iur̃.l.ſi quis obl
gatione.⁊ nõ.in.l.i.§.i.j̃.quibus modis pig.vel ypo.ſol

In ꝯ̃riuꝫ videt'.q2 liberatio etiam ſine cã valet.vt
nõ.in.l.tale pactum.in prin.de pac.ergo nõ eſt donatio
⁊ ſic nõ exigitur iſinuatio.So.ſi pactuꝫ ẽ gratuitũ cre
do ꝙ exigat' iſinuatio.nam lex.dicit expſſe ꝙ iſta libe
ratio eſt ſpẽs donationis.ff.de pac.ꝯ̃ iur̃.§. ſi filius niſi
ille qui remittit confiteatur ſe habuiſſe. ⁊ recepiſſe.
quia tunc non eſt donatio.j̃. de acceptila.l. ſi acceptila
tum.§.apochi.C.de non nume.pec.l.i.in contractibus
Sed quid i trãſactione facta ꝓ modico de magna lite.
dico ꝙ licet quedam donatio ineſſe videat' vt.j̃.ſi qd in
frau.patro.l.i.§.⁊ ſi tranſegit. tñ nõ exigit' inſinuatio.
q2 iſte ꝯ̃ctus aliud nomẽ accepit ⁊ vocat' trãſactio vt.j̃.
ad treb.l.lucius.§.fi.⁊.C.de fide inſtru.ꝯ̃ctus Sed
qd ſi quis mihi tenebat' actione iniuriaꝝ ad mille flore
nos.⁊ ego feci ſibi ꝯcordiam ⁊ remiſſionem.an hic re
quirit' inſinuatio ⁊ videt' ꝙ ſic q2 videor donaſſe. Cõ
trarium dico.q2 nõ erat in bonis meis ar.de colla bo.
cũ mancipia. §.emã.filius .j̃.de inoffi.teſta.l.paṗ.⁊ qa
iſtud ẽ potius ad aĩum reuocare.q̃ donare.⁊ nõ. iſti.de

inīur̃.§.fi.⁊ idez dico in aliјs penis maleficioꝝ.q2 remit
tere in eis nõ ē donare.ſed eſt nole vti.lege penali ar.
nõ.ĵ.ð peculio.l.peculiuz.§.ſi eos.⁊ ar.ĵ.ad ſil̃.l.diuus
⁊.ṡ.q2 metus cã.l.metū.§.ex hoc i glo.qð dicit.

**Si heres.** Cõmiſſarius de eo ꝙ puenit ad manus ſuas tenet̃ reddē
rõem heredi.⁊ ſi nõ expēdit.qð ꝑcipit tenet̃
ꝯdictione.ob cãm.h.d. Nõ.ꝙ ꝯmiſſarius nõ debet
lucrari ex cõmiſſaria ad idez.ĵ.mã.l.creditoꝛ.§.ſi iter ⁊
ĵ.de dona.inter vi.⁊ vxo.l.mulier al's incipit.ſi appica⁹
⁊ dicitur.cõmiſſarius cui ē ꝯmiſſum nuduz miniſteriuz
executionis.⁊ illi ꝯmiſſariј nudi nulluz ius hñt nec tran
ſit eoꝝ officiuz ad heredes ar.ĵ.de cur̃.fur̃.l.cuius boniſ
nec poſſunt vēdere bona pro executõe faciēda niſi teſta
toꝛ hoc noiatim promiſerit eis nõ.in.l.alie.de ali. ⁊ ci.
le.quo caſu.l3 hr̃s ſit minoꝛ.tñ,pñt etia3 ſine decreto vē
dere vt nõ.in.l.ij.C.qñ decre.opus nõ eſt vel niſi cõmiſ
ſarius hēat generale mandatuz cū libera. vel niſi ſint
fructus qui corrūpantur ad inſtar ꝓcura.ṡ.ð procūr.l.
mãdato generali.⁊.l.procūr.tutoꝝ vel foꝛte.niſi ſit fidei
ꝯmiſſarius ad pias cauſas.⁊ heres ſit in moꝛa ſoluēdi.
naz cuz poſſit agere.ergo ⁊ alienare ar.de inr̃. deli. ait
ꝑtoꝛ ꝙ in legitimo executoꝛe vt in epõ veruz credo.q2
h3 generalez.⁊ liberã a lege.⁊ põt vendere quelibet bo
na ſuo arbitrio pro ſoluēdis relictis ad pias cauſas vt i
aūt.de ecc.ti.§.ſi quis pro redēptione vbi ē textus nota
bilis qð intelligo veꝝ vbi nõ eſt certus hr̃s alias credo
ꝙ primo heres ſit ꝯſtituendus in moꝛa vt ex̃ de teſta.
nos quidez.⁊ dicitur relictuz ad pias cauſas. ꝙ relinq
tur ꝓ aĩa vt nõ.de le.ij.l.ſi quis ticio niſi ſimulate hoc
diceretur.vt cuz legatur diuiti.vel ꝯiūcte pſone nõ egē
ti.nam licet teſtatoꝛ dicat lego ꝓ anima non cenſetur
ad pias cãs.vt nõ.C.de ſacro ecc.⁊.l.illud ⁊ ar.C.ð do
nac.l.ſi donatione.in his etia3 epõ debet reddi ratio ꝑ
executoꝛez teſtamēti vt.ṡ.de pe.heredi.l.hr̃ditas in fi.

Nõ.ꝙ qñ heres dat aliqd ꝯmiſſaria videtur cum
eo ꝯhere ⁊ põt ꝯdicere cã nõ ſecuta. Quid ſi do ti
cio.x.vt ea expēdat pro anima mea.⁊ ipẽ vult expēder̃
ego aūt volo.⁊ peniteo.an poſſum.⁊ videtur ꝙ ſic qua
ſi de moꝛte cogitaſſe videar.q2 anime feci mētionem.
poſſuz ergo reuocare ar.nõ.de dote ꝑle.l.ſeya. In
ꝯtrium facit de noua.l.ſi quis procūr.pro redēptõne ex̃
de probatiȷ.in pñtia.So.ſi mãdaui poſſuz reuocare mã
datum de donac.hoc iure.§.ſi quis dđerit. Si aūt
dedi alicui pro aĩa mea nõ poſſū reuocare. q2 ē ſimplex
donatio.⁊ inter viuos vt.d.l.ſi quis pro redemptiõe.ſe
cus i legato.l3 teſtatoꝛ ꝑuenerit in exequēdo de leg.ij.l.
lucius.⁊ idem i donatione cã moꝛtis.ĵ.eo.l.ꝑx.. Sed
an hr̃s põt ꝑuenire ꝯmiſſariuz.vide bal.in.l.nulli.C.de
epi.⁊ cle.in exequēdo. Rñdeo aut ſup certo.⁊ põt.de l̃.
.i.l.qdam.§.ſi ſcriptū aut ē deputatus executoꝛ ſup in
certo.tūc heres nõ põt venire.q2 neceſſaria ē hic ðcla
ratio executoꝛis.ar.de dote ꝑle.l. theopõpus ſic diſtin
guemus in alio.ſ.ſi plures ſunt executões.an vnus poſ
ſit exequi ſine alio.nam aut ſūt deputati ſuper certo.⁊
tūc quilibet videtur habere mãdatum in ſoliduz ar. de
exerci.l.i.§.ſi plures.aut ſup incerto.tūc ſecus ar.de ar
bi.l.ſicuti ſm Ja.butri.i.l.id quod paupibus i ſua lec.ni
ſi in caſu.vt i.c.ſi de reſti.li.vi. Sed nūquid cõmiſ
ſarius reddet rõem ſuo ſacramēto an liquide deb3 pro
bare ſe expēdiſſe ar.ꝙ ſufficiat ſacramētum vt.l.theo
põpus dic ꝙ in his in quibus potuit teſtes adhiber̃ vl̃
de facili redigere i ſcriptura nõ ſufficit iuramētum ar.
ĵ.cõmo.l.in cõmodato.§.ſicut in fi.licet in aliјs ſtatur ſa
cramento dūmodo quãtitas ſit pua. ⁊ pſona honeſta.
vt nõ.de accuſatiȷ.qualiter.⁊ nõ.C.de iure delibe.l.ii.§
i ꝯputatione facit quod nõ.in dicta.l.ſi pro redēptione.

Quid ð priuatis ſcripturis quas iſti rudes ꝯmiſſa
riј cottidie faciunt fieri a priuatis pſonis de expēſis.q2
faciunt fieri a priuatis pſonis de expenſis. Rñdeo quia
faciūt eas ꝯfici ex neceſſitate.⁊ ex natura ſui officiј mul
tum valēt ad idaginez vitatis.⁊ tūc ad qualem. quale3
fidem facit qð nõ.C.de edē.l.quedam.§.nūmularios.l.
.i.§.officio de tu.⁊ ra.diſtra.

**Cum qs.** Reuocata donatõe cã moꝛtiȷ etiã fructus quos ꝑcepit dõa
tarius ſunt reſtituendi.h.d.⁊ eſt rõ.q2 donatõ
cã moꝛtis debet ꝯfirmari per moꝛtē donatõis. vnde ſi
nõ ꝯfirmatur merito fruct⁹ repetunt̃.ſecus in ꝑcario.
q2 fructus ꝑcepti anteꝙ̃ ꝑcariuz reuocetur ꝑtinent ad
eum q ꝑcario rogauit.nec tenet̃ reſtituē.q2 gratuitum
vſum h3.ĵ.de donatiȷ.l.lucius ⁊.l.acquilius.ſicut i cõmo
modato.ĵ.e.l.i cõmodato.§.ſicut.⁊ eſt rõ. q2 aſſumpſit
effectuz iter viuos.⁊ nõ deſiderat ꝯfirmari ꝑ moꝛtem.
Sed quero an donatio cã moꝛtis ſit ꝯtuſ.⁊ dico ꝙ ſic
quo ad eius celebratõem.q2 ſit ꝑ ſtipulatõem vel tradi
tõnem de donatiȷ.cã moꝛtis.l.inter moꝛtiȷ.⁊ hodie ſit nu
do pacto.vt nõ.ð le.ij.l.cū pater.§.meuio.Sed quo ad
ꝯfirmatões accedit vltime volūtati ſaluo ꝙ nõ requirit
adictõem hr̃ditatis nec acceptatõem poſt moꝛtē de le.
ij.ſequens qð.⁊.l.cuz pater.§.i.⁊ facit quð nõ.in.l.ij. de
dote ꝑle. Itez quo ad dñiј trãſlationem accedit vltime
volūtati.vt nõ.de publi.l.ij. Item quo ad ius accre
ſcēdi.C.de cadu.tol.l.i.in fi.nõ tñ valet iter abñtes niſi
iteruenientе medio oꝛgano nūciј.vel epl̃e.vt nõ.C.de
epi.⁊ cle.l.illud. Sed nūquid valet pactum ꝙ dõa
tio cã moꝛtis nõ poſſit reuocari.⁊ videtur ꝙ nõ. q2 ē vl
tima volūtas.⁊ nõ poteſt qſ derogare ꝑtãti vltimi libe
ri arbitriј.nec etiã volūtati qn poſſit penitē de vbo.ob.
.l.ſtipulatio hoc mõ.C.de trãſac.l.donatõis.C.ð pactis
licet cuz ſil̃ibus.ſed dico ꝯ ꝙ valet pactum.⁊ facit eam
eē donatõem inter viuos de dona.cauſa moꝛtis.l.vbi.

Sed qd ſi dixi dono poſt moꝛtez meaz. ⁊ ꝓmitto
nõ venire ꝯtra an erit donatio inter viuos qð videtur.
q2 imponi mihi neceſſitatez vt non reſoluam quod ge
ſtum eſt dicta.l.vbi ⁊ videtur caſus extra de probatiȷ. in
pñtia. In contrarium videtur.quia iſta prouiſio ð
bet adaptari ad nãm ꝯtus.⁊ nõ venit ꝯ ille qui nã ꝯct⁹
vtit̃.ĵ.loca.q̃ro.§.iter locatoꝛē iſta ꝓuiſio debet itelligi
reb⁹ ſic ſe hñtib⁹.i.niſi reuocet̃ ut nõ.ṡ. e.l. ꝙ ſerui⁹ nõ
ergo dicitur venire ꝯ qui reuocat quia naturaliter ineſt
ar.de uerbo.ob.l.qda3 cum filiū et.ar.C.de teſta.l. oĩu3
nec videtur ſibi impoſſuiſſe legē de fideicõ.l.lucius. §.
paulus.Sed certe ymo manifeſte ſibi legē ipoſuit ut.l.
ſi quis.in prin.teſti.Sed an mētio mõtis facit cenſeri
eſſe donatõ3 cã moꝛtis.⁊ dic ꝙ ſic in dubio vt nõ.ſolu.
ma.l.q̃ dotis de dote ꝑle.l.ſeya.⁊ adde q nõ.C.ð pac.
.l.fi.cuz ſil̃ibus.⁊ adde hic quod nõ.dy.de le.i.l.ſtichu3
qui meus erit. Sed qd ſi pater donat filio mille
floꝛenos pro ſua legitĩa.an ex ſua adiectione legi ie põ
tionis ꝑſuma3 dona.cã moꝛtis.⁊ videtur ꝙ ſic.q2 legiti
ma moꝛtē deſiderat.l.fi.de libe.agno.ꝯtra videtur ĵ.ad
.l.fal.l.cum quo.§.ſi de inoffi.teſt.ſi qñ.§.i. S3 an
ſi pater donat filio ſua3 legitimã requiratur inſinuatio
ſi excedit qnq3 aureos. Rñdeo ſi donat filio i poteſtate
nõ exigitur iſinuatio.q2 h3 vim relicti. Si aūt emãcipa
to.⁊ i ꝑmiu3 emãcipationis vel ſimpl̃r.ide3 videtur. qa
nõ eſt mera donatio.ſed debiti ſoluendi prouentio. C

De impo.lucra.de ſcri.l.i.C.de iur̃.⁊ fac.igno.l.ij.⁊ adõ
quod nõ.in ſpe.de dona.v̂.quid ſi pater.⁊ ꝑ cy.C.õ col̃,
.l..vt liberis.

**Si filius.** Collatuꝫ ſpe future ſucceſſio
niſ cũ dicitur ſi ſucceſſio repu
diatur vel obmittitur.h.d.Bal.

**Si procuratori.** Primo loquit̃
qñ ſoluitur fal
ſum õbitum falſo ꝓcuratori ꝯtemplatiõe libe
rationis.de pſiti.Secũdo loquit̃ quãdo ſoluitur etiam
veꝝ debituꝫ falſo procuratori ſpe liberatõnis õ futuro.
Tertio loquit̃ quãdo ſoluitur vt nũtio creditoris
⁊ ẽ falſus nũtius.ij.ibi qõ.ſi.iij.ibi vel quod ſecũdũ glo.
Caſus ticius putans ſe debere ſeyo.x.ſoluit meuio
falſo procuratori ſey.Seyus habuit poſtea ratuꝫ q̃rit̃
q̃s tenetur ꝯdictione idebiti. Rñdetur ꝙ ſeyus nõ me
uius. Inſtat q̃rens quid ſi ſeyus nõ hꝫ ratuꝫ rñdet̃
ꝙ tenet meuius qui ſe ꝓcuratorẽ ſimulabat. Inſtat
q̃rens quid ſi veꝝ debituꝫ ſoluit̃ falſo ꝓcuratori vt faci
at dñm ratificare.⁊ dñs nõ hꝫ ratuꝫ. Rñdetur ꝙ tenet̃
ꝓcurator falſus ⁊c̃. Cõtra hoc op.naꝫ ex quo ẽ veꝝ
debituꝫ.⁊ ei debitum eius noĩe ſoluebat̃.ergo nõ habꝫ
locuꝫ ꝯdictio indebiti. Rñdet iuriſcõſultus ꝙ veꝝ eſt ꝙ
ꝯdicio indebiti ceſſat tñ hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm. nam
cã dandi fuit liberatio q̃ ſecuta nõ eſt dño nõ ratificãte
Inſtat q̃rens quid ſi falſo procuratori ẽ ſolutuꝫ.,vt
nũcio vt portaret ad creditoreꝫ.⁊ nõ portauit. ſed ꝯ̃cta
uit.an tenet̃ furti.⁊ ꝯdictione fur.ei q ſoluit. Rñdetur
ꝙ ſic.h.d.ſm glo. Nõ.ꝙ quãdo dñs ratificat i vno
caſu tm̃ hꝫ locuꝫ repetitio.ꝯ̃ dñm.ſ.quãdo eſt indebituꝫ
ſolutuꝫ. Nõ.ꝙ qñ dñs nõ ratificat ſemꝑ hꝫ locum
repetitio.ꝯ̃ falſuꝫ procuratorem.vel ꝑꝑ ꝯdictõnem.ob
cãm qñ fuit trãſlatũ dñiũ.ob cãm ſpe future liberatõis
vel ꝑ furtiuã ꝯdictioneꝫ qñ fuit ſolutuꝫ.vt nũcio ſeu vt
miniſtro.abſqꝫ trãſlatione dñij in eum. vt in vltimo rñ
ſo. Op.ꝙ iſta lex ꝯ̃dicat ſibi ipi. Naꝫ primo õfert
ꝯdictionem idebiti.Secũdo ꝯdictõem ob cãm. Tertio
ꝯdictionem furtiuaꝫ.naꝫ iſte ꝯdictiones ſũt oĩo ꝯtrarie
naꝫ ꝯdictio indebiti ꝯpetit.qñ eſt error in cã de p̃terito
ꝯdictio ob cãm qñ nõ eſt ſecuta cã de futuro vt.j.ti.ij.
damns. Iteꝫ ꝯdictio ob cãm ⁊ idebiti nõ datur ad rem
niſi dominio trãſlato.j.ti.i.indebitꝫ. §.fi.inſti. de oblig.
§.ſic itaqꝫ.Sed ꝯdictio furtiua dat̃ dominio nõ trãſla
to.j.e.l.pe.⁊ nõ.j.de ꝯdi.furtꝫ.qm̃ ergo nõ põt ꝯcurrere
So.lex nr̃a nõ defert has ꝯdictiones i eodem caſu.ſed
in diuerſis. Nam ꝯdictio indebiti hꝫ locum vbi idebi
tum fuit ſolutuꝫ falſo ꝓcuratori non vt miniſtro.ſed vt
creditori.i.ꝓcuratori i rem ſuaꝫ ꝯdictio .ob cãm vbi fu
it do.vt facias.i.do.vt facias.⁊ cures me ſoluẽtẽ libera
ri.⁊ vtroqꝫ p̃dictoꝝ caſuuꝫ transfertur dñiuꝫ.j.de dõa.
hoc iure.§.ſi quis dederit. Cõdictio furtiua vbi non
fuit trãſlatum dominiũ.ſed traditũ.vt miniſtro.vnde ſi
accipiens ꝯtractat ſibi retinẽdo ymo eo ipõ qõ recipit
facit furtũ.vt i vltimo reſpõſo.⁊.j.de fur. falſ⁹. §.i. In
dubio aũt.aut ẽ facta ſolutio ſimpl̃r.aut cuꝫ exp̃ſſione
liberationis õ futuro fiende.ſi ſimpl̃r.aut fuit error in
mãdato i rem ſuaꝫ.aut i ſimplici mãdato ꝓcuratoris vl̃
nũcij.ſimplex eniꝫ procurator in dominio.⁊ poſſeſſo lo
co nũcij ẽ de p̃cario.certe.§.i.de p̃ben. accedens. Itꝫ
op.ꝯ̃ ſcõm.⁊ vltimũ reſpõſum huius.l.⁊.l.creditoris de
ꝯdi.inde.So.ibi fuit error mãdati in reꝫ ſuam hic ſim
plicis mãdati. Itẽ op.ꝯtra primũ.⁊ ſm reſpõſuꝫ.õ
.l.ſalſus.C.de fur. So.ibi ſoluẽs nõ trãſtulit domi
niuꝫ hic ſic. Itẽ op.de.l.fi.vſufruc.quẽadmoduꝫ ca.

So.illa ꝯcordat.q² nec hic dat̃ ꝯdictio .ob cãm vel ide
biti domino.ſed tm̃ ꝯdictio furtiua iſta ſũt v̂ba glo.ſed
iſta glo.vr̃ falſa ꝑꝑ duo.primo q² ſ. p̃ĩcipiuꝫ loquit̃ i ꝓ
curatore i rem ſuaꝫ.ſ.putatiuo ratihabitio domini ideꝫ
opatur.quod mãdatum in rem ſuaꝫ. ⁊ ſic remanet res
apud ꝓcuratorẽ.⁊ nõ queritur domino. vnde dominus
nõ obligatur ꝯdictione idebiti q̃ re ꝯ̃hitur.ar.õ. ꝙ q̃ſqꝫ
iur̃.l.iij.§.ſi ꝓcuratorẽ.iij.reſponſo. Itẽ q² lex dicit
ꝙ geſtum tãquã a ceſſionario firmat̃ ratihabitione cuꝫ
ceſſio deſideret tituluꝫ a principio.vt nõ.C.ne lite pen
dente.l.fi.⁊ idem nec videt̃ ꝙ cautio rati cadat i ꝓcura
torẽ i rẽ ſuã.vt nõ.cy.de ꝓcũr.l.i. Itẽ negari nõ põt.ꝙ li
cet credaꝫ euꝫ eẽ ꝓcuratorẽ mixtum.i.in rem ſuam non
ſimplicem tamen eſt error mei tradentis. ⁊ fallacia
recipientiſ ergo nõ tranſit dominium.⁊ fit furtũ.ut.d.l.
falſus.§.i.preterea dico ꝙ error mandati nõ dꝫ aſſimi
lari errori cãe ul̃ qualitatis pſone. ſed errori in corpor̃
⁊ in ſubſtantia pſone.nam cum uerus ꝓcurator gerat ꝑ
ſonam repreſentantem falſus. non ergo eſt error per
ſone repreſentante.quia puto ineſſe perſonã que non
ineſt.ergo dominium non tranſfertur.j. de fur.l. ſi q̃s
uxorẽ.§.cuꝫ ticio ⁊.§.apud labeonẽ. dico ergo ꝙ in p̃n.
huius.l.erat ſolutum tanquam ſimplici ꝓcũri nec erat
in eum trãſlatuꝫ dñium.ſed dño ratũhabẽte trãſfertur
i eum dñium de neg.geſt.l.ſi ego ideo tenet̃ ꝯdictione
indebiti.nec eniꝫ i dominio fuit fallatia. Iteꝫ ratihabi
tio fingit nõ fuiſſe erratuꝫ i mandato ar.C.ad mace.l.
fi.nõ fuit ergo error mãdati iuris fictione.ſed fuit error
obligatõis q error nõ impedit dñij trãſlatõem. ſed i p̃a
parte huius.l.nõ fuit ſolutuꝫ ſimpl̃r.ſed ob cãm exp̃ſſã
q² promiſit ſe factuꝝ ꝙ creditor liberaret ſoluẽtẽ vl̃ ẽt
hoc tacite.hoc agebatur vel nõ aſſeruit ſe ꝓcuratorem.
ſed geſtoreꝫ.vnde ſoluens non potuit cogitare niſi deli
beratõe futura ⁊ ſic ibi fuit cã de futuro vel dic.ꝙ etiaꝫ
ſi ſimpl̃r ſoluit debituꝫ.tñ nõ ob cãm liberatõis vr̃ ſolu
tum preſentatio ꝓcur̃.que cã liberatõnis ẽ de futuro.q²
poſt ſolutõem naſcitur liberatio nõ ante.ꝙ ergo hic di
cit de ꝯdictione.ob cãm loquitur.quãdo debituꝫ fuit ſo
lutum ſcõm odo. Sed in p̃a pte huius.l.fuit dolus reci
pientis.⁊ error tradẽtis.quo caſu omnis ꝯdictio ꝯpetit
.ſ.furtiua indebiti.⁊ ob cãm ſine cã.⁊ triticaria. q² oĩs
ꝯdictio degenerat ꝯtra furẽ.i.nullã ſeruat nãm ſui ge
neris vt.d.l.fi.⁊ iſte videtur itellectus huius.l.q̃cq̃d gl.
dicat. Et nõ.ꝙ interduꝫ ẽ falſus ꝓcurator ⁊ falſuꝫ
debitũ tũc aut domin⁹ hꝫ ratũ.⁊ tenet̃ domin⁹. aut nõ
hꝫ ratuꝫ.⁊ tenet̃ ꝓcũr.vt hic.iterdũ.ẽ verus ꝓcũr.⁊ fal
ſuꝫ debitũ.tũc aut ẽ ꝓcurator ad hoc.⁊ tenet̃ dominus
aut nõ ẽ ꝓcurator ad hoc tũc aut domin⁹ ratificat. ⁊ te
net̃ domin⁹.aut nõ hꝫ ratũ.⁊ teneat̃ ꝓcurator.j. de cõ
di.inde.ſi ꝓcũr. Interdũ ẽ falſus ꝓcũr.⁊ veꝝ debituꝫ
⁊ tũc aut domin⁹ ratificat.⁊ neuter tenet̃.ſed debitõ li
berat̃.aut nõ hꝫ ratũ.⁊ tũc tenet̃ falſus ꝓcũr.vt hac.l.
.i.v̂.i. Interdũ verus ꝓcũr.⁊ veꝝ debitũ tũc ſoluẽs
liberatus ẽ.⁊ ideo nõ repetit vt.j.de ſolutꝫ.l.vero ꝓcũri
⁊ hoc ſi q̃ritur.an ſolutũ repetatur. Sed ſi queritur
quo iure diſtingao.aut conuenitur dominus.quia ratifi
cauit vel mandauit.⁊ tunc conuenitur condictõne idebi
ti dicta.l.ſi procurator.⁊ hic in prin.aut ꝯuenitur falſus
procurator.⁊ tũc aut non fuit in euꝫ trãſlatuꝫ dominiũ
aut trãſlatum ſi non.tũc aut ſciebat ſe falſum procura
torem.⁊ tenetur condictione furtiua. ⁊ cum alia. quia
degenerat omnis ꝯdicio ꝯtra fureꝫ.aut errabat vl̃ du
bitabat tũc nõ videt̃ in dolo nec facit furtum vt.j.de li.
cã.l.nõ ſolum.§.pe.⁊ ideo nõ tenet̃ ꝯdictiõe furtiua.ſꝫ

ꝯdicõe indebiti forte ad nudam poſſeſſionem vt.l.inde biti.§.ſi nūmi. Sed ibi agens nõ erat dñs hic aũt dominus quomõ ꝯdicet dominus rem ſuam vt nõ.ś.ſi cer.pe.l.ſi quis.nec cãm.§.pe.niſi pecunia eét ꝯſumpta niſi dicas ꝗ eo ipõ ꝗ nõ reddit ſupprimere videtur ꝺ acqui.re.do.l.põp.Ego dico ꝗ iſto caſu dꝫ agi ad exhi. rei.ven.ar.ĩ.prox.Si antẽ fuit trãſlatuꝫ dñium. tũc nõ hꝫ locum ꝯdictio furtiua.qꝛ dñs nõ facit furtuꝫ rei ſue ĩ.cõmo.l.rem mihi ⁊.ĩ.l.proxi.⁊ ideo tũc ſubdiſtingue. aut fuit mera ſolutio.⁊ hꝫ locum ꝯdictio indebiti.aut fu it do.vt facias.⁊ hꝫ locuꝫ ꝯdictio.ob cãm.vt hic.aut du bitatur.⁊ ꝓſumo meraꝫ ſolutõem nõ nouũ ꝯtractuꝫ ar. ĩ.de inſti.l.fi.Sed an indubio ꝓſumitur dñij trãſlatõ vi detur ꝗ ſic.ĩ.ꝺ iuſ.do.l.ſed niſi.ś.e.l.ſi heres.ſed ibi cã ſuberat.⁊ nõ erat error. In ꝯtrium.qꝛ ſoluitur vt mi niſtro ar.de dona.inter vir.⁊ vx.l.mulier.quod verius credo.vt.ĩ.de dona.l.qui mihi donatuꝫ.⁊ de neg. ge.l. ſi ego.⁊ hec vera ſunt qñ ſoluens errauit. Sed qd ſi ſcio falſum ꝓcrem.⁊ ei ſoluo quod credo me debere an repeto.Rñ aut dñs hꝫ ratum.⁊ repeto a domino ꝗ fingitur fuiſſe verus procurator.aut nõ hꝫ ratũ.⁊ nõ re peto.qꝛ videor donaſſe.ĩ.de ꝯdic.inde.l.ſi nõ fortem §. qui filio de vſuca.pro empto.qui fundũ.§.ſeruus meus Nõ ob.qꝺ nõ.de ſolutꝭ.l.diſpenſatorẽ. qꝛ illud intelligi tur ubi fuit erratuꝫ circa man.ſaltiꝫ errore iuris ſm dy. Ego dico ꝗ ſi põt capi ꝯiectura ꝗ ego ſolueri ſpe futu re ratificatõis ꝗ nõ videor donaſſe ar.ĩ.de ſolut.l.ſi cũ aut ſic itelligit dictũ c̄.in.l.falſus ſecus ſi iſta ꝯiectura ceſſat.vt qꝛ ſolui ꝓcuratori ꝯuento reuocatuꝫ naꝫ nõ ẽ veriſimile ꝗ dominus animo ratificet vt dicto.§.qui fi lio.⁊ nõ.ꝗ lex noſtra loquit in ꝓcuratore funditus fal ſo.Sed quid ĩ ꝓcuratore reuocato ſi ei ſoluo debitum. Rñdeo ſi neſciebat ſe reuocatuꝫ liberor.⁊ nõ repeto vt ś.ſi cer.pe.l.p.§.i.Si ſciebat ſe reuocatum.aut accepit bona mẽte.⁊ idem ⁊ eſt mixꝫ.qꝛ ĩ dominũ tranſit domi niuꝫ quaſi imunituꝫ trãſit dominũ fauore liberationis Sed dicam ꝗ ſit dominũ iterpretatiuũ nõ veꝝ vt nõ. C.de vſur.acceptaui.aut mala mẽte.tũc ego ꝓgnorans liberor ope exceptionis de ſolutꝭ.cum qs.§.i. Ex q̃ ro an factuꝫ funditus falſi ꝓcuratoris poſſit haberi ra tuꝫ.vt hic.⁊ vꝫ ꝗ ſic vt hic. In ꝯtrium dicit Inno.de re ſcrip.ex pte decani.So.in ꝯtibus põt haberi ratuꝫ.vt hic in reſcriptꝭ.ſecus qꝛ falſo impetrata ſũt.⁊ ſi priceps ſciuiſſet nõ ꝯceſſiſſet.nõ ob.ꝗ quiſqꝫ iuſ.l.iij.§. ſi ꝓcũr. qꝛ illud intelligo quando non obrepſit.ſed impetrauit forte geſtorio nomine.vel errauit in iure forte.quia pu tabat mandatum generale ſufficere. ſed in iudicijs. aut ex parte rei.⁊ tunc habet locum ratificatio. quia nõ expreſſo hic fuiſſꝫ admiſſus ad defenſſionẽ ſine vllo mãdato vnde nõ videt ex falſa allegatõne admiſſus ſꝫ ex nã defenſionis que nõ requirit mandatũ de excep. rei in.l.ſi mr.§.ĥ iuſ aut ex pte actoris.⁊ tc̄ nõ hꝫ locũ ratificatõ ĩ ꝑiudiciũ adūſarij.ſꝫ ĩ ꝑiudiciũ ratificãtiſ ſic. C.de ꝓcur.l.licet.⁊ nõ.in.l.ſi tutor.C.ĩ qbꝰ cau.ĩ ĩnte. reſti.nõ ẽ nece.⁊ hoc ſm quoſdam.alij dicũt ꝗ ſemp tꝫ ratificatõ p.§.ĥ iure.tamẽ ẽ cauẽdũ qꝛ licꝫ fac valere ac tum tamẽ ꝑſona que obrepſit nõ excuſat a crimine ꝯc to vt.ĩ.de fal.l.ſi quis obrepſerit.⁊.ĩ.de furtꝭ.l.ſi vẽdide ro.§.ſi ticius actus ergo roboratur.ſed ꝑſona nõ excu ſatur qꝺ eſt nõ. Sed an factuꝫ ꝓcuratoris reuocati põt ratificari.⁊ certuꝫ ẽ ꝗ ſic ex neceſſitate ipoſita p.l.ĩ ca ſu die.e.l cuꝫ is.§.i. Secũdo in volũtaria ratificatõe eſt dubium ꝗ qui reuocat mãdatum vetare vꝫ.⁊ rꝫ pro batum ẽ ratificari nõ põt de ſolutꝭ.diſpen.dic ꝯtra.quia

reuocatio facit ceſſare mãdatum nõ aũt inducit prohibi tione niſi ꝗ nõ intromittat ſe vi mãdati ⁊ ad.hoc.C.de rebus credi.nec filiuſ.Sed an factũ falſi nũcij poſſit re uocari.Rñdeo aut ẽ nũcij ꝯtus.aut rei.ſi ꝯtus nõ põt ratificari.vt nõ.pe.C.ſi qs alteri vel ſibi. l.multũ. nam ratihabitio nõ equiperat mãdato nũcij.Sed ꝓcurato ris qui actũ celebrat in ſua ꝑſona q̃ ꝑſens erat.Sꝫ nũ cius celebrat actum in ꝑſona alterius q heͬat. vnde cõ ſenſus cũ interuallo nil operat de ac.⁊ ob.ꝑſenſu.Iteꝫ nec ẽ nũcius ſine ꝯmiſſione C.ꝺ exhi.reis.l.fi. Si ẽ nũ cius rei põt ratificari qui miniſteriũ eius eſt ꝺ futuro in ferendo rem eſt.⁊ alia dr̃ia.qꝛ nũcius ꝯtus ẽ ſemp.al terius.ſed nũcius rei põt eſſe ſuus.⁊ alterius.⁊.ĩ.ꝺ fur. euꝫ qui.§.ſi epl̃a.Sed an dominus põt ratificare factũ falſi ꝓcuratoris in rẽ ſuaꝫ.⁊ videtur ꝗ nõ. qꝛ nõ ſpectat negocium ad ratificãtem nec ei aufert ius quẽadmodũ ſeruitꝫ.amit.l.ſi ptem.§.i.Iteꝫ procurator in rem ſuã lꝫ alieno noie agat tamen ſuo noie recipit ſolutõem. C.ꝺ procũr.l.qui ſtipẽdia.⁊ ſi aliquid recipit error ſoluentis videtur recipere nõ noie domini .⁊ ar.ĩ.ad trebel.l.de bitor.§.vlti.So.nec eſt falſus procurator ad agẽdum ⁊ nõ dꝫ ratificari.qꝛ ceſſionis titulus antecedẽ debet.aut ad recipiẽduꝫ.⁊ tũc põt ratificari.qꝛ licet recipiat is cui donare volo.ego recipere videor.ĩ.de pig.ac.l.ſolutum §.ſolutum.ĩ.de donatꝭ.vt mihi donares.⁊ hoc caſu.quã do quis eſt ꝓcũr in rem ſuam ad recipiẽdum ſolutiõem ſeu rem.⁊ nõ ad agẽdum nõ hꝫ locum.l.p diuerſas ⁊.l. ab anaſtaſio.qꝛ loquũtur ſoluꝫ in ceſſionario nec habet locum vbi actio q̃ritur ſine ceſſionario niſi in ꝯtu ẽptõ nis nominis.qꝛ ibi de ꝑtio fit mentio.ar.C. de predijs cur.l.fi.nec diſtinguo recipiat nomine directarũ vel vti lium.qꝛ effectus ſemp ꝯcernit ipm ꝓcuratoreꝫ in rẽ ſuã ſiue verus ſit ſiue falſus.de excep.doli.l.apud celſuꝫ.§. ꝗ ſi is cui ſequ tur.ergo ꝗ glo.põt dicere veꝝ in ꝓcũre falſo.qui ſe ititulat in rem ſuaꝫ nõ ad agẽdum.ſed ad re cipiẽdum ſolutõem. Sed qũo ꝯdictio indebiti nun quã hꝫ locum.nam cã ſolutionis eſt liberatio poſterior. ergo ẽ cã de futuro.⁊ ſic hꝫ locuꝫ ꝯdictio.ob cãm nõ ide biti Rñ cã dꝫ intelligi cã cauſã nõ cã cãta.vnde qñ ſim pliciter ſoluit ſolutio orit ex cã debiti putatiui.⁊ iſta eſt proprie cã que ẽ ex parte ante.ut nõ.ĩ.ti.i.l.ſi ob turpeꝫ Sed quãdo ſoluitur cũ adiectione modi vel cauſe libe rationis.tũc cã principalis eſt ꝺ futuro.⁊ qui recipit nõ videtur tũc falſus procũr.qꝛ nõ recipit,vt procurator.ſꝫ quia de rato cauet de dam.infec l.inter quos.§.alieno Et hic notãdum ꝗ illa cã dicitur de futuro que hꝫ ĩ ſui eẽ pendẽtiã nõ que eſt de preſenti ſic in ꝯdictõne ſi cer. pe.l.cuꝫ ad ꝑſens.vnde quãdo ſoluitur ſpe ꝑſentis libe rationis nõ hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm. ſed quãdo ſpe fu ture liberatõis vel ratificatõis ſic ſiue debitũ.ſiue idebi tum ſoluatur loquit glo . vã. Sed nũquid põt ſuſti neri opi. Mar.qui dixit ꝗ falſus procurator faciebat furtũ etiaꝫ ſi dominus efficeret traditõe videtur ꝗ ſic qꝛ in pmo iſtanti traditionis eſt fur anteq̃ dñs nec pur gatur viciũ.ĩ.ꝺ ꝯdi.fur.l.⁊ ideo.qꝛ nõ videtur fcõ domi ni.ſed dolo aduerſarij dominiũ ꝑdi.ar.ś. de trãſac. qui cũ tutõe.§.qui p fallatiã iſta eſt truffa.qꝛ ſoluenti domi niuꝫ trãſferre volenti nõ fit furtũ nec dominiũ ꝑcurrit a delicto.qꝛ ĩ iſtanti traditõiſ acqrit dominũ.ergo glo. vera.vt.ĩ.de fur.l.falſus.§.i. Bal.

**C**um ſeruus. Utens aliter q̃ dꝫ re ſibi tradita cum tranſlatione dominij inſerto pacto reſtõis re ꝑempta tenet ꝯdictõe ob cãm ſed ſi abſq; trãſlatio

ꝑe dominij tenet̃ ad exhi.rei ven.⁊ ꝯdictõe fur.h.d.
Caſus ticius fuit furtuʒ paſſus ſuſpicabat̃ de ſuo
ſuo.vel q latro erat vel q in domo ſua ſepe ꝯuerſaba
batur.j.loca.dominus horreoꝝ.vnde cum ꝺ hoc facerʒ
v̂ba tecum.tu tradidiſti hūc ſeruū ticio. hoc pacto vt ſi
nõ apparet culpabilis tibi redderet̃ ticius eū poſuit in
manibus p̃fecti vigilluʒ aſſerens ꝙ eum in furto dep̄
hẽderat.vnde p̃fectus cum laqueo ſuſpẽdit tu vis repe
tere ſuum tuuʒ an poſſis ⁊ qualr̃.⁊ qua actõne querit̃.
Rndet̃ te repetẽ poſſe.⁊ potes tibi dari ſicut ante
morteʒ peteres ⁊ actio tibi erit ꝯpetens ꝯdictio ob cãʒ
ſm glo.ecce prima opio. Cõtra iſtud. op.ꝙ agatur
actione ad exhibẽdum.⁊ nõ ꝯdictione.ob cãm ad dãdū
⁊ hoc ex auctoritate labeonis.So. ſm proculuʒ .aut fu
it-trãſlatum dñium in ticium p̲ te.⁊ tūc tenet̃ ꝯdictione
ob cãm nõ ad exhibẽdū.aut nõ fuit in eū dñium trãſla
tum.ſed ſimplr̃ ſeruus fuit ſibi traditus ad veritatẽ in
quirẽdum.⁊ tūc tenetur ad exhibẽdum rei vẽ. ⁊ etiã cõ
dictione furtiua.⁊ actione furtiua.q re aliena.ꝯ dñi vo
lūtateʒ vſus ẽ. Nõ.diſtinctõem.ꝙ aut verus ẽ dñs
⁊ nõ facit furtuʒ male vtẽdo.aut nõ eſt dñs ⁊ ſic eſt di
ſtinctus a dominio i p̲ſonis defunctoꝝ tūc facit furtum
Nõ.de formatõne libelli ꝙ quãdo format̃ i ꝯdi
ctione.ob cãm debet agi ad dãdum.ſecus in reali iudi
cio facit iſti.ꝺ ac.§.ſic itaqʒ.⁊ vide.s̃.ſi cer.pe.l.ſi qſ nec
cãm.§.pe. Nõ.ex pacto naſci ꝯdictõnẽ.ob cauſaʒ.
Nõ.ꝙ ob maleficiuʒ ꝑpetuat̃.obligatio ſicut mo
ram.⁊ ẽ maleficiuʒ hic.q ticius obrepſit p̃fecto vigillū
Nõ.ꝙ id dicitur fieri ꝯ domini volūtatem ꝙ ſi ſci
ret v̂iſimiliter ꝓhiberet. Op.iſte ſeruus fuit ꝯdẽna
tus p̲ iudicem ad mortẽ.ergo fuit ꝯptum in eo facinus.
q p̃ſumitur ꝓ ſnia iudicis ꝙ fuerit lata p̃cedente ꝓba
tione vt nõ.j.de euic.l.herenius.§.i.⁊.j.de v̂bo.ſig.l.ali
ud.⁊.l.ꝓbrū.ergo nõ debet reſtitui.So.p̃fectus v̂igillū
erat iudex icõpetens.vnde ꝓ eius ſnia vel proceſſu non
p̃ſumitur.vt hic ſm hug.vel dic ꝙ erat iudex ꝯpetens
tamẽ proceſſit de facto.⁊ ſine ordine iudicioꝝ ſicut fac̃
Mareſchalchus domini pape.vnde pro ſuo proceſſu
nõ p̃ſumitur ⁊ facit.j.de fur.l.iterdum.§.qui furẽ. ⁊ qͦ
nõ.in.l.i.C.quãdo ciuilis actio vel dic ꝙ nõ preſumitur
pro ſnia p̃fecti lata ex̃ ordineʒ.q ꝯſtabat obreptuʒ ei fu
iſſe p̲ falſam aſſertõem ticij.⁊ quãdoqʒ eſt falſa peticio.
⁊ falſa probatio quãdoqʒ vera petitio.⁊ falſa probatio
quãdoqʒ.v̂a probatio.⁊ falſa peticio.vt eſt quãdo qs pe
tit debitum ſolutū qͦ probat p̲ inſtr̃m antiquuʒ vt nõ.
ey.in.l.i.C.de ꝯdi.inde.⁊.j.de fal.l.ſi quis obrepſerit in
.v̂.nihil agit. Op.ſecūdo q ex pacto oritur actio p̄
ſcrip.tis v̂bis nõ ꝯdictio.ob cãm vel.j.de p̃ſcrip.v̂. So.
ibi quãdo pactuʒ cadit ſup̲ diuerſa re hic quãdo ſup̲ ea
dem.vt.j.de dona.cã mor.l.ſenatus.v̂.nec dubi.vnde h̄
ꝯdictio ꝯpetit ad eãdem rem ad quaʒ tẽdit pactuʒ.C.e.
.l.ij.Sed quãdo tendūt ad diuerſas res tūc loquit̃ ꝯtͣ
vel dic ꝙ nõ oritur ꝯdictio.ob cãm.ſed ex defectu cauſe
iſerte i pacto.ſed actio p̃ſcrip.ver.oritur ex ip̄o pacto tã
quaʒ ex cã propria vnde non oriunt̃ hee actiones p̃ciſe
codeʒ fonte. Op.tertio ꝙ habeat locum extimato
ria actio.j.de p̃ſcrip.v̂bis ſi dñs .So. ibi fuit data res
extimata hic nõ. Op.iiij.ꝙ re ꝓhẽpta agi debeat
ad extimatõem nõ ad reʒ ipoſſibileʒ.j.de ꝯdi.fur.l.i.in
re furtiua.So.ibi erat i obligatione mera reſtitutio fa
cti.hic reſtitutio dominij. Sed qūo petitur homo
mortuus cum ad nullum ſit vſum. Reſpondeo ꝙ fingi
tur extare ex hoc quo ad actionem.ſed quo ad executõ
nem fiet executio in extimatione. quia executio. exigit
v̂itatem nõ fictionẽ.j.de conſti.pecu.l.ꝓmiſſor ⁊ ibi nõ
⁊.j.de ꝯfeſ.l.iulianus Op .quinto ꝙ iſte ticiuſ nõ
ꝯmiſit furtum.ſed falſuʒ.ut.l. ſi quis obrepſit. So.hic
obrepſit iudici iꝯpetenti.ibi comptenti arg.j.de fal.l.ſi
quis legatum uł hic obrepſit narrando uł petendo ibi
falſum probando uł falſum producendo uel hic nõ ex
obreptione ſed magis ex fatuitate iudicis fuit q nõ de
buit credere niſi iterrogatis teſtibus de adult.l. capite
ꝯiūcto,uł dic ꝙ punitur crimine falſi rõe obreptionis.⁊
furti rõne vſus.q falſis allegatõibus iudiceʒ inſtruxit
⁊ ab eo falſo ipetrauit.⁊ extorſit ſniam. Op .ſexto
iſte ticius nõ fecit lucrū.ergo nec furtum.ſo. ymo fecit
lucruʒ.q volūtatem ſuã ꝯtentauit ſm glo.⁊ nõ. ꝙ vbi
vſus trahit ad ſe p̃iudiciuʒ tocius rei tota res deuoluit
i obligatione.⁊ tocius rei ꝯmittitur furtum.⁊ dic vt. j.
de fur.l.qui iumẽta. Et nõ.ꝙ dñs tradit ſuum in
qõem quod intellige de domeſtica qõne que fit domi.
ad ſilł.l.ſi p̲cuſſor.§.que moderatiſſima eſſe dʒ. ſed indi
cialis qͦ p̲ torturaʒ nõ fit niſi precedant indicia ꝺ edil.
edic.l.quero in fi.j.ꝺ probatꝫ.l.cuʒ probatio.⁊.j.de qͦ.l.
maritus.⁊ iſta põt eſſe.ſo.veriſſima.ſi indicia multum
vrgeant citra mortẽ.tñ ⁊ maxime vbi nec p̲ ſniam ipo
neretur mortis. Sed an furtuʒ ẽ crimen publicuʒ
vbi pena mortis igeritur Azo dicit ꝙ nõ.ergo lʒ aliqs
ſit publicus.⁊ famoſus fur.tamẽ nõ poteſt accuſare qli
bet de populo. facit qͦ nõ.j.de fur.l.fi.⁊.j.de popu.ac.
in rubrica ad penã.ergo ſanguis regulr̃ nemo accuſat
niſi p̃ncipalr̃ offenſus.ſed ad penã pecuniariã fiſco apli
cãdam quilibet accuſare põt de iur.o.iudi.l.ſi quis id
qͦ.C.de leũg.l.fi.Sed tu dic ꝙ aut delictuʒ purgatur
aliquo ciuili remedio.tūc quilibet ꝺ populo agit̃. vt.s̃.
de procūr.l.in popularibus.⁊.l.mutus.§.in popula.⁊.l.
nõ eo.§.q ita.⁊ noĩe populi etiaʒ nobilis includit̃. vt in
ſti.de iure.na.§.plebs.aut criminali iudicio.tūc aut de
lictum ẽ ꝯmiſſum ꝯ certam p̲ſonam.aut ꝯ i certam.ſi ꝯ
certam aut publicaʒ ſicut ẽ magr̃atus vel ep̄s.⁊ tūc eſt
publicuʒ crimen ſiue ꝯ p̲ſonam ſiue ꝯ iuriſdictõem de
linquat̃.C.de ep̄is.⁊ cle.l.ſi quis i hoc genus de iur̃.o.
iu.l.ſi id ꝙ qs.§.ſi familia aut p̃uatã ⁊ tūc nõ ẽ publicū
crimẽ nec publica accuſatio niſi i caſibus exp̃ſſis i iure
.l.iij.in fi.de p̃uarica.Si aūt ꝯmittitur ꝯ icertaʒ p̲ſonã
vel ꝯ nullam p̲ſonam vt ire de nocte vel portare bladū
ꝯ formaʒ ſtatuti.⁊ ſiĩia tunc quilibet põt accuſare. q h̄
res publica.⁊ iure offenditur.⁊ nõ ꝯcernit certam p̲ſo
nam.⁊ ideo cuiuſlibet itereſſe videtur de his qui deie.
vel ef.l.ſi v̂o.§.hec actio.s̃.de iuriur̃.l.euʒ qui.§. i popu
laribus.C.de heretꝫ.l.manicheos cum ſiĩibus.⁊ ex his
apparet ꝙ nõ eſt vera diſtinctio ex genere pene. q idẽ
in pena pecuniaria.⁊ corporaliter cum criminalr̃ agit̃
glo.licet glo.aliter dicat in rubrica ꝺ populaꝝ actꝫ.⁊ dy.
in.l.fi.de p̃ua.delic.Sed ego credo glo. illius.l. finalr̃
eẽ veriorẽ.⁊ hoc tenẽt oldra.⁊ ray.Bal.

Dedi. Iſte ꝯtus do pecuniam ut des ſtichū
eſt ꝯtus innoĩatus ⁊ ideo hʒ locum ꝯ
dictio.ob cãm ſi ſtichus moritur anteꝙ̃ dede
ris.vel ſi nõ dediſti ſed tradidiſti alienū.vel ſi dediſti.ſʒ
nõ vis de euictione cauẽ.h.d. Primo querit de ſp̃e cõ
tractus an ſit nominatus.uel innominatus . ⁊ ſoluit ꝙ
eſt contractus innominatus do. vt des . ⁊ hoc probat.
quia ſi eſſet contractuſ nomĩatus p̲iculum interit̃ perti
net ad emptoreʒ.ſed nūc pertinet ad debitorẽ . q tene
tur ad pecuniam reſtituẽdam ꝯdictione.ob cãm.⁊ ſic in
ꝯtibus innoĩatis interitus ſp̃ei nõ liberat debitorem a
ꝯdictione.ob cãm.ſed in ꝯtibus noĩatis in qbus nõ hʒ

locuꝫ ꝯdictio.ob cãm īteritu ſpẽi liberat debitoꝛ.Secū
do pꝛobat.qꝛ ſi eſſet ꝯtus nominatus ẽptionis ſuffice
ret traditio ſpẽi.vt q̄diu nõ euicitur nõ agatur.Sꝫ hic
nõ ſufficit .qꝛ foꝛma pacti erat ḋ dãdo.⁊ foꝛma ꝯtꝰna
ſcit̃ ſpẽs ⁊ effectꝰ ꝯtꝰ.nã foꝛma ꝯtꝰſp ē põderãda.
Tertio ꝓbat qꝛ ē ꝯtꝰ noīatus ⁊ dnficeret cautio nõ ꝓ
pterea ageret̃ ad reſolueñ ꝯtum .ſed hoc cãu põt agi
ꝑ ꝯdictioneꝫ ob cãm qꝛ nõ dr̃ plene implere qui nõ ḋlt
cauere ita legit̃ gl.vl̃ dic ꝙ ponit vnum dictum ⁊ vnã
tacitam rõem quaꝫ pꝛobat eſſe veraꝫ tribus exemplis
dictuꝫ eſt.ꝙ ē ꝯtus innoīatus ratio ē.quia hꝫ locuꝫ cõ
dictio.ob cãm.⁊ hoc apparet ī tribus caſibus. Pꝛimo
qñ nõ īteruenit aliqua.ſed moꝛs. Secũdo qñ īter uenit
nuda traditio.Tertio qñ datio.ſed nõ p̄ſtatur cautio l̃
dic ꝙ ponit vnũ dictuꝫ.⁊ tres illationes ſeu tres effe
ctus.⁊ in ideꝫ recidit. Nõ.ꝙ niſi homo cognoſcat
ſpẽm ꝯtus nõ poteſt ītelligere nãm eius. nec qual̃r di
ferat ab alio. Nõ.ꝙ lꝫ interueniant p̄cium.⁊ res
nõ tñ eſt ẽptio.ſꝫ datio ſpẽi ſit foꝛmal̃r in obligatione.
Nõ.in ꝯtibus innomiatis hr̃e locum ꝯdictio.ob
cãm.ſecus in ꝯtibus nomiatis. Nõ.ꝙ īteritus ſpe
ciei nõ liberat debitoꝛeꝫ. Nõ.ꝙ ꝯtus nominati de
ſiderant dñij trãſlationeꝫ. Nõ.ī ꝯtibus innomia
tis eſſe cauẽduꝫ ḋ euictione. Op.⁊ videt̃ ꝙ vbi pe
cunia datur.pꝛo re ſit ꝯtus emptionis.⁊ vẽditionis.qꝛ
eſt p̄cium.⁊ res.j̃.de ꝯhen.emp.l.i.So.hic pecunia da
batur ſub foꝛma ſpẽi nõ ſub mentõe numeri.⁊ iõ erat
hic ꝑmutatio ſm Jo. Ex hoc nõ. ꝙ noīe emptiõis
nõ ꝯtinetur ꝑmutatio.⁊ ad hoc allegatur hec lex ꝙ ſi ī
ſtatuto fit mẽtio emptionis nõ ꝯtineatur ꝑmutatio .ita
nõ.in ſpe.de emptj.⁊ ven.§.nũc dicẽdum.v. Sed pone
ſtatutuꝫ.Et ex hoc videtur ꝙ ſi teſtatoꝛ pꝛohibuit filiũ
vendere ꝙ poſſit ꝑmutare ad ideꝫ facit.C. de p̄dijs.l.
fi.li.x.de rebus eoꝛuꝫ ſi pupilloꝛuꝫ.§.ſi pꝛetoꝛ.j̃.de pig.
in quoꝛuꝫ.C.de fideicom.l.volũtas. Jn cõtrarium
facit.qꝛ nomen venditionis eſt generale.j̃. de ſtatu.li.
.l.ſtatu liberi a ceteris.§.quintus .⁊.j̃.q̄bus modis pig.
vel ypo.ſol.l.ſicut.§.vẽdi.⁊ nõ.in.l.ij.C.de vſuca.ꝓ ẽp.
⁊.ḋ.de trãſac.cuꝫ hij.§.pe.ſo.quãtum ad v̂ba nõ ꝯtinet̃
eo nomine ꝑmutatio.ſed quãtum ad mẽtem. aut loqui
mur de ſtatutis penalibus.⁊ odioſis.aut in actu fauoꝛa
bili. Pꝛimo caſu nõ ꝯtinetur.Secũdo ſic ar. de libe.⁊
poſ.l.cuꝫ quidaꝫ.nõ ob.l.noſtra.qꝛ hic loquitur ī actu ce
lebꝛato ḋ quo eſt qõ.in quẽ ꝯtum cadat. Sed qõ
p̄dicta ē de ꝯtu futuro.⁊ de īterpꝛetatõe v̂boꝝ circa ꝯ
ctum futuꝝ. Nam in ſtatutis ſtricte accipitur in teſtis.
large qꝛ teſtatoꝛ qui ꝓhibuit venditõeꝫ effectuꝫ magis
q̄ moduꝫ ꝯſiderare videtur.⁊ ideo eo noīe cõpꝛehẽdit̃
omne genus alienationis ſicut in ſili.nõ.ꝺy.de le.ij.l.ꝯ
dic.§.inſtituto.Secũdo nõ ſoluitur ꝯꝛium ꝙ hic fuit da
ta pecunia ſub numero.⁊ ſic ſub ſua natura.vt nõ.i.l.ij.
in pꝛin.ḋ.ſi cer.pe.tamẽ eſt ꝯtus innoīatus.qꝛ fuit actũ
de dãda re qõ pactum exoꝛbitat a natura vẽditionis.⁊
ideo facit eſſe ꝯtum inominatuꝫ.in quo cadit pactum
ſm foꝛmaꝫ pacti ſm Azo. Ex hoc nõ. ꝙ noīe ven
ditionis nõ ꝯtinetur ꝯtus innoīatus. Sed quid ſi
oīa iſta v̂ba ſil̃ cumulant̃ do.vẽdo.⁊ trado. Rñdeo vendi
tio ē vt.j̃.de vſur̃.l.ſi ſtipulatus. Sed q̄d ſi do tibi
.x.vt des.x.coꝛbes foꝛmẽti an erit venditio dico ꝙ ſic.
qꝛ iſtud pactũ nõ eſt ꝯ naturaꝫ emptõnis generis. qꝛ ex
natura emptõis generis dare ē in obligatõe etiaꝫ ſi nõ
dicatur vt.nõ.j̃.de leg.i.l.ſi domus.§.de euictione.non
ob.l.nr̃a.qꝛ loquitur ī ſpẽ.⁊ facit.j̃.de ꝯhen.emp.l.ſi ita
diſtrahatur. Sed q̄d ſi do tibi.x.vt des mihi equũ
tuũ.an eſt emptio videtur ꝙ ſic.qꝛ ſi tu es dñs.ergo te
neris dare.j̃.de ꝯhen.emp.l. clauibus.dic ꝯ. qꝛ cum es
dñs datio eſt in executõe obligationis. nõ ī obligatõe.
vnde ī emptõe nõ põt emptoꝛ ꝯcludere.ad dãduꝫ.ſecus
in ꝯtu innoīato. Op.ꝯ.v̂.⁊ ideo de.l.naturalis.§.
ſi dedi.j̃.ḋ p̄ſcrip.v̂.vbi etiaꝫ in ꝯtu innoīato interitus
liberat debitoꝛeꝫ.So.ibi erat aliter diſtracturus.qꝛ ha
bebat rem venaleꝫ hic nõ.ḋ.e.ſi pecuniaꝫ.§.fi.C.ḋ reꝝ
ꝑmu.l.i.vel liberat ab actione pꝛeſcriptj.v̂bis nõ a ꝯdi
ctione.ob cãm.⁊ ibi nõ. Op.contra.v̂.finge de.l.ſi
ita diſtrahat̃.So.hic ī ꝯtractu noīato.ſecus in ꝯtractu
emptionis ī ſtipulatione v̂o in dubio dari ē in obligatõ
ne vt.d.l.ſi ita in remiſſione v̂o nõ opoꝛtet rem dari vt
C.de tranſac.ſi pꝛo fundo.⁊.l.ſiue apud nõ. Op.cõ
tra v̂.rurſus quod ñ debeat datũ repeit. ſed peti. ipſa
cautio.infra de contrahenda emptio. l.pacta conuenta
So.ibi in contractu nominato h̃ in ꝯtractu innomiato
⁊ adde qõ nõ.de here.uen.l.ij. Opp.⁊ videtur ꝙ ꝯ
dicio ob cãm hẽat locũ etiã in ꝯtibus nomiatis.ꝙ ſic
ꝓbo donatio eſt ꝯtus nominatus quia conſenſu per
ficitur.ut.l.ſi quis argentum ſed in donatione hꝫ locũ
ꝯdicio ob cãm.C.e.l.ij.⁊.j̃.de dona.cã moꝛtis.l.ſenatuſ
§.i.So.olim erat ꝓmpta rñſio.qꝛ donatio erat olim ꝯ
ctus inominatus hodie v̂o eſt noīatus tñ ſpãle ē.ī dõa
tione vt habeat locuꝫ ꝯdictio.ob cãm ita dicit glo.Sed
cum oliꝫ in donatõe requirẽtur ſtipulatio niſi īciperet a
traditione.ergo olim erat ꝯtractus noīatus loquẽdo ḋ
donatione efficaci.vt.j̃.de dona.cã moꝛtis.l.inter moꝛtj
Si aũt.īcipiebat a traditione nõ dꝫ dici ꝯtractuſ aliquo
mõ cum nulla oꝛiatur obligatio.j̃.ḋ dona.l.Ariſto.iſtõ
nõ eſt veꝝ ymo dicitur ꝯtractus.vt.C.ꝙ me.cã.l.cũ do.
titulũ eniꝫ hꝫ poſſeſſoꝛ.Sed certe veꝝ eſt ꝙ donatõ ho
die ꝑficitur ꝯſenſu nõ ſicut ꝯtractus noīati ī q̄bus ex ꝯ
ſenſu oꝛitur ciuilis.⁊ naturalis obligatio.ſed ī donatõe
ex ꝯſenſu non oꝛitur ciuilis obligatio.ſed datur a lege.
Et ideo pꝛopꝛie etiaꝫ hodie donatio nõ eſt ꝯtractꝰ
noīatus.⁊ adde qõ nõ.j̃.de ac.⁊ ob.l.nãles.⁊ quod nõ.
j̃.de le.ij.cuꝫ pater.§.meuio.⁊ dic clarius aliquãdo dõa
tio incipit a traditõe.⁊ tũc hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm .qꝛ
tradens nõ eſt obligatus.j̃.de dona.l. Ariſto.īnterduꝫ
incipit a ſtipulatõe.⁊ tũc videtuꝛ.ſecus qꝛ ſtipl̃o eſt ꝯtra
ctus noīatus.⁊ ideo debet agere ad moduꝫ īplendum
nõ ad repetẽdum.tu dic ſpãle in donatõe.C.de dona.q̄
ſub modo.l.quotiens.aliquãdo incipit a nudo pacto.tũc
hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm nõ ex pnĩa.ſed ex defectu mo
di.vel cauſe.⁊ adde qõ nõ.j̃.de ꝯhen.emp.l.pacta con
uenta in magna glo.j̃.de ac.⁊ ob.l.i.in fi.magne glo.j̃.
de dona.l.i.in magna glo. Queritur quare.l.iſta ꝯ
certat de ſpẽ ꝯtus.So .vt ſupius dixi. Queritur
vbi hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm dic . vt in glo. Ultio
diſtingue īterdum celebꝛat̃ ꝯtractus noīatus tantuꝫ in
terdum innoīatus tñ.īterdum vterq̄ ſimul in pꝛia ſpẽ
nõ hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm de reſcin.ven.l.ea lege ī ſe
cũda hꝫ locum.vt hic cum ſil̃ibus.Jn tertia ſpẽ aut cõ
tractꝰ innominatus dedit cãm noīato.⁊ hꝫ locum condi
ctio.ob cãꝫ.nõ tñ ex pñia.ſed ex defectu cauſe finaliſ.C.
de pac.inter emp.⁊ uẽ.l.cum te.aut ecõtra.tũc dic aut ꝯ
ctus nominatus infoꝛmatur a pacto.⁊ nõ hꝫ locum cõ
dictio.ob cãm.j̃.de ꝯtrahen.emp.fundi ꝑtem .Aut nõ ī
foꝛmatur.⁊ tũc hꝫ locum ꝯdictio.ob cãm.l.quotiens ſꝫ
bar.q dicit ꝙ donatio eſt ꝯtractus nominatus olim ⁊
hodie.nam ſi eſſet innominatus hẽret locum pñia ſm
euꝫ ergo .in donaõe cã moꝛtis vbi hꝫ locum pnia debe
mus dr̃e ꝙ ſit ꝯtractus innominatus.ſed donatõ inter

viuos erit ꝯtractus nominat⁹ tu dic vtrūqꝫ innominatum.vt dixi.⁊ tñ nō hꝫ locum pñia in donatione inter viuos qꝛ ē ꝯtus irreuocabil' ⁊ ē ſpēale in ea. Et nō. ꝙ quedam ficta pñt repeti vl' extimari .i quibus hēt locum ꝯdicio ob cām ſicut indebiti .ĵ.ti.ij.ſi nō ſortem.§.libertus ⁊.l.qꝺ indebitum ⁊ ar.ĵ.de ver.ob.l. ſtipl'ones nō diuidunt' .§.celſus. Ex quō ponamus do tibi.x. vt des ea ſeyo nō das an agaꝫ ꝯdictione.ob cām. ⁊ uī ꝙ nō qꝛ ex adiectione iſtius modi nō reſultat ꝯctus innominatus.qꝛ pactum qꝺ alteri datur nō valet nec proprie dicitur pactuꝫ id quod nō valet de iure vt nō.i.l.i.ś.de pac.ſed dic ꝯ ſiue mea interſit dari illi vt.ś.eo.l.ſi heres.ſiue nō.nam modus implēdus ē.⁊ ſi nō implet' ꝯdicitur vt dicta.l.quotiens.⁊ ſi tu dicis nō valet pactū fateoꝛ quo ad hoc vt ille cui debet modus impleri agat niſi in donatione.ſed valet quo ad ꝯdictionem. ob cām qꝛ ſi nō ſeruatur modus deficit cā finalis vt colligitur in dicta.l.quotiens.nec eſt dr̄ia quātum ad paciſcēdum alteri inter ꝯtractum noīatum.⁊ innoīatum quo ad robur pacti.Sꝫ quo ad ꝯdictionē ob cām ſic qꝺ nō. Bal.

## De condictōe ob turpē cauſam. Rica.

**Omne.** Ponit diuiſionem exēpla ⁊ regulas.h.d.

**Ut puta. ℣. Sed ⁊ ſi dedi.** Si dat' iudici vt ſic iudicet gratis tenebatur ſolus iudex inſpecta vitate turpiter accipit tenetur ꝯdictione ob turpeꝫ cām.tñ danſ perdit principalem cām. Iteꝫ iuris fictione fingitur corrūpere iudicem.⁊ ideo nō ꝯdicet.ſed ſi datur ſit vt male iudicet ſibi ceſſat ꝯdictio.qꝛ eſt cōis turpitudo ēt inſpecta vitate Sed vbi datur pecunia iudici.vt iudicet. nō vt ſic iudicet tenetur iudex ꝯdictione.ob cām turpeꝫ olim hodie ſecus.⁊ dans litem pdit.h.d.tex.⁊ glo. Queſtio de illo qui ꝓmittit iudici ꝯſeruationeꝫ ydemnitatis an itelligitur eum corrūpere dic ꝙ ille qui facit ꝓmiſſiones legales.vt de aliquo repñtando ad petitioneꝫ iudicis nō itelligitur euꝫ corrūpere.lꝫ iſta cautio ptineat ad iudicis ſecuritateꝫ de in ius voc.l.cum ꝓ quo de fur.ſi quis vx.§.ſi fug.⁊.C.de magi.ꝯue.l.i.Sed ille qui facit alias ꝓmiſſiones inſolitas intelligit' cuꝫ iudice turpiter pepigiſſe.⁊ nō valet ꝓmiſſio.⁊ pūitur.ar.ꝺ calū.l.⁊ gnāliter §.i. Querit glo.an pignus datuꝫ turpiter recipiēti poſſ't vēdicari.vī ꝙ ſic. qꝛ licet quis poſſideat pignus nō tñ videtur ei ſolutuꝫ de fideiuſſ. hr̄s.§. retro quoqꝫ ⁊ ideo nō defendit ſe creditoꝛ iure poſſeſſoꝛis.qꝛ illud ē verū qñ eſt ſolutuꝫ.⁊ trāſlatum dñium. Querit gl. in ſequēti ſi idiuiduū eſt datuꝫ ſimul ex cā turpi.⁊ honeſta an iſpicitur qꝺ nocet vel qꝺ ꝓdeſt dedi tibi deceꝫ vt des malaꝫ ſnīam.⁊ ne ſurtū facias.naꝫ prima cā ē vterqꝫ turpis.ſcđa honeſta danti dic ꝙ hꝫ locum repetitio ſm glo.quaꝫ nō.ar.ĵ.ꝺ here.inſti.l.ſi vo lex aliēa ſciētia in prin.⁊.ĵ.ad ſill'.l.ſi.quis in graui. §.ſi quis. tabulas.

**Idem ⁊ ſi.** Ponit tria alia exempla ꝺ cōmuni turpitudie.⁊ facit.ś. ne quis eū q.l.ij.⁊.ĵ.de ꝓſonetis.

**Quotiens.** Meretrix turpiter facit qꝛ ē meretrix.ſed nō turpiter accipit ex quo ē meretrix.ergo turpitudo antecedēs nō iſert turpitudineꝫ ꝯſequens.h.d. Op.qꝛ meretrici dat' cauſa libidinis.ergo turpiter qꝛ cauſa dandi vel faciēdi cōſtituenda ē potius ꝙ ipa datio. vel ſcđm. ĵ.ꝺ fur. l.verū So. ſpāle eſt i meretrice q̄ legū laq̄is ñ innodat' nec ē digna ſuppōi legib⁹ vt.C.ꝺ adl'.l.q̄ adl'teriū.ſec⁹ i viro qꝛ omnis homo ſubiacet legibus.⁊ ideo turpitudo itelligitur hic ex pte maris tm̄. Sed qd ſi ſcholaris ꝓmiſit meretrici tunicā.an meretrix poterit eum petere ⁊ videt' ꝙ ſic quia iſta.l.iterpretatur ꝙ ſit turpitudo ſolius maris tm̄ dic ꝯtra.qꝛ iſpecta veritate ꝯiuncta ē turpitudo vtriuſqꝫ. Sed quid eꝯ ſi meretrix dat mari dic ꝙ nō repetit.tñ ſi promiſit.⁊ nō dedit nō pōt ꝯueniri.ĵ.de ac.⁊ ob.l.ſi .Sed an p̄ſumitur cā turpitudinis. Rndeo ex qualitate pſonaꝝ vt ibi.⁊.C.Si quis impa. ma.dixit.l.i.Sed an dñium trāſit in meretriceꝫ dic ꝙ ſic ſi tradens erat dñs vt.ĵ.de vſuca.ꝓ empt.l.ſi qs cū ſciret.hoc eniꝫ p̄ſupponit tota materia ꝯdictionū. ⁊ facit ꝙ nō.ĵ.e.l.perpetuo.⁊ dans meretricibus dicitur dilapidare.C.de ſen.paſ.l.ſi.Sed an ꝺ talibus poſſit fieri elemoſina dic.vt nō.lxxxvi.di.q venatꝭ.p archi.⁊.i q.i. nō eſt p Inno.ꝺ imu.ec.qꝛ pleriqꝫ.⁊ dedecimis ex tranſmiſſa p Inno.

**Si tibi.** Quod datur ꝓ iudicio nō dicitur turpiter recipi.h.d.ſeruus meus fugit.ſꝫ neſciebā vbi latitaret tu p̄mio mihi indicaſti nō diceris turpiter accepiſſe ideꝫ ſi accepiſti p̄miuꝫ ꝓ indicādo ſineꝫ.⁊ facit.C.de fideiuſſ. l.ſi barſatoꝛē. Op. quilibet tenetur dr̄e veritateꝫ.⁊ nō occultare eam.ergo ſi aliqd accepit turpiter accepit.qꝛ qui gratis facere tenetur ſi accepit p̄miuꝫ turpiter facit.ś.e.l.ij.ĵ.e.l.ſi.So.dico ꝙ ille q ſcit vitatem pōt tacere eam nec cogit' ſecreta ꝓpallbre.dato eniꝫ ꝙ nūꝙ ſit licitum mentiri ſilentiū.tñ licitum ē.nec turpiter facit qui ſilet.q̄dam ergo ſūt que poſſumus tacere Fallit i teſte rite producto.C.de epis ⁊ cle.l.p̄ſbiteri.naꝫ in teſte paria ſunt tacere veꝝ ꝺ quo eſt iterrogatus.⁊ exprimere falſuꝫ vt ibi nō.⁊ hoc verū poſtꝙ teſtis eſt iuratus . ſecus ſi eſt contumax . ⁊ non vul tiurare . nam pro hoc non punitur vt falſus teſtis. quia delictum teſtis eſt crimen piurij.ſed iſte non iurauit.Alij dicunt ꝙ ſi hoc facit.vt veritas occultetuꝛ ꝙ tenetur falſi ex generali capite legis.l.i.§.i.de fal. qꝺ nō credo.qꝛ nō eſſet differētia inter teſteꝫ iuratuꝫ.⁊ nō iuratuꝫ.ſed bene credo ꝙ teneat' crimnie ſtellionatus vel extroꝛdinarie puniatuꝛ proprio motu iudicis facit qꝺ nō. Ja.de infa.l.lucius.⁊ vide Inno.in.c.i.ex de fal.Itē fallit vbicunqꝫ ſupioꝛ mandat.C.de fur.l.ciuile eſt in glo.

Itē fallit.ĵ.de pariciꝺ.l.ſi ſciente. Secūdo op. ſi licituꝫ ē tacere.ergo qui accepit vt taceat honeſte accepit.ſed hoc ē falſuꝫ.vt.ś.e.i rubrica.So.tacere gratiſ nō eſt turpe.ſed p̄cium accipere ꝓ tacenta veritate ē turpe.⁊ ideo nō eſt licituꝫ ſm glo.⁊ ſic nō.qꝺ aliqd ſit gratis honeſte ſit ꝙ ſimoniace turpiter ſit vt.ś.e.l.ij.ad ſi.

Reuoco in dubiuꝫ qñ crimē eſt occultū ⁊ aliqs nouit malefactorē veꝝ poſſit iudex eum ꝯpellere ad indicañ ⁊ dicendum nomē illius malefactoris. Glo.dicit p̄mo ꝙ nō .nam nec iure actionis nec officio iudicis dꝫ cogi poſtea ſtatim dicit ꝯtrium ꝙ offō iudicis cogit' qꝛ ptinet ad iudicē purgare ꝓuinciam malis hōibus vt.l. ꝯgruit So.p offm̄ iudicis reſidens i pte non cogit' ſꝫ p offm̄ iudicis reſidenſ in iudice.ſic vt nō.cy.C.ꝺ his qui ad eccleſiam ꝯfu.l.ij.vel plenius aut iudex vult officiū iterponere ad priuataꝫ vtilitateꝫ.aut ad publicaꝫ vltioneꝫ. primo caſu nō pōt.vt nō. Inno.de iurīur.ad noſtraꝫ. el.ij. Secūdo caſu.aut ē tale crimen ꝺ quo poſſet inquiri tūc pōt ut in hac glo.aut eſt crimen ꝺ quo nō pōt inquiri.⁊ tūc nō poteſt.qꝛ iſta ꝯpulſio eſt quedaꝫ p̄ambula ⁊ ante

iudicialis inquiſitio.ꝛ ſi principalis īquiſitio ē prohibita
ergo.ꝛ iſta ꝑparatoria ar.de ſpon.l.oīo.nec ob.iura que
dicunt ꝙ iudex ex officio ſuo ꝓducit teſtes in criminali
C.de aboli.l.ij.ex̄ de colſ.c.i. vt nō.in aūt.de tabel.ī ꝑn.
q2 illud eſt veruꝫ incidēter inſtituta iam accuſatione le
gitima ꝯ̈ certam ꝑſonam.ſed nō principaliter nulla ac
cuſatione inſtituta. Sed pone qȯdam maleficiuꝫ
ē ꝯmiſſum de nocte ſindicus qui tenet denūciare non
pōt ſcire ꝑſonam delinquētis.q2 noctis tenebre frequē
ter hoc operantur vt lateat faciens vt nō.ſ̈.ꝙ me.cā.l.
ſi cum in exceptōe.§.in hac. ſcit . tn̄ ꝙ ticius ꝛ ſeyus
ſciunt nūquid poterit denūciare factuꝫ cuꝫ illis teſtibꝰ
ſine ꝑſona facientis.ꝛ videtur ꝙ ſic.ꝛ iudex debebit co
gere teſtes ad ꝑferēdum ꝑſonaꝫ.ſufficit eniꝫ ſindico ſeu
noīate ꝙ faciat qcquid pōt de calū.l.annus. Sed an in
iſta ꝯpulſatōe dꝫ pars citari.ꝛ videtur ꝙ nō. q2 in iſta ī
quiſitione nō requiritur ordo iudicioꝝ.vt nō.inſti. de pu
bli.iudi.in ꝑn.iſta nō eſt bona ratio.q2 in inquiſitione d̄
bet ꝑs citari d̄ elec.ꝑ inquiſitꝫ.d̄ re iudi.paſtoralis in cle.
Sed v̂a ratio eſt.q2 iſta prima indagatio nō hꝫ in ſe
formā alicuius proceſſus.ideo nō requirit citatio.ut nō.
in ſimili de bo.poſ.l.iij.§.pe.ſicut eim iudex inquirit d̄
fama vt nō.Inno.de ſpō.cum in tua.ubi dicit Inno. ꝙ
ſine ordine iudiciario poteſt quiſ certiorari de fama.

Sed nūquid iſti teſtes recepti ad ſimplicem infor
mationem curie probāt poſtea in ꝓceſſu qui ſequit dic
ꝙ non q2 nō ſunt recepti lite ꝯtꝫ.vel quaſi nec aliquo or
dinato ſeruato.vn̄ proprie nō ſunt teſtes.q2 nō recipiū
tur ad ꝓbationem.ſed ad inſtructioneꝫ vt probatur ex
ꝯiunctione duaꝝ legum.ͥ.de penis.l.qui vltimo.ꝛ.C.d̄
accuſa.l.fi.etiaꝫ ſi ſunt recepti ſuꝑ generali inquiſitōne
q2 in ea ſilet iudex habita īformatione . ꝛ deſcendit ad
ſpālem īquiſitionē vt.l.ꝯgruit. Iteꝫ in iſta ꝑparato
ria informatione nō fit publicatio teſtiuꝫ.q2 fit ad iſtru
ctioneꝫ nō ad ꝓbatōnem.vt dixi.lꝫ etiaꝫ ibi eſt facta ve
ra.ꝛ ſolēnis publicatio teſtium. tn̄ iudex pōt producere
nouos teſtes.q2 in iudicio nō timetur ſubornari. vt nō.
Inno.de teſti.cum clamor.naꝫ ꝓ iudice ꝑſumitur in re
facienda.ꝛ in re facta d̄ peculio eo tꝑe. Iteꝫ q2 etiā
añ apturam iudex nouit teſtificata de teſti.l.iij.§.idem
a pio.tn̄.ſi poſt apturā iudex examinet teſtes ad oſtēſaꝫ
reus poterit ꝓducere ad defenſaꝫ vt ar.de temp.ī inte.
reſti.l.petēde. Querit glo.ſi ꝑmium nō eſt ſolutuꝫ
ſed ꝓmiſſū an poſſit peti dic ꝙ ſic.vt.l.ſolēt.ͥ.d̄ ꝑſcrip.
v̂bis.ꝛ adde ꝙ nō.guil.in.l.i.ſ̈.de iuſti.ꝛ iure. Que
ritur glo.an ex nāli ꝯgruitate quis teneat iudicare furē
dicit glo.ꝙ nō niſi lite ordinata.ꝛ tūc in forma teſtis vl
niſi cogatur ꝑ officiuꝫ iudicis nō ꝑ ius ꝑtis.vt dixi.ꝛ vi
de ex̄ de exceſ.ꝑla.c.dilecti.ꝛ.xxij.q.ij.in ipa in fi.per ar
chi.ꝛ ꝑ Inno.in.c.i.de teſti.cogen̄.ꝛ ex̄ de ſymo.nemo
ꝑ Inno.Sed an iſte poterit a modo teſtificari videt ꝙ
nō.q2 ꝑcium accepit.dico ꝯ̈ q2 nō vt teſtis accepit ꝑciuꝫ
ſed ex̄ iudiciali iudicio.vnde nō intelligit corruptus nec
ſubornatus.lꝫ.ergo .teſti iſtruē ꝑtem ut hic.econtra licꝫ
ꝑti inſtruē teſtē ꝛ loqui cum eo ut dicat ueritatē uerbis
aptis ꝛ ꝯgruis nec dicitur iſta ſubornatio niſi fieret pꝰ
didicita teſtificata quia tunc ꝑſumit dolus in aūt.de te
ſti.§.q2 v̂o.ꝛ hic nō.gof.in ti.d̄ ſenatus ꝯſulto. liben̄. ſ̈.

**Perpetuo.** Quero cuꝫ datur vtrū acci
pienti ex turpi.cā trāſferat
dn̄iū.ꝛ dic aut dn̄s rei tradidit.ꝛ traſfert dn̄iū
aut nō tradidit dn̄s.ſed nō dominus. ꝛ tūc nō trāſfert
dominiuꝫ ꝓbo ꝙ quādo dominus tradidit trāſit domi
niuꝫ.q2 dominio nō trāſlato ſemꝑ eſt potior ꝯdictio re
cipientis.vt nō.ſ̈.l.ut puta.ſed an nō dn̄s tranſfert vſu
capiendi ꝯdictionē videtur ꝙ ſic.vt.ͥ.de ꝯ̈hē.emp.l.cla
uibus. In ꝯ̈riū q2 qui turpiter accipit mala fide.
ꝛ mala mente accipere videt.ergo non ꝑſcribit prima
verior.q2 mala fide ī ꝑſcriptione accipitur ſolum reſpe
ctu ſcie rei aliene nō reſpectu turpiſ cauſe. Sed an
anteꝗ̄ ꝑſcribatur dominus pōt vēdicare dic ꝙ ſic ſi ex
tat vel doſo ꝯſumpta eſt.Si aūt ſine dolo in ſuaꝫ vtili
tatem ꝯuertit.aut erat turpis cā lucratiua. ꝛ dominus
ꝯdicit ꝑcium.aut oneroſa.tūc nō ꝯdicit.q2 ꝯſumens nō
videtur factus dicior.l.ſi cum. ſeruum ſi certum peta
tur ſecundum gloſ. Sed quare ſine cā non trāſit
dominiuꝫ.ꝛ ex iniuſta trāſit ꝙ eniꝫ fomētum dare pōt
turpis cā.Rnde q2 licet ſit turpis cā tamē formiter da
tur ſi nulla tūc informiter.vt.ͥ.de v̂bo.ob.l.triticū. Itē
q2 pactum nō eſt turpe.ſed ex pacti ē turpis.ͥ.l.ꝓx. Et
ꝙ dn̄ium trāſferatur ex turpi titulo apꝑet ī vſuris ſolu
tis.alias nō liberaret ſoluens facit de iuriur.debitoreſ.

Sed cū in vſur verſetur turpitudo ſolius recipiētis
quomō pōt agere ex iuramēto ꝑſtādaꝝ vſuraꝝ.Rndeo
nō hꝫ actōem. Sed iudex eccleſiaſticus ex officio fa
cit obſeruari iuramētum tāquā deo nō tāquā homini ꝑ
ſtitum mortuo.tn̄ iurante extinctuꝫ ē iuramētum.ꝛ cen
ſura nō tranſit ī hrdem.vt nō.Inno.de iuriur.c.verita
tis. Sed cui debent reddi male ablata. Rndeo ſi
ſunt mala extorta a ceteris ꝑſonis nō ꝑticipātibus fa
cinus turpitudinis eis debet reſtitui.vt hic ſi aūt a cē
tis participātibuſ turpitudinē nō debet reddi eis.ſed fi
chus aufert de iur fiſci.l.lucius. Si aūt ab īcertis iu
re fori nō tenetur accipiens.ſed iure poli tenet nec a
peccato liberetur niſi pauperibus eroget. vel in alios
pios vſus in quo requiritur auctoritas dioceſani. nam
nō eſt alius modus ſaluatōis.nec eniꝫ pōt ſe ſua aucto
ritate ſaluum facere.cum reddat alij pro alio .ꝛ in hoc
decretalis vtitur ſecum miſeratōe.vt habita auc̄te ſeu
licētia ſuꝑioris liberetur ſoluendo cui nō tenetur.ꝛ nō.
ex̄.de iudi.cum ſit ꝛ ſicut ipē vnicus nō habet auc̄teꝫ ꝑ
ſe.ita nec moriens pōt alteri ꝯmittere. vnde executor
in certoꝝ nō poteſt diſtribuere ſine auctoritate epi hꝫ
hoſt.ꝛ vide quod nō.in.c.i.de priuileg.ī cle. Sed qd
de eo qȯ dat pater filio ſpurio an repetit. ꝛ videt ꝙ ſi
q2 eſt turpitudo ſolius dantis.patris eniꝫ viciuꝫ eſt nō
filij.C.de nāli.li.l.fi.quid eniꝫ peccauit anteꝗ̄ naſceret
C.de inoffi.teſta.l.ſi quis ī ſuo.§.fi. In ꝯ̈riū videt
q2 dominiū nō eſt trāſlatum.C.de nāli.li.l.i.nec vſuca
piendi ꝯdictio.ſi pater nō erat dn̄s q2 īter ꝓhibitos titu
lus nō aufert vſucapioneꝫ nec vſucapiēdi ꝯdictionem.
vt nō.ͥ.ꝓ legato.l.nemo.ſo.aut erat natus ex dānato
coytu.ꝛ tūc nō eſt capax.nec ex ꝯ̈ctu.nec ex vltima vo
luntate.ꝛ ideo ꝯuenitur nō rōne turpitudinis.ſed ī capa
citatis.morboſus enim eſt.lꝫ nō ſuo vicio.C.de nāli.li.
.l.legem anaſtaſij.aut nō erat natus ex damnato coytu
ſed vulgo ꝯceptus.tūc pater pōt ſibi donare iter viuos
nō in vltima volūtate.vt nō.de probatꝫ.qui teſtamētuꝫ
iſtud nō placet ar.de le.i.l.ſeruuꝫ filij.§. cum.ꝛ inſti.de
.l.ſufra.ca.tol.ꝛ ideo dico.aut pater ꝯfert in eum titulo
lucratiuo.ꝛ nō valet.aut titulo oneroſo.ꝛ tunc ſimulate
nō valet.ſed ex v̂era cauſa valet. Sed an ex ꝯfeſſio
ne ꝑcij preſumit ſimulatio glo.dicit ꝙ nō ī ꝯ̈ctibus in.l.
eum qui teſtn̄. Sed illa.l.facit ī ꝯ̈riū.q2 īter ꝓhi
bitos ꝯfeſſio eſt ꝓhibita niſi adhibiatur iuramētum. qa
tunc ꝑſumit ꝯfeſſio vera de le.iij.l.cum quis.§.nuptaꝫ
Si pater ab alio recipit certa ꝑ talibuſ filijs.dic.vt nō.
ey.C.fam.her.l.filie cuius.

**Si ob turpē.** Promittens ex turpi cā poſtea liberalitē ſol uens nō repetit.qꝛ cā que inerat ꝓmiſſioni nō ī fuit ſolutioni.qꝛ ſciens ſe nō debere ſoluit.⁊ hoc nō ex cludit repetitionē qñ fuit turpitudo ſolius recipiētis. ſʒ aūt fuit vtriuſqʒ turpitudo alia rōne nō repetit.ſ.qꝛ i:pa ri cā turpitudinis melioꝛ eſt cā ꝯuenti.h.d. Exēplū ꝓmiſſi tibi.x.vt mihi depoſitum redderes'.reddidiſti poſtea.do tibi illa.x.nō repeto.qꝛ indebitum ſciēter ſol ui ſublata iam cā turpitudinis.ſi aūt ſolui tibi eadem cā inſtanti.puta promiſſi.vt redderes depoſitū.⁊ ante quā redderes ſolui.lʒ ex interuallo ſoluerim.⁊ nō fuit coniuncta ſolutio promiſſioni. Tamen repeto. quia ex turpi cauſa permanente ſolui.Secus ſi turpis cauſa nō erat ꝑmanens.ſed retro trāſiens.qꝛ cā illa purgatur

Et ꝯclude aut ē turpitudo cōis.⁊ ceſſat repetitio de calū.i bīdem.§.i.aut ſolius recipiētis.⁊ tūc aut incipit a traditōe.⁊ ꝯdicitur.ſ.e.l.ꝑpetuo.Aut a promiſſione.⁊ tūc aut traditio fuit ꝯiuncta ꝑmiſſioni.⁊ ꝯdicitur.quia ex vna cā vtrūqʒ viciuʒ naſcitur.ſ. vicium ꝑmiſſionis.⁊ vicium ſolutōis ar.de noua.l.doli mali.C.ad velley.l.ſi mulier.aut primo ꝓceſſit promiſſio.⁊ poſtea ſeorſuʒ ex īteruallo eſt ſecuta traditio.⁊ tunc aut ſpe turpis cauſe ⁊ ꝯdicitur.aut nō eadem ſpe.qꝛ medio tꝑe poſt ꝯctuʒ.⁊ ante traditōem fuit impleta cā.⁊ tūc nō ꝯdicitur. vt hic ſic ē.in metu.qꝛ metus purgatur ꝑ factuʒ ſpōtaneū ſol uentis.ſine metu.C.ꝙ me.cā.l.ij. Et ex ꝓdictis vr̄ ꝙ ſi quis promiſit mihi vſuras.⁊ poſtea liberaliter ſol uat ꝙ nō repetat.qꝛ ſpōtanea ſolutio purgat viciuʒ.vt hic.ſ.quando ſoluere ⁊ nō ſoluere erat ī ſua libera pote ſtate eius qui ſoluit.ſecuſ ſi ſoluit metu maioꝛ mali.ar. quaruʒ reꝝ ac.nō do.l.i.§.boñ. nec dicō alienū vſurpaſ ſe.⁊ ſic nō dimittatur peccatuʒ niſi reſtituatur ablatuʒ qꝛ dico ꝙ iſtud nō eſt ablatū.ſed donatuʒ.ſecus ſi iſtud donuʒ eſſet ꝯiunctuʒ ipi ꝯctui mutui.vt.ſ.ſi cer.pe.l.ro gati.§.ſi tibi qꝛ ex ꝯiunctōne actum ꝓſumitur illicituʒ eſſe ar.de ꝓuile.cre.l.ſi ventri.§.fi. Quero qd vult dr̄e lr̄a.ꝙ ſublata eſt ꝓxima cā. Rndeo ſolutio fit ex cā ſtipulatōis.ſtipulatio fit ex cā puta reſtitutōis depoſiti. Mō ſpōtanea ſolutō nō tollit ſtipulatōeʒ ymo exequi tur eam.ſed tollit cām proximā ſtipulatōis.i.turpitudīs reſpectū facit ꝯ excep.doli.l.ij.§.certa.⁊ ſic nō. ꝙ ceſſā te cā repetionis ceſſa trepetitio. Item nō.ꝙ ſi vici um nō eſſet purgatuʒ ꝯdictio.ob turpē cām nō hʒ locuʒ in ꝯctibus noīatis.vt in ꝯtractu ſtipulatōnis.vt hic ⁊.j. .l.prox.⁊ ibi nō. Bal.

**Si veſtimenta tibi.** Nō. ex.l. iſta. ⁊.l.ij. ſ.e.ꝙ licet ī ꝯctu trāſactionis ꝑtium non fiat reſciſſio ꝑ enoꝛme dānum.vt.l.lucius.§.fi. ad treb. tñ ſi quis reſiſtendo illicite aliqd recipit nō pro reſtitutione rei debite pōt ꝯueniri ꝯdictione.ob turpē cām facit.j.ꝯ ꝯd.inde.l.in ſūma.§.i. Sed qd de clericis ⁊ laycis qui recipiunt pecuniā vt iniuriā dimittāt.an teneaꝛ re ſtituere quaſi turpiter accipiant.⁊ videtur ꝙ ſic.qꝛ gratis facē debuerūt ut nō.ꝯ iſa.l.furti.§.pactus. Cōtrariuʒ dico.qꝛ licet accipere pro emēdatione ꝯtumelie ꝯ v̄.ſig. ex ꝑte in xꝓo nō tamē pro remiſſione rācoꝛis. Aliaſ ſequereꝛ ꝙ iſta actio iniuriaꝝ q̄ cōmoduʒ pecuniaꝝ au fert ad turpem cām referreꝛ.⁊ nō poſſet ad effectum ꝑ duci qꝺ falſum ē.al' appel'.vt.j.de ꝯſti.pecu.l. q iniuria ruʒ cum ſilibus.⁊ adde ad hāc.l.quod nō.archi.iij.q.ij.ſi ipꝫ. Itē nō.ar.ꝙ obmiſſio appellatōis purgat turpi tudineʒ ꝓnunciatōnis.hoc nō.Inno.de offi.dele.cum olim abbas.

**Si rem.** Nō.ꝙ turpitudo ꝯmiſſa circa execu tōneʒ ꝯctus bonefidei purgaꝛ ꝑ actō nem ex eo ꝯctu.ſecuſ in ſtricti iuꝛ.⁊ in teſtis. Bal.

De ꝯdictione indebiti. Rica.

Circa rubricam dic vt in glo.continuando.⁊ ſum mando eam. Bal.

**Nunc videndū.** Ignorā tia facit ꝯdictionem idebiti cōpetere.Scien tia ceſſare.h.d. Op.⁊ videtur ꝙ debeat diſtingui īter ignorātiam iuꝛ. ⁊ tūc ceſſat repetitio.⁊ ignorantia facti. ⁊ tūc hʒ locum repetitio vt.C.de iuꝛ.⁊ facti ignorātia.l.cum qs.So. in debituʒ dicitur tribus modis.Primo modo ꝙ nec nā liter nec ciuil'r debeꝛ.tūc quelibet ignorantia aufert re petitōem ſoluti.vt hic. Secūdo modo ꝙ ciuil'r debe tur.ſed nāliter nō debetur.⁊ idem qꝛ repetitio ē ſufful ta equitate nāli.⁊ ideo quacūqʒ ignorantia ſolutū repe titur de reg.iur.l.cuius ꝑ erroꝛeʒ. Tertio modo dr̄ indebitum ciuil'r.ſed debituʒ nāliter.tūc aut interuenit erroꝛ iuꝛ.⁊ nō repetiꝛ.aut facte.⁊ tūc aut fuit erroꝛ ſu pinus.⁊ nō repetitur.aut fuit iuſtus erroꝛ.⁊ tūc repetiꝛ vt.l.cum qs.ita dicit glo. Sed quare ē potētioꝛ ad re tinēdum nālis obligatio tantuʒ.ꝙ ciuilis tñ cū ad agē dum ſit totuʒ ꝯtrarium. Nam potētioꝛ ē ad agēdum ſola ciuilis.ꝙ ſola nālis.Naʒ ex nāli ſola nūquā oꝛitur actō nō.ſed ex ſola ciuili plerūqʒ oꝛitur.vt nō.inſti.de oblig. in ꝓn.Rndeo ī ꝯdictione idebiti plus pōderatur eqtas naturalis ꝙ rigoꝛ iuris.vnde cum nālis obligatio ſit ef ficax ad retinēdum.qꝛ ē ſuffulta eqtate.ideo validioꝛ ē ꝙ ſola ciuilis que nō eſt ſic ſuffulta ratiōe naturali nec equitate.vt.j.e.l.indebiti.⁊.j.de excepꝫ.doli.l.q equita tem.⁊ loquoꝛ ꝯ ſola ciuili que nō poꝛꝛigitur ad neceſſi tateʒ ꝓſtatōnis.ſed eſt inefficax.j.de ꝯſti.pec.l.ꝙ ſi ma ritus.§.i.Si eniʒ eſſet ciuilis efficax. iſtud eſſet debitū nō indebitum.j.man.ſi fideiuſſoꝛ.§.in omnibus. Sed gl.dꝫficit ī quarta ſpē idebiti.qꝛ aliud ē idebitū ope exce ptōis licʒ nāliter.⁊ ciuiliter debeaꝛ.⁊ tunc ſubdiſtingue aut exceptio ꝓncipaliter itroducta in fauoꝛem ⁊ quocū qʒ erroꝛe ſolutum repetiꝛ aut ī odium.tunc aut ē erra tum in iure ⁊ nō repetiꝛ aut ī facto ⁊ tūc ſi fuit groſſus erroꝛ ñ repetiꝛ.vt.j.e.l.qui exceptio ⁊.j.ad mac.l.fi. ⁊ ī hoc cognoſcendo an ſit mere fauoꝛabil' an mere odi oſa ꝯſidera quid facit legem rōnalem an fauoꝛ vl' odiū ⁊ an ſubſit cā fauoꝛis ⁊ nō odij.an odij ⁊ nō fauoꝛis.⁊ ſi dicaꝛ fauoꝛ vnius ē odium alterius ⁊ cꝯ.Rꝫ co nō eſt fauoꝛ.odium ſed executio fauoꝛis nec odiū feneratōis eſt fauoꝛ filij ē executio.vnde fauoꝛ ſibi nō eſt fauoꝛ.ſed executio odij creditoꝛiſ.Si aūt.l.nō ſit rationabilis hāc ſemꝑ reputo odioſaʒ.vt.l.i.§.i.C.ꝙ quiſqʒ iuꝛ. aut ē ex ceptio alia ſuffulta equitate.vt exceptio pacti de nō agē do ſꝫm illos qui dicūt hoc pacto nālem nō tolli. ⁊ hʒ lo cum repetitio quocūqʒ erroꝛe ſoluatur.Aut ē alia exce ptio que nō hʒ fomētum equitatis. ſed rigoꝛoſitatis.⁊ ſic aboꝛꝛet a naturali rōne.vt exceptio ꝓſcriptōis.⁊ rei iudicate.⁊ dic.j.e.l.iulianus.vel pena itatis.⁊ dic.j.co. .l.ſi pene ⁊.ſ.ꝙ quiſqʒ iuꝛ.l.iij.§.fi.Item deficit glo.cir ca obligatōem antidoꝝ que nō eſt obligatio ꝓpꝛie tñ in terduʒ impedit repetitioneʒ in facto.j.e.ſi nō ſoꝛteʒ.§. libertus.⁊ in dādo.j.de fideiꝰ.ſi teſtō.§.i. Itē in eo quꝺ dicit de ſola nāli quod impedit repetitioneʒ ē verū vbi

debito2 ſoluit.ſecus ſi ſuus ꝓcurato2 nõ hñs ſpãle mandatum.ĵ.de ſolut.l.ſi is cui.§ flauius.Item fallit i mio re q2 probabilitẽ errare cẽſetur.Si aũt ex certa ſciẽtia eſſet opus reſtitutõe.ĵ.e.l.iterduz.Sed q̃ro nũquaʒ repetit nãliter obligatus·Nam obſtat ei exceptio cõpenſationis.q2 etiam naturale debitum ɔpenſatur.ĵ.de cõpenſa.etiaʒ Ro q2 iſta exceptione obſtat petenti nõ repetenti.vt nõ.ĵ.e.l.iterdum ⁊.l.cum his.§.i.nam quare ſpoliatus eſt.primo reſtituẽdus pari rõne.nõ obſtat re petẽti exceptio dolo facis qd petis quod reſtiturus es. Item ⁊ q2 nõ tenetur reſtituere id qd peti nõ põt.⁊ dic ibi dicetur. Quero ex̃ vbi eſt exẽplum de idebito ciuiliter.⁊ nãliter.Rndeo cã ceſſante.q2 nũquã fuit ɔtũ vel quaſi nec delictũ vel quaſi inſti.de oblig.§.ſequenſ

Item cã ipo iure finita vel reſoluta de pac.ab ẽptione. Item facta ſolutõe de ꝓcurato2 ſi reus patus. Item facta nouatõe.ĵ.e.l.iulianus.Item iterpoſita acceptilatione vbi cadit ſm ſuam nãm.ĵ.de acceptil.l.ſi acceptilatus.§.apocha.cum ſilibus. Sed vbi ẽ exẽplum de nuda ciuili.⁊ inefficaci.Rndeo vt in glo. i cirographo.ante biẽnium.q2 propter ſolẽnitatem adeſt ciuilis obligatio.Sed ꝑpter defficiẽtem equitateʒ ð eſt naturalis obligatio.q2 iurgentiuʒ idebitum eſt. Itẽ qñ pactum vel iuſiurãdum ſuſtulit nãlem.ß. de iuriur.l.ſi. Sed vbi ẽ exẽpluʒ ð ſola naturali.Rndeo iter ꝑſonas inter quas nõ cadit ciuile vinculuʒ.ĵ.e.l.frater a fratre

Iteʒ in pacto nudo vt in.§.quinymo.Iteʒ in teſtõ ⁊ nõ ſolẽni.ĵ.de fideiuſ.l.i.in teſtõ.⁊ hoc quo ad legata vel ꝑlegata. Sed quo an inter inſtitutos quo ad ipſum ius inſtitutõis nõ cadit obligatio nãlis de acq.he.l.ex pte facit quod nõ.ĵ.qui ſatiſda.cog.l.inter omnes. lʒ glo.innuat ɔ̃riũ.C.de iur.⁊ fac.igno.l.ſi poſt diuiſionem. Et ꝑdicta vã quãdo his ſuccedit qui fuit grauatus.ſecus ſi alius cũ grauatus eſſet quis ꝑprio noĩe.Si aũt appellatiuo.tũc idem ẽ in quolibet ſuccedẽte de le.ij.l.i.in fi.⁊.ĵ.ſi ꝑles gradus. Sed cõtra hoc opp. teſtamẽtũ nõ ſolẽne peccat in formã. ergo nõ orit̃ obligatio nãlis.ĵ.de ɔſti.pecu.l.i.§.i. So.ibi erat pactuʒ in forma ſubſtãtiali hic i forma ꝓbatoria vel ibi erat defectus ɔſenſus.nã nõ ɔſentiebãt i ea ſpẽ ɔt̃.vñ null9 ɔtus init̃ nec orit̃ obligatõ.vt.l.ſi ego.ſi cer.pe.Sʒ h̃ aderat ɔſenſus i eadeʒ ſpẽ diſpoſitõis. Secũdo ɔ̃ hoc op. fruſtra obligatio naſcit̃.ex quo ꝓbari nõ põt de ɔ̃hen. emp.l.ruptilia.ſed ꝑ teſtũ nõ ſolẽne nõ fit ꝓbatio.ergo nũquã poterit ꝓbari ꝙ ſit nata obligatio.C.de teſtis.l. ſi vnus.C.de fideip.l.ſi veritas. So.ymo fit ꝓbatio teſtamẽti nõ ſolẽnis ꝑ duos teſtes qui probant ꝙ fuit factũ ñ ſolẽniter ſeu iformiter.i.abſq3 ſolẽnitate formali vt.l.fi.ð rebus eoꝝ.Sed probatio teſti ſolẽnis nõ fit niſi ꝑ legitimũ numerũ.C.de ſm tab.l.ij.alia exẽpla.dicã i.l.iulianus.Sed an in iſta materia eſt dña inter neſciẽtiaʒ ignorãtiaʒ erroreʒ.⁊ titubatõem dic ꝙ nõ.C.e.l.fi. licet in ſe iſta ſint diuerſa vt nõ.ĵ.de teſta.de ſtatu.⁊.ĵ. de iuris ⁊ fac.igno.i rubrica facit de iur.om.iud.l.ſi per erroreʒ in fi. Sed an ſemp ille qui ſcit ſe non teneri ſoluẽdo videtur donare.Ro nõ nam ſi alia ɔiectura põt aſſumi ꝙ liberalitatẽ exercite in recipiẽteʒ nõ erit donatio.ĵ.de ſolut.l.cum ſi anruʒ. Bal.

Si quis. Etiam ex certa ſcia ſoluens idebitum repetit ſi ẽ appoſitum pactum de repetendo ſi appuerit indebitum .h.d. ⁊ facit.ĵ.rem ra.ha.l.ſi ſiue in ꝑn. Sʒ an mortuo ſoluente põt fieri ꝓbatio videt̃ ꝙ nõ vt.ĵ.de vb.ob.l.q rome.§.augerius. In ɔ̃riũ videt̃ q2 iſta ɔdicio trãſit ad hr̃dem vbi apponit̃ repetitioni ⁊ nõ petitioni de nouo vt nõ.C.de pac.inter emp.l.ij.⁊ q2 ſola ꝓbatio ꝑ iuramentũ ꝑſtandum nõ trãſit ad hr̃dem .ſecus in alio gnẽ ꝓbationis .C.de re.cre.l.gnãliter in ꝑn.q2 ꝓbatio ẽ in rem ſcripta . Bal.

Si qd ex te. Ubi teſtamentũ apparet nullum q2 fĩm vl̃ ex cã ꝑteritiõis iam nati vl̃ poſtumi vl̃ ꝑ querellam reſcindit̃ legata ſoluta repetunt̃ ꝑ legitimuʒ hr̃dem. ⁊ idem ſi hr̃ditatiʒ aditio reſcindat̃ ꝑ reſtõem i integruʒ ⁊ ꝑdictio idebiti queritur alteri ꝑ liberaʒ ꝑſonam. Iteʒ lʒ nõ ſit viciuʒ teſtamẽti.vel additionis.ſed defectus facultatũ.q2.l.falcidia defalcat legata vel vnuʒ legatũ defalcat aliõ quatenus vltra mẽſuraʒ ſolutuʒ ẽ ɔdicitur.h.d. Nõ.ex cã preteritionis legata nõ deberi hodie ɔ̃.vt in aũt. ex cauſa vl̃ diſtingue.aut teſtato2 principal̃r voluit liberos grauare.aut liberis prouidere.aut nõ fecit mẽtioneʒ de liberis. Primo caſu puta teſtato2 habebat vnuʒ filium a quo relinquit legata.poſtea natus ẽ alius quẽ ꝑterierat.dico legata ſimpl̃r relicta deberi.q2 ſi ð alio filio cogitaſſet idem feciſſet cum non preſumatur pater plus diligere vnum filium quam alterum niſi nominatim voluit vnum tantum filium grauare.quia forte patrem offenderat vel ex alia coniectura voluntatis appareat ꝙ certe tantũ ꝑſone onus iniũxerit de iur.codicil. l.pe.

Secõ cãu .vbi gr̃a.pater ꝑlegat filio ⁊ ꝑterijt filiã natam vl̃ poſtumã valet legatum q2 filium ꝑdilexit ⁊ ad viſimile nos rõ adducit ar.ð pac.l.tale pactum.§.fi. ⁊.C.de ioffi.te.l.iij. Tertio cãu aut ẽ ꝑteritus poſtumus ⁊ nõ debent̃ legata ar.C.de teſta.mili.ſi cum.vel i vtero ⁊ nõ.C.de poſtu.here.inſti.l.i. aut iam natus. ⁊ tunc aut pater credebat eum obiiſſe. ⁊ ideʒ vt.ĵ.l.iij.aut ꝑterijt eum ex certa ſcia tunc valent legata dicta aũt. ⁊ facit de fideip .l.l.gener aliter.§.ex teſtõ de ma.teſt. vñ.de capti.l.bona.⁊ quod nõ.C.de codicil.l.i.cum ſilibus. Nõ.ꝙ vnuʒ legatuʒ ꝑ aliud minuitur.ſed an legatuʒ ſpeciei minuat̃ ꝑ legatum q̃titatis videtur ꝙ nõ vt.ĵ.vt in poſ.le.l.ſi fideicõmiſſoꝝ. Sed forte ibi facultates bene ſpectãt.⁊ facit.C.de iur.deli.l.fi.§.licẽtia Nõ.ꝙ ſi hr̃s reſtituit̃ ɔ̃ ɔdictionem hr̃ditatis legata euaneſcũt qd eſt notabile. Et ſic eʒ qd ꝑ repudiatõʒ euanuit ꝑ reſtõem robur aſſumit.ĵ.de vulg.ſub.l.ij.§.ergo. Et ꝑdicta vã etiaʒ in relictĩ ab inteſtato.nam talia adictõem deſiderant vt nõ.ĵ.de here.inſti.l.q filio §.ſeruus.⁊.ĵ.de fideiuſ.l.i.l.ij. Sed ɔtus etiaʒ q mortẽ ɔfirmant̃ nõ exigunt adictioneʒ hr̃ditatis vt ɔtus donationis cã mortis vel qñ vir donat ꝑ viam ɔtus non relicti vxori vel pater donat filio i ꝑtãte vt.ĵ.de leg.ij.ſequens qõ.naʒ.ll.dicunt talia morte ɔfirmari nõ aũt dñt ɔfirmari adictione igit̃ adictio nõ exigit̃.ſed mortis cã capio vr̃ deſiderare adictioneʒ de condictio.ob cãm.l.ij.§.ſi paredi.

Si procur. Primo loquit̃ quãdo generalis ꝓcurato2 ſoluit indebitũ. Secũdo qñ debituʒ. Tertio qñ recipit idebitum. Quarto qñ recipit debituʒ. Quinto aſſignat quãdam rõem. Sexto loquit̃ in tutore ⁊ ꝓcuratore minoris. Septimo ⁊ vltimo remanet quãdã diſtinctõem al̃ dubitatõem.ſecũda ibi ꝙ ſi.tertia ibi iõ labeo.quarta ibi celſus.quinta ib. ꝙ ſi.ſexta ibi iulian9. ſeptima ibi nec intereſt.Et hoc dicit ſi ꝓcurato2 generał ſoluit idebitum.⁊ dñs nõ ratificat dat̃ repetitio ipi ꝓcuratori.ſi aũt ſoluit debitum nõ repetit nec ratihabitio deſiderat̃.eʒ ſi gnãlis procurato2 recipit idebitũ ⁊ dñs

nõ ratificat tenetur ipẽ ꝓcurator. Si vͦ debitum
neuter tenet̃ nec ratihabitio circa debitum deſideratur
ſed circa idebitum vt dñs teneat̃ neceſſaria ẽ ratihitio
⁊ eſt rõ. qꝛ in generali mãdato nõ ꝯcluditur idebita ex
torſio. nec aliud illicitũ. Itez ſi tutõ vel ꝓcuratõ mi
noris ſoluit idebituz nõ repetit ipẽ ſuo noĩe. ſed nomĩe
dñi. vnde ſoluerit. h. d. ẜm glo. Nõ. in gnãli mãda
to nõ ꝯtineri illicita. lz ꝓcuratõ ſit in bona fide vt qꝛ pu
tet eſſe debituz qͦd eſt idebitum bona fides procurato
ris nõ ampliat ptãtem neqꝫ excludit mãdatum quͦd eſt
notabile. Dicunt etiaz doc. ꝙ in gnãli mãdato nõ
ꝯtinent̃ ea que ſũt penalia domio. naz illicituz vr̃ qcqd
pena coherceť vt. l. iij. §. ſi procurator ꝙ quiſqꝫ iur̃. ⁊. ĵ.
de ma. te. l. teſtõ centurio hinc ẽ ꝙ in gnãli mãdato nõ
videtur mãdatum ꝙ ꝓcurator ſit ꝯtumax. vt. l. i. §. ſi pro
curator. ſi quis ius di. non ob. temp. ⁊ ſic vbi repitur. ꝙ
dñs puniatur ꝑꝑ ꝯtumaciã procuratoris hoc eſt. l̃ qꝛ cõ
tumacia ꝓcuratoris trãſit in ꝯtumaciaz dñi. qꝛ ſcit ꝓcu
ratorez ꝯtumacem. ⁊ nõ purgat ꝯtumaciam vt in. c. i. vt
lite nõ ꝯte. ⁊ nõ. i. l. fi. C. de excep. mil anone. li. xij. nõ eſt
vi mãdati. ſed vi culpe. qꝛ cõſtituit ꝓcuratorem negligẽ
tem. eſt in culpa. ĵ. man. idẽqꝫ §. ſi tutores. C. de ap. l. p̃
ſes. C. de ꝓcura. l. qui res agit. ⁊ de arbi. l. nõ diſtiguem⁹
§. pe. vel ẽ qꝛ expedit dño potius nõ defendi. ⁊ ſic ꝓdeſt.
nõ ob. eſt de ꝓcu. l. ſed hec. §. fi. Et p̃dicta ſunt vͣ. etiam
ſi ꝓcurator habeat liberam. qꝛ a gnãli arbitrio. quedaz
exceptuent̃. vt. ĵ. man. l. creditor. §. lucius facit. ĵ. d̃ ſolu.
. l. ſi his cui. §. flauius. Et iſta multo magis ſũt vera i
nũcio. qꝛ nũcius ad vnguez dꝫ ſeruarẽ ſuaz ꝯmiſſionem
ĵ. d̃ vͣ. ob. l. qui rome. §. calimacus. Sic etiã a gnãli
iuramẽto illicita exceptuãtur. C. de vſur̃. l. eos. §. i. ⁊ nõ.
ĵ. de reg. iur̃. l. nõ videtur. §. qui iuſſu. Et p̃dicta. qa
libera que datur ꝓcuratori. ⁊ arbitratori equiperãtur d̃
iur̃. om. iudi. ⁊ qꝛ in fi. Et faciunt ad. q. qꝛ lz ſit datum ar
bitratori liberuz arbitriuz. tñ eius laudum ſubiaceat eq
tati facit. ĵ. de ope. li. l. libertus pro ſocio. vnde ſi nerue.
dꝫ eniz eſſe veritati ꝯſonum. vt. ĵ. de dote. p̃le. l. theopõ
pus. hoc ꝓbatur etiam ex nomĩs interp̃tatione. qꝛ arbi
trator interp̃tatur vir bonus de arbi. l. ſi de meis. §. re
cepiſſe. qui ſatiſda. cog. l. ſi ab arbitro. id ergo debꝫ face
re quͦd nouit ſuo noĩ ꝯuenire. vt. C. d̃ offi. p̃fec. vr. l. i. vñ
debet innocẽter ſe gerere. nec facere actum rep̃heſibi
lem. vt. l. cẽte. §. i. fa. her. Sed hoſt. dicit ꝙ ſi datur ptãs
arbitratori auferẽdi de iur̃ vnius. ⁊ dandi alteri i ꝑua
⁊ magna quãtitate ꝑut voluerit ꝙ laudũ ab eo bona fi
de latũ nõ debet reduci ad aliud arbitrium boni viri ad
hoc facit de le. iij. l. fideicõmiſſa. §. ꝙ̃ꝙ̃. ⁊ ad trebel. l. lu
cius. §. fi. qꝛ eius mero nõ tñ bono ꝯmiſſum ẽ arbitrio
ꝑ vͣbum ꝑut volueris. Si aũt ꝑ dolum iudicat tunc ad
boni viri arbitriuz reduci dꝫ. qꝛ nõ ꝯtinetur dolus i gnã
li arbitrio. ĵ. man. l. creditor. §. fi. facit ꝙ nõ. C. de trãſac.
actione. Sed ꝯ hoc ãguo. tribus modis. primo ex vͣ
bis. ſecũdo ex mẽte. tertio ex iuris diſpõne. Ex ver
bis. qꝛ verba faciũt mẽtionez quãtitatis nõ quotitaꝗ. ⁊
ideo totuz ius vel quotaz ꝑtem ſimpl̃r auferre non põt
condẽnando vel abſoluendo ar. inſti. de fideiuſ. l. ſi qs
vna. Ex mente qꝛ nõ videtur ſenſuz ꝙ totuz ius vnius
tolleret. ⁊ darꝫ alteri. Sed aliqud ꝑ moduz equitaꝗ nõ
excedat. ⁊ ꝙ nõ aborreat a naturali rõne ar. C. de doꝗ
ꝓmiſſione. l. iij. nec eniz ei videtur ꝯmiſſum vt largiat̃
vel donet de alieno. d̃ donaꝗ. l. filius. ſed ꝙ pacem ꝯpo
nat etiaz aliquo dato vel adempto. ĵ. mã. l. creditor. §. i.
ad idez. qꝛ iſte actus ſil̃is eſt trãſactioni. vt nõ. in aũt. vt
diffe. iudi. §. i. ſil̃itudinarie. tñ non proprie deñ eſt ꝙ lau
dum ſit trãſactio. ſed aliquid i trãſactione venire dꝫ. l. i.
de trãſac. vnde laudũ qͦd ſimpl̃r ꝯtinet abſolutionem
vel ꝯdẽnationez nõ eſt ſil̃e trãſactioni. Et nõ. ꝙ tranſa
ctio aliqñ dicitur amichabilis ꝯpoſitõ. Inno. d̃ offi. del.
ſi qñ. ð. de trãſac. cum hij ex legali diſpõne. qꝛ nullo pcõ
põt emologari anteꝙ̃ latum ſit. C. de arbi. l. pe. accedat
qꝛ larga ptãs ei data videtur ſpe future equitatiſ qꝛ ar.
C. de nõ nu. pecu. l. fi. Itẽ qꝛ ꝑs explicite nõ ꝯceſſit
nec ſe ad ius iniquũ artaſſet. ergo implicite ꝯtineri non
dꝫ de trãſac. cuz acquilius. Itẽ nec dꝫ decipi vltra
dimidiaz iuſti pcij. C. d̃ reſcin. ven. l. ij. vnde ſi laudum i
totum ſit iniquũ ſemp reduci põt. Si aũt dolo vel lata
culpa ſit latum etiam ipẽ arbitrator tenetur nõ. in. l. fi.
C. de ꝯhen. emp. ſi meſſor. fal. mo. dixit. l. fi. C. de pac. l.
pe. Si aũt bona fide. dico ꝙ bona fides nõ ampliat ar
bitriũ ſibi datum vt hic ⁊ facit quod nõ. dy. i regula ſci
enti. Itẽ renũciatio gnãlis nõ tollit defenſiones. l.
exceptões legales legitimas. l. ſed. ⁊ ſi quis. §. queſituz
ergo nec reductõem arbitriuz boni viri cuz iſta reductõ
qñqꝫ ſit exceptio qñqꝫ actio vt. l. nõ diſtinguemus. §. cũ
qdã ñ ꝑ vͣba gnãlia nõ tollitur exceptio fũdata i nãli eq
tate vel veritate. qꝛ nãlis equitas vincit gnãlitatez vͣbo
rum. Sed i arbitrio qͦd datur iudici videt̃. ſecus vt ini
que poſſit decernere ꝑꝑ robur iur̃dictionis. l. i. ꝙ qſqꝫ
iur̃. Sed dico ꝙ illud nõ eſt vi arbitrij. vt nõ. d̃ vͣ.
ſig. l. ſepe in cle. ſed ꝑꝑ nãm iur̃dictionis. qꝛ rebus diffi
nitis ſtãdam eſt. vt ſit litium finis. C. de trãſac. l. fratris
officio ergo iudicis peteť reductio arbitrij. ſed diffiniti
ue ſnĩe nõ petitur reductio. ſed appellari dꝫ vel peti in
terduz reſtitutio i integrum ad trebel. l. ſeruo inuito. §.
cum p̃tor. C. ſi ſepius in integ. reſti. poſtu. l. i. ⁊ facit quͦ
nõ. qui ſatiſda. cog. l. arbitrio. Interduz etiaz fit re
ductio ope exceptionis de arbi. nõ diſtinguemus. §. cuz
quidaz. ⁊ ar. de excep. doli. l. i. in fi. petitio tamẽ reductõ
nis ad arbitriuz boni viri magis accedit appellatõi ꝙ̃
nullitati. qꝛ tacita ꝯdictio ſi dolus ab erit nõ facit condi
ctionez. ſed parat remediuz reductionis. vt. ff. de arbi. l.
ita demuz ſimile in arbitrio quͦd dat deus hoĩ. nam in
hoc dat vt eo recte vtatur nõ vt abutat̃. Vñ bea
tus anſelmus in libro d̃ libero arbitrio dicit ꝙ libertaſ
arbitrij eſt ptãs ſeruãdi rectitudinez volũtatiſ ad exem
plum. ergo illius liberi arbitrij qͦ datum ẽ deſuꝑ etiaz
i inferiora regulãda ſunt ⁊ iſtud ẽ equiſſimum ne latitu
do vͣborum decipiat̃ ꝯhentes. qꝛ melius d̃ amico p̃ſũ
p̃ſerũt ar. de le. iij. l. vnum ex familia. §. fi. naz etiaz vͣba
multuz lata tñ ciuil̃r intelligenda ſunt vt. ð. d̃ ſerui. l. ſi
cui. ⁊ licẽtia moderate itelligenda eſt. vt. l. de dic. in p̃n.
q ſatiſda. cog. arbitriũ. ergo datum ab hoĩe arbitrio bo
ni viri itelligẽdũ eſt. Si vͦ lex dat arbitriũ. et ã iſtõ
debꝫ intelligi ſic. vt alterius ius nõ abſorbeat de admi.
tu. l. impuberi. Et nõ. ꝙ nõ vr̃ bona fide fcũ tqñ i iur̃
eſt erratuz vt. ĵ. de vſuc. l. ſi fur. §. i. eſt eniz tũc lata clpa
que equiꝑatur malicie. l. i. §. i. ſi meſſor. fal. mõ. dixerit.
⁊ hec ſũt vera. licet aliqui ꝯdicant. ⁊ maxime qñ calum
niaz alteruter litigabat. ar. C. de ꝯdi. inde. l. i ſũma poſt
prin. ⁊. ð. ti. i. l. ij. ⁊ hoc ꝓbatur argumento fortiſſimo de
laudo arbitri cui ſtãdum ẽ. de rigore iuris niſi ꝑ dolum
latum ſit vt. ð. de arbi. l. ita demuz. ⁊. l. nõ. di. l. i. §. cuz q
dam. ergo multo fortius i arbitratore cuius deñ ẽ ma
gis reducibile ad eqtatem. Nam ⁊ iuris p̃ceptũ ẽ alte
rum nõ ledere. ⁊ qͦ p̃cipitur neceſſe ẽ ita fieri. Ita te
neo ex p̃dictis appet ꝙ nõ põt talibus pactis renũcia
ri reductior ad arbitrium boni viri. lz ſecus ſit i vͣa ap
pellatõe. cui põt renunciari. quilibet ap. li. l. i. in fi. ⁊ nõ.

de pac.l.tale.pactum.§.qui ꝓuocauit. Sed vꝫ ꝙ poteſt
ſpāliter renūciari.qꝛ poteſt renūciari exceptiōibus licet
ex eq̄tate procedant.ergo ⁊ petitōibus ſi quis cautꝫ.ſed
⁊ ſi quis.§.q̄ſitum ſo.ma.l.cuꝫ mulier.⁊ Rn̄deo ad.§.q̄
ſitum.⁊ ibi loquiṫ de exceptione.caſus fortuiti hic d̄ eo
iure qd̄ naſcitur facto quaſi mediatoris cuius fcm̄ repu
tatur eſſe fcm̄ ꝑtis eo vtentis ar.qui ⁊ a quibus.l.ſi cuꝫ
fideiꝯ.§.pe. Et ꝑdicta ſūt vera etiaꝫ ſi aditiatur iu
ramētum. Nā nō ampliat nām.⁊ iterpretatōem v̄boꝝ.

Sed circa ꝯſenſum adicit religionis vinculuꝫ.⁊ ro
bur ſm̄ Oldra.vt nō.ex.C.ꝯmo.l.i.iij.q.iiij.⁊ nō.p gl.
in aūt.ſacramēta puberum. Op.dicitur hic ꝙ ſi ꝓ
cur̄.ſoluit idebitum.⁊ dn̄s nō hꝫ ratum ꝙ procūr ꝯdicit
ꝯ ꝓcuratorem dn̄ium nō trāſtulit.ergo nō ꝯdicit ꝙ non
trāſtulit patet.qꝛ ſoluit pecuniaꝫ dn̄i ſine mādato. vn̄d
dn̄s debet vēdicare nō procūr.ꝯdicere ſicut i mutuo vt
.l.nam ⁊ ſi fur.ſi cer.pe.⁊.l.nō ois.§.fi.⁊.l.fi. vſufruc.
q̄eadmoduꝫ ca.⁊.j.e.l.indebiti.§.fi.ſo.dicit gl.ꝙ ymo
hūit mādatum quo ad alienādum.qꝛ hūit liberaꝫ vt.ſ.
de ꝓcur̄.l.procur̄.cui libera.doc.reprobant iſtaꝫ .ſo.quia
lꝫ habeat liberā nō tamē porrigitur mādatum ad ea q̄
nō ſunt de iure.⁊ ideo tex.hic requirit ratihabitōeꝫ ſm̄
bar.⁊ adde quod nō.ſ.d̄ procūr.l.q ꝓprio.§.vt i ceteris
⁊ ideo qꝛ pecunia erat ꝯſumpta vel procurator ſoluit d̄
pecunia ꝓpria.vnuꝫ tm̄ caſum ponit i quo mādatum ex
tendiṫ ad idebitum.ſ.qn̄ procūr.fuit in errore ꝓbabili.
nam etiaꝫ dn̄s fuiſſet ideꝫ facturus all'.j.de fur.l.ſi ſer
uus.§.quod vero.qd̄ nō credo veꝝ.nō ob.qd̄ nō.qꝛ ibi
mādatuꝫ erat ſpāle.hic gn̄āle ꝙ iuris iterpretatōeꝫ reci
pit. Op.ſecūdo ꝙ ēt ad ea q̄ nō d̄ iure ꝯtingat ver
ba referēda ſūt.vt.j.de dā.infec.l.damni.§.ſed qd̄ .ſo.
ibi erat diſpoſitio ꝓhibitiua.hic ꝓmiſſiua ſm̄ Jac.but.

Op.ad.§.celſuſ ꝙ procūr .nō poſſit ſolui.de pac.l.
ſi tm̄.So.ibi erat procūr.litis.i.ad iudicia hic generalis
ꝓcūr.⁊ facit.j.de pig.ac.l.ſolutuꝫ. Opp.ꝯ.§. iulia
nuſ.qꝛ ille.§.iquātum loquitur de procūre expreſſe ꝯdi
cit legi ſi procūr.in ṗn.So.l.ſi procūr.loquitur i ꝓcūr.
maioris q hꝫ liberam ꝑtātem ratificādi.⁊ nō ratificādi
⁊ hꝫ in hoc ꝑſonam habilem. Sed.§.iulianus loqtur
in ꝓcuratore pupilli vel adulti ꝯſtituto cuꝫ auc̄te tutoris
vl' curatoris qui iṗi tutori equiꝑatur.⁊ ideo querit actō
nem iṗi pupillo ar.ſi cer.pe.l.ſi pecuniaꝫ.j.e.cum idebi
tum.in prin.naꝫ ſicut factuꝫ tutoris reputaṫ factuꝫ ipu
beris ꝑꝑ pleniſſimū ius adminiſtratōis.ita fcm̄ iſtius ꝓ
curatoris i quo iteruenit auc̄tas tutoris ar.C.de veteri
iur.enu.l.ij.§.omnia. Iteꝫ pupillus ꝙ diu ē pupilluſ
nō pōt habere ratuꝫ.qꝛ nō eſt habilis ex ſe ad hūc actū
⁊ iura habil'.ſcripta ſūt.vt.ſ.de iuriur̄.l.tutor.§.ꝓdiguſ
ius.ergo ſibi acq̄ſitum iṗo iure vꝫ interim ſibi acq̄ſituꝫ
iṗo iure.⁊ in effectu.⁊ id̄ eiꝰ noie itentādum eſt.qꝛ acq̄ſi
tio facta ē licet ſit acquiſitio ꝯmutabilis ſi maior factuꝫ
reprobaret.j.e.l.fi.Sed i procuratoreꝫ maioris nō ē ac
quiſitio facta.ſed futura ſi ratificaṫ.ideo actio pendet.
⁊.j.rem ra.ha.l.cum idebitum iterim.ergo durāte mi
nori etate diuerſuꝫ ē.ſed eo facto maior ideꝫ eſt.ꝙ in ꝓ
curatore maioris.in ṗn.Alij dicunt ꝙ ſi procūr habuit
iuſtaꝫ cām ſoluēdi.qꝛ habuit iuſtuꝫ erroreꝫ.ſ.e.l.ij.⁊.iij.
tunc qꝛ repn̄tat dn̄m ar.de petiꝫ.h'di.l.ſi quid poſſeſſō
dn̄s ꝯdicit.qꝛ cogitur habere ratuꝫ ſm̄ bar.ar.cōtra qꝛ
nō eſt vtiliter ceptuꝫ nec mādatum.ergo dn̄s nō cogiṫ
ratificare ar.j.de ſolut.l.qui hoiem §.ſi nullo.⁊ d̄ neg.
geſt.l.ſi pecuniā.Sed in hoc dic.aut ꝓcūr ſoluit d̄ ꝓecu
nia pupilli.⁊ tūc aut pecunia extat.⁊ vēdicatur.aut ē cō
ſumpta.⁊ tūc ſi procūr adhibuit diligentiaꝫ poſſibilem
adhibere nō teneṫ pupillo nō ratificāte ſicut ſi pecunia
perijſſet.C.de neg.geſt.l.tutori niſi.vt cedat ꝯdictioneꝫ
indebiti ar.de ſolutꝫ.l.cum quis.§.i.de pecu .qd̄ debeṫ
aut ꝓcurator ſoluit d̄ ꝓpa pecunia tūc nō hꝫ regreſſū
ꝯ pupilluꝫ.⁊ imputet ſibi.cur.de ſuo.ſoluit niſi pupillus
retificaret.qd̄ poteſt cum auc̄te alterius tutoris ar.C.d̄
ꝯhen.emp.cuꝫ iṗe.ſed glo.ſentit hic ꝙ pupillus nō pōt
ratificare nec reprobare fcm̄ tutoris vel ꝓcūris ꝯſtitu
ti cuꝫ auc̄te tutoris.nam aut hoc facit ſolus pupillus.⁊
nō pōt.aut cum auc̄te tutoris eiuſdeꝫ.⁊ nō pōt reproba
re.nam tutor nō pōt auctorizari ꝯ id quod fecit.aut cuꝫ
auc̄te alterius.⁊ idem quod vnus tutor.fcm̄ collige iaꝫ
ꝑfectum pōt reſcindē ar.de cur̄.fur̄.l.ꝯſilio in fi.⁊ facit
quod nō.i.l.i.C.de ꝯctibus iudic.Secūdo mō ſoluiṫ ꝯtri
um vt.§.iul'.itelligatur ſm̄.l.ſi procūr.vt nō repetat mi
niſter.ſ.dn̄o ratificāte.ſed dn̄o nō ratificante ſic vt hic.
⁊ ſic nō ob.hanc opi.glo.tangit ēt bar.⁊ eaꝫ ſequiṫ.Sꝫ
tu dic.vt.ſ.ꝙ hic ponitur tertius caſus ſi i iſto iteri an
tequā dn̄s ſit habilis ad reprobādum.naꝫ primitiua ac
quiſitio facta iṗo iure minori facit actioneꝫ exerceri eiꝰ
nomie tm̄. Quero qua actōe agit procūr. dn̄o ſolu
tioneꝫ reprobāte.⁊ dic ꝙ vtili ꝯdictione indebiti ar. C.
ſi cer.pe.l.ſi abſen.ſm̄ azo.nec ob.ꝙ actus agētium nō
pariūt actōem ex id quod agitur.vt.l.nō omnis ſi cert.
pe.qꝛ illud eſt veꝝ vbi agitur ex ꝯctu.ſecus ſi ex quaſi ꝯ
ctu cōmo.ſi is qui.§.ſi libero.vel ibi quo ad directaꝫ.⁊
ordiariaꝫ actōꝫ.ſecꝰ quo ad vtileꝫ ſubſidiariā.l.ſi ⁊ me.⁊
ticiuꝫ.e.ti.⁊ dicta.l.ſi abſentis. Quero cui ꝯpetit ꝯ
dictio indebiti.⁊ dic vt in dicta glo. Quero ꝯ queꝫ
ſil'iter dic.vt in glo. Ex nō.in hac.l.ꝙ ꝑia ſūt nō ha
bere mādatuꝫ nulluꝫ vel inſufficiens. Itē nō. ꝙ ille
q promiſſit ꝙ minor ratificabit itelligitur ita ꝙ de iure
bene valeat.⁊ cū erit etatis vel poſſibilitatis legitime.
nam ille qui ꝓmittit ꝯhere vel aliquid facere. quod de
ſui natura exigit miniſteriū iuris itelligitur ſic ꝓmiſiſſe
vt de iure factuꝫ valeat.vt.j.de fideiuſſ.qui ſatis.⁊ nō.
de leg.i.l.huiuſmodi in prin.⁊.j.man.ſi mandato. §.fi.
cum ſy. Bal.

Quod indebitum. Quero q̄ ꝑs iſtius alterna
tiue eſt v̄a. Rn̄deo q̄libet eſt v̄a in ſuo caſu.nā
aut indebitū ſolutuꝫ ſua natura ꝯſiſtit in ſpē tunc iṗum
repetiṫ.aut ꝯſiſtit in pondere nūero vel mēſura tūc re
petitur tm̄dem in codeꝫ genere ſicut i mutuo debetur
tm̄dem vt.l.ij.ſi cer.pe.⁊ probatur hoc.j.de ꝑſcrip.v̄.l.
ſi opas.aut ꝯſiſtit in facto repetibili.puta in traditionē
ſpēi aliene.⁊ dic vt.j.e.l.indebiti.§.fi.aut in facto reſtia
bili.ſed nō reſtitubili.⁊ dic ut in.§.ſi libertus. Se
cūdo quero ſi ſpēs indebite ſoluta non extat an pōt ali
quid ꝯdici ⁊ videtur ꝙ nō.j.de v̄bo.ob.l.ſi ex legati cā
⁊ ar.j.loca.l.i naue ſaupbelli.So.aut iteruenit mora l'
culpa circa iteritum ⁊ tūc ꝯdicitur extimatio vt.j.e.l.in
ſūma.§.i frumēto.aut nō.⁊ tūc aut deſijt extare ꝑ ꝯuer
ſioneꝫ inutilitateꝫ recipiētis.⁊ illa vtilitas ꝯd citur.j.e.
.l.ſi nō ſorteꝫ.§.libertus.aut ꝑ interituꝫ. ⁊ tūc nil ꝯdici
tur.vt.l.ꝙ te.ſi cer.pe.nō ob.ꝙ ꝑcedens mēbrum.ſ.ad
.l.acqui.l.huic ſtipulatōi.§.fi.qꝛ ibi i petitione hic i repe
titione. Tertio q̄ro quid eſt i obligatōe ſpēi ꝑempta
poſt moraꝫ.⁊ videtur ꝙ iṗa ſpēs ſit in obligatōe.lꝫ lex
ꝑmittat peti extimatōem de v̄bo.ob.l.ſi ſtuuꝫ ſti.§.effe
ctus.Sed ibi agitur ex ꝯctu. Sed vbi agitur ex quaſi
ꝯctu vt in ꝯdictione indebiti.⁊ in oblig.⁊ in ſolutōe ē in
tereſſe dicto.§.libertus.⁊.§.in frumēto. qꝛ iſta obliga
tio ex quaſi ꝯctu eſt variabilis.Sed obligatio ex ꝯctu

q̄tum ad directaȝ obligatõem dãdi ē īuariabilis.quia mittat̾ formaȝ ꝯtus que certa ⁊ ſpecificata ē ad rem ipam. Quero an procedat iſte libellus. peto rem ſi extat al̾ peto extiatõem.⁊ videtur ꝙ nõ.qꝛ id dȝ peti ĩ libello qd̾ eſt in obligatione de ſolutꝫ.l.ſti.§.i. Sed quãtitas nõ ē in obligatione. Item libellus iſte ē ꝯdictõnalis.ergo nõ procedit de iudi.l.nõ quẽadmoduȝ. Iteȝ iſte libellus ē alternatiuus.⁊ obſcurus.ergo non procedit.qꝛ nõ eſt ſaluuȝ ius deliberatõis reo.naȝ liberatio ñ cadit bene niſi ſup certo de rei.ven.l.ſi i rem. Sed dico ꝙ iſte libellus procedit de ꝯſuetudine.⁊ de iure.vt nõ.in ſpe.de libel.ꝯcep.§.fi.v̂.hic aũt. Nõ ob. ꝙ extiatio nõ debeatur qñqȝ qꝛ cõpetit vtilis actio de equitate ar.de fur.l.in re furtiua. Itẽ nõ ob.l.nõ quẽadmodum.qꝛ iſta ē cõdictio itrinſeca ar.de ſentꝫ.l.cũ iudex.nõ aũt eſt ꝯdictionale.ſed puꝝ debitum.⁊ hic nõ ob.l.non quẽadmodum.nõ ob.ꝙ incertus .qꝛ hoc naſcit̾ ex fcõ rei.vnde nõ auffert̾ ſibi ius deliberãdi.ymo ipe auffert actori ꝙ nõ ſit certus facit quod nõ.de tribu.l.ꝙ i heredem.§.eligere. Quero an in condictione indebiti poſſit venire plusq̄ ſolutuȝ ſit.⁊ dic plus iur̃.ĩ.e.indebitis.§.fi.plus re.vt.l.in ſũma.§.pe. Bal.

Quod nomine. Exceptio tpalis vel dubia que competit ꝯ̃ efficaceȝ obligatõem nõ pit erranti ꝯdictionem indebiti.h.d. Exẽplum i exceptione q̃ dat̾ marito in beneficiũ.ſed ſi exceptio dubia vel tpalis cõcernit obligationeȝ in efficaceȝ datur repetitio.vt.ĩ.e.ſufficit ⁊ per cy.C.d̾ probatꝫ.l.exc. Sed an iſta exceptõ dr̃ dubia an tpalis glo.dicit ꝙ p̃ſumitur tpalis facit.ĩ.de mu.⁊ co.l.cura.§.difficiẽtiuȝ.Sed certe ſicut diuicie de pñti nõ p̃ſumũtur ita nec d̾ futuro ut nõ.ĩ.ſo.ma.l.ij.circa prin.de neg.geſt.l.diuortio.qui ſatiſda. cog.l.ſi v̂o §.i.unde exceptõ eſt dubia.ſed hȝ nãm tẽporalis exceptionis qui cõpetit cõtra efficacem actõnem. Sed quid ſi ē lata ſnia inſoliduȝ. Ro ſiue ſit lata ſnia ſiue nõ idem ē quia beneficiuȝ iuris tacite videt̾ in ſnia reſeruatum d̾ re iudi.l.miles.§.x.ſo.ma.ex diuerſo.§.fi.⁊ ar.ĩ.ad mace.l.eam.⁊ ſi ⁊ neutro caſu cõpetitit repetitio qd quid gl.dicit i dcã.l.ex diuerſo ſm dy. Sed quid ſi repetens dotem laborat iopia ſicut vir cuius erat rõ ꝑ̃ ferenda.⁊ videtur ꝙ repetẽtis qui certat d̾ dãno vitando.ſed bñficium lucrũ eſt.⁊ nõ eſt par ratio debita amittere.⁊ lucra nõ capere .C.de codicil̾.l.fi.⁊ ne qd̾ vni ꝯceditur alteri denegetur vt.l.aſſiduis. In ꝯ̃rium qꝛ nõ videtur meruȝ lucruȝ iſtud bñficium.qꝛ trahit origineȝ a cã oneroſa.C.d̾ impo.lucra.de ſcrip.l.i.⁊ de ꝯdictꝫ.ob cãm l.ſi donaturus.§.fi.naȝ nõ hẽret beneficiuȝ ſi onera nõ ſubſtinuiſſet.vt.l.pe.ĩ.qd̾ tu.auc.dic de hoc vt nõ. Ja.de ar.ĩ.ſo.ma.l.ſi maritus in id. Quid ſi vir non hȝ bona.ſed arteȝ vñ viuere põt dic vt ibi nõ. Quid ſi dos ē ꝯfiſcata delicto mulieris an maritus ꝯ̃ fiſcum habebit beneficiuȝ mariti dic ꝙ ſic.ĩ.ſo.ma.ſi maritus Quid ſi maritus ē ꝯfiſcatus an fiſcus hȝ beneficiũ mariti dic ꝙ nõ.qꝛ beneficiũ ꝑſonale nõ tranſit in fiſcuȝ.ĩ.ſo.ma.l.ſi marito publico iudicio dãnato.⁊ adde quod nõ.ĩ.de bonis dam.l.qnqȝ legibus. Quid ſi mulier nõ agit ꝯtra mądituȝ iopem. ſed ꝯ̃ debitoreȝ mariti vt nõ.C.de here.ac.hr̃dem mariti.ſed maritus ſe oppõit ne mulieri ſoluat̾ cũ inde ſe ali alleget dic vt.d.l.ſi maritus. Quid ſi res dotales eſſent an iſtud bñficiuȝ hȝ vir dic vt.ĩ.ſo.ma.l.filiuſfa.ibi dicitur ꝙ ſic.nõ ob.de re iudi.l.nẽſenius.§.funduȝ.qꝛ ibi ꝑ ſpõtaneaȝ ſolutõeȝ q̃ ꝑ̃ceſſerat erat renũciatum beneficio ipo facto arg.C.ad.l.fal.aũt .Sed cuȝ teſtator cũ ſimilibus. Quid ſi maritus non ſoluit.ſed ſoluere integral̾r promiſit dic ꝙ hȝ bñficium ar.ĩ.ꝙ cuȝ eo.l.ſi pater filio.⁊ ſic nõ ſũt paria ſoluere.⁊ ꝓmittere de ꝯſti.pecu.l.ꝙ ſi maritus.

Sed ibi nudo pacto promiſit inſti.de ac.§.de ꝯſtituta.ſecus forte ſi ꝑ ſtipulatõnem hoc acto.ꝙ integraliter teneret̾ ar.de v̂bo.ob.l.ſi diuortio vel forte ideo hȝ beneficiuȝ.qꝛ pacto nõ põt renũciari.ĩ.ſol.mat.l.alia.§.elegãter.⁊ ſic ſimpl̾r eſt iherenduȝ glo. Sed quid ſi ex ꝯſuetudine maritus lucrari dȝ certa parteȝ dotis an ſi promiſit integraleȝ reſtõem ꝑdit beneficium cõſuetudinis ar.ꝙ ſic de le.ij.l.nemo.§.i.ſo.aut promiſio ē relata ad ꝯſuetudinem.vt qꝛ dixit ꝓmitto ſm formaȝ ꝯſuetudinis.⁊ tũc nõ videtur renũciaſſe ar.de v̂bo.ſigni.c.abate.C.d̾ inſti.l.pe .aut ſimpl̾r.⁊ ꝑ̃ciſſe eſt facta.tunc aut ex certa ſcientia.⁊ v̂alet.aut ꝑ erroreȝ.⁊ nõ valet ẽt ſi ſit appoſituȝ ꝑ̃ceptum iudicis.ſ.ſi quis caut.l.ſed ⁊ ſi quis.§.fi. Ex̃ nõ.aliquid ꝓp inopiaȝ ꝑmitti. ⁊ facit ĩ.de ven.i poſ.mit.l.ex̃neo de colla.bo.l.i.§.ſi cũ duobꝰ ĩ.man.l.idẽqȝ.§.ſi .gnorãtes cuȝ ſilibus.⁊ facit.ĩ.d̾ reg.iur̃.l.i ꝯdemnatione. Sed pone maritus. nõ hȝ niſi vnaȝ domuȝ ꝑ̃tioſaȝ.ex qua poſſet habere tantuȝ ꝑ̃tiũ ꝙ aſcenderet ſeu ſufficeret ſibi ⁊ doti.an cogit̾ diſtrahere.⁊ videtur ꝙ nõ.qꝛ nõ qualitas rei.ſed reddituum q̄titas ꝯſideranda eſt.ĩ.de ceſſ̾.bo.l.qui bonis. Cõtrariũ credo.⁊ dico ꝯſiderari q̄titatem.ſ.ꝑ̃cij.nec eſſet bñdam rõem affectionis mariti.ſed ei ꝯſuli ne mẽdicet. ⁊ facit inſti.de actꝫ.§.fi. Bal.

In diem. Debitum ſolutum añ diem non petit̾. Sȝ an itermiſſiõȝ medij temporis cum ſit.omnino indebitũ repetitur.videtur ꝙ ſic.ĩ.ſo.ma.l.cõſtante.C.quotiens ar.ĩ.man.l.ſi mandauero tibi i prin .et.ĩ.ad.l.fal.in.l.fal.non hac. In contrarium quia ſi non repetitur principale nec acceſſorium C.de.uſur̃.l.eos.in prin.baldus.

Si is. Solutum qd̾ eſt vno reſpectu debitum altero indebitũ nõ repetit̾. Si dubitatur quo reſpectu ſolutũ ſit.⁊ ſic nõ.in reſpectu dñiam facien.

Si fundi. Repetitio vſufructus idebite ſolati trãſit ad hr̃deȝ.h.d. Op.qꝛ vſufructus nõ trãſmittitur ad hr̃dem nec actio ꝑſonalis ꝑ vſufructuȝ de nouac.l.ſi vſufructuſ naȝ ſi nõ trãſmittitur ius i re.ergo nec ius ad reȝ. So.ꝑut hic loq̃ris i vſufructuario hñte vſufructuȝ formalẽ qui cuȝ indebite ceſſit.dico ꝙ heres repetit vtiliter medij tẽporis.ĩ.de pericu.⁊ ꝯmo.rei ven.l.neceſſario.§.fi.ar.de le.iij.l.mulier.§.ſed ſi hñti.ĩ.de vſufruc.le.l.ſi vſufructus mihi i biẽniũ ⁊ prout loq̃ris in ꝓprietario tunc hr̃s eius repetit vſũfructum ipm.⁊ facit.ĩ.ſo.mat.l.vſufruc. Sed op.ꝯ̃ ꝑ̃maȝ lec.inſti.de uſufruc.§.finitur. So.quo ad vſũfruc.i ſepabilem nõ tenet ceſſio.Sȝ quo ad vtilitateȝ ſic fallit.tamen qñqȝ.naȝ etiaȝ quo ad ipm ius tenet alienatio.ſ.ſi ex noxa.cauſa aga.l.ſi cuȝ vſuff.

Sed rñde.ꝙ plus põt ſententia q̄ pactuȝ qꝛ ꝯtinet alienationem legalem. vl̾ illud quo ad vtilem vſufruc. nõ quo ad directuȝ qꝛ ius directam coheret inſepabil̾r ꝑ̃ncipaliter ipi vſufructuario formali. Sȝ quid ſi ꝓꝑ̃etarius qui ſoluit vſumfructum indebite alienauit ꝓprietatem nudam retento ſibi vſufructu an repetet vſũfructum ⁊ vr̃ ꝙ nõ qꝛ nec caſualẽ cuȝ nõ ſit dñs.nec formalem qꝛ cedi nõ põt. So. qꝛ retinuit ſibi vſumfructũ donec viuit agere põt.vt ſibi cõmoditas.⁊ poſſeſſio nãlis reſtituat̾.lȝ hoc ius ſi decederet pro tpe futuro.ad

bꝛ̄dem nõ trãſmitteret de vſufruc.§.i.cõmunia predio.
in vẽditione ita ſentit glo. Sed quid ſi vendidit ꝓprieta
tem plenã vel ſimpl'r vnde itelligitur de plena ꝓprieta
te ℞o emptoꝛ ꝯdicet ar.ĩ de ꝯ̃hen.emp.l.q tabernas
ꝙ vi aut clam l.is qui.§.ſi poſtea ⁊.ſ̃.e.l.ij.⁊.iij.

**N aturaliter.** Obligatio naturaliſ q̃ cadit in ſuum ipedit ſo
luti repetitõem.⁊ ſuſtentat acceſſionem fide
iuſſoꝛis.⁊ pignoꝛis.idem in ea naturali q̃ cadit i pupillo
⁊ facit.ĩ.de ꝯdi.⁊ demõ.l.qbus diebus.§.dñs. Nõ.
neminez locupletari deberi ex alieno veꝝ eſt ſine cã.ſꝫ
cũ cã approbata iuꝛ̃ ciuili ſic.qꝛ rigoꝛ in ſpẽ vincit eqta
tem in genere.ut nõ.dy.in.c.ij.de reg.iuꝛ̃.li.vi. Nõ.
in gl.ꝙ aliud eſt dicere habebat aliud hꝫ. ⁊ adde quod
nõ.ĩ.de ꝯfeſ.l.certum.§.i. Bal.

**I ndebiti.** Quare ꝯſumptus nõ lucra
tur cum habeat titulũ ꝓ ſo
luto.Jtez ⁊ bonam fidem. ℞ndeo tunc lu
cratur quando ex titulo reſultat veꝝ debitum.vt nõ.de
rei ven.l.ſi fructus.ſecus ſi falſum debitum . vt hic ⁊.ĩ.
e.l.ſi nõ ſoꝛtem.§.libertus qꝺ nõ. Quidã dicũt p iſtud
principiũ ꝙ ꝯdictio idebiti eſt ꝺ iuꝛ̃ gentium.ideo veni
unt nãles acceſſiones ꝙ falſũ eſt vt nõ.dy.inſti.de ac.
in princi. Bal.

**Sed et ſi nũmi.** Condictio indebiti cõ
petit ad nudãpoſſeſſio
nem idebite ſolutaꝫ.vt in primo ⁊ ſecũdo rñſo. Jtẽ
ad plenam ꝓprietatez etiãꝫ p̃ſcriptione q̃ſitam vt in ter
tio rñſo. Jtẽ ad nudã ꝓprietatem ſi vſufructus foꝛ
malis ſit alienꝰ vt i quarto rñſo. Caſus credebã me
tibi debere.x.ea ſolui ꝺ pecunia aliena q̃ꝫ bona fide poſ
ſidebam. Queritur an ꝯdicam poſſeſſionem a te rñ
detur ꝙ ſic. Sed pone poſſidebam fũdum alienũ cre
dens me tibi ꝓmiſiſſe nudaꝫ poſſeſſionez tradi.an con
dicam nudaꝫ poſſeſſionem rñdetur ꝙ ſic. Sed pone
poſſidebam fundũ alienũ bona fide credẽs eũ tibi de
bere ſolui.⁊ p̃ſcripſiſti.an cõdicam poſſeſſionez ⁊ dñiũ
rñdetur ꝙ ſic.Sed pone poſſidebam fũdum meum in
quo alius habebat vſufructũ ſolui idebite nudã ꝓprie
tatẽ.an ꝯdicã ꝓprietatez rñdetur ꝙ ſic.h.d. Nõ.ꝯdi
ctionem indebiti.lꝫ ſit pſonalis actio poſſe ꝯpetere nu
dam poſſeſſionez.⁊ nudam proprietatem.⁊ ad vtrũqꝫ.
Nõ ꝯdictionem idebiti ꝯpetere errãti in cã.⁊ dñio.
vt in primo reſpõſo i cã.⁊ nõ in dominio.vt in ſecũdo
℞nſo. Jtẽ nõ.p̃ſcriptõem ſucceſſoꝛ̃ augẽ ius auctoꝛ̃
vt in tertio ℞o. Nõ ꝯdictionez indebiti trãſferri.⁊
augeri ex cã poſſeſſionis i cãm ꝓprietatis quãdo p̃ſcrip.
poſſeſ.accedit ꝓprietas.⁊ tamẽ nõ eſt niſi vna actio nu
mero pmutata tamẽ.⁊ augmentata. Nõ.eũ q trãſ
fert cãm vſucapiẽdi etiam ipm dominiũ trãſtul ſic iple
ri.qꝛ ipletum.videt̃ fuiſſe dominiũ traditione.l.fi.ſi ex
nox.cã aga.ꝯcoꝛ.de dona.cã moꝛ.l.ſi alienaꝫ. ⁊.l.q alie
nã. Nõ.meuꝫ.⁊ tuuꝫ dici ẽt id ꝙ p̃ſcriptum eſt. nec
ob.ꝙ appellatõe dominij directuꝫ ſignificat̃. vt.l.i.§.
q ippetuũ.ſi agr̃.vecti.qꝛ iſta noia poſſeſſiua meũ.⁊ tuũ
latioꝛa ſũt.vt nõ.i.l.ij.de oꝛi ꝫ.iur.niſi quãdo agitur de ꝓ
prietatis diſpoſitõe.l.ij.§.i locum de relig.⁊ facit de.he
re.iſti.l.talem.§.vlt.vel qꝛ etiam vtile ſignificatur quan
do ꝯ̃riatur directo.⁊ eſt illud potentius.vt p p̃ſcriptõeꝫ
vt hic qꝺ nõ facit qꝺ nõ.dy.de excep.rei iudi.l.ſi mater
§.eãdem i fi. Op.ꝙ ꝯdictões debeant itentari ad
dãdum vt inſti.de act.§.appellamus. So.illud eſt veꝝ
attenta gnãli cã ꝯdictioniũ.tamẽ iterdum etiaꝫ poſſio
ꝯdicitur vt hic.⁊.ĩ.de tritica.l.ij.⁊ ꝯdict.fur.l.⁊ ideo.§.

neracius.ſicut petitur p iterdicta inſti.de iterdic.in pꝛ̃.
vel iudicis offõ vt.ĩ.de dona.l acqlius. Op.ꝙ poſſio
nõ ꝯdicatur.ĩ.e.l.ſi i area.ſo.ibi nõ erat poſſeſſio ſepata
a re debita vel a domino nõ repetitur vt ibi a tertõ ſic
vt hic vtraqꝫ ſolutõ ẽ vera.qꝛ paſſiue nõ repetitur a do
mino.ſed actiue ſic. Opp.qꝛ p̃ſcriptõ ꝯfirmat ius p̃
ſcribentis.ergo.aut nõ ꝯuenitur.aut nõ hꝫ exceptõem
dolo facis.So.veruꝫ eſt ꝙ tenet̃ p̃ſcribẽtem ꝯ̃ dominũ
ſed nõ ꝯ̃ repetẽtem p ꝯdictionez idebiti. qꝛ ab eo habꝫ
cãm lucratiuam.⁊ reuocabilez. Nam idebitum tenere
lucruꝫ eſt.⁊ facit.l.ſi alienaꝫ.⁊.l.q alienaꝫ. Opp.ꝙ ẽt
vſufructus repetat̃.qꝛ etiam ꝺ vſufructu tertij poſſeſſoꝛ
nõ hꝫ ius excipiẽdi.℞ndeo nõ excipitur de iuꝛ̃ tertij.ſꝫ
qꝺ ſibi nõ fuit traditus vſufructus.vnde erroꝛ non leſit
ſoluẽtẽ i poſſeſſione nãli.ſed i proprietate.⁊ ciuili poſſeſ
ſione ar.ĩ.de ꝓcuꝛ̃.l.q proprio.§.item que.⁊ ꝯdictio ide
biti reꝯ̃hit̃ iſti. qbus modis re ꝯ̃ ob.§.is.quoqꝫ. Op.
ex̃ ad p̃mũ reſpõſum.qꝛ ꝓ recuperanda poſſeſſiõe rei
mobilis nõ competit poſſeſſoꝛiũ.ĩ.de acq.poſ.reꝫ que
nobis.So.veꝝ eſt ꝙ non competit iterdictũ.vt ibi. ſed
aliud remediũ ſic vt hic.⁊ in.§.neracius. Op. ꝯtra
p̃m reſpõſũ.ĩ.e.ſꝫ ⁊ ſi.§.cũ iter.So.ibi excedit termioſ
ꝯdictõis idebiti.⁊ ideo ẽ ꝯdictio icerti. Op. ꝯ̃ tertiũ
reſponſũ.ĩ.de vſuca.l.ei a quo.ĩ. euict.de.l.ſi rem. So
lutio ibi non habet in dominio cauſam acquiſitionis a
tradente hic ſic ⁊ facit quꝺ nõ.ſ̃.de procuꝛ̃.l.qui pro
prio.§.item queritur. Opp.ꝯ̃ quartum ℞nſum qꝛ licꝫ
quis habeat nudam ꝓp̃etatem.tañ hẽt beneficiũ cau
ſalem habitu ex vi propetatis.lꝫ actu.i.functione ſit pe
nes alium.nam natura vſufructus ẽ inſepabilis aptitu
dine a propetate .lꝫ actu ſeperet̃. ergo nunq̃ꝫ ẽ poſſio
nuda ſemp inherente vſufructu cauſali.℞eo ymo nuda
ẽ ⁊ nego ar.qꝛ oĩo ſepatus ẽ vſufructus foꝛmal' a ꝓp̃e
tate vt.ĩ.de vſuc.l.iuſto.§ .mutat vl' ꝯceſſo eo hẽt. locũ
rõ de vſufruc.cãli noie nõ re.⁊ vtilitate. Querit gl.
ponamus ſolui tibi.x.idebite de pecunia aliena.tu con
ſumpſiſti vel pdidiſti queritur.an repetere poſſim.⁊ vr̃
ꝙ nõ.qꝛ traditio recte.⁊ determinate pecũie erat i obli
gatione.⁊ i reſtõne.⁊ quãdo eſt hoc ꝙ vel obligatio de
terminet̃ ad certũ qd in ſpẽ vel reſtõ determiet̃ ad cer
tuꝫ tp̃s ibi iteritus liberat debitoꝛez vt.ĩ.loca.i naueꝫ
ſauphelli ad idẽ.ĩ.e.l.ſi nõ ſoꝛtem.§.libertus. Jtem tu
nõ es locupletioꝛ.ergo nõ teneris.ĩ.e.l.i ſũma. §. pen̄l.
Jn ꝯ̃rium videtur ꝙ ꝯdicatur quo ad nudã poſſeſſio
nez tñdem in genere quia repetitio foꝛmaꝫ.i.cõmoduꝫ
ſolutõis ſequituꝛ lꝫ nõ locum.ĩ.e.l.i ſũma. §.pe.qui loco
certo.qꝛ re ꝯ̃hitur ut in.§.is quoqꝫ.So. ibi accipiens ꝯ
ſumpſit ſuo facto reꝯſciliatuꝫ eſt idebitum ꝯſumptõne
⁊ tenet̃ ad tñdem dãdum in eodẽ genere ar.ſi cer.pe.
.l.ſi filiuſ.⁊.l.nõ omnis.§.fi.de fideiꝯ.ſi qs.ꝓ eo.§.ſi nũ
mos.Si ꝟo caſu cõmiſit puto eũ liberatũ.qꝛ nil ſibi ad
eſt ar.ĩ.e.ſi nõ ſoꝛtem.§.libertus. Sed iuxta hoc q̃
ro qd eſt fauoꝛ foꝛmal'r in obligatõe anteq̃ꝫ ꝯſumatur.
℞ndeo retradicio poſſeſſionis illius pecunie in ſpẽ.Sꝫ
poſtq̃ꝫ ẽ ꝯſumpta noua renaſcitur obligatio ad tñdem
in genere.⁊ genus eſt i obligatõe ſub foꝛma dandi non
ſub foꝛma.nude retraditõis.qꝛ hoc nõ repitur i obliga
tione generis ꝙ ad nudam poſſeſſionez agatur facit ꝙ
nõ.de le.i.l.ſi domus.§.ſi ꝺ euictione.Sed quõ genus
põt eſſe in obligatõe.cum genus nihil ſit.niſi qꝺdam i
tellectuale. ℞ndeo iſtud intellectuale ẽ in foꝛma obli
gationis.ſed in executõe obligatõis deuenitur ad ſpẽꝫ
ſub ꝯpendio gnãlis termini ꝯtenta de le.ij.l.meuius.§.
duobus.l.iij.qui ⁊ a qbus que ſpẽs cuꝫ ſoluit̃ genus dr̃

ſolui.qꝫ repñtatur i qualitate ſpẽ.l.i.ſi cer.pe. Sꝫ q̃ritur an p̃ſcribens poſſit vel repellere agentem ꝑ exceptionem dolo facis vel ſolutum vẽdicare.⁊ videt̃ ꝙ ſic qꝫ dñs.nam dñs omnibus p̃ferendus eſt de ꝑuil.cre.ſi neuter.§.in bonis.glo.dicit ꝯ͂ꝛium. nam excipere ſi pót quãdo indebituꝫ reddat vt hic.⁊.j.e.l.iterduꝫ nõ.⁊ poſt ꝙ̃ reddidit trãſtulit dñium.⁊ ſic nõ poteſt vẽdicare nec luget ꝑpterea ſuaꝫ negligẽtiam.⁊ uigilleꝫ poſſidendi curam.qꝫ in hoc ab agẽte nõ hꝫ titulum.⁊ cãm vt hic.vñ qui p̃ſcripſit nõ dicitur hẽre titulo p̃ſcriptõis dñiuꝫ. nã p̃ſcriptõ nõ eſt titulus.ſed effectus tituli.vnde orta eſt ⁊ a quo p̃tenditur titulus ab eo.⁊ videt̃ pretendi p̃ſcriptio.vt hic cum ſilibus. Sed pone tradidi nõ nudã ꝑp̃etateꝫ.ſꝫ plẽaꝫ poſſeſſioneꝫ.ticio rei mee quo ad proprietateꝫ ſey quo ad ius vſuf.q̃ritur an ꝯdicam a ticio nudam ꝑprietatem ⁊ ꝯſentire ciuileꝫ poſſeſſioneꝫ an ẽt naturaleꝫ.⁊ videt̃ ꝙ ciuilem iur̃ proprietatꝭ.⁊ nãlem iur̃ poſſeſſionis de ciuili ꝑ finem iſtius.l.ḋ naturali.ꝓbatur in prin.§.⁊ ſic due erũt ꝯdictiones idebiti itentande a me vna iure reſpectu ꝑprietatis.alia facti reſpectu poſſeſſionis.nã cã poſſeſſionis dicit̃ eſſe facti.qꝫ plurimum facti ꝯtinet.l.ij.ſi ſerui.ven. Sed dico ꝙ nõ itento niſi vnicaꝫ ꝯdictionem que iuris ẽ.⁊ ꝯſecutiue ad eam venit nãlis.⁊ ciuilis poſſeſſio reſtituẽda.nam totuꝫ hoc ẽ vi ꝑprietatis.vt.ṡ.de rei ven.l.fruct⁹. Sed põe tradidi nudaꝫ ꝑprietatem.⁊ nudam.i.ciuileꝫ ſolã poſſeſſionem. Sed is cui tradidi expulit nãlem poſſeſſioneꝫ an ego agaꝫ duobus iudicijs ſucceſſiuis. vno quo repetã proprietateꝫ altero q̈ mittẽteꝫ al̃ quo itentem negatoriaꝫ glo.dicit ꝙ ſic.qꝫ in nãli poſſeſſione reus nõ hꝫ a me cãm.⁊ ideo nõ venit i ꝯdictionem idebiti.ſecus i nãlem ꝑ iuris occaſioneꝫ.⁊ nõ ꝑ facti expulſioneꝫ eſſet cõſecutus.puto mortuo fructuario.qꝫ tũc etiaꝫ nãlis veniret in ꝯdictione idebiti.Ar.huius.l.pe. Ro ciuilis eiꝫ q̃nqꝫ trahit ad ſe naturam de acqui. poſſeſ.l.ꝙ ſi nolit.

Sed pone tradidi tibi indebite nudam ꝑprietateꝫ cum ciuili poſſeſſione tu expuliſti emphiteotaꝫ egi ꝯtra te ꝯdictione indebiti reſtituiſti mihi directaꝫ ꝑprietatẽ ⁊ ciuilem poſſeſſioneꝫ.ſed nãlem retinuiſti.volo agere ꝯ͂ te negatoria.an poſſim.⁊ videtur.ꝙ ſic.qꝫ quãtuꝫ ad te ꝑtinet liberuꝫ dñium hẽo.ſi ſerui.ven.loci corpus.§.cõpetit. Item ſicut ḋ vſufruc.tercij poſſeſſor.nõ hꝫ ius opponẽdi ita nec ḋ emphiteoſi ar.de rei ven.l.fructus in glo. Item ſi vnus p̃ſcribit vtile dñium is ſolus hꝫ exceptõem.nam ꝯ͂ quẽlibet aliũ poſſidẽtem ꝑprietarius põt expiri.C.de p̃ſcrip. xxx.an.l.ſi quis ẽptionis.

In ꝯ͂ꝛium.qꝫ exceptio dñij eſt exceptio realis.ſꝫ exceptio vſufructus ẽ ꝑſonalis ergo realis exceptõ a quolibet obici poteſt vt.C.ḋ ſeruis fug.l.cum ſ. ruum.nam obſtat ar.de vſufruc.alia rõne.qꝫ vſufructus cãlis ẽ ſemper ꝑprietati ꝯcretus ſaltim velate.⁊ ideo ꝯ͂ terciuꝫ datur negatoria.ſed dñium vtile nõ eſt annexum directo dñio ymo ſub ſuis nominibus nõ cadunt in codeꝫ.l.Si heres ad trebel. So.glo.tenet ꝙ põt obicere reus de vtili dñio.tercij ſicut ḋ directo.ſed nõ de vſufructu formali.qḋ eſt notãdum. Sed verius puto excipiẽteꝫ nõ audiri.qꝫ directum dñium ſufficit ꝯ͂ eum ſi iure dñij ꝯueniatur lꝫ qdam tertius habebat vtile dñium. ar.C. de noua.l.iij.⁊ quod nõ.ṡ.de pac.l.ſi cũ empt̃.tũc eni ḋ iure tertij põt reus principalis obicẽ qñ illud ius ẽ tale quod ꝓhibet itentioneꝫ agẽtis poſſe fundari.⁊ tũc ẽ potius negõ.ꝙ̃ exceptio.Secus ſi nõ ꝯtinet defectuꝫ fundamẽti dicto.§.ꝯpetit.ymo etiaꝫ ſi ille tercius ꝯſentireꝫ nõ poteſt ḋ eo opponi niſi cederet iura poſſeſſori.j.de ꝯpen.l.in rem.§.fi. An aũt ille tercius poſſit ſe opponere dic ſi iudiciuꝫ tangit cum quo ad p̃iudiciũ generãdum.tũc tercius hꝫ ius opponẽdi in ꝑſonam.⁊ in totũ principale.j.ſo.ma.l.ticia.⁊ nõ.in l.ſi ſuſpecta ḋ ioſſi.te.⁊ facit.j.ad trebel.l.facta.§.bonoruꝫ.⁊ hoc de iure ciuili. Sed ḋ iur̃gentiuꝫ tercius ñ habꝫ ius opponẽdi.j.de poſi.l.bona fides.⁊ hoc tam i ciuili ꝙ̃ i criminali cã.vt nõ.in.l.ij.ṡ.ſi ex noxa.cauſa aga.ſi autem iudiciuꝫ non tãgat ip̃m terciuꝫ.tũc ſecus vt dicta.l.in rem.§.fi.facit C.de teſti.aũt.ſi dicatur.adde tñ ꝙ omnis ꝑſona que uenit ex trãſuerſo ſemꝑ debet venire corã iudice cauſe dicit Inn.ḋ maio.⁊ obe.hũiliſ.Item adde ꝙ ꝑſona ueniens ex trãſuerſo nõ eſt citãda.ſed preiudicat ſibi ſola ſcia niſi poſtꝙ̃ ſe cõſtituit in iudicio aduerſariuꝫ ḋ re iudi.ſepe. Querit glo.an ꝯdictio an nudaꝫ poſſeſſiõeꝫ detur dño q errauit i dñio dic ꝙ ſic. qꝫ ꝯdictio idebiti. hoc caſu dat̃ domſo regulariter contra.vt.l.ſi.vſufruc. quemadmodum ca. Bal.

# Sub condictione.

Solutũ pendente ꝯdictõne repetit̃.i.producit̃ reductio ineſſe.tñ reſoluitur.ſi ꝯdictio extet idem i die incerta.an ⁊ qñ.Si aũt certa eſt dies vel ꝯdictio nõ naſcitur repetitio nec ꝑducitur ꝯdictio ieſſe.qꝫ neceſſaria dies vel neceſſaria cõdictio nõ ſuſpẽdit.ſed ꝯdictio de futuro ꝯtingenti nõ hꝫ iſe exiſtendi certitudineꝫ.ideo obuiat natiuitati obligatõnis.h.d.cuꝫ duobus ſequẽtibus. Et nõ.ꝙ triplex eſt ꝯdictio neceſſaria.⁊ ſi ſol orit̃ impoſſibilis vt ſi nõ morieris.⁊ media q̃ habet ſe ad eſſe officiuꝫ ꝯdictionis eſt ſuſpẽdere natiuitateꝫ obligatõis actionis.nõ ꝑfectus.j.ḋ pici.⁊ ꝯmo.rei ven.ſi i vẽdictione.⁊ eſt ratõ .qꝫ interim nõ ꝯcludit peticio.rõ vel ar.qꝫ.ar.de neceſſario nõ ſumitur ex ꝯtingẽti. Sed obligatio neceſſitatis vinculuꝫ eſt.j.cõmoda.l.in ꝯmodato.§.ſicut.⁊ ideo nõ infert ab eo aliter poterit ſe habere.C.ḋ proba.l.nõ nudiſ.⁊.l.neqꝫ natales.nam vt ait placeñ.in ſũma ſua. in ti.de actj. memini.⁊ meminiſſe iuuat me ſcripſiſſe i ſũma.quam mantue ꝯpoſui ꝙ actio nihil aliud ẽ ꝙ̃ ratio ſubicit̃.vt fundetur petitio ꝓbetur petitoris intentio nihil aliud ẽ hic rõ.ꝙ̃ arg.erit vt id qḋ petitur fiat.Ecce eni dicit qs redde cẽtum que mihi debes quare.qꝫ tibi credidi. certe ſufficit iſtud vt reus ꝯdemnetur niſi inficiet̃.tũc eniꝫ niſi ꝓbauero abſoluetur.uel niſi accipiat.vl̃ qi excipiat ergo nõ abſurde dici põt ꝙ actio ſit arg.hoc ille ꝙ non ſoluat̃ niſi ꝑ iterpretatõem vel exceptõem vel quaſi fꝫ placeñ.⁊ alibi i ſũma ſua inſti.ḋ iuſti.⁊ iur̃ dicit ius quoqꝫ dr̃ inſtꝭ vel forma petendi vt actio eſt ius. ⁊ rõ quaſi rata ſit dr̃ ibideꝫ.ſi ergo ẽ ratio iterim. nec rata. nec ꝯcludens ẽ.⁊ ſi dicamus ꝙ actio ſit arg.i intellectu.qa intellectus ſilogizat.hoc modo ꝯ͂xi.⁊ debes.ergo ſolue ſiue ꝙ ſit arg.l.deductõ i iudicio.⁊ ſiue ꝯſideramuſ actõnem ꝑut eſt in ſui ſubſtãtia.ſiue ꝑut eſt in exercitio.naꝫ codeꝫ modo exercet̃ quo eſt ſicut vbi in ore codẽ mõ ſe hꝫ quo ſe hꝫ in itellectu ḋ ſuppelec.le.l.labeo.§.idem tab.ſemꝑ tñ ꝯcludere debet.⁊ ideo ſi nõ ꝯcludit nõ eſt ar. Et dicitur actio inepta qḋ poteſt eſſe vel qꝫ ꝓponitur incõpetenter.l.i.§.i.ſi meſſor.fal.mo.di.vl̃ qꝫ incõpeten.l.q̃ſitum qñ actio de peculio ẽ annalis.quo caſu error põt corrigi ꝑ ſniam abſolutoriã.qꝫ reſpicit ieptitudinem petitionis vt ibi pꝫ.quḋ ẽ nõ. Siue ꝙ actio ſit obligatõis vigor productus ſiue ꝙ actio ſit i obligatiõe ſicut potẽtia i aĩa ſemꝑ tamen neceſſe ẽ dr̃e interi nõ naſci.qꝫ nõ habet cãm naſcẽdi.⁊ ubi cã nõ eſt nec ḋfect⁹ de pac.l.iur̃ gen.§.i.nam ordine naſcendi ſemꝑ cã prior

debet eſſe q̄ effectus officiũ modi quale ſit in ꝯtibus innoiatis dixi.ſ.ti.ij.l.ſi pecuniam.ꝛ pȝ i.l.ex ꝯplacito i vltimis volũtatibus pȝ de ꝯdic.ꝛ demõ.in glo.rubrice ꝛ.l.q̄b⁹ dieb⁹.§.ſi.offm̄ rei certe cũ certitudie ē obſtat petitioni ſi opponatur.ſed nõ natiuitati actionis vt.l.certi ꝯdictio niſi dies ſit de natura actionis.qꝛ efficacius ſuſpendit quod nãliter ineſt.vt.l.iuſ gen.§.q̄ nymo õ pact.ſm guil.tũc obligatio naſcitur iterim nõ actio.ſed accipitur.ſicut fetus añ ꝯcipitur q̄ naſcatur.ergo ſ.p.ĩ.ſol.ma.l.ſi ꝯſtãte.§.quotiens. Officiũ diei icerte.an ꝛ qñ ē ſimĩle officio ꝯdictionis de ꝯdic.ꝛ demõ.l.dies icertus Si aũt ē certa dies.an ꝛ nõ qñ.aut opponitur ſup obligatione trãſmiſſibili ad ſucceſſores.ꝛ naſcitur interim obligatio.ſed forte nõ naſcitur actio.vt in hoc deferat a die omnino certa vt.C.de ac.vt here.ꝛ ꝯtra.h̄.l.i.qꝛ ratio ꝑtinet ad neceſſitatẽ ꝑſtationis. Sed retentio naſcitur ope exceptionis ſi nitatur traditione ut hic.aut ſup obligatione nõ trãſmiſſibili.ꝛ tũc nec obligatio naſcitur de ꝯdi.ꝛ demõ.l.heres meus.qꝛ talis dies in relatione ad obligatõem cauſat omnimodã icertitudĩeȝ in eius obligationis exiſtẽtia vt h̄ quãdo inſeritur ipſi legato. Sed ſi poſt in alia oꝛone adhuc ideȝ videtur de ꝯdi.ꝛ demõ.l.quibus diebus.§.quidaȝ.ſed illud quãdo eſt ꝯdictio expreſſa.ſecus in die incerta.ut nõ.C.quãdo dies le.ce.l.ex his vbis.ſ dic ut nõ.ĩ.ad treb.l.ſeyuſ ſaȝ ibi nõ.glo.q̄ dies certe etatis iſertus poſt legatum pure relictum a principio nõ facit ꝯdictioneȝ.ſed dies mõtis ſic.qꝛ icertioꝛ eſt a principio vo inſertus uterqȝ facit ꝯdictionem niſi ꝑſumatur ex affectione ad legatarium q̄ teſtatoꝛ noluerit facẽ cõdictionem.ꝛ illam glo. bene nõ.ꝛ hoc tenet cy.in dicta.l.ex his in fi.ꝛ facit. qꝛ dies ſtatim appoſita ineſſe uidetur ut.l.lecta. De officio autem tacite ꝯdictionis dic aut ē tacita.ꝛ neceſſario ineſt nam ꝛ impedit obligationem naſci.ut nõ.de pac.l.Itȝ qꝛ aut ficta.ꝛ interpretatiua.ꝛ legalis.ꝛ iſta ꝯdictio non eſt ꝯdictio.ſed modificatio naſcẽtis actionis de arbi.ita demũ ibi ip̄o iure naſcitur actio nõ in effectu. Et ſciendum ē q̄ ip̄o iure dr̄ pluribus modis ꝑmo mõ ip̄o in re ꝯſtitutionis.unde ſnĩa ex inordinato proceſſu redditur nulla ip̄o iure ꝯſtitutionis ut.l.ꝑlatam. Secũdo ip̄o iure.ſ.trãſfuſiõis.vnde nouatio fit ip̄o iure.de pac.l. Si vnus.§.pactȝ. Tertio modo ip̄o iuř liberationis vnde acceptilatio liberat ip̄o iure ibidem. Quarto modo ip̄o iure.ſ.exceptionis.vnde compenſatio fit ipſo iure.ſcilicet exceptionis quod nõ eſt de natura aliaꝝ exceptionũ vulnerant eniȝ petitioneȝ nõ interimũt fũditun.vnde alie exceptiones poſſunt excludi p replicationem.ſed nõ exceptio ꝯpenſationis.ſicut nec acceptilatõ patitur replicatõem acceptilatõis ar.dicti.§.pactus ne peteret.v̄.ſed ſi pactum. Quinto ip̄o iure cuiuſubet etiaȝ ex̃iudic alis acq̄ſitionis de iniuſto teſtõ.l.filio.l.ij.ſi ager.vecti.i glo.qꝛ talia iura agnitioneȝ requirũt non vt ſint.ſed vt eſſentia effectuȝ habeãt. Sexto iure ip̄ſo.i.ope.legis vel ope ꝑtoris viui õ ꝯdi.inſti.que ſub cõdictione.§.ſi.l.i.C.de theſaur.li.x.ſi dicimus quaſdam reſtitutiões ip̄o iure indulgeri q̄ nõ deſiderant factuȝ ꝑtoris viui.ſ.vt ſint licet deſiderent vt exerceantur.vt.l.metuȝ.§.volenti.ſ.q̄ metus cã de nõ.op.nũ.l.de pupillo.§.ſi is cui. Septimo dicitur aliq̄d ip̄o iure nõ eē q̄ñ nõ eſt productuȝ nec i bñ eſſe.nec i eē.quo ad natiuitatẽ vt hic.ꝛ õ vbo.ob.l.x.cũ obligatõ eſt nata.q̄rit̃ vbi ſit.i.quis locus eius.ꝛ que ſedes eius.an i debitoꝛe.an i creditoꝛe an in re debita .dicit placen. i ſuma de obli. q̄ aſ.inquiret. Sȝ ego dicõ q̄ oblĩo ꝑſonalis ē ſicut caracter nec ſitualiter fundat̃ in re de iudi.l.fideicõ.§.tractatum .ſed i ꝑſona relata ad debitoꝛem dicit̃ oblĩo relata ad creditoꝛem dicit̃ actio ꝑm pe.an.l.edita. Sȝ ego dico q̄ inter ꝯcum ꝛ actioneȝ eſt ius medium.q̄ radicat̃ in creditoꝛe actiue ꝛ dicit̃ ius creditoꝛis ꝛ relatum ad debitoꝛem dicit̃ obligatio ꝛ fundat̃ i eo paſſiue . Unde ius creditoꝛis ꝛ oblĩo debitoꝛis vnum ius ē q̄ fundat̃ in vtroqȝ termino qꝛ coꝛrelatiua ſunt.l.fi.de accepti. Officium ꝯdicionis que extitit ſed incertuȝ ē.an extiterit nõ impedit ꝓuiſionem legalem de ꝯdi. ob cãm .l.ſi.pecuniam.§.ſi ſeruum .qꝛ legi certa ſunt oĩa de iudi.ſed ſi reſti.in fi.ſed iudicis actum ꝛ officium bñ impedit ni.i liquidet̃ de ver.ob.ita ſtipulatȝ.poſt ꝑn.C.de ꝯpen.l.ſi.cuȝ ſy. Ex ꝑdictis apparet quedam eſſe ꝛ effectuȝ habere q̄dam ip̄o iure non eſſe. ſed nõ hñtia plenuȝ effectum.ꝛ iſta q̄ effectum nõ ſoꝛtiunt̃ quodãmodo ſunt.ꝛ nõ ſunt.ꝛ adde.q̄ dicam.ĩ.e.l.iulianus. Sȝ q̄ritur an exñtia ꝯdictionis obligatoꝛie faciat ip̄o iure ceſſare ꝯdictionem indebiti.an ope exceptionis. ꝛ videtur q̄ ope exceptõis.qꝛ ip̄o iure obligatio nata tolli nõ poteſt niſi ſolutione renouatõe acceptilatione nõ cauſe ceſſatione de excep.doli.l.ij.§.circa.nam poſtq̄ obligatio eſt nata.ꝛ radicata ē.licet eniȝ reducatur ad nõ cãm tñ mero iure durat obligatõ.q̄ ſine natura nõ hȝ fines ꝑpetuos.de ac.ꝛ ob.l.obligationuȝ fere.§.placet.ꝛ ar.ĩ.de ꝓo.ſtip.l.valerianus. Sed ego credo q̄ ip̄o iure.qꝛ nõ ſolum ceſſat cauſa.ſed res. Naȝ idebituȝ fit õlictum ꝯdictione extante.vnde nomẽ indebiti abolituȝ eſt.nec ē in reꝝ natura. Effectus ē magnus.q̄ quãdo actio eſt ſublata ip̄o iure põt recipeř fomentũ ſicut nec homo moꝛtuus.ſecus ſi nõ ip̄o iure.vt homo vulnerat⁹ vt dicto.§.pactus. Iteȝ qꝛ in exceptõibus deſideratur factuȝ opponẽtis.vt inſti.de repli.in pꝛ n. Sȝ cuȝ actio ip̄o iure nõ tenet ſupplet iudex nõ excipiẽdo.quia exceptio nõ cadit hic nec nullitas.aut nõ.C.õ tranſac. vbi pactuȝ.qꝛ actio ineſficax ꝯcludit iudici.ꝛ ꝑti. ȝ non opponat exceptõem. Sȝ petitõ nulla non concludit iudici nec ꝑti.ȝ nõ opponatur.qꝛ nõ poteſt probari nec fulciri v̄itate obligatõis.ꝛ i oĩbus q̄ non concludũt iudici.iudex ex offõ ſupplere poteſt. Si autem cõcludũt iudici.ꝛ non ꝑti ibi opus eſt exceptõe.ꝛ ſunt verba Ja. butr.i ſiľi i.l.edicta actõ i lectura. Interdum tamẽ illud q̄ eſt nullum pro aliquo habetur vt quando nõ poteſt opponi.vt nõ.de ma.te.q̄ habebat facit de exceptȝ.cum eccleſiaſtice.vt puta i cõtracta ſimulato.C.plus valere quod agitur.l.emptȝ.nam nullus eſt.qꝛ obligatõis deficit ſubſtãtia.i.pꝛenius.tamen ſi ſit renũciatum exceptõi vel ſtatutum prohibeat opponi de ſimulatõe id quod ē nullam mandabit̃ executõi ſic.C.de edic.diui.adri.tol.l.ij.qꝛ eſt nullitas delata vbi aũt aperta eſt nullitas vľ calũnia iudex ſupplet ex regula generali.l.illicitaſ i ꝑn. de offi.ꝑſi.ꝛ facit quod nõ.de bonis liber.l.q tamen.§.ſi patris.ꝛ p Inno.i.c.i.de offi.vica.glo.h̄ dicit q̄ dies icertus futuraꝝ nuptiaruȝ habetur ꝓ condictõe ꝛ facit i aũt.de ſan.epis.§.ſed hoc preſenti quãdo dies le.ce. nec ſemel.§.ſi i habitatõne.C.de nuptȝ.l.ſancimus dixi i.l.ij.ſi cer.pe.ꝛ hoc quãdo fit mẽtio tp̄is cum nupſerit. ſi võ fit mentõ cauſe.ꝛ nõ tẽpoꝛis.vt pro dote.tũc dic q̄ promiſſio itelligatur.ꝯdictõalis.ſed legatum itelligitur modale.de ꝯdi.ꝛ demõ.l.ticio centum.§.i.ꝑm quoſdã qꝛ legatum itelligitur i vi modi nõ vi condictõnis arg. de alimẽ.lega.l.lucius. Bal.



**l pene.** Lex penaliſ nõ tollit obligatõeȝ naturalem.facit.l.ij.i fi. q̄ q̄ſqȝ

iuris hoc eſt.nõ.⁊ eſt argumen.ꝙ ex delictis nõ oriať obligatõ naturalis ſicut nec tollitur obligatõ naturaľ ꝺ hoc nõ.inſti.de iure naturali.§.ius aũt gentium.facit.ĩ.depoſi.l.bona fides. Sunt aũt quatuor delicta.ex qbus oritur actõ ciuiľ penaľ.ſ.furtum rapiſa iniuria.⁊ dãnum datuꝫ.ex aliis lꝫ oriatur actõ ciuiľ.ſed concernũt reꝫ familiarem ⁊ ſic ꝑuatum crimen.vt nõ i.l.fi.de ꝑua. dlic. ſecus i public.crĩbus de ṽbo.ob.hec ſtipulatõ niſi i crĩe falſi ut.l.q noĩe de fal.tamen tũc actõ ciuiľr mouenda eſt mere ꝑſecutoria ſaluo ꝙ i metu vbi ex poſt facto fit penaľ.l.ſi cum excep.§.ſatis.ꝙ metus cauſa q̃ actõ in delictis oritur ex ciuili obligatõne ad penaꝫ cohoperãte nãli nec iuř maleficioꝝ.qꝛ pene maleficiorum ſũt de iure ciuili.⁊ alij dicunt ꝙ oritur obligatõ naturalis ut ś.de iſa.l.ſeruus.ꝙ ſic probatur ſeruus ex delictis.obligatur de ac.⁊ ob.l.ſeruus non i omnibuſ.ſꝫ hoc nõ põt eſſe ciuiľr.qꝛ nõ cadit ciuiľ obligatõ i ſeruum ergo naturaľr.ſed hoc nõ poteſt eſſe niſi oriatur obligatõ naturalis.ergo ⁊c̃. Et ſi dicas quare inducitur naturaľ.⁊ ñ tollitur naturaľ. Rndeo facilius ẽ inducere q̃ tollere. qꝛ inducere nõ hꝫ ꝯrium.ſed tollere ſic.vnde ſnĩa iducit actõꝫ.tamẽ nõ caꝫ preciſe tollit.ſed elidit.ĩ.e.l.iulianus ⁊ nõ.hanc.l.pro bãnitis qbus nõ datur audientia.qꝛ ex hoc nõ ꝑdunt nãlem obligationem. id autẽ tñ ꝑdunt quod lege cauetur.⁊ nõ plus.qꝛ bãnum eſt ſtricti iuris ut nõ.cy.C.de herc.inſti.l.i. Dicitur autẽ bãnuꝫ quatuor modiſ.ꝑmo.i.vox ꝑconis.vt in aũt.q ſemel.ſecũdo .i.mulcta nõ.C.de modo.mulc.l.i.de ven.inſpi.l.i.§.ꝙ ergo.C.de ſuſpec.tu.l.preſes.tertio ãnotatio bonoꝝ.l.i. de regr.reis quarto.i.exilium.vnde exules dicunť banniti vt nõ.de ꝑuiľ.credi.cognitõem. Et ſunt proprie ex bãniti illi qbus ius propriuꝫ illius ciuitať nõ patrocinanť.vt i aũt. Item nulla cõitas.hij ſunt ex ꝓtectõnem cõis vt nõ.cy.C.de nãli.li.l.eius.⁊ ſi ciuitas eis in dixit eis bellum ſunt quaſi hoſtes de capi.di.l. amiſſione.§.q defi.ibi ꝑ cy.i additõnibus.⁊ per cy.C. de accuſa.l.reos.ſed de iure cõi exbãniti nõ pñt ꝺ iure offendi niſi ſit etiaꝫ diffidati ut nõ.i.x.colľ.hic finitur.l.e.i.nec etiaꝫ expulſi de ciuitatibus vel cõfinati poſſunt offendi.naꝫ mathematici debent de ciuitate expelli.C.de eꝑali.audi.l.mate.⁊ tamẽ nõ poteſt impune offendi.ſed tñ capi.⁊ ꝑſentari iudici.ut.C.de male.⁊ mathe.l.fi.⁊ expellitur.qſ de ciuitate tribus ex cauſis.ſ.rõne delicti. rõne ſuſpitionis.⁊ rõne morbi.ut in leproſis.vt in aũt. iuſiurãdũ qꝺ ꝑſta.ab his.§.fi. Et nõ.ꝙ quãdo offenditur qui põt offendi de iure nulla naſcitur obligatio.qꝛ nõ dꝫ eſſe ꝺlictuꝫ.de alea.l.i.§.ꝙ aũt.C.de his qui ad eccle. ꝯfu.l.ſi ſeruus ar.nõ.C.ꝙ me.cã.l.accuſationis ſiue ſtatutuꝫ promiſſoriuꝫ diſponit ſuꝑ facto ꝑmittendo fieri ſiue ſuper pena prohibẽdo imponi.ſiue ſuꝑ exercitio.qꝛ ꝓuideat reddi ius. Uel dic hoc ultimo caſu obligatõeꝫ naſci. Sed nõ itentari ope exceptionis ut.ĩ. ad mace.l.i.⁊ facit qꝺ nõ.C.de iſa.de cuř.⁊ ibi dicit Ja.ꝙ differẽtia eſt vtrũ ſtatutuꝫ diſponãt ſuꝑ iniuria.an ſuꝑ pena. an ſuꝑ exercitio.⁊ uide bar.de fideiꝯ.cum lex in ſua lectura.

Illud tñ nõ.ꝙ licet i ꝯctibuſ ꝑſcriptio.i.lapſus ꝑfixi tꝑis a iure nõ tollat nãlem obligationeꝫ. ut nõ.in.l.reꝫ ra.ha.tamẽ ſecus in delictis ubi ꝑſcriptio iꝑo iure iterimit obligationeꝫ.qꝛ lex dicit eam aboleri i totum ut.ĩ.de iniuř.ſed ſi vnus. §.ſi ante.unde in criminibus exceptio ꝑſcriptõis ẽ exceptio itentionis ⁊ facti nõ actõnis Que nõ eſt iꝑo iure qꝺ nõ.

**Quãuis.** Nõ.ꝙ etiã debitum repetitur ſi a nõ debẽte ſoluatur.h.d.

**Si duo.** Plures rei i debendo nõ intelligunť plures rei inſolidum repetẽdo. Sed quilibet repetit ꝑtem idem i reo.⁊ fideiuſſore.ſed i alternatiua ꝯuertitur ellectio ad recipiẽtem. qꝛ obligatio alternatiua ſiue in petendo ſiue i repetendo itelligitur eẽ i dimidia hoc dicit vſqꝫ ad.§.cum inter in.l.ſed ⁊ ſi me putem infra eodem. Bal.

**Sed ⁊ ſi me putẽ.§.Cũ inter.** Quando plus ẽ in iure que ſoluiť q̃ debeat eſſe ⁊ illud plus ꝯcernit totam rem hẽt locum cõdictio icerti ⁊ ẽ nouum ⁊ idirectum genus repetitionis qꝛ repetiť res nõ ꝑncipaliter ꝓpter ſe ſꝫ ꝑꝑ aliud ⁊ vt ita dixerim exceptio fit actio. ⁊ ideo nõ habet locum ꝯdicio idebiti qꝛ nõ repetiť ẽ debitum .ſ.iꝑa res . Item nõ põt repeti ſeruitus qꝛ nõ eſt ſoluta ſeruitus ſed plus libertate ſolutum ẽ ⁊ agiť ad rem iꝑam vt metu reſtitutiois reimponať ſuitus ſic eꝯ.qñ aliqd deeſt iuri rei qꝺ reſpicit totam rem tota res petitur vt nõ.dy. de le.i.l.huiuſmodi.§.edes ita cum plus ẽ tota repetiť.vt ſit ſaluũ ius exceptio.vel dic ꝙ directo agitur vt ſeruitus imponať ad quod cõpetit icerti ⁊ ꝯdictõ indebiti nõ cõpetit.qꝛ iſta ẽ noua petitio nõ repetitio.⁊ vt ita dixeriꝫ inſtituit nõ reſtituit ſiľe.ĩ.ad velľ.l.quãuis.§.ſi cuꝫ eſſeꝫ ⁊ hec vera.qꝛ tex.dicit iſta agi.vt ſeruitus ꝯcedatur.vñ libellus ẽ formãdus ſm ṽba legis. Nõ.ꝙ idebitum quo ad ſubſtãtiam ꝯdicitur ꝑ ꝯdictionem idebiti vt toto hoc ꝯctu.ſed debituꝫ quo ad ſubſtãtiam idebitum quo ad qualitatem ꝯdicitur ꝑ ꝯdictõem icerti vt hic. aut ergo ꝯdicitur ſemꝑ quid alia ꝓpter quid .aut ꝑꝑ quale.

Nõ.ſecũdo ꝙ ṽbum cedatur aptať ad ius. qꝛ ius ẽ i obligatione.l.ſeruitus. Op.libertus fundi eſt ꝺ ſoluta ſine cã.ergo ꝯdicitur ꝑ ꝯdi.ſine cã vt.ĩ.de ꝯdic.ſine cã.l.iij. So.iohes ꝯcedit ꝙ agitur condictione ſine cã.⁊ ita hic exponit ꝙ incerti nõ ſit actõis titulus.⁊ dicit incerti ꝯdictio.i.ſine cã.que icertuꝫ datur ſm Jo. Op. ꝯ hoc qꝛ debet agi ꝯdictione idebiti.ś.e.ꝙ idebitum.rñdeo illud ẽ verum qñ agitur ad certuꝫ.ſecꝰ qñ agitur ad icertum ſm Jo. Opp.tertio ꝯ hoc qꝛ leges debent ſituari in proprio tractatu.vt nõ.ĩ.e.l.fi.ĩ.e. Sꝫ iſta nõ eſt ſituata in ꝯgruo tractatu.qꝛ debuit ſituari.ĩ.ꝺ cõdictione ſine cã ex quo de ea tractat. Rndeo ꝯgrue ſituatur.qꝛ de idebito tractat.ſed ſm Jo.has oppoſitões formabat.Jo.ſibi iꝑi. Sed azo.opponit alr. qa ꝯdictio icerti eſt ꝓprium nomẽ actõis.⁊ ꝯpetit ad icerta vnde videtur obſtare.ĩ.de ac.emp.l.ſ. tibi libeꝝ. ꝑterea .l.iij.de ꝯdi.incerti nõ cogit nos dr̃e.ꝙ ꝯdictio incerti ñ ſit propriuꝫ nomẽ actõis. Preterea habemus legeꝫ exꝑſſam ꝙ eſt actio ꝑ ſe hñs propriuꝫ nomẽ ⁊ ꝑriamqꝫ nãm.ĩ.de ꝯdi.fur.l.⁊ ideo.§.fi.⁊.ĩ.e.qui exc.§.ſi ps.⁊ ꝺ le.i.l.ꝙ ſi nulla.⁊ ideo.Jo.in arbore debuit facere cedulã propriaꝫ de iſta ꝯdictione lꝫ nõ fecerit. Quid dicẽdum.dico ꝙ opio.Azo.i hoc eſt verior.ſ.ꝙ ꝯdictõ icerti ſit ꝓpriuꝫ nomẽ actionis.⁊ dico ꝙ in caſu iſtius.§.cõpetit ꝯdictio q̃ vocatur incerti.⁊ facit. ĩ.depoſiti. l.penul.

Op.⁊ videtur ꝙ ad icertum agatur ex ſtipulatu. vt inſti.de ṽbo.ob.in ꝑn.So.cum icertuꝫ debetur ex ſtip. hic cum ſine ſtipulatõe. Item op.agẽ ad nudam poſſeſſionem ẽ agere ad icertum.qꝛ hꝫ locum cãm facti nõ iuř.l.vbi aũt.§.id qꝺ.⁊ tamẽ agitur ꝯdictione idebiti vt .ś.e.l.idebitum.§.fi.ergo ⁊ hic dꝫ agi ꝯdictione indebiti dixit Jo.ꝙ ꝯdictõ indebiti nõ dať ad incertum.rec ob.ꝙ deť ad nudam poſſeſſionem.naꝫ.⁊ hec certa eſſe videť ꝑ relationeꝫ ad ſolutõem.vnde naſcitur.ar.de ṽ.

ob.l.triticum.⁊.l.certuȝ.ſi cer.pe.hoc nō placet.qꝛ actio
q̄ ꝯtinet factuȝ.⁊ nō ius.nō dr̄ certa.nec ꝯpetere ad in
certuȝ.vt nō.in.l.certi ꝯdictio.in prin.ſi cer.pe.alias ſeq̄
retur.ꝙ poſſit agi certi ꝯdictione.An nudam poſſeſſio
nem quod eſt falſuȝ.⁊ adde quod nō.j̄.de acquir. poſ.l.
rem que nobiſ.⁊ ideo ſolue ꝙ in.§.ſi nūmi.repetitur id
ꝙ ſolutū ē h̄ nō petitur id quod ſolutuȝ nō eſt. qꝛ eſt ſo
luta libertas.⁊ ꝯdicitur ſeruitus quod ē ꝯtra notiſſimoſ
terminos ꝯdictiōis indebiti. Ex̄ op.ille qui petit ſer
uitutem imponi petit dari.vt.l.iij.§.dare de vſufruc.⁊
ſic ius.ergo certum ēt.l.vbi auteȝ.§.fi.de v̄bo.ob.ergo
⁊c̄.de vſufruc.ea.re.l.tribus.ergo nō dȝ agere ꝯdictiōe
icerti.ſed certi.l.certi ꝯdictio. So.nego hoc qꝛ agens
ad ſeruituteȝ ꝯſtituēdam agat ad ius merū ymo mixta
petitio ē iuris.⁊ facti.qꝛ agit ad ꝯtinuaȝ pacientiaȝ.C.
de vſufruc.l.corruptione de v̄bo.ob.vbi aūt.§.fūdi cer
ti.⁊ nō.e.ti.l.ij.⁊.l.pluribuſ.§.⁊ ſi placȝ.qꝛ nō pōt plene
tradi a principio.⁊ ideo licet vbi dari ꝓprietatem eſt in
obligatōe nō ſuccedit re extāte obligatio ad intereſſe
tū̄ ſecus ſi datio ſeruitutis ſiue ſit in petitiōe ſiue in re
petitione ita tenet hic glo.ſm̄ Jo.qd̄ eſt nō. Op.ꝙ
agatur ad ſeruituteȝ ꝯdicione indebiti vt .s̄.e.l.ſi fundi
mei.So.ibi in vſuf.qui ē pars dn̄ij. Item ibi vſufruct⁹
fuit ſolutus ⁊ vſufructus repetit̄ hic diuerſum ymo ad
uerſum ab eo quod fuit ſolutum .⁊ ſic ē hic repetitio p
ꝯ̄rium. Quō an iſta ꝯdictio incerti ſit generalis vbi
cunqȝ incertum repetitur ſine ſtipulatione.an v̄o ſit ſub
ſidiaria.⁊ non competat niſi in caſibus exp̄ſſis in iure.

Rndeo qn̄qȝ ꝯdictio incerti pōitur pro nomine actō
nis qn̄qȝ nō. Primo caſu eſt generalis ⁊ competit
qn̄qȝ ad rem qn̄qȝ ad poſſeſſioneȝ.qn̄qȝ ad detentioneȝ
ad rem.vt cum rem repeto vt expēſas retineaȝ. j̄.e.l.q
excepti.§.ſi pars ad poſſeſſioneȝ ut cum creditor agit in
certi ꝯ̄ furem.vt in.§.neratius.Ad detentiōem ut cum
agitur incerti ꝯ̄ ꝯmodatariuȝ uel depoſitariuȝ quādoqȝ
ꝯpetit ad ius ſeruitutis ut hic.⁊ de ac.emp.l.ſi tibi libe
rum qn̄qȝ competit ad cautōem ꝯdicendam ut.s̄.de uſu
fruc.ear rer.l.hoc ſenatus. Interdum i proprie pōi
tur ꝯdictō icerti nō pro nomine actōis.⁊ tūc nō eſt que
renduȝ de ea qualis ſit cum nec ſit actio p ſe. nec adie
ctō ut.l.tribuſ.de vſufru.ear rer.l.fi.C.ſi qs in ius uo.
nō ierit.Bar.dicit ꝙ incerti condictō eſt actio ſubſidia
ria que nō concurrit.cum alia.ſicut enim nō ꝯcurrit cuȝ
actione ex ſtipulatu.ita nec cum illa actōne. Sed gl.
tenet ꝯ̄rium i.l.ſi tibi liberum.⁊ hic.vnde. Ego dico ꝙ
ē ex varijs figuris cār.⁊ oritur ex prouiſione legali.⁊ ꝯ
currit.qn̄qȝ cum alia.vt ecce cum ypothecaria.lut dicta
.l.⁊ ideo.§.fi.⁊ cum actōe ex teſtō.in.l.tribus.⁊ cū actō
ne ex vendito.vt.l.ſi binar de ſerui.vr.predi.nec aliqua
lex dicit ꝙ ſit ſubſidiaria.tū̄ condictō idebiti nō ꝯcurrit
in caſu nr̄i.§.⁊ ratio eſt ꝓpter nām ꝯdictioniſ idebiti ut
s̄.dixi. Item cum rei uēdicatione nō ꝯcurrit niſi con
tra furem vſuf.quēadmoduȝ ea.ſi vſufruc.noīe.⁊.l.fi.cū
ſilibus. Cōcluditur ex p̄dictis ꝙ icerti ꝯdictō.iterdū̄
ꝯ̄bitur ex maleficio.iterdum ex errore ſoluētis.l.ex qua
ſi ꝯ̄ctu.iterdum ꝯcurrit cuȝ actione ex ꝯ̄ctu.qn̄ iure ꝯ̄ct⁹
poteſt obmiſſum ſuppler quō recipienti icūbebat dicta
.l.ſi tibi ar.ꝯ̄.j̄.ſo.ma.l.ſ·pr̄ ignorans quedāmodo.ergo
gn̄alis eſt iſta ꝯdictio.Sed quādo actio icerti ponit̄ pro
actione p̄ſcrip.v̄.quādo hȝ originem ex ꝯ̄ctu innoīato
de pac.l.iur̄gētium.§.i. Ex̄ op.ꝯdictio icerti ꝓponit̄
ꝯ̄ furem i ſubſidiuȝ ꝯdictōis furtiue vt.l.⁊ ideo.§.neraci
us.ſed fur tenetur ad certuȝ inſti.de ac.§.ſic itaqȝ.ergo
ꝯdictio icerti datur ad certuȝ quod impleat ꝯdictioneȝ

So.ymo datur ad poſſeſſionē que plurimū facti habet
⁊ ſic icertum dr̄ peti ſm̄ glo.⁊ adde quod dixi.s̄.ſi cer.
pe.l.ſi qs nec cāȝ.§.res pignori. Ex̄ nō. ꝙ quādo ſol
uitur idebitum tria dantur remedia.i.ꝯdictio idebiti.qn̄
eſt indebituȝ in ſubſtātia cōdictio incerti. quādo eſt ide
bitum in qualitate.⁊ p accidenſ condictio ſiue cā ſiue in
ſubſtātia ſiue in qualitate.hn̄t enim ſe actus agētiū ali
quid.ſicut ſeia.nam ſicut vnūqōqȝ ſemen producit fru
ctum iuxta genus ſuū nec unuȝ genus gignit alter ſic
nec vrſus leonē.ita ꝯ̄ctus in quaſi ꝯ̄ctus.⁊ delicta. ⁊ qī
delicta ſe habent ſicut ſemina generātia obligationes.
⁊ actōes ſub eodem genere.nam ſub diuerſo genere n̄
eſſet generare.ſed degenāre de pac.l.ſi vnus.§.pactus
v̄.ſed ſi pactuȝ ⁊ aliquid negocij apti.nati ad actionem
ꝓducendam geri oportet vt actio oriatur.j̄.e.l.ſi i area.

Ex̄ etiam nō.ꝙ obmiſſuȝ p viam exceptōis pōt peti
p viaȝ actionis facit cōia p̄dio.l.ſi i vēditione. ⁊ ſic exce
ptō actōeȝ parit de iuriur̄.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori ⁊ hoc quā
do exceptio obmittit̄ i ꝯ̄ctu vel i diſtractu. Si aūt i
iudicio tūc exceptio nō pit actōeȝ vt.j̄.man.ſi fideiuſſor
§.in omnibus.Sed ſi ex eodeȝ facto a principio oritur
actio.⁊ exceptio obmiſſa vna via pōt altera via itentari
j̄.de compenſa.l.ꝙ in dieȝ.§.ſi rōem.Si aūt nō fuit ob
miſſum.ſed obiectuȝ.⁊ ꝯ̄ ꝓnūciatum aut exceptio non
fuit diſcuſſa.⁊ pōt actio intentari ꝙ ſentētia lata in in
cidenti de qua nō fuit plene cognituȝ nō officit actioni.
d̄ re.iudi.a diuo.pio.§.ſi ſup rebus.aut fuit plenarie di
ſcuſſa.tūc aut actio mouetur ſup eodē.⁊ obſtat exceptō
dicto.§.ſi rōneȝ.aut ad alium effecū ꝯſecutiue natuȝ.⁊
nō obſtat exceptio.qꝛ nō eſt eadeȝ res d̄ euic.ſed ſi exce
ptio. Pōro ſi exceptio nō ſtat p ſe vt exceptio pacti
⁊ p̄ſcriptionis obmiſſa euictione dari nō pōt niſi i caſi
bus vt nō.de iur̄.⁊ fac.igno.l.i.de neg.ge.l.ſin aūt. §.fi.
⁊ ar.de excep.rei iud.l.ſi in iudicio. Bal.

Eleganter. Trāſactio nulla vel iper
fecta nō impedit repetio
nem ſoluti.h.d.Et nō.ꝙ aliud eſt hēre tracta
tum ⁊ colloquiū de ꝯ̄hendo.aliud ꝯ̄here.⁊ hoc pȝ.quan
do vēditur res eccleſie vbi tractatus dȝ p̄cedere ꝯ̄ctum
⁊ eſt actus diſtinctus vt in aūt.hoc ius porrectum.⁊ fa
cit.l.vlti.de p̄dijs curial̄. Hic quero an iudex appella
tionis poſſit mādare trāſactioneȝ exceptioni dic vt.s̄.d̄
pac.l.tale pactuȝ.§.qui ꝓuocauit. Quid i iudice dele
gato dic vt ibi.⁊ p Inno.de off.del̄.ſi quādo. Et nō.
ꝙ ſnīa omnia vincit nec ſubmouetur p trāſactionē ſi li
quida eſt ſnīa in iure.⁊ in facto.§.ſi poſt.Et vr̄ p hoc ꝙ
nō valeat cōpromiſſuȝ poſt rem iudicataȝ etiam ſi renū
cietur ſnīe vt nō.C.de trāſac.ſi diuerſa vel vſui eius.C.
de pac.l.pacta nouiſſima.⁊ confirmatur.ꝙ nō pōt ꝓnū
ciare ꝯ̄.l.i.qn̄ prouo.nō eſt neceſſe.Sed illud idem ergo
nō eſt arbiter.qꝛ cogitur dr̄e certā ſnīam de arbi.l.qua
leȝ.ſed ibi loquit̄ de coactōe hominis.nō de coactione
legis.vide Inno.de offi.del̄.ſi ꝓ debilitate. In ꝯ̄ri
um videtur.qꝛ ſnīe poteſt renūciari de pac. iur̄gentiuȝ
§.ſi paciſcar ne iudicati agaȝ vt nō.in.l.acta de re iudi.

Preterea etiaȝ ſine renūciatione valet ꝯpromiſſuȝ
ſi prima ſnīa fuit ꝯdemnatoria.ſecus ſi abſolutoria .vt
nō.de exp.rei iudi.l.duobus ⁊ p guil.⁊ cy.in.d.l.i.in adi
tionibus.naȝ coram arbitro poteſt opponi exceptio ſi
cut coraȝ iudice.vt.C.de pac.l.ſi quis in ꝯſcribendo.qa
de incidenti ⁊ mergēti ſine quo cā principalis agitari n̄
pōt dȝ cognoſcere.⁊ iudicare vt.l.qualeȝ.§.diē de arbi.
So.aut ꝯpromittens renūciat iuri ꝯteſtationis. i.legi.
prime qn̄ prouo.nō eſt ne.⁊ nō valet renūciatio.aut iur̄

ꝑtis.i.ꝑci'e ipi ſñie tũc valet renũciatõ.⁊ valet ꝯpromiſ
ſum ſi nõ renũciat diſtingue inter actorez.⁊ reuz dcã.l.
duobus ⁊ hoc etiaz ſi in arbitratorẽ ꝯpromittat᷑. ⁊ ſi di
catur iſtud ꝯpromiſſum ẽ cõmoda trãſactio.ergo nõ va
let vt hic.℞ndeo nõ eſt mera trãſactio.⁊ hoc eſt veruz
qñ per nouũ ꝯpromiſſum fertur noua ſñia. Sed per
vnũ.⁊ idem ꝯpromiſſum nõ pñt ferri dne ſñie ꝯrie.licet
data ſit poteſtas arbitro ſepius laudãdi qui illud intel
ligitur ſup diuerſis caplĩs nõ ꝙ poſſit eſſe ꝯrius ſibiipi
vt nõ.j.pro ſocio.l.in ꝓpoſita.nam ex quo.primo pronũ
ciauit res eſt facta certa.⁊ ideo nõ durat ſup eo ãp'ius
ꝯpromiſſum ꝺ arbi.l.q arbiter. ⁊ qꝛ ꝯrietas erubeſcen
da eſt.l.eos ꝺ modo mulc.⁊ iõ nõ ꝯgruit bono viro.⁊c̃.

**Si quis poſt.** Ualet ſnĩa lꝫ petitor ſit in
dolo.⁊ exceptio trãſactiõis
oppoſita añ litẽ ꝯtj.impedit ꝓceſſum.⁊ ſi poſtea ſupue
niat põt opponi ad reliquũ proceſſuz. ⁊ ſiue reus oppo
ſuerit exceptõem ſiue nõ valet ꝯria ſnĩa tamẽ qȯ noĩe
trãſactionis dedit ꝯdicit ſimul aũt exceptio.⁊ ꝯdictio ñ
datur.h.d. Et intellige ꝙ libellus erat oblatus.naz
añ porrectuz libellum nulla exceptio põt proponi.dicit
Jnno.de procũr.ꝯſtitutj.⁊ hoc in cã principali. ſed in cã
appellationis põt eam itroducere.etiaz nõ oblato libel
lo ab appellante .qꝛ in cã appellationis non requiritur
libellus dicit Jnno.de offi.dele.cũ ꝯtingat.ſed appellãſ
nõ poteſt itroducere appellatõem ſine libello. vt nõ.ij.
q.vi.ſi quis in glo ordinaria.⁊ ipſa appellatio habetur ꝓ
libello facit quod nõ.ex̃ ordi.de appel.l.ſcio. Simile
alibi dicit Jnn.ꝙ reſcriptuz habetur pro libello.ꝺ elec.
dudum ꝑ Jnno. Tria nõ.ꝑmo ꝙ exceptio q̃ appoſi
ta impediret ꝓceſſum obmiſſa nõ reddit iudiciuz nullũ
ſm Ja. Idez dico ſi non fuit obmiſſa a pte.ſed obie
cta.nõ tamẽ admiſſa p iudicez.qꝛ valet ꝓceſſus ar. ꝺ cõ
pen.ꝙ in diez.§.i. Secũdo nõ.ꝙ ad hoc vt exceptio
impediat ꝓceſſum dꝫ opponi añ litj ꝯtj.vt in lr̃a ibi duz
dicit volenti litez ꝯteſtari. Si aũt opponit᷑ poſt litj
ꝯtj.aut ſupuenit poſtea.⁊ põt opponi ad ipediẽdum reli
quuz proceſſum vt hic.⁊ ar.C.ꝺ ꝯſor.eiuſdez litj.l.ij.aut
ſupuenerat añ.⁊ tunc nõ poteſt opponi ad ꝓceſſum ipe
diẽdum.⁊ eſt rõ.qꝛ quãdo opponitur ad impediẽdum ꝓ
ceſſuz dꝫ opponi in forma.⁊ tpe declinatoriaꝝ ſm Ja.

Tertio nõ'ꝙ excluſus tpe ab vna via opponẽdi põt
opponere eãdem exceptõem alia via.vñ excluſus p litj
ꝯtj ab opponẽdo exceptõez trãſactionis ꝯ proceſſũ põt
opponere in factuz principale.i.in forma peremptorie.

Sed quid ſi eſſet excluſus renũciatione.vt qꝛ oppo
ſuit in forma declinatõie.⁊ renũciauit ei.℞ndeo aut re
nũciauit ipi exceptioni.aut mõ opponẽdi.primo caſu ñ
auditur ar.C.de fide inſtru.l.iij. Secũdo ſic vt hic.⁊
ſic vr̃ ꝙ ple ſit excludi repudiatõẽ.ꝙ̃ tpe facit.C. ꝺ iu
re deli.l.ſuũ.alibi ſunt pia.vt.j.de iniuſ. ſed ſi vnus.§.
ſi ante.Alibi plus ẽ excludi tpe ꝙ̃ repudiatõe.j.ad tre.
.l.facta.§.ſi qs bonoꝝ.⁊ adde ꝙ nõ.ſ̃.de neg.ge.ſi ego.

Sed quid ſi eſſet excluſuſ pronũciatõe.qꝛ fuit exce
ptũ p moduz emergẽtis.⁊ pronũciatur fuit p iudicẽ nõ
debere admitti an poterit ratificari p moduz ꝑempto
rie.⁊ incidẽtis.dico ꝙ aut fuit plene cognituz de emer
genti rite oppoſita.⁊ ꝑiudicat i incidenti.aut nõ fuit di
ſcuſſum.⁊ tũc nõ ꝑiudicat ar.dicti.§.ſi rõez.⁊ ex̃ ꝺ teſti.
.c.veniens facit qȯ nõ.Cy.in.l.ꝑſcrip.mãdatorũ.⁊ ſi di
catur ſi nõ fuit diſcuſſuz nõ valet proceſſus.vt ex̃ ꝺ iudi.
exhibita accedat quod dicit Jnno.ꝙ iudex cui nil ꝓbat᷑
nil mãdare põt de ſen.exe.c.ſolet.in fi.Sed illud nõ de
omni mãdato itelligẽdum eſt.ſed de mãdato ꝑſtatõnis

Sed certum ẽ ꝙ reſcriptuz habetur pro libello.ſ. ꝙ tẽ
nor libelli debet fundari ſup forma reſcripti. Jtez ha
betur pro libello ſupplicatorio nõ ꝯuentionali de i ius
vo.l.libertus.℞ndeo ꝙ ordo ꝑuerſus circa ꝑparatõia
iudicioꝝ nõ reddit iudiciuz nulluz.qꝛ nec dum eſt iudiciũ
⁊ incipit i ꝯteſtatione litis.fallit quãdo exceptõ reſpicit
iuriſdictionẽ.qꝛ niſi ſibi liqueat an ſit iudex nõ valet ꝓ
ceſſus vt in ꝯ.qꝛ ꝙ̃diu iudex dubitat ꝺ fundamẽto.i.de
iuſ.non debet procedere.ſed ſupſedere vt nõ.Jnno.de
offi.del᷑.cum iniuſ.quod ẽ veruz ſi dubitat ꝺ iuſdictõne
ꝑncipali.ſecus ſi dubitat ꝺ iuſdictione acceſſoria vt de
iuſdictione ꝓrogata.ff.de iudic.l.ij.§.i.⁊ proceſſus alias
nõ valeat nullis receptis ꝓbationibus ſup emergenti
probatur ex̃ de ap.ex pte.M.⁊ facit.C.de ꝓcũr.ita de
muz.⁊.C.de dilla.a ꝑcedente.nam interlocutorie nõ re
quirunt ordinem iudicioꝝ vt precepta iudicũ vt.l.ait pre
tor.§.ꝑmittitur de minoꝝ. Sed in pricipali nõ valet
diffinitiua obmiſſo medio.i.nõ diſcuſſo de iuſ ptium.⁊
nullis factis ꝓbationibus vt nõ.de ꝯſti. eccleſia ſancte
Marie.⁊ i.l.prolataz'⁊.ij.q.i.c.nos i quęꝙ̃.fallit i nota
rio vbi valet ſnĩa nullis receptis probationibus vt nõ.
Jnno.ex̃ de elec.venerabilem. Sed qd de exceptõe
rei iudicate.an oppoſita poſt litj ꝯte.impediat proceſſuz
⁊ videtur ꝙ ſic.qꝛ reddit iudiciuz retro nulluz vt.l.i.C.
qñ prouo.nõ eſt ne.⁊ ſic ſupuacuo procedi nõ debꝫ quȯ
videtur veruz ſi ſnĩa ſit liquida.⁊ certa facit quod nõ.i
.l.naz poſtea.in prin.de iuriuſ.Alij dicunt ꝙ nõ.qꝛ non
reddit iudicium nullum .ſed ſnĩa ex prima iſtantia ſm
Ja.ibi i lec. Sꝫ pone ꝙ poſt lite ꝯtj. ſuperuenit exce
ptio.nõ tamẽ fuit ſtatim oppoſita ne ꝓcederet᷑.ſed fuit
proceſſum ſup vno caplõ an poterit opponi ne ꝓcedat᷑
ſup alio dicit Ja.ꝙ q̃dam ſunt exceptões q̃ ſepius na
ſcunt᷑.vt exceptio ꝙ ne reddatur ius.⁊ tunc põt oppo
ni ad alia capitula ar.nõ.C.de anna.excep.l.i.⁊ de vſu
fruc.accreſ.l.i.q̃dam q̃ ſemel tm̃ naſcunt᷑. ⁊ tũc in prio
ingreſſu debet opponi.nõ poſtea.qꝛ proceſſus iudicij eſt
indiuiduus ar.de iudi.l.ſed ⁊ ſi ſuſcepit fam.her.l.i hoc
iudicio ſm Ja.bu.quod nõ.⁊ facit.C.de iura.calũ.l.ſi ꝓ
pe.finẽ ibi i prima poſt hãc.l.ingreſſi ⁊c̃. Ex̃ nõ.ſnĩaz
latã p dolũ agẽtis valere ſic.j.man.ſi fideiuſſ.§.in om
nibus. Sed oppo.ille qui dolo agit erripit pretori
ergo nihil agit vt.j.de fal.l.ſi quis obrepſerit. Solu
tio ibi obrepſit falſificando acta cauſe de iure fiſci.
.l.in fraudem .§.quotiens vl᷑ mentiendo circa acta cãe
Sed in iſto .§.nõ erat funditus falſum qȯ allegabat᷑ i
facto ⁊ tenebat᷑ exꝑmere defenſionem aduerſarij nec
inſtruere iudicem ꝯ ſe .nec etiam inſtruere ſuum aduer
ſariuz vt.l.i.§.i.de libe.agno.ymo ⁊ qui funditus caret
actione tam̃ vincere põt p ſnĩam vt.l.cum putarem fa.
herciſ de peculio. l.eo tpꝛe .tñ vbi ẽ cã funditus falſa.
duo remedia ſunt.ſ.appllõnis ⁊ reſtitutionis q̃ ſiml᷑ na
ſcunt᷑ ⁊ obmiſſa appllõne põt peti reſtitutio qꝛ fuit a ꝑn
cipio longioris vite vt nõ.de acquir.here.l.ſi is ad quẽ.
⁊ ad treb.l.ſuo inuito.§.ſi ꝑtor. ſecus ſi reus ſuccubuit
qꝛ nõ appoſuit exceptionez .nam negligenti nõ compe
tit reſtõ in integrum.l.nõ enim quibus ex ca. ma. ergo
omiſſio excepõis ipedit reſtõem nõ obmiſſio appellatio
nis i ſpiritualibus.tamen vt dicit Jnno. obrepticia ſen
tentia non tranſit in rem iudicatam de elec . quia pro
pter per Jnno. Jtez opp.ꝙ actor non dicatur i do
lo niſi reꝰ excipiat quia ſicut actio nõ itentata nõ ipedit
iudicium vt.j.de inſti.l.hẽbat ſic nec exceptio nõ oppoſi
ta etiam probata nil opatur niſi opponat᷑ vt nõ.in.l.ſi
vnus .§.pactus in glo.i opponẽdo .ſ̃.de pac. So .lꝫ nõ

opponat᷑ actori ẽ in dolo qꝛ venit ꝯ͂ fidem ꝓmiſſionis nõ tamẽ excluditur niſi opponat᷑ vel niſi calũnia ſit euidens.qꝛ defenſio notoria non indiget adminiculo exceptõnis ar.nõ.de bonis.lib.l.qui cũ maioꝛ.§.ſi pr̃is.ꝛ ꝑ Jnno.i.c.i.de offi.vica.tunc enim repelitur actõ vi doli nõ vi exceptionis. Ego dico.ꝙ hic eſt neceſſaria exceptio.nec iudex ſupplet ne auferat electionẽ reo.ut ħ i fi.ꝛ.l.reſcriptũ.§.ſi pacto. Sed quid ð dolo iudicis ð ſimplici dolo.nõ ð iudice coꝛrupto.Rndeo ſi ſciens in nõ legitimã ꝑſonaꝫ fert ſniam eſt ip̃o iure nulla vt nõ.ſ.de procũr.ſi procũr.abſentꝭ.Jtem ſi ſciens fert ſniam in nõ ꝯtumacem vere vel iterp̃tatiue.vt in v̂bo detẽtũ vt nõ.de re iudi.l.q̃ſitum.Si aũt alias eſt in dolo.ſi quidem ꝑs participauit dolũ ope exceptionis nõ valꝫ ſnia de dolo cuꝫ a te.Si aũt nõ participauit opus eſt reſtõne vel appellatõe ad trebel'.l.ſeruo inuito.§.cuꝫ p̃toꝛ. ꝛ ſic ſnia equipatuꝛ ꝯ͂ctibuſ ſtricti iuris. Sed quid ſi iudex puta p̃tãs electus a cõitate metu tyrãni fert ſniam videtur nulla ar.de arbi.l.qualem de iudi.c.l.ij.§.i. ꝛ de auc.tu.l.i.in fi. Jn ꝯ͂rium uidetur.qꝛ ſpãle ẽ in ſñijs cenſetur ꝙ ſint ip̃o iure nulle ut in.c.i.ꝙ metus cã.li.vi. ad hoc facit quod nõ.xi.q.iij.quatuoꝛ. Sol.ſunt alique ip̃o iure non in effectu.qꝛ obſtat exceptio ſecũdum cãoniſtas.fallit in ſñijs cenſure eccleſiarũ que ſunt nulle.qꝛ nõ poſſent eſſe aliq̃ ip̃o iur̃ qn ꝛ effectu. qꝛ ille ſiñ effectu ꝯ trahũt ſecum executõem iuris.ꝛ de iure eſſe.ꝛ cõſiderari nõ poſſunt.ꝛ ſic ꝓꝫ.an metus dans cãm ſententie reddat eam nullaꝫ.nõ tamẽ opꝫ appellari al' metus nihil oparetur.naꝫ ſine ullo metu. ꝛ iuſta ꝯfirmaretur ꝑ iudiceꝫ appellationis.ſed hic ẽt aliaſ iuſta eſt ifirmanda ꝑ exceptõem metuſ uel dic ꝙ iuſta erit efficax ar.j. ꝙ metus cã.l.fi.§.fi. Ex̃ nõ.ꝙ iſte.§.loqtur quãdo ẽ effectus cauſe.qꝛ tenet iudiciuꝫ.ꝺt probat᷑ ex ꝯiũctione duaꝝ.ll.ſ.ne qſ eũ.l.i.§.offilius.ꝛ.l.ſed exhi.§.fi.ꝛ facit quod nõ.iudi.ſol.l.vir bonus.ꝛ ideo dicit Ja.de are.ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ nõ reddatur ius bãnito.qꝛ tũc bãnitus habetur pro moꝛtuo.ꝙ nõ valet iudiciuꝫ ꝓ eo. ꝛ ſi valeret ipſo iure.tñ poſt ſniam poſſet opponi exceptio bãni.qꝛ ẽ mero odio itroducta ad mace.l.tam ꝛ ſi ſcõm Mar.ſill'. Et ideꝫ dico de iudicio acto cum filiofa.ſ.vt ip̃o iur̃.nõ valeat ex ðfectu.itegritatꝭ ꝑſone.ꝛ hoc de litꝭ.ꝯtꝭ.ꝛ ſequẽtibus actibus.Sed ea que ante litꝭ.ꝯtꝭ. cum eo facta ſint valent.qꝛ nõ requirũt patris auctem nam i ꝯteſtatione tñ iterponi debet nõ añ vt.l.ſi cũ dotem.§.eo aũt tẽpoꝛe.ſo.ma.ꝛ nõ filiuſſa.põt iterrũpere p̃ſcriptõem.põt producẽ donationem animo iſinuandi qꝛ eſt volũtarie iur̃dictõnis.facit ad hoc quod nõ.cy.i.l.fi.q admit ad bo.poſ.poteſt offerre libelluꝫ.ꝛ reliqua q̃ fiunt añ litꝭ ꝯte.facit quod nõ.gl.C.q admit.ad bo.poſ.l.i.Jtem põt petere execucõem facti.vt nõ.ſ.de mioꝛ.l.iij.§.ſed vtrũ quod ẽ nõ. Ex̃ q̃ritur qꝛ quedaꝫ exceptões.nam ꝑemptoꝛie exñtes offiñ habẽt declinatoriũ ad proceſſum ipediẽdum.ꝛ ẽ i eis ſpãle i qbus.vt ita dixerim p̃us intentatur exceptõ q̃ꝫ actõ.cum actõ.nõ dicatur intentari niſi ꝑ lit̃ ꝯte.nõ.j de pecul.l.ſi poſtea.ꝛ eſt mirabile i eis.qꝛ p̃poſterum ẽ vt.l.pure.in fi. de excep.doli. An idem ſit in exceptõe p̃ſcriptõis Reo duplex eſt p̃ſcriptõ.ſ.iudicij.ꝛ actionis.pꝛima impedit proceſſũ vt in exceptõne triẽnij.C.de iudic.l.ꝓperandum. Jn ſecũda diſtingue.aut in crialibus.ꝛ impedit proceſſum qꝛ.l.dicit ꝙ reus q p̃ſcripſit nõ debet recipi iter reos ð adultꝭ.ſi maritus.§.p̃ſcrip.ꝛ ar.ff.de iniur̃.l.ſed ſi vnus §.ſi aũt.i ciuilibus.tũc ſi eſt exceptio itroducta ex mera negligẽtia nõ petẽtis impedit proceſſum. C. de p̃ſcrip.xxx.an.ſicut.ſi aũt mixta videtur nõ impedire ſm̃ doc C.de p̃ſcrip.lon.temp.l.emptoꝛ idem in mere.ꝛ fauoꝛabili lꝫ iſta ſit exceptõ intentõis.Alij dicunt ꝙ impedit ꝓceſſum quelibet exceptio p̃ſcriptõnis. qꝛ eſt exceptio rei finite ar.j.ad tertul'.l.i.in fi.C.de trãſac.finita.ꝛ ar. de excu.tu.l.ſcire opꝫ.§.ꝯſequens.ꝛ qꝛ ſicut eſt in criali bus.ita debet eſſe in ciuilibus.qꝛ ad inſtar.ciuiliũ criminalia procedant.l.abſentem de penis.non ob.l.emptoꝛ vbi dr̃ ꝙ añ litꝭ ꝯte.oppoſita reſeruat᷑ examinãda poſt litꝭ.ꝯte.qꝛ ibi opponebatur ſimpl'r i foꝛma ꝑemptoꝛie ñ ad impediẽdum proceſſum.Sed an põt renũciari p̃ſcriptioni future videtur ꝙ nõ ſi eſt introducta mero odio vt nõ.in aũt.quas actiones.ſecus ſi ꝑꝑ aliaꝫ eqtatem ð edil'.edic.l.ꝙ ſi nolit.§.fi.ꝛ facit quod nõ.dy.de le.i.l.nemo.poteſt de ꝯſti.pecu.Jtem illa.§.quod adicit᷑. Si aũt ſit ꝯpleta p̃ſcriptio idiſtincte renũciari põt ſi ip̃o iure duret actõ ad exhi.l.iul'.§.quantum.ꝛ de fideiuſſ.l.ſi quis poſtq̃ꝫ cuꝫ ſil'ibus de hoc alibi dixi. Quid ð eo q renũciat liti.an hec exceptio impedit proceſſum.dic ꝙ ſic.vt.C.de pac.poſtq̃ꝫ liti.ꝛ ſic plus ẽ renũciare q̃ꝫ paciſci.facit ð adultꝭ.l.maritus.§.ꝛ ſi negauerit.ꝛ.C.ð ap.l.ſi qs libellos.ꝛ de accu.l.cum ꝑcia.ꝛ quod nõ. Jnno. ex̃ de pac.cum pꝛidẽ. Quid ð eo q promittit.nõ agẽ dicit Jnno.ꝙ impedit proceſſum.ſecus ſi promittat nõ petere ð litꝭ.ꝯte.c.i.Sed certe idem eſſe vr̃ agẽ.ꝛ peter̃ nõ.de peculio.l.ſi poſtea.Preterea ſi pactuꝫ ẽ ſeruandum.ergo debet ſibi imponi ſilẽtium ne agat.i.ne lis ꝯteſtatur.qꝛ ſic promiſſit.p̃ſertim ſi pactum ſit veſtitũ.qꝛ debert obſeruare pactum idẽ ſi promiſit nõ facere liteꝫ ad treb.l.laciuſ.§.tres hr̃des.qꝛ impedit proceſſũ.ꝛ maxime ſi iurauit vt.C de trãſac.l.ſi quis maioꝛ.nam exceptio iuriſiurandi ipedit litꝭ ꝯte.ut ꝑ Jo.an.i regula executioneꝫ obiciens li.vi.ibi vide i nouella cõiter tenemꝰ ꝙ ſimplex pactum nõ impedit litꝭ ꝯte.qꝛ nõ cedit dies ante ꝯte.C.de exceptꝭ.l.ſi qdem nec eſt dr̃ia vtruꝫ fiat apud acta vel ex̃ iudicium.C.ð trãſac.l.ſiue apud.C.de pac.l.pacta nouiſſima. Sed nũquid i cã appellatõis põt appellatus opponere exceptõem ad ipediẽdum proceſſum ſicut i pꝛincipali videtur ꝙ nõ.ar.C.de ꝓcura.l.ita demuꝫ.dic ꝯ͂.qꝛ loquitur ð mera declinatoꝛia.ſecus in nõ mera declinatoꝛia.ꝛ facit quod nõ.in ſpe.ð ap.§.pe.v̂.ſed nũquid i cã. Sed nũquid replicatõ impedit proceſſum rei ſicut exceptõ proceſſum actoꝛis vr̃ ꝙ ſic qꝛ replicatõ exceptõ exceptõis.ff.de excep.l.añ penl'.ſup exceptõe.ergo q̃ ꝓbat nõ releuat nõ debẽt admitti ꝓbationes. Ex̃ nõ.ꝙ ex ſnia iuramẽto.ꝛ tranſactione oꝛitur duplex exceptio.ſ.peremptoꝛia.ꝛ declinatoꝛia facit quod nõ. Jnnoc.de inſti.cum veniſſet in vltima glo.

Jdem dico de exceptione bãni qñ bãnum hꝫ viꝫ rei iudicate ex foꝛma ſtatuti de iure aũt cõi bannũ nõ hẽt vim ſentẽtie vt.l.diuus de cuſto. reo.niſi ſit bannũ imꝑiale vel regis vt i autꝭ.Jtem nulla cõitas ꝛ facit.C.ꝯ mi.ep̃alis.l.ꝓgrama.ꝛ.l.iterlocutio. Jtem nõ.ꝙ exceptio doli que oꝛit᷑ ex ſententia iuramẽto vl' trãſactione impedit ꝓceſſum ſi opponat᷑ ꝓceſſui. Sed quid ſi ſimpliciter opponat᷑ Ny.de mat.dicit ꝙ p̃ſumunt᷑ oppoſita in vi ꝑemptoꝛie qꝛ hec ẽ oꝛiginal' cã ꝛ virtus ar.C.ad mace.l.iij.ſm eum. Jtẽ nõ.ex ħ.§.ꝙ ꝑ obiectum exceptꝭ.nõ fit litꝭ.ꝯtꝭ.ita nõ. Jnno.de dolo ꝓut nobis. Jtẽ nõ.ꝙ valet ſnia ꝯtra tranſactionem factam lite pẽdente.ꝛ hoc veꝝ de ſnia iudicis.ſecus videtur in ſnia arbitri.qꝛ ꝑ trãſactionem finitur ꝯpromiſſũ vt nõ.in ſpe.de iudic.del'.§.reſtat.v̂.fi.ꝛ facit.ſ. de arbi.l.non diſtinguemus.§.item nõ eſt cogẽdum.ſed durante com

promiſſo que except.ipediunt proceſſum iudicis. ⁊ arbi
tri.l.nõ diſtinguemus.§.itez.⁊.§.ſi is de arbi. Et eſt
notãdum ꝙ ſimplex trãſactio porrigitur ad rem. ⁊ pẽa
vt.l.ij.ſ.ſi quis caut.quod dic vt ibi. Si iudex pronũ
tiat has exceptiones obſtare vel nõ obſtare q̃ritur .an
hec ſnĩa ſit iterlocutoria vel diffinitiua.⁊ videt̃ ꝙ ſit dif
finitiua.vt nõ.i.c.i.de lit ꝯte.li.vi.ad fi.magne gl. In
ꝯ̃rium ꝙ ſit iterlocutoria nõ.in.c.vltimo de ap.in cle.⁊
ꝑ archi.xx.di.decretal̃.So.ſi pronũciatur ſup emergẽ
ti ante lit ꝯte.eſt iterlocutoria.q2 lit nõ ꝯte.nõ poſſet fẽ
ri diffinitiua.q2 nõ prius poteſt finiri.ꝙ̃ ichoari iudiciũ
inchoatur aũt in ꝯteſta.lit.ſo.ma.l.ſi.cum dotem .§.co
autem tp̃e.Si v̂o ſuper incidenti poſt lit ꝯte.ſi quidem
ꝓnunciauit exceptionẽ nõ obſtare iterlocutoria ẽ q2 ſiñ
exceptione poſſet reus abſolui adhuc puta actore nõ ꝓ
bante.ĩ.de proba.l.circa eũ . Nam diffinitiua dz ferri
ſup libello nõ ſup exceptione.C.de fideiꝯ.li.l.fi.ð arbi.
.l.nõ diſtinguemus.§.de officio. Si v̂o pronũciat exce
ptõem obſtare impite agit. q2 nõ debet ð incidẽti ꝓnũ
ciare niſi abſorbet totaliter negociũ pncipale.vt.C. ð
fal.vbi valet.tñ ſnĩa ⁊ hz vim diffinitiue abſolutorie qð
eſt nõ.ideoq3 a tali interlocutoria appellare. lz ut a dif
finitiua etiaz ſine cãꝝ expreſſione de ap.l.ſcio.⁊ nõ.ab.⁊
Io.an.ex̃ de ap.puenit ⁊ facit ẽ.de minoꝝ.l ait p̃tor.§.
pmittitur ⁊.l.intra vtile tp̃s quod tene mẽti. ⁊ facit qð
nõ.ĩ.de re iudi.l.quod miſſit.⁊ de p̃to.ſtip̃.l.i.i fi.⁊ ex̃.ð
elec.cum dilecti.in fi.⁊ facit ad.l.fal.de pla.l.p̃ſes.⁊ de
ap.re.ti.l.añ cum ſy. Si quis diceret ſnĩam latã ſu
per icidenti eſſe diffinitiuaz diceret eam nõ differre a
ſnĩa lata ſup principali quod falſuz eſt.⁊ nõ.multiplicez
dr̃iam.primo ꝙ error iterlocutorie.i.error i p̃ncipio cãe
⁊ error i medio cauſe vſq3 ad diffinitiuaz põt reuocari
de ap.cũ ceſſante iõ ſi iudex.fi ẽ iterlocut⁹. ſed iordina
te proceſſit. Nam corrigit ſuuz proceſſum ex̃ ð accuſa.
qualiter.⁊ ibi nõ. Sed error diffinitiue iterdum põt
corrigi interdum nõ.nam aut ẽ erratum in facto. ⁊ nõ
põt corrigi.aut in iure.⁊ tũc aut in iure ptis.⁊ idem aut
in iure ꝯſtitutionis.tũc aut eſt error exp̃ſſus.⁊ põt corri
gi.q2 ſnĩa nulla.aut tacitus.⁊ velatus.⁊ tũc nõ põt emẽ
dari error.q2 ſnĩa valet niſi appellatõis vel reſtõnis vl̃
niſi pp cõem errorem.qui reſpiciat ineptitudinez actõis
vel adiectionis actionis.l.ij.quãdo actio ð peculio ẽ an
nalis.vel dic aut error eſt exp̃ſſus.aut velatus.⁊ ſi dica
tur idẽ operat̃ tacituz.⁊ exp̃ſſum ſeꝝ eſt vt actus vale
at vt.l.cuz qd nõ vt ſit nullus de fal.ſi qs le. ⁊ de pe.l.
ſi quis aliqd.§.teſtiũ.nam ꝯcedo ꝙ mens ſnĩe eſt põde
randa.l.⁊ puto.§.i.fam.her.ſ.ꝙ̃tum ad volũtatem non
quãtum ad ſolẽnitatẽ ⁊ validitatez.q2 mens ſnĩant nõ
ſcripta propꝛie nõ eſt ps ſnĩe.q2 debet eſſe ſcripta. ⁊ le
cta vt.l.ij.⁊ fi.de ſen.expi.reci. Secũdo ꝙ i terlocu
toria nũꝙ̃ tranſit per ſe i diffinitiuaz al̃.in rem iudicatã
Nam ſi appellatur a diffinitiua diſcutit̃ de graua
mine illato i incidenti.lz nõ ſit appellatuz ab incidenti
dicta.l.añ.ſecus i diffinitiua.q2 ſi ab ea nõ appellat̃ po
ſtea nõ poteſt appellari a grauamine qð idem oritur.⁊
nõ.in.l.ſi cum exceptõe.§.hec aũt actio ꝙ me.cã.⁊ dicit
Inno.ꝙ interlocutoria plene trãſit in rem iudicatam ſi
mul cũ diffinitiua ⁊ nõ añ ita nõ.de elec.cuz dilecti i fi.
Tertio ꝙ iterlocutoria pro facti diſputatõem nõ p̃t
iuſtificari nec ipugnat coraz iudice app.niſi exactitatis
coram iudice a quo de ap.c.appellanti in cle.Sed corã
eo qui eam protulit etiam exproꝛſus nouis ſm Inno.
vt ip̃e nõ.i.c.fi.de op.no.nũc.Sed diffinitiua põt inua
ri ꝑ nouam rõem.⁊ allegatõem ꝯcludẽtem circa eãdẽ

⁊ nõ aliam actionem.⁊ infringi ſil̃r.l.fi.ꝙ̃ cum eo.⁊.l.ꝑ
hanc de temp.ap.ex̃ de teſti. fraternitatis. Quarto
ꝙ iterlocutoria lata añ lit ꝯt.vel poſt etiam ſi nõ ſit er
ratuz põt reuocari ⁊ emẽdari ꝯ̃rio impio.vt.l.ꝙ iuſſit.⁊
hoc poteſt fieri quolibet tp̃e vſq3 ad diffinitiuaz vt nõ.
Inno.de app.ſepe quod nõ.Inno.ꝙ me.ca.ſup eo vbi
nõ.Inno.ꝙ taxatio expenſaꝝ põt reuocari ꝯ̃rio impio.
etiam ſi taxetur poſt diffinitiuaz ſnĩam. allit in tribus
caſibus.primo quãdo iterlocutoria pimit vel elidit iur̃
dictõem.vt q2 ꝓnũciauit ſe nõ iudicem.de offi.del̃.ſigni
ficaſti.ymo.ſi plures ſunt college nõ ſimul addit.⁊ vn⁹
pronũciat ſe nõ iudicez officit alteri.ſecus ſi ſimul addi
ti ſunt ð offi.ꝯſul.l.i.C.de auc p̃ſtanda.l.ſi. Itẽ ſi pe
rimit offiñ iudicis vt q2 abſoluit reum ab obſeruatione
iudicij.lz iſta nõ ſit iterlocutoria.vt nõ.in.l.baꝝ. ſi ſerui.
ven. Secũdo quãdo iterlocutoria eſt emologata pti
um facto ⁊ ꝯſenſu.vt q2 p̃tor iuſſit caueri.⁊ cautum eſt.
nam tũc nõ poteſt reuocari ſi ꝯſenſu ptium vt nõ. de p̃
to.ſtip.l.i.§.fi.ſuppleri tñ poſſet.e.ti. valerian⁹. Ter
tio qñ iterlocutoria pimit totam litez vt ſi iudex ꝓnun
ciat app.deſertam ẽ eniz iterlocutoria hec ſicut ⁊ eius ꝯ̃
ria ſi pronũciaret app.nõ eſſe deſertam ð mĩo.intra vti
le.tñ nõ reuocatur niſi qñ nulla fuit. tũc reuocat̃ quaſi
de facto proceſſit.vt.C.qũo ⁊ quãdo iudex.l.ſi p̃ſes qua
ſi deſertaz.item ſi pimit vel ꝑemptã declarat inſtãtiam
ut.l.ꝓperãdum.q2 ex tũc offõ iudicis ſilẽtiuz imponitur
dilatione autẽ.pendẽtem ſiue ſit expectatoria ſiue ꝓba
toria põt eã cognita reuocare. lz ſuum offiñ ꝯquieſcere
videat̃.C.de dila.ſiue ps vt ait abbas.nõ hz maiorem
auctoritatez aſſignatio termini ꝙ̃ iterlocutoria que mu
tari põt vt ex̃.de ap.ſignific.⁊ probatur i.l.qualẽ.§.cũ
de arbi.⁊ nõ.ꝙ tres ſũt iudices.qui pñt reuocare inter
locutoriaz.ſ.ille q tullit vt nõ.C.ſen.reſcin. nõ poſ.l.i.iu
dex appellatõis.C.de rebus credi.l.general̃r.§.ſi iudex
⁊ ſupior pronũciant.tñ hic nõ triplicem ſupioritatem.ſ.
ordinarij ad delegatũ ſuuz vt.l.arbitro.qui ſatiſda.cog.
q2 nimis baſſa ẽ iur̃dictio delegata.⁊ pendet ex libero
motu delegãtis nec põt appellari a delegatione vel re
uocatione.q2 nõ tangit ius ptis.Inno.ð offi.deleg.ſi ꝓ
delegato de offi.p̃ſi.ſepe ð iudic.iudiciũ ſoluitur p̃ncipa
lis ad vicariũ.⁊ in iſta ẽ ſupioritas i eadem iur̃dictione
q2 vna eſt iur̃dictio ⁊ duo vtentes ea diuerſo tñ iure ui
car̃.enim iuriſdictio ẽ diuerſa adiectio nõ diuerſa ſub
ſtãtia de ꝯſue.c.nõ eſt li.vi.⁊ i hac idem vt ep̃s poſſit re
uocare ꝯ̃rio imperio iterlocut.vicarij ſui. Tertia ſu
perioritas ẽ diuerſa iur̃dictione.⁊ hoc p̃t eſſe duob⁹ mo
dis.vno modo qñ minor ſubalternatur maiori vt iur̃di
ctio archi. Iur̃dictio ep̃i.⁊ iur̃dictio iudicis a quo iur̃
dictioni iudicis ad quẽ.⁊ ſic dico ꝙ ſupior nõ intromittit
ſe de iur̃dictione inferioris prohibẽde. ſed ꝯagnoſcendo
ſuo mõ.i.ꝑ viam appellationis vel nullitatis. vt nõ. ar
chi.xi.q.i.de pſona.C.de accuſa.abſent.⁊ vide Inno.ð
re iudi.al̃.vẽ.de cetero vbi nõ.Inn.ꝙ iudex appellatio
nis nõ cognoſcit ð nullitate niſi ſit appellatum.⁊ vide
Inno.de app.dilecto ꝙ eſt v̂erum incidenter. ſed p̃nci
paliter ſic vt dicta .l.abſentem.Sed ibi fuit nulla.⁊ ini
qua vicio iudicis pronunciantis.⁊ ideo tranſlata fuit iu
riſdictio ad ſuperiorem facit quod nõ.doc.C.quomodo
⁊ quando iudex.l.ſi ut proponis.⁊ facit ꝙ nõ.in aũt.de
queſtore.§.ſup hoc.ib here aũt ne inferiõ ſua iuriſdictio
ne utatur ſupior nõ põt.ar.de re.iudi . ſepe in fi. Se
cũdo mõ qñ inferiõ nõ ſubeſt . vñ patriarcha eſt maior
ep̃o tñ ſuffraganeus nõ hz intromiſſionez.ymo in ſuo
territorio.ep̃s eſt maior eo ut nõ.ĩ.de man.l.apud cuz.

Quinto differunt.qꝛ interlocutoria tenet etiaȝ ſi or
do non ſeruetur dicit Inno.de procu͞r. querelam in fi.
Sexto differunt qꝛ interlocutoria valet ſine citatiōe
vbi ps fuit citata in proceſſu.ſecus in diffinitiua vt nō.
Ja.bu.in.l.nec quicquam.§.vbi decretum ibi uideas.⁊
alie ſpecies dr͞ie ſuis locis notande ꝺ hoc icidenter.

**Si qua lex.** Nō.§.⁊ glo.magiſtrā.hic non ſūt alia. Bal.

**Si is.** Uerbum,platuȝ liberaretur a ſciente ſe nō teneri nō requirit veram, liberationem facit.j.de noua.l.ſi quis.

**Cum duo.** Poſterioꝛ in tp͞e eſt potiō i iure vbi agitur ꝺ diſtractu ⁊ adde quod nō.ſ.e.ſi reus.

**Si non ſortem.** Acceſſorium cōuertitur i pncipale.⁊ facit de admi.tu.l.qui nego.§.i.de trāſac.
⁊ poſt.§.i.⁊ nō hic quod ꝺ acceſſorio ad principale fit
ↄpenſatio.⁊ ↄuerſio ip͞o iure.i.ip͞o facto.ſiue ope excep
tionis intrinſeca cōpenſatio eſt que ↄcordat ſortes ipſo
iure.⁊ ē triplex ↄpēſatio.ſ.vnius cauſe ad alteraȝ.⁊ iſta
requirit obiectioneȝ.⁊ q̄ iudex admittat̃. Item vnius
cauſe ad ſe ip͞am vel acceſſorij ad principale.⁊ hic lex ↄ
penſat vt hic ꝺ trāſac.⁊ poſt.§.i.h.d. Bal.

**Indebitum.** Nō dicitur debitum quō pōt exceptione excludi facit ꝺ lib.
cā.l.ob.§.i. Dictat ſtatutū q̄ ↄtra inſt͞m guarētigiatū
nulla exceptio admittat̃ nec exceptio ſolutōis.q͞rit̃ qua
liter iſtud ſtatutuȝ debet intelligi. R͞ndeo pōt opponi
qō inſtr͞m ſit falſuȝ vel nō ſolemne.ff.ꝺ teſta.mili.diuuſ
qꝛ inſtr͞m falſum vel nō ſolēne nō meretur mouē inſtri
de fal.ſi quis legatuȝ.⁊ prius dȝ ↄſtare de ſubſtātia q̄
de qualitate.qꝛ priuilegiū ſtatuti nō competit niſi ei qō
eſt in reꝝ natura.⁊ facit ꝺ v͞bo.ſig.paulus ꝺ excep.ſimu
lationis ē dubiuȝ.qꝛ q̄dam ē ſimulatio in qua aliq͞d agi
tur licituȝ.⁊ honeſtuȝ.⁊ nō defficit obligādi cā.vt.ff.de
man.l.iij.§.ſi ab ignoto.⁊ iſta nō ē ꝓprie ſimulatio nec
pōt excipi. Quedaȝ ē ſimulatio ↄſenſus vbi nil agi
tur.l.ſicut.§.ſup̄vacuū.quibus modis py.vel ypo.ſol.⁊
ex iſtis oritur exceptio itentionis. Quedaȝ ē ſimula
tio nō cauſe ad cām.de nō nu.pecu.l.generalr̃. Quedaȝ
vnius cauſe ad alteraȝ.l.ſi ex p̄cio.ſi cer.pe.j.depoſi.l.
lucius el.ij.⁊ tūc ↄtra actum efficacē nō obſtat exceptō
ſimulationis ⁊ hoc de iur̃ cōi.ſed p̱ formaȝ ſtatuti.dico
q̄ ſi exceptio p̱imit inſtr͞m.qō eſt ei icompaſſibile non
dȝ admitti.qꝛ inſtr͞m tranſit i rem iudicataȝ vbi ē prece
ptuȝ guarētigie.vt nō.cy.C.de ↄfeſſ.l.i.vel dic vt.j.i ſe
quēti q̄ſtione vel ibi ex poſt facto ſup̱uenit exceptō. Si
autem exceptio nō p̱imit inſtr͞m.ſed exponit.iſta dȝ ad
mitti.vt ar.ſ.de pac.l.iur̃gentij.§.q̄ fere ar.ex͞ de accu.
cum dilecti.⁊ idem dico i exceptione erroris.naȝ licet ꝺ
iure cōi nō valeat quod fit p̱ erroreȝ etiam ſi opponat̃
decretuȝ iudicis vt.l.ſed.⁊ ſi quis.§.fi.ſi qs cautij.tn͞ ſec᷒
ex forma ſtatuti in iſto p̄cepto quod hȝ vim rei iudicate
ar.j.man.l.ſi fideiuſſor.§.i omnibus.⁊ adde qō nō.j.q̄
vi aut clam ⁊ p̱ cā.C.de adultij.ita pudor. Sed qd ꝺ
exceptij.pacti.dico q̄ pactuȝ ſubſecutum iterdum p̱imit
ip͞o iur̃.⁊ tūc exceptio pacti nō eſt exceptio ſtricte loquē
do prout exceptio diffinitur.qꝛ nō eſt excluſio actionis
⁊ ideo lȝ ſtatutum excludat allegatōes exceptōnū non
vr̃ excludere.hanc que proprie.⁊ ſtricte nō eſt exceptio.
ſed detectio nullitatis.naȝ ⁊ iudex i hoc ſupplere debȝ
vt nō.C.de trāſac.vbi pactum. Si v͞o ſtatutuȝ dr͞et
q̄ nō admittat̃ reus ad vllam defenſioneȝ.ſecus eſſet.
qꝛ iſta eſt defenſio.nō tamē poteſt negari.qō iſtud ſtatu
tum ↄtineret ius iniquū.l.i.⁊.l.iij.§.ſi is quō qſqȝ iuris.
Si aūt pactum nō tollit actōem ip͞o iure.qꝛ tunc actō
nis nō deficit ſubſtātia.videtur q̄ exceptō pacti n͞ poſſit
opponi.qꝛ nō eſt de p̱miſſis. Si tn͞ eſt oppoſita.⁊ ꝓba
ta imputet ſibi aduerſarius.qꝛ ſicut q admittit actōem
quā nō dȝ ſibi preiudicat ita q admittit quālibet allega
tōem vel probatij.de iudi.l.ſed ⁊ ſi ſuſceperit iudi.ſol.iaȝ
tn͞.§.nūc videamus.⁊ ſi dicatur ymo dȝ admitti.hec ex
ceptō.qꝛ orit̃ ex ↄſēſu vtriuſqȝ partij. R͞o ↄſēſū ē i paciſcē
do.n͞ i opponēdo. Si āt ſit exceptō abhorēſ a natu
rali equitate vt exceptō preſcriptōis niſi eſſet p̄ſcriptio
ſtatutaria nō ꝓcederet exceptō.qꝛ non eſt de permiſſis.
Sed qd de exceptione nouationis vl̃ acceptilatōis
dico q̄ nouatio ip͞o iur̃ p̱imit trāſfundendo qꝛ i ea ius
.i.potētia iuris ⁊ pl̃imum iuris verſat̃. idem i accepti
latione.q͞nqȝ ⁊ tunc dic vt.ſ.in pacto qō ip͞o iure p̱imit
vt.l.ſi vnus.§.pactus.ſ.de pac. Quid i exceptione
ſol̃onis ficte.i.ↄfeſſionis de ſoluto videt̃ q̄ nō ꝓcedat
qꝛ ſtatutum vr̃ loqui de actu nāli vt.ff.de ſolu.l.ſolutaȝ
⁊ q̄ nō.C.qui.po.impig.ha.l.aſſiduis in glo.pua ⁊ facit
qō nō.i ſpec.de teſte.§.i.v͞.item agens. Ego dico q̄ lȝ
ↄfeſſio nō indicat actum nālem. tn͞ ip͞m ꝓbat de accep
tillatij.l.acceptillatum.§.apocha.de ſolutij.l.ſi ex pl̃ibus
ꝺ poſi.l.publia.§.fi.⁊ ar.de v͞.ob.l.ſi ita ſtip͞.§.griſogo
nus. Sed an poterit opponi exceptio que naſcit̃ ex ip͞o
inſtr͞o.puta qꝛ nō ↄtinet cām obl̃onis. R͞eo ſic.nam nec
p̄ceptum valet ſine cā vt nō.cy.de le.i.l.filius.§.diui.⁊
Cy.C.de fideiuſ.l.quotij. Sȝ qd ſi inſtr͞m dicit q̄ nu
do pacto ꝓmiſi ⁊ eſt appll̃oni p̄ceptum an pōt excipi.⁊
videt̃ q̄ nō qꝛ ex iſto p̄cepto orit̃ actio in factum vt nō.
.C.de bo.qȝ lib.l.fi.§.neceſſitatem. In ↄ͞rium qꝛ iſtō
preceptū ē acceſſorium ⁊ ſi p̄ncipale nō valet ad agen͞.
ergo nec acceſſorium qꝛ acceſſoriū nō v͞eſtit p̄ncipale.
vt nō.i.l.ſi pacto quo penam.⁊.l.potens.⁊ i.§.qnymo
⁊ lȝ ſtatutū remoueat exceptionē. iſta nō ē exceptio vt
nō.de ↄpen.l.quecūqȝ qō credo veꝝ ſi ſtatutū excludit
exceptionem ſecus ſi defenſionē.nam tunc ſufficit agē
ti iuſticia nālis vt.j.depoſi.l.bonafides ar.ex͞ ꝺ pac.c.i.
⁊ de excu.tu.l.ſcire opȝ.§.ſufficit in rōne lr̃e. ſecus vbi
pactum nō ↄtinet iuſticiā nālem.ſed aborret p̄ma facie
ab ea.nam tūc pōt dici vitupatum in ſui figura. nec me
reri executōnem ar.j.de penis.l.ſi qs aliqd.§.teſtin͞ qō
nō eſſe hȝ nec formaȝ eſſe. Sed qd ſi nō agitur eo i
ſtrumento.ſed iducitur i modum probatōis libelli ordi
narie itentanti.an poterunt opponi exceptōes iuris ciui
lis nō ↄnumerate i ſtatuto videtur q̄ nō. qꝛ ſeruare or
dinem iudiciariuȝ nō poteſt nocere dicit. Inno.i.c.inotu
it de iudic. In ↄ͞rium qꝛ ymo q͞nqȝ nocet.nam impu
tet ſibi.qꝛ i agendo nō ſeq͞tur nām ſtatuti.ſed iuriſ cōis
ar.ſ.de mino.l.mior.xxv.an.fideiuſ. de inſtito.l.hēbat.
So.ſi ſtatutum reſpicit moduȝ agēdi.vt qꝛ dicit nō poſ
ſe obici i executōne inſtrumēti tūc admittit̃ exceptō de
iur̃ cōi ꝺ exceptij.rei iud.l.duobus. Si autem nō reſpicit
modum agēdi.ſed ad vigoreȝ inſtrumenti.tūc ſecus ar.
nō.de ↄdi.inde.l.iulianus.

**Si centum.** Ratōne partij idebite tota ſp͞es ↄdicitur.ſecus in quātitatib᷒.⁊
generibus ⁊ pro debito quātitatij ſp͞es eo nomine inde
bite ſoluta retineri poteſt donec ſoluatur veruȝ debitū
h.d. Nō.q̄ datio inſolutum nō poteſt efficaciter ꝓ p̱te
valere.⁊ pro parte nō valere in ſp͞ebus.idem dico in de
cretis iudicum vt pro parte nō valeant.⁊ ideo ſi partiȝ
ob verum p̱tim.ob falſum debitū ſit facta adiudicatio

nō tenet in aliquo.⁊ in hoc differt a ꝯtractu.qꝛ ibi trāſfertur dn̄ium nō obſtante falſa cā.ſed p̱ decretū ex falſa cā nō tranſfertur dn̄ium vt.l.i.§.hec v̄ba ne vis fiat ei. Sed p̱ diffinitiuam vel p̱ decretum executiuū diffinitiue habita poſſeſſione bene trāſiret dn̄iū ex falſa cā vt.l.cum putarē fam.her.⁊ de ſtatu li.l.ſtatu liberis a ceteris.§.quintus. Itē ē alia dr̄ia.qꝛ ſi datur iſolidū frumētum pro pecunia ex ꝯtractu pars tn̄ valet.ſed i decreto nil valet nec debet vna ſn̄ia diuerſo iure cenſeri.l.in hoc iudicio fam.her. Nō.rōne quātitatis ſpēs retineri quādo eo noīe peruenit ſpēs ad poſſidētem. vt hic ⁊ facit.j.de reſcin.ven.l.fundus q lucij ticij.⁊.j. de pig.act.l.eleganter.§.q reprobos ⁊.j.de ſolut.l.ſi cum aurū Idem ſi debitum ex ip̄a cā oriatur vt ꝓpter expēſas factas in re.j.de pig.act.l.ſi neceſſarias.§.i.j.e.ſi in area de doli except.l.paulus. Item ſi debitū pp ip̄aꝫ rē ꝯtractum ſit de ac.emp.l.iulianus.§.offerri.⁊ ideo ſcriptō p̱ ſalario pōt retinere qnternū quaſi pignori icūbendo facit de loco pub.fac.l.i.in fi. Item i alio caſu videlicet qn̄ pignus retinetur ob cyrographū pecuniaꝫ.C. ob cyrogra.pe.l.i.vel ex tacita repetitōe ypothece que tacita repetitō ex vicina ſcriptura fieri itelligitur nō ex alia d̄ vſur̄ p̱ retentionē alias regul̄r ex vno debito quod ñ ꝯcernit eādem rem nō procedit retentio in altero niſi vbi hꝫ locū cōpenſatio vel exceptio dolo facit.C. ꝯmo.l.fi.⁊ vide ibi p cy.⁊ inſti.de ac.§.in bone fidei cum ſilibus. Nō.ꝙ lꝫ petitio fundi ſit diuidua repetitio cenſetur i diuidua ⁊ nō bene hunc.§.

Adeo. Sicut liberatio facta ita fiēda pit ꝯdictōnē indebiti.h.d. Nō.ꝙ liberādus pro liberato ē habēdus.ergo.⁊ rebāniēdus ē habēdus pro rebānito. Et ex h.ſequitur aliud ꝙ ex illo tp̄e quo non pōt bānum canzelari puta ex forma ſtatuti vltimo mēſe regimis poteſtat nō poſſit pronūciari cancellādum. nam iſta ſūt in effectu paria.ergo ⁊ ꝙ de vno prohibet ⁊ de reliquo videtur prohibitum. Item cancellare ē nomen generis.nam dupl̄r fit cancelatio.ſ.v̄bo ⁊ fcō.naꝫ v̄bum cancelare prout refert ad ſcripturam reqrit actū facti vt.C.de ſolu.l.inductam.j.de probat.l.ſi cyrographum prout refert ad ius obligatōis ſufficit actus v̄bi vt.j.de le.i.l.huiuſmodi.§.ſi ita.⁊.ſ.de pac.l.emptor.§.lucius. Sed i ꝯ.videtur.qꝛ plenior.⁊ potentior ē act⁹ facti q̄ꝫ actus verbi.C.de teſta.nr̄aꝫ ⁊.ſ.de infa.l.ij.§.ignomīe.⁊ de penis.l.degradatō nā degradatō actual̄ eſt plenior q̄ꝫ verbal̄.⁊ hoc eſt generale i oībus q̄ man⁹ ipoſitōem deſiderāt. Itē aliud eſt ꝓnunciare mittendum aliud mittē vt.l.iubere cauē.ſil̄e nō.C.ſi aduēſus liber.l.i.⁊.l.fi.vbi ⁊ apud quos. Preterea nō dr̄ bānūcācelatum ꝙ prima facie appet itegrum.⁊ illeſum ar.ſ inſti.ſed ⁊ ſi pupillus.§.p̄ſcribere. Et nō. ꝙ i cācelatione bāni debet apponi cā ⁊ perſona cuius auc̄te cācelletur.vt nō.in ſpe.de criminibus.⁊ eoꝝ cognitōne q̄ cā limitat factū ſicut dciū.j.de his que in teſtō delen.l.cācela. Item cācelatō inſtrumēti plus opatur q̄ꝫ ſimplex liberatō.nam ſicut tradito inſtrumento tradit poſſeſſio ita eo vicioſo retradi videtur.ut nō.ſ.de pac.l.ab emptore.⁊ ſic i rebus corporibus plus opatur. Econtra aliud ē aliquem eſſe bānitum aliud bāniēdum aliud eſſe ꝯdemnatū.aliud eſſe ꝯdēnādum. Itē aliud eē infamē aliud infamādum.de infa.l.furti.§.i.de penis.l.qd̄ ad ſtatutum.⁊ aliud ē eſſe libeꝝ. aliud liberādum.vt hic in glo.⁊ colligit ex ꝯiunctōne duarū legum que videntur ſibi ꝯtrariari.ſ.de pac.ſi cum fundū .C.d̄ tranſac. q̄ꝫuis cām q̄ tantū inuicem diſtāt q̄ꝫtum id quod eſt in actu.⁊ id quod ē i potentia. Nō.ꝙ qn̄ teſtator legat debitori liberatōem nō tollitur obligatō natural̄.⁊ ē rō qꝛ legat liberatōem futuraꝫ nō pn̄tem. Sed ſi teſtator legat directaꝫ.⁊ nō fideicōmiſſariā liberatōem videtur ꝙ tollit obligatō nālis.qꝛ nō minus pōt vltima voluntas quā ꝯtctus.ego nō credo tolli nālē.qꝛ ex ꝯſenſu ſolius teſtatoris nō poteſt tolli nālis orta p̱ viam ꝯtctus ar.de neg.geſt.l.pomponius.vnde ex teſtō nō eſt reperire directam liberatōem. Sed tn̄ fideicōmiſſariaꝫ alias ſequeretur ꝙ cū vltima volūtas ſit ſimilis ſtipulationi.i.ſit veſtita tolleret ip̄o iure ciuilem obligatōem quod ē falſū.qꝛ acceptilatio quā lex interponi iubet eēt fruſtra iam funditus eradicata obligatōnis ſubſtantia diuerſa.eſt ergo natura vltime v̄olūtatis.⁊ ꝯtctus. Alij dicunt ꝙ etiam p̱ pactū nō tollitur obligatō natural̄ ſed p̱ liberatōem ſit unde pactum d̄ nō petēdo dicūt nō eſſe liberatōem.ſed promiſſionē. Sed ego dico ꝙ q promittit nō petē p̱dit ius excipiendi.⁊ agendi. vnde i totum renūciat iuri ſuo.⁊ ſic aduerſarium liberat de pac.ſi vnus.§.ſꝫ cū le.x.i fi.qꝛ cōſentit eum nō teneri vt ſ.de pac.l.tale pactum. Secus i eo q promittit non agē.qꝛ poteſt accipere. Si qs v̄o promitteret nō excipē nec agē poſſet vt nō.C.de trāſact.nec intentio facit ad hoc quod nō.C.de nō nu.pe.l.ſi ex cautione ⁊ per guil.i.l.ſed ⁊ ſi qs.§.queſitum.ſi qs caut.interdum tn̄ p̱dit exceptō.⁊ durat actō.j.de euic.ſed ſi excep. ſed ibi actō datur ad aliū effectum.⁊ facit ad p̄dicta ꝙ cui denegātur mīora ēt maiora prohibēt.j.de ſeruis expor. cui pacto de ſena.q indignus hinc ē ꝙ q nō poteſt excipe.nec accuſare.j.ſo.ma.cum mulier ac ſi lex ſimpl̄r loqueret de allea.l.i.§.quod aūt ſi prohibendo vel ꝯ promittendo vt.ſ.ꝙ metus cā.l.metū.§.ſed p̄tor i fi. Nō.tamē ꝙ ſiue ſit pcm̄ de nō petendo ſiue d̄ nō agendo exceptō pacti nō impedit litis ꝯteſtatōne.⁊ eſt rō.qꝛ ante lit ꝯt. nō tenetur ex pacto.qꝛ nō venit ꝯ.l.amplius reꝫ ratam haberi.⁊ nō.i.l.q fidem de trāſac.poſt lit ꝯt.icipit teneri.⁊ tūc icipit repelli.qꝛ i facto negatiuo promiſſio nulla naſcitur actō anteq̄ꝫ fiat de v̄bo.ob.cum filius.§. in hac i.l.iij.in pn̄.de ꝯdi.ob cāꝫ.poſt lit ꝯte.nō impedit proceſſum.qꝛ proceſſus eſt indiuiduus.⁊ ſi eſt iniciatus.ergo ⁊ finē debet accipe quod ē p̱ diffinitiuaꝫ ſn̄iam. Sed lꝫ ope exceptōis nō excludat ꝯteſtationē litis. tn̄ ſi exceptō eſt notoria offō iudicis impeditur litis ꝯteſtatio. vt nō.in.c.exc.obiciens i nouela.⁊ ar.i.l.fi.de peti.her. cum ſy.⁊ ſic iudex ex offō p̄uenit tp̄s excipiendi. ⁊ hoc dicit Azo i ſūma de lit ꝯt.nam iudex hꝫ offiū iterponē ex illa clauſula gnāli . ſi qua michi iuſta cā videbit ar.l.i.i fi.qbus ex ca.ma.⁊ d̄ interro.ac.vbicūq;.naꝫ cū actō iurādo de calūnia degerat.⁊ iudex.non debet hoc pati ex quo ſibi eſt notoriū ar.i.l.ij.C.d̄ indic.vide.⁊ i.l.i.C.ſi aduer.ven.⁊ facit quod nō.de bo.qꝫ lib.l.q cum maiō.§.ſi pr̄is.⁊ quod dixi.ſ.e.eleganter.§.ſi quis poſt .lꝫ exceptio trāſactionis nō impedit proceſſum.qꝛ tranſactio nō cadit niſi ſup lite vel ſpe.litis.vnde ſicut aqua extinguit ignem.ita trāſactio litem.qꝛ nā ſua eſt ꝯtria litibus iterādis ⁊ refricādis.⁊ ideo lex dicit eam eſſe remediū diffinitiuū litis.vt.C.de tranſac.l.fr̄is.

Qui filio. Licet mandatum nō ſit reuocatū tn̄ liberat ſoluens p̱ errorē ⁊ ſi ſcit nō liberat nec ēt repetit vt indebitum.h.d. Quid ſi titubat dico ꝙ nō liberat qꝛ ſe certiorare debuit ar.j.de i rem verſo.l.iij.§.quid tamē.ſed bene repetit .C.e.l.fi.⁊ nō.hunc.§.qui allatur.p cāu ꝯ glo.l.diſpen.j.de ſolu. niſi illa glo.itelligat qn̄ ex certa ſcia facti ſed p̱ errorē

iuris ſm dy.vt dixi.ſ.de ꝯdic.ob cām.l.ſi procuratori
falſo denuo.glo.iducit hūc.§.in ar.ad.q.de monacho fu
gitiuo q erat ſindicus monaſterij.ꝙ ſi accepit pecuniaʒ
mutuo ab aliquo bona fide mutuāte ꝙ obliget abbateʒ
⁊ capitulū lʒ per apoſtaticuʒ ſit reuocatum mādatuʒ vt
j.de ſolu.l.fugitiuus.⁊.l.cum qs.in ṗn.tamē hec nō ob
eſt creditori ignorāti ar.iſtius.§.⁊ hoc.op.ar.hic loqtur
i liberatōe que ē fauorabilis.ſecus videtur i obligatōne
vbi iſpicitur veritas.⁊ nō opio vel error.vt.l.eius q.§.
quas vo.ſ.ſi cer.pe.So.ibi loqtur qn̄ procurator reuo
catus mutuat pecuniaʒ dn̄i quod non poteſt.qꝛ in dn̄o
trāſferēdo procurator eſt nudus miniſter.⁊ nuduʒ orga
num. Ceteꝝ dn̄s alienat.j.de māu.uindi.l.querit.⁊
hinc ē ꝙ durante mādato nō ſubſtituit aliuʒ.qꝛ nūcius
lʒ ad negocia nō poteſt aliuʒ nūcium ſubſtituē niſi hoc
habeat i ꝯmiſſione.qȯ ꝑ ſe uel ꝑ alium.j.de di.ṗ.i uſuc.
§.i.⁊ tangitur.j.man.l.ſi procūr.§.i.Sed qȯ glo.nō q̄
rit de procūre.mutuāte.ſed mutuū accipiente.ſed aliud
ob glo.ſ.lex ciuitas ſi cer.pe. Sed ꝛndeo illud in ṗ
iudiciuʒ eccl'e.ſed i ṗiudiciū ꝯſtituentiū ſi forte ꝯſtitue
rūt ꝓprio noie nō noie eccl'ie loqt' iſta gl.⁊ h i ꝯctu mu
tui. Sed in alijs caſibus ⁊ ꝯctibus ita obligatur q̄
tum ad natiuitateʒ obligatōnis eccleſia.⁊ minor ꝑ ꝓcu
ratoreʒ vel ſindicum.ſicut alii.ē ita format' a principio
obligatio.Sed tamen aliter moderatur ꝯdemnatio vt
nō.ſ.de neg.geſt.ſi pupilli.§.i.quod dic.vt dixi in.l.ciui
tas facit.ſ.de nego.geſt.l.pōponius in negocijs in fi.⁊
alias hoc euenit ꝙ aliter formatur actio.qꝛ hoc ius con
cernit actoreʒ.aliter moderatur ꝯdemnatio ꝑꝑ rei ṗiu
dicium ſeu ṗrogatiua.nam ō priuilegio rei nō hʒ actor
facere mentioneʒ in libello.nec fundare ius aduerſarij
vt.l.ex diuerſo.§.fi.ſo.ma.⁊.j.ꝙ cum eo.l.pater filio.

Ex̄ nō.ex iſta glo.ꝙ monachus poteſt eſſe procura
tor ſui abbatis qȯ veꝝ eſt in negocijs.ideʒ i iudicijs vt
nō.ſ.de procūr.filius.§.veterani in fi.tamē i hoc puto
differre monachū a ceteris ꝓcuratoribus ſui iuris.quia
forte monachus etiā poſt lit.ꝯt. libere reuocari ab ab
bate ar.in.c.religioſus ex̄ de procūr.in cle.vel forte nō
pōt reuocari ſi adu̇ſari⁹ ꝯdicat vt.ſ.ō ꝓcūr.l.q̄ oia.§.i.⁊
dic gl e.ti.poſt lit ꝯte.ꝙ 'ō iterē adu̇ſarij ne diſtiguat' i
pl'es.ſʒ in.l.mutuari dicit itereſſe.qꝛ oportet oia denuo
variari quod ē itellgēdum q̄tum ad inſtructōem vel ō
liberatōeʒ noue pſone ar.de for.l.orone i fi.nō quātum
ad reiteratōem.qꝛ trāſſert inſtantia.e.ti.l.iij.cauſe.§.ſi
ex pte.⁊ nō reuocātur geſta.ſed firma perdurāt de acq.
here.l.quotiens de minor.in integꝝ ō re iudi.ex cōtra
ctu.⁊ ar.de infa.l.ſeruus ⁊ ar.de proba.l.quotiens in fi.
cum glo.ſua.ſed alia glo.que ē.ſ.de procūr.l.pōponius
§.ſed ⁊ ſi magis apit.⁊ dicit litem iteꝝ ꝯteſtari. Sʒ
illud pōt intelligi de actis factis poſt ꝓhibitioneʒ interi
dum ventilāt' cauſe reuocatiōis.vt nō.in.l.que oia de ꝓ
cura. Quero hic qd de procūr.in rem ſuaʒ.an finia
tur eius fuga vel exilio.⁊ videtur ꝙ nō.qꝛ procūr.in reʒ
ſuam eſt procūr.irreuocabilis.qꝛ eſt mixtus procūr.i.cō
moduʒ ſentiens.⁊ nō merus ſicut dicimus de executōe
ꝙ alius eſt merus alius mixtus de le.ij.l.fi.ſi qs ticio
⁊ ꝙ nō poſſit reuocari exṗſſe.ergo nec tacite probatur
in dicta.l.que oia.§.fi. Sed glo.ibi dicit ꝯtrium ꝙ ṗt
reuocari niſi i tribus caſibus.l.iij.C.de nouac. Sed gl.
illa pōt intelligi quo ad ſimpliceʒ exercitiuʒ directaruʒ
nō q̄tum ad vtilem actōem que ē propria ipſius procu
ratoris vel illa glo.loqtur q̄tum ad reuocatōem non ꝑ
ſimpliceʒ penitētiam.ſed ꝑ agendi ṗuentionē.⁊ adde
quod nō.ſ.de procūr.l.procuratore in reʒ ſuaʒ dato.nā

directa ṗfertur vtili ceteris paribus quādo vtilis cauſa
tur a directa ⁊ directa ꝯpetit dn̄o principali ad queʒ pri
mo ⁊ ṗncipaliter ꝑtinet negociū.quod vt ſcias ſic diſti
gue.ſ.qs preferatur.naʒ ꝯſiderādum eſt ꝙ directa qn̄qʒ
eſt ſine exercitio vt que cōpetit heredi inſtituta hr̄dita
te ex treb.vel euicta hr̄ditate ꝑ ꝯ ta. vel q̄ cōpetit pro
curatōi iudicij ex ſtipulatōe iudi.ſol.⁊ tūc vtilis ṗfertur
directe ad tre.l.i.§.i.ō exce.rei iu.l.ij.ad tre.l.iij.§.cū ex
taret de procūr.l.in cauſe.in fi.cū.l.ſe.quo ēt caſu.ſi ipe
procūr.habēs directaʒ agit nō admitt.' niſi de rato ca
ueat.vt.ſ.de procūr.nō ſolum.§.ſed iterdum.qꝛ magis
dʒ inſpici effect⁹ exactōis q̄ titul⁹ actōis.vt ibi nō.hac
rōne ṗfertur directa.directo quādo vna ꝯpetit cū exer
citio altera ſine exercitio.vnde actō de dote que ꝯpetit
patri ṗfertur ei que ꝯpetit filie qua rōne ēt ſolus pater
pōt facere procuratorē de procūr.filius.§.ſed ⁊ filia cuʒ
acceſſorio ꝯſenſu vero vel iterpretatiuo filie.al' cauet ō
rato de ꝓcuratore nō ſolum.§.fi.⁊.§.Itē ſi dote. Sʒ
iterdum directa ꝯpetit habitu.⁊ actu.i.iure ⁊ exercitio
⁊ ſil'r vtilis.⁊ tūc refertur.aut vtilis cauſatur a directa
aut ꝯtriatur directe primo caſu.aut vtilis ꝯpetit dn̄o ne
gocioꝝ directa ꝓcuratori.⁊ tūc vtilis prefert' exēplū qn̄
procūr.ꝯct⁹ habet directaʒ.⁊ dn̄s vtilem.j.de ac.emp.
j.iul'.§.ſi ꝓcūr.⁊ ar.j.man.l.idemqʒ.§.ſi cui.aut eꝯ dire
cta ꝯpetit ṗncipali dn̄o.⁊ tūc ṗfertur directa vtili niſi i
tribus caſibus.C.de nouac.l.iij.⁊ nō.de pac.l.ſi cuʒ em
ptore quibus prefertur vtilis.⁊ nō.quod ille qui pre
fertur i agendo prefertur i liberando.⁊ in confitendo
ſecus i eo q non prefertur vt nō.de procurato.ſi actor
malit ꝑ Ia.⁊ guil.Sed iterdum hn̄s directuʒ efficaceʒ
tamē liberat debitoreʒ ꝓpter ignorātiam debitoris qn̄
debitor nō liberatur gratis.ſed ex cā onerosa.qꝛ tūc nō
nocet ſibi dolus.vt actor.i.liberātis eum.vt.l.fi.ō trāſ.
ſecus ſi debitor ſit qualitercūqʒ ſciat qn̄ liberans habʒ
actōem inanem.ſed ſi efficaceʒ nō nocet ſimplex ſciētia
ſed exigit' alteruʒ ō tribus vt.l.fi.ō trāſac.C.que res pi
gno.ob poſ.nomē.al's fraſtra dici caſus erunt enume
rati in dicta.l.iij.de nouac.ſed ſimplex ſciētia ſoluʒ ſuffi
ceret. Secūdo caſu qn̄ vtilis ꝯtriatur directe tūc pre
ualet vtil' exēplū qn̄ ꝯpetit vtilis ex ṗſcrip.C.de ṗſcrip.
xxx.an.l.ſi quis emptōis.qn̄qʒ ꝯtriatur directa directe.⁊
tunc preualet inſtrumento cauſa.j.depoſi.l.bona fides.

Ex predictis in foro quod ſi habens iura ceſſa ſit cō
fiſcatus fiſcus habet vtilem actionem nō autem habet
exercitiū directe forte.nec heres ceſſionarij.qꝛ mādatū
directaꝝ morte ciuili ⁊ nāli finitum ē.Nō ob.C.de do
na.l.illam que loquit' quantū ad vtiles actiones.nō q̄
tum ad ꝓcuratorium directaꝝ actionū.Naʒ hr̄s ꝓcūris
nō ſuccedit in ꝓcūr.j.de cur.fur.cuius bonis de infa.l.
fur.§.pe. Sed poſſet ꝯtrium dici maxime qꝛ intereſt
magis hr̄e directas q̄ vtiles vt nō.de admi.tu.l.quotꝫ.
in ṗn. Nam.l.illa dicit trāſmitti ceſſionem.ergo ⁊ mā
datum directaꝝ qȯ ſub ceſſione ꝯtinet' vt.j.man.ſi pro
cur.§.fi. Nam meꝝ offm̄ nō tranſmittit' ad hr̄dem
ſed mixtū ſic.vt nō.Ia.de are.de le.i.ſi ſic.§.fi. Quō
qd i tutore ⁊ curatore.an deſināt eſſe funditus tutores
ꝑꝑ exilium ſeu bannū.an vero remaneāt quantū ad cu
ratorē inſeꝑabilem.ſed ꝓducit ſolum mō adminiſtrati
onē.nam iſta ſunt diuerſa repelli ab actu extrinſeco ⁊
repelli ab habitu itrinſecuſ.qꝛ ubi remanēt habitus ſiū
actu remanēt reliquie.j.de teſta.tu.l.ſi quis ſub ꝯdicōe
facit ꝙ nō.j.de auc.tu.l.ſi pl'ibus.So.ſi ē tale bannū ꝙ
lex fingat eum mortuū tūc fundit⁹ finit' tutella.ſecus ſi
lex nō fingat eū mortuū l' deportatū vt.j.de tu.⁊ ra.di

ſtra.l.ſi tutoꝛ rei publice.§.fi.⁊ ar.C.ð ſen.paſ.l.fi.ẽ ergo qñqʒ officiuʒ ſuuʒ cã adminiſtratõnis ſic.⁊ dignitas C.vbi ſenatus vel cla.l.fi.ſic ⁊ dñium vt apud ꝓdigum ⁊ furioſuʒ vt.ĩ.de ɔ̃bẽn.emp.l.ſi qs ſciens.qꝛ ꝑ mẽtis exilium ſtat habitus ſine actu de ſup.neg.ꝑla.c.grandi li.vi. Sed ꝑ doloſuʒ ɔſilium.ſi qdem eſt dolus circa officiuʒ priuãdus eſt oino.l.hec enim de ſuſpec.tu.ſi ex̃ offiñ tũc nõ eſt priuãdus niſi reddatur ĩhabilis facit quod nõ.de infa.l.ij.§.miles.⁊ nõ.Inno .de accuſatj.c.qualiter.⁊ qñ ſi ẽ dolus circa res proprias dilapidãdas ſi ſunt ſubiecte reſtitutioni dic vt.l.imperatoꝛ ad trebl̃.ſi nõ ſunt ſubiecte reſtitutioni dic ꝙ vt prodigo debet ei ſola adminiſtratio ĩterdici. ⁊ de cur.fur.l.iulianus.in procuratoreʒ nõ.cum remouẽ ab actu.⁊ preciſe idem ẽ ĩ.de ſol̃.diſpenſatoꝝ.⁊.C.de procur̃.l.eum qui res agit herẽdum.⁊ hoc eſt veꝝ qñ plene remouet̃.ſecus ſi ei ꝓpter ɔtumaciam audiẽtia denegat̃ ar.ex̃ de ɔſti.ex lr̃is ⁊ de procũr.l.mutus.§.pena.

**Si filius.** Filius tutus exceptione macedoniani ſcienter ſoluens non repetit lʒ patri ſuccedat.⁊ uelit agẽ tãquã heres.h.d. Nõ. ad reſcindẽdum feñ liberatoriũ nõ patrocinari ſequentem ſucceſſioneʒ.ſed ĩ obligatorio facto diſtinguitur.aut ex eo venit euictio.⁊ nõ põt reſcindi ð rei vẽ.l. ſi a ticio idem ſi alia detur actio.ĩ.de excep.rei iudi.l.ſi is q hr̃s §.vlt.ſecus ſi nulla vt nõ.ĩ.de vſuc .l.cum uir predium.

Sed ad reſcindẽdum factuʒ alienuʒ poteſt allegari nomẽ propriuʒ.niſi teneatur de euic.vt nõ.C.ð rei uẽ.l.ꝙ cũ a matre.⁊ adde qð heres.ĩ.de diṽ.ꝑ.l.an uicium §.ex facto. Nam vbi quis nõ eſt ɔtrarius facto ſuo nec ſui auctoris poteſt vti titulo ſibi magis expedienti ut in prin.⁊ adde hic quod nõ.ĩ ſpe.de pac.§.poſtremo.ṽſi.fi.

**Si quis.** Putans ſe ɔdemnatum ab arbitro cuʒ nõ ſit ſoluens repeti.h.d.dubium faciebat.qꝛ ſcit ſe nõ teneri ex ſnĩa.ſed metu pene hoc facit errat eniʒ q putat ſe cãtiue teneri lʒ ſciat ſe nõ obligatum ex ſententia.

**Heredi.** Etiaʒ ṽerus heres tenet̃ ad indebituʒ. Item adde debituʒ ſi nõ defendit ius ſuum ⁊ aduerſarius forte probat euʒ hr̃dem nõ eſſe creditor̃.⁊ ſic ſub iuſto clipeo perit. ⁊ ſnĩa derogat ṽitati. quo ad humanũ iudiciuʒ.h.d.tex.⁊ glo.

**Libertus.** Ope obſequiales ſub errore promiſſionis ſolute patrono.nõ ɔdicũtur.qꝛ licet ſit erroꝛ promiſſionis nõ eſt erroꝛ ĩ ſubſtãtia debiti.qꝛ natura debent̃.idem ſi pecunia ex trãſactõne q̃ ſumpſit originem ex inde ope ṽo fabriles errore promiſſionis vel impoſitõis ſolute.lʒ codeʒ in ſpẽ ɔpetit nõ poſſint.ꝑ nãlem facti diuerſitateʒ tñ repetit̃ extimatõ ⁊ vtilitas operaꝝ.⁊ ſic aliud ɔdicit̃ ꝙ̃ ſolutuʒ ſit.nec eſt nouuʒ.nam aliquãdo aliquid ɔdicitur acceſſorie. vt fructus accedẽtes rei ſolute qñqʒ aliud ſucceſſorie.ut extĩatio que ſuccedit loco rei.verbigr̃a.ſi res diſtracta ſit vbi venit ſola extimatio pcepta.etiam ſi modica ſit qꝛ bõa fides recipiẽtis vlterius honorãda nõ ẽ. Ex hoc concluditur ꝙ ĩtereſſe metimur etiã in opiſ ex ꝑſona rei.i. patroni.vt in tanta quãtitate teneat̃ ꝙ̃tum fuiſſet pro illis opis impẽſurus.porro ſi opẽ nõ ſũt ſolute. Patrono.ſed aliȷ̃ delegãte patrono eidẽ oparum diſtictione vtẽdum ẽ vt ĩ obſequialibus repeticio ceſſet in artificialibus tenet delegatio.⁊ cõdicitur vtilitas oparum hoc dicit.hoc vltimũ tex.nõ apit.ſʒ tamẽ ita ẽ quia erat delegatio ex cauſa lucratiua.vnde in effectu ẽ ĩdebituʒ lʒ ipſo iure nature oparum ſit ðlegabilis .⁊ ɔdicetur a recipiẽte cui facta ẽ delegatio.iſte §.loqtur ð opis oẽs aũt opẽ conſiſtunt nõ in iure quodam ĩtellectuali. Sed in miniſterio.⁊ in actu corporali.⁊ ſic in facto.vñ iſte.§. tractat indiſtractibus factĩ vtruʒ ĩtereſſe ſuccedat ĩ obligatione. In ɔ̃ctibus q̃dam ẽ obligatio ꝑciſa.vt in dãdo q̃daʒ cãtiua.vt in faciẽdo.⁊ dic vt.ĩ.ð ac.emp.l.i.in ꝑn.⁊ ð ṽbo.ob.l.ſtip.nõ diui.§.celſus.in iudicijs q̃dam eſt obligatio ꝑciſa.q̃dam cãtiua.⁊ ſimiliter ɔpulſio alia ꝑciſa.alia cãtiua.quod dic.vt.l.ſed hec.§.ꝑtoꝛ.⁊ l.mutuſ.§.fi.⁊.l.nõ cogẽduʒ.§.ſabinus.de procũr. In offõ iudicis.dic vt in.l.q reſtituẽ de rei.vẽ.nam offiñ iudicis veluti iur̃dictio ꝑ iſa ɔpulſione ⁊ manu millitari defendi põt ne vis fiat ei.l.ſi quis miſſum. In diſpoſitõne legali.idem qꝛ ꝑciſe obtẽperãdum ẽ ꝑcepto quod ꝑtinet ad legis auc̃tem vt.ĩ.de no.op.nunc.l.ſtipulatio.§.ſiue.

Nõ.ðbitum ex obligatione generali antidoruʒ inhibere repetitionẽ. Nõ.ꝙ homo in eodẽ ſtatu diu nũquã ꝑſeuerat nec hʒ opas vniformes.qꝛ nec ingeniuʒ.nec uigoꝛ corporis ſũt vniformia. Nõ.ꝙ ope diuerſoruʒ ſũt diuerſe.ſed duplex ẽ opa formis q̃ ingenio artificis ɔſiſtit.vt pictura.⁊ informis vt ð albatio vel aratoria opa.⁊ huiuſmodi.⁊ diuerſitas eſt triplex generis vt opa aratoria apictoria forme.vt ṽna pictura ab alia pictura qualitaſ.i.vtilitatĩ q̃ maxime ĩeſt ex qualitate locorum ⁊ ꝑſonaꝝ de pigno.ac.l.ſi ſerucs ð rei ven.l.i fũdo.ĩ.man.l.ſi quis mihi.nõ.aliud pro alio ɔdici. Itẽ qñqʒ plus qñqʒ minus.qñqʒ aliud. Nõ.ꝙ delegatio ꝓprie nõ cadit ĩ his q̃ ꝑſone coherent.ĩ.de nouac.l.ſi vſuſfructus. Op.de iſto.§.ad ſe ipm̃.nam primo dicit in opis ceſſare repetitioneʒ facti.⁊ extimatõis. Secundo dicit ceſſare repetitionẽ facti.⁊ nõ ualoris oparum. So.iſte tex.ꝑmo loquit̃ de obſeqalibus. Secũdo ð fabrilibuſ.⁊ eſt rõ.qꝛ obſeqales debentur officio iudiciſ ſed fabriles nõ. Op.ɔ̃ hoc opẽ obſequiales nõ ſunt extimabiles nec ɔtinent vtilitatem vel ɔgruitatẽ r. preſtationis ṽt aſſurgẽ ſalutare.⁊ ſiſia ergo nõ repetunt̃. qꝛ nõ ĩtereſt.nõ ideo ꝙ ſint debite ar.ĩ.mã. So.ope obſequiales.q̃dam ĩplentur ſola reuerẽtie exhibitione ſine dãno l̃ ſũptu.⁊ de iſtis nõ lcgtur hic.quedã vt aſſociare dñium ĩ exercitibus.cuʒ equis.⁊ armis procurare negocia dñi.⁊ ſimilia ⁊ de iſtis loqtur hic.nam hec ipẽſa nõ poteſt repeti.⁊ hoc ſeruitiũ nõ poteſt poſt factum ṽendi.vt hic ſm̃ odo. Op.vlterius ꝙ iſta lr̃a loqtur de opis officialibus nõ ð obſeqalibus.⁊ male expõnis nam officiales ope in alio ɔſiſtunt.ſ.in reali preſtatione nõ in ꝑſonali veneratione.vt arare agrũ dñi.⁊ ſimilia facere.q̃ in officio iudi.ɔſiſtunt.⁊ animo nõ exercẽtur vt arenã fodere calceʒ coquere lapides ferre. Sʒ artificium ĩ ingenio ɔſiſtit.⁊ recipit ĩcremẽtum de leg.iij.l.legatis.ſeruis.§.i.⁊.§.ornatricibus.ſed iſta rudia nõ accipiunt nec augẽt ingeniũ. ⁊ dicũtur in officio nõ ĩ artificio ɔſiſtere.iſta glo.nõ repetunt̃ forte tãquã vilia ⁊ modica.vnde obligatõ ad antidora circa iſta modica ĩpedit repetitõem.⁊ ita loquitur hic.So.qdam ɔcedunt hoc.ſed ego nego hoc.nam ĩ iſta multa.⁊ magna eſſe pñt.⁊ rei familiaris ɔpendium ɔcernunt. vnde ꝑſtatio talis ope ſimilis ẽ ꝑſtationi pecunie vt. ĩ.ð opis libe.l.fabriles.nam ⁊ locari ɔſueuerunt.ĩ.de ꝑſcrip.ver.l.nãlis.§.at.cũ do. Item iſte ope nõ debent̃ offõ iudicis .vñ ꝑſtatio nõ fuit neceſſaria.ſed ĩdebita.lʒ enim ex nãli eqtate teneamur bene faciẽtibus bñ facẽ.tamẽ iſta obligatõ ẽ ẽ incerta re ⁊ genẽ.⁊ ideo qꝛ eſt oino ĩformis nõ parit effectũ ar.C.mã.l.ſalariũ. ⁊.ĩ.de ṽbo.ob.triticũ nec ob. ĩ.de fideiuſſ.l.ſi teſtatoꝛ.§.i.qꝛ ibi obligatio ad antidora

erat i ſpẽ nõ in genẽ.q̄ꝛ nõ hꝫ certam quãtitateꝫ vel na
turaꝫ ſm Bar. Iteꝫ nec ob.ĩ.mã.ſi vero nõ.§.idẽ pap.
vbi facit donationẽ p̄ſumi.q̄ꝛ ibi i ſciente hic i errãte.⁊
adde quod nõ.ẽ.ꝺ inſti.⁊ iu.l.ex hoc iuꝛ gentiũ. Op.
vlterius.ꝙ erroꝛ facti ꝯcedat repetitionẽ debiti nãlis.
tñ.C.ad.l.fal.l.erroꝛ.So.hic erat debituꝫ petibile offi
cio iudicis qꝺ equiperatᷣ actioni.⁊ eſt maius q̄ ſit ſola
obligatio nãlis que nõ ptinet ad neceſſitateꝫ p̄ſtationiſ
iura eniꝫ dicunt ꝙ offiñ iudicis nobile loco actõnis ſuc
cedit.⁊ Bar.dixit ꝙ erat actio ut nõ.inſti.de ac. i p̄n.
Op.ꝯ.v.ſed ſi opas.primo ꝯ dictum.Secũdo cõtra
exempli poſitione.tertio ꝯ rõem dicti. hic dicitur ꝙ fa
bꝛiles ope nõ repetuntᷣ.ſed extimatio ſic. Cõtra fa
bꝛiles opẽ recipiunt cum alijs operis functionem.i.ſili
tudinẽ.ergo ipſe ope debent repeti.tũc enĩ aliud ꝑ alio
repetitur quãdo ip̄m.idem nõ recipit functionem ar.in
l.ij.§.i.ẽ.ſi cer.pe.So.hic loq̄tᷣ de opis fabꝛilibus.i.in
certis q̄ variãtur ex electione eius cui edi debent. ⁊ ſic
poſſet ꝯtingere ꝙ p̄ronus alias eligiſſet.⁊ alias eligẽt
libertus i repetẽdo.⁊ ut ceſſent iſta incõuenientia deue
nitur ad extimatõem.ſed in opis certis a pꝛincipio fa
teoꝛ ꝯꝛium.q̄ꝛ tũc electionũ varietas non põt in eo aſſi
gnari ſm Io. Sed op.ꝯ ex ẽpluꝫ q̄ꝛ tex.exemplificat
depictoꝛijs.⁊ ſic de certis.So.ꝯſiderat tp̄s ſolutionis
nõ foꝛmã ymaginarie pꝛomiſſionis ſm Io .iſta opinio
nõ placet ꝑ.l.ſi opas.ĩ.de p̄ſcrip.ver. Preterea ope q̄
ſunt in facto nõ ſũt in reꝝ nã.quia ope in actu ꝯſiſtunt.⁊
actus explicitus eſt ⁊ l[illegible]pictura duret iſta nõ eſt opa.ſꝫ
res opata ſic. Et i creatione mũdi deus ſeptima die
quieuit ab ope tamen opata manſerunt vt celum ⁊c̃.
⁊ facit qꝺ nõ.ĩ.ꝺ acqui.poſ.l.i.§.veteres.Opa ergo nõ
poteſt repeti.q̄ꝛ nõ eſt.Itẽ opata nõ p̄ñt repeti.q̄ꝛ eſſet
petẽ eaſdem picturas.puta abꝛaſioneꝫ eaꝝ de rei vẽ.l.
in fundo.vnde neceſſario venit extimatio.nam aliq̄d ſi
ne iniuria vtriuſq̄ꝫ ptis fieri nõ poteſt ar.ĩ.de ſolu.l.cũ
ſtichus ex hoc pꝫ ꝙ in repetitõe nõ eſt tacita dies.q̄ꝛ nõ
agitur ad opas.ſed ad itereſſe ab ip̄o p̄ncipio cũ ſi ope
deberentᷣ.tp̄s in eſſet reſtitutioni.vt.ĩ.de opis li.l.ſi qſ
hac.§.iudi. Op.ꝯ rõem lr̃e.q̄ꝛ opere recipiunt fũctõ
nem ſiue ſint opere rudes ſiue induſtriales. Nam mul
ti reperiũtᷣ eque boni ⁊ paris induſtrie quoꝝ ope i figu
ra ⁊ vtilitate pares ſunt vt.ĩ.ꝺ duobus reis.l.nemo eſt
qui neſciat.So.ꝯuentioneꝫ functioneꝫ recipiũt. q̄ꝛ duo
ꝯcurrunt.ſ.ꝯſenſus ptium.⁊ equalitas oparum. ſed i di
cta.l.nemo nõ legaleꝫ vt dicta.l.ſi opas. ⁊ facit qꝺ nõ.
ẽ.ſi cer.pe.l.ij.in glo.quas res. Et ꝯclude aut loqui
mur ꝺ va idẽnitate.⁊ nõ cadit i opis aut de iterpꝛetati
na.⁊ tc̃ ex aſſilone ꝯhẽtiũ aut ex aſſilõe legali.pꝛio cãu
aut loq̄mur vbi diuſitas viciat ⁊ tũc duo dñt ꝯ rẽ ptiũ
voluntas.i.ꝯuentio.⁊ induſtrie equalitas dicta.l.nẽo.⁊
de fideiuſ.l.ſi qſ pꝛo eo.aut vbi nõ viciat diuerſitas.tũc
ſola ꝯuentio ſufficit vt.l.ſi opas.Secũdo caſu nõ fingũ
tur eodeꝫ.⁊ ibi ex̃.id quod agitur tacita naſcitur obliga
tio vt hic. Op.ꝙ opere ſint i obligatõe vt.ĩ.de opis
lib.i.So.illa.l.ſm iſtam vel ibi i petitione que ẽ abſolu
ta hic i repetitõe que eſt relatiua.⁊ ideo ſuccedit ext ma
tio loco facti.q̄ꝛ nõ poteſt foꝛmari punctualiter ad yma
ginem.⁊ ſimilitudineꝫ alterius ope ꝑꝑ nãleꝫ diuerſita
tem vt lr̃a dicit. Op.ꝙ i ꝯdictione debiti nõ veniat
aliud quod re ꝯhibitur.vt in.§.is quoq̄ꝫ ⁊ extimatio fingi
tur.idem ⁊ nõ aliud facit quod nõ.ẽ.ſi ceꝛ.pe.l.vinuꝫ.in
glo.magna.⁊ adde quod dixi.ẽ.e.qꝺ debitum.in glo.ſi.
que incipit hoc expone.ibi etiam ſi nõ ſunt hr̃des.⁊ eſt
rõ.q̄ꝛ ſunt annexe iuri p̄ronatuſ quod ꝺ ſui natura trã

ſit etiam.ad nõ hr̃dem facit quod nõ.dy.ĩ.ad treb.l.ex
facto.§.fi.⁊ de vbo.ſig.l in ꝯuentionibus.⁊ ꝑ Ia.ꝺ ope
ris li.l. liberti:liberte que ibi videas.In eadem gl.in fi.
adde quod ꝺ opis quas debet vaſallus dño.dic vt nõ.i
ſpe.in ti.de feu.§.qm̃.v.nono.q̄ritur.Iteꝫ an dñs poſſit
delegare vaſalluꝫ inuitũ.alibi dicit glo.ꝙ vaſallus inui
tus nõ cogitur mutare dñm vt nõ.ĩ .de fideicõ. liber.l.
inuitus.⁊ dic.vt ibi. Baldus.

**Si decem.** Nõ.ꝙ particularis ſolutio nõ ꝑ
cedit in obligatõe alternatiua. ⁊
ꝙ in diuerſis rebus.nõ poteſt fieri ſolutio etiã ſi obliga
tio ſit trãſmiſſa in plures qꝺ eſt nõ. Iteꝫ nõ. ꝙ act⁹
poſterioꝛ iſirmat vel ꝯfirmat pꝛioꝛeꝫ. Nõ. ꝙ ꝯuerti
tur electio ſoluentis ad accipiẽteꝫ. Sed hoc hodie coꝛ
rigitur ꝑ.l.pe.C.e.⁊ hoc vbi vtraq̄ꝫ res ẽ ſoluta . Si ãt
ſit erratũ i ſolutõe vna re nõ ſoluta ceſſat repetitio vt
ĩ.de le.ij.l.ſi is cui. Baldus.

**Qui certo loco.** Ex diſtractu non
ſoꝛtitur quis foꝛuꝫ
h.d.⁊ adde quod dixi.ẽ.ꝺ iudi.l. exigere dotẽ
⁊ hic ꝑ guil. Nota ꝙ i repetendo nõ debemus ſeq̄
falſaꝫ opionem ſoluẽtis.ſed ſubſtãtiam vitatis.

**Iudex.** Abſolutus qui conſcient.a ductus
ſoluit nõ repetit hoc dicit.habetis
ĩ.eo.l.iulianus. Bal.

**Interdum.** Perſona pupillo fu
rioſo . ⁊ pꝛodigo con
ceditur repetitio ſoluti. etiam vbi alijs per
ſonis nõ ꝯcederetur.⁊ ſic pſona eſt imediata cã repeti
tionis. Nõ.ꝙ pupillus furioſus ⁊ pꝛodigus ſoluẽdo
nõ transferunt dñiuꝫ in pecunia extante ꝯpetit eis rei
ven.ea ꝯſumpta ꝯdictio. Modo de rei vẽdi.nõ ẽ dubi
um ꝙ ꝯpetit ip̄o iure.q̄ꝛ ſunt dñi.nec obſtat exceptõ ali
cuius ꝯpenſationis vt nõ.in.l.cum fundus.§.ſeruũ.ẽ.ſi
cer.pe.ſed qñ nũmi ſunt ꝯſumpti bona ſide.tũc i furioſo
⁊ pꝛodigo.q̄ꝛ patiuntᷣ mentis exiliuꝫ.adhuc repetitio ꝯ
petit ip̄o iure.nec ob.excep.doli vel ꝯpenſationis ex ſo
la nãli.lꝫ enim ſola nãlis.ſit efficax ad excipiẽdum.hoc
fallit i ꝯdictione idebiti. Unde dicimus ꝙ iſta exce
ptio obſtat petenti.ſed nõ repetenti hẽs glo. ſingularẽ
hic ⁊.ĩ.e.l.cuꝫ his.§.fideiuſſoꝛ ar.ꝯ.l.rem ra ha.l.ꝑcũꝛ.
ad exhibẽdum.§.i. Ex obligatione vo efficaci hñ op
poneretᷣ ꝯpenſatio.q̄ꝛ nõ intereſt repetẽtis.ne ꝯpenſetᷣ
vel inſtar ſolutõnis habeat ꝯpenſatio vt.ĩ.qui po.i pig.
ha.l.ſi debitoꝛ in fi. Sed in pupillo ſunt opiniones.
q̄ꝛ glo.dicit ꝙ eſt tutus ꝑ reſtõnem.placen. dicit ꝙ ipſo
iure opio glo.eſt vera qñ ſoluit ex certa ſcia opio plac.
qñ per erroꝛẽ facti vel iuris.⁊ erat ſoluꝫ vinculuꝫ nãle
in adulto.eſſet opus reſtõne ſm oĩs.q̄ꝛ adultus poteſt
agnoſcẽ debitum.⁊ põt alienare pecuniã lꝫ ſecus ſit in
alijs rebus q̄ p̄ñt ſeruãdo ſeruari.vnꝺ in pecunia ẽ hoc
ſingulare vt in.l.i.§.fuit q̄ſitum.ĩ.ad trebel.apparet ex
p̄dictis ꝙ nãliter obligatus reſtituitᷣ ꝯ ſolutõem.ſed an
reſtituatᷣ ꝯ obligatõem nãlem.q̄dam dicunt ꝙ nõ.Alij
ꝙ ſic niſi ſit tutus ip̄o iure.quod dic vt nõ.ĩ. de fideiuſ.
.l.marcellus.ẽ.ꝺ neg.ge.l.iij.§.pupillus.⁊ ꝑ cy.C.ſi ad
uerſus.ſo.l.indebito.item ex differẽtia glo.inter ꝑdigũ
⁊ pupillum ſume.ar.ꝙ i pꝛodigo nõ cadit obligatio nã
lis.q̄ꝛ nõ hꝫ ꝯſenſum iuꝛ fictione quod facit ad nõ.per
Ia.ꝺ are.i.l.qui hꝫ.ĩ.de tutellis.

**Qui inuicẽ.** Ubi nõ cadit ꝯpenſatõ vlᷣ
vbi nõ eſt appoſita nõ idu
cit repetitõem ſoluti tãq̄ã indebiti.h.d.tex.
cum ſua gl.Secus eſſet in ꝯpenſatione facta.q̄ꝛ ibi eſſet

penitus idebitum vt pʒ expꝛeſſe ex mēte huius.l.

**Is q plus.** Quatenus obligatio ē idebita erronea cōdicitur hoc dicit iſta.l. Bal.

**Cum is q.** Ad hanc facit.l.lex ſtichum ⁊ pāphilum.ȷ̄.de ſolu.nō.ꝙ lʒ ignoꝛare propꝛiuʒ factuʒ dicit glo.ar.C.de ꝯben.⁊ cō mit.ſtip.l.magnaʒ. So.obligatio nō lʒ ignoꝛare vt ibi, ſed nō oligatio hn̄ licet ignoꝛare vt hic.

**Fideiuſſor.** Eadem ſolutio nō parit liberatōem ⁊ repetitionē. h.d. vel ſic vnus.⁊ idem actus nō pōt ꝯͣria opari.h.d. In tex. ibi nec repetet.qꝛ recōſciliatur.iſta ſolutio vt.ȷ̄.de ſolu.l.ſtichum.§.aliqn̄.⁊.ſ.e.l.ſi ſoꝛtē.§.ſi filius.

**Si mulier.** Sufficit vnā de cauſiſ impedientibus obſtare agenti.hoc.d. Nō.ar.ꝙ relictum ꝓ virginibus maritandis itelligitur relictum ad pias cauſas.⁊ iō ceſſat falcidia.

**Qui hominē.** Putans ſe obligatuʒ i ſpē cum ſit obligatus in generꝫ pōt ꝙ ſoluit ꝯdicere.h.d.⁊ eſt rō.qꝛ obligatio generis nō cadit ſup certo lʒ ſolutio ſemp cadat ſup certo vt.ȷ̄. ꝗ ⁊ a. qui.ſi optio ⁊ de le.ij.l.meuius.§.duobus. ⁊ adde quod nō.cy.in.l.pe.C.e.⁊ facit quod nō.ſ.e.ſi nō ſoꝛtem §.libertus.v.ſed ſi operas.

**Si in area tua.** Ius retinēdi qd̄ oꝛitꝛ ex negocio geſto iter parteſ nō parit repetitōʒ ſoluti.h.d. Nō.ꝙ opʒ ꝙ cōis actio oꝛiatur ex aliquo negocio geſto facit.l.iuriſgentium.v.⁊ ideo puto.ſ.de pac.⁊ ad hoc magr̄aliter allegatur ꝑ doc.quod tene mēti. Itē nō.ꝙ ſiue quis edificet.in ſolo poſſeſſo a dn̄o non agit qꝛ cum dn̄o nō ꝯtraxit.nec quaſi ꝯͣxit ſiue qs hedificet i ſolo a ſe poſſeſſo.ꝙ poſtca tradit dn̄o nō agit .qꝛ tradidit ei rē ſuā.nec pōt agere reſpectu poſſeſſionis ꝯ dn̄m qd̄ eſt nō.nō ob.§.ſi nūmi.in.l.indebiti.ſ.e. qꝛ ibi cōtra dn̄m. Iteʒ nō.ad hedificium in tuo a te poſſeſſo cōſtructuʒ potes occupare ꝓpꝛia auctoꝛitate.vt pʒ in v̄bo occupat.Sed ſi nō eſt a te poſſeſſum requiritꝛ traditio. vt pʒ in v̄bo trad diſſet facit.ſ.ad.l.acqui.l.quēadmodū §.i.C.ꝙ cum eo.l.ſi ſeruus.C.ſo.ma.l.dotiſ.⁊ quod nō. ȷ̄.pꝛo ſocio.l.cum duobus.§.idem rn̄det. Sed ꝯ hāc .l.facit.l.Sed ⁊ ſi me.§.cuʒ iter.ſ.e.So.ꝙ ibi exceptio cābatur ex facto partiū hic nō.ſed ex facto unius ſoliꝰ.

**Is cui hr̄ditas.** Heredi nō dʒ dari cā ꝯdictōis implēde quando addit coactuſ.⁊ ſi datur repetitur hoc dicit. Baldus.

**Qui ob rem.** Poſt ſolutiōem etiam erroneam nō hʒ locum purgatio moꝛe multo minus ſi ſoluēdo agnouit debitum.h.d.Et facit.ȷ̄.iudi.ſol.iam tn̄. in ꝑn.⁊.l.ſi ex duobus.⁊ ē hec.l.magr̄a in materia purgatōis moꝛe ꝙ vbi eſt facta executio facti nō hʒ locum purgatio moꝛe.Ideʒ ſi eſſet tranſlatum dn̄ium ip̄o iure. ſecus ſi eſſet trāſlata obligatio ſine dominio vt eleganter nō. dy.ȷ̄ d̄ v̄bo.obli.l.ſi ſeruuʒ.§.ſequitur.⁊ nō. bene hāc.l. uel ſūmā ſic poſtquaʒ in facta.ſolutio iā ñ cadit defēſio hoc dicit. Bal.

**Seruus cuiuſdam.** Tene mēti hāc.l. pꝛo famulis ſcholariuʒ ſub pignoꝛantibus libꝛos dn̄oꝝ.⁊ nō.ꝯtra iudeos. In tex. ibi repeti. ſ.pecūiam ꝑ ꝯdictionem.ob turpeʒ cām. In tex. ibi fureʒ furtū nō ꝯmittitur ſine ſcia ⁊ dolo. naʒ ignoꝛans nō ꝯmittit furtuʒ. Nō.ꝙ in caſu in quo feneratoꝛ facit furtum ⁊ ſi ſoluatꝛ ei ꝯ volūtate dn̄i ꝯdicitur ab eo nō ratōe erroꝛis.ſed rōne turpis cauſe.Secus ſi i ignoꝛāte quod ē nō.vnde ſi famulꝰ tuus ſub pignoꝛauit libꝛū iudeo ſciēti.⁊ qꝛ iudeus nō vult aliter tibi reddere tu ſolus poteſ repetē ꝑ ꝯdictionem.ob turpem cām.

**Seruū meū.** Nihil dixit ſup hac lege. Baldus.

**Frater a frē.** Uſqʒ ad.§. q̄ſitū diuide i ſex pteſ ſʒ gl.⁊ bene.ſa ibi reſpondi. tertia ibi reddi. quarta ibi nālem.quinta ibi adeo.ſexta ibi poꝛro.⁊ quia textus ponit tres rōnes.ſecūda rō eſt ibi deniqʒ.tertia ibi igitꝛ que rōnes tendūt ad pꝛobādum ꝙ nālis obligatio committetur peculiuʒ ſm odofr.⁊ Ia.bu.⁊ iſtud ꝑncipium h.d.vbi frater mutuat fr̄i.in eiuſdeʒ patria ptāte exn̄ti ꝯͣhitur obligatio nālis inter eos que ꝑ filiuʒ mutuāteʒ patri acquiritur.⁊ ſi pr̄ poſtea moꝛitur. ⁊ ambo hr̄des exiſtant ꝯfunditur illa obligatō ſucceſſione ꝓ hr̄ditaria ꝑte debitores.pꝛo alia nō ꝯfunditur ſucceſſione. ſed peculij peruention e tollitur.naʒ obligatio peculiaris peculiuʒ imitatꝛ vt pʒ i peculio p̄legato.⁊ i eo.qd̄ ē ſolutuʒ ſoluēdo ex̄neo de pecculio.⁊ quēadmoduʒ aduerſus ex̄neum qs tenetꝛ indēneʒ ꝯſeruare.ip̄e nō pōt damnificare.h.d.Uel bꝛeuius iter fr̄es i eadeʒ ptāte ꝯſtitutos oꝛitur ex mutuo peculij nālis obligatio que patri q̄ritꝛ ⁊ quatenus eideʒ ſuccedit a filio debitoꝛe iurꝫ ſucceſſiōis ꝯfunditur.⁊ obligatio peculiari s peculiū ꝯſequitur.vn̄ peculiuʒ vadit cum ſuo onere.⁊ ſi ꝑuenit ad creditoꝛeʒ hʒ obligationeʒ extinguē.⁊ poſtea ſoluti repetitōem auferre.h.d. In tex.ibi quia frater.ſ.creditōi ibi ſuo.ſ. debitoꝛis.ibi frater.ſ.creditoꝛ. In tex.ibi ꝯſecutus.ſ. a fratre d̄bitoꝛe. In tex.ibi a fratre.ſ.creditoꝛe. In tex.ibi fieret pꝛo hr̄ditaria poꝛtiōe. Nō.pꝛimo ex mutuo inter fratres in eiuſdeʒ ptāte manentes oꝛiri nāleʒ obligatōem.⁊ hoc ē intelligēdum quādo mutuatū fuit i caſibus ꝑmiſſis vt.C.ad mace.l.zenodoꝛus.vel dic ꝙ q̄n ꝯͣhitur ſola nālis vꝛ ceſſare macedonianuʒ.qꝛ macedonianuʒ pꝛouidet ꝯ remedio exceptōis.ſed hic nō eſt exceptio.qꝛ nō ē actō.ſed p̄ma ē tutioꝛ. Secūdo nō. ꝙ iſta obligatio naturalis q̄ritur pr̄i. nō tamē pꝛo hoc ſeperatꝛ a filio quādo ꝯͣxit nomie ꝓpꝛio.qꝛ naturalꝛ obligatio ē inſeparabilis.ex hoc ſeqtur ꝙ vna ſit obligatio nālis i ꝑſona filij que cōmunicatur patri ſicut nos dicimus i dote.ꝙ ē vna obligatio cōis patri.⁊ filie i.l.ij.ſo.ma.⁊ de ſolut.l.q homineʒ.§.ſi gener.C.reʒ in pn̄ti.§. videamus.⁊ ſm hoc nō ſunt due nāles.ſed vna ꝯpetēs duobus.ſed glo.vꝛ dicē ꝙ ſint due.qꝛ obligatio patris ſit ꝯſecutiua.ad obligatōem filij.⁊ ꝙ itellectualꝛ ſm oꝛdinem.vt pꝛimo p̄cedat i ꝑſona filij deinde ſubſequatꝛ i ꝑſona patris.p̄ma opio eſt tutiō.quādo nō ſit diuerſe obligatōes in eſſentia.ſi vna ꝯcernens filiuʒ rōe ꝯͣctus ⁊ alia patreʒ rōne acq̄ſitionis.⁊ ꝑ hoc pʒ ꝙ pꝛopꝛie nō ſunt tāquā duo rei credēdi equales vt.ȷ̄. dicaʒ. Tertio nō.ꝙ ꝑ ſucceſſioneʒ debitoꝛis ꝯfunditur obligatio creditoꝛis quotitatiue.ſed ꝑ obuētionem peculij nō inducitur pꝛopꝛie ꝯfuſio.ſed potius extictio obligationis. ⁊ iō fit q̄ntitatiue.⁊ eſt rō dr̄ie ſm odo.qꝛ ſucceſſio fit i locum eius cui ſuccedītur.⁊ fingitꝛ eadem ꝑſona .ſed quādo peculiū obuenit nō ſucceditur ꝑſone.ſed i re affecta ⁊ obligata.⁊ ideo ſm quātitatem rei pꝛoducitur effectꝰ extinctionis ſm odo.quod eſt ſubtile. Quarto nō ꝙ nālis obligatio ꝯmittatur peculium.⁊ diminuit ꝯ pe

cuſſio debitoris.vñ ſi eidẽ ꝑlegetur peculiũ fiet detra
ctio debiti ſic.j̄.de pecul'.lega.l.ſi peculiũ.§.ſi cer. Jtẽ
q ſoluit ƌ proprio recuperat ƌ peculio. Jteꝫ q cõica
uit peculiũ dꝫ conſeruari idemnis pro rata vt hic.ꝛ.C.
fam.her.l.centuꝫ ergo obl'o quecũqꝫ peculiaris reddit
ipm peculium affectuꝫ.ꝛ facit quod nõ.in ſimili.j̄.ƌ im
penſis.l.quod dr̃.ꝛ.j̄.de fun.inſtru.l.lucius. Ultimo
nõ.ꝙ ille qui tenetur aliqueꝫ ſeruare idemnẽ ab cx̃neo
tenetur ipm ↄſeruare idemneꝫ a ſe ipo qñ ad hoc tene
tur ex diſpõne legali vel ex nã rei.ꝛ ꝑ hoc non facit ad
qõem.Odo.ƌ eo qui promiſit aↄmodare turrim ↄtra
omneꝫ pſonem ꝙ teneat' accomodare ꝯ ſe ipm. Nam
iſta obligatio ẽ ex gnãlitate ſermoniſ i qua nõ ↄtinetur
pſona loquẽtis.vt.C.ƌ ſolu.l inquiſitio veritatis.hic ãt
loqtur quãdo ex natura rei vel diſpoſitõe legali. ꝛ ſic ñ
obſtat.ꝛ uide ſpe.ƌ ſolu.§.i.v̂.fi. Jn glo.in.vi. ptes.i
pn.iſta fuit diuiſio vug.ſed odoſ.Jn.e.glo.ibi patris nõ
ↄceſſum ſibi i peculiũ.qꝛ ad hoc vt ſic peculiũ reqrit'
ↄceſſio.vt.j̄.de pecul.l.peculiũ.ꝛ de pac.lega.l.fi. ꝛ nõ.
C.fam.her.l.filiuꝫ.ꝭm l.c.antiquoꝝ. Jn.e.glo.ibi ſoli
pr̃i quando noĩe patris.qꝛ ipe pater ꝯſiſſe uidetur. ſ.ſi
cer.pe.l.certi ↄdictio.§.ſi numos.ꝛ ar.j̄. ƌ ma. vindic.l.
pater ex. Jn.e.gl.ibi ſine ſcrupulo ymo nõ eſſet ſine
ſcrupulo ſi pecunia eſſꝫ ꝑprie filij quia pater tenet' filio
actõe negocioꝝ geſto.ꝛ ex hoc poſſet i repetitiõe idebi
ti opponi ↄpenſatio repetenti niſi ponẽs ꝙ mutuauit
noĩe patriſ aĩo donandi vel ꝙ hoc ↄſcideret natiuitatẽ
ↄdictionis indebiti nõ exceptõem ↄpenſatõnis ꝭm Ja.
bu.vel dic ꝙ exceptio ↄpenſationis ex ſola nãli nõ op
ponitur repetẽti vt nõ.ſ.e.l.interduꝫ.ꝛ.l.cum his.§.i .ꝛ
ꝭm hũc itellectum nãlis obligatio nõ eſſet orta iter fra
tres.ſed iter patreꝫ.ꝛ filiuꝫ directe.ꝛ nõ ꝑ obliquũ.Jn
e.glo.ibi.l.ij.ꝛ qꝛ ex his cauſis nil quereretur patri.nec
ſucceſſio paterna ↄfundẽt debitum cum non eſſet hr̃di
tariũ.ſed hr̃dis propriuꝫ.C.de here.ac.l.ꝓ hr̃ditarijs ꝛ
.l.vt debitum. Jn.e.glo.ibi aduenticia vt proprietas
obligationis radicetur in filio.nec hꝫ locum actõ ƌ pe
culio in aduẽticijs hodie vt nõ.j̄.de caſtrẽ.pecu.l.pr̃.ꝛ li
cet exercitiũ actionis q̃reretur patri rõne vſufruc. tam̃
mortuo pr̃e rediret rõne ad ꝓprietatem tãquã ad ſuum
pncipium cauſale.ꝛ ↄſolidaretur ꝓprietati.qꝛ ita ẽ ƌ nã
vſufructus formalis vt.l.nõ quocũqꝫ mõ de le.i. Jn
e.glo.ibi loquitur hec.l.ſ.quãdo filius mutuat ꝓprio no
mine ex quo oritur obligatio nãlis ipi filio tanꝙ̃ patri
ꝛ hũc intellectũ proſequit' glo. Jn.e.glo.ibi nõ naſci
tur naturalis obligatio.ꝛ ẽ ratio.qꝛ non fuit trãſlatum
dñiuꝫ in accipiẽtem euꝫ cũ res propria patris nõ poſſit
acquiri filio in poteſtate vt in.l.ij.C.de inoffic. dona.ꝛ
j̄.de pigno.l.debitor.§.i.ꝛ nõ trãſlato dñio ex mutuo ñ
orit' obl'õ nãlis niſi ſit ſequuta ↄſumptio vl' niſi iterue
niſſet ſtipulatio vel cyrographũ.vt inſti.ƌ v̂bo.ob.ꝛ.C.
ſi cer.pe.l.ij.ꝛ.j̄.ƌ v̂bo.obl.l.ſi ita ſtipulatus.§. griſogo
nus.lex tamẽ nr̃a nõ poſſet intelligi ex cyrographo.qa
i eo nõ oritur obligatio nãlis cum nõ ſit ibi verus ↄſen
ſus vl' tñ nõ ſit ibi impletio ex parte creditoris.vt.j̄.e.l.
iulianus ꝛ.l qui pecuniã .ſ.ſi cer.pe.Jtem nec ciuil' poſ
ſet oriri ratõne patrie poteſtatis.ergo ceſſat hec.l.i ciui
li mutuo.Jn.e.glo.ibi.nam tũc ꝛc̃.recita quod ſequitur
hoc modo dicit' in tex.ꝙ ꝑ ſucceſſionem ↄfunditur obli
gatio pr̃is.ꝛ filij ꝓ pr̃e ſuccedẽtis.Cõtra. aut iſta obl'o
fuit queſita ſoluꝫ filio.ꝛ tũc nõ fieret ↄfuſio. qꝛ nõ eſſet
obligatio hr̃ditaria.aut iſta obligatio ẽ queſita ſolũ pa
tri.ꝛ iſtud ẽ falſuꝫ vt.j̄.de pecu.l.ſed ſi dãnuꝫ.§.peculio
vbi tex.dicit ipi filio.al' fullo deberi ex ꝯctu celebrato

inter fr̃es.aut tu dicis ꝙ iſta obligatio ſit q̃ſita vtriqꝫ
ꝛ tũc aut tãquã duobus reis credẽdi.ꝛ nõ fieret ↄfuſio.
lꝫ.vni.ſuccedẽtur niſi inter ſuccedẽtem.ꝛ eniꝫ cui ſucce
ditur nõ quo ad alium vt. j̄.de ideiuſſ.l.vranius.§. ſed
cum duo.ſoluit glo ꝙ pater ꝛ filius ſũt ſimiles duobuſ
reis credẽdi i quantum vnus quiſqꝫ ꝑtendit propriam
obligatõem.ſed in alio ſũt diſſimiles.vꝫ. qꝛ nõ ſunt pa
res.ſed pater hꝫ plus iuris rõe patrie poteſtatꝭ. ꝛ ideo
nõ mirũ ſi ꝑ ſucceſſioneꝫ tollitur obligatio patris q̃ eſt
validior multo fortius tollitur obligatio filij etiaꝫ ẽ de
bilior ꝭm glo. Sed ꝯ iſtam rõem videtur expreſſuꝫ
j̄.ſo.ma.l.ſi ſocer.in pn. Preterea dr̃e ꝙ ſint due
obligatões diuerſe iſtud nõ eſt veꝝ.ymo vna obligatõ
accomodãda ꝑ.l.patri.ꝛ filio ar.j̄.de ſolutꝭ.l.q hoieꝫ.§.
ſi gener.ſaluando glo.dicunt doc.ꝙ ideo obligatõ pr̃is
eſt ħ potentior.qꝛ negocium pncipaliter reſpicit ad ipꝫ
pr̃em cum ex re patriſ quereret' obligatõ ꝭm odo.ar.l.
ꝙ procũr.ex re.ſ.de procũr.l.i.§.i.j̄. de ſtip. ſeruorum.

Uos dicitis ꝙ pater ꝛ filiuſ nõ ſunt proprie duo rei
qꝛ obligatões eorum nõ ſunt diuerſe i eſſentia.ꝛ nõ.i.l.
ij.j̄.ſo.ma. Jtem nõ ſunt creditores i mutuo ſicut in
dote.qꝛ obligatõ eſt cuiuſlibet natura ꝛ effectu vt.ſ.fa.
her.l.pompo.phila.ꝛ de procur.filius.§.ſed ꝛ filia. Sꝫ
hic nõ eſt ita.nam natural' obligatõ bene radicat' i filio
q̃ntum ad pncipium acqſitionis.ſed q̃ntum ad effectum
ↄſecutõis.ꝛ q̃ntum ad emolumẽtum reſpicit pr̃em ſolũ
cui eſt ius queſituꝫ.ꝛ ideo ſi ſuccedit pr̃i ↄfunditur obli
gatio.vt hic qƌ ẽ ſubtile. Secũdo op.tu dicis ꝙ iſta
obligatõ inheret filio ꝯ ymo ſtatutuꝫ transfert' ad pa
treꝫ i ſubſequenti motu acqſitionis vt.j̄.de acq. here.l.
.i.§.placet. Rndet azo ꝙ ibi loqtur i ciuili acqſitõne
q̃ ex toto transfert' a filio in patrem hic aũt i nãli acq
ſitione ꝙ nõ transfert' ex toto ꝭm euꝫ.vult dicẽ. ꝙ acq
ſitiones q̃ fiunt de iure ciuili ſicut eſt acquiſitõ hr̃ditatꝭ
transferũtur ad pr̃em.ſecus eſt i nãlibus acqſitõnibus.
ꝛ eſt ratio ꝭm odo.qꝛ filiuſ de iure nãli nõ eſt i pr̃is po
teſtate.ꝛ ideo ſibi acqrit naturaleꝫ obligationeꝫ. ſecus
in obligatõe iuris ciuilis ꝭm odo.Tu dic ꝙ in ciuili ac
quiſitione ẽ ↄſiderare duo.ſ.acqſitionem directam. ꝛ ꝑ
obliquã mõ dico.ꝙ illa directa acqſitio fundat' i pſona
filij.nec põt ſeparí.vt.j̄.de le.i.l.cuꝫ filio.ſed illa q̃ fit ꝑ
obliquũ illa eſt q̃ patreꝫ ↄcernit ſic.j̄.man. l.ſi v̂o nõ re
munerãdi.§.i.ꝛ habemus ſil'e.j̄.vt le.nõ.ca.l.i.§.q mio
rem nec plꝫ ratio.Odo.qꝛ ſi ratio eſſet vera naturalis
obligatio nõ acqreret' pr̃i vllo mõ qƌ eſt falſũ.ꝛ ꝯ tex.
huius.l. Jn.e.gl.ibi ꝛ tãdẽ filio.ſi glo.itelligit ƌ filio
creditore obl'o patris reuertit' ad eum vt ad heredem
non videtur bene dictum . quia ex quo ipſe pretendit
naturalem obligationem .ex ſe ipſo non eget alia obli
gatione. nã ſi habet obligationem directam non eget
obligatio aliqua.vt.j̄.ad treb.l.ſi heres ꝛ.ſ.de ꝓcur.l.
licet.§.ea obligatio ꝛ.j̄.man.l.idemqꝫ.§.ſi quis ticio.

Si autem glo.intelligit de filio debitore male dicit
ꝙ queritur ſibi obligatio qꝛ ymo deberet dicere quod
queritur liberatio vt.l.ſtichũ.§.ꝙ vulgo.ꝛ.§. aliquãdo
.j̄.de ſolutꝭ. Et no.ꝙ glo.vocat hic mediã obligatio
nem illam acquiſitã patri ſed nec hoc eſt verum qꝛ ob
ligatio patris non eſt ſeparata ab obligatõne filij.Sꝫ
habent ſe ſicut cauſa ꝛ effectus Jn.e.glo.Jbi cũ eni
vl't.glo.probare ꝙ obligatio reſpiciat patrem ꝛ filiuꝫ
ratione rei. Jn.e.gl.ibi ſoluiſſet.ſ.frater obligatus.

Jn.e.glo.ibi ad cõicandum licet cũ reus teneat' cor
reo ad cõicandum tñ non eſt ita in patre.quia ad eum
principaliter pertinet negocium ꝛ ideo pater non tene

tur cõicare filio per actionem neg.ge.⁊ hoc nõ. Sꝫ tu
adde aliã rationem quia non eſt hoc ex nã correoꝛum
ſꝫ ex nã acquiſitionis que fit patri per filiũ vnde pater
cui ẽ ius queſitum nõ dꝫ alteri cõicare nec eſt bona opa
tio a duos reos credẽdi.vt.ſ.dixi. In.e. glo. ibi ſm
azo.ſi qs aũt intelligeret hanc.l.qñ filius mutuauit no
mine patris ſoli patri eſſet ius q̃ſitum.⁊ tũc eſſet mani
feſtum.⁊ ſine ſcrupulo qũo fieret cõfuſio ſm odo. In
.e.glo.ibi.Item q̃ro hanc ꝑticulam recita ſic di: hic ꝙ
patri queritur obligatio.⁊ ꝙ illa ꝯfunditur ſucceſſione.
⁊ extenuatur vel tollitur obuentione peculij.ꝯ.ꝙ in ꝑſo
na patris nõ poſſit reſidere obligatio.⁊ ꝑ hoc nõ poſſet
ꝯfundi ex poſt facto.nam hic erant duo filij. qua ratiõe
vnus acqrebat patri ꝯuerſa rõne alter obligabat pr̃em
⁊ ſic in eãdem ꝑſonam ꝯfluebat obligatio actiue ⁊ paſſi
ue.⁊ ſtatim ꝯfundebant ſe adinuicem ratione ꝯrietatiſ
j.de fideiuſſ.l.vranius.§.ſed cuꝫ duo.ergo littera falſa.

Quidaꝫ hoc ꝯfitentur ꝙ pater acquirit obligatõeꝫ
ex ꝑſona vnius.⁊ obligaretur ex ꝑſona alterius.quate
nus eſſet i peculio illius obligati. ⁊ qꝛ iſte obligationes
ꝑncipal'r ſubſiſtunt in ꝑſonis diuerſoꝝ filioꝝ dicunt ꝙ
pñt durare etiaꝫ in ꝑſona patris.qꝛ patri queritur obli
gatio vere.nõ tamẽ obligatur pr̃ vere.ſed peculiuꝫ illiuſ
filij obligati.vñ põt dici.ꝙ ſola obligatio pr̃i cohereat
ſed obligatõ paſſiua cohereat peculio.⁊ ideo nõ fit con
fuſſio.Sed iſta ſolutio nõ poteſt ſtare.qꝛ ſꝫ hoc fratres
adinuiceꝫ eſſent debitoreſ.⁊ creditores.⁊ fieret iteꝛ eos
ꝯpenſatio vt.l.ab omnibus.§.ſi ticio de le.i.⁊ poſſet re
peti totuꝫ ſolutuꝫ qḋ eſt ꝯ textum.⁊ ideo azo valde ſub
tiliter dicit ꝙ nõ eſt veꝝ ꝙ pater nãliter obligetur licꝫ
eniꝫ pater teneat' ð peculio nõ tamẽ eſt nãliter obliga
tus.vnde ꝓcedit azo.ꝙ ex̃neo eſſet ciuil'r obligatus ⁊ ꝙ
illa ciuilis hr̃et vigoꝛem.etiaꝫ nãlis. ſed filio nõ põt pr̃
ciuil'r obligari.ergo neutro mõ obligatur filio eſt ergo
reꝑire in ꝑſona patris ſolam actiuaꝫ.⁊ nõ paſſiuã obli
gationeꝫ.⁊ ideo nõ obſtat dicta.l.vranius.§.ſed cũ duo
ſm azo.Sed odof.dicit ꝙ pater qui tenet' de peculio ñ
eſt ciuil'r obligatus.qꝛ potius res.i.peculiuꝫ.ꝙ̃ ꝑſona ꝯ
uenitur ar.j.de peculio.l.q̃ſitum.i ꝑn.ſed odof.iſtud pre
ſupponitur ꝙ actio ð peculio ſit datiua quod nõ videt'
veꝝ.cum nec ſit propꝛiuꝫ nomen actionis. ſed adiectio
actione natiue facit.ſ.ð pac.l.iuſ gentium.§.i.qcquid te
neamus euaſum eſt ꝯꝛium. Icem opponit' ad ꝯfirma
tionem dicte oppoſitõis ꝙ obligatio filij:iflectatur ſuꝑ
pr̃m.⁊ fiat ꝯfuſio vt.j.ð fideiuſ.l.ſi qs pro eo.§.i.Solu.
ibi obligauerat ſe ex̃neus ipi filio hic vo filius filio.ibi
eniꝫ ꝑ obliquum deſcẽdit obligatio in pr̃em.i.ꝑ mediã
ꝑſonam habilem.hic aũt pater ſicut directe ꝓmitten
do filio nõ reuertitur acqſitio ad pr̃em.qꝛ nã ꝯrioꝛuꝫ nõ
patitur vt.j.e.l.§.q̃ſituꝫ ⁊.j.man.l.ſeruus meus.ita nec
qñ filius q reputatur eadem ꝑſona cuꝫ patre. Cõcludi
tur ergo ꝙ filius obligat patreꝫ de peculio qñ ꝯhit cuꝫ
ex̃neo.ſecuſ ſi ꝯhit cum altero filio.⁊ iſta ẽ veritas.obli
gatio.ergo actiua ꝑualet paſſiue vt.j.de peculio.l.ꝙ ſer
uus meus. In.e.glo.ibi nõ tolleret' obligatõ. nã hoc
tale eſſet dicẽ quale ſi diceret' ſuccedit' ſeyo. ergo ꝯfun
di' idqḋ debet' ticio.qḋ ẽ ridiculuꝫ. In.e.glo. ibi ſꝫ
azo.dicit hec võ. In.e.glo.ibi retoꝛquet' i eos.qꝛ nõ
eſt nãlis ⁊ ciuiliſ.nõ põt eſſe inter patreꝫ.⁊ filium in po
teſtate.ergo nulla. In.e.glo.ibi pr̃i nõ queritur ꝯꝛiuꝫ
nõ.gl.j.de fideiuſſ.l.ſi qs pro eo.§.i.ſed ibi male hic be
ne ſm dy.nam pater ſe obligãdo videtur renũciaſſe iu
ri acqſitionis qḋ poteſt maxie hodie ſm Ia.bu.ar.ꝯ.j.
de acq.reꝝ do.l.etiam inuitus. In glo.hoc qdaꝫ ⁊c.

ꝓcedens glo.magna examinauit de liberatione q̃ fit ꝑ
ꝯfuſioneꝫ iſta examinat de liberatõne que fit ꝑ peculiũ.
⁊ ad euidẽtiam iſtius glo.nõ.ꝙ quatuoꝛ ſunt vniuerſita
tes iuris.ſ.hr̃ditas bonoꝝ poſſeſſio peculiuꝫ.⁊ pr̃imoni
um.⁊ ſicut dicimus ð homine.ꝙ homo obligatur ita ð
peculio ꝙ peculiuꝫ obligatur.⁊ ita de hr̃ditate ꝙ hr̃di
tas obligatur vt.j.ð fideiuſſ.l.moꝛtuo.⁊ ꝑpea dicit tex.
ꝙ peculiuꝫ ſimile ẽ homini vt.j.de peculio.l.peculiũ na
ſcitur ſm odo. Adde quod ẽ quinta vniuerſitas iuriſ
.ſ.dos.qꝛ iuris intellectus hꝫ vt nõ.in.l.quod d.ſ.j.de i
penſis tic.ſ.de peti.hr̃di.l.hr̃ditas.in ꝑin.Et recita gl.
hoc mõ tex.dicit.ꝙ in q̃tum ꝑuenit de peculio i tm̃ tol
litur obligatio.Modo q̃ritur vtrũ intelligatur ꝙ debe
at ꝑuenire de parte obligati.an ſufficiat ð parte obligã
tis.dixerunt antiqui ꝙ de parte obligati. Nã pars
obligãtis ꝑuenit ad eum iure ꝓpꝛio nõ iure oblſonis
nec hꝫ dñiũ a coherede.ſed a ſe ipo vt.j.ð acq.hr̃d.l.ex
parte.ergo nõ iducit' liberatio.preterea lex nr̃a videt'
loqui de obuentione peculij q̃ ꝯtineat actum ſeꝑatũ ab
adictione hr̃ditatis.ſed iſta ẽ que eſt pro hr̃ditaria poꝛ
tione nõ ꝯtinet actum ſeꝑatum vt.j.de acq.poſ.l.cuꝫ hr̃
des.Ideo dicit ꝙ etiam ꝑpꝛia ꝑs obligãtis extenuat ð
bitum.qꝛ iſta obligatio erat peculiaris.⁊ ipm peculiuꝫ
ſequit' ⁊ ꝯfirmatur ſua opinio ꝑ rões lr̃e. ⁊ nõ extigui
tur obligatio iſta iure ſolutionis. ſed ex nã peculij. ⁊ qa
ceſſante peculio ceſſat obligatio peculiaris vt.j.de ꝯſti.
pec.l.i.in fi.⁊ ar.j.loca.l.in naue ſauphelli. ⁊ hãc pteꝫ ſe
quit' etiaꝫ azo.⁊ eſt opio ſatis mirabilis. Alteriuſ q̃
ro vtrũ ex iſto mutuo quo obligatur frater fratri poſſit
agi pr̃e moꝛtuo.dicit glo.ꝙ nõ qꝛ ex ſola nãli nõ poteſt
agi.vñ qñ fratres in eadeꝫ ꝑtãte poſiti adinuicem ꝯhũt
nõ oꝛitur obligatio ſm gl.ſed hodie oꝛiret' in aduẽticijs
cum filius ſit capax propꝛietatis.lꝫ glo.hoc reuocet i du
bium.l.ſi qs pro eo.§.i.j.de fideiuſſ. Item q̃ro qd ſi
añ ad.tam hr̃ditatem iſte filius ſoluiſſet an repetẽt vt
indebituꝫ dixit Io.ꝙ nõ quia eo tpe nõ erat ꝯfuſa obli
gatio.Sed azo dixit ꝯꝛium.qꝛ poſtea ꝯfunditur adictõe
ſeu imixtione. Iteꝫ qꝛ apparet retro indebitum pro
ꝑte eum ad recipientem nõ ꝑtineat niſi pars hr̃ditatiſ
ar.ſed hoc.l.proinde.ſ.ſi cer.pe. Ultimo q̃ro pater
adimit peculiuꝫ filio obligato.an deſinat teneri.dixit gl.
ꝙ nõ.⁊ bene qꝛ q̃tuꝫ ad filiuꝫ obligatio nõ ẽ peculiaris
ſed ſolum q̃tum ad pr̃eꝫ.⁊ facit ad nõ.ſ.de minoꝛ.l.iij.
§.ſi vtrum.⁊.l.ꝙ ſi minoꝛ.§.ſeruus cũ ſilibus.Guil.de
cu.foꝛmat hic q̃oem quãdo pater ſoluit ꝯdemnatõnem
vniuſ filij nec apparet ꝙ aio repetẽdi.an patre moꝛtuo
alter frateꝛ poſſet hoc ꝯputare i ꝑtem delinquẽtis de
termiat ꝙ nõ in dubio.qꝛ potiuſ vr̃ feciſſe cã pietatiſ q̃
animo repetendi.⁊ adde quod nõ Guil.C. fam.herc.l.
incerti iuris eſt. Bal.

Queſitũ eſt. Filius obligat' patri nãliter.
⁊ ſi emancipat' ſoluit nãliter
ꝑ erroꝛem iuris nõ repetit.Item pr̃ obligatus filio nã
liter ⁊ ſi eidem ſoluit nõ repetit.hoc.d. Allegat' iſte
tex.qñ filia renũciat ſeu ſinit patri hr̃ditatem maternã
ꝙ tenet renũtiatio ꝓpter nãle vinculum qḋ oꝛit' inter
eos.Adde qḋ dixi ſ.de neg.ge.l.nẽſenius.⁊ ꝙ nõ.ꝑ
guil.in.l.de hiſ.ſ.de trãſa. In tex ibi ſoluat per erro
rem iuris ſm odo. In tex.ibi arg.ſ.ꝙ oꝛiatur inter pa
treꝫ ⁊ filium nãlis obligatio. In tex.ibi qḋ tib. filius
ergo eſt iter omnes obligatio a filio i pr̃em. ⁊ ecõtra a
patre in filium vt ſtatiꝫ dicet'. In tex.ibi ꝯputetur
.ſ.in in peculio.⁊ augeat peculiuꝫ et tãto magis.pr̃ con
demnet' ẽt eſt mirabile qḋ agitur occaſ.ſolius nãlis.ꝫ

iſtud ɔtingit pp nām peculīj. In tex. ibi cadeꝫ dicta in pr̄e habēt locum in herede pr̄is. In tex. ibi exhe redato ius q̄ſitum p ɔ̄ctum nō perdit filius p exhr̄datō nem. Et nō. ꝙ vſqꝫ ad iſtum. §. q̄ſitum tractauit iuriſ cōſultus de ɔ̄ctu inter fr̄es. hic tractat de ɔtractu inter patrem. ꝛ filium.

**Legati nomine.** Soluens indebitum le gatum repetit. hoc. d. ꝛ ita alegatur. Bal.

**Si qs cum.** In tex. ibi nō cauit. ꝛ erat cautio que requirebat᷑ ad originem obligatōis. ꝛ adde quod nō. ṡ. vſufr. queād. cri. l. ſi vſuf. nomine. h. d. Bal.

**Qui exceptionē.** Error iuriſ parit repetitōem tuto rū exceptione fauorabili. Sed non tutoꝝ exce ptione odioſa. h. d. quod declara. vt nō. ęẏ. in. l. cum qs C. de iur̄. ꝛ fac. igno. ꝛ in. l. ij. ꝙ metus cā. ꝛ ꝑ nō. i ſpec. de pſcrip. iiij. parte. §. qd ſi mihi. vel ſic plus attendit᷑ ex ceptio fauorabil' ꝙ odioſa. h. d. Nō. ꝙ iſta lex docet cognoſcē. except. fauorabileꝫ. ꝛ odioſaꝫ. q᷑ dꝫ ɔ̄ſiderari. rō legis vtrū ſit rō fauoris vel odij. ꝛ c̄.

**Si ps domus.** Nō. ꝙ heres a fideicō miſſario ɔ̄ſequitur ipen ſam refectionis domus ɔbuſte. adde. ṡ. de rei ven. l. em ptor prediū.

**Si is q h̄r̄ditatem.** Nō. ꝙ vē ditor hr̄di tatis pōt deducere ſibi debituꝫ defūcto. h. d.

**Indebitam.** Pn̄s mādatum de fide iubēdo vr̄ habere māda tum de ſoluēdo nomie rei principalis nō ꝓpo noie ad hoc allegatur hec lex. expedit enim fideiuſſori. q̄nqꝫ ſoluere. proprio noie. q̄n vult iura ſibi cedi contra reum vt. ɉ. man. l. pap. ꝛ de ſolu. l. modeſtinus. Nō. ꝙ ille cui ē mādatum vt ſe obliget videtur etiā habere mādatum ꝙ ſoluat. q᷑ obligatio ordinat᷑ abſolutōnem tāquaꝫ ad ſuum fineꝫ. ꝛ facit. ṡ. de vſufruc. eaꝝ reꝝ. que vſu ɔ̄ſu. l. tribus vbi ponitur mirabilis caſus ꝙ dānat⁹ fideiubere atteſtatore ſoluens nō repetit. q᷑ illa fideiuſ ſio debet eſſe gratuita. ꝛ adde qd̄ nō. C. mādati. l. ſi ꝑ ea in glo. Bal.

**Qui promiſſit.** Dictio ſi. ꝛ dictio cū. important. ꝛ in iniciū obligationis pari modo ſuſpēdunt. h. d. Nō. ꝙ inter ſi. ꝛ cum. nō poteſt eſſe dr̄ia in effectu quādo dictio cuꝫ. ponitur ɔdictional'r. ſed q̄n ponitur co pulatiue. tūc nō eſt dr̄ia. inter. ſi ꝛ cum. q̄n ponūtur inter pſonas vel inter res p̄ncipales. ſecus ſi inter p̄ncipale ꝛ acceſſorium. q᷑ dictio ſi. p̄ncipaliter ɔiungit dictio cū. acceſſorie. vt. l. iij. §. ſi qs ancillas. ɉ. de fun. inſtru. ꝛ iſtro q̄nqꝫ dictio cum. ponit᷑ tpaliter. cū pro quādo tūc ſi cadit ſuper certo facit die᷑ vt cū paſcha venerit. Si vō cadit ſup incerto tēpore. tūc facit ɔdictionem vt hic. Sed di ctio ſi quādo cadit. ſup certo tpe non facit diem nec ɔdi ctionē vt ſi paſcha venerit vt. l. ii pupill⁹. §. q ſub ɔdictō ne. ɉ. de nouatōibus. Bal.

**Quod quis ſciens.** Intentio i trīnſeca in corde retenta repetitōem nō pit. h. d. Et ē rō q᷑ talis intentio nō acōmodatur actibus hominū nec i ea pōt alius ſecum ɔcurrere. adde quod nō. ṡ. ſi cer. pe. l. cuꝫ qd. ꝛ in. l. i. §. ſi parendi. ṡ. ꝺ ɔdict. ob cām. In acti bus eniꝫ hominū regitur ꝙ mens procedat ad actum extimoreꝫ. hanc. tamē. l. limita. p. l. ſi cuꝫ auꝫ. ɉ. de ſoluꝫ.

**Ex qbus cauſis.** Ille q hꝫ meruꝫ ius excipiēdi nō habet ius agēdi. h. d. facit. l. ſi area. ṡ. e.

**Damus aūt.** Datum ob cām ipulſiuā de preterito nō repetit᷑ licet cā nō ſubſiſtat. ſecus ſi cā finali de futuro ſi cā nō exiſtat. h. d. Nō. ꝙ eadem cā ɔcepta de p̄te rito eſt ipulſiua. ꝛ ɔcepta ꝺ futuro eſt finali. v̄. gra. do. ti bi. q᷑ geſiſti negocia mea ipulſiua eſt. ꝛ ceſſat repetitio. do tibi. q᷑ geres finalis ē. ꝛ repetitur cā nō ſecuta cā er go de p̄terito p̄ſumitur ipulſiua. cā de futuro p̄ſumitur finalis. fallit p̄muꝫ dictuꝫ quādo quis nō erat alias da turus. q᷑ tūc iterpretatur eſſe cā finalis. facit. l. fi. ɉ. de he re. inſti. Item fallit ſi q̄n cā eſſet vā importaret verum debituꝫ. nam tūc p̄ſumitur finalis. vt in toto iſto titulo ſ̄m pla. ꝛ Ja. ꝺ are. qō ergo hic dicitur in p̄mo mēbro legis hꝫ locum. q̄n ſi cā eſſet vā nō importaret verum ꝺ bitum. Iteꝫ quod dixi de cā. de futuro ē intelligēduꝫ quādo eius ipletio reſpicit cōmoduꝫ tradētis vel tertij ſecus ſi ſolius recipientis. nam tūc p̄ſumitur impulſiua vt. l. ticio centum. ɉ. de ɔdi. ꝛ demō. ſ̄m pe. ꝛ adde quod nō. C. de ſen. ꝛ interlo. o. iudi. l. cuꝫ eoꝝ ꝛ quod nō. i. l. ij. §. fi. ɉ. de dona. Bal.

**Dominus teſtamēto.** Nōe uitan di circuitus ꝑmittitur recta via agi de equita te vbi de rigore nō lꝫ. h. d. In tex. ibi det. ſ. cuidā ter tio non heredi. In tex. ibi dn̄i. i. hr̄dis. In tex. ibi eius. ſ. recip. Nō. ꝙ teſtm̄ inualiduꝫ nō operat᷑ tacitā promiſſioneꝫ ar. ꝯ in. l. fi. ꝺ rebus eoꝝ. Secūdo nō. ꝙ lꝫ de rigore ſoluens ſ̄m ɔtemplatōem dn̄o. tn̄ ꝺ equi tate ipe ſoluens recta via ɔdictio. q᷑ ceſſat cā finalis ꝓ pter ꝙ ſoluit ſic. ṡ. de ɔdi. ob cām. l. ſi ex̄neus. Ter tio nō. ꝺ circuitu uitādo. qō facit pro ſtatuto huius ciui tatis qō ꝑmittit recta via agi ſine ceſſione p eum cuiuſ noie eſt recepta obligatio. lꝫ ſecus ſit ꝺ rigore iuris cōiſ q᷑ actio pſonalis eſt annexa oſſibus ɔ̄hentis. ꝛ requiri tur ceſſio. quaſi q̄dam traditio vt. ɉ. de acq. poſſeſ. l. iij. §. poſt quoqꝫ. ꝛ. §. ꝛ ſi poſſeſſio ꝺ dona. l. ad eum niſi i ſub ſidiuꝫ. C. de ac. ꝛ ob. l. i. ꝛ facit quod nō. de leg. i. l. huiuſ modi in principio. Bal.

**Si urbana.** Solutū predoni ex ſuo ɔ̄ ctu liberat ſoluētem. lꝫ pre do teneatur dn̄o ad reſtōnem. ſecus ſi non ex ſuo ɔ̄ctu. ſed ex ɔ̄ctu veri dn̄ij q᷑ nō liberatur ſoluēs. h. d. Et eſt nō. Nō. mirabiliter hic an ſolutuꝫ p̄doni liberet ſoluēteꝫ. q᷑ aut ſoluitur ex ſuo ɔ̄ctu ꝛ liberat ſol uentē. aut nō ex ſuo ɔ̄ctu. lꝫ ex ɔ̄ctu veri dn̄ij. ꝛ ſi libēat ſoluentē facit. ɉ. de ſolu. l. ſi ſuꝫ. Et facit ad. q. de prelato vō qui locauit p̄dia ꝛ poſtea de facto ē expulſus a quo dam falſo p̄lato vt ſi ɔductores ſoluāt falſo p̄lato non liberent᷑ a vero. ſecus ſi habuiſſent ɔ̄ctum a falſo pro curatore. ꝛ nō poſſent tunc ei opponere exceptionem ꝙ nō eſſet verus p̄latus q᷑ tunc cum eo tanꝙ cum vō prelato ɔ̄xerunt ar. huius. l. in p̄n. ꝛ. C. de ɔ̄hen. ꝛ ɔmit. ſtip. l. optimā. ꝛ ad hoc facit quod nō. Inno. ex̄ ꝺ elec. c. nihil eſt ꝛ. c. querelaꝫ. Item nō. hic glo. que incip. ꝛ regala q̄dam dr̄iam inter fructus ꝛ obuentiones.

**Sufficiat ad cām.** Dubia ex ceptio dubi etate pendente habꝫ vim exceptionis ꝑpetue h. d. vel ſic dubia exceptio p̄ſumit᷑ pemptoria ꝛ ꝑpe tua. h. d. Nō. ꝙ paria ſunt obligationes eſſe icertā

a principio vel ex poſt facto reduci ad incertitudinem. Secūdo nō. ꝙ paria ſūt diem inſeri a priн. ꝯctus vel poſtea. ⁊ adde quod nō. in. l. lecta in glo. j. menſeȝ. ſ. ſi cer. pe. iſta aūt pia glo. appellat ꝓportionalia. ſicut. ſ. ſi cer. pe. l. ſi filius. ⁊ facit. j. ð ꝯdi. ⁊ demon. l. quibus die bus. §. quidam ticio. Bal.

## Cum indebitū. §. Credi.

Mandatuȝ ſimplex reſtringitur ad credituȝ ſic. ſ. e. l. ſi procūr. ⁊. j. de ſolu. l. is cui. §. flauiuſ. ianuariꝰ. Nō. ꝙ ille qui eligit pſonam ſibi nō obligataȝ nō perdit ius. Cōtra ꝓpriū debitorem.

## Seruo manumiſſo.

Qui putat ꝯdictinē extitiſſe q̄ ē impoſſibil' pp qualitatē pſone ſoluēdo repetit. h. d. nec eniȝ habetur diſpoſitio pro pura. qꝛ traditio impoſſibilis erat inſerta ab ignorāte. qđ eſt notādum. vnde hic limitat'. l. i. de ꝯdi. inſti. que dicit ꝙ impoſſibilis ꝯdictio nō viciat legatum. qꝛ veruȝ ē qn̄ teſtator ſciebat eū impoſſibileȝ. ſecus ſi errauit ꝙ tene menti. vel hic erat īpoſſibilis ꝯdictio i ſpē nō in genere qa nō erat de genere impoſſibiliū. vn̄ magis debȝ dici falſa q̄ꝫ impoſſibilis.

## Si fideiuſſor.

Solutio fideiuſſoris nō liberat reuȝ qꝛ fideiuſſor hȝ ius repetēdi. h. d. Nō. hic caſuȝ ꝙ ex ſtipulatatōne naſcitur obligatio naturalis. ⁊ ciuilis de quo. nō. in. l. i. ſ. de pac. ⁊ vide qđ nō. in. l. fideiuſſor. §. fi. j. man. Bal.

## Iulianus ueꝝ debi.

Debitū lite pēdēte ſolutuȝ nō repetitur. qꝛ nec poſt ſniam ꝯdēnatoriaȝ vel abſolutoriaȝ repeteret. h. d. primo. Iteȝ q promiſit ſub qualibet ꝯ̄triarū ꝯdictionuȝ nō repetit. ſȝ in nouatione ꝯdictionali iterim repetitur ſiue in eadē pſona vtraqȝ obligatio cōferatur ſiue in diuerſis. h. d. lex nōbi. ⁊ ſubtilis. ⁊ diuidit' in. vi. ptes. Primo ponit dcm̄ iuliani. Scđo aſſignat rōeȝ. Tertio adducit q̄ꝫdaȝ rōeȝ a ſili. Quarto ponit quēdam caſū diſſimilē i duabꝰ obligationibus habētibus pendētiaȝ ð futuro in eadeȝ pſona. Quinto ponit aliuȝ caſū diſſimileȝ i duabuſ obligatōibus hn̄tibus ſimileȝ depēdētiam in pſonis diuerſoꝝ. Sexto dicit ꝙ maior ē incertitudo i diuerſ pſonis q̄ꝫ in eadē. ſa ibi qꝛ nec. tertia ibi ſimilemqȝ. quarta ibi. vbi aūt quis. quinta ibi idēqȝ eſſet. ſexta ibi. ſed hoc diſſimile. Nō. ꝙ exceptō litis pendētis nō cauſat repetitōem debiti ſoluti. rō dubitationis erat. qꝛ lite mota iducebatur dubiuȝ circa actōem intentataȝ. Sed dubia excluſionis cā dubietate pendēte parit ꝯdictōnem indebiti. vt. ſ. e. l. ſufficit ergo ⁊c̄. ſed iſtud. nō obſtat. qꝛ iō hȝ locum i obligatione q̄ in vno caſu ꝯmittitur in alio deficit. Sed hic loqmur in obligatiōe ſubſiſtente in vtroqȝ caſu. Secūdo nō. rōem ꝙ nō debet plus opari lis pendens ꝙ lata ſnia quod ē exaudiēduȝ. i. q̄ꝫ poſſit operari ꝯdemnatoria vel abſolutoria. Idem eniȝ. ⁊ nō maior eſt effectus litis pēdentis. ⁊ ſnīe vt. j. de except. l. fūdum ticianū. ⁊. l. fundi. ⁊ eſt rō. qꝛ nō debet plus operari id quod ē in ſpē. q̄ꝫ id quod ē in re ſm Ja. Tertio nō. quod q̄ꝫdo obligatio ē certa ⁊ neccīa licet prima facie ſit appoita condictio. tn̄ ſolutum nō repetitur. ⁊ hoc eſt veꝝ. quādo ē certitudo ſm eādeȝ obligatiōem ut in. v̄. ſimilemqȝ. Quarto nō. qđ alteruȝ ꝯ̄trioꝝ certuȝ ē neceſſe. qđ ſit aut nō erit. ⁊ ideo obligatio q̄ ex qualibet ꝯ̄trioꝝ ꝯdictionuȝ verificatur nō dr̄ ꝯdictōnalis. Quito nō. qđ nō debemus ſpectare euētum p quē nō alteratur effectus. Sexto nō. in. v̄. vbi aūt ꝙ condictio inſerta obligationi nouanti reddit primaȝ obligationeȝ ꝯdictōalem ſub ꝯ̄tria ꝯdictōne. ⁊ lȝ ſit certum eūdeȝ vbi turū. qꝛ alteꝝ ꝯ̄trioruȝ neceſſario erit. verūtn̄ qꝛ nō ꝯſtat ex quo ꝯ̄ctu repetitur iterim ſolutū. ſecus ē in vno. ⁊ eodem ꝯ̄ctu i. v̄. ſilemqȝ. Ex hoc nō. ꝙ nō ſufficit certitudo obligatōis ſine certitudine cauſe obligatorie. Item nō. in. v̄. idemqȝ ꝙ qn̄ obligationes ſub ꝯ̄triis ꝯdictōibus ſumūt originem i perſonis diuerſoꝝ. tunc eſt icertitudo cauſe. ⁊ debiti reſpectu debitoriſ. ⁊ ideo procul dubio ꝙ interim ſoluitur repetitur. qꝛ eſt icertitndo cauſe. ⁊ obligādi. i. pſone obligāde. Ultimo nō. ꝯ̄riaȝ vtrū obligationes debeant ſumere origineȝ i eadem pſona vel i pſonis diuerſoꝝ ꝯcor. l. i. §. i. j. de ſtip. ſeruoꝝ. In glo. ſi abſolutus. ideſt ꝯdemnatuſ. ſi ſoluit fran. ac. In. e. gl. ibi ꝯdemnari. qꝛ iam liberatus. In. e. glo. ibi abſolui. ſ. actōne cum nō ſit. ſed ab inſtantia. vt ſequit'. In. e. glo. ibi. §. fi. adde quod nō. ſ. ſi ſerui. ven. l. raro. In. e. glo. ibi vel dic. ⁊ ſic duo ſūt intellectus iſtius. v̄. quia vnus ꝙ loquitur in ſoluētem poſt ſniam alius ꝙ loquatur in ſoluente ante. ⁊ repetit poſt. ⁊ ſic ꝯclude tres caſꝰ qn̄qȝ ſoluens ante ſniam repetit poſt ſniam qn̄qȝ ſoluēſ poſt ſniam repetit poſt ſniam. Sed medius caſus habȝ iſtam difficultateȝ qn̄o ſi ſoluet poſtea potuit ferri diffinitiua. Rndeo. qꝛ probauit actor. ⁊ nō reus. ⁊ hoc i cōdemnatoria abſolutoria. qꝛ venit vel vterqȝ ſemiplene vnde in pari cā dȝ abſolui. qꝛ ib[?] nō probatā. liceȝ nō deficiat tota probatio. ſed ps probationis. nec obſtat. l. ad monēdi. qꝛ ibi nō erant in pari cā probationis. In. e. glo. ibi aſſeuerat p̄miſſa negatione vt. C. de excep. l. ſi qdem. In. e. glo. ibi niſi probat innuit. iſta glo. ꝙ exceptio ſolutōis poſſit opponi poſt ꝯdemnatoriam. ad hoc facit. j. de ꝯdi. ſine cā. l. ſi fullo. Iteȝ ex quo ſi iterato ſolueret poſſet ꝯdicere primā ſolutōem ergo multo fortiꝰ hȝ ius excipiēdi. ſed forte hoc nō eſt veꝝ p. l. pemptōiaſ nam lȝ poſſit agē tamen i eodeȝ iudicio i quo ſuccubuit nō pōt excipere. qꝛ in eodem iudicio ē ſibi p̄cluſa. uia. ſȝ nō in diuerſo iudicio vt. j. de excep. rei iudi. l. duobꝰ ⁊ ē ſile extra de iuriuſ. c. debitor ⁊ facit. ſ. de tranſact. l. ⁊ poſt. §. i. In. e. gl. ibi probabit. vnde lȝ ſnia nō tolleret nālem obligatōem q̄ꝫtum ad ueraȝ ipius exn̄tiam. quia ſnia nō poteſt abſorbē veritateȝ. tamē tollit eius ꝓbatōnem. ⁊ ſi deficit probatio. lȝ nō deficiat ius deficit iuriſ executio. ⁊ effectus. l. duo ſūt icij. j. de teſta. tute. Cōclude ex glo. ꝙ aut ſnia eſt negatiua probatōnis. aut negatia obligatōis. Primo cāu ſnia abſolutoria nō p̄iudicat obligationi nāli nec probationi obligatōis. p modū excipiēdi. Secūdo lȝ nō p̄iudicet obligationi in ſe vt fūditus tollat eum p̄iudicat probationi obligatōis. qꝛ nō pōt replicari ꝯ̄ ſniaȝ. Sed qd in dubio dic vt. j. ð exceр. rei iudi. l. ſi qs ad exhibēdū m ⁊ p cy. in. l. i. C. qn̄ ciuilis actio. Sed Ja. dicit ꝙ abſolutoria lata. qꝛ nō debitum negat ſolam obligatōem. ⁊ nō nāleȝ. qꝛ nō plus negat q̄ꝫ oȝ ad abſolutoriā fundādam vt. j. de his qui ſunt ſui iuris. ⁊ ꝙ ſi iudex declarat aliqueȝ nō teneri non referantur v̄ba niſi ad ſolam ciuilem vr̄ quaſi expreſſum in. l. creditor. §. i. j. de ſolu. vnde ſm hoc ſubdiſtingue āt ſnia eſt negatiua facti. ⁊ obligatōis. ⁊ tūc glo. vera. aut negatiua obligatōis. ⁊ nō facti. ⁊ tūc falſa vt. l. fi. ſ. ð iuriuſ. iſta opi. Ja. p̄ſupponit. ꝙ due ſūt obligationes. ſed ſi nō eſſet niſi vna. vt inſti. de oblig. i prin. tota videretur negata. Preterea ꝯ̄ Ja. facit quod nō. in. l. i. §. i. j. cuius veꝝ actio nō datur. Ex p̄dictis appet ꝙ ſnia abſolu

toria nõ eſt modus tollẽde obligationis nãlis.ſed ẽ modus tollẽde ꝯrie probationis ꝯtra tenorem ſnie.ſecus ſi ſit pp ſniam.ꝛ facit.ſ.ꝺ eden.l.argẽtarius.§. cum autẽ. Sed Ni.de ma.intelligit ꝙ aut creditor nititur ex ſola ſnia ad tollẽdã nãlem.ꝛ tũc loquitur hec lex.aut nititur ex ea ad probãduz nõ ſub eſſe.ꝛ tunc ſine qꝛ nõ probatum ſine qꝛ nõ debitum dicit idem vt nõ poſſit repeti ꝯtrouerſia diffinita.ꝛ reprehẽdit glo.ar.j.de ꝯpenſa.l.quecũqꝫ pro glo.facit.j.rẽ ra.ha.l.procurator ad exhibẽdum.§.i.j.de euic.l.ſed ſi exceptõ.ꝛ ꝙ nõ.inſti.de excep. item ſi iudicio.ꝛ adde qꝺ nõ.j.ꝺ vb.ob.l.qui rome §.duo.fratres. In.e.glo.ibi iudex.ꝛ hic itelligitur ergo.pplens in abſoluto ſoluẽte ſciẽter.qui nõ repetit non qꝛ videatur donare.ſꝫ qꝛ videtur agnoſcere uerꝫ debitũ ut.C.de nõ nu.pe.l.ſi cum fidem. Sed iſte intellectꝰ deuiat vitati ut in ſequenti glo. In glo.nõ.ſniam ibi deſinat.ſ.p abſolutoriaſ i ꝯdemnatoriam dic ut inſti.de offi.iudi.in fi. In.e.glo.ibi p actionem uel quaſi ut p offĩn iudicis. In.e.glo.ibi pereat.ſ.ipõ iure. In.e.glo.ibi.§.ſi reus.naꝫ abſolutoria trahit ſecum executionez.ſed nõ ꝯdemnatoria.ꝛ ideo erat opus actori executiuo remedio.ſed nõ reo.ut.l.metuꝫ.§.ſed ꝙ ꝑtor.ſ. ꝙ me.cã.ꝛ nõ.ex̃ de app.prima plus ergo operatur ſnia ꝯdemnatoria ꝙ̃ ad producẽdam actionez.ſed minus quãtum ad pandam executõem.ꝛ de iſta qõne nõ.azo.i ſũma.C.de rei iudi.ꝛ cy.in.l.cuꝫ quis. Eſt ꝛ alia rõ.qꝛ i ꝯdemnatoria quaſi ꝯbitur non in abſolutoria. In.e.glo.ibi ꝛ.l.qui excep.ꝛ eſt rõ.qꝛ exceptio rei iudicate fũdatur ſup pſumptõne.qꝛ pſumitur ꝙ ſnia ſit va licet ñ ſit.ſed exceptio pacti fundatur ſup vitate. ꝛ ſup ꝯſenſu ꝛ ideo nititur maiori equitate. Et adde p hanc.l.ꝙ i via ꝯſcientie ꝛ fori pñialis abſolutus iniuſte nõ eſt liberatus vt nõ.Inno.ex̃ de imu.eccle.qꝛ pleriqꝫ. qꝛ forum penitentiale ẽ fundatum ſup vitate nõ ſup pſumptione In.e.glo.ibi nõ tollitur.ſ.funditus. In.e.glo.ibi.l.q exceptionem.ꝛ hoc de exceptõibus q̃ ſunt introducte ꝯ veruꝫ ꝯſenſum partiuꝫ.ſed qñ exceptio eſt itroducta ſm verũ ꝯſenſum ptium vt exceptio pacti dic vt nõ ſ.e.l.i. In.e.glo.in fi.qꝛ eſt exceptio iſta introducta ꝺ rigore nõ de eqtate adde ꝙ etiaꝫ iſta ſnia.cuꝫ nõ parit nãlem.nec tollit nãlem.ꝛ hoc nõ eſt pp defectum nãlis equitatis.ſed pp defectuꝫ ꝯſenſus.vt nõ.in.l.ſi vnius.§. pactus ne peteret.ſ.de pac. In gl.ſ.deficiente ibi ex alia.i.defectus vnius ꝯdictionis inducit exñtiam alterius odoſ. In.e.gl.ibi diſſolutõis .qꝛ ꝯria nõ pñt ſiml̃ eſſe va. In.e.gl.ibi.ꝛ aliud i legato hec va. qꝛ legatũ nõ trãſmittitur.ſed ꝯctus.ſic vnde ẽ incertitudo ratõne trãſmiſſionis ſm Ia.de are.ꝛ alios idem foret in ꝯctu nõ trãſmiſſibili vt.j.de noua.l.ſi vſufruc. probatur.i.l.i. ſ.quãdo dies vſufruc.le.cer. In.e.glo. ibi pꝫ p hoc verum.cuꝫ repetitio ꝯctus vel actus diſponitur. ſecus i eodem ꝯctu. In.e.glo.ibi ꝙ hic dĩ iſta.ſo.eſt vera in ſe.tñ ẽ diuinatio.vnde conclude aliud i vltima volũtate aliud in ꝯctu.ꝛ ſi in ꝯctu.aut in eodeꝫ ꝯctu. aut in diuerſo.vt probatur in hac.l.quo ad vtrũqꝫ mẽbruꝫ ſubtiliter itelligendo. In.e.glo.Ro nõ forte ꝯriuꝫ nõ.i.l.ſequẽti ꝙ omni dilationi renũciatum vĩ.ꝛ melius ſm frã.ac.ꝛ cy. In.e.glo.ibi.ꝛ.l.quocunqꝫ.co.ti.vbi de hoc Ia. In.e.glo.ſ.male ibi tu dicas h va.qꝛ nõ ſufficit certitudo obligatõis.ſi ſit circa eãdem obligationeꝫ nũero.ꝛ facit iſtam dñiam.de vno ꝛ pluribus nũero.ſ.ꝺ neg.ge.l.põponius in negocijs ꝙ̃ uide.

**Tutores pupilli.** Quod plꝰ nõ. ſolutuꝫ eſt creditoribus nõ repetit minor aduerſuſ adicionem reſtitutus.ſed ceteri creditores.h.d. In tex.ibi nõ deberi facĩ ſ.e.ti.l.nec eſt nouum.

**Fideicõmiſſum.** Ille qui agnoſcit bonã fidẽ.licet nõ ſit obligatus nõ repetit.h.d.Et vide qꝺ nõ.cy.C.de iur̃.ꝛ fac.igno.l.ſi nõ trã actionis. Bal.

**Neratius.** Caſũ obligatus i genere nõ liberatur niſi libẽ reꝫ faciat accipientis.h.d.Et ad hoc allegatis facit.l.ſi domus.§.de euic.j.de le.i. In glo.caſus in fi.iſte caſuſ videtur ex̃ de iur̃iur̃.c.debitores.ꝛ eſt caſus mirabil̃ vbi denegatur exceptio.ꝛ nõ denegatõ actio.ꝛ hoc facit virtus iuramẽti.qꝛ iuramẽtũ dꝫ impleri.ꝛ ſufficit ꝙ ſit ſeruatuꝫ p momẽtum in mã vſuraꝝ vt ibi pꝫ ꝛ ar.j.de ſol.l.in numeratõnibus in fi.ar.ꝯ.ſ.de iur̃iur̃.l.ſed ꝛ ſi poſſeſſori.§.i. Bal.

**Si id quod.** Obligatio nãlis ꝯcernit ius gẽtium.ꝛ nõ ius ciuile hoc dicit. Baldus.

**In ſumma.§. Sin aũt.** Nõ.caſuꝫ ꝙ alibi nõ repitur ita clarius. qꝛ lꝫ trãſlatio ſit ꝯctus ſtricti iuris tñ dolus agẽtis dãs cãm ꝯctui reddit eam nullã qꝺ nõ.ꝛ tene mẽti.

**In frumẽto.** Nõ.ꝙ in condictione indebiti ſuccedit ptiuꝫ loco.ſic.ſ.e.l.ſi.in ſortem.§.libertus. In.e.glo.nõ.ꝙ ille qui tenetur ad frumentũ ꝯſumptuꝫ liberat̃ dando extimationem. Si aũt tenetur ad tñdem in genere. dic vt.ſ.ſi cer.pe.l.vinuꝫ.Itẽ nõ.ꝙ ille qui habitat tñ vĩ ꝺ fructu ꝑcipere ꝙ̃tum eſſet daturus ꝑ habitatione.

**Sticbus teſtamẽto.** Etiam q octo ãnis per errorem ſoluit quod non debuit repetit hoc dicit. Baldus.

**Tutor credi.** Nõ.ꝙ tutõ non poteſt ponere ad rõm pupilli illud ꝙ ſoluit indebite.ꝛ illud quod geſſit male.ꝛ.j.de admi.tu.l.cum q̃ritur.ꝛ nõ.iſtum.§.quꝺ illud quod nõ ponit̃ ad rõem pupilli remanet ad rõem tutoris. Item nõ.ꝙ tutori nõ debet admitti omnis ſolutio i calculo rationali non ſolum in debite facta ꝑcũr.i rẽ ſuã ſoluẽs.

**Ticius.** Procurator i reꝫ ſuaꝫ ſoluẽs indebitũ repetit ꝛ nõ dñs.h.d.vel ſic vba gnãlia ſeu ratificatio nõ porrigũtur ad iura q̃ ignoranti querũtur.h.d.Quod eſt nõbile ꝛ ſemp allegatur.ꝛ facit.l.ex maleficijs.§.longe minus.j.ꝺ ac.ꝛ ob.ꝛ quod nõ.C.de except̃.l.ſi ex maiore.ꝛ.ſ.de pac.l.tres fratres.non ob. qꝺ nõ.e.ti.l.lucius q ibi vba generalia cadebant ſup certo ſup quo nõ poteſt ꝑtendi error ſm Ia.de are. Nõ. ꝙ lꝫ ſit promiſſum nõ venire ꝯ ſemp itelligitur.ſalue ꝙ iure erroris.Item itelligitur cl'a.ſi ex alia pte obſeruẽtur promiſſa vt.l.i in fi.de loco publico fruẽdo.ꝛ.j.loca.l.q̃ro.§.interlocatorẽ ꝛ in.l.fi.C.de nõ nume.pe. Itẽ nõ.hũc.§.pro illis qui igrediunt̃ monaſteriũ.ꝛ paciſcuntur ꝙ monaſteriuꝫ ſoluat debita facit.j. de pecu.le. l.ſi peculiũ ꝛ ibi nõ.hic de ꝑcuratore i rem ſuaꝫ.ex pte rei.

**Lucius ticius gayo ſeyo.**

Reſtitutio ꝯceſſa i ſortẽ nõ porrigitur ad vſuras.ꝛ ꝺ bitum p reſtõnem in integꝛ interim i ꝯpenſatõnem nõ cadit.h.d.ꝛ eſt multuꝫ notãdum.vnde reſtitutio in integrum nõ põt incidenter opponi p modũ ꝯpenſationis

adde quod dixi.ſ.de iureiuꝛ.l.nam poſtea. §. ſi minoꝛ.
Jn tex.nõ poſſe vi reſtõnis in integrum habite ſup ſoꝛte. Nõ.ꝙ ſnia lata in pͥncipali non poꝛrigitur ad acceſſoꝛium de quo nõ erat in iudicio tractatũ. qꝛ erat actum ꝯtra ius cõmune. Jtem nõ.q̃uo iudiciuꝫ in acceſſoꝛio p ſe ſtat.⁊ eſt ratio. qꝛ ꝯſiſtebat i officio nobili hoc dicit. Baldus.

De condictione ſine cauſa. Rica.

Eſt ⁊ hec. Cauſa reducta ad non cãm non parit ius retinendi.h.d.

Si fullo. Propter eq̃ta tem ſupuenientis caſus victus p ſniam vtitur iure ſuo.h.d. Jta ſummat azo hanc.l.in l.in ſũma.C.de re iudi. Nõ.ꝙ ſolutuꝫ p ſniam repetitur p ꝯdictioneꝫ ſine cã ſi cã ex qua fuit lata ſnia reducitur poſtea ad nõ cãm quod eſt nõ.⁊ dicunt doc.ꝙ ideo ſnia hic nõ obſtat.tñ quia ius ſupuenit poſt ſniam,tñ qꝛ nõ redarguitur ſnia de equitate. ſꝫ d cã ceſſante.⁊ ſic nõ obſtat.j.man.l.ſi fideiuſſoꝛ.§.i omnibus.⁊.ſ.de eden.l.argentarius.§.cuꝫ aũt ſm pe. quis ita nõ.C.de ꝯdi.inde.l.i.⁊ vide quod nõ.C.de coll.l.ſi ſoroꝛ.⁊ p cy.C.de iuꝛ.do.l. vbi adhuc in.xviij.q.⁊ facit ex̃ de iuꝛiuꝛ.c.debitoꝛes.⁊ quod nõ.ſ.ti. ꝓx.l.neratius. nam id quod dicitur in.§.i omnibus ꝙ.q. indebiti non poteſt replicari poſt diffinitiuaꝫ hꝫ locum vbi ante diffinitiuaꝫ potuit opponi exceptio inde.ſecus ſi non potuit opponi vt in dicto.c.debitoꝛes.quod eſt nõ.ſm bar. Jtẽ nõ.ꝙ lꝫ qs percepit a fullone intereſſe pannoꝝ. tñ poſt ea poterit recupare pãnos inuẽtos peneſ fureꝫ.nec ob. ꝙ ſoluens litis extimatõm habeatur pꝛo emptoꝛe rei vel actionis vt in.l.ſi culpa.qꝛ illud verũ in reali iudicio ſecꝰ impſonali vt hic facit quod nõ.dy. i.c.p poſſeſſoꝛe. de reg.iuꝛ.li.vi.

Qui ſine cã. Aliter debet foꝛmari libellꝰ vbi qs petit ſe i totuꝫ ceſſari aliter vbi petit extimari ſeq .uel exonerari ſe.hoc.d.

Nihil refert. Super hac. l. nihil dixit. Bal.

Aucũculo. Titulus coloꝛatus velat maleficium. ⁊ turpitudineꝫ.ſ.q̃n ẽ ſtatutũ in finibus ṽbi.⁊ nõ eſt proceſſum ad executõem facti.h.d.Jta eniꝫ hic loquitur.⁊ eſt nõ.⁊ facit.j.de adul.l.ſi adulterium cuꝫ inceſtu.§.i.⁊ adde quõ nõ.in.l.ij.ſ.de ꝯdi.ob cãm. Nõ.ex glo. hic poſita. ꝙ erroꝛ iuriſ non excuſat a periculo pdende dotis.lꝫ interdum excuſet a piculo criminalis accuſationis. Adõ qõ nõ.in aũt.de inceſt.nup.in prin.⁊ in.l.vij.j. d condi. inſti. Jtem adde quod nõ.cy.C.rem in pñti.§.tacet ⁊.§.illo.⁊.C.de iuꝛ dot.l.ſi dotem in vltima .q.⁊. C.de reuo.donat.l.i.in vltima.q.⁊ nõ. Ja.in.l. rei iudi. §.i.j. ſoluto matrimonio. Baldus.

Explicit liber.xij.Jncipit liber.xiij . De Condictione furtiua. Rica.

In furtiua re. Jſta.l.in glo.h eſt q̃ ibi qꝛ dño. Jſta glo. habuit reſpectũ ad hoc.qꝛ hr̃s nõ erat dñs tẽpõe furti facti.tamen vere erat dñs.l.hereditas.j.de re iudica.

Condictione. Condictione furtiua tenetur ex perſõa alterius etiaꝫ ille qui furtum comittere non põt h.d. Nõ.tex.in fi.cuꝫ dicit q̃uis cum eis agi ⁊c.ꝙ citatio facta de furioſo vel infante nõ valet vt hic videbitur in.l.quicũqꝫ.in prin.ſ.de in ius vo.ſi ergo hẽs agere cũ in ante debes ꝯuenire tutoꝛem ſuum vt.l.i.§. ſufficit ⁊ ibi p glo.j.de admi.tu.Si ṽo habes litigare cum furioſo habes cõuenire eius curatoꝛem vt.l.lucius locuſta.§. fi.j. de lega.ij.cetera dic .vt in glo.bene. Bal

Si ꝯdicat. Jn ꝯdictione furtiua habetur ratio itereſſe ẽt exñtis i lucro.h.d.Lex iſta. Nõ.ex hoc tex .in fi. ꝙ homo moꝛtuus ꝯdicitur.⁊ ſic videtur hic caſus ꝙ in obligatione rem reſtitui debet peti etiam ipa res pempta. Jn ꝯ̃uꝫ videtur caſus ꝙ debet peti ipa extiatio ñ res pempta.vt.j.e.i re furtiua dicã ibi. Scdo nõ.tex.hũc.nam nõ videtis hic ꝙ moꝛtuo ſeruo dñs cõſequitur ptem hereditatis in qua ſeruus fuit inſtitutuſ ⁊ ſic pꝫ ꝙ moꝛtuo ſeruo nõ poteſt adire hr̃ditatem ſuo delataꝫ.Et ſic videtur caſus qõnis. ꝙ ſi monachus cui hereditas eſt delata q vt ſcitis de iure ſuccedit.vt.l.deo nobis in fi.C.d epi.⁊ cle.ſi hereditate nõ adita decedit illam hr̃ditatem nõ aditam i monaſteriuꝫ nõ trãſmittit ſicut vides hic i ſeruo.⁊ maxime ſm dñm Jnno.q equiperat ſuum monacho vt in.c.cum oliꝫ ex̃ de piuileg.vt tangitur p glo.in aũt.cauſam.C.de epi.⁊ cle.⁊ p hoc facit.l.idem neratius in pꝛin.ſ.ad.l.acq.⁊ pꝛo hoc facit p Ja.de are.⁊ cy.in.d.l.deo nobis p canoniſtas in.c.in pͥſentia ex̃ de pꝛobationibus.

Si ſuus. Pater ⁊ dñs tenentꝰ ꝯdictiõe furtiua ex pſona filij.vel ſerui in eo.quod ad eos puenit datur etiã in dñꝫ noxaliter in eo quod ad eum nõ puenit.⁊ ille qui nõ ꝯmittit furtuꝫ nõ tenetur hac actione ex perſona ſua.h.d.cũ duabus ſequentibus.

Ex furtiua. Jn tex.ibi vel heres eius ſubaudi vel is ad quem puenit res furtiua.⁊.ſ.l.ꝓx.dixi ⁊c. Jn glo.fi.l.pꝛoinde.⁊ ſi opere ⁊c.ibi ⁊ hec valicet glo.iſta appꝛobet iſtam ſolutõnem.tñ ⁊ multi doc. tenent p̃cedẽtem ſm Ja.de are.aliter dicit.vt ipe nõ.i.l.ꝯ̃ria.nam dicit ipe ꝙ p̃ſtans opem furi nõ tenetur cõdictione furtiua vt hic niſi i ſubſidiuꝫ videlicet ſi fur nõ eſt ſoluẽdo vt in.l.ꝯ̃ria.⁊ pꝛo hac opy.videtur textus i.l. peculiũ.§.ſi opeꝫ.j.de peculio. Bal.

Si pro fure. Deciſio q̃ fit ſup actione fur.nõ pꝛeiudicat cõdictioni furtiue.⁊ iſtud pꝛincipiuꝫ declaratꝰ. vt hũiſ.nõ.in.l.ſi duo.§.iul.ſ.de iureiuran.

Furti actio. Actio pſecutoꝛia nõ tollitꝰ p pſonaleꝫ nec ecõuerſo. ſꝫ vna pſecutoꝛia bene tollitur p aliaꝫ pſecutoꝛiã.h.d.i gl. .i.l.§.fi . ⁊ vide ꝙ plene nõ.per glo.inſti. ſi qua.pau.fe. di.§.fi. Baldus.

Condictio. Cõdictio furtiua datur ꝯ̃ hr̃deꝫ etiaꝫ in eo quod ab hr̃dem nõ puenit qualitercũqꝫ res pierit.h.d. Jn gl.fi.ibi tu dicas tenet ergo iſta glo.ꝙ ꝯdictio furtiua nõ oꝛiatur ex delicto vel quaſi.nec ex ꝯ̃ctu vel quaſi.Sed ex varijſ figuris cãrum ſed guil.de cu.⁊ alij doc.repꝛehendũt iſtaꝫ glo.dicẽteſ ꝙ ymo oꝛitur ex delicto.vt.l.ſi ambo.§.quotiens de compẽſa.j.rem ra.ha.l.ſi mulier cum ſy. ⁊ eſt glo.oꝛ.hoc tenens.j.de act.emp.l.ſeruus queꝫ. Sa

aduerte.qꝛ licet ꝯdictio furtiua oꝛiatur ex delicto. tamē
hoc eſt ſpāle in eo quod detur ꝯ heredem etiā i id ꝙ ad
hr̄dem nō peruenit.vt hoc tex.notat notabil'r.

**In re furtiua.** Jn ꝯdictione furtiua ſeu in
obligatione rem reſtitui ſuccedit obligatio ad
itereſſe demū re pempta.ꝛ ꝯtra furez intereſſe dr̄ eſſe
quāti plurimi fuit a tépoꝛe furti cōmiſſi. Jtem ꝯdi
ctione furti veniunt fructus.h.d. Uſqꝫ ad fi. Nō.
tex.hic dū dic ꝯdictio extiatōis. Nam hic eſt tex.ꝙ in
ꝯdictione fur.ſeu in obligatione rem re dꝫ agi ad extia
tionem rei pempte.nō aūt ad ipām rem pemptaz cuꝰ
ꝯtrium dicit tex.ſ.e.l.iij.in fi.ꝛ rō dicit ꝙ vtrūqꝫ poteſt
fieri.nam pōt agi ad ipām rem pemptaz vt ibi.ꝛ.j.e.l.
ſi ſeruus.§.boue ad idem.j.ꝓximo.§.ſi ex cā.j.de furt
l.ſi quis vxoꝛi.§.p.l.inter ſtipulanté.§.p.ibi de v̄bo.ob.
poteſt etiam ꝯdici ipā extimatio.ꝛ ita loquitur lꝫ glo.
ſup v̄bo extimationis.dicat ꝙ extimatio eſt.tm̄ modo i
ſolutione.nō aūt in petitione nō obſtante.l.ſi ſeruū.§.fi.
de v̄bo.ob.etiam qd̄ vidiſtis iij.l.pe.ſ.de ꝯdi.ob cām vbi
dr̄ quod debet peti oio ipā res pempta.qꝛ ibi loquitur
in obligatione rem dari hic aūt loquitur in obligatione
rez reſtitui. Et circa predicta uide guil'.de cu. hic ꝛ
dy.ꝛ alios in.l.ſtipulationis non diuidun tur.j.d v̄b.ob.

**In ꝯdictione.** Condictō furtiua competit ꝯtra he
redes.p hr̄ditaria poꝛtōe ēt ſi ad eoſ minꝰ pue
niat ꝙ̄ ſit poꝛtio hr̄ditaria.h.d.iſta lex. Circa iſtā.l.p
dclaratōe tex.ꝛ glo.uide qd̄ nō.cy.C.de hr̄ditar̄.actj.l.
p hereditar̄.ꝛ qd̄ nō.doc.in.l.eādem.§.cato.j.de v̄.ob.

**Fur manifeſtus.** Condictio furtiua cōpetit ꝯ
furem ſiue ſit fur manifeſtus ſiue nō manife
ſtus niſi poſſeſſio rei furtiue puenerit ad dominuz.h.d.

**Tam diu.** Condictio furtiua dat' dño.ꝛ eius
heredibus. nō aūt da ſucceſſoꝛi ti
tulo ſingulari. Jtem ꝯdictio fortiua tollitur re alie
nata ex volūtate durat.tm̄ ſi alienetur ex neceſſitate.h.
d.Uſqꝫ ad.l.ꝛ ideo.§.neratiꝰ.ꝛ gl.pria pōit caſū i h̄.§.
Nō.i h̄.§.ꝙ ſi res furtiua alienet' a dño volūtate eiꝰ
tollitur ꝯdictio furtiua rō eſt.qꝛ ꝯdictō furtiua datur ad
ipām rem vt.ſ.eo.l.iij.ꝛ.l.in re fur. Secus ſi eſſet
actio q̄ nō datur ad ipāz rem.ſed daretur ad extimatio
nem rei vel in iure.naz tūc actio durat etiam ſi res ſit
alienata vt videbitis in.l.huic ſcripture.ſ.ad.l.acq. iſtā
diſtin.ponit tex.ad.l.quecūqꝫ.j.de actj.ꝛ obli. ꝛ circa p̄
dicta vide qd̄ nō.dy.i.l.ſi ticiꝰ.§.ſi qs priuſ.j.de aq.plu.
ar.ꝛ p hoc glo.hic poſita ſup v̄bo non poſſe que querit
an re alienata ex volūtate extinguat' actio furti.dicit ꝙ
nō que loqtur.qꝛ actio furti nō competit ad rez.ſed ꝯpe
tit ad penaz.

**Sed nec.** Legatarius eſt q̄dam glo.
magna que hꝫ tres partes
Nam prima format ꝯtrium de.l.ſi dñuz.j.de
fur.ꝛ ponit duas ſolutōes.Secūdo glo.i ſecūda ſolutio
ne dicti ꝯtrij ſubintrat qōem qualiter actio furti trāſeat
ad ſucceſſoꝛes ꝛ ponit tres opiniones vna eſt ꝙ legata
rio ꝯpetit duplex actio furti vna ex veteri ꝯctat' alia ex
noua.alia ē ꝙ legatario competat actio furti tm̄ ex no
ua ꝯctōe hr̄di vero vniuerſali cōpetit duplex actio. vna
ex veteri ꝯctatione alia ex noua.tertia ē ꝙ ex veteri ꝯ
ctatōne nūꝙ̄ detur actio furti nouo dño.ſiue ille nouuſ
dñs ſit hr̄s ſiue legatarius. Tertio glo. ponit rōez
diuerſitatis inter actioné furti.ſa ibi vel dic ꝙ ꝯdictio.
tertia ibi.ſed q̄ eſt rō. Jtem ſa pars ſe partis ici
pit ibi.unde dic ſꝫ vg.tertia incipit ibi.alij dicunt ex ue
teri ꝛc. Jn.e.glo.ibi.vnde dic ſm hug.ꝛc.iſta opio
cōiter tenetur.ꝛ vide quod nō.per glo.in.l.ſi dñium hic
all'.Et nō.iſtam gl.duz dicit ꝙ illud quod opatur reuer
ſio rei furtiue ad dñium illud opatur dñij mutatio. naz
iſtud.ꝛ nō.ad qōem.ꝙ ſi quis furatur rem mihi.ꝛ eam
poꝛtat ad aliuz locum puta ad ciuitatez floꝛentie.ꝙ ibi
poterit puniri. Nam ſicut ꝓpter mutationem dñij na
ſcitur noua actio furti.vt dic t glo.hic ꝛ.j.de fur.l. ſi do
minū ita mutatione territoꝛij ſeu iuriſdictionis.noua dꝫ
oꝛiri actio furti.ꝛ per ꝯñs poterit fur puniri in loco ad
quem poꝛtauit rem.ꝛ ſi tu dicas iſta glo.ꝛ iſta lex.ſi dñi
um loquūtur de mutatione dñij queſtio ſupꝛadicta loq
tur de mutatione territoꝛij ſeu iuriſdictōis. Nō.ꝙ
de dñio ad iuſdictionem ē licita argumétatio ut ꝓbatur
in.l.qui furez.ſ.de ſtatu.ho.de qua rōne uide p Jac.d
are.in dicta.l.ſi dñiuz.

**Et ideo.** Jn glo.i.q̄ incipit ꝯdictione fur
ti cuꝫ facto ꝛc.ibi vel dic ꝛc.Sꝫ
certo in dicto.§.fi.nō dicitur ꝙ ſola ſnia tranſ
feratur dñium ſine traditione āmo reqritur tradicio.ꝛ
miſſio in poſſeſſionez poſt ſniam vt ibi expꝛeſſe nō. per
glo.ꝛ ideo tene primaz ſolutionez hic poſitaz. Ultio
iſte tex.diſtinguit.aut quis alienat voluntarie.aut ex ne
ceſſitate cum qua diſtinctione ꝯcoꝛdat.l.cuꝫ poſtulaſſēt
§.fi.j.de dam.infe.j.de le.ij.l.peto.§.p̄dium.l.q erat.§.
ſ.fam.her. Jnducit hūc tex.guil'.ad.q.ſi plures habe
ant funduz emphiteoticuz cōem.ꝛ ipm diuidunt iter ſe
an dño vel eccleſie debeat' illa poꝛtō.quiquageſima de
qua loquitur lex.vult.C.de iur̄ emphi.ꝛ iſte tex.facit ꝙ
debeatur a ꝓuocante ad diuiſionez.rō qꝛ aliéat ex volū
tate.nō āt ex ꝓuocāte.qꝛ alienat ex neceſſitate.Sꝫ gui.
videtur velle indiſtincte ꝙ dñs vel eccleſia.nil dꝫ habē
ꝙ dic vt hic p eum.nō ob.iſto textu.qꝛ hic q egit cōmu
ni diuiſione poterat ſibi prouidere agédo prius.contra
furez ꝯdictione furtiua ꝙ̄ prouocaret ſocium ad diuiſio
nem qd̄ ſi nō fecit imputet ſibi.Sed in qōne noſtra ille
qui hꝫ funduz emphiteoticum cōem cum alio nō pōt ſi
bi prouidē vt a cōione diſcedat.niſi diuiſionez petat me
rito in eo ſemp eſt neceſſaria actio. An aūt habētes
funduz emphiteoticuz cōem poſſunt diuidere dño vel
ecclīa requiſita iſtam.q.foꝛmat ſpecu.i titu.d locato.§.
nūc aliqua.v̄.lxxij.ꝛ ibi nihil firmat. Sed videt' ꝙ
nō poſſit.qꝛ ſicut emphiteota nō pōt.Alij alienare dño
irequiſito.vt.l.ij.ꝛ.l.vlt.C.de iur̄.emphi.ita plures iter
ſe nō vidétur poſſe alienare ar.l.cum hij.§.d.pluribus
ſ.de trāſac. Sed in ꝯtrium vr̄ veritas ar.l.vl't.C.de
fideicō.nam rō que eſt quare quis prohibetur alienare
ex̄neo que rō ex hoc fundatur.qꝛ ille ex̄neus nō haberꝫ
neceſſe aliquē cognoſcē in dñm.vt dicta.l.vl't.C.d iure
emphi.ceſſat in.l.nr̄a.etiam p hoc ꝙ res emphiteotica
poſſit diuidi dño.irequiſito facit quod habetis i feu.i fi.
dus.x.coll'.de prohibi.feu.alie.l.imperialem.§.preterea
ducatus. Bal.

**Neratius.** Cōdictio furti nō datur ei q non
pretendit dñiuꝫ in re.ſed p̄tendit
ius.ſed datur cōdictio incerti.h.d.iſte.§. Jn gl.ſi.ad
ipām poſſeſſionez.i.ad ipām detentionez.ꝛ nō. iſtaz gl.
cum qua ꝯcoꝛdat quod nō.C.de fur.l.manifeſtiſſimi.§.
ſed cum in ſa.C.de peti.hr̄di.l.non tm̄. Sed q̄ro iſte
§.ꝛ iſta glo.ꝛ p̄allegata glo.loquūtur qñ res puenit ad
aliquem cum vicio ꝛ ꝯ ipm agitur. Sed pone ꝙ res
a me poſſeſſa peruenit ad alium ſine vicio.ꝛ bona fide

puta.qꝛ erat bona fide ab eo.qui mihi ſubtraxit.an mi
hi ſuccurrat ꝯ illum emptorez.iſtam.q.tangit glo.in.l.
in ciuilem.C.de fur.in.c.ſepe ex̄.de reſti.ſpo.ꝛc̄.vbi glo.
tenet ꝙ ſucurratur mihi videtur vt ibi. Bal.

**Ex argento.** In ꝯdictõne furti venit illud quod ex mea mate
ria factuz eſt.ꝛ quãdo ad extimatõem venitur
habetur etiam ratio meliorationis facte ſumptibus fur
tis.h.d. Baldus.

**Si ſeruus.** Si pendente iudicio ſuper ꝯdictione furtiua agens de
ſijt eſſe dñs facto auctoris ſui extinguitur ius
agentis.Secus ſi deſinat eſſe dñs facto ſui. Itẽ res
extimatur q̃tũ vẽdi põt.h.d. Nõ. cy. hac.l.ꝙ ſi ius
actoris perijt pendente iudicio etiaz lite conteſtata de
bz reus abſolui. Et aduerte quõ glo. ſup v̄bo extitiſ
ſet dum dicit quo caſu vltimũ ꝛc̄.videtur uelle ꝙ abſo
lutio fiat ab initantia ſeu obſeruatiõe iudicij ex quo ha
bes ꝙ ſicut exceptio impediens proceſſum ſi competat
ab inicio ꝛ opponatur impedit totuz proceſſum ita ſi ſu
perueniat ex poſt facto pẽdente iudicio.ꝛ opponatur i
pedit vlteriorez ptez proceſſus vidiſtis.de hoc.ſ.ꝺ ꝯdi.
indebiti.l.ꝛ elegãter.§.ſi qs poſt. Secũdo nõ.ꝙ res
tantuz valet q̃tum vendi põt quod intellige vez quan
to vendi poteſt.ſ.cõiter.ꝛ nõ in vno momẽto tp̄.s.õt.l.
p̄tia.rez in ſi.j.ad.l.fal. Item intellige quãtum ven
di poteſt homini ſcienti ꝯdictionem rei vẽdite.ita nõ.p
glo.in.l.mortis cã.j.de dona.cã mortis.ꝛ p̄dicta locum
hñt qñ tractatur ꝺ extimatione rei mobilis. ſed quãdo
tractaremus de extimatione rei imobiliſ tũc dic ut nõ.
C.de reſcin.ven.l.ij.ꝛ ibi nõ.Et circa p̄dicta vide quod
nõ.cy.C.de ſen.q̃ pro eo.l.i. In gl.que incipit quo
caſu voluiſſe videtur ibi hr̄es voluiſſe videtur.ꝛ idẽ nõ.
j.in proxima glo.ibi tu.võ.dic. In glo.ſe.ibi cuiuſ fa
ctuz hr̄dis ꝛc̄.nõ.hãc glo nõ.ꝙ ſi aliquis cũ qua ꝯcor.
glo.ſ.proxima.ꝛ ex iſtis nõ.ꝙ ſi aliquiſ vendidit aliquã
rem ꝛ promittit ꝺ ſuo dato.ꝛ facto poſtea euincatur fa
cto teſtatoris cuius ip̄e eſt heres ꝙ ip̄e tenebitur ꝺ eui
ctõe.qꝛ ex facto hr̄dis merito tenetur.

**Boue ſurrepto.** A fure poſſũ ꝯdicere rem meam mihi ſub
tractam ẽt id quod ex re mea ſupeſt ꝛ ſi ſum ꝯſecutus
totum nõ poſſum poſtea petere partem.Sed ſi ſum cõ
ſecutus partem poſtea poſſum petere reſiduum.h.d.Et
glo.magna.ſup v̄bo coriũ ponit hic duas lec.vna eſt ꝙ
loquatur in diuerſis pſonis alia loquatur in eadez per
ſona.ꝛ prima pſona prout loquitur in diuerſis pſonis.
vz ponendo ꝙ vnus fuit fur bouis alius ꝯtaiut carnẽ
ꝛ cornua debes itelligere quãdo ille alius habebat cãz
a fure.ꝛ ꝯ furez habebat regreſſuz.alˀ ſi nõ haberet cãz
a fure licet dñs nõ fuiſſet ꝯſecutus p̄tium bouis.tñ ꝯdi
cendo ab illo alio poſtea cornua coriuz.ꝛ carnem nõ re
pellitur exceptione ab illo alio.ꝛ ſic non procederet iſte
v̄.ſed ſi dñs iſta probatur ex nõ.p glo. C. de peti.hr̄di.
.l.nec vllam.§.ꝛ nõ.hunc.§. In glo.ij.ibi nec obſtat
.l.euidenter vbi dicitur ꝙ ꝯdemnatio nõ prodeſſe debz
condemnato.Sed ſm p̄dicta ſi fur.vel ex̄nens fuit cõ
demnatus ad extimationem bouis ꝛ ſoluat illa ꝯdẽna
tio videtur eis prodeſſe qui non poſſunt ꝯueniri ad cori
um.ꝛ ad carnem.ꝛ ſi quod ſoluit glo.vt ſequitur. In
glo.que ſequitur ymo ꝛc̄.ibi.l.i.Sed ſi plus dolo petijſ
ſet.tũc ſi quidez deliquiſſet in duobus.ſ.qꝛ plures cautˀ
exegiſſet.ꝛ illud plus dolo petijſſet.tũc bene pdit cauſã
vt dic.a.l.i.de plus peti.ſed ſi ſolum ꝯmiſiſſet.tñ i pluſ
petendo.tũc eſſet.ſecus vt ibi nõ.per glo.ꝛ p doc.in.ex.
ex̄.de plus peti.ꝛ ſm p̄dicta dz intelligi.qꝛ ſi quis agenſ
ille in glo.circa quod uide qõ.nõ.in.§.tripli.e.ti.

**Quod ab alio.** Seruus factus liber nõ tenetur ꝯdictõne
fur.niſi i noua ꝯtractactione.h.d. In gl. q̄
incipit.alˀ. l.alˀ.§.fi.ꝛc̄.nõ eſt maleficio ꝛc̄.ymo ẽ ex ma
leficio vt dixi.ſ.e.l.ſi pro fure.§.fi. Bal.

**Qui furtum.** In ꝯdictione furtiua piculum iteritus indi
ſtincte ptinet ad furem.Sed ſi agatur actione
deſcendẽte ex ꝯtractu habetur rõ culpe ſm nãm ipſius
ꝯtus.h.d.Iſta.l.iſtam.l.declara.vt in glo. vltima. ꝛ vi
de qõ nõ.hic Ja.bu.p declaratõe tex.ꝛ gl.

**Parum refert.** Mora furis pba tur p obligationez
ꝛ nouationez.h.d.Iſta.l.declara.vt in gl.que
obiciendo iſtam.l.declarant.ꝛ nõ.glo.ſup v̄bo trãſfera
tur ꝛ glo. ma.ibi.tu dic ꝛc̄.Et vide quod nõ.glo.ꝛ doc.
in.l.cum qui ita.§.fi.j.de v̄bo.ob.l.ſi rez ſi noua. In
glo.ij.ibi.§.fi.vide quod nõ.ꝛ quod hẽs inſti. de actj.§.
ſic itaqꝫ. Baldus.

**Quoniam.** Falſus creditõ ſi ſcienter re cipit indebituz facit furtum
ꝛ ꝯdictõe furti.tenetur ſoluenti.h.d.lex.In gl.
ibi p ratihabitõnem ꝯdic.nõ.ſed cum hic dñium nõ ſit
trãſlatum.qũo datur dño ꝯdictio indebiti que de ſui nã
datur quãdo dñium eſt trãſlatum.ꝛ non aliter. Rndco
dicit dy.ꝙ rõ eſt.qꝛ hic datur ꝯdic.inde.ꝯtra furẽ.datur
eniz ꝯtra creditorem qui ſciẽter recipiẽdo indebituz fur
tum ꝯmiſit ꝛ ꝯtra furem omnis ꝯdictio degenerat. ꝛ
datur ꝯ ſuaz nãm vt.l.fi.ſ.vſufruc.quẽadmodũ ca.inſti.
de actj.§.ſic itaqꝫ ꝯtra aliuz vbi q nõ eſſz fur. nõ daret
ꝯdic.inde.niſi qñ dñium eſſet trãſlatum i recipiẽtem ita
dicit dy.in.l.falſus.j.de fur.ꝛ vide quod nõ.ibi.p gl.vbi
glo.ꝯcordat cum iſta ꝛc̄.

**Iulianus.** Condictio furtiua datur eti am cum adiectione de pecu
lio hoc dicit. Bal.

**Licet.** Fur ſp eſt i mora.ꝛ ideo ſemper ad ip̄m ſpectat periculuz interitus.h.d.
Vũiſtis.ſ.e.l.ex re fur.§.ex cauſa. Bal.

De condictj.ex lege. Rica.

**Si obligatio.** Iſta lex hz in glo.duaſ
lecturas vna eſt ꝙ loqnitur de obli
gatione noua que oritur ex.l.veteri
vel noua.ꝛ ſm hanc lec.tex. legitur.
Iſto modo.ſi obligatio noua ſit in
troducta.l.ſ.veteri vel noua. Alia lectura eſt ꝙ hec.l.
loquatur de obligatione que oritur ex.l.noua.ꝛ tũc itel
lige.l.nouã oẽm.l.que orta eſt poſt.l.xij.tabulaꝝ. ꝛ tex.
dz legi iſto modo vz. ſi obligatio ſit introducta .l.noua
ꝛ ponit iſta glo.q̄dam exempla iur̄.ff. veteris. ꝛ q̄dam
exẽpla iur̄ codicis q̄ exempla dic vt in glo. ſũt alia exẽ
pla iur̄ nõ ex quibus oritur ꝯdictio ex.l.vt.l.iubemuſ.C.
de ſacro.ſanctj.eccle .C.de iudeis.l.xp̄ianus. C.de arbi
tris.l.i arbitriſ ſi p viz lˀ alio mõ l.i.C.loc.ſi qs ꝯduc.C.
de litigioſ.l.pe.ꝛ.l.fi.cum ſy.Item ſunt exempla iuris
nouiſſimi vt pz in aũt.item poſſeſſor.C.q po.in pi.ha.ꝛ
in corpore vnde ſumitnr.ꝛ in aũt.l.q ſemel ꝛ in cor.C.
qũo.ꝛ quãdo iudex ꝛ i. aũt.habita ne filiuſ pro patre

ſilibus. In gl.ibi ſic.i.erit lȝ gl.habuerit bonū reſpe
ctuȝ tn̄ iſta expoſitio nō eſt neceſſaria.qꝛ lex ſemꝑ loqui
tur.⁊ ſemꝑ dicitur eſſe.vt.C.de hereti.l.arrianī.⁊ ꝓba
tur i omnibus anctē.que dicunť. hodie vt patet in aūt.
hodie.C.de appel.⁊.l.iuř gent.cum ſimilibus.C. ď pac.
vnde cuȝ ſemꝑ lex loquiť. Iſta.l.que dicit ſi obligatō.l.
noua introducta ſit apprehendit omnē.l.futurā.qꝛ poſt
ꝙ illa lex futura facta erit ſemꝑ.iſta.l. loquitur eodem
modo.⁊ ſic iſta.l.omnē.l.futuraȝ cōprehendit quod nō.
ꝑ ſtatutis loquētibus ꝑ verba ď pn̄ti. Pro declara
tione tex.⁊ glo.q̄ro de vna qōne.an hec condictio ex.l.
poſſit ɔcurrere cuȝ alia actione dic ꝙ ſic vt nō. in.l.quo
tiens.ī.de act.⁊ obli.pro hoc facit iſte tex. qui dicit nec
cautuȝ eſt ⁊c̄.quaſi dicat ſi eſt cautuȝ eadem. l.quo iure
agatur ceſſat ɔdictio ex.l.ſi vō nō eſt cautū.e.l.quo iure
agatur lȝ alia lege caueať agitur ɔdictione ex lege hic
nō habetis alia. Baldus.

De condict.tricticaria. Rica.

Qui certam. Cōdictio tri
ticaria hȝ lo
locuȝ in omni re preterꝙ in pecunia
numerata ſiue petatur quid certum
ſiue incertuȝ ſiue dn̄iuȝ ſiue poſſeſſio
ſiue petatur qꝛecūqȝ alia res ſiue corporalis ſiue icorpo
ralis.h.d. Quero que eſt rō quod ɔdictio tricticaria
nō datur ꝑ pecunia numerata dicit guiľ.de cu.ꝙ rō eſt
qꝛ iſta ɔdictio fuit introducta pro rebuſ quaꝝ extimatio
variatur ex tēpore vt.ī.e.l.in hac.⁊.l.fi.ſed extimatō pe
cunie nō variatur ex facili merito ɔdictio tricticaria nō
datur pro pecunia numerata. In glo.que incipit an
idem ibi.an ideȝ ſi pondere ⁊c̄.iſta qō glo.haberet locū
vbi in tex.non hēres expreſſe ſiue in pondere ⁊c̄. ⁊ nō.
iſtam glo.in quātum dicit ꝙ appellatione pecunie nūe
rate ſoli nūmi ɔtinentur. In glo.adde poſſeſſiōe ibi
Rndeo ⁊ idem ꝙ hic nō.ī.l.prox.in glo.ſuꝑ v̄bo poſſeſ
ſioneȝ. In glo.ibi vel verius nō.hāc glo. ex qua hēs
ꝙ ſicut rem meaȝ corporaleȝ regulř nō poſſum ɔdiceř
ita rem meaȝ in corporaleȝ.⁊ nō.p̄cedentia v̄ba gl. dū
hic aduerſatiua cōiunctio aūt eſt dictio aduerſatiua.vt
nō.ī.e.ti.l.in hac in glo.magna.⁊ vide quod hēs in tex.
⁊ glo.in.l.hoc amplius.§.de his.aūt.ī.de dam.infec.di
cam in.l.ſed ſi lege.ś.de peti. hēdi. Quero de intel
lectu.l.ſed ⁊ ei glo.hic ſuper v̄bo fundū videtur uele.ꝙ
eo caſu quo deiectus eſt dn̄s fundi debeat ɔdicere dn̄iū
fundi. Sed ɔ̄ hoc oppo. qꝛ ille q eſt ſemel dn̄s non
pōt amplius fieri dn̄s.l.iij.§.ex plurimis de acqui.poſſ.
ergo ſi deiectuſ eſt dn̄s nō poteſt dn̄ium ɔdicē.ſed ſuſti
ne glo.dicas que eſt ſpāle ɔtra furem vel deiectoreȝ vt
lȝ deiectus ſit dn̄s poſſit dn̄ium ɔdicere.ſed ſuſtine.glo.
dicas ꝙ eſt ſpāle ɔ̄ furem vel deiciētem vt lȝ deiectus
ſit dn̄s poſſit dn̄ium ɔdicere.⁊ petere ſibi dari rem quā
ſpoliatus eſt alias.ſecus vt inſti.ď act.§.ſic itaqȝ.l. ſcire
debemus.§.vltimo.ī.de v̄bo.ob.vel poſſumus itelligeř
hūc textū.aliter ꝙ intelligat glo.vt uelit dīe ꝙ ſi deie
ctus eſt dn̄s ɔdicat hoc eſt poſſeſſioneȝ fundi rōne dn̄ij
Si vō deiectus nō eſt dn̄s ɔdicat poſſeſſioneȝ.ratōe
poſſeſſionis quam perdidit.⁊ hoc vult dicere tex.

In hac. Iſta lex hȝ duas ptes.primo loq
tur qn̄ erat certum quo tempore
res plurimi fuit. Secūdo loquitur quando
erat debituȝ quo tēpore res plurimi fuit.ha ibi. ⁊ etiam
ante.⁊ breuiter.h.d.Si res tēpore ſnīe vel mortis plu
rimi fuit tp̄s ſnīe vel mortis inſpicitur.alſ inſpic tūc ali
ud tempus quo res plurimi fuit poſt moram rei.h.d.
In tex.ibi quare ad tp̄s more reducenda extimatio
cōſidereť.⁊ fiat ſm̄ illud tp̄s quo tpe res plurimi fuit
vel valuit poſtꝙ reus fuit in mora vt in illa extimatōe
reus ɔdemnetur. In hac.l.inter alias habetis. vnaȝ
glo.magnaȝ q̄ eſt vltima.⁊ diuiditur in tres ptes . nam
primo ponit quadruplicem itellectum ad.l.noſtrā quoꝝ
tres clare ponūtur in glo.nr̄a.tertius intellectus quem
glo.reprobat colligitur in.v̄.nec placet illud. Secun
do glo.format vnuȝ ɔ̄rium.⁊ ponit duas ſolutōes.quaſ
tertio reprobat pro ſolutione ɔ̄rij p̄mittit quādaȝ diſtin
ctionē.ſecūda ibi.ſed ſiue tp̄s more.tertia ibi vt aūt hec
In glo.i.ibi.ſed extimat̄ q̄ extimatio debet mihi p̄
ſtari.ſi res preſtari nō poteſt vt.l.nō dubiuȝ.§.vltimo.ī.
de le.iij.l.qui ɔcubinam.§.vltimo.e.ti.l.ſi domus.§.qui
ɔfitetur.ī.de le.i. In glo.⁊ alias nō poſſet dari ď do
lo ⁊c̄.iſta glo.vult dīe ſi nos diceremus reuȝ tradētem
ſeruū deterioratum nō eſſe liberatum ab actōne.prima
qua tenebatur nō poſſe dari ɔ̄ ipm̄ actio de dolo. qꝛ nō
hȝ locum.vbi hȝ locum alia actio vt.l.i.§.ait ptoꝛ.ś. de
dolo.Sed.l.dicit dari actōem de dolo vt.l. elegāter.§.
.i.alleg.in glo.ergo patet ꝙ eſt liberatus ab actione p̄
ma. Sed pro ſolutione iſtius ɔ̄rij.uide quod nō.in.l.
elegāter.§.nō ſolum p̄allegat.⁊ per doc.in.l.exhibitōis
ī.ad exhiben.⁊.ī.de v̄.ob.l.iulianū.§.i.⁊ i.l.qui ſibi.§.i.
alľ.in glo. In.e.glo.ibi forte ignorauit ⁊c̄. Nō.iſtam
glo.ꝙ ille qui recipit rem deteriorataȝ ignorāteꝛ ſibi nō
p̄iudicat.ſecus ſi recipiat ſcienter.⁊ cuȝ hac glo.ɔcoꝛ.ꝙ
nō.ś.in.i.ɔſtitutione.§.illud autē in glo.ſuꝑ v̄bo neſcien
ti facit etiam quod nō.glo.in dicto.§.nō ſoluȝ. ⁊ qō nō.
ꝑ.in dicto.§.exhibitus. In glo.magna ibi .item ꝙ i
medio in.v̄.quod vō deſierat. In.e.glo.ibi quod aūt
ſane debetur. Nō.iſtam glo.idem hūiſtis.ś. e.l.i.i
glo.ſuper v̄bo rem aūt ſuaȝ. In.e.glo.ibi in vtroqȝ
caſu ⁊c̄.vel dic vt dixit diuidendo.l.quādo eſt certuȝ ꝙ
res plus valuit tēpore ſnīe vel mortis rō illud tp̄s iſpi
citur.Sed ha ps loquiť qn̄ nō erat certum quo tempo
re res valuit plus ideo inſpicitur ꝙti plurimi res fuit a
tp̄re more. In.e.glo.ibi ⁊ de interitu nō tenetur ſi
reus ⁊c̄. In.e.glo.ibi.§.in hac ⁊c̄. Intelligit ergo
glo.iſta dcm̄.§.i hac qn̄ agitur ad fructus nō quādo ad
ipam rem principaleȝ ⁊ nō.totam diſtinctōem iſtius gl.
ſed de materia iſtius.l.⁊ dicti.§.in hac dicam latius in
dicto.§.in hac. In .e. glo. ibi vſque ad illum.§. ſi
actionem ⁊c̄.vide hic quod nō. infra de vſuř .l.mora in
gloſa magna. In.ea.glo. ibi in fine. Nō ex fine
iſtius glo.vnam regulam in ɔdic.indebiti ꝙ ɔuentus i
ea nō teneť niſi quatenus factus ē locupletioꝛ. ⁊ iſtam
glo.allegaui i.§.ſi libertus hic alľ.⁊.l.ſi i ſumma.§.i fru
mēto.l.qō indebitum.§.ſi.

Si res aliena. Nota de tp̄re ad lo
cum licita ē argumē
tatio .h.d.iſta pn̄s.l. Nō.ex hac.l.ꝙ dixi in
ſumma ⁊ cū hac.l.ɔcordat quod habuiſtis i.l.vinū.ś.ſi
cer.pe.ī.de v̄.ob.l.quoť. Item hēs ꝙ licita ē argum̄
tatio de rebus ad tp̄s vt.ī.de teſtō mili.l.miles ita.
Item hēs ꝙ licita ē argumentatio de pſonis ad tē
pus vt hēs i.l.qui plures i prin.ī.de vulg.⁊ pupil.⁊ de
mā iſtius.l.habuiſtis i.d.l.vinum. dicam de hoc in.d.l.
.iij.§.i hac ɔmo.pro declaratione iſtius.l.ꝙ p̄cedentis.
In glo .que incipit ſic vi bo. ibi cum lis conteſtať.
Nō.ex hac.gl.incerta ꝙ tex.ꝙ iudicium intelligiť cū
lis ē ɔteſtata.ideȝ nō.in.l.i.C.de iudi.⁊.ś.de iudi.l.audi

cāum ſoluit᷑. Jn.e.glo.ibi l.vinum ⁊.ſ.l.ꝓxi.i glo.mag.
hic nō ſunt alia. Bal.

De Eo ꝙ certo loco.dari opꝫ. Rica.

**A Lio loco.** Jlle qui ꝓmittit
dare vel ſoluere
certo loco pōt vbiqꝫ ꝯueniri ſi i illo
loco nō repiat᷑.h.d.iſta lex. Jn tex.
ibi vbiqꝫ.ſ.glo.i.ibi.l.ꝯtraxiſſe ⁊ eſt
tex.in.l.heres abſens in fi.ſ.de iudic. Sed hic q̄ro
an in loco vbi fuerunt celebrata v̄ba ꝯtractus poſſiꝫ ꝯ
ueniri.dic ꝙ nō niſi ſicut in aliis locis.nam ex quo alibi
eſt deſtinata ſolutō ibi dicitur eſſe locus.ut dicta.l.ꝯtra
xiſſe.non aut dicitur eſſe locus ꝯ̄ctus niſi fuit celebrata
ſeu probata v̄ba ꝯ̄ctus.⁊ ita tenet glo.C.e.l.i.j.de bo.
auc.iu.poſ.l.heres abſens in fi.de iudic.l.q̄ro.j.de ſolu.
lꝫ glo.de hoc nō dubitet.j.ti.i.eum qui in glo.i. Jn
.e.glo.ibi.§.cuꝫ ita ⁊ eſt caſus.j.e.l.iij.§.ſi quis ita ſtipu
letur.x. Jn glo.ij.ibi.§.idem rn̄dit ⁊.l.ſi ita.§.griſo
gonus.j.de v̄bo.ob.Et nō.ex hac.l.ꝙ debemus ſtipula
tione ita iterpretari ꝙ nō redatur inutilis quod nō. pro
eo.ꝙ infra dicam in glo.fi.ibi in fi. Nō.ex hac gl.
ꝙ ille qui promiſſit dare certo loco nō poteſt indiſtincte
i alio loco ꝯueniri.Sed ita demū pōt ꝯueniri in alio lo
co.ſi ibi forū ſeu domiciliū ſortitur. ⁊ iſta opio cōiter ꝑ
doc.tenet᷑. Sed.d.Ny.de mat.tenet ꝙ ꝓmo pro
mittens in certo loco ſoluturuꝫ pōt in quolibet loco con
ueniri.nam dicit iꝑe.l.luquitur gn̄aliter ꝙ talis ꝓmiſſō
indiſtincte poteſt ꝯueniri i quolibet loco.vt pꝫ hic ⁊ i.l.
all᷑.in glo.facit pro hoc.C.de ꝯdi.indebi.l. qui certo.ad
idem vbi quis coartali vel de curiali.l.i.§.vbi cā ſtatus
.l.i.⁊ q̄ꝛ rens generatur in hoc.q̄ꝛ in quolibet loco pōt
ꝯueniri ideo lex ꝯceſſit arbitriuꝫ iudici vt habeat rōem
intereſſe rei ſeu debitoris ꝑꝑ locuꝫ vt uidebitis. j.l.ꝓx.
cuius opy.d.ny.videtur multuꝫ ꝯſona iuri lꝫ cōis opy.
ſit in ꝯ̄triūm. Ultimo Guil.de cu. inducit pro caſu ad
q̄ōem ꝙ in ꝯ̄ctibus nō ſit locus remiſſioni ad locuꝫ ꝯtra
ctus ſeu de vno loco ad aliuꝫ. Naꝫ dicit iꝑe ſi deberet
fieri remiſſio non eſt neceſſaria equitas iſtius legis que
dicit quod in alio loco poſſit conueniri de qua queſtio
ne plene tractat Guil.de cu.hic ⁊ doc.in aūt.qui ſemel
C.qūo ⁊ quādo iudex.⁊ in aūt Si v̄o criminis.C.ꝺ adl᷑.
vbi glo.tangitur ꝑ Ja.de bel.in aūt.vt nulli iudicuꝫ. §.
ſi quis uō.ꝯprehenſoꝝ.ſ.de iu.l.heres abſens.⁊ ibi di
cam.⁊ eſt hodie caſus in.c.romana.§. contrahentes ex
tra de foro compe.li.vi.

**A rbitraria.** Jn actōe arbitraria ha
betur rō intereſſe acto
ris.⁊ rei ꝑꝑ locum.h.d.iſta.l. Jn glo.i.in
fi.iſta glo.innuit ꝙ quātum ad ꝯcedēdum v̄el denegan
dum būficium reſtitutionis in itegruꝫ debet iſpici locuſ
iudicij non locus ꝯ̄ctus quod videtur ꝯ̄.l.ſi fundus.j.de
euic.vbi tex.vult ꝙ in his que ꝑtinent ad deciſionem
cauſe inſpiciatur locus ꝯ̄ctus.⁊ ſic deberet eſſe in cāu no
ſtro.nam poſito ꝙ in loco vbi iſte debitor ꝯuenitur non
poſſit peti in integruꝫ reſtō.tamen ex quo ꝯ̄ctus factus
per taleꝫ debitorem fuit factus alibi.vꝫ vbi fuit deſtina
ta ſolutio.⁊ ibi poteſt peti reſtō.⁊ ſic illud ius quod d̄be
ret ſeruari in loco illo ꝯ̄ctus debet ſeruari hic vbi ꝯueni
tur.⁊ in loco iudicij.q̄ꝛ vt dixi in his que reſpiciunt deci
ſionem cauſe dꝫ inſpici locus ꝯ̄ctus in.d.l.ſi fundus.pro
hoc dico ꝙ guil.de cu.⁊ plures.alij doctores hanc glo.
reprobant.Sed ideꝫ Gui.iſtam glo.tenet.C.ꝺ ſū.tri.l.
.i.⁊ ad.l.ſi fundus.Rndet ꝙ ibi reſpicimus locum ꝯ̄ctuſ
quātum ad ea q̄ ſunt de nā ꝯ̄ctus.ſed in integrum reſtō
nō eſt de his.ergo ⁊c̄.Sed in ꝯ̄triūm videtur veritas ꝙ
ꝓmo inſpiciatur locus ꝯ̄ctus.primo.q̄ꝛ lex indiſtincte di
cit locuꝫ ꝯ̄ctus eſſe inſpiciēdum vt.l.ſemꝑ in ſtipu.ꝺ re.
iur᷑.⁊ dicta.l.ſi fundus. Preterea eadeꝫ rō eſt vbi peti
tur reſtitutio officio iudicis ꝙ inſpiciatur locus ꝯ̄ctus q̄
eſt vbi agitur actione deſcēdente ex ꝯ̄ctu.⁊ per ꝯn̄s iſta
glo.nō videtur procedere niſi ſuſtinēdo glo.dicamus.ꝙ
hec glo.loquatur qn̄ minor volebat petere reſtōem i in
teg.aduerſus aliquaꝫ negligētiam vel omiſſioneꝫ ꝯmiſ
ſam in loco iudicij.q̄ꝛ tunc quo ad ꝯcedēdaꝫ vel denegā
dam reſtōneꝫ in integruꝫ inſpicitur locus in quo illa ne
gligētia ſeu omiſſio eſt ꝯmiſſa.⁊ ſic inſpicitur locus iudi
cij.ſed in loco iudicij reſtō denegatur vt dicit iſta glo.
ergo ⁊c̄.al᷑.iſta glo.nō poſſet bn̄ ſuſtineri.

**Si quis epheſi.** Locus dꝫ i libello ex
primi qn̄ loci obmiſſio
poſſet reo eſſe dānoſa.h.d.in glo.ſua in fi.⁊c̄.eſt veritas
ex hac glo.habes ꝙ de locis dꝫ fieri mētio narrādo for
maꝫ promiſſioniſ in libello.nō aūt in libello dicit ſibi ſol
ui hic vel ibi.Sed dicet in libello ꝙ fuit facta promiſſio
hic vel ibi idem nō.j.l.prox.v̄.quare.Jn gl.ſuꝑ v̄bo adie
ctione Et nō.bene hūc tex.duꝫ dicit ne auferat loci vti
litatem.Naꝫ iſte tex.facit ad q̄.lꝫ in libello nō ſit neceſ
ſe ꝙ opponat᷑ dies ꝯmiſſi crimis vt.l.libelloꝝ.j.ꝺ accu.
⁊.l.in cauſis.C.de accu.tamē ſi reus vult ꝙ opponatur
dies criminis ꝯmiſſi puta.q̄ꝛ ſuam defenſioneꝫ vult pro
bare illa die ſe alibi fuiſſe facit iſte tex.ꝙ accuſator co
gatur diem ponē ne ipſi reo auferatur defenſio ſicut vi
des hic ꝙ debet fieri i libello mētio de loco. qn̄ loci ob
miſſio eſſet dānoſa iꝑi reo.⁊ auferet defenſionē iꝑi reo
vt ſic ſit idem de tēpore ad locum vt vidiſtis.ſ. ti.i.l.fi.
nō.ꝑ doc.i.l.is qui reus qui ꝺ public.iudic.

**N on utiqꝫ.** Jn alternatiuis in ꝑtāte rei
eſt quid debeat nō aūt ne ꝺ
beat v̄el equipolens.h.d.iſta lex. Et diuidi
tur iſte tex in duas ꝑtes. Nam primo iuriſcōſultus po
nit duas regulas vnaꝫ affirmatiuaꝫ aliaꝫ negatiuā.Se
cūdo dictas regulas declarat.ſecūda ibi q ſtichuꝫ ⁊ exē
plum prime regule.primo ponit᷑ vbi eſt alternatio re
rū.tm̄ vt pꝫ in dicto.v̄.q ſtichuꝫ. Jtem ponitur exem
plum dicte regule vbi eſt alternatio locoꝝ tantuꝫ vt pꝫ
j.v̄.reū niſi ſoluat.exēplū ꝯ̄o ſecūde regule. primo poni
tur vbi eſt alternatio reꝝ.tm̄ ſed ponit᷑ vna de rebus al
ternatiuis promiſſis.Secūdo ponitur quādo ē alterna
tio locoꝝ tm̄ vt patet in.v̄.quare in ꝓpoſito. Deinde
iuriſcōſultus poſt illud exēplum ſubuenit quādam regu
lam vt pꝫ in.v̄.gn̄aliter. Tertio ponitur exēplum di
cte regule qn̄ ē alternatio reꝝ.⁊ locoꝝ tm̄ ſimul vt patꝫ
i.v̄.proinde mixta ⁊c̄.in glo.que incipit.ſceuola ⁊c̄. ibi ꝓ
muꝫ ideſt prima regula q̄ tractatur de q̄d. vꝫ an ſit i po
teſtate rei q̄ꝺ debeat. Jn.e.gl.ibi ad tertiuꝫ.Ro ⁊c̄.
vꝫ ad.v̄.qui ſtichū vſqꝫ ibi ceteꝝ ⁊c̄.⁊ ad.v̄.reuꝫ aūt niſi
ſoluat vſqꝫ ad.v̄.ꝓinde. Jn.e.glo.ibi ſ̄m ⁊c̄.i.ſecūda
regula de an.videlicet.vtrum debeat eſſe i ꝑtāte rei.an
debeat. Jn.e.glo.ibi de alternatiuis rerum vt pꝫ in
v̄.ceteruꝫ. Jn.e.glo.ibi ſ̄o.loco locoruꝫ vt patet in.v̄.
quare in ꝓpoſito. Jn.e.glo.ibi mixtim vt pꝫ et v̄.ꝓ
inde mixtam. Jn.e.glo.que incipit quod dicit ⁊c̄.ibi
vl᷑ opponit᷑ ⁊c̄.iſta eſt vera ſolo ex quo nō. ꝙ ſi ē facta
ꝓmiſſio i duobus locis debeo narrare in libello qualr
ꝓmiſſio fuit facta i tali ⁊ in tali loco.⁊ ita loq̄t᷑.§.ſi qſ
epheſi.ſ.i.§.ij.nō aūt. i libello debeo dicere ꝯuenio ⁊c̄

hic vel ibi. ⁊ ita loquit᷑ iſte tex. dum dicit ꝙ dꝫ agi ſine
loci adiectione. In. e. glo. ibi i tertio loco. Sed certe
ymo hoc eſt falſuꝫ. qꝛ ibi loquitur cuꝫ agitur in vno de
locis inſertis in promiſſione vt ibi apparet ex tex. lꝫ gl.
que eſt infra ſup verbo alternationi dicat ꝙ ibi loquit᷑
quādo agitur in tertio loco nō in altero ex locis i ꝓmiſ
ſione deſtinatiſ. In. e. glo. que incipit capue vel ephe
ſi. ibi in tertio loco. ſed hoc eſt falſum ꝙ in. §. ſi qs aga
tur i tertio loco ymo agitur in vno de locis in promiſſis
inſertꝫ vt dixi. s. in glo. ſup v̈bo adiectione ⁊c̄.

**Si quis ita.** Si plura loca deſtinentur ſo
lutioni copulatiue videtur quā
titas promiſſa ꝓ rata cuiuſlibet loci eſſe diuiſa. pñs. §.
Nō. hūc tex. ⁊ aduerte ꝙ iſte tex. intelligēdus ē quā
do in promiſſione vel ſtipulatoine ſunt adiecta plura lo
ca copulatiue certa limitatōne. Sed ſi quis promiſiſſet
ſe ſoluturꝫ flor. vene. ⁊ vbiqꝫ locoꝝ. tūc nō videtur ꝙ iſte
§. habeat locum ꝙ videatur diuiſa quātitas pro rata cu
iuſlibet loci. qꝛ hoc itelligēdo hoc mō ſtipulatio efficere
tur inutilis qd̄ eſſe nō dꝫ qꝛ debemus ſtipulatōem iter
pretari taliter ꝙ ſit vtilis nō inutilis vt nō. s. e. l. i. i glo.
ij. in fine. Ultimo qꝛ hic dicitur ꝙ debet fieri petitō
in loco vbi deſtinatur. ſolutio. Quero vtrum valeat
iſta promiſſio. qꝛ ego poſſum petere vbicūqꝫ iueniam ꝓ
miſſionem vel vbiqꝫ locoꝝ videtur ꝙ ſic tex. eſt nō. j. de
poſiti. l. lucius ticius. ⁊. j. de hoc dicam latius.

**Si qs inſulam.** Ille q ſtipulatur i
ſulam ſibi fieri lo
co nō determinato facit iutilem ſtipulatōnem. h. d. Iſte
§. idem habes. j. de v̈bo. obli. l. qui inſulam. ⁊. l. ita ſtipu
latus in principio.

**Si quis ita.** Si ſolutio deſtinatur ad cer
tum locuꝫ ineſt tacite dies in
qua ꝓmiſſoꝛ poſſit ad locum ꝑuenire ⁊ ipoſſibilitas ſti
pulationē viciat. h. d. iſte. §. Nō. hūc. §. ⁊ cum pñ. iſtius
§. ꝯcoꝛ. l. ꝯtinuus. §. cum ita. j. de v̈bo. ob. qd̄ nō. s. eo. l. i.
ma. glo. ⁊ quod nō. j. e. l. §. nūc de officio. Bal.

**Item iulianus.** Soluenſ adiecto alibi
q̄ꝫ in loco deſtinato non
liberatur. Sed durat petitio ꝯ ſoluētem ꝑꝑ intereſſe lo
ci. h. d. iſte. §. bonus tex. Pro declaratiōe iſtius tex.
in. v̈. marcellus. Quero qualiter ꝶndet᷑ ad dñꝫ Mar.
qui dicit ꝙ ſoluens adiecto alibi q̄ꝫ in loco deſtinato dꝫ
in totuꝫ liberari ea rōne. qꝛ ſi ſolueretur ꝑncipali credi
toꝛi alibi q̄ꝫ in loco deſtinato liberaretur. ꝶndeo aliud
eſt ſi ſoluit ipi ꝑncipali creditoꝛi. aliud ſi ſoluit adiecto
rō qꝛ in ptāte eſt ꝑncipalis creditoꝛiſ ſibi ipi ꝑiudicare
vt vidiſtis i. l. centum captie. Sed nō eſt in ptāte adiecti
mutare locuꝫ deſtinatuꝫ ſolutioni vt. j. de v̈. ob. l. qui ro
me. §. calimacus. Secūdo q̄ro q̄ eſt rō diuerſitatꝫ in
ter promiſſoꝛeꝫ certe quātitatis. ⁊ inter promiſſioneꝫ fa
bricare inſule dic vt in glo. ſuper. v̈. inſule quod nō. ⁊c̄.
In glo. que incipit hic loquitur ibi receſſiſſe. ⁊ iſta ē
v̈a ſolutio. In. e. glo. in fi. Sed v̈erius videtur dicen
dum ꝙ ymo poſſit peti tota quātitas. qꝛ ſcd̄m dcm̄ iul᷑.
nō ꝯtingit liberatō i aliqua parte ſoꝛtꝫ. Sꝫ ſm̄ hāc ſolō
nē ꝯtigeret liberatō iꝰ pte ſoꝛtꝫ ſoluta petet᷑. ergo tota q̄ꝫ
titas nō vt ſtipulatoꝛ cōſequatur totaꝫ q̄ꝫtitatem. ſed vt
ꝯſequatur intereſſe ꝑꝑ locum. ⁊ hoc vult dicē iulianus
duꝫ dicit ꝙ nō ꝯtingit liberatio. ſed pōt peti quod inter
eſt. Nō ob. quod dicit auctoꝛ iſtius. l. in fi. ibi ⁊ ideo ꝙ i
tereſt ſolum petēdum. qꝛ iſta verba reſpiciunt ꝯſecutio
nem. qꝛ agēdo ad totaꝫ quātitatem ſtipulatoꝛ ꝯſequitur
ſolum quod itereſt. ⁊ ſic ⁊ alibi peto totaꝫ rem ſolutam
vt aliud ꝯſequar vt. l. iulianus. §. que fundū. j. de v̈. ob.
uidebitis. j. i ti. ij. l. iij. §. ſi reddita.

**Nūc de officio.** Si alibi agatur q̄ꝫ i loco
ſolutioni deſtinato actio
ē arbitraria. ⁊ habetur rō intereſſe actoꝛis ⁊ rei. ⁊ tam
itereſſe itrinſeci q̄ꝫ extrinſeci. ⁊ tam itereſſe ꝯſiſtentis i
lucro q̄ꝫ in damno. In glo. q̄ incipit. ſed nō videt᷑ ibi
§. cum ita. ⁊ ē caſus. s. e. l. §. ſi quis ita. In glo. q̄ inci
pit in fine. ex hac glo. ꝯiuncta cum glo. ſequēti. s. eo. l. ij.
habeſ plene qd̄ habebat᷑ rō itereſſe actoꝛiſ q̄ꝫ rei qñ rei
⁊ quādo vtriuſqꝫ ⁊ habet locuꝫ hec glo. ⁊ illa qñ nō agi
tur in loco diſtinato ſolutioni. tūc ſi qdem ſolōni ē deſti
natus tm̄ vnus locus ſolutioni. tūc talis actio nō ē arbi
traria. ⁊ ita loquitur lex ꝙ ſi ephesi. j. e. ti. Si v̈o ſolutō
ni ſunt deſtinata plura loca alternatiue vel copulatiue.
⁊ agatur in vno ex locis ſolutioni deſtinatis. tūc quid ſit
iuris hūiſtis. s. e. l. §. ſi quiſ ita. venio ad. §. in hac. ⁊ i hoc
s. nō. ꝙ in actōibus arbitrarijs venit rō intereſſe conſi
ſtentis in lucro qd̄ hodie glo. videtur velle eſſe gnāle in
qualibet actione vt ſemp habeatur rō itereſſe ꝯſiſtētis
in lucro p. l. i. C. de ſñijs que pro eo. ⁊ hac occax. Guil. d
cu. ponit hic vnam ſuam diſtinctōem. an habeatur ratō
itereſſe ꝯſiſtentis in lucro quaꝫ diſtinctōem refert cy. in
. i. C. de ſen. que pro eo. ⁊ nō. hic glo. ꝑcedētem que ē ſu
per v̈bo ſolebat que clare ponit qualiter poſſit probari
itereſſe meū ꝯſiſtēs in lucro ꝑdito.

**Ideo in arbitrariū.** Nota
ex hac
l. modum articulandi circa valoꝛē rerū qꝛ i ar
ticulis ſemp debes te refferꝛe ad locum ſecūdū cuius
loci extimationē vis petere preciū frumēti vini vel alte
rius rei. facit. j. ad. l. falci. l. ꝑtia rerum in fine. Baldus

**Quod ſi epheſi.** Si vnus locꝰ eſt
deſtinatuſ ſolutōi
⁊ illo loco non agatur actio eſt arbitraria ꝑꝑ
locum ⁊ in illo loco agatur nec cōdemnatio auget᷑ niſi
actoꝛ aliquid vltra fuerit ſtipulatus vel nō interſit rōne
tꝑis. h. d. lex iſta. Et hanc. l. declara. vt in glo. ⁊ in illo.
v̈. vel ſi temporū. glo. ponit intellectum triplicem ſecun
dum primum nō habetur ratio temporū. ſm̄ illas duas
habetur ratio tempoꝝ diuerſimode. tm̄ ⁊ ſm̄ primum
intellectum qui includitur in eo quod glo. dicit ꝙ expo
nitur vel pro etiam debes intelligere. ꝙ non habet᷑ rō
tempoꝝ. ſcilicet circa lucruꝫ. ſed circa damnū vt dicit ſe
cundus intellectus. queꝫ glo. ponit prime due. lec. loquū
tur in actiōe mere ſtricti iuris. que. tamen habet inſtar
bone fidei vbi habetur etiā rō vſuraꝝ.

**Interdum.** Sicut arbitrium iudicis verſat᷑
circa augmentum vel diminutō
nem condemnationis. Ita q̄ꝫdoqꝫ verſatur circa abſo
lutionē ſup toto equitate dictante. que equitaſ ſemp de
bet eſſe ante oculos iudic. h. d. Et facit ꝙ arbitratoꝛ qui
dem dr̄ eſſe trāſactoꝛ. vt nō. in aūt. vt diffe. iud. §. ſi vero
⁊ in. c. quinta vall᷑. extra de iuriuran. ſicut poteſt dimi
nuere vel augē de eo quod eſt lis ita poteſt iterdum ab
ſoluere ſicut uidebis hic ꝙ iudex in cuius arbitrio ē au
gere vel diminuē vt. s. e. l. iij. §. nūc de officio pōt abſol
uere vt hic. Bal.

**Si heres a teſtatore.** Actio
ex teſta
mento ⁊ certi condicio ꝑꝑ locuꝫ ſunt arbitra
rie. In glo. que incipit. Item ⁊ vbi. ibi. in hijs duabꝰ
de quibꝰ loquuntur iſte due leges. In. e. glo. ad exē
plum ipſaꝝ loquūtur in quatuoꝛ actionibus ſtricti iuꝛ.

ſi hũs habeatur rõ intereſſe pp.locum. Sed Py. ma.
in quadaꝫ ſua diſputatione tenet. ꝙ quelibet actio ſtri
cti iuř põt eſſe arbitraria propter adiectioneꝫ loci. ⁊ in
ea veniat itereſſe pp locum probat hoc ꝑ rubricã iſtius
tituli vbi dum dicit de eo qð certo loco ⁊c̃. ⁊ ſic loquiť
generalř nõ referẽdo ſe ad certam cãm pro hoc etiam
all̃.l.qui certo loco.š.de ꝯdi.inde.facit pro hoc.j.ti.i.l.ſi
duo.§.i.š.de iudic.l.eum qui. Preterea eadeꝫ eſt rõ in
qualibet alia actione ſtricti iuris vt in ea fiat ꝯſideratõ
ꝑ locũ que eſt in iſtis quatuor actõnibus ⁊c̃. Bal.

I**n bonefidei.** Actiones bonefi
dei nõ ſũt arbitra
rie pp locum. Sed actões ſtricti iuris ſũt.h.d.
In glo.ij.ibi puta q: promiſit ⁊c̃. Nõ.ex hac.l.ſʒ
hanc.lec.ꝙ ſi tu promiſiſti mihi dare.x.⁊ ego promiſi te
ꝯuenire tñ in ciuitate florẽ.ꝙ nihilomin⁹ poſſum te ali
bi ꝯuenire.ſed habebit rõ intereſſe pp locum.caſus eſt
hic ſm hãc lec.⁊ ſm hoc dʒ intelligi.l.nẽo.j.de le.i.nã
quod ibi dicitur ꝙ ob.exceptio ſi agatur in alio loco eſt
veruꝫ niſi mora rei intercedat quo caſu põt reus alibi ꝯ
ueniri.ſed iudex debet hř rõem intereſſe propter locuꝫ
vt hic. Sed pro declaratione.l.quero q̃ eſt rõ ꝙ actões
bonefidei nõ ſunt arbitrarie. Rñdeo in actionibus bõe
fidei iudicis officiũ multuꝫ põt ex nã ipaꝝ actionuꝫ vt
inſti.de act̃.§.in bonefidei.⁊ ideo actiones bonefidei ñ
egent iſta adiectione.ſ.ꝙ ſint vel dicanť arbitrarie. Sʒ
ſecus eſt i actione ſtricti iuris.h.d. Bal.

C**entum capue.** Fideiuſſor cõue
nitur actione ar
bitraria ſicut.⁊ reus ꝑncipalis ⁊ ex mora rei
nõ augetur obligatio fideiuſſoris.ſecus in vſuris ꝑ ſtipu
latioueꝫ debitis.⁊ hoc intereſſe tantuꝫ durat in q̃tuꝫ d̃
ſorte reſtat ſoluẽduꝫ cũ officio iudicis mercenario d̃bea
tur.⁊ habet quatuor partes.primo iuřcõſultus põit vnũ
dictuꝫ. Secũdo aliud. Tẽtio Rñdet cuidam tacite q̃ſtio
ni ſiue obiectioni. Quarto iuřcõſultus probat ſuã reſpõ
ſionem ꝑ vnũ argumẽtum.ſa ibi nec opportebit. tertia
ibi neqꝫ ẽ.quarta ibi eiuſdem differentie.⁊ ſecũda ps q̃
eſt in.v̂.nec oportebit hʒ.vij.lec.quaꝝ quinqꝫ ponũtur i
glo.magna.ꝑma hic q̃ eſt addicio. Sexta lec. poniť i ſe
cunda.glo.magna.ibi dum dicit.ſed adhuc videtur i to
tum ⁊c̃. Septima lec.ponit Pe.de bel.quã lec.videtur
tetigiſſe.glo hic ſuper.v̂.reũ.⁊ videtur glo. ipam appro
bare caſus iſtius.l.in prima parte eſt clarius. ſed in ſa
parte pone caſum ſic dcm̃ eſt ſupra ꝙ ſicut agitur arbi
traria ꝯ̃ reum principalem.⁊ habetur rõ itereſſe pp lo
cum ita agitur arbitraria ꝯtra fideiuſſoreꝫ ⁊ debet ha
beri rõ intereſſe pp locum. Sed q̃ro vtruꝫ iudex dʒ
habere reſpectuꝫ ad moraꝫ ipius rei principalis vel ad
moraꝫ ipius fideiuſſoris cuꝫ agitur arbitraria ꝯ̃ fideiuſ
ſorem. Rñdet iuřcõſultus ꝙ dʒ haberi reſpectus ad mo
raꝫ fideiuſſoris nõ ad moraꝫ ipius rei ꝑncipalis q reus
fuit in mora eũdi capuaꝫ.⁊ ſtetit ꝑ euꝫ ne ſoluẽtur. naꝫ
ex tali mora rei nõ augetur obligatio fideiuſſoris.h.d ſe
cunda pars.in tertia vero ꝑte pone ſic uidi.š. ꝙ ex mo
ra rei ꝑncipalis nõ augetur obligatio ꝯ̃ fideiuſſorem ꝯ̃.
Nam ego video ꝙ ſi debitor promittit ſorteꝫ.⁊ vſuras
⁊ dat fideiuſſores ex mora rei cõmittitur obligatio vſu
raruꝫ ꝯ̃ fideiuſſorẽ ex mora rei nocet fideiuſſori.⁊ auget
obligationem fideiuſſoris ad hoc Rñdet iuřconſultus
ꝙ hoc non obſtat.q: in caſu i quo opponitur ſunt due
obligationes vna ad ſortem alia ad vſuram.vnde fide
iuſ.ſimplř acceptus videtur itercedere in omneꝫ obliga
tioneꝫ tã ſortis q̃ vſuraꝝ. Sed in caſu noſtro ſors debe

tur iuř oblig.itereſſe v̊o pp locuꝫ debetur officio iudicis
⁊ ꝑ hoc ꝯcluditur ꝙ fideiuſſor ad tale intereſſe pp locũ
nõ tenetur ex ꝑſona rei ꝑncipalis.ſed ex perſona ipius
fideiuſſoris. In quarta parte pone caſum ſic uidiſtis
ſupra ꝙ iſtud intereſſe pp locum venit officio iudicis.
Ad hoc rñdet iuřcõſultus vt habes in tex. ⁊ clare vt in
tex.⁊ glo. Nõ.ex hac.l.ꝙ officiuꝫ iudicis qð verſať i
actione arbitraria nõ ſolum exercetur ꝯtra reum ꝑnci
palem.ſed etiam ꝯtra fideiuſſorem. Sed ꝯ̃ fideiuſſoreꝫ
exercetur ſolum pp moraꝫ ipius fideiuſſoris.hoc i ꝑma
⁊ ſa parte. Secũdo nõ.ꝙ fideiuſſor ſimplř acceptus ñ
ſolum videtur itercedere in ſorte.ſed ẽt in vſuris ꝑ ſtip.
ꝓmiſſaꝫ in hac.l.in tertia parte. Tertio nõ.ꝙ ſubla
ta actõe ꝑncipali tollitur offiñ iudicis quod illi actioni
deſeruiebat.⁊ in tñ tolliť offiñ iudicis ꝙ illi actioni ſer
uiebat iquãtum tollitur actio ꝑncipalis vt hic.š e.l.iiij.⁊
j.e.l.fi.in fi. Oppono ad primã ꝑtem.⁊ videtur ꝙ ꝓ
pter moraꝫ ipius fideiuſſoris nõ poſſit agi.arbitraria ꝯ̃
ipm fideiuſſoreꝫ vt.j.de fideiuſſ.l.ſi teſtõ.§.vltimo. So.
q̃nqꝫ reus ꝑncipalis nõ eſt in mora ꝑ ueniendi ad locuꝫ
qui ẽ ſoloni deſtinat⁹.⁊ tũc ꝯ̃ fideiuſ.nõ põt agi actõe ar
bitraria pp moraꝫ ipius fideiuſſoris ut in.l.ꝯ̃ria.q̃nqꝫ re
us ꝑncipal̃ ẽ i mõa ꝑuenĩdi ad locuꝫ que ẽ deſtinatus
ſolutioni.⁊ tũc ꝯtra fideiuſſorem põt agi actõne arbitra
ria pp moraꝫ ipius fideiuſſoris qui etiam fuit in mora ꝑ
ueniendi.ad locum deſtinatuꝫ ſolutioni vt in hac.l.i ꝑn.
nõ aũt ꝓpter moraꝫ ipius rei ꝑncipalis ⁊ tũc ꝯſiderabi
tur intereſſe ꝯ̃ fideiuſſoreꝫ vt hic.l.v̂.i.⁊ ex hoc habeť ꝙ
fideiuſſor nõ tenetur ex ſua mora ad intereſſe niſi prius
reus ꝑncipalis ſit in mora. Sed ꝯ̃ iſtud opponitur ⁊
vř ꝙ fideiuſſor poſſit teneri ad morã poſito ꝙ reus ꝑn
cipalis nõ ſit in mora vt.l.ſi ſeruuꝫ.§.nũc videamus.j.d̃
v̂bo.ob.l.videamuſ.e.ti. So.q̃nqꝫ reus ꝑncipalis nõ eſt
in mora.q: nũdum venit dies obligatõnis.tũc fideiuſſõ
non tenetur ex mora ſua niſi precedat mora rei princi
pal̃.⁊ ita loquitur hic. Nam niſi labatur tantum tem
pus quo reus principalis potuerit perueniſſe ad locum
qui eſt deſtinatus ſolutioni non venit dies obligatõis
vt vidiſtis.š.e.l.iij.§.ſi quis. Ita.j.de v̂bo.ob.l.ꝯtinuus
§.cum ita q̃nqꝫ reus ꝑncipalis nõ eſt in mora ex eo. q:
nõ venit dieſ obligationis.⁊ tũc fideiuſſor ex ſua mora
põt teneri lʒ ꝑncipalis in mora nõ ſit de ꝯ.l.mora. Sʒ
ꝯ̃ hoc oppo.q: ſm hoc tenebitur in plus fideiuſſor q̃ ꝑn
cipalis.ſi nõ dicimus fideiuſſorem teneri pp moram ſu
am reo ꝑncipali nõ exñte i mora ꝯ̃.l.qui acceſſionis.j.d̊
fideicõ. Sed ad hoc rñde ꝙ fideiuſſor nõ põt teneri
plus q̃ reus ꝑncipaliſ vʒ i his que deducunť i obligatõ
nem ꝑncipaliter. Sed i his q̃ nõ deducunť ꝑncipaliter i
obligatõe.ſed ꝯcurrunt ex poſt facto pp aliquod ſcm̃ vř
nõ factuꝫ tũc bene i plus põt teneri fideiuſſor q̃ reuſ ꝑn
cipalis.⁊ ita loquũtur iura ꝑdicta. Iteꝫ ꝯ̃ dictã opp.
Nam.l.dicit ꝙ nũquã fideiuſſor ex ſua mora põt teneri
vt.j.de v̂bo.ob.l.cum filius.§.i.l.ſi libertus moram de
op.liber.ſed Rñdeo ꝙ illa iura loquũtur i obli.facti de
q̇bus dic vt.j.ſed ſupradicta loquũtur i obligatione dan
di.d̊ quibus dic vt.š.dixi. Expedita prima parte leg.
Venio ad ſecundam partem videlicet.ad ver.nec opõ
tebit ⁊ pro huius.ver. declaratione ſunt facte hic due
glo.magne.⁊ contraria que formantur in prima. glo.
magna ⁊ refricantur in ſa.glo. magna ⁊.i.glo .magna
ſignat ſimul duo ꝯ̃ria.vʒ.de.l.mora rei.j .de v̂. oblig.⁊
de.l.quero .j.locati ⁊ ad.l.mora.glo.omittit. ſo.ſed pro
ſequitur.ſolu .ad dictam.l.quero.⁊ quot ſolutiones po
nuntur ad dictam.l.quero tot lecture colliguntur ad ꝯ̃

hunc.ỽ.nec opportebat ⁊c̃.ſed ſolutiones ad dictam.l.
mora ponitur in dicta glo.magna vbi glo.refricat con
trariuꝫ de dicta.l. In glo.i.magna ibi.j.de ỽbo.ob.l.
mora ⁊c̃.quãtum ad.l.mora.iſtud quod glo. dicit hic in
pn.⁊.j.in ſeq.ſolu.nõ procedit.Sed gcqd dr̃ in hac gl.
reſpicit.l.quero que videtur.iſti glo.⁊ ex principio hui⁹
ſolutõis.⁊ glo. Nõ.ꝙ vna lectura iſtius. ỽ.eſt ꝙ hic
fideiuſſor interceſſit in quadaꝫ pecunia limitata.vnde fi
deiuſſor nõ tenetur ad plus. Sed in.l.quero fideiuſſor
iterceſſit ſimpl'r.ſed hec lec.eſt falſa.q2 ſm hoc nulla eſt
dr̃ia iter itereſſe rõne loci ⁊ vſuras cuiuſ ꝯrium videtur
velle.l.iſta.⁊ per ꝯñs hec ſolutio nõ uidetur procedere
⁊ eius reſpõſio ponitur in ſa gl.magna.in fi.quare alij
legunt iſtam.l.al'r vt ſequitur ibi ſcdo pone ⁊c̃. ſed illa
lectura ꝯtinet diuinatõem nec eſt ꝯſona littere in eo qd̃
glo.dicit ꝙ in caſu iſtius.l.ſors fuit ſoluta ꝓ ꝯſtanti po
nit iuriſcõſultus itereſſe nõ põt peti vt patet hic in fi.l.
Quare alij legunt alio modo vt ſequitur in glo. ibi ter
tio pone ⁊c̃.Sed iſtam lec.reprobat Pe.de bel.ptica.
Nã dicit ipe ꝙ nõ debet attendi debilitaſ fideiuſſoris
nam dicit ipe caſus ꝯtingens in perſonã eius qui debꝫ
nõ nocet fideiuſſori vt.l.tã diu de ỽbo.ob. Nam lꝫ fide
iuſſor nõ potuerit ꝑuenire ad locum deſtinatuꝫ ſolutõni
tñ potuerit aliuꝫ mittere.Sed iſtud dictum petri proce
deret ſi debilitas ꝯtingeret in pſona fideicõ. poſt obli
gationem ꝯctam.ſed ſi tẽpore quo obligatio ꝯhebatur
fideiuſſor erat magis debilis q̃ reus pncipalis.tũc de
bilitas fideiꝯ.cõſideretur.vt.l.continuus.§.cum ita.j.d̃
ỽbo.ob.ſed certe iſta lec.ꝯtinet diuinationem. ideo alij
legunt iſtuꝫ ỽ.⁊ alio modo vt ſequitur in.ỽ. Quarto
pone ꝙ certe illa quarta lec.non eſt bona. q2 videtur ꝯ
tex.iſtius.l.qui i principio dicit.l.vt ſi alibi q̃ capue peta
tur ⁊c̃.nõ autem loquitur hec lex niſi fideiuſſor ꝯueniť
in loco deſtinato ſol'oni.ſed quãdo alibi ꝯuenitur. Qua
re Jo.legit iſtum.ỽ.alio modo q̃ lec.ponitur.j.in ſa gl.
in.ỽ.vel clarius nõ.⁊ facit dr̃iam iter itereſſe quõ venit
propter locum quo caſu fideiuſſor ſimpl'r recedens non
tenetur ꝑꝑ moraꝫ rei vt hic in.ỽ. nec oportet ⁊ vſuras
debitas offõ iudicis i actione bone fidei quo caſu fideiuſ
ſor ſimpl'r tenetur ad alias vſuras.vt.l.locati.l.quero lꝫ
Pla.dixit ꝯrium i vſuras debitas ex ſtipulatione quo
caſu fideiuſſor ſimpl'r itercedenſ tenetur vt hic i.ỽ.neqꝫ
enim ⁊ rõnes diuerſitatis ponit iter iſta Jo. vſqꝫ ad fi
nem glo.⁊ hanc opy.tenet dy.in repetitõe iſtius. l.Sꝫ
Mar.ſil.iſtaꝫ lec.reprobat in repetitõe iſtius.l.⁊ ipſuꝫ
etiaꝫ reprehẽdit Pe.de bel.in repetitõe ſua .⁊ omiſſis
rõnibus. Mar.ſil.dicam vnam ratõnem Pe. de bel.
dicit ſi fideiuſſor ſimpliciter acceptus tenetur ad vſu
ras. ⁊ vſure ſunt odioſe non reſpectu nec contempla
tione alicuius intereſſe.ergo multo magis ad intereſſe
quod venit ꝑꝑ locum debet teneri cum in tali intereſſe
qd̃ venit ꝑꝑ locũ dꝫ teneri cuꝫ in tali intereſſe veniat ꝯ
dicẽdum.⁊ lucrum ceſſans.⁊ dãnum emergenſ vt.ſ.e.l.
iij.in fi.quare azo legit iſtam.l.vi.modo.⁊ eius lec. poni
tur in ſa glo.magna ibi.ſed adhuc vr̃ ⁊c̃.⁊ etiaꝫ ponit
ipſam in ſũma.C.locati.circa fi.⁊ ſm lec.azo.eſt idem i
tereſſe ꝑꝑ locum.⁊ etiam vſuris debitis offõ iudicis.⁊ i
vtroqꝫ dicit eſſe diſtinguenduꝫ.aut vſure vel itereſſe ꝓ
pter locum iam debebatur a reo tempore quo interceſ
ſit fideiuſſor.⁊ tũc fideiuſſor ſimpliciter intercedens te
netur vt. l. quero infra loca . aut vſure vel intereſſe
ꝑꝑ locuꝫ non debebantur a reo tempore quo fideiuſſor
interceſſit.⁊ tunc fideiuſſor ſimpliciter recedẽs ad illa
tenetur.nec ꝑꝑ illa fideiuſſoris obligatio augetur. ⁊ ita
loquitur hic in.ỽ.nec oportebit.nõ.ob.l.fi.j.e.q̃. videtur
ꝯria huic.l.gi.nam dicit azo ꝙ ibi iuſ̃conſultus format
queſtionem.⁊ non ꝝndet ad illam. Sed ꝝndet ad ali
am.⁊ hanc.lec.azo tenet.mar.ſil.⁊.Ja.bu.etiaꝫ videtur
eam tenere.Sed iſta.lec.non videtur uera. quia videť
contra.l.ſi poſtea.j.rem pu.ſal.fo.vbi tex.vr̃ velle ꝙ fi
deiuſſor ſimpliciter acceptus teneať ad vſuras que nõ
debebantur.a reo tempore quo fideiuſſor interceſſit ⁊
predicta.lec.vt azo.vt dixi poniť.in glo.ij.magna in.ỽ.
ſed adhuc ibi ſiue ergo vſura ⁊c̃.durat vſqꝫ ibi lꝫ gdaꝫ
⁊c̃.ibi vero.glo.repilogat primam.lec.que fuit poſita in
prima.glo.magna ⁊ eã reprobat in glo.ij.ibi. ſed adhuc
videtur hic debet iungi.ỽ.ſed opponitur qui eſt infra .e.
glo.vſqꝫ ibi ſed in ſorte. Septima.lec.eſt pe.de bel.
ꝑtj.videlicet ꝙ iſta.l.cõcordat cum.l.quero.j.loca. Naꝫ
dicit ipſe nec ibi obligatio fideiuſſoris augetur ſed ꝑꝑ
officium iudicis ⁊ intereſſe ⁊ vſure debent vt ibi ⁊ hãc.
lecturam videtur tangere.glo.ſ.prox.i.ỽ.per reum.⁊ eã
ibi reprobat dicens ꝙ iſte tex.dicit plus ꝙ nedũ obliga
tio fideiuſſoris augetur.Sed vult iſte tex.ꝙ mora rei fi
deiuſſori non noceat.⁊ ſic vult.glo.iſta.ꝙ ad iſtud inter
eſſe non teneatur fideiuſſor etiam officio iudicis ex per
ſona ipſius rei reprobat ergo lecturam.pe.tene.lec.Jo.
⁊ tene eam menti. Venio ad tertiaꝫ ꝑtem i qua nõ.
ꝙ itereſſe venit officio iudicis quod eſt veꝝ i itereſſe qd̃
venit extrinſecus.ꝑꝑ locum ſecus ſi eſſet itereſſe quod
ſuccedit i loco principalis obligatiõis q2 illud eſt ab ip
ſo initio i obligatione quaſi tacite ſit promiſſum caſus
eſt i.l.ſtipulatõnes.non diui.ỽ.celſus.j.de.ỽ.ob.j.d̃ actj.
emptj.l.i.i pn.de condi.fur.l.i re furtiua. Venio Ad
vltimam ꝑtem i qua nõ.ꝙ ſorte ſoluta non remanet ac
tio ꝑꝑ iſtud itereſſe idẽ videbitis.j.e.l.ſi.quod intellige
verum.qñ ſors eſt ſoluta ipſi creditori pncipali.ſecus ſi
ſolueretur adiecto vt vidiſtis.ſ.eo.l.ij. §.i tem iulianus
tractat ⁊c̃. Baldus.

**Is qui certo.** Inuito creditore non poteſt ſibi ſolui in alio
loco q̃ in loco deſtinato ſolutõni. h.d.iſta.l.q̃
nõ.⁊ tene menti. In glo.ibi.alij dicunt ⁊ iſta ỽa.nõ.
illam ꝑtem glo.dum dicit ꝙ actor hꝫ domicilium. ⁊ ſic
videtur velle iſta glo.ꝙ reus debet ire ad domicilium
actoris ad ſibi ſoluendum de qua queſtione videbitis.
Nõ.per glo.in.l.item illa.§.i.⁊ ibi per Guil. de cu.
.l.legiť in glo.duobuſ modis. Baldus.

**Si poſt moram.** Iſta lex.legitur vno modo ſm.
Joh.⁊.lec.azo.diuiditur i duas partes.vt. j.di
cam ⁊ ſm.lec.Jo.bre.h.d.Fideiuſſor.ſimpliciter iterce
dens non tenetur ad intereſſe ꝑꝑ locuꝫ ⁊ etiam ꝑꝑ mo
ram precedentẽ.⁊ ſolutio ſimpliciter facta nõ videť fac
ta pro rata ſortis ⁊ intereſſe.h.d. Et ſecundum hanc
lec.iſta lex facit quatuor.primo ponitur qd̃.Secũdo illi
us qõnis reſpõſio iducendo ſil'ia ad illaꝫ.tertio remoue
tur vnũ dubiũ.quarto illud dubiũ determinať.ſecunda
ibi adeo.⁊ nũc.ſa in.ỽ.vt ſi qs dicat.quarta in.ỽ.qd̃ nõ
puto ⁊ in.ỽ.adeo q2 ille.ỽ.eſt difficilis.pone caſum ſic q̃
renſ dñe iuriſcõſulte Nũquid iſtud ẽ veꝝ ꝙ iſtud itereẽ
nõ debeať iur̃ obſtat ꝝndet iuriſcõſultus adeo.l.i tñ ẽ
verum ꝙ itereſſe non eſt i obligatione i caſu noſtro vt
ibi ſicut eſt verum.ꝙ ſorte ſoluta vel ſi capue petatur.
ſors.i.i loco deſtinato ſolutioni ceſſat iudicis arbitriuꝫ.
⁊ itereſſe non debetur.h.d. Vſqꝫ ad.ỽ.niſi ſi quis ⁊ ſꝫ
hunc caſum iuſ̃conſultus ꝝndet qõn' propoſite i tex.
ibi capue.i.in loco deſtinato ſolutioni. Item in.ỽ. niſi ſi

qs.pone caſuz ſic ego vidi q ſorte ſoluta videtur facta ſolutio pro rata ſortis.ꝛ intereſſe ergo remanet petitio eius pro eo.quod reſtat de ſorte ꝛ itereſſe.ꝛ ſic ſorte ſoluta arbitrium iudicis non ceſſat.Sed ad iſtud obiectū ꝛndet iuř conſultus in.v̄.q non puto ſm.lec.Jo.que ē vera ꝛ ſecundum hanc.lec.ꝛndetur qōni propoſite.ꝛ illud v̄buz. ꝛ nūc poſituz in tex.exponitur altero de duo. modis.ꝛ dicit glo.ſuper v̄bo adeo legitur ēt dictus. v̄. adeo ſm lec.Jo.ꝛ alio modo vz q in iſto nō ꝛndeatur qōni propoſite.Sed totuz illud qd̄ dicitur in.v̄.adeo ſit totuz de p̄cedenti queſtione.ꝛ in.v̄.niſi ſi qſ ponatur aliud dubium.ꝛ in.v̄.q nō puto.ꝛndet accur.vtriqꝫ qōni vt dicat q nō eſt admittēduz q fideiuſſor teneatur.nec q ſolutio ſimpl'r facta videatur facta pro rata ſortis.ꝛ itereſſe.ꝛ iſtam vř tangere p glo.pe. ꝛ ſic. Jo.intelligit iſtam.l.quādo fideiuſſor ſimpl'r interceſſerit. Sed azo.itelligit iſtam.l.altero ꝺ duobus modis.p̄mo q hec lex loquatur quādo fideiuſſor interceſſit in certam ſumam ſeu pro certa quātitate.Sed iſta lec.Azo.ē ꝯtra tex.iſtū qui dicit q fideiuſſor fuit acceptus eius act̄ nomie. ꝛ ſic ſimpl'r nō pro certa quātitate. Preterea iſta.l.ſm hanc lec.nulluz haberet dubiuz q ſi fideiuſſor.tm̄ interceſſit pro certa quātitate q aliud.Scd̄o mō legit Azo iſtam.l.q in hac.l.non rn̄deatur qōni propoſite in p̄n.l.Sed rn̄deatur qōni que fit in.v̄.niſi ſi qs.ꝛ ſm hu.i hoc fiunt due qōnes. ꝛ rn̄detur q ad ſam. q.tantū iſta lec.tangitur hic in glo.ſuper.v̄.acceptus.ꝛ in glo.i.in fi. ꝛ in.l.centum capue.ſ̄.e.i.ij.glo.magna ibi lꝫ huic ſolutioni ꝛc̄.ꝛ dicit azo.q in qōne formata in p̄n.l.eſt rn̄dendum q ſi fideiuſſor ſimpl'r iterceſſit itereſſe erit in obligatione.ꝛ fideiuſſor ad itereſſe tenebitur. Sed cōtra iſtud opp.ſm hoc i plus tenebitur fideiuſſor.q̄ p̄ncipal' q2 p̄ncipalis tenetur ad iſtud itereſſe offō iudicis nō iuř obligatiōis.ſed fideiuſſor tenebitur ad iſtud itereſſe iuř obligatō.ꝛ ſic i plus.huius timore.glo.hic ſup v̄bo ſoluta dicit q̄ ymo nō tenetur ad plus i quatuor modis in qb⁹ dř pl⁹ ꝺ qb⁹ hēs iſti.ꝺ act̄.ergo plus.ſꝫ bn̄ tenet' efficatius.ſed lꝫ fideiuſſor efficatius teneatur nō tamē tenetur iuř obligationis.ita dic glo.ſup v̄.ſoluta i fi.Ex qua glo.nō.q illud qd̄ dř fideiuſſor non poteſt teneri i plus q̄ reus p̄ncipalis dꝫ intelligi altero de quatuor modis qui ponitur i dcō.§.plus ſecus ſi teneatur efficatius cuz hac glo.ꝯcor.quod nō.inſti.de fideiꝯ.§.fideiuſſoreſ.ꝛ.j̄. de v̄o.ob.l.ſi pupillus quod nō.ꝛ tene mēti.Sed tm̄ iſta opi.o Azo.i.l.iſta.nō eſt v̄a. Nam ſm hanc ſuaz opinionem ip̄e ponit q poſito pro cōſtanti q fideiuſſor teneatur ad iſtud itereſſe iuř obligatōnis tm̄ ſorte ſoluta iſtud itereſſe nō poterit peti a fideiuſſore.ſed iſtud nō ē verum.nam lꝫ p̄ncipalis teneatur offō iudicis ad itereē tm̄ fideiuſſor nō tenetur ad illud itereſſe offō iudicis.Sꝫ iuř oblig.vt uidebitis nō.in.l.quero.j̄.locati.ꝛ per ꝯn̄s poſſet agi ſorte ſoluta ꝯ ip̄m fideiꝯ.ad intereſſe ſicut vidiſtis i vſuris per ſtipulatōem promiſſis qd̄ ſorte ſoluta poſſit peti vt.ſ̄.e.l.centum.tene ergo lec.Jo.qd̄ fideiuſſor ſimpliciter intercedēs ad iſtud intereſſe nō tenetur. neceſt aliquo modo obligatus. In glo. fi.ibi non recipiendo ſortem ꝛc̄.pro declaratōne.quero qd ſi creditor recipiēdo ſortem ꝓteſtatur ius ſuum fore ſaluū ſup itereē.an p hanc ꝓteſtationem remaneat petitio ſuper intereē.lꝫ ſors ſit ſoluta.Guil'.de cu.dicit qd̄ nō.nam dicit ip̄e per talem proteſtatōem nō remanet ius ſibi ſaluuz ſup intereē circa iſtam qōnem vide quod nō.ſ̄.cōi diui.l.cōi diui.i glo.magna i fi.ꝛ v dc quod nō.ſpe.in ti. de arbitro.§.ſequit' Sed pone qd̄ ꝛc̄.

De Conſtituta pecunia. Rica.

Ad euidētiam iſtius tituli p̄mitte qd̄ licet ꝺ iure cōmuni ex pacto nudo ex iteruallo appoſito non oriatur actō.vt.l.iuř gentium.§.qnymo.ſ̄.de pac.cum ſilibuſ tm̄ p̄tor i hac materia ſtatuit. qd̄ ex nudo pacto oriat' actō vz quādo quis conſtituit ſe ſoluturum illud quod alias erat debituz ciuil'r vel natural'r vel tm̄ natural'r iſto caſu ex nudo pacto oriatur actio de conſtitut̄ pecunia. ꝛ adeo oritur ex nudo pacto ſi intercederet ſtipulatio actio ꝺ ꝯſtituta pecunia nō oriretur.vt inſti.de act̄.§.de cōſtituta.ꝛ vide qd̄ ibi nō. Baldus.

**Hoc edicto.** In tex.ibi q ꝛc̄. hic expōe verba edicti.ꝛ ex hoc nō.q maſculinum cōcipit femininum de qua materia vide per.cy.C.de ſeruis fug.l. quicūqꝫ per doc.i.l.i.de v̄.oblig.

**Eum qui.** Quando trac.de obligatiōe iducēda ſi nō valet quod ago vt ago nec valet vt valere poteſt.h.d.Et de hoc. brocardo tractatur hic per.Gui.de cu.ꝛ per.Ja.de bel.tractatur etiaz per dy.in.l.i.§.ſi quis ita.j̄.de v̄.ob.ꝛ per doc.l.nō codicillum.C.de teſtamentis.ſed ex hac glo.nr̄a hic poſita coniuncta principio cum fine habes q quando tractamuſ de obl'one tollēda ſi n̄ valet q ago.vt ago.valet tm̄ vt valere poteſt.Sed quando tractamus de liberatiōe iducenda ſi non valet quod ago vt ago valet tm̄ vt valere pōt.ꝛ hoc vult dře glo.hic in fi.ibi q facilius except̄. q̄ act̄.operatur in fi.glo.ꝛ nō.bene illaz partem gl. ibi. Sed qualiter ſciam.ꝛc̄. Baldus.

**An poteſt.** Hic iuř conſultus incipit verbum debitum poſitum.ſ̄.i verbis.edicti.ꝛ durat iſta expoſitio vſqꝫ ad.l.qui autem.§.qui cōſtituere.j̄.e. In gl.q̄ icipit vt ꝛ.ſ̄.ꝛc̄.ibi.§.mihi decez ſꝫ veritas eſt q ymo.v̄num factum ꝓ alio facto vel ē factum pro dato ꝛ econuerſo poteſt conſtitui ratio eſt quia poteſt vnum ꝓ alio ſolui creditore nolēte vt.l.i ſtipulat̄.§.operarum.j̄.de v̄.ob.li.ꝛ ſi poteſt vnum ꝓ alio ſolui ergo ꝛ conſtitui.h.d.Non obſtat.l.q res.§.mihi reme. vbi uř.tex.velle quod vnū factum ꝓ alio vel dato non poſſit ſolui.ꝛ per conſequens.nec conſtitui q2 debet intelligi ꝺ non poſſꝫ ſolui.ſ.i vito.creditore ſꝫ nec volente.Baldus doctor.

**Debitum autem.** Debitum intelligit' quando aliquid ꝺbetur ex cauſa que pariat ciuilez vel naturalem obligationem vel pariat obligationem de iure pretorio ſiue metu exceptionis.Item debitum dicitur ſiue ſit purū ſiue i diem.h.d.Vſqꝫ ad.l.eū qui epheſi. In tex.§.debitum ꝛc̄.ibi ob ſtricti ꝛc̄.non iuř.ciuil.Sed de iuř pretorio contra regulam iuř ciuil.vt inſtit̄.de act'.§.in perſonam ꝛ.§.act̄.ꝛ p.ſ.l.que dn̄t patrez de peculio vel dn̄z de peculio obligari vt nō.in.l.iij.§.filius ꝛ.§.ſe.concor. ibi al'.ꝛ qd̄ dixi i.l. fř a fratre itelligo de peculio obligari.non de iure ciuili.Sed de p̄torio vt dcō.§.i pſonā.v̄. actiōes.h.d. Baldus.

**Quod ſi maritus.** Nō.ex hoc text.q2 licꝫ maritus condemnetur inquantum facere pōt tamen inſolidum tenetur idem habuiſtis.ē.c.ꝯdi.ind.l.quod nomine.ꝛ.l.nā.ꝛ maritus.ꝛ circa hoc vide quod

dixi in.l.prima.j.quod cum eo.

**Si qs aũt.** In gl. ſuper v̂.excep .ibi. ſed qd̉ ſi ſciens ⁊c̃.nõ.iſtam glo. pro eo quod nõ.j.e.l.actenus. in gl.l.ſed ⁊ ſi.In gl. ſuper v̂bo diem ibi quid d̉ alio.nõ.hãc glo.q̃ ponit differẽtiaꝫ iter fideiuſſorẽ.⁊ ꝯſtitutõem.⁊ nõ.etiam ſe.q.glo.

**Julianus.** So.in glo.ma.ibi quatuor modis lꝫ glo.circa ſolutõem p̃cedentis ꝯ̈rij ponat plures ſolutões dicit Ja.bu.ꝙ vera ſolutio ẽ iſta.ꝙ licet legatus vel ambaſiator non habeat priuilegium legationis ſeu reuocandi iudic.ad domum ſuam requiruntur duo.p̃mo ꝙ debitum icipiat eſſe debitum tẽpore obligationis.Secũdo ꝙ ꝯſtitutio fiat tẽpore legationis que duo ſatis colligunt̃ ex hac gl.ſm diuerſas ſolutiones.⁊ maxime ſm p̃maꝫ ſolutĳ.Sed ꝯtra hoc videtur tex.hic qui textuſ videtur velle ꝙ exñs in legatõne ꝯſtituit ſe ſolutuꝝ illud quod ante legatum debebatur vt patet hic dum dicit ꝙ in prouincia ⁊c̃. Sed ſuſtinendo glo.potes dr̃e ꝙ quãdo iſte acceptus in ꝓuincia iam cepat tp̃s legationis iſta ſolutio cõiter approbat̃ ⁊ circa ſolutioneꝫ iſtam vide quod nõ.glo.j.de leg. l.cũ queritur. In glo.ſequenti.ibi.⁊ ibi habet foruꝫ. Iſta glo.videtur velle ꝙ ſi verba contractus concipiant̃ hic ⁊ alibi deſtinetur ſolutio ꝙ ex hoc.ꝙ verba contractus ſunt celebrata hic.poſſum hic conueniri ⁊ dicor ſortiri forum hic ſed hoc eſt fl'm ⁊ ꝯ̈ caſum legis. Quero.j.de ſo.ŏ.ti.i.l.i.nõ.etiam in.l.heres.abſens .ŏ.de Ju.faciunt etiam.l.hic in glo.l'.ex quibus habes ꝙ non põt quis ꝯueniri in loco vbi ſũt celebrata v̂ba ꝯ̈ctus.Sed i loco vbi eſt deſtinata ſol'o ꝙ intellige veꝝ ſi in loco vbi ſũt celebrata v̂ba ꝯ̈ctus alias foruꝫ habebat vt probat̃ i all'.iuribus.⁊ ſi iſto modo glo.intellexiſſet bene procederet.Baldus doctor.

**Quod exigimus.** Ad hoc vt valeat ꝯſtitutio ſufficit ꝙ ſit debituꝫ licet ꝯſtituens.ſit debitor.h.d.pñs.§.

**Julianus ſcribit.** Per epl'am poteſt qs ſe obligare actõne d̉ conſtituta.h.d.Nõ tex.duꝫ dicit ſꝫ mãdatuꝫ ſey.nam vides hic ꝙ iſta verba ſm mãdatum ſey.non faciunt ꝯdictionem vt ita demuꝫ ticius teneatur ſi p̃ceſſit ſeĳ mãdatum ymo ticius ſimpl'r teneatur d̉ cõſtituta.⁊ per hoc doc.nr̃i inducunt hũc tex.ad.q.ꝙ ſi aliquis fuit ꝯdemnatus alicui ad dãdum ei vnaꝫ libram pipis ſm ꝙ cõſueti erant dare añceſſores ꝙ iſta verba ſm ꝙ ſui anteceſſores ⁊c̃.nõ faciunt ꝯdictõem vt ita demum ille teneatur ſi ſui anteceſſores facere ꝯſueuerant ymo ſimpliciter tenetur oĩo dare vnam libraꝫ piperis circa qd̉ vide qd̉ nõ.cy.in.l.cum ſeruuꝫ.C.d̉ ꝯ̈hẽ.⁊ ꝯmit.ſtip.

**Sed ſi qs.** Cõſtituendo quis põt ſe obligare nõ aũt põt obligare aliũ.h.d. In glo.ibi.§.ſi.poſita.C.e.aũt.ſi qñ.

**Itẽ ſi mihi.** Uerba cõſtituti debẽt referri ad eũ cui fit ꝯſtitutõ niſi ille aliu ſ fingeretur ille cui fit ꝯſtitutio quod ꝯtingit ratione legitime adminiſtratõis.⁊ rõne poteſtatis.h.d. vſqꝫ ad.l.ſed ⁊ ſi filio.§.i. In glo.⁊ ſic ibi dño ⁊ ſic circa iſtã glo.vide quod nõ.inſti.de inutil'.ſtip.§.alteri.⁊ de mã.iſtrumẽtoꝝ.§.hr̃s in.l.ſtip.iſta.§.ſi quis iſulam.⁊.§.ſe.j.de v̂bo.ob.quod aũt fit in nũtio videbitis.j.e.l.lꝫ.

**Si mihi aut ticio.** Adiectio nõ põt cõſtitui.ſed debꝫ ꝯſtitui ipſi p̃ncipali creditori.⁊ poſt ꝯſtitutioneꝫ factaꝫ ipſi p̃ncipali creditori adiecto p̃ncipali non poteſt ſolui alteri ꝯreo credenti.h.d.Uſqꝫ ad.l.hactenus iſtas.l.declara.optime vt in glo. Bal.

**Hactenus igit̃.** Ad hoc vt valeat ꝯſtitutum ſufficit ꝙ ſit debitum lꝫ nõ appareat p̱ſona q̃ debeat.h.d.Iſta.l.vſqꝫ ad.§.ſi qs centuꝫ.

**Si qs centũ.** Cõſtitutus ſe plus ſoluturũ debito tenetur vſqꝫ ad debitam q̃titatem in glo.ſe.de ꝯſtituta.ibi.ſed hodie. Nõ.iſtam glo.⁊ circa eam vide quod nõ.ŏ.e.l.iĳ.§.i.⁊c̃.

**Si quis.** Ad hoc vt valeat cõſtitutio ſufficit ꝙ illud quod deducitur ad ꝯſtitutuꝫ ſit d̉ acceſſorĳs ad debitum lꝫ p̱ ſe p̃ncipaliter debitum nõ ſit.h.d.Uſqꝫ ad.§.conſtituere.iſtum.§.ſi qs declara.optime vt in glo.ſup̱ v̂bo irrepſerit ⁊c̃.

**Sed ſi qs.** Nõ.diſtinctõnem hu' tex. ⁊ nõ.tex.iſtum cũ gl.que incipit idem ẽ ibi nũqd ⁊c̃.ꝙ qñ aliqſ ꝓmittit aliũ aliqd facturũ ꝓ obſ̃uatione eius ad quod tenetur ip̃e promiſſor videtur in dubio ꝓmittere i dubium ſe facturuꝫ.⁊ curatuꝝ.quod ille faciet qd̉ nõ.⁊ tene menti. Bal.

**Conſtituere.** Conſtitutio põt fieri etiam p̱ abſẽtem interueniente nũtio vel epl'a.⁊ nũtius videtur p̃ſtare nũdum miniſterium tantum.h.d. Nõ.ex hoc tex.ꝙ ꝯſtitutio fit ꝯſenſu.nec reqritur ſolẽnitas verboruꝫ ex quo ꝯcluditur ꝙ poteſt fieri per nũtium ⁊ p̱ epl'am vt hic.⁊ l.i.in fi.de ꝯ̈hen.emp.⁊ de v̂.ob.l.ꝯſenſu. Secũdo nõ.in.l.licꝫ ꝙ nũcius dr̃ preſtare nudũ miniſteriuꝫ.ꝓfert enim uerba in p̱ſonam dñi dicendo ꝯſtituis te ſolutuꝝ dño meo.apparet ex hoc tex.in glo.circa quod uide qd̉ nõ. in.l.multum.C.ſi qs alteri vel ſibi ⁊ ꝙ nũtius preſtet tantũ nudum miniſteriuꝫ appet.qꝛ in eius p̱ſona nihil q̃ritur.ſꝫ tm̃ dño.⁊ etiam apparet ꝙ nũtius alicuius nõ põt eſſe gn̄alis ita ꝙ vigore illius generalis mãdati poſſit d̉fendere ad aliqd ſp̄ale nõ poſſit dici.organuꝫ dñi.⁊ circa p̃dicta vide quod nõ.Pe.de bel.ꝑtic.vt dicit cy.i.l.multum C.ſi qs alteri vel ſibi.vbi ponit aliquid circa mãm iſtius.l. Baldus.

**Si duo.** Duo rei poſſunt ꝯſtitui ꝯſtituẽdo h.d.In glo.q̃ incipit ydoneos ibi ydoneo.tñ loco.cũ iſta gl.ꝯcor. qd̉ nõ.ŏ.ti.i.l.i.

**Ait p̃tor.** Juriſcõſultus hic refert v̂buꝫ edicti q̃ ſequebantur poſt alia v̂ba poſita ŏ.e.l.i.in.v̂.ait p̃tor que erant talia q pecuniaꝫ debitam ꝯſtituit mõ ſequũtur iſta ſi appareat eum q ꝯſtituit ⁊c̃.

**Ergo ſi non.** Hic incipiunt v̂ba Uulpiãi exponẽtis verba edicti periculum interitus.poſt moram partim ad debitorem ⁊ d̉bitor poteſt moraꝫ purgare vſqꝫ ad litem contĳ.h.d .Cũ l.ſe. In glo.que incipit ibi ad tempus in fi. Nõ.ergo ex hac glo.ꝙ conſtituens pure dicit eſſe in mora ſtatiꝫ lapſis.x.diebus qui ſibi dantur a.l.anteq̄ contra ipſum poſſit fieri executio ex actĳ.ſicut ſi dies eſſet appoſita ab homine quod tene menti.pro intellectu.l.promiſſor.§.i.quam glo. Bal.

**Sed ⁊ ſi al.** Nota ex hac.l.duo.primo ꝙ actor dicitur eſſe in mora eo ipſo quod recuſat accipere ſolutionem abſqꝫ iuſta cauſa. Secundo nõ.qd̉ reus poteſt moram purgare vſqꝫ ad litem conte.vt in hac.l.in fine.

Sed hic quero nõne offerendo poteſt morã purgare vſqꝫ ad ſn̄iam vt inſtiĳ.de perpeĳ.⁊ tempoſ.actĳ. §. vltĳ. R̄ndeo qd̉ quãdoqꝫ ſoluit reus rem debitam ⁊ tunc

poteſt ſoluere vſq; ad ſñiam ⁊ debet abſolui ab obſeruacione iudicij ⁊ ibi quãdoq; reus non ſoluit rem debitam.ſed tñ offert.⁊ iſto caſu ſi oblatio fiat ante litẽ ꝯt. mora purgari nõ poteſt niſi poſt lit ꝯte.fiat oblatio deſignatio.⁊ depoſitõ vel aliqd quod hʒ viʒ ſolutionis.qꝛ tũc poſſet fieri eadem rõne qua poſſet fieri ſolutio ar.dicti.§.vlt.ꝯiuncta.l.accepta.C.de vſur. In glo.q̃ incipit.ſ.ipõ iure ibi uel primo quãtitas ⁊c̃.vult.dr̃e iſta gl. ꝙ tũc liberatur reus ope exceptionis qñ debebatur q̃titas.⁊ illam quãtitatem obtulit.⁊ poſtea pẏt. ſed liberatur ope exceptõnis.i.ipõ iure qñ debebat ſpẽm.⁊ illã obtulit.⁊ poſtea pẏt vt probatur in.l.qui.x.hic all.õ quoper glo.in.l.acceptam.C.de vſuris.

**Item illa.** Actor dr̃ eſſe in mora.eo ipſo ꝙ debito tẽpore nõ venit ad locum vbi eſt fienda ſolutio.Et exponit iuriſcõ.hic illa vba per actorem ſtetiſſe.vʒ ꝙ dicatur ſtari ꝑ actorem ſolutionem recipiat. Nõ. ex hoc pñcipio tria primo ꝙ dixi i ſũma.Secũdo ꝙ lʒ difficultas excuſet reum a mora vt.l.qd te.⁊ ita nõ.õ.ſi cer.pe.tñ difficultas nõ excuſat a mora qn ꝑ hoc quis dr̃ eſſe in mora recipiendi ſolutõem. naʒ videbitiſ hic i.v̓.ꝓinde ꝙ lʒ actõ fuerit impeditus venire tẽpore debito ad locum ſolutionis.tñ dr̃ eſſe in mora recipiendi ſolutiõem. Tertio nõ.in.v̓.ꝓinde qd actor debet venire ad locum ſeu ciuitatem.vnde ẽ reus vt ſolutõem recipiat. vt patet h.qa ſi non venit dr̃ eſſe in mora vt h tex.quod tene menti.

In glo.iij.ibi ad domuʒ v̓o.nõ.hanc glo.⁊ pro huius glo.declaratione ẜm Guil.de cu.dic latius. qñq; i obligatione nõ eſt appoſita dies expreſſe uel tacite itelleeta ⁊ tũc reus nũquã ꝯſtituit in mora niſi ꝑ iterpellatõʒ vt.l.ſi ex legati cã de v̓bo.ob.que interpellatio debʒ fieri ꝑſonaliter ipſi debitori vel ſi nõ reperitur ſufficit qd fiat ad domum ipſius vt.l.ſi dictũ.§.fi.j.de euic.l.i.§.i.j.õ lib.agno.j.de dam.infec.l.iiij. §.domũ .quandoq; in obligatiõe eſt dies exp̃ſſa vel tacita.⁊ tunc ſi reus vult ſoluere vt euitet comiſſ.more in quam per lapſum diei incideret tunc vtrum debeat ire ad domum actoris vl̓ nõ glo.hic diſtinguit ut ſi ſunt eiuſdeʒ fori debeat ire ad domũ actoris vt hac glo. Si v̓o ſunt diuerſi fori tũc actor dʒ ire ad domuʒ rei vt hac glo.Sed circa hoc dic lacius ẜm Guil.qñ ſolutio dʒ fieri reſpectu alicuius rei ⁊ pro aliqua re.qꝛ eſt onus quod reſpicit rẽ.⁊ tũc ſi actõ eſt.õ illo foro vbi res illa eſt ſituata debet ire ad domũ actoris vt.l.ij.C.de iur̃ emphi.l.foruʒ.§.ſi vero agrũ.j.de cenſibus in aũt.qui.mo.na.effi.ſui.§.ſi quis igitur ex qualibet ex cã.tamẽ fiſco uolente poſſet fieri ſolutio in loco propiquo ⁊ nõ in loco vbi res ẽ ſituata.vt.C.õ ãnonis.⁊ tributis.l.pro locis.⁊.l.nemo.⁊.l.ſe.li.x. Si v̓o nõ ſunt eiuſdeʒ fori.tũc nõ tenetur reus ire extra locuʒ ſui fori ar.iſtius tex.cum hac glo.aut ſolutio que ẽ fiẽda nõ fit reſpectu alicuius rei.⁊ pro aliqua re.⁊ tũc aut tal̓ ſolutio reſpicit tñ ꝯmodum ꝑſone.⁊ debet ire reus ad domũ actoris vt .l.ꝙ vbi de opis libe.aut talis ſolutio reſpicit ꝯmodum pecunie.⁊ tunc aut ex hac ſolutione uolo mihi acquirere ⁊ aliqueʒ mihi obligare. ⁊ tũc ego debitor debeo ire ad domuʒ creditoris.vt.l.pe.§.fi.j.õ ꝯdi.⁊ demõ.C.de ꝯdi.inf.l.cum quidam.aut ego debitor ex tali ſolutione uolo me exonerare ne incidaʒ i moraʒ vel i penam.⁊ tũc ſi qdem creditor eſt eiſdeʒ fori cuius ſum ego debitor.⁊ tũc debeo ire ad domuʒ ſuã.Aut nõ eſt eiuſdem fori cuius ſum ego debitor.⁊ tũc creditõ dʒ venire ad domuʒ debitoris. ⁊ h tex.cum hac glo. ⁊ pro dicit Guil.ꝙ iſto caſu ſufficit ꝙ reus in diem ſolutionis ſtando in domo ſua dicit ego eſſem ꝑatus ſolue ſi aliquis eſſet q ſolutõem reciperet.ita dicit Guil.Sʒ aduerte ad iſtam glo.qꝛ iſta glo.videtur velle ꝙ quãdo reus vult moraʒ purgare i quam iam icidit dʒ ſic diſtingui aut ſũt eiuſdem fori vel nõ vt patet in glo. dũ dicit vt purget moraʒ.ſed hoc nõ eſſet veꝝ. Sed bñ dr̃et veruʒ gl.quãdo reus ſolueret ut nõ incideret in moraʒ.ſʒ ſi reus ſolueret vt purget moraʒ i quam iam incidit tũc ſiue eſſet eiuſdem fori cuʒ creditore ſiue diuerſi fori tũc reus ſemꝑ teneret̓ ire ad domuʒ actoris ſeu creditoris qꝛ cum reus ꝑꝑ moraʒ ſit obligatus ad ꝑiculum iteritus vel ad penaʒ nõ facit iſtaʒ ſolutõem vt ſimpl̓r ſe exoneret.ſed vt aliquid ſibi acquirat.⁊ ꝑ ꝯſequẽs tenetur ire ad domuʒ creditoris.vt dicta.l.pſt.§.fi.j.de ꝯdi.⁊ dem. ⁊ dicta.l.cum qdam.C.de ꝯdi.inf.vt ex ſupradictis apparet. Sed puto iſta glo.duʒ dicit vt purget moram voluiſſe dr̃e.vt in morã nõ incidat. Bal.

**Quod addicitur.** Sufficit debituʒ fuiſſe tempore ꝯſtituti lʒ ex poſt facto defierit eẽ debitum.h.d. In hoc.§. glo.magna q̃ incipit nõ.duo ponit quatuat nõ. qd dic vt in glo. In.e.glo.ibi.l.iij.vide hic quod nõ.dẏ.in.c.actu legitimo ex̃ de reg.iur̃.li.vi.⁊ vide per eum in.l.pl̓ibus §.ſi placet.j.de v̓bo.obli. Bal.

**Bene antẽ eſt.** Actio de conſtituta eſt actio rei perſecutoria non penalis.h.d. Baldus.

**Vetitus fuit.** Per litem conteſtataʒ factam ſuper actione de conſtituta non tollitur prima actio ſed ſi intercedat ſolutio vtraq; tollit̓.h.d.Iſte.§. Quero de vno vnde eo ipſo ꝙ erat deductum i prima obligatiõe fuit deductuʒ in conſtitutũ.actio prima tollitur quaſi preſumatur facta nouatio ẜm hec tempora vt.l.fi. C.de nouac. Rñdeo illud erat verum quando deductuʒ in prima obligatione deducebatur poſtea in ſtipulatione ⁊ ita loquitur ibi.Sed quando deductum in prima obligatione deducebatur in alium contractũ q̃ in ſtipulatione tunc erat ſecus vt hic probatur in.l.ſi mãdatum i fi.j.mãdati bal.

**Ad quod.** Debitum ſub adictõne Poteſt conſtitui pure ⁊ in diem ſed ſuſpenditur in tẽpus condictionis. Itẽ debituʒ purũ poteſt conſtitui ſub cõdictione.h.d. In glo.iij.ibi ſed non poteſt agi ea ⁊c̃.dic.ſ. prima actione In.e.gl.ibi.vino ⁊c̃.ſ.poteſt agi.p̃ma actõne. In e.gl.ibi nouata quando non ſit nouat.probatur.õ.l.px.⁊ ibi dixi.⁊ hoc preſumitur in dubio. Sed ſi conſtaret ꝙ conſtitutio eſſet facta animo nouandi tunc.ſecus vt nõ.j.e.l.vbi.⁊c̃. Baldus.

**Si pater vel dominus.** Suffic̃ debituʒ eſſe tempore conſtitutiõis.h.d.Cuʒ.l.ſe.iſtam.l.

**Neq; n.** inducit .Gui.de cu.ad.q.quod ſi ſtatutum quod quandocunque hñs librã ſeu extimũ debeat Aſſignare equũ ⁊ tempore ſtatuti vel aſſignationis fiende quis habeat extimum mille librarum licet poſtea decreſcat eius extimum nihilominus teneatur aſſignare.⁊ tenere equũ. ar.iſtius tex.quod dic vt hic per eum ⁊ bene.

**Promiſſor.** In conſtituto poteſt deduci extimatõ rei peremꝑte poſt moraʒ.h.d.pñs lex.

**Si ſine.** In ꝯſtituto facto pure intelligitur tẽpus.x.dierũ.hoc.d. Nõ.ex hoc.§.

qͦ in conſtituto videtur tacite adiectum tempus.x. dierum infra qͦ debet fieri ſolutio. In glo.magna i fi. Sed vitas eſt.ꝙ in quacūqꝫ obligatione pura ſtatiꝫ cedit dies obligatōis.vt.j.dicto.§.quotiens ⁊ iſti.x.dies de quibus loquitur hic nō adiciuntur obligationi.ſed cōceduntˀ ſolutioni gratia miſerationis vt.l.cuꝫ militi.§.fi.j.de ꝯpenſa.⁊ hoc vult dr̄e iſte tex.dicit exactio celebretur nō aūt dicit vt obligetur. Sed aduerte ꝙ iſtud tp̄s quod idulgetur ſolutioni gratia miſerationis eſt d̄terminatū in ꝯſtituto.vt ſit tēpus.x.dieꝝ.In alijs vero obligationibus tp̄s ad ſolutōem nō eſt determinatū.ſꝫ relinquitur iudicis arbitrio.⁊ ita dicit.l.quod dicimuſ.j.de v̂bo.ob.§.omnis.v̂.pure inſtiꝗ.de inutilˀ.ſtip.§.vltio Si quero vtrū curſus iſtoꝛuꝫ.x.dieruꝫ cōſtituat queꝫ in moꝛa.glo.habuiſtis.ſ̄.eo.l.ſi uno.§.vlt.ſuper verbo.ſed conſtituto. Bal.

**Conſtituto.** Conſtituens ſe ſolutuꝝ non liberatur dādo fideiuſſoꝛeꝫ vel pgnoꝛa.ſecus ſi ꝯſtituat ſe ſatiſfactuꝝ.h.d.

**Si poſt.** Conſtitutum hr̄di debeat tranſferri ad eum ad quem ex poſt facto h.ditas incipit ptinere.

**Promiſſor.** Si res debita peat poſt moꝛaꝫ ip̄a res pempta i ꝯſtitutum deduci.h.d.iſta.l..notabilˀ. Iſtam.l. declara.ut in glo.⁊ bene quam vide p te ip̄m.

**Ticius ſeyo.** Per epiſtolam inducitur obligatio in his que poſſunt p epl'am geri. h.d. Iſta.l. Nō.ex hac.l.p̄mo quod dixi inſti. Scd̄o nō.ex hac.l.in fi.ꝙ ille qui ꝯſtituit ſe ſolutuꝝ pro alio nō dicitˀ ſuccedere in locum iſtius.⁊ ſic ex hoc hēs ꝙ actio de ꝯſtituta nō dr̄ ſuccedere in locum prime actionis. ſed potius dicitur accedere.competit eniꝫ actio ip̄a.⁊ etiā actō prima vidiſtis.ſ̄.e.l.illa.Item illa.§.fi. videbitis .j.e.l. vbi qs.Ad ſūmariuꝫ.oppo.⁊ videtur ꝙ epl'a nō iducat obligationem.Sed inductaꝫ pꝛobet vt.j. depoſiti.l.publia.in fi.So.qn̄qꝫ.epiſtola eſt inducta ad inducendum obligatōem.⁊ tūc in his que pn̄t p epiſtolaꝫ geri epl'a obliga.inducit.⁊ ita loquitur hic.⁊.j.e.l.qdam.j.de ꝯtrahen.emp.l.i.in fi.l.ꝯſenſu.j.de actꝗ.⁊ ob. qn̄qꝫ epl'a nō ē inducta ad obligatōnem inducēdam.ſed eſt inducta ad narrādum p̄cedens factum.⁊ tūc epl'a obligationeꝫ nō inducit.ſed inducit pꝛobationem p̄cedentis obligatōis ⁊ ita loquitur lex publia in fi. Sed q̄ro an eo ip̄o ꝙ qs recipit vnam epl'aꝫ videatur ꝯſentire ei quod i epl'a ꝯtinetur.ſed nō ꝯtradicit dic ꝙ ſic.vt habuiſtis in.l. ſi filius.j.ad mac.facit glo.cum tex.C.ſi cer.pet.l.ſi abſentꝗ facit ad pꝛedicta quod nō.in.l.cōem.§.i.j.rem ra. ha. ⁊ ita tenet Guil.de cu.

**Illud aūt.** Ille qui ꝯſtituit ſe ſolutuꝝ vna de pluribus rebus ad quas tenetur alternatiue alia ſoluere nō pōt h.d.iſta.l. In glo.i.in fi.⁊ uidiſtis de hoc in.l.cuꝫ his §.vlt.ſ̄.de condi.inde.

**Si iureiuran.** Si qs iurauerat ſibi fuiſſe ꝯſtitutum poteſt agere actione de conſtituta ſiue iurauerit cuꝫ iuramētum fuerit ſibi delatū an cū fuerit ſibi relatum.

**Quidā.** Conſtitutum poteſt fieri p epl'am h.d.iſta pn̄s.l. Iſtaꝫ.l.declara optime vt in gl. Baldus.

**Utrum pn̄te.** Quis poteſt etiam pro inuito conſtituere.Item pꝛoteſtatio que inhibet fieri actum.ad quem quis eſt obligatus nullius eſt momenti.h. d. Cum.l.ſe. In tex.ibi quis.ſ.quidam tertius nō.iſtā l.⁊ maxime ibi vnde falſam. nam iſta facit ad que .ꝙ ſi aliquis fideiubet ꝓ aliquo volente aliquid accipere mutuo.⁊ iſte fideiuſſoꝛ denunciat creditoꝛi ne ei pro quo fideiuſſit numeret talˀ pꝛoteſtatio ſeu denūciatio nihil valet de qua queſtione nō.per glo.j. de fideiuſſ.l. fideiuſſoꝛ.⁊.C.de pꝛocur.l.ticius.⁊ ibi dicam. Baldus.

**Ubi quis.** Interuentꝗ.noue perſone conſtituentꝗ .nouac.non inducit.⁊ nō.glo.hic poſitam Allegaui tibi.ſ̄ .e. l .item illa.§.vlꝗ. Baldus.

**Qui iniuriaꝝ.** In conſtitutū pōt deduci etiaꝫ actiones deſcendentes ex delicto.h.d.Iſta.l .Iſtā l.declara.vt in glo.⁊ bene ⁊ in q̄tum glo. dicit ꝙ actione iniuriarum hebetur.q̄tuꝫ actoꝛ iurauerit vide quod nō.in.l.iniuriarum.j.de iniurꝗs.

**Siquis.** Quādo ſolutio fit adiecto in conſtituto qui adiectus n̄ erat adiectus in obligatōne p̄ncipali actio p̄ncipalis tollitur ope exceptionis.h.d.Sed ſi adiectus in ꝯſtituto fuiſſꝫ etiaꝫ adiectus in obligatōne p̄ncipali tūc ſolutio ei facta tolleret obligationeꝫ ipſo iure vt habuiſtis.ſ̄.e.l.ſed ſi filio.§.i. Bal.

**Lucius ticius.** Cōſtituens ſe ſoluturuꝫ quod alius d̄bet quaſi ipſe ꝯſtituens deberet non tenetur actione de conſtituta .h.d Iſta pn̄s.l. Iſtam.l.declara.vt in glo.ſuper verbo de conſtituta ex quo. Nō. qn̄ ſit verum ꝙ ꝯſtituendo pro alieno debito quis obligetˀ qꝛ habet locum quādo ꝯſtituit pro alieno debito tāquaꝫ debitum ſit alienum.ſecus quādo quis ꝯſtituit pro debito alieno tāquam illud debitum alienum.ſit ip̄ius cōſtituentꝗ.⁊ ita loquitur hic.ꝓ hac ēt ſi pene.§.i.de ꝯdi.ide.

## Cōmodati Uel contra. Rica.

**Actor.** Nō ſumatur. In tex.ibi dicetur ⁊c̄. ſubaudi.⁊ verum ſit v̂ nō .in.l. niſi ſ̄.ſi qua.paupe.feciſ. dica. ⁊.l.pꝛima ſupꝛa d̄ dolo. Baldus.

**Hui⁹ edicti.** Res mobilˀ.⁊ imob.lˀ.⁊ ēt icōpoꝛalis p̄t ꝯmodari.h.d.iſte.§.In glo.que incipit.i.domum ibi tu dic ⁊c̄.tene ergo iſta ꝙ habitatio quantūcūqꝫ ſit ius incoꝛpoꝛale poteſt commodari.⁊ ſic ille qui habet ſolum ius habitationis poteſt commodare habitationem.⁊ eodem modo ille qui habet ſolum vſumfructum vel aliaꝫ ſeruitutem pōt ipſam cōmodare. Sed aduerte ad illud quod ſequitur in glo.ꝙ etiam in caſu iſto competit actio pꝛeſcriptꝗ.verbis quia non eſt v̂m.Naꝫ actio pꝛeſcriptꝗ .verbis cū Alia actione non concurrit vt.l.quotiens de pꝛeſcriptꝗ.verbis nec habet locum in contractibus nominatis.vt l.iꝗ.e.ti.⁊ per hoc dicit.Gai.de cu .ꝙ hec. l.loquitur qn̄ res cōmodatur ad certum vſum quo caſu eſt pꝛopꝛie ꝯmodatum.Sed actio pꝛeſcriptꝗ.verbis haberet locum quando res traderetur ad vſuꝫ incertum.⁊ ita loquitur l.ſi gratuitam hic alˀ.quo caſu non eſt pꝛopꝛie commodatū vt videbitis.j.e. l.in cōmodato .§. ſicut. ⁊ nō.ibi.

**Impubes.** Si commodatum ab ipſo īnuncio ipſo iure non valet ex poſt facto. non poteſt reconualeſcere. ſecus ſi ab initio naturaliter valeat. h.d. Cuȝ.ij.l. ſequētibus. ⁊ verus intellectus iſtarum.l.eſt ꝙ iſte.§.impubes loquatur qñ recipiens ↄmodatum erat pupillus infans vel ſi erat maior infante ceperat ↄmodatuȝ a tutore quo caſu talis pupillus nec ciuiliter nec nāliter tenetur. ⁊ per ↄñs factus pubes non tenetur cōmodati. ſȝ.l. mihi.j.eo. loquitur quando pupillus accepit commodatum. ⁊ exiſtens maior infante cepit cōmodatum quo caſu ſaltim naturaliter tenetur ⁊ iſta.lec.colligitur ex glo.magna in fi.in dicta .l. ſed mihi. In glo.i.l.ſed mihi ⁊.j.e.l.§.heres. Nō. hanc glo. ⁊ vide quod nō.C.pro emptore.§.fi. ⁊ inſtiṫ.qb⁹ ali. licet vel non.§.nunc admonendi ⁊ inſti.qbus mo.re.ↄ̄. ob.§.is quoqȝ. ⁊ circa iſtas.l.vide quod nō.glo.in.l.ij.j. de fideiↄ.quod nō. Baldus.

**Si reddita.** Si actionibus bonefidei res. addatur deteriō .non videtur reddita. ⁊ per ↄñs actio prima durat.h.d. In glo.i. ibi ſupplet.ſ.iudex ⁊ nō.iſta verba glo.ꝙ ſicut iudex lata ſententia poteſt ſupplere ſuper expenſis vel fructib⁹ ita ⁊ ſuper intereſſe. In.e.glo.in fi.nota totam iſtam glo. ⁊ pro iſtius glo.declaratione dic quandoqȝ non ſoluitur tota res ſed pars eius tantuȝ ⁊ tunc ꝓ alia parte tantum eſt agendum vt.l.ſi ſtipulatus.§.i.j.de ſoluc.qñqȝ ſoluit᷑ tota res perfecte ſed defficit aliquid ius puta quia non eſt cautum de.euic.vel res ē prima ad integrā reȝ quantūcūqȝ res ſit ſoluta vt pro hoc actor ↄſequat᷑ illud ius deficiens.j.de v̄.ob.l.Julianus.§.i.j.de ſoluṫ. l.etiam quandoqȝ ſoluitur tota res ſoluitur tñ deteriorata. ⁊ tunc aut loquātur in actione bonefidei. ⁊ durat ꝑ̄ma actio.ad rem. ⁊ vt per hoc actor conſequatur ꝑ̄ciuȝ deteriorationis. ⁊ ita loquitur hic.j.depoſiti.l.i.§.ſi res aut loquamur in ↄ̄ctibus ſtricti iuris. ⁊ tūc aut redditur res mutata forma rei. ⁊ actio.prima durat. ⁊ ita loquit᷑ .l.iul'.§.ſed ⁊ ſi qs.ſ̄.de exhi.aut redditur res forma ñ mutata deteriorata tamen. ⁊ tūc actō.prima tollitur.ſȝ ad intereſſe datur actio de dolo.vel in factuȝ vt.l.elegāter.§.nō ſolum.j.de dolo.vbi de hoc ꝑ glo. C. ad exhi. .l.exhibiṫ.ibi pleniſſime ꝑ doc.habes ergo ex predictis qualiter debes formare libelluȝ qñ res deterior redditur vel deficit aliquod ius.

**In hac.** Iſte.§.legitur alio de.viij.modis.ꝑꝑ diuerſam lec.nō pono caſuȝ ſūmarium. ſȝ ponaȝ caſuȝ i terminiſ i nube. Op.hic dr̄ ꝙ in bonefidei iudicijs inſpicitur tp̄s liṫ ↄte. ⁊ ſic videtur ꝙ iudicium ſtricti iur̄ ſit melioris ↄdictionis ꝙ̄ bonefidei quod videtur abſurduȝ. Huius ↄ̄trij timore. Jo.legit iſtum §.i duas ꝑticulas vȝ i.v̄.rei iudicande.hoc mō. vȝ ꝙ uelit dr̄e in actione bonefidei inſpicitur tēpus rei iudicande ſubaudi. ⁊ etiam tp̄s qñ mora preceſſit.que mora vr̄ incipi a tempore liṫ ↄte.ſm Jo. ⁊ ſic idem erit i bonefidei qȯ eſt in ſtricti iuris. ⁊ iſtud ſubaudituȝ de tempore more probat Jo.ar.a minori.Iſta lec.tangitur.i gl. que incipit in bonefidei in.v̄.item quod dicit. Sed iſta lec. Jo.nō ↄgruit huic.§.qꝛ ſm hanc lec.dictio ꝙ̄uis ponit᷑ ꝓ tñ. ⁊ ſic facit violētiam.lr̄e. ⁊ ideo ip̄e idem Jo. legit §.ſo modo ꝙ ꝑ̄ncipium.§.loquatur ꝺ extiatōne que fit ꝑ iuramētum in litem.ſed i.v̄.rei iudi.loquitur de fructibus qui veniūt in actōe bonefidei a tēpore more. ⁊ hoc eſt dicit ip̄e Pe.quod dicit iſte tex.qȯ inſpicitur tēpus rei iudicāde hoc ē tēpus more quo tēpore debuit iudicari. Sed in actione ſtricti iuris veniunt fructus.a tēpore liṫ.ↄte.nō a tempore more vt.l.cum fundus.in ꝑ̄n. ſ̄.ſi certuȝ pe.iſtam lec.ponit Jo.ſ̄.de tritica.l.in hac in diſtincṫ.ibi poſita in glo.magna. ⁊ etiam in.l.vinum. ſ̄.ſi cer.pe.ſȝ certe lȝ iſta lec. Jo.ſit vera in ſe.tñ nō cōgruit hunc tex.q dicit ⁊ rei iudicande quāti res ſit ⁊c̄. ⁊ ſicut cum dicat quanti res ſit ⁊c̄.loquitur de extimatione rei nō de fructibus.ideo azo legit iſtum.§.tertio mō. ⁊ iſta lec.azo.ponitur i predicta glo.hic poſita que incipit i bonefidei ibi.ſed azo facit vim in eo ⁊c̄.ꝓ cuius lec. declaratione ꝑ̄mitte ꝙ in extimatione faciēda ſunt ↄſideranda duo tēpora vnuȝ eſt tempus a quo debet haberi rō melioramēti. ⁊ detrimēti.aliud ē tēpus vſqȝ ad ꝙ dicti melioramēti. ⁊ detrimēti rō debet haberi. ⁊ dicit azo ꝙ hic loquitur de tempore vſqȝ ad quod merito ip̄e legit iſtum.§.vt habes hic in glo. in dcō.v̄.ſed azo ibi. ⁊ forte i bonefidei ⁊c̄.Sed iſta lec.azo.nō videtur vera quia ymo in acṫ.ſtricti iur̄ creſcit extimatio vſqȝ ad ſniam vt videbitis in.l.vbi autem.ſ̄.ꝺ eden.ꝑ̄terea ⁊ alia ratōe lec.azo.nō videtur vera.qꝛ ſm lecturam ip̄ius ꝑ liṫ.ↄte. fieret deterior ↄdictō actoris ſeu creditoris ↄ̄.l.nō debȝ de reg.iur̄. ⁊ ↄtra.l.aliam.j.de noua . ⁊ ideo alij legunt iſtum.§. ⁊ alio modo iſta lec.fuit Pla.ꝙ iſte.§.itelligatur ſimpl'r prout iacet.vȝ ꝙ in ↄ̄ctibuſ bonefidei iſpiciatur tp̄s rei iudicāde in ↄ̄ctibuſ ſtricti iuris inſpiciatur tēpus liṫ.ↄte.iſta lec.ponitur in dicta.l.in hac in glo.ma. ſ̄.de triticaria. ⁊ ad ↄ̄rium qȯ facit ibi de hoc.§.ad illā .l. Pla.rñdet vt ibi nō. Sed certe ſm lec. Pla. illa.l.i hac q̄ gnāliter loquitur nimis reſtringitur. Preterea diſtinctio. Pla.ꝙ̄ facit inter actus bonefidei . ⁊ ſtricti iuris nō eſt vera.qꝛ etiam in acṫ.ſtricti iur̄ inſpicitur tēpus more ut uidiſtis in.l.vinum.ſ̄.ſi cer.pe.in. l.fi.ſ̄ .de triticaria.j.de v̄bo.ob.l.quotiens in diem.quare alij vt guar.hug.legūt iſtum.§.quinto mō vt diſtinguatur vtꝝ petatur quātitas uel ſpēs.vt nō.hic i glo.mag.i ꝑ̄n.que lec .uidetur in glo .reprobari.quare alij legūt iſtum.§. ⁊ alio modo et iſte tex.vellit dr̄e ꝙ inſpicit᷑ tp̄s ſnie.qñ ē certum quod tunc res plurimi fuit vt dicta.l.in hac ſ̄.de triticaria.Sed ſi a tempore more res plus valuiſſet inſpicitur tp̄s more.vt dicta.l.in hac in fi. ⁊ ſecundū diſtinctionem iſtam ipſi intelligunt iſtum.§ . ⁊ fuit .lec. vulga .ſed iſtud non poſſet procedere niſi ſm .lect . Jo. quam lec.ſ̄.reprobaui. Septimo modo legitur iſte. §.quod velit dicere.ꝙ in acṫ.cōmo. ⁊ alijs bonefi. iuratur in litem vt in principio iſtius.§. ⁊ quando talis extimatio probatur per iuramentum in litem tunc inſpicit᷑ tempus ſententie. ⁊ ita loquit᷑ ſm Rufum ꝙ̄uis i ſtricṫ. iuris iudicijs inſpiciatur tempus liṫ.conṫ.ſ.quo ad fructus. ⁊ ita loquatur.ij. Ruf.in.v̄.ꝙ̄uis iſtaȝ lec.in hoc.§. ponit.Gui.de cu.in.l.uinum.ſ̄.ſi cer.pe. Octauo modo legitur iſte.§.ꝓ cuius octaue lec.decl'atione premitte quod eſt duplex iuramentum in litem vnum eſt affectionis quod preſtatur in actōne bonefidei ⁊ in ſtricti iuris que ſunt arbitrarie vt vidiſtis in.l.in actionibus .ſ̄. de in litem iuran.aliud eſt iuramentum in litem quod ē veritatis. ⁊ iſtud preſtatur in actione ſtricti iur̄ etiam ñ arbitrarijs vt vidiſtis in dicta.l.in acṫ.§.plane ⁊.l.nummis.e.ti.hoc premiſſo iſte tex.vult dr̄e ꝙ in hac actiōe. ⁊ in ceteris bonefidei iudicijs iuratur in litem vt in ꝑ̄n. §. ⁊ ſi iuratur in litem per iuramentum quod eſt affectio͂ vȝ.de quanto volet re carere inſpicitur tempus rei.iudicande hoc eſt tempus ſententie vt iure ꝓ quanto vellet tunc re carere. ⁊ ita loquitur.ij.reſponſum huius.§.i.v̄. rei iudicande. Sed ſi iuratur in litem ꝑ iuramētum ꝙ ē veritatis quod preſtatur in actionibus ſtricti iuris

non arbitrarys debet iurari quãti res ẽ tẽpore litiȷ ↄte. ⁊ ſic in tali iuramento quod eſt veritatis inſpicitur tempus litiȷ.contiȷ.⁊ ita loquitur.ij.rñſ.in.v̂.ꝗuis .quam lec. Nõ.⁊ tene menti.

**Heres eius.** Quando ex contractu bonefidei eſt in obligatione rez reſtitui.heres tenetur vltra portionem hereditatis eaten⁹. quatenus hȝ facultatẽ rei reſtituende.h.d. Nõ tex. ꝙ in ↄtctibus bonefi.heres tenetur ad totaȝ rem actõne pſonali quãdo in obligatione eſt rem reſtitui ſi ille heres facultatem hȝ tocius rei reſtituẽde poſito ꝙ plures habeant cohẽdes.⁊ hoc cõtingit pp equitateȝ officiȷ iudicis que uerſatur in actione bonefidei ut hic expreſſe dicit tex.ibi quaſi hoc ⁊c̃.ſed ſecus eſt in ↄtctus ſtricti iuris.qꝛ tũc unus ex pluribus hẽdibus nõ põt teneri actõne pſonali quãdo in obligatione ẽ rem reſtitui niſi ꝑ hereditaria portione poſito ꝙ habeat facultatẽ totius rei reſtituende ut.l.q fundum.§.ſi tu.ex parte.ȷ̃.ad. l.fal.ȷ̃. de le.i.l.ſi tibi homo.§.ſi fundus.C.ↄ hẽ.act l.hereditariȷs.⁊ ita ꝑ pe.ↄ bellap.fallit qñ actõ ſtricti iuris poſſet ↄcurrere cum rei ven.qꝛ tunc eſt ideȝ in actionibus ſtricti iuris ꝙ in actione bonefidei vt.ȷ̃.de vi.⁊ vi.ar.l.ſi plures.ẽ.de ↄdi.fur.l.in ↄdi.⁊ hanc limitatõem ponit dy.i dicta.l.qui fundum.§.ſi tu.ex parte.ȷ̃.ad.l.fal.

**Si filiofa.** Ex ↄtctu cõmodati celebrato cũ filio vel ſeruo tenetur ipẽ filius iſolidum.ſed pater ẽ.⁊ dñs tenebitur actione ↄ peculio ⁊ habebitur etiam rõ doli ipſius patris vel dñi.h.d. Ibi fraus dũtaxat venit ⁊c̃.quo caſu ſi iteruenit dolus vel fraus pñs vel dñi ipi tenentur iſolidum de peculio ut .l.i.depoſiti.§.i.⁊ ibi.nõ.ȷ̃.de peculio. In glo. que icipit.ſed hodie ⁊c̃.ibi poſſet.tñ dici ⁊c̃. Nõ.ex hac gl. ꝙ tunc eſt verum ꝙ ↄtra patrem debet actio intentari tãquã ↄtra legitimuȝ adminiſtratoreȝ filiȷ vbi ex cõtractu inuito cum filio quãdo ex tali cõtractu q̃ritur vſuf. pñi.Sed quãdo ex tali ↄtractu inito cum filio vſufr. pñi nõ queritur.tũc debet actio intentari ↄ ipȝ filiuȝ vt hac nõ glo. Sed aduerte ad fi.glo.iquãtum dicit ꝙ quãdo debet itentari actio ↄ ipm filiuȝ puta.qꝛ pñi nõ q̃rit vſufru.tũc dȝ interuenire ↄſenſus pñs.qꝛ iſtud vltimuȝ dictum de ↄſenſu patris nõ videtur veruȝ ſm opionem lotariȷ.nõ.in.l.cuȝ nõ ſolum.§.neceſſitate de bo.qȝ lib. in glo.magna i fi.⁊ ꝙ in caſu in quo nõ queritur vſufr. pñi nõ requiratur pñs conſenſus probatur per tex.ex ↄ iudic.c.i.li.vi.⁊ circa ꝑdicta vide quod tenuit Ja.de bel. in dicto.§.neceſſitatem.

**Non poteſt.** Cõmodatuȝ nõ conſiſtit i tribus que vſu ↄſumũtur niſi talis res ſic tradatur vt nõ ↄſumatur.h.d.cum.l.ſe. In glo.ſup v̂bo ↄſumitur circa iſtam glo.uide quõ nõ. ẽ.ſi cer.pe.l.ij.§.mutui.⁊c̃.

**Si ut certo.** In actiõe cõmodati habetur rõ loci ⁊ temporiſ ex natura officiȷ iudicis dicti actioni deſeruiẽtis.h.d.iſtud ꝑncipium. Bal.

**Nunc videñ.** In ↄtctibus qui celebrãtur gratia dantis tñ venit dolus.⁊ lata culpa.In ↄtctibus vero qui celebrãtur gratia recipientis tñ venit dolus lata culpa leuis ⁊ leuiſſima In ↄtctibus vero q celebrantur grã vtriuſqȝ venit dolus lata culpa.⁊ leuis ↄ caſu v̂o fortuito in ꝑdictis caſibus quis nõ tenetur niſi iter ↄhentes aliud ↄuenerit. aut extimatio vel culpa ꝑcedens aliud inducat.h.d.vſqȝ ad.§. deniqȝ. Nõ.diſtinctõem iſtorum.§.qui diſtinguunt aut ↄtctus celebrãtur gratia dantis tñ. aut grã recipiẽtis tñ.aut grã utriuſqȝ. Secũdo nõ. ꝙ ↄtctus ex ↄuẽtione legem accipiunt.vt hic in.v̂.aut ſi hec ab inicio ⁊ ȷ̃.in.§.cuſtodiam.v̂.certe ad idem.ȷ̃.depoſiti.l.i.§.ſi conuenerit.nõ.ea.l.ſepe circa quod vide quod habes in.l.ↄtctus.ȷ̃.de reg.iur̃. Tertio nõ.ꝙ extimatõ facit queȝ teneri de caſu fortuito vt i.cõmodatum.v̂.ſi forte quod intellige veruȝ quando cõmodatarius tenebatur de ſui natura de leuiſſima culpa puta quia cõmodatum erat factuȝ gratia ipſius tñ.ſecus ſi tenebatur de leui culpa tñ puta quia cõmodatum erat factum gratia vtriuſqȝ tñ quo caſu extimatõ operatur vt tenetur de leuiſſima tñ non de caſu fortuito vt ſentit gl.hic ſuper .v̂ .periculum. Op.dicitur hic aut contractus celebratur gratia dãtis tñ aut recipientis tñ aut vtriuſqȝ . ⁊ vtriuſqȝ gratia dicit̃ celebrari quando vtriuſqȝ partis vtilitas interuenit.ↄ.ẽ.ſi cer.pe.rogaſti i prin.ibi duȝ dicit.⁊ maxime ſi ſine vſurum ⁊c̃.ibi videtur velle tex.ꝙ licet i cõtractu verſetur vtilitas ex vtriuſqȝ parte non tamen dicitur ↄtctus gratia vtriuſqȝ celebrari ſed hic i .v̂ .Sȝ ibi tex.vult ↄrium ergo ⁊c̃.Sed reſpondeo ꝙ iſte. v̂.debȝ intelligi i contractibus i quibus vtriuſqȝ partis verſat̃ vtilitas ⁊ ab vtraqȝ pte hoc ꝑncipaliter agitur .Sed.l. contraria loquitur de contractibus in quibus licet vtriuſqȝ ptis verſetur vtilitas tñ hoc agebatur ꝑncipaliter ab vtraqȝ pte.⁊ ideo lȝ ibi vtriuſqȝ partis verſetur vtilitas tñ contractus dicitur fieri gratia illius tantum cui⁹ cauſa principaliter hoc agebatur non autem dicitur fieri gratia vtriuſqȝ vt dicta.l.rogaſti.i ꝑn.⁊ .l .ſi quis nec cãȝ.⁊ ibi nõ.e.ti. In gl.que incipit ſimili res .ibi res. cõmodatas habuit ⁊c̃. Rñdeo locus eſt gratificationi.⁊ ſi non poteſt vtramqȝ euadere euadat.quam vult ar.l. ſi.in glo. Uenio ad.v̂.

**Sed interdum.** Nõ.ꝙ quis tenetur de caſu qñ culpa precedit caſum.ꝑ cuius declaratiõe.Gui.de cu.diſtinguit.hic de quo dicam in.l.i.§.ſepe.ȷ̃.depoſiti ⁊ quia tex.in.§.cõmodatum in.v̂.⁊ ſi forte dicit ꝙ operatur extimatio qñ res cõmodata traditur extimata.⁊ ẽt glo .ſuper verbo periculum ideo.Gui.de cu.ponit hic qd operetur extimatio de qua materia vide per cy.in.l.i.C.Cõmo.

**Deniqȝ ait.** Cõmodator qui non patitur cõmodatarium vti re ad euȝ vſuȝ ad queȝ cõmodata eſt tenetur actione ↄria cõmodati.⁊ ↄmodatarius vtens re aliter ꝙ̃ debeat nõ ſolum ↄmodati actõne directa tenetur.ſed ẽt furti.h.d. Bal.

**Uſqȝ adeo.** Diligẽtiam nõ ſolum dȝ adhiberi in re ↄmodata. ſed in ſequela.h.d.Guil.de cu.circa iſtum.§.querit de quibus ꝑmuȝ eſt utrum vendita equa uel vacha videatur venditus pullus qui eam ſequebatur . ⁊ iſte tex. facit quod ſic vt hic per eum. Secundo querit vtrum equo vendito videatur vendita frenum ⁊ ſella. Sed de hoc dic vt.l.ediles.ȷ̃.de edil.edic.hoc dicit. Baldus.

**Interdum.** Quando cõmodatum fit gratia cõmodantis vel fit ab alio ſponte nõ rogatu alterius cõmodatarius tenetur de ſolo dolo ſubaudi ⁊ lata culpa.h.d. Nõ. tex .ibi vel ſi ſua duntaxat cauſa ⁊c̃ .nam iſte tex.facit ad.q.quando maritus mittit vxori uel ſponſi ſtagnalia.⁊ alia arneſia quando uult ipſam deducere domum ꝙ in dubio nõ uideat̃ ei dõar̃.ſȝ magis ↄmodare ut uẽiat ad ipſũ magis ornata.⁊ per hoc non eſt querendum an morte viri talis donatio confirmetur cuȝ non ſit donatio ſed magis

cōmodatum factum gratia viri de qua queſtione per doc.i.l.i.§.i.j.ſo.ma. Secūdo nō.hūc tex.in fi. ꝙ ad hoc vt cōmodatarius teneatur ꝺ leui.⁊ leuiſſima culpa opȝ.⁊ cōmodatum fiat rogatu ipſius cōmodatarij alias ſi cōmodator offert ꝯmodatum ipſi cōmodatario tunc ꝯmodatariuſ nō tenetur niſi de dolo ſub audi ⁊ lata culpa vt hic.Sed ſi nō apparet an ꝯmodatuȝ fuit factum rogatu ꝯmodatarij uel nō tunc preſumitur in dubio rogatu ꝯmodatarij regulalr vt uidiſtis.ſ.e.l.§.ꝯmodatū.

**Nunc uidendum.** Si res cōmodatᷣ vt pignoretur ⁊ ꝑ ꝯmodatariuȝ nō intelligitur ꝯpetentibus actionibus ē agēdum qui ꝯmodatarius etiam pōt actioneȝ cedere ꝯ̈ eum cui pignorauit.⁊ actio ceſſa exercebitur ꝑ cōmodātem ſumptibus ipſius ꝯmodatarij.h.d.vſqȝ ad.§.ſi me.

Nō.§.⁊ nō.glo.ſuper v̾bo ꝓ te ibi. ſed ſi tp̄s ⁊c̄. ex qua glo.habes qn̄ ego qui ꝯmodaui tibi rem ut tu eam obligares tuo creditori poſſum agere ꝯ̈ te vt tu illaȝ recolligas.⁊ circa iſtam glo.uide qꝺ nō.C.e.l.plr.

**Si me rogaueris.** Si ſeruuſ ꝯmodatur cū re eiuſ culpa nō excuſat ꝯmodatariuȝ.Secus ſi ſeruus fuerit i dolo.h.d.Intellige iſtum.§.quādo ꝯmodaui ſeruuȝ tibi cuȝ lancea nō tn̄ hoc acto ꝙ illa res eſſet i cuſtodia ſerui.⁊ iō ꝯmodatariꝰ dȝ teneri ꝺ clpa niſi ille ſeruꝰ erat ita ydoneus ꝙ cuſtodia illiuſ rei debuiſſet ei cōmitti.qꝛ tūc ꝯmodatarius nō eſſet in culpa vt.j.e.l.argentum ⁊.l.euȝ.§.fi.cum.l.ſe.Sed ſi ꝯmodaſſem ſeruū cū lancea hoc acto ꝙ illa res eſſet i cuſtodia ſui tūc ꝯmodatarius nō tenetur de culpa illius ſui miſſi cuȝ re.vt.j.e.l.ꝯmodataȝ.lȝ glo.circa itellectuȝ iſtius.§.videatur ſentire ꝯ̈rium.j.ꝓxi.§.in glo.magna.

**Si a me petiſſes.** Si ꝑ ꝯmodantem apponatur cuſtos ex poſt facto ſi remittitur cuſtodia ꝯmodatario.h.d.In glo.fi.ibi nō placet ⁊c̄.Nō diſtinctionem ipſiuſ glo.aut cuſtos apponitur ab inicio.aut ex poſt facto.⁊ pro huiꝰ glo.declaratione qn̄qȝ ꝯmodatur ſeruus cum re.⁊ tunc dic vt.ſ.prox.§.qn̄qȝ ſeruus vel res ſimilis nō ꝯmodatur.ſed apponitur vt cuſtos rei ꝯmodate vel tūc aut cuſtos apponitur ab inicio ⁊ ꝯmodatarius de cuſtodia n̄ tenetur vt hac glo.p.l.i ea allegata ⁊ vltra.l.all̾. ꝑ glo. facit pro hoc.ſ.nau.cau.ſta.l.fi.§.i.j.locati.l.dn̄s.horreorum aut nō fuit appoſitus cuſtos ab inicio. ſed ex poſt facto.⁊ tūc aut reſ remāſit penes ꝯmodatariū.⁊ tūc nō vr̄ remiſſa cuſtodia.caſus ē hic.⁊ ita loquit̾ opi.azo. hic poſita ꝑ rationem ſuam.⁊ opy.Jo.nō eſt bona.aut res cōmodata non remanſit penes cōmodatarium ⁊ tunc videtur remiſſa cuſtodia vt.j.e.l.cū.§.fi.⁊ in.l.ſi mei.§.i.⁊ iſto caſu poſſet proceder̄ opi.Jo.hic poſita. Et circa predicta vide quod nō.cy.in.l.diui.C.locati.

**Si duobus.** Iſte.§.habet tres partes.nā p̄ma loquitur qualiter plures cōmodatarij obligentur obligatione primitiua que contrahitur ad ipſam reȝ reſtituendam. Secundo loquit̾ qualiter contrahatur ipſa obligatio ſecundaria ratiōe doli vel culpe quandoqȝ vterqȝ cōmodatarius delinqt. tertia loquitur quando delingt vnꝰ tm̄.ſecūda ibi. Sȝ ⁊ verius ait.tertia in.l.vnde q̄ritur i. v̂. ſed ſi legis quādo eſt ſimul vehiculum pluribꝰ cōmodatᷣ quantum ad obligationem primitiuam que ad ipſam rem reſtituendi ꝯ̈hit̾ qlibet ꝯmodatarius tenet̾ pro parte nō iſolidū qꝛ inſoliduȝ ad eos ꝑuenire nō pōt q̄tuȝ v̂o ad obligatōnem ſcđariam que ꝯ̈hitur rōne doli vel culpe qlibet tenetur iſolidum.⁊ ſi ꝯtra vnuȝ ex facto alterius agatur dȝ ei ꝯ̈ quem agitur cedi actio ꝯtra illum ex cuius facto ipſo ꝯuenitur. Quero de itellectu huius.§. ſi duobus glo.ij.hic poſita hic dicit ꝙ ad qōem formatam i p̄n.§. iur̄cōſultus nō r̄ſidet ſtatim.ſed r̄ſidet.j.in.v̂.Sȝ veriuſ eſſe ant.⁊ dicit ꝙ quilibet tenetur iſolidum. ſed iſte itellectus non eſt verus.ymo ad queſtionem ꝓpoſitam r̄ſidetur ſtati i.v̂.veȝ in vehiculo ex quo.v̂.appet r̄ſſio ad .q.propoſitaȝ videlȝ ꝙ quilibet teneatur pro p̄te obligatione p̄mittiua.naȝ q̄ ꝯ̈hitur ad rei reſtōem.⁊ qꝛ.v̂.verū in vehiculo videt̾ aliqualiter obſcure.iō in dcō.v̂.pōc caſum ſic dn̄e iur̄cōſultus.ego vidi.ſ.ꝓx.factuȝ vnum ar. i.v̂.vſuȝ aūt qȝ lȝ plures nō poſſunt eē dn̄i vel poſſeſſores vnius rei vel ptis iſolidum.tn̄ in vna re plures pn̄t habere vſum iſolidum ut i balneo campo ⁊ platea. ⁊ ſi ꝑ quod arg.ꝯcluditur ꝙ ſi plures pn̄t habere uſuȝ uniꝰ rei iſolidum ꝙ qlibet teneat̾ iſolidum act̨ ꝯmodati ad rei reſtōeȝ.ex obli.p̄mittiua placeat.ergo declarare qđ iur̄ i qōe ꝓpoſita ꝺ uehiclo ad hoc r̄nt iur̄cōſultꝰ ⁊ dic.ſ. dcm̄ arg.hȝ locū i balneis.⁊ alijs locis amplis qbꝰ ples poſſunt vti inſolidū.Sed queſtio noſtra eſt propoſita i vehiculo ꝑuo cuius vehiculi ꝑui plures non pn̄t habere vſum inſolidum.⁊ per ꝯn̄s concluditur i queſtione propoſita ꝙ vehiculi parui plures non pn̄t habere nec dominium nec poſſeſſionem nec vſum inſolidum ita ꝙ ꝑ vehiculo paruo qlibet teneatur pro parte act̨. cōmodati que oritur ex obligatione primitiua ad rei reſtitutionem Ro.ergo ad.q.propoſitam i hoc.v̂.veȝ i vehiculo. ⁊ iſte intellectus fuit originaliter mar.ſill̾.non aūt ad queſtionem propoſitam vt glo.dicit.Ro.i.v̂. Sed veriꝰ eſſe ait quia ibi non logtur i obligat̨ p̄mittiua que cōtrahitur ad rei reſtit̨.Sed logtur ibi de obligat̨.ſecūdaria que cōtrahitur ratione doli vel culpe cōmiſſi vel cōmiſſe circa rem cōmodataȝ ⁊ iſte eſt verus itellectus huiꝰ §. Sed quero de itellectu.l.vnde queritur i fi.vbi dn̄ dicit quod videtur habere rationem glo.refert iſta uerba ad proxima.ut uelit dr̄e quod uidetur habere rationem.ſ.ꝙ poſſit agi act̨.l.acql̾.ad reſiduum quod ē ultra illud.quod cōmodator fuit conſecutus agendo actione cōmodati.⁊ ſm̄ hoc iur̄cōſult̨.non reſpondet queſtioni propoſite in.v̂.ſed ſi leg. Sed tunc ad queſtionem propoſitam reſpondet glo.vlt.magna in.v̂.Sed queſtioni facte ⁊c̄.vel dic ſm̄ mar.ſill̾.ꝙ hic r̄ſidetur qōni propoſite in dicto.v̂.Sed ſi legis.⁊ tunc iſta verba quod videtur habere rationem ⁊c̄.debet exponi iſto modo. ꝙ videtur habere rationem.ſ.ꝙ actio.l. acquill̾. cedatur illi cōmodatario q fuit conuent̨.actione cōmo. ⁊ damnum non dedit contra alium cōmodatarium ſuum ſocium.q damnuȝ dedit in re cōmodata ⁊ ſm̄ hoc iſta verba qꝺ uidetur ⁊c̄.non referuntur ad prox.ſed ꝙ dcm̄.v̂. Sed ſi legis ⁊c̄.⁊ in hoc.§.cum.l.ſe.ſunt plures glo.quarum p̄ma eſt glo.magna ponit materiaȝ que recitatur alibi melius q̄ꝫ hic uȝ.i.l.iij.§.ex contrario.j.de acqr.poſ.ubi eſt glo.quaſi eadem que hic ⁊ in.l.licet.C.de acqr.poſ. ⁊ iſta.glo.modicuȝ facit ad intellectum.⁊ materiā iſtiꝰ §.Sed ideo glo.poſuit iſtam glo.hic qꝛ tex.facit mentionem ꝙ unius rei dominiuȝ uel poſſeſſio.non poteſt eſſe apud plures inſolm̄ ⁊ ideo iſta.gl.querit an hoc ſit uerum ꝙ plures non poſſunt unam rem inſolidum poſſidere.Secundo querit qui ſunt illi q ciuiliter poſſidēt. ⁊ qui ſunt illi q naturaliter. Querit etiam iſta glo. utrum ſi illi alij locentur ad unus tempus modicum rē quam poſſident deſinant poſſidere.⁊ hoc facit tota iſta glo.magna.omnes enim alie glo.tendunt ad materiā

ꝛ itellectum iſtius.§. In glo.magna ibi que eſt cau
ſa querendi dñiuꝫ: ꝛc̄. Nō.ex hac glo.ꝙ ciuilis poſ
ſeſſio eſt illa que reqrit ad uſuc.ꝛ preſcriptꝫ. ꝛ hanc opi
nionem tenet dy.in.c.ſiue poſſ.ex̄.de reg.iur̄.li.vi.all̄.ꝑ
hac.l.i.§.per ſeruum q̄ i fuga.ꝭ.de acqui.poſſ.ꝭ.de fur.
l.ſerui ꝛ filij circa fi.alle.ēt pro hac glo.l.i.circa finē vlti
me glo.C.de ſeruis fug.ibi glo.dicit.ꝙ poſſidens natu
raliter non poteſt vſucapere.donec alius poſſidens ci
uiliter nō deſinat poſſidere.ꝛ ſic ſola naturalis nō ſuffi
cit ſed ciuilis ſic ꝙ̄ .dy.non alleg.idem nō.per glo. in.l.
iij.§.ex contrario.ꝭ.de acqr.poſ.per hoc optime .l.qui
fundum i p̄n.ꝭ.pro emptore quod nō. Sed aduerte qꝛ
illud quod dixi ꝙ naturalis poſſeſſio non ſufficit ad ꝑ
ſcriptionem eſt verum ad preſcribenduꝫ dominium ſꝫ
bene ſufficeret ad preſcribendum ius infra dominium
nam vſufructuarius poteſt preſcribere vſuf.caſus ē ẜm
veraꝫ lec.vltramon.i.l.fi.i fi.C.de preſcriptꝫ.lon. temp.
Eſt etiam caſus.ſ.de public.ſi ego.i p̄n.coniuncta.l.euꝫ
qui i p̄n.nam pro uſufructu tradito a nō domino compe
tit public.ut dicta.l.ſi ego.Sed ille cui competit public.
poteſt uſucape ꝛ preſcribere nt dicta.l.cum qui. Itē
aduerte ꝙ naturalis poſſeſſio ſufficeret etiaꝫ ad preſcri
bendum dominium ſi preſcribens recognoſceret aliuꝫ
in dñm ꝛ preſcriptio non tenderet ad perimendum ue
rum dñ.ū dñi. Pono.eēplū ille q̄ poſſidet tanꝙ̄ ēphi
teota.ꝛ ſic naturaliter tantum.ut nō.ꝭ.in ſe. parte glo.
poteſt preſcribere emphi.caſus eſt in.l.qui petit i fi.ẜm
unam lec.C.de preſcript.xxx.an.probatur etiaꝫ in .l.cū
ſponſus.§.ſi de uectigalibuſ.ſ.public.coniuncta .l.eum
qui.e.ti.ꝛ ſic acquirit utile dñium ut.ſ.ſi ager.uecti. uel
emphi.pe.l.ij. Illud ergo quod dicit hic gl.ꝛ alia.iur̄.ſ.
al̄.ꝙ ſola ciuilis poſſeſſio eſt cauſa acquiſitionis dñij ꝑ
uſucap.uel preſcriptioneꝫ ꝛ naturalis poſſeſſio nō ſuffi
cit eſt uerum quando quis preſcribit ad perimend um
dñium alterius.nō tamē eſt veꝝ ad ꝑſcribēdum dñium
recognoſcendo aliū in dñm vel ꝑſcribit infra dñiuꝫ. vt
ſ.dixi ꝛ circa.q.glo.vide quod nō.gl.in.l.iij.§.ex ꝯrio.ꝭ.
de acq.poſſ.ꝛ quod nō.C.vti.poſ.l.i.in vlti.gl. In.e.
gl.ibi.ſed qui ſunt illi q̄ poſſident nāliter tm̄. ꝛ circa iſtā
gl.vide qd̄ nō.in.l.iij.§.ex ꝯrio.ꝭ.de acqui.poſ.licꝫ.C.ꝺ
ꝑſcrip.xxx.an.l.male.agitur.C.vbi i rem actō in.ij.v̄.l.i.
vti poſſi. In.e.glo.ibi cum alia nō habeant.nō.hanc
glo.ꝛ vide quod nō.in dicto.§.ex ꝯrio.ꝛ in.l.i. vti poſſi
detis. In glo.que incipit.nec balnei ꝛc̄. ibi ſeruitutꝫ
vſus.Iſtud gl dcm̄ nō videtur vſqꝫ quaqꝫ veꝝ. qꝛ iura i
corporalia iudicant̄ diuidua vel idiuidua ẜm nām eius
qd̄ deducitur in ipis vſibus.vt.l.eadeꝫ.§.cato.ꝭ.de ver.
ſig.ſi ergo vſus prout refert̄ ad rem̄ eſt diuiduus. ergo
eodem modo dꝫ eſſe idiuiduus reſpectu iur̄ ſeu ꝓut re
fertur ad ius.quare ſolue ꝯrium aliter qn̄qꝫ vſus refer
tur ad ꝑſonam.ꝛ tūc nō poteſt pro parte diuidi.vt in.l.
ꝯria qn̄qꝫ vſus refertur ad rem.ꝛ tūc valde bene pōt di
uidi vſus qꝛ pōt eē vſus ꝑtis rei.ꝛ ita loquit̄ hic. Ue
nio ad v̄.Sed verius eſſe ait.ꝛ glo.ſup v̄bo habebūtur
dicit ꝙ ad rei reſtōem quilibet ꝯmodatarius tenetur in
ſolidum.ſed ſi reſtō nō fiat fit ꝯdemnatio ꝯ quēlibet ad
itereſſe pro ꝑte ꝑ.l.ſi duo.§.i.ꝭ.depoſiti. ꝛ ſic tenet iſta
glo.ꝙ ad rei reſtōnem quilibet cōmodatarius teneatur
iſolidum idē dicit azo.i ſūma C.e.vnde iſta glo.fuit aſſū
pta.ſed hoc eſt falſuꝫ.ꝛ ꝯ caſum iſtius.§.in p̄n. Naꝫ
nō eſt veruꝫ ꝙ quilibet ꝯmodatarius teneatur iſolidu
ad rei reſtōem.ſed quilibet tenetur ꝑ parte vt h̄.§. niſi
expreſſe eēt actum ꝙ quilibet tenētur iſolidum.vt nō.
hac glo.in fine qui finis ꝯriatur p̄ncipio iſtius glo.ꝓba

tur etiaꝫ hoc.ꝭ.depoſiti.l.i.§.ſi apud duos ꝛ ibi nō.ꝭ.lo
ca.cū appebit.C.loc.l.ſi diuiſa.ꝭ.de duo. re.l.eādē i p̄n.
ꝓbatur ēt ꝑ rōem.nam nos videmus ꝙ obligatio p̄mi
tiua ad rei reſtōem diuiditur inter hr̄des ꝯmodatarij
pro hr̄ditaria portione.vt.ſ.e.l.iij.§. heres.ergo eadeꝫ
rōne dꝫ diuidi pro rata inter plures ꝯmodatarios.non
ob.l.ſi duo allegat̄.in glo.qꝛ iſte v̄.Sed verius nō loqt̄
de p̄mitiua obligatione que ꝯhitur ad rem reſtituēdaꝫ
qꝛ illa competit pro ꝑte vt.ſ.dixi.Sed loquitur ꝺ obli
gatione ſ̄aria que ꝯhitur rōne doli vel culpe ꝯmiſſe cir
ca rem ꝯmodataꝫ.quo caſu quilibet ꝯmodatarius tene
tur inſolidum vt hic.ꝛ dicta.l.ſi duo.in p̄ma parte legiſ

Sed aduerte.qꝛ lꝫ quilibet cōmodatarius teneatur
pro parte oblig.p̄mitiua que ꝯhitur ad rem reſtituēdaꝫ
vt.ſ.vidiſtis tm̄ preſtatio ꝑtis nō inducit liberatōnem.ꝛ
ſic talis obligatio ad rei reſtōeꝫ eſt diuidua quo ad obli
gatōnem.ſed quo ad ſol̄onem ē indiuidua vt dicta.l.ſi
duo.Sed ſi ꝑueniatur ad itereſſe ē etiam diuidua quo
ad ſolutōem.vt probatur in dicta.l.ſi duo. In glo ſup
v̄bo habebunt̄ ꝛc̄.ibi cōi periculo. Nō. ex hac gl.ꝙ
tantuꝫ eſt dicere cōi periculo ꝙ̄tum eſt dr̄e. ꝙ quilibet
teneatur pro parte quod nō. In.e.gl.ibi expreſſe ꝛc̄.
intelligit.ergo iſta glo. ꝙ hodie ſit neceſſe ꝙ expreſſe
agatur ꝙ quilibet teneatur inſolidum qd̄ olī non erat.
Sed certe hoc eſt falſum.qꝛ ꝑ auctꝫ.de duobus reis ni
hil eſt imutatuꝫ in modo ꝯſtituendi duos reos. ymo ꝯ
ſtituūtur eodem modo hodie quo olim. Sed ſoluꝫ eſt i
mutatuꝫ in modo ꝯueniendi ita nō.glo.ꝭ.de duobuſ re
is.l.reos.§.cum tabul̄.in auctꝫ.de duobus reis.in prin.
tangit̄ in aūt.habita.C.ꝺ duobus reis.ꝛ inſti.ꝺ fideiꝯ.
§.fideiuſſores.Sicut ergo olim plures ꝯmodatarij ha
bebant̄ duo rei ita.ꝛ hodie.qꝛ nihil eſt imutatuꝫ. In
.e.glo.ibi alias quilibet tenebitur pro parte aduerte ad
iſta v̄ba glo.que videntur uele ꝯrium eius quod glo.te
nuit in p̄n. Nam lex dicit ꝙ ſi ſunt plures ꝯmodatarij
ad rem reſtituēdam nō tenētur iſolidum niſi expreſſe
ſit actum ꝙ quilibet iſolidum teneatur.ꝛ in hac ꝑte iſta
glo.bene dicit.licet contrarium dixerit in p̄n.Sed iquā
tuꝫ iſta glo.i fi.dicit ꝙ hic fuit actum vt quilibet teneat̄
iſolidū nō bn̄ dicit.qꝛ vt.ſ.dixi.v̄.Sꝫ veri9 ſup quo ē po
ſita iſta glo.nō loquit̄ de obligatōne p̄mitiua q̄ ꝯhitur
ad rei reſtitutionem.Sed loquitur de obl̄one ſ̄aria q̄
contrahitur ratione doli vel culpe.quo caſu quilibet cō
modatarius tenetur inſolidum.etiam ſi nil ſit dictum.

In glo.i in.l.vnde queritur ibi quidaꝫ hn̄t in littera
ꝛc̄.ꝛ ẜm hanc litteram iſte tex.vult dr̄e ꝙ ſi pluribus ꝯ
modatarijs ſubtracta eſt res ꝛ vnus egit actꝫ.furti. cō
tra furem ꝛ dominus conueniat alium cōmodatarium
qui actꝫ.furtꝫ.non egit.poteſt ille conuentus dr̄e cōueni
as cōſocium meum qui egit ac.fur. ꝛ conuenias ipſum
periculo meo.quo caſu iſte conuentus interim abſolue
tur iſte.dicit iſte tex.ꝛ pro hac lec.facit.l.ſi dubitetur all̄.
in glo. Sꝫ azo iſtaꝫ lec.videtur reprobare.dicens ꝙ di
cta.l.ſi dubitetur habet locum in pluribus fideiuſſorib9
non autem in pluribus reis debendi ꝛ per ꝯn̄s non ha
bet locum in pluribuſ cōmodatarijs qui cenſentur duo
rei vt dicto.§.verius tm̄.iſta lec.non eſt nō.prout eſt hic
in littera conueniri.quia non videtur inconueniens.ſed
ſi ſunt plures rei debendi.ꝛ vnus cōueniatur ad quem
rem nō ꝑuenit ꝙ ille poſſit dicere ꝯuenias cōreuꝫ meū
ad quē tota pecūia ꝑuenit.ꝛ ꝯuenias illum ꝑiculo meo
ut hoc tex.ẜm hāc lec.qd̄ tene menti. In glo.magna
ibi vel ẜm.Io.iſtam ſolutionem tenetur pe.de bel ꝛ ē
ratio quia quando agitur in eo qd̄ plus eſt in actꝫ.l. ac

quilſ.pp negationẽ eo mõ vidtur agi ex nouo capitulo
vȝ ex eo qḋ negauit de quo in primo iudicio cum fuit ac
tum cõmo.nulla fuit facta mẽtio merito poteſt agi ad
illud plus act.l.acquilſ.C.de iudic.l.licet ⁊ ita loquitur.
iſte.§.ſȝ quãdo agiť ad illud plus qḋ venit ex repetiꝫ.
xxx.dierum agitur ex eodem facto nullo ſuper addito
merito non videtur ad illud plus agi ꝰo iudicio facit ꝓ
hoc.l.ſi cum tibi.C.ḋ indic.⁊ ita loquitur lex .qui ſeruũ
in fi.prout eſt in littera negatiua.Sȝ prout eſt ibi. litte
ra affirmatiua concor.cum hoc tex. In.e.glo .nõ ad
ꝓx.j.non ad.v̂.naȝ ⁊ ſi aduerſus. In.e. glo .ibi ſȝ ad
ſuperius.ſ.ad.v̂.ſȝ ⁊ ſi legis. In.e.glo.ibi nõ ẽ ceden
da ⁊c̃.hoc eſt falſum qꝛ ceditur etiam actio cõmodati.
ut hac.l.in prin.prout ẽ in lr̃a ꝯueniri. In.e.gl. ibi di
uidẽtur actio ⁊c̃. Nõ.iſtam glo.que videť ꝯcludẽ ꝙ ita
demũ vni ex duobus reis debendi debeat actio cedi ſi
ſunt duo rei qui hẽant bñficium diuiſionis.nã iſta glo.
vr̃ ꝯcludere ꝙ ibi hȝ locum beneficiuȝ ceſſionis vbi hȝ
locum bñficium diuiſionis.⁊ ſic ex hac glo ꝯcludiť ꝙ ſi
p reos debẽdi bñficio diuiſionis eſt renũciatum nõ hȝ
locum bñficium ceſſionis.ſed iſtam opy.nr̃i doc. repꝓhẽ
dunt dicẽtes ꝙ ſi plures rei debendi renũciant bñficio
diuiſioniſ.nõ tamẽ p hoc ſibi ꝑiudicant in bñficio ceſſio
nis.ita nõ.cy.in.l.i.in.ij.q.C.de duobus reis. Nõ.
tex.cum in.l.nemo.dum dicit accomodãdo ꝙ idem eſt
comodare.⁊ accomodare ita videbitis.j.e.l.ſi ꝰuus.

**Eum qui.** Si qs vtitur re cõmodata ad eum vſuȝ ad quem cõmo
data eſt ad nihilum tenetur.h.d.nõ.lex.

**Si rem.** Contractꝰ noiatus dȝ diiudicari ſm
nãm ꝯ̃ctus noiati cui dictus ꝯ̃ctus aſ
ſimilať.h.d. In glo.ij.in fi.vide hic quod nõ. glo.⁊
cy.C.de pig.actꝫ.l.ſi creditor etiam qḋ nõ.glo. ſ̃.ḋ edẽ.
.l.ſi quis ex agẽtariꝫs.§.vltimo eũ.l.ſe.Et viḋ qḋ nõ.in
ſtitꝫ.qbus mõis re ꝯ̃.ob.§.vltimo. Bal.

**Sed ⁊ ſi dum.** Si res ꝑijt culpa nũciꝫ
referẽtis ſeu reportantꝫ
rem ꝑit ꝑiculo dñi nũciuȝ mittentis alias ſi dñs nũciũ
nõ miſerit.ſȝ ꝯmodatarius ꝑit ꝑiculo ꝯmodatariꝫ ſi ma
luȝ nũcium elegit vel ſi res ꝑierit dolo nũciꝫ.h.d. Vſqȝ
ad.l.ſi is. Nõ.iſtos tex.vſqȝ ad.l.ſi is.qꝛ ſtꝫ nõ.⁊ mẽ
ti tenenda.⁊ habes glo.hic i glo.nõ tamen ydoneũ que
eſt melior glo.⁊ melius loquitur ꝙ̃ alia gl. Sed vt ipaȝ
glo.clare habes diſtingue.aut fuit actuȝ iter me cõmo
dãtem.⁊ te.vt tu ipe reportareſ mihi.⁊ tũc eo ipo ꝙ re
mittas p aliuȝ es i culpa ⁊ p ꝯſequens ſi res ꝑit ꝑeriꝫt
ꝑiculo tuo ar.j.man.l.ſi procurator.§.ſi tutores.aut nõ
fuit actuȝ.⁊ tũc aut tu remittens fuiſti in culpa circa nũ
ciꝫ electionem.⁊ ꝑijt periculo tuo.vt iſto.§.⁊.l.ſe.aut nõ
fuiſti in culpa circa nũciꝫ electionem.⁊ tũc nõ teneris ḋ
periculo vt hic.⁊.j.e.l.argẽtum quãdoqȝ dubitatur vtrũ
fuerit actum vt tu mihi reportares.⁊ tunc ex qualitate
rei ꝑ̃ſumitur hoc actum vel nõ actuȝ.⁊ etiam ex digni
tate pſone vt hac.l.in ꝑ̃n.ac etiam ex eo qḋ ꝯſuetuȝ eſt
fieri p eum qui recipit rem ar.l.plenũ.§.eqꝫ.ſ̃. de vſu
⁊ habitꝫ.⁊.j.de v̂bo.ob.l.ꝯtinuus.§.cum ita. In glo.
.i.l.i.mei ibi.ſed mentitus eſt. Sed ꝓ declaratione dic
qñqȝ ille qui miſſus eſt a dño hȝ volũtatem dñi. vt res
ſibi redatur.⁊ tũc ꝯmodatariuſ ei tradẽs excuſať vt hic
qñqȝ miſſus a dño hũit tñ mãdatũ a dño vt dicẽt ꝯmo
datario ꝙ ea ſibi remitteret.nõ aũt ꝙ ei traderet.⁊ tũc
remittens remittit ꝑiculo ſuo.vt hoc tex.v̂.ſi cõmouen
di.⁊ ille qui ſibi reddidit imputet ſibi cur fuit credulus
vt hic glo. Circa quaȝ glo.vide quod nõ. Inno. in.c.

prudẽtiam ex̃ de offi.delſ.niſi forte dñs ꝯſueuiť mittere
talem nũcium.⁊ nõ ꝯſueuit dr̃e mẽdatia ar .ꝓ hoc.j.ꝙ
cũ eo.l.fi.j.de ſoluꝫ.l.fugitiuus.⁊.l.q ꝰuo eo.ti.

**Si quẽ queſitum.** Ad eũ ad quẽ
ꝑiculum rei nõ
ꝑtinet nõ debet ſpectare ꝯmodum.h.d . In gl.ſua ibi
rñdeo illud veꝝ nõ.ex hac.l.nõ.ſoſonem ꝙ regula q̃ di
cit ꝙ vbi ẽ ꝑiculũ ibi dȝ eẽ lucꝝ hȝ locũ ꝙ ad aliquẽ ſpe
ctat ꝑiculũ rei ex nã ꝯ̃ctꝰ.ſȝ qñ ad aliquẽ ſpectat ꝑiculũ
rei pp ſuũ delictum ⁊ ſuam culpaȝ ⁊ tunc dicta regula
non procedit ꝙ vbi eſt periculum ibi debet eſſe lucrum
vel poſſumus ſoluere contrariuȝ factũ aliter ſm rizar.
mal.ꝙ ille qui accepit iumenta experiẽda locando ea
furtum non cõmiſſit nam ille qui accepit rem experien
dam poteſt eam locare quia locando dicitur eam rem
experiri vnde videtur vti ea re ad eum vſum.ad quem
eſt deſtinata ergo ⁊c̃.vt.ſ̃.eo.l.eum qui.⁊ ſic nõ.ꝙ acci
piens rem experiendam poteſt eam locare qḋ nõ.

**Si libero.** Si quis contrahit cum libero ho
mine quem putat ſeruũ ſuũ actio
oritur ex contractu.nec impeditur pp errorem oriri qꝛ
alias plerũqȝ ex̃. Jo quod agitur naſcitur obligatio ta
cite.h.d. Iſtum.§.declara optime vt in glo.⁊ tene ꝰaȝ
ſolutionem. Baldus.

**Si ſeruus meus.** Ex eodẽ facto
diuerſis reſpec
tibus poſſunt oriri due cõtrarie actiões .h.d.
Iſta lex. Nõ.ex hoc tex.⁊ natiuitas plurium actio
num contrariaruȝ non impeditur caſus eſt hic dũ dicit
naſcitur.ſȝ exercitium plurium actionum contrariarum
bene impeditur.⁊ ita loqtur.l.i.C.de furtꝫ.ratio ẽ.quaȝ
glo.ponit ꝫ.circa qḋ viḋ qḋ nõ.glo.⁊ doc .in dicta. l. i.
C.de furtꝫ. In glo.ſua ibi.ꝙ ſeruus facit ſȝ agendo
furti reprobaret factum ſerui ⁊ merito tanꝙ̃ contrari
um repellit vt dicta.l.i.C.de furtꝫ. Vltimo nõ.v̂buȝ
accõmodate de quo ꝰidiſtis.ſ̃.e.l.nemo.

**Comodare.** Ille qui conuenitur ex ꝯ
tractu cõmodati ñ poteſt
referre queſtionem dominiꝫ h d.l.ſe. Nõ.
ex hiꝫs.l.ꝙ quando quis conuenitur ex contractu non
poteſt referre queſtionem dominiꝫ econtra agenteȝ ex
contractu.aut ſi talis conueniatur rei ven .non actꝫ. ex
contractu ſȝ rei vendic.glo.ponit hic opy .⁊ tenet opi.
Jo.⁊ Azo. ꝙ q̃ſtio dominiꝫ poſſit referri.falit i predõe
qḋ dic vt in glo.vt hic ⁊ hanc opinionem firmat gl. C.
de pig.act.l.nec creditores.j.de preſcriptꝫ.xxx.an.l.ſi qs
emptionis.§.ſed hoc ſup illis.

**In comodato.** Pactum vt quis
de dolo futuro non
teneatur nõ valet. Item due ꝯtrarie actio
nes pñt ꝑ̃ncipal ter intẽtari ſicut directe.h.d.⁊c̃. In
tex.ibi contrarie ⁊c̃.qñ autem dicantur actiões contra
rie ⁊ quando oriantur dic vt habes per glo.in.l.conſen
ſu.j.de actꝫ.⁊ ob.q̃ ẽ melior gl.ꝙ̃ ſit in cor.iur̃.bal.

**Si ex facto.** Actio cõmodati quo oriť ra
tione doli vel culpe datur cõ
tra quemlibet heredem inſolidum alias tenetur ꝓ he
reditaria portione.h.d. Bal.

**Sicut aũt.** Si cõmodãs non patitur cõmo
datariũ vti re ad eum vſum ad
quem data eſt tenetur actione ꝯ̃ria cõmodati h. d.⁊c̃.
Nõ ex hoc.§.ꝙ ſicut ab inicio eſt voluntatꝫ. cõtrahere
ita ex poſt fcõ ẽ neceſſitatꝫ contractu iſtare vt hic.⁊.C.ḋ
actꝫ.⁊ obligatꝫ.l.ſicut. Secundo nõ.tex.ſi pugilares.

ꝙ valet inſtrumentum ſi ſcribatur in tabulis de ligno. per hoc.ꝫ.de bo.poſ.ſm tab.l.i.in pñ. In glo.magna in fi.⁊c.ſed precarium datur ad vſum incertum non limitatū.vt.ꝫ.de donac.l.luciuſ.⁊ nō.ꝫ.de precar.l.i.i pñ. per doc.C.e.l.ij. Sed hic quero vnū. cōmodaui tibi rem ad certum vſum ⁊ elapſum eſt tantum tempus ꝙ potuiſti illum vſuꝫ perficere tamē illud tēpus ē elapſuꝫ ſine culpa tua qꝛ fuiſti infirmus nunci.quero an potero talem rem ꝯmodatam repetere dicit.Gui. de cu.ꝙ ſicne caſus contingens in perſonam ꝯmodatarij noceat ꝯmodanti qui certat d̄ damno vitādo.⁊ ꝓſit ꝯmodatario qui certat de lucro.vt.ſ.de conſti.pecu.l.itē illa i pñ. facit.ꝫ.locati.l.ſi vno.§.item cū quidam. In glo.que incipit.ſ.negocia ⁊c.ibi i fi. ⁊c. Sed pmaꝫ opionem approbat glo.in dicta.l.tutoꝛi videbitiſ de hoc in.l.ſi pupilli.§.fi.ſ.de neg.geſt.

**Duabus rebus.** Si plures res ſepate cōmodentur pōt ꝯmodatō repetē ſepate.ſed nō poteſt ꝯmodatoꝛ petere vnā ptem ꝯmodati coꝛpoꝛis.h.d. Querit hic guil.de cu. vos ſcitis ꝙ ſi tu teneris mihi dare centuꝫ poſſuꝫ petē.x.ex illis centum probat̄ in.l.cum qdam puella in fi.de iuꝛ.o.iudi.inſti.de actj.§.ſi minus.C.de iudic.l.i. ſm haꝫ lec.dū tamē nō petaꝫ illa.x.tanꝙ debita. ſed petam ex ſūma centum debitoꝝ.vt.l.ſcire debemus.⁊ ibi nō.ꝫ. d̄ vbo.ob. Modo quero an cum petā.x.ex ſūma cētuꝫ tu debitoꝛ poſſis dicere.ego volo ꝙ petas tota centuꝫ ſimul ne vnuꝫ iudiciuꝫ in plura diuidā tenet Gui. d̄ cu. ꝙ ſic ar.l. Nō tamē.ſ.de procur.fam.her.l.plane.ſ.ex qbus rebus ad eūdem iudi.ea.l.i.⁊.ij.facit.ꝫ.de exer.l. ne i plures. Sed hoc intellige veꝝ ſi iuꝛ̄dictio iudic. coꝛam quo agitur patiatur ꝙ poſſit tota quantitas petit.al̄ ſecus vt.d.l.cū qdaꝫ i fi.qd̄ nō. Bal.

**Rem ꝯmodatā.** Cōmodatario cōpetit actio ꝯmodati ꝯꝛia vt ꝯmodatoꝛ rem ꝯmodataꝫ i ſui ptāte reuerſam reſtituatur ei vel extimationeꝫ quam recipit. In glo.fi.in fi. iſta vera licꝫ ꝯꝛium nō.p glo.in.l.ſi culpa. ſ. de rei ven. Nō.tñ precedētia verba gl.q̄ dicit ꝙ hic fuit extimata culpa.nō res pp id quod dixi in.l.ij.ſ.d̄ ꝯdi.ſine cā.⁊ pp illud quod nō.dy.in.c.pꝛo poſſeſſoꝛe ex̄ de reg.iuꝛ.li.vi. quod nō. Baldus.

**In rebus.** Sed cōmodatuꝫ gr̄a cōmodatarij factuꝫ fuerit d̄ dolo lata culpa leui ⁊ leuiſſima tenet̄ de caſu autē nō tenetur niſi culpa caſum precedat.Sed ſi ꝯmodatū factuꝫ fuerit gr̄a vtriuſqꝫ tenetur ꝯmodatarius ſoluꝫ d̄ lata culpa.⁊ leui.h.d.vſqꝫ ad.§.ſine. Nō. ex hoc tex. ꝙ leuiſſima culpa dicitur eſſe qñ quis nō facit illud qd̄ facit diligētiſſimus paterfamilias de quo videbitis.ꝫ.d̄ poſiti.l.ꝙ nerua. Bal.

**Siue autem pignus.** Pro culpa cōmiſſa i faciendo competit cōtra ꝯmodatariuꝫ actio ꝯmodati.l.acquilie.h.d. Baldus.

**Poſſunt iuſte.** Expenſe facte pro valitate ſm cōmodati vl̄ pro requirēdo ipm poſſunt a ꝯmodatario repeti ſi ſūt magne.ſecus ſi ſūt parue.h.d. Nō.ex hoc ꝙ d̄ modicis expenſis nō eſt curādum.⁊ ſic nō curatur de modicis.de quo p dy.i.l.ſi ꝓprietarius.ꝫ.de dā.infe.

**Itē q ſciens.** Cōmodatarius tenetur de inicio rei ſi fuit.ſciens. h. d. In glo.que incipit.ſecus.⁊ eſt ibi.§.qūo vero mādati.vide hic quod nō.ꝫ.ti.prox.l.ſi ſeruus. In.e. glo. ibi.ſed in ſeruo locato.⁊ rationem diuerſitatiſ inter ſeruuꝫ locatū.⁊ al̄s res locatas collige ex his q̄ nō.i.l.iulianus.§.i.de actj.emptj.

**Quod aūt** Incōpenſatōe poteſt deduci illō quod poteſt peti ꝯꝛio iudicio cōmo.h.d. In tex.ibi amplius.ſ.quam valeat res ꝯmodata. Nō.tex.nō.ꝫ.§.ſed fieri poteſt. Nam hic eſt caſus qōnis ꝙ ſi tu petis a me.x.⁊ ego oppono tibi cōpenſationem de.xx. que mihi debes quo caſu ſine dubio iudex abſoluit me a dictis.x.tamen iudex in eodem iudicio non poterit te mihi condemnari ad alia.x. in eodem iudicio.ex eadeꝫ inſtantia.Sed opoꝛtet ꝙ agatur ad alia.x.in nouo iudicio vt hoc tex.conitincta.l.fi. ⁊ iſtud tenet glo.oꝛdinaꝛia ꝙ non facit condemnatio ex eodem iudicio niſi ſit actū per viam recōuentionis.ita nō.glo.in.l.pamp.in.ij.gl.pꝛo qua glo. vr̄ caſus hic ſecūduꝫ.Guil.de cu. Baldus.

**Ad eos.** De damno dato.a tertia pſona i re cōmodata vel locata cōmodatarius ⁊ conductoꝛ nō tenetur. h. d. Circa iſtam vide ꝙ habuiſti.ſ.nō.e.l. Unde queritur.§.ſed ſi legis. Baldus.

**Argentum.** Si res cōmodata perdatur pp culpam nuncij cōmodatarius remittenſ nō tenet̄.ſi non fuerit i culpa i elligendo.nuncium non ydoneum.h.d.bonus tex. Circa hanc.l.vide qd̄ habuiſtis.ſ.e.l.eum qui.l.ſe.⁊ ibi dixi. Baldus.

**Rem mihi.** Si res cōmodata p cōmodantem ſurripiatur.⁊ ꝯmodatarius ſit actiōe directa cōmodati condemnatꝫ.pōt poſtea agere contra cōmodantem actione contraria cōmodati.h.d. In glo.ij.de condic.ſine cauſa. l.ij.iſtud qd̄ glo.dicit ꝙ habet locum cōdicio ſine cauſa non dicit verum.non ob.l.ij.ſ.de condi.ſine cauſa quia ibi ille qui agit condic.ſine cauſa impugnat ſententiaꝫ. nam ibi cauſa ex poſt facto deuenit ad non cāꝫ merito datur ibi condicio ſine cauſa.Sed in caſu noſtro cōmodatarius agendo condic.ſine cauſa impugnaret ſententiam quia neceſſe haberet dr̄e iſtam cām fuiſſe iniuſtā tpꝛe ſententie merito in caſu noſtro non competit cōdictio ſine cauſa.Sed competit actio cōmodati contraria per quam cōmodatarius ſententiam non impugnat.ſꝫ ſuum intereſſe petit ⁊ ita loquitur hic quod nō.

**In exercitu.** Dolus cōmiſſus per ſeruum non nocet cōmodanti licet cōmodatariꝰ teneat̄ ꝓ illo ſeruo noxaliter.h.d. Nō. tex.hic dum dicit comuni periculo.nam iſta verba ipoꝛtant ꝙ quilibet tenetur pꝛo parte.vt ibi dum dicit ꝙ cuius partis ⁊c.⁊ ita habuiſtis nō.per gl.ſ.e.l.ſi vt certe §.fi.ſuper verbo habebuntur.

**Si ſeruus meus.** Sicut cōmodatarius poteſt agere actione cōmodati contraria pꝛo expenſis factis in curatione ſui ita poteſt agere actione contraꝛia cōmodati contraria vel furti pꝛo furto a ſeꝛuo cōmodato cōmiſſo.que act̄.cōmodati contraria locum habet quāto quis ſcienter ſeruum vicioſum.commodauerit.h.d. Hec pꝛeſens lex.

**Si comodauero.** Si quis vtit̄re ad eum vſuꝫ ad quem ē cōmodata.⁊ ſine cl̄pa cōmodatarij peat cōmodatarius non tenetur.h.d. Bal.

## De Pignoratitia actione. Rubrica

Circa rubricaꝫ quero q̄ ſit differentia inter actionē pignoratitiaꝫ. ⁊ ypothecariam de hoc dic vt nō. melius ꝙ̄ alibi per glo. ſ. in conſtiṫ. ffoꝛum. §. tertij iſup qd̕ nō.

**P**Ignus ꝯtrahit. Pignuſ nudo ꝯſenſu ꝯbitur. ⁊ ideo lꝫ alia res. tradatur nihilominuſ obligatio durat in re in qua ꝯſenſum ē. Item error in materia ꝯſtitutionem pignoruꝫ nō impedit. h. d. iſta. l. In glo. ij. cum cōſenſu. ⁊ eſt tex. hic ibi nō. aucṫ. in eo quia i hoc ⁊c̄. Et qꝛ iſte tex. dicit qd̕ nuda ꝯuentione pignus ꝯbitur vide quod habes. ſ. de pac. l. ſi tibi. § de pignore. In glo. magna ibi. ȷ̈. e. l. non eſt vides. ergo vnam dr̄iam inter pignus ⁊ p̄torium. ⁊ ꝯuētionale. qꝛ pignus p̄torium nūquā ꝯbitur ſine miſſione in poſſeſſionem ſeu tradiṫ. poſſ. Sed aduerte. qꝛ hoc fallit in caſu ibi pignus p̄torium nō ꝯſtituitur lꝫ miſſio in poſſeſſioneꝫ nō intercedat. ȷ̈. de bo. auc. iu. poſ. l. cuꝫ vnuſ §. fi. cū. l. ſe. Sūt ⁊ alie dr̄ie iter pignꝰ p̄toriū ⁊ ꝯuētōale qꝛ pgnꝰ p̄toriū. ita ꝯſtituit̃ i bōis minor̃. ſic i bōis maior̃ vt. ȷ̈. quibus ex ca. in poſ. ea. l. Itē apud iuli. §. i. l. ſi minor de bo. auc. iu. poſ. ſecus in pignore ꝯuentionali. qꝛ bona minor̃. nō pñt ſine decreto obligari vt. l. lex que tu. C. d̕ admi tu. Iteꝫ in pig. ꝯuenṫ. qui prior eſt in tēpore potiō eſt in iure. ſecus in p̄torio vt dicta. l. q vnus. ȷ̈. qui po. in pig. ha. l. ſi tñ iur̃. ⁊ in hoc ꝯueniunt pignus p̄toriuꝫ ⁊ ꝯuentōnale. qꝛ in vtroqꝫ quilibet hꝫ ypothecaꝫ. vt. l. i. ⁊. ij. C. de p̄torio pig. Item differunt i alio qꝛ pignus ꝯuētionale nō poteſt recuperari niſi debito ſoluto vl̃ aliter creditori ſatiſfacto. vt. ȷ̈. l. ſi rem. §. omnis. Sed pignus p̄torium qñqꝫ recupatur ſtatim cuꝫ ille ꝯ queꝫ eſt facta miſſio nō ꝯparet vt in aūt. ei q iurat. C. de bo. auc. i poſ. ꝙ quādo ſic dic vt habes in tex. nō. in. l. ſi pecunie. §. vl. ȷ̈. vt in poſ. le. Sed hic quero denuo an ſicut debitor hꝫ actionem de pig. pro pignore ꝯuentionali debito ſoluto ita debitor habeat ac. pig. pignore. p̄toria debito ſoluto creditori tex. videtur uele ꝙ habeat vtileꝫ actiōem pig. ȷ̈. vt in poſ. le. l. is cui. §. q̄ri. pōt. Circa quod nō. Ja. de are. ī. l. vtiqꝫ. ȷ̈. de dam. infec. ⁊ tene menti iſtam glo. qꝛ eſt glo. magna. ⁊ adde q̄ dixi in glo. ſe. ibi prout vult deceptus. nō. in fi. iſtius glo. ꝙ totuꝫ ſtat i uolūtate decepti vtruꝫ iſte ꝯtus ualeat uel non. Vltimo nota. in fine iſtius. l. ꝙ dictio preter ponitur incluſiue quod dic vt nō. hic in glo. vltima. ⁊ tene menti exēplam glo. ꝑ cuius declaratione dic qñqꝫ dictio p̄ter adiungitur alicui ꝙ eſt de genere p̄miſſoꝝ. ⁊ tūc ponitur incluſiue caſus ē. ȷ̈. de pen. le. l. nā ꝙ liquide i fine qñqꝫ dictio p̄ter uel alia dictō exceptiua adiūgitur ei quod nō eſt de genere p̄miſſoꝝ. ⁊ tunc ponitur incluſiue. ⁊ ita loquitur hic. ⁊. ȷ̈. de annu. le. l. ſeyo. §. vxori d̕ qua materia ꝑ cy. in. l. actōne. C. d̕ tranſac. vbi tex. ponit iſta duo mēbra i dictione niſi. ⁊ videt̃ qd̕ nō. dy. in. c. peccatuꝫ ex̄ de regu. iur̃. li. vi.

Nō. etiā in hac glo. vltima ꝙ dictio preter ſcire importat ideꝫ ꝙ dictio preter.

**S**I rem. Secūdus creditor nō poteſt i locum p̄oris creditoris ſuccedere ex ꝯuentione facta cum debitore poſt pignus vēditum. hoc dicit. Iſta lex. iſtā. l. declara. ut i glo.

**S**I quaſi. Quis nō videtur haber̃ fidē d̕ debito qñ illud putat ſtatiꝫ habere vel recipere. h. d. Nō. hanc. l. quia optime facit ad materiaꝫ quādo dicatur venditor habē fidem d̕ pretio. Si venditor credit ſibi ſtatim ſolui pretium nō vr̃ habere fidem d̕ p̄tio. ⁊ ſic trādēto rem emptori nō ſoluta ſibi pecunia cum illam ſtatim credidit ſibi ſolui. nō trāſfertur dñium in p̄torem d̕ qua materia nō. ꝑ iſtam glo. inſti. de reꝝ diui. ꝯ. vendite. ȷ̈. de ꝯhen. ēp. l. ꝙ vendidi ad idem. ȷ̈. de tributoria. l. procūr. in fi. dicam de hoc i. l. i. in fi. vbi ē textus. cuꝫ glo. ȷ̈. de excep. rei vē. ⁊ ibi de h dicam.

**S**I conuenit. Creditor poteſt pignꝰ vendere ſiue ſit actum de vendendo ſiue nihil ſit dictum. Sed ſi agatur ꝙ non vendatur nihilominus vēdi poterit trina tamen denunciatōne premiſſa. h. d. bonus tex. In tex. l. idemqꝫ ibi factum ſit. quia pactum fuit factū ꝙ pignꝰ vendetur certa quantitate ſub certa condictione vel in certo loco ⁊ non aliter. Naꝫ hoc non obſtante facta trina denunciatione per creditoreꝫ. poterit creditor illud vendere pacto non obſtante ſicut poteſt. quando pactū eſt factum de omnino non vendendo vt. ſ. l. prox. in fi. nō. Nō. diſtinctionem iſtarum. l. ⁊ ſic iſta. l. eſt notabilis ita ⁊ glo. vlti. iſtius. l. ſi conuenit ē notabilis. ⁊ mēti tenenda a principio. Vſqꝫ ad finē eſt etiam nō. glo. l. ſe. In glo. ij. l. ſi. conuenit ibi hodie contra ⁊c̄. Sed in caſu iſto quero nunquid ſufficiat ſolum vna denunciatio dic ꝙ ſic vt nō. per glo. C. de diſtrac. pig. l. creditor.

**Q**Uanuis. Creditor non cogitur vendere pignus ſed cogitur oſtēdere vt vendi poſſit dum modo ſibi ydonee teneatur. h. d. vſqꝫ ad. §. ſi creditor. Nota ex hac. l. ꝙ pactum appoſitum in fauoreꝫ alicuius non debet in eiꝰ odium vel lexionem redundare. ⁊ hoc inducit. Guil. de cu. ad. q. ꝙ ſi tu permiſiſti mihi dare centum in chalendis Madij vel dare obſides vel pignꝰ ſufficiēs q ſi uolo te cogere ad ſoluenduꝫ preciſſe ꝙ ego poſſum argu. iſtius tex. quia iſtud quod eſt dictuꝫ de dandis obſidibꝰ vel pignore eſt dictuꝫ fauore mei creditoris ergo debꝫ in mei leſionem redundare quod dic vt hic per. Gui. d̕ cu. Secūdo nō. in. v̕. melius auteꝫ ꝙ creditor cogitur oſtendere rem mobilem ſibi pignoratam debitori volenti vendere ⁊ ei qui vult emere vt hic nō. tex. pro hoc. de pig. aucṫ. hoc ita ⁊ in corpore. vnde ſumitur facit ȷ̈. de re iud. l. a diuo. pio. §. immobiliſ. Quid aūt iur̃ ſit de re immobili dic vt nō. glo. hic ſuper verbo pignorata. que gl. procedit ſine dubio in re mobili ruſtica qd autē iur̃ ſit in predio vrbano vt eſt domus pone. ꝙ ego impignoraui tibi domum meam. ⁊ eam tradidi tibi pignori. poſtea volo eam vendere. nunquid potero ego inducere volētem emere i ip̄am domuꝫ vt ipſe poſſit eaꝫ videre dicit Guil. d̕ cu. ꝙ ſic ar. l. ſi ita. §. dñs. ſ. de vſu. ⁊ habiṫ. ⁊. ȷ̈. de cola. l. i. in prin. ⁊. §. hoc ait pretor de fuiſ fug. l. i. §. i. Baldus.

**Si creditor.** In actione pignoraticia veniunt vſure poſt moram. qꝛ eſt boneſi. h. d. cum. l. ſeq. ⁊ iſtas. l. declara. vt in glo.

**S**I neceſſarias. Expēſe facte circa rem pignorataꝫ pñt retineri acṫ. per contrariam pignoraticiaꝫ repeṫ. h. d. In glo. que incipit etiaꝫ ibi quid de cibarijs Nō. glo. nō. ⁊ menti tenendam. ꝙ expenſe cibariorum poſſunt repeti per creditorem cui eſt pignoratus equꝰ vel ſeruus quod tene menti. ⁊ gl. alibi dicit q lꝫ tenuta ſeu miſſio i poſſione d̕beat dari ſeu fieri ꝑ mēſura ⁊ biti declarati. tamen. Si accipiatur tenuta de re in. qua re.

quiratur expenſa cibariorum non fiat per creditorem de ſuo ita nō.glo.C.de bo.auc.iu.poſ.aūt ei. qui iurat.

**Si pignori.** Si creditor rem pignorataꝫ vendit ⁊ de euictōne promittit ſibi a debitore ō ydemptitate permitti.h.d. Iſtū §.declara optime vt in glo.⁊ eſt menti tenendus.

**Si unus ex.** In quacūqꝫ parte ſolutōis ceſſetur poteſt pignus vēdi totum.hoc dicit hunc tex.inducit.Gui.de cu.ad.q. ꝙ ſi vnus ex pluribus heredibus emphiteote non ſoluit pēſionem pro parte ſua licet alij coheredes ſoluant pro hereditarijs portionibus.tn̄ tota res incidit in commiſſum ⁊ reuertetur ad eccleſiam ſed ad concedentem in emphiteoſim pp cautionem integre non ſolutum ō hac q.dicam.j.comuni diui.l comuni diuidundo vbi de hoc nō.ber.glo. Baldus.

**Si annua.** Si orō vniuerſalis in vno ē falſa in totuꝫ redditur falſa.oratio vero diſtributiua verificatur in quolibet diſtributoꝝ. Item orō indeſinita equipolet vl'i.h.d. In hoc §.heres tria notabilia q̄ colliguntur ex ſūmario. Op. ad p̄n.iſtius.§.de fi.ſui.So.in p̄n. eſt appoſitum v̄bum quaqꝫ quod idem importat qd̄ v̄bum omnie vt.l.hoc articulo.j.de heredi.inſti.⁊ hoc videtur vele tex.cum glo. ibi dum dicit.qꝛ illud v̄bum ⁊c̄. Preterea hoc ē appoſitum v̄bum pecunia indeſinite qd̄ equipollet vniuerſali Sed in fi.iſtius.§.fuit appoſita dictio ſi qua.que dictio ſi qua eſt dictio diſtributiua.vt.l.ſi filiabus.§.i.j̄.de le.i. ⁊ ideo iurēcōſultus aliter exponit in p̄n.§.aliter in fine Sed ꝯ hoc op.nam dictio quiſqꝫ ē diſtributiua vt nō.in.l.q liberis.§.hec v̄ba de vulg.⁊ pu.ſi ergo ē diſtributiua.ergo eadem rō debet eſſe in fi.§.que in p̄ncipio cum vtrobiqꝫ loquatur de dictione diſtributiua. Sꝫ rn̄de ꝙ p̄ncipiuꝫ.§.loquitur de dictōe quiſqꝫ ꝙ ē ſignū vniuerſale collectiuū.vt dicta.l.hoc articulo . dicit enim tex.niſi ſua quaqꝫ ⁊c̄. Sed.l.ꝯria loquitur de dictione q̄ſquis nō eſt dictione quiſqꝫ que dictio q̄ſquis ē diſtributiua.vt dicto.§.verba.⁊ per hoc ꝯcluditur ꝙ gl. ij.hic q̄ dicit ꝙ ꝯdictio quiſqꝫ eſt ſignum vniuerſale nō bene dicit. Ulterius iſte tex.facit ad.q.an ſi debent fieri plures ꝑſtationes.⁊ fuerit ceſſatum in vna an ſtatiꝫ cōmittatur ſtipulatio penalis.⁊ in hoc tex.vr̄ poſſe diſtingui.qn̄qꝫ diſpoſitio eſt facta per noīa collectiua. puta ſi omniſ pecunia ſoluta nō fuerit vel ſi ſua quaqꝫ die pecunia ſoluta nō fuerit centum dabis nomine pene iſto caſu ſtipulatio penalis nō cōmittitur niſi omnibus terminis elapſis qn̄qꝫ diſpoſitio ſit p noīa diſtributiua . puta ſi qua vel niſi aliqua pecunia ſoluta nō fuerit centuꝫ dabis nomine pene tūc.ſtatim eniꝫ ē ceſſatuꝫ i vna ſolum ꝯmittitur penalis ſtip'lo in totuꝫ.vt hoc.§.in fi. Qn̄qꝫ dubitatur qualiter ſit ꝯcta diſpoſitio.puta ꝯhentes vtrum v̄bis ſimplicibus.puta ſi ſolutuꝫ nō fuerit tn̄ dabis nomie pene.⁊ tūc de hoc caſu dic ꝙ i iudicio videt̄ actum ꝙ ſtatim ꝙ fuerit ceſſatuꝫ in vna ſolutōe ſtip'lo penalis in totuꝫ ꝯmittatur caſus ē notabilis.j̄.de penu. le.l.i.in fi.Sed ſi ꝯtingeret ꝙ ꝯhentes apponerēt penā pticulariter cuilibet particulari ſolutioni tūc nō eſſꝫ dubium ꝙ pena ꝯmitteretur ſtatim cuꝫ eſſet ceſſatū i vna ſolutione.⁊ cōmittit̄ in vna tn̄ ut habuiſtis in. l.eius q in prouincia.ō.ſi cer.pe.probatur in.d.l.§.ꝙ ſi qs i ānos j̄.de penu.le. Ultimo qꝛ hic habes ꝙ ſi orō vniuerſalis eſt falſa i vno in totum redditur falſa vide quod habes i.l.ſi is qui ducenta.§. vtrum.j̄.ō rebus dubijs. quod facit ad.q.vbi nō.in glo.⁊ quod nō.in.c.cū ipoſitē nibus ex̄ ō iuriur̄.li.vi.

**De vendēdo.** Pactum interpoſitum de vendēdo i dubio nō cenſet̄ eſſe pſonale.h.d. Nō.hūc tex.⁊ facit ad hoc. qd̄ nō bitis i.l.iur̄gentiſ.§.pactorum.ō.ō pac. Querit h gui. de cu.vtruꝫ ius nudiſ cōdicis.tranſeat ad hr̄dem de qua queſtione vide per cy.in.l.cum quidam.C.ō ꝯdi. inſerti.

**Cūpignus.** Pignor̄ venditio fieri poteſt non ſoluꝫ p acceſſioneꝫ ſortis ſed etiā acceſſionū.h.d.

**Si rem.** Creditori decepto ſuccurritur ꝯ debitorē actione pignoraticia.h.d.h p̄ns nō.lex.

**Non tantum.** Pro omni obligatiōe poteſt pignus conſtitui. h. d.

**Proprie.** Iſte.§.ponit dr̄iam inter pignus. ⁊ ypothecaꝫ ⁊ non ſūmatur .quia breuis. In glo.ſua in fi.Sꝫ quātū ad actionē pignorum que competit debitori contra creditorem ſoluto ō bito vel aliter ei ſatiſfacto vt. j̄.,px.§.ē dr̄ia iter pign⁹ ⁊ ypothecam nam actio pignor̄ nō datur debitori contra creditorem niſi pignore tradito creditori vt iſti quibus mo.re.cōtraha.ob.§.ſolutam. Ultimo nō .hūc tex.i qn̄tum dicit proprie.nam iſte tex.facit ꝙ ſtatutum loquēs de pignore nō habeat locum i ypotheca cum illud ſit prope pignus quod traditur creditori ⁊ ſtatutū debet itelligi ſm ſignificationem,ppriam.vt.l.iij. §.hec uerba.ō.de neg.ge.

**Omnis pecunia** Actio pigno.directa tunc oritur dbitori contra creditorem ſolutum vel aliter ſatiſfactum. h.d. In glo.magna ibi ſi nūmos habuiſtis.nō .in. l. nam ⁊ ſi fur.ō.ſi cer.pe. In glo.ibi ſoluto.ma.iſta gl. inquantum dicit.ꝙ actio ex ſtipulatu pro dote non hēt locum.niſi ſoluto.ma.l.ex placito.C.de rerum diui .⁊ ē caſus.j̄.de dote.ple.l.ij.§.celſus ibi duꝫ dicit contrariū no .⁊ male in.l.iur̄gentiſ.qnymo.v̄.puta poſt .diuortium de pactis. In.e.glo.ibi.§.eodem iure vbi de hoc per gl.⁊ doc.⁊ gui.hic ⁊ per glo.⁊ doc .j̄. de vſuc .l.pignor̄. cum ſimilibus. Baldus

**Is quoqꝫ.** Re aliena pignori data .pōt agi actione pignoraticia.h.d.

**Qui autem.** Quando ius per actorē intentatuꝫ ſibi peruenit pendente iuditio ex cauſa ō p̄terito poteſt ſequi condemnato contra reum.hoc dicit. In glo.fi. ex facto precedenti. Nota iſtam ſolutiſ.ex qua habes ꝙ quando actori peruenit ius pendente iudicio ex cauſa de preterito ſequitur cōdemnatio rei vt hic. Sꝫ ſi actori ſupuenit ius pendente iudicio non tamen ex cauſa de preterito ſed ex cauſa de nouo interueniente tunc non poteſt ſequi condemnatio rei ex eadem inſtantia .⁊ ita loquitur.l.non poteſt all'.in gl .⁊ pro hoc videtur concludi.ꝙ iſta.l.dum dicit ꝙ ſi agens rei ven .incipiat eſſe dominus poſt litiſ conſ.ſequitur condemnatio rei non bene dicit intelligendo eam ſimpliciter.ſed debet diſtingui quia aut dominium ſupezuenit actori ex.noua cauſa nō ex cauſa de p̄terito.⁊ tūc nō ſequitur condemnatio rei ex eadem inſtantia vt dcā.l.nō pōt aut dn̄iū ſupezuenit actori pēdēte iudicio ex cā. tn̄ de preterito puta quia p⁹ litiſ.cōſ.extitit cōdictio legati ſub cōdictiōe pro quo actor agebat rei ven.⁊ tunc ſequeret̄ ꝯdemnatō rei. ex eadeꝫ iſtātia vt hic.j̄.mā.l.ſi mādanero tibi vt actio .⁊ de hac mā i.d.l.nō pōt.⁊ i.d.c.abbate ſane ex̄ ō re iudi.li.vi.

**Solutũ ñ videtur.** Novatio neceſſaria pignus nõ pımit. Secus in volũtaria niſi in ꝯ rium ſit actũ .h.d.iſta l.

**Si quaſi daturus.** Pignoratícia actõne põt agi ſi ꝑncipalis obligatio non pficiatur.vel ſi pficitur vt poſtea tollatur pacto vel acceptilatione.h.d.

**Si in ſortem.** Si ſoluitur illud pro quo pignus eſt obligatum põt agi pignoraticia h.d. In glo.ſua in fi.vel dic ſm bu. ꝙ hic tex.nõ dicit poſſe pignus retineri pro vſuris uel alia quãtitate.Sed dicit qñ ſit ueruꝫ ꝙ poſſit agi ex pignoraticia.⁊ ꝙ illa.l.huic tex.nõ ꝯdicit. tñ dicit habere pro declaratione huius ſi queratur an obligatio pignoꝝ intelligatᷣ fcã ꝓ vſuris ſicut pro ſorte dic aut vſure ſunt debite naturalr̃ tm̃.⁊ tunc pignus pro eis nõ tenetᷣ niſi ſpãliter ſit actuꝫ vt iſte.§.ſiue aũt ꝯiuncta.l.ꝓ retentꝫ.C. de vſuꝝ.aut ſũt debite ciuilr̃.⁊ naturalr̃.⁊ tũc ſi pignus ſit acceptuꝫ ſimplr̃ nõ ſolum dic tur acceptuꝫ ꝓ ſorte.ſꝫ etiam ꝓ vſuꝝ.ſicut vidiſtis in fideiꝰ.vt.l. centum capue ẽ.de eo ꝙ certo loco.Sed ſi pignus fuit tm̃ acceptuꝫ ꝓ ſorte.tũc nõ tenetur pro vſuris caſus hic ẽ.⁊.ĩ.ď fideiꝰ. .l.magiſtratus. Si vͦo vſure erant debite iudicis offõ tũc dicas.idem in pignore quod i fideiuſſore.tunc dic vt dicta.l.centuꝫ capue ⁊ dicta.l.quero.ĩ.locati. An aũt pignus poſſit retineri pro vſuris qñ nõ eſt obligatum ꝓ eis dic vt habes in dicta.l.ꝓ retentõem.⁊.c.ob.cyrographariam pecu.pignus pec.poſſe.l.i. Baldus.

**Si creditori.** Niſi omnibus hr̃dibus creditoris integre ſoluatᷣ pignus põt vendi.h.d.

**Solutam.** Actio pignoraticia naſcitur ſiue ſoluatur.ipſi crcreditori ſiue ſoluatur alĳ pro eo recipienti ſiue ſoluatur creditori creditoꝝ. Item inuecta ⁊ illata ſecundum conductorem in re conducta ſunt obligata.primo locatori pro penſione ipſius ſi ꝯductoris tm̃.h.d. Nõ.primo tex.nõ.ibi vel ei cui heres ⁊c̃.pro eo ipõ.quod quis alteri ſuccedit videatur habere ratum totum illud quod ille cui ſucceſſerit ſuo nomine fecerat quod nõ. idem habes. in.l.fi.in prin.ĩ.reꝫ ra.ha. Secũdo nõ.in.v̂.vel ſi ꝓcuratõ ⁊c̃. ꝙ licet procuratori ad lites tm̃ ſolui nõ poſſit vt.l.ſi tantuꝫ.ẽ.de pac.ĩ.de ſoluc.l.hoc iuꝝ niſi i caſu .vꝫ.quãdo ipſi procuratori daretur actio iudicati vt nõ.i hac dicta.l. hoc iure cum procuratori ad exigẽdum cõſtituto poteſt fieri ſolutio vt hoc tex.ad idem.C.de nouac.l.nõ abſtulit.C.de ſolutꝫ.l.iĳ.di.i.infra de ſolutꝫ.l.ſolutam.v̂.tutori facit.l.ſi quis ſeruo.e.ti. Tertio nõ.ꝙ ſicut ſoluendo meo creditori.ego liberor ita ſoluendo Creditori mei creditoris.quod an ſit verum.generaliter.qꝛ glo.h̃ .magna in.v̂.nunquid autẽ breuiter per trãſit diſtingue ſic. An.ego ſoluo creditori creditoris mei q creditor mei creditoris habet obligatum me.⁊ bona mea pro illo debito tũc ei ſoluẽdo liberor ipſo iure tex.eſt hic ratio eſt quia poſſum cogi ei ſoluere vt.l.nomen.C.que res.pig. ob.poſ. Quandoqꝫ creditor mei creditoris nõ habꝫ obligatum me vel bona mea pro eo quod debeo mihi creditori.⁊ tũc ſi quideꝫ teneor meo creditori quia ipſe alĳ tenetur tũc.ego poſſum ſoluere creditori mei creditoris vt.ẽ.de neg.geſt.l.ſi liber.Si vero nõ teneor meo creditori eſt omnino ſeperata a cauſa qua meus creditor ſuo creditori tenetur.tũc ſi quidẽ ſoluo creditori mei creditoris meo creditore uolente tũc liberor in hoc.§.i prin. Si vero ſoluo meo creditore ignorãte tũc nõ liberor ipſo iure ſed ope exceptiõis vt.l.ſi ope.⁊ ibi nõ. ĩ.de dolᷣ.except. Si vero ſoluo meo creditori inuito tunc non liberor. ut.l. fina. C. de nego. geſt.l.ſi inuito C.de ſolut.cum ſimilibus ſm predicta debes intelligeꝝ glo magna hic poſitam in.v̂.nũquid aũt.⁊.l.alleg.in ea.

In glo.magna ibi nõ ſit ei queſita poſſeſſio quia inuecta.⁊ illata per iſtum ſm conductoreꝫ non fuerũt tradita primo cõductori i.qui fuit ſecũdus locator ⁊ ꝓ ꝯñs non debet oriri actio pignoraticia iſti ſcdo cõductori ꝯ ſuum locatoreꝫ.cum actio pignoraticia oriatur demũ ſi eſt facta traditio pignoris creditori vt ſequitur in glo.ſꝫ hanc obiectionem. Rndet glo.ĩ.in.v̂.Ro ymo ⁊c̃. q reſponſio eſt nõbilis.⁊ menti tenẽda.aduerte ꝙ hanc glo. quid.alleg.ꝙ locator poſſidet res inductas i domuꝫ per iquil nuꝫ.circa quam qõeꝫ lacius dicit Pe.de bel. ⁊ refert cy.in.l.certi iuꝝ.C.locati.in.ĳ.qõne. nam poſſum dicere ꝙ iſta glo.dicat ꝙ tacite videatũr facta traditio ꝑ ſcdm ꝯductorem ſuo locatori de iuictis.⁊ illatis.nõ tamẽ iſta glo.dicit ꝙ ei ſit q̃ſita poſſeſſio.nam põt fieri tradito poſito ꝙ nõ ſit queſita poſſeſſio.vt videmus in depoſitario vel ꝯmodatario cui traditur res ꝯmodata vl̃ depoſita.tamẽ ei nõ queritur poſſeſſio. vt.ẽ.ti.i.l.rei ꝯmodate.ĩ.depoſiti.l. licet.§.rei commodate. Sed aduerte.quia glo.iſta non ſolum videtur velle quod videatur ei facta traditio.ſed etiam tacite acquiſita poſſeſſio quod pꝫ.quia cum glo.querendo dicat ꝙ poteſt agi pigno.per traditionem factam nõ ſit queſita poſſeſſio rñdendo infra videtur ſatis in reſpõſiõe inuere ꝙ videatur tacite facta traditio ꝑ quam queritur poſſeſſio ideo allegantes iſtam gl.ad h̃.bene allegant ⁊ circa iſtaꝫ.q. vide quod nõ.cy.in.d.l.certi iuris refert dcã .pe. Sꝫ veritas vr̃ ꝙ iſte ſs locator qui fuit primus cõductor ñ põt dici poſſidere res inuectas ⁊ illatas in domo cum ea nõ viderit nec tetigerit vt.l.nerua filiuſ.ĩ. de acquiꝝ. poſ. Ultimo circa iſtum.§.quero an inuecta ⁊ illata in domum inductam poſſit retineri pro alio debito. ꝙ ꝓ penſiõe.doc.tenet ꝙ ſic per.l.i.⁊.ĳ.ĩ.qui.mo.pig.ta.ꝯ cõiuncta.l.i.C.ob.cyrographariam pecuniam qͦd nota.

**Per liberã.** Per liberam perſonam nobis nõ queritur pignoris obligatio licet per liberam perſonaꝫ poſſit nobis pignoris obligati q̃ri poſſeſſio.h.d. Nota ex hoc.§. ꝙ in illis caſibus in quibus per procuratorem dño nõ põt queri. tñ illis caſibus dñs per ꝓcuratoreꝫ nõ obligatur vides enim hic ꝙ per ꝓcuratorem dño nõ queritur obligatio pignoris nõ põt dñs pigno.ꝯueniri.ſed ꝯuenitur ipſe ꝓcuꝝ.vt hic de quo videbitis.ĩ.de ac.emp.l.iulianus.i fi. ẽ.de euictꝫ.l.procurator pro euictione. Secũdo nõ.in v̂.ſed ſi procurator ꝙ procuratꝫ.qui poteſt pignuſ obligare poteſt agere pig.actꝫ.nam ex quo eſt ſibi ꝓmiſſum ꝙ poſſit pignus luere.⁊ pigno.agere facit pro hoc.ĩ. depoſiti.l.ꝙ ſeruus.ĩ.de ſolᷣ.l.ꝙ ſeruus.ẽ.de pac.l.ſi vnus in prin. Ultimo nõ.i.l.vel vniuerſoꝝ.ꝙ in gñali mãdato ſcõ ꝓcuratori venit ꝙ procurator facẽ poſſit ea q̃ dñs facere erat ꝯſuetus quod nõ. Bal.

**Si cum vẽderet.** Ex pacto creditoris vẽdentis rem ſibi pignori obligatam põt debito agere cõtra emptorem põt etiam debitor agere cõtra creditorem vt ſibi cedat actiõem cõtra emptorem .h.d. In tex.ibi ex vendito actiõe informata ex pacto in cõtinẽti appoſito per ipſum creditorem ſm. Ja.bu. In gl.ĳ. ibi ꝙ ſpeciale circa iſtã gl.vide qͦd notat.hic.Gui.ď cu.

**Venit.** In hac actione venit lata culpa. ⁊ leuis caſus fortuitus.h.d.cum.l.ſe. Iſtū. §. cum.l.ſe.declara optime.vt in glo. Bal.

**Creditor.** Cum creditor reddit pign⁹ debet cauere de ſuo facto ac etiam neglecto.h.d. Bal.

**Tutor.** In pignore dato a tutōe vel cura tore legitime dꝫ creditor teneri.h.d.iſta.l. Bal.

**Contrarium.** Si creditor decipiatur in pignore dolo vel culpa de bitoris ſibi ſuccurritur actione pigno.ꝯ̄ debitorem tene tur etiaꝫ crīe ſtellionatus.ſi eius dolus interceſſit. h.d.

**Etiam.** Fundus vectigalis vel in quo alius hꝫ ſupficieꝫ pōt obligari ſaluo tm̄ ſemp iur̄ dñi.h.d.Iſte.§.cum.l.ſe. Nota iſtum.§.cuꝫ.l.ſe. Sꝫ aduerte quare finito iure hn̄tis fūduꝫ vectigaleꝫ p ēphi teoticuꝫ extinguit̄ ius pignoris.Caſus ē in.l.uectigalis ī.de pigno. Baldus.

**Si conuenerit.** Nomine debito ris poteſt pignori obligari.⁊ illud quod ex nomie reddigetur vel cum debito recōpenſabitur.vel loco pignoris retinebi tur.h.d. Pro declaratione iſtius.l.quero qua actōe creditor cui eſt obligatum.nomē ſui debitoris pōt ager̄ ad illud nomē. Rndeo utili actione que cōpetebat dire cta illi debitori nominis obligati.ut nō.glo. ⁊ doc. C.q̄ res py.ob poſ.l.nome. Hoc p̄miſſo pro declaratōe tex.nō.ex hac.l.ꝙ de quātitate ad q̄titatem admittit̄ ꝯpenſatio.Sed nō de quātitate ad ſpēm uel ecōuerſo. ut hic quod intellige ſiue ſit ſpēs uera ſiue ficta ut nō. ī.de pecu.l.ſi creditor.§.i.⁊ ibi glo. Secūdo nō.iſtuꝫ tex.in.v̄.ergo pro eo quod alibi nō.p glo.ꝙ actio iudica tur mobilis uel imobilis ſm naturaꝫ eius quod in actiſ deducitur ut nō.per glo.C.ſi aduerſus trāſac.l.i.⁊.ij. in aut̄.de nō alienādis.§.i.de hoc aūt quid iuris ſit .utruꝫ actio ſit res mobilis uel imobilis uel ſit tertiū mēbruꝫ p ſe dixi tibi.ī.de pecu.l. q̄tuberonis.§.i. Sed circa iſtam.l.quero an ſicut.qñ ego obligo tibi rem meam ſi iſta res pueniт ad ex̄neuꝫ poſſeſſoreꝫ anteq̄ agatur ypo thecaria ꝯ̄ ipm dꝫ fieri.p̄ma executio ꝯtra me p̄ncipalē ut in aū.hoc ita ſi debitor.C.de pigno.ita qñ obligo.ti bi nomē mei debitoris de hac qōne dicam.ī.de diſtrac. pig.l.creditor. Baldus.

**Si nuda.** Illud quod accedit rei pignōi obli gare eſt pignus.h.d.Iſtum tex.idu cit.Guil.de cu.ad.q.ſi regnū alicuius eſt augumētatum utrū tota illa prouīcia ſic augumētata debeat regi ſm ꝯſtitutiones regni.iam factas.⁊ iſte tex.facit ꝙ ſic.quia idem iudicamus de augumento.quod de principali.ar. iſtiuſ tex. Baldus.

**Si fundus.** Res cum ſua cauſa tranſit. hoc dicit. Bal.

**Si qs.** Obligatio pignoris extinguit̄ ſtatiꝫ cū materia trāſit i materiatū.h.d. Nō ex hoc tex.ꝙ aliud ē materia.aliud materiatū. ⁊ ſic ap paret ꝙ ꝯpoſitum differt a ſuis partibus.⁊ iſtum. §.de clara.ut in glo.⁊ uide.quod nō.diſtiguēdo.dicit hic Ja. bu. Sed circa iſtum.§.querit.Guil̄.de cu.utrum cre ditor poſſit prohibere debitori ne ſiluaꝫ ſibi obligatā ce dat dicit Guil̄.ꝙ aut ſilua erat cedua.⁊ tūc creditor nō pōt prohibere.aut non erat cedua.⁊ tūc pōt prohibere all̄.pro hac.l.Iteꝫ ſi fundi.ſ̄.de uſufruc.in fi.facit p hac .l.cuꝫ tabernaꝫ.in p̄n.ī.de pigno.debꝫ eniꝫ creditor cir ca rem obligatam ſe habere tāquam paterfamil̄. vid̄ i ſtis.ſ̄.e.l.ea igitur. Baldus.

**Seruus rem.** Seruus ⁊ filiuſfamilias rem peculiareꝫ pn̄t pigno ri obligare.h.d. Bal.

**Aliena res.** Res aliena de voluntate dōini poteſt obligari ſiue dominus ab initio vellit ſiue ex poſt facto ra tū habeat.h.d. Pro declaratione.v̄. Sed ſi ignorante quero hic dicitur ꝙ ſi aliquis obligauit mihi rē alienā domino ignorante.⁊ dominus ratum habeat pignus cōualeſcit quomodo hoc procedit ꝙ dominus poſſit ha bere ratum nō ſuo nomine geſtum.non enim debitor obligatur nomine domini.ſed nomine ſuo ergo domi nus ratum habere non poteſt vt.ſ̄.de neg.geſt. l .ſi pu pilli.§.ſed ſi ego.Ro.credo ꝙ quis non poteſt habere ratum non ſuo nomine geſtuꝫ quantū ad hoc vt per ra tihabitionē negocium tendat ad ipſum ⁊ efficiatur ſuū Ita ꝙ ex illo negotio geſto oriatur ſibi actio neg.geſt. pp ratihabitionem.⁊ ita loquitur dictus. §.ſed ſi ego. Sed quantum ad preiuditiū ipſius domini ratū hn̄tis bene poteſt habere ratum non ſuo nomine geſtuꝫ ⁊ ita loquitur hic. Nam iſte dominus bene poteſt ratificar̄ in ſuum preiudicium obligationem factam per alium d̄ re ſua.⁊ ita loquitur hic vt.ī.de pigno.l. ſi fundus .§ .i. an autem iſta ratihabitio trahitur retro.vt pignus ab inicio videatur voluiſſe tex.in dicta.l.ſi fundus.§.i.vide tur velle.ꝙ ſic.⁊ glo.hic ſuper verbo valebit.Sed iſtud dictum intelligit Gui.de cu.eſſe verum in preiudicium ratuꝫ hn̄tis nō in p̄iudicium alterius pſone.puta ſi dñs medio tēpore videlꝫ poſt obligatōem factaꝫ de illa re p alium.⁊ anteq̄ ratificet illam obligatōem rem alij ven didit vel oblig. Nam tūc ratihabitio ſequens nō preiu dicaret illi cui dicto medio tpe res fuit vendita ita vel obligata arg.ſ̄.quē ſeruit̄.amit.l.ſi ptem.§.ſi fundus.ī. qui po.i pig.ha.l.qui potior.§.i.de hac qōne tangitur p glo.ī.rem ra.ha.l.ſi videbitis.§.i.per Ja.de are.l.ſi cuꝫ mihi.§.i.ī.de ſolut̄. Bal.

**Si pluribus.** Paritas tēporis operat̄ pitateꝫ in iure.h.d.iſte pre ſens.§. Baldus.

**Interdum.** Cōtra agētem pignoraticia po teſt excipi de emptōne rei obli gate poſtea facta.h.d.iſte.§.

**Domo pignore** Iſtud qd̄ ſuper ē re obligata rema net obligataꝫ.h.d.Iſta pn̄s lex. Bal.

**Si pignori.** Illud qd̄ creditor cōſue tus eſt ab alio noīe pene d̄ licti ꝯmiſſi.circa rem pignoratam ꝯputabit̄ in debitum ⁊ ſi aliquid ſupereſt reſtituitur debitori ſecus ſi illud fuerit exactuꝫ p creditorē a debitore noīe pene delicti per debitorem circa rem pignoratam cōmiſſi.h.d.in glo.que incipit in.l.debitor ibi quod falſum eſt.vt infra dicit tenet ergo glo.iſta ꝙ illud tēpus qd̄ creditor cōſequitur per cōdictiōeꝫ incerti a debitore ſubtrahēte rem obligataꝫ nō reſtituit debitori ſed cedit lucro.cre. ꝓ hoc videtur tex.hic in .v̄.ſed cū ipſe ibi dum dicit vel cōdict̄.⁊c̄.Sed hunc tex.⁊ hanc gl.intellige quando cre ditor agendo cōtra debitorē fuit cōſecutus rei ext maſ̄. ſecus ſi fuit cōſecutus ipſam rem quia tunc creditor cō uentus act̄.pigno.debet illam rē reſtituere debitori exti mationem aut reſtituere nō tenetur ratio quia ad exti matio.nō cōpetit act̄.pigno.⁊ ita dicit gl.i. §.px. ſuper

verbo ĩputabit ⁊ nõ.totam iſtam gl.⁊ de hac materia quando ſit veruʒ ꝙ pena veniat reſtituenda lacius tractat gl.ſ.de petit.heredit.l.vtrum.§.ſi.cum.l.ſequenti.

**Idẽ pamp.** Illud quod ꝯſequitur creditor a debitore pp rem pignoratã metum inferente debitori nõ reſtituit nec indebitum ſibi imputat Et circa iſtam.§.nõ.ſuper verbo imputabit que glo.dat etiam itellectum glo.magne poſite .ſ.px.§.⁊ ibi dixi. Baldus.

**Si pdo rem.** Predo põt agere actione pignoraticia.⁊ ꝯſequitur rẽ ⁊ fructus.h.d. Nota ex hoc.§.ꝙ agenti act.pignoraticia nõ poteſt referri qõ dñij ſile habuiſtis i.l.item ſi fur ſibi ꝯmodati.⁊ tũc tex.declara.vt in glo.ſup verbo proderit ⁊ eam nõ. Bal.

**Si poſt diſtractum** Debitõ qui a creditore ꝯduxit pignus vel ab eo pcario rogauit ſi pignus ei nõ reſtituit ad itereſſe nõ tenetur.h.d. In glo.que icipit ad intereſſe vbi videtur vi cum expellere ⁊ vide ꝓ hac.l.colonus.ĩ.de vi ⁊ vi ar. In.e.glo.ibi nõ.ſm quoſdam. Nõ.ex hac gl.ꝙ ſi agendo ꝯtrario iudicio agit vi de ꝑfidia rei poteſt in liteʒ iurari illud ergo quod nõ.in.l.i act.ſ.d in litẽ iurãdo.ꝙ in ꝯtrijs act. i litẽ nõ.iuratur hʒ locum qñ agẽdo act.ꝯtraria nõ agitur de ꝑfidia ſeu fide rupta alias iuratur in litem actõe ꝯtraria ſicut actione directa ut hac glo.

**Si creditor.** Si creditor vidẽs pignus ꝓmittit duplã nomie euictionis ſm ꝯſuetudinem religionis vel alr vtilit negociuʒ debitoris geſſerit qcqd ꝓſtiterit pro tali venditione repetet a debitore ꝯtraria actione pignorit alias vltra ſũmã debiti nõ repetit. Item ſi ex ſtipulatione de euictõe ꝓſtitit dupluʒ ꝯſequitur a debitore ſortem.⁊ vſuras.Si vo ꝓſtiterit ſimpluʒ ꝯſequitur tñ ſorteʒ.h.d. cum.l.ſeq.

Nõ.primo tex.ibi naʒ hoc vſu euenerat ex quo tex. habet ꝙ nõ dicitur eſſe in culpa ille q facit id quod facẽ ſolituʒ ẽ. Secũdo nõ.in ꝓmiſſione de euictione inſpicitur ꝯſuetudo facit quod habetis i ſili i.l.ꝙ ſi nolit.§.q aſſidua de edi.edic..i.l.ſi plus.§.i.ĩ.d aqua plu.ar.cuius aũt loci ꝯſuetudo iſp ciatur videbitis tex.in.l.ſi fundus ĩ.de euictione. Baldus.

**Nec enim.** Nota diſtinctõeʒ q̃ probat in.§.Sed ſi ſtipulatõ ⁊c. In gl.q̃ incipit quaſi dicat ibi quod ẽ vltra tu vo dic ſm Riʒ.mal.ꝙ ymo ꝯſequitur illud quod eſt vltra nam ſicuti ſentit dãnum creditor ſi duplũ eſt pluſquam vſura.ita debet ſentire lucruʒ ſi vſura eſt pluſq̃ dupluʒ ſit vt i regula iuř q ſentit. Item q: nõ auditur allegans illud cuius ꝯtrarium eſſet poſtulatus.vt.C.de ſolut.l.p.vlt.glo.iſtius.l.nec enim. Bal.

**Eleganter.** Si res inſolutum data a ꝑncipe vel a iudice vel a parte euincatur nõ agitur actõne ꝑmitiua.ſed agitur vtili exempto actõne ad intereſſe quod itereſſe põt etiam in ꝯpenſat.deduci.h.d. Nõ.ex principio iſtius.l.ꝙ ſi res pignorata efficiat creditoris pign⁹ extinguitur ratio.q: in re propria pignuſ nõ conſiſtit vt.ĩ.d reg.iuř.l.nec pignus. Secũdo nõ.ꝙ re iſolutum data euicta agitur vtili actione ad intereſſe exempto. In gl.i.ibi tãquam eſſet dantis iſtud videtur cõtra ꝑncipium iſtius.§.lucius.⁊ ideo dic ꝙ res pignorata nõ fuit ibi facta pfecte ⁊ irreuocabilr illiuſ creditoris.Et ideo pign⁹ nõ extinguitur.⁊ ideo iſtud ꝯtrarium ſolue et ſoluit precedens ꝯtrarium.⁊ ita loquitur.C.ſi anti.cre.l.i.⁊.C.de his i pu.cre.lo.ſuc.l.i. Sed aduerte quia hec ſolutio ⁊ precedens videtur contra caſum iſtius ꝑncipij vbi dr ꝙ pignus extinguitur.⁊ tñ res pignõata nõ fuit facta irreuocabilr creditoriſ. Sed rñde qõ hic nõ extinguitur pignus ideo q: creditor ſit factus dñs. Sed q: a priori cõtractu ẽ receſſuʒ ⁊ ꝑuentuʒ ad dationeʒ iſolutum q̃ ſilis ẽ emptioni vt dr in hoc tex. In.e.glo.ibi hic aũt nõ Nõ.iſtam ſo.quã tãgit glo.i dcã.l.ſi qs aliaʒ.⁊.C.de ſẽtentijs.l.libera.ex qua ſolutõne habes cautellaʒ qñ recipis aliqd iſolutũ a iudice vel a pte ꝙ dicas vt ſi ꝯtigat rẽ iſolutũ datã euinci actõ remaneat i ꝓſtinũ ſtatũ.⁊ nõ intelligatur a priſtina obligatione ſeu a priſtina actiõe aliquo mõ eſſe receſſuʒ. In.e.gl. ibi in fi.iſta eſt vera ſo.⁊ eſt ratio quia quando datur ſpẽs ꝓ pecunia cõtrahitur emptio ⁊ vẽditio in qua liberatur venditor tradẽdo rem lʒ.non faciat dominium emptorem vt .ĩ.de ac empti.l.exempto i ꝑn.⁊ ideo ꝑficitur cõtractus emptõnis.⁊ receditur a primo cõtractu.ſed qñ datur inſolutũ ſpẽs ꝓ ſpẽ nõ põt eſſe emptio ⁊ venditõ quia emptio ⁊ venditio requirit pecuniam numerataʒ vt in.ſt.vidiſtis de cõtrahen.empt.§.precium.Sed tunc vel erit ꝑmutatio vel cõtractus.do vt des in quibus requiritur ꝙ ꝑfecte fiat res accipientis vt vidiſtis in.l.fi.ſ.de cõdi. ob cauſam ⁊ videbitis in.l.i.ĩ.de rerum permu.⁊ de hac materia per cy.in dicta.l.libera vbi gl. circa intellectuʒ dicte.l.Si quis aliam dicit eadem verba que dicit glo.hic. Ultimo nota.tex.ibi ⁊ cõpenſat.hẽre poteſt creditor ⁊c. Uos videtis hic ꝙ creditor cui res pigno.fuit data inſolutuʒ euincat illa res poteſt creditor de eo.ꝙ ſibi debetur pp euictiõem rei opponere cõpenſat.ſi debitor ipſum cõueniat act.pigno.vel alia actiõe.q̃ pigno.poterit debitori cõpetere quia forte creditor illam rem deteriorauerat anteq̃ inſolutuʒ acciperet. Ex quo nõ.ꝙ licet dem tibi rem meam inſolutum ꝓ debito nõ tñ pp hoc tollitur mihi actio que cõpetebat mihi cõtra te ꝓ damnis ⁊ ꝓ deterioratiõe facta circa illam rem qõ tene menti. Baldus.

**Qui reprobos.** Solutione pecunie reprobe debitor nõ liberatur ſed pecuniã probam ſoluere nõ cogitur niſi illa pecunia reproba ſoluta ſibi reddatur.h.d. Iſte.§.hunc tex.quantum dicit de nummis reprobis reddendis intellige vt nõ.hic in gl.ſuper verbo reddendis.⁊ ſi dicat ꝙ iſte qui ſcienter ſoluit pecuniam reprobam videatur donare vt.l.i.de condi.inde.⁊.l.cuius per errorem.ĩ.de reg.iur.dic quod nõ eſt veruʒ.ꝙ iſte ſoluens non habet animuʒ donandi ſed decipiendi ſimile habes in .l.ſi cũ aurum.ĩ.de ſolut.in gl.magna.ibi.ego puto ⁊c. iſta opinio eſt vera ⁊ approbatur per doc.⁊ nõ.hanc gl.⁊ ſe.⁊ iſe.gl.tene ſecundam opy.que per doc.noſtros approbatur. Ultimo facit iſte.§.ad queſtionem ꝙ ſi aliquis fuit cõdemnatus in amputatione manus dextre ⁊ ꝙ ꝑ errorem ſibi fuerit amputata manus ſiniſtra. ꝙ ita demũ poſſet ſibi amputari manus dextera ſi ſiniſtra redderetur ſed ſiniſtra reddi nõ põt ergo ⁊c.ar.iſtius.l.qui reprobos quod nõ.⁊ dicta.l.ſi aur.ĩ.de ſolu.

**Si uẽdiderit.** Si pignus ꝑ creditoreʒ plus debito diſtrahatur poteſt debitor cõtra creditorem agere vt illud plus ſibi ſoluatur vel quod ad illud plus ſibi ꝯ emptorem actionem cedat.h.d. Nõ.ex hoc.§.tex.nõ.ꝙ creditor qui vendit pignus poteſt habere fidem de pretio ſicut ille qui vendit rem ſuam quod facit ad queſtionem vtrum

procurator poſſit habere fidem de pretio ſicut ille q vē didit rem ſuam de qua dicam in. l.quod vendidi .ĩ. de contrahen.emp.

**Et ſi res.** Si creditor male verſatur circa rē pignori obligataʒ tenetur actione pigno. Secus ſi hoc fecit iure permittēte.h.d. Nota tex.in.§.plane.ꝙ licet creditor non poſſit male tractare ſeruum vel aliam rem pignoratam tñ iſtud debet intelligi niſi ſeruus delinquat ⁊ per hunc tex .⁊ ſi determinatur hic ꝙ ſi aliquis fecit pacem cum inimico ſuo ⁊ promiſit illum non offendere.⁊ ille poſtea efficiatur ex bannitus ciuitatis ſue ita ꝙ ex forma ſtatuti poteſt impune offendi.⁊ iſte qui fecit paceʒ poſtea impune offendit non videtur rumpere pacem.ar.iſtius tex.⁊. l .quid ergo.§.ſi heres ſeruum merentem ⁊.l.qui ſeruum.ĩ.de v.ob.ad idem facit quod videbitis.ĩ.locati.l .quero. §.interlocatorem hoc etiam tenet.Ja.de beluiſio.

**Si ſer'uos.** Expenſe neceſſarie per creditorem facte debent ſibi p debitoreʒ reſtitui dũmodo tales expenſe creditori nō ſint oneroſe.h.d. Nō.ergo ex hac.l. ꝙ expē ſe neceſſarie facte p creditorē debent reſtitui ipi creditori ⁊ iudicis arbitrio ꝯſiderari dʒ vtruʒ tales expēſe ſint nimiuʒ oneroſe vel nō etiam illud quod dicit tex.i expē ſis neceſſarijs.illud glo.dicit i expēſis vtilibuſ quod nō. Secũdo nō.ꝙ ſi aliquiſ.ꝓſequitur illud quod dñs receperat facere illud videtur fieri ex tacita dñi volũtate deinde tex.eſt hic cum glo.ſup v̂bo ibutos. Tertio nō.ꝙ neceſſariuʒ artificiuʒ n hoie dicitur illud ex quo poteſt percipi expenſa quod dic vt in glo. ſuper verbo neceſſarium. Baldus.

**Non ē mirum.** Pignus p̃toriuʒ nō poteſt ꝯſtitui niſi quãdo fuerit deuētum admiſſioneʒ in poſſeſſionē.h.d. Nota p̃muʒ tex.hic duʒ dicit ex teſtamē to ⁊c̄.ex quo habes ꝙ iuſſus iudicis ⁊ iuſſus teſtatoris equiperant᷑. Secũdo nō.ꝙ in teſtō poteſt pignus cōſtitui.Sed hic quero an ſm iſta iura tacita ypotheca ꝓ legato locum habeat de qua ypotheca loquitur.l.i.⁊.ij. C.cōia de leg.glo.que eſt in.l.is cui.§.poſtq̃.ĩ.vt in poſ. leg.l.iij.videtur velle ꝙ nũc.Sed ille glo.male loquũt᷑ q̇ʒ caſus eſt ſm hec iura.ffoꝛ habebat locuʒ tacita ypotheca pro legato vt.l.d̄bitoribus.ĩ.de ſepabo. Tertō nō.ꝙ pignus p̃toriuʒ nō poteſt ꝯſtitui niſi quis fuerit iuſſus in poſſ.vt hic.Sed hoc fallit ·i caſu noſtro i.l.cuʒ vnus.§.fi.cum.l.ſe.ĩ.de bo.auc.iudi.poſ.⁊ in hoc differt a pignore ꝯuentionali.q̇ʒ illud ex ſola ꝯuentione ꝯ̃hit᷑ vt.ſ̃.e.l.i.⁊ ibi nō.⁊ circa iſtam.l.vide quod nō.ꝑ glo. in .c.cum aliquibus ex̃.de re iudi.vbi glo.ponit rōem que eſt rō pignus p̃torium nō ꝯſtituitur niſi quis miſſus fuerit in poſſ.h.d. Bal.

**Petenti.** Si creditor rem ſibi a debitore datam vt pignoret pignorauit ſi qdem iam poteſt ꝯueniri vt reddat.Si v̂o nũdum luit pōt ꝯueniri vt luat.h.d. In glo. magna ibi ⁊ ꝯmodati reꝝ actꝫ.dādā ⁊c̄.⁊ ꝙ det᷑ actio ꝯmo.facit.ſ̃. ꝯmo.l.ſi vt certo.§.nũc vidēdum.⁊.l.ij.⁊.C.ꝯmo.l.pſt.⁊ ꝑ hoc apparet ſolutio eius.qđ glo.querit. ĩ.nam nō eſt neceſſe ꝙ debitor qui repetit rem ꝯmodatam prius ſoluat illud quod debet creditori q̃ rehabebat rem ꝯmodataʒ.q̇ʒ res ꝯmodata nō poteſt retineri pro debito.vt C.ꝯmodati.l.fi.⁊ idem ē dicēdum etiam ſi ageret᷑ actꝫ. p̃ſcriptꝫ.v̂.⁊ eſt ratio q̇ʒ ille ꝯ̃tus inominatus dʒ diiudicari ſm nãm ꝯ̃tus nominati cui aſſimilatur.vt. ſ̃.ti.i.l. cũ q.⁊.ĩ.de p̃ſcriptꝫ.ver.l.nãlis.

**Si creditor.** Soluens extimatiōem creditori repellit creditorem vendicātem rem pignorataʒ niſi ei extiationem ſolutaʒ reddat.h.d. In gl.ij.ibi ſoluenti iſtō quod dicit glo. ꝓcederet ſi iſte poſſeſſor ſoluiſſet nomie debitor̃.Sed hic iſte poſſeſſor ſoluit nomine ſuo merito ſibi nō competit actio neg.geſt.facit.ſ̃.cōi diui.l.hoc iudicio. Baldus.

**Si rē alienam.** Si dominium rei pignorate incepit eſſe creditoris ſtatiʒ pignus extinguitur ⁊ ei⁹ poſſeſſio non proderit debitori ſed ſolum durat precario.h.d. Nota caſum iſtius .l.Sed pro declaratiōe iſtius tex.in fi.ꝙ ſi creditor efficitur dominus pignoris deſinit eſſe pign⁹ ⁊ ſic innuit ꝙ ab inicio ꝯſiſtit pignus quomodo procedat.hoc cum.l.dicat reʒ alienam pignori dari non poſſe vt.ſ̃.e.l.res aliena cũ ſy.Rndeo illa.l. ⁊ ſi loquitur in pignorante rem alienam ſciente in qua titulum non habebat hic vero loquitur in pignorāte rē alienam ignoranter q̃uis poſſidebat bona fide ⁊ iuſto titulo ꝙ quia ſibi cōpetebat publicia merito tenet obligatio reſpectu iur̃.quod ipſe habet caſus ē i .l .ſi ab eo. ĩ.de pig.facit.ſ̃.e.l.tutor.⁊.l.ſe. Secũdo quero quot remedia competunt iſti debitori dic vt in glo.vlt.⁊ nō. gl.in q̃tum dicit ꝙ creditori competit remedium. l. ſi quis conductoris.ex qua glo.nō.ꝙ.l.ſi quis conductꝫ.loquatur in alijs caſibus q̃ in locatis.

**Qui ratiario.** Si pignus accipiat᷑ per creditoreʒ vi erit periculo creditoris rapientis niſi fuerit a d̄bitore conceſſum.h.d.Iſta.l.⁊ iſtam.l.declara vt in glo.⁊ vide quod nō.glo.⁊ doc.C.de pig.lege creditores .h.d.

**Si ſeruus pignori.** Delictum ſerui obligat debitorem ignorantem vt ipſuʒ ſaltem teneatur dare pro noxa debitoreʒ vero ſcientem obligat inſolidum.h.d.Iſtam legem declara vt in glo. ⁊ bene.

**Cum debitore.** Obligans rem alienam tenetur actione pignori contraria.h.d. Nota glo. poſitam que poni; quot modis poſſit intereſſe creditoris ſibi non fuiſſe obligatam rem alienam ſed ſuam ꝓpriam.h.d. Baldus.

**Si pecuniam.** Si pignus eſt datũ creditori ſub alio nomine habet locuʒ pignoraticia ſoluta pecunia. h.d.Et glo.legit iſtaʒ.l.altero de duobus modis poteſt legi.⁊ tertio mō ꝙ ſic loquatur de antiffona.ĩ.de pig.p̃torio.vt.l.ſi is.§.i.ĩ.de pig.⁊ ſm.hanc lec .habes hic caſum.de eo quod dicitur.ſ̃.e.l.i.vʒ.an ſicut pro pignore ꝯuentꝫ.habeat locum pigno .actꝫ.ita pro pignore pretorio habeat locum pigno. actio ⁊ ſm.hanc lec.eſt caſus hic ꝙ ſic d̄ qua queſtiōe dixi.ſ̃.e.l.i.⁊ vide quod nō.Ja. de are.in.l.vtiqʒ.ĩ.de dãno infecto.

**Ticius.** Pactum factuʒ ex poſt facto ꝙ pignus traditum creditori creditor habeat iſolutum pro debito valet. ⁊ tenet h.d.Et gl.ponit in hac.l.duas lec.tene ſam lec.que eſt multum notabilis ⁊ clara. Opp.⁊ videtur ꝙ ſtud pactum.ꝙ creditor habeat rem pignoratam inſolutuʒ nō valeat aliq̇d.vt.C.d̄ pig.l.fi. So.q̃nqʒ apponit᷑ iſtud pactuʒ ab inicio quando mutuũ contrahitur puta quia conueniunt creditor ⁊ debitor ꝙ ſi pecunia non fuit ſo

ſuta tali termino pignus remaneat in ſolidum pro debi to tale pactum non valet aliquid ⁊ ita loquit̃ ibi. Quã doqꝫ tale pactum non apponitur ibi ab inicio ſed ex p⁹ facto ex interuallo poſt contractum perfectum. ⁊ tunc tale pactum valet ⁊ ita loquitur hic. ⁊. C. de pac. pi. l. ij. ⁊ eſt ratio diuerſitatis quare qñ quis accipit pecuniam mutuo nõ valet. qꝛ tũc omne pactuꝫ debitoꝛ faceret ⁊ ideo tale pactum nõ valet vt. l. fi. C. de pac. pigno. q̃ ratõ ceſſat qñ tale pactum apponitur ex poſt facto poſt ꝯctũ perfectum cetera dic vt in glo. ⁊ vide. l. q̃uis alĩ. incipit colopedius.

**Cum et ſortis.** Pecunia redacta ex venditiõe pignoris prius cõuertitur in vſuras poſtea cõuertitur in ſortem. h. d. Iſta. l. iſtud principium declara vt in glo. Baldus.

**Pignus.** Creditoꝛ pignus poſſidet. ⁊ debitoꝛ poteſt ab eo rem pignoratam cõducere ⁊ eam precario rogare. hoc dicit. Iſtum. §. declara optime vt in glo.

**Si quis in.** Si pro pignore conſtituto de partiuꝫ voluntate aliud pignus ſubſtituatur creditoꝛi furtum cõmittit̃ ſecus ſi ꝓ pignore cõſtituendo aliud pro alio pignus qꝛ tunc crimen ſtelionatus cõmittitur. h. d.

**Sed ⁊ ſi.** Obligatus rem alienã vel alij obligatam crimine ſtellionatus cõmittit niſi illa res ꝓ debito vtriuſqꝫ ſufficiat. h. d. Nõ. ex hoc. §. ꝙ ille qui obligat ſecundo loco rem quaꝫ alij iam obligauerat tenet̃ crimen ſtellionatus niſi illa res vtriqꝫ ſufficiat ſecus in eo. qui primo vnam rem vendidit vni poſtea eandem rem vendidit alij. nam iſto caſu crimine falſi tenetur caſus eſt. j̃. de falſis. l. qui duobus.

Ulterius iſte tex. dum modicũ ⁊c. inducit per Gui. de cu. ad queſtionem ꝙ debitoꝛ vel creditoꝛ in modica q̃titate non repellatur a tutella vel cura de qua. q. nõ. C. qui dari tu. poſ. aũt. minoris debitoꝛ ⁊ ibi ꝑ gl. ⁊ doc.

**Si pignus.** Per condictionem debitoris creditoꝛ retinꝫ pignoris poſſeſſionem. h. d.

**Pupillo.** In recipiendo pignore eſt neceſſaria tutoris auctoritas. h. d.

**Gayus ſeyus.** Subſcribens ſe in teſtamẽto vt teſtis non videtur approbare ea que continentur ĩ teſtamento. h. d. Et h̄ eſt q̃dam glo. magna que p̃mo format vnuꝫ ꝯtrium. ⁊ dat. vi. ſolutꝫ. ⁊ approbat vltimaꝫ.

Secũdo elliciũt̃ ex hoc tex. quatuoꝛ notabilia. ⁊ ad ſm̃ ⁊ vltimũ v̂o. opp. ⁊ ſoluit ẽt ibi. Sed nõ. hic ⁊c. ⁊ ꝓ declaratione iſtius glo. vide quod nõ. i. l. fideiuſſoꝛ. §. pr̃ alle. in glo. ⁊ quod nõ. dy. in c. is qui tacet ex̃ de reg. iur. li. vi. ⁊ quod nõ. cy. C. de procũr. l. inuitus. ⁊. j̃. ſo. ma. l. q̃ dotis facit etiam ĩ glo. in. l. filiuſfa. l. inter. ŝ. de ꝓcũr.

**Debitor.** Debitoꝛ nõ poteſt a creditore ſuo pignus emere. h. d. Circa iſtud p̃ncipium vide quod nõ. cy. C. ſi ſeruus. extero. l. i. in prima opp. de qua dicaꝫ. j̃. man. l. ſi mãdauero. §. ſi hij quoruꝫ quod nõ. Bal.

**Debitoris.** Filius nõ poteſt emere rẽ pr̃is de pecunia ꝓfecticia. h. d.

**Soluta pecunia.** Soluta pecũia creditoꝛi pignus liberatur nõ ſolum a creditore cui pignus fuit obligatum. Sed etiam a creditore cui p̃mus creditoꝛ ſecundo loco pignus obligauit. h. d. In tex. ibi medio tẽpore. ſ. ante ſolutõem. In tex. ibi. ſ. ſoluẽtem poſtea ⁊c. Iſtum §. declara. vt in glo. ⁊ bene que glo. incipit nõ ergo ciuilem. ſed nãlem. Baldus.

**Rem alienã.** Si debitoꝛi obliganti rem alienaꝫ ſupueniat ius dñij ex poſt facto pignoris obligatio cõfirmatur. Secus ſi debitoꝛ qui obligauit rem alienam ſuccedat dñs illius rei. Nam tũc pignus nõ ꝯfirmatur. h. dicit. Nõ. ergo ex hac. l. ꝙ ius ſupueniens debitori meo prodeſt mihi. Nam uides hic ꝙ ius ſupueniẽs debitoꝛi q obligauit rem alienaꝫ prodeſt creditoꝛi vt ſibi cõpetat actio ypothecaria. Secũdo nõ. in. v̂. nõ eſt idem dicendum ꝙ ſi dñs ſuccedat actoꝛi meo mihi non ꝓdeſt. naꝫ uides hic ꝙ debitoꝛi q obligauit mihi rẽ alienam ſuccedat dñs rei nõ ꝓpea mihi creditoꝛi ꝯfirmat̃ pignus nec datur actio ypothecaria. Tertio nõ. i. v̂. ſi ꝯueniſſet de pignore ſm̃ vnam lec. poſitaꝫ in glo. ſup v̂. de pignore. ibi vel dic ꝙ defunctus ⁊c. quaꝫ lec. approbat. Guil̃. de cu. ꝙ heres nõ poteſt redarguere mẽdatium defuncti cui ſucceſſit ad idem. C. de ſeruo. pigno. dari. ⁊ ma. l. ſi creditoribus. Extra glo. opp. ad. v̂. nõ eſt idem dicẽdum. ⁊ videtur ꝙ iſte tex. nõ procedat. naꝫ qñ qs ſuccedit alteri videtur habere ratum q̃cq̃d ille facit cãum habuiſtis. ŝ. e. l. ſolutuꝫ. §. ſoluta. j. reꝫ ra. ha. l. fi. iꝫ ꝑ ratihabitõem dñi ꝯfirmatur pignus vt. ŝ. co. l. aliena ergo ꝑ ſucceſſioneꝫ quam facit dñs ei qui obligauit reꝫ ipſius dñi dꝫ pignus ꝯfirmari tã. naꝫ ſuccedẽdo ratũ habuerit. Sed hic dr̃ ꝯtrium quare male. So. ſucceſſio hꝫ vim ratihabitõis in his que defunctus facit noĩe ipſius ſuccedẽtis vel pro eo de rato promiſſit. ⁊ ita loquũtur ꝯ̃ria al̃. ſucceſſio nõ hꝫ viꝫ ratihabitõis. ⁊ ita loquitur hic in glo. i. ibi. qꝛ difficilius ꝯfirmatur ⁊c. Sed tu dic ꝙ lꝫ ĩ caſu noſtre. l. pignus nõ cõfirmaretur tamẽ ille qui tale pignus creditoꝛi tradidit creditoꝛi teneret̃ actõe pigno. ⁊ ideo ius ſibi ſupueniens hꝫ ꝯfirmare pignus creditori. qꝛ ſua intereſt. ⁊ ſibi erat obligatus. Sed i. l. ꝯ̃ria ille q manumiſſit ſeruum alienuꝫ nõ erat obligatꝫ. ſeruo manumiſſo. ideo ius ſupueniens manumiſſoꝛi nõ prodeſt ſeruo manumiſſo iſtam ſo. ponit glo. i. l. cuꝫ vr̃. j̃. d. vſuf. ⁊ ex hoc apparet ratio ſolutõis date ꝑ glo. ŝ. in p̃cedẽti ꝯ̃rio. nam vt ibi dicit glo. iſta lex loquitur qñ creditõ ab inicio fuit ignorans rem alienã obligari ſibi. ſecus ſi fuiſſet ſciens vt. l. i. j̃. de pigno. qꝛ ille qui alienam reꝫ obligat creditoꝛi ſcienti ei nõ tenetur actꝫ. pig. vidiſtis. ŝ. e. l. tutoꝛ. §. ſed ſi ſciens. In. e. glo. ibi bonefidei cum titulo ⁊c. Nõ. ex hac gl. ꝙ in ypothecaria ſufficiat probare ꝙ debitoꝛ tempore obligationis contracte poſſidebat rem quam obligauit bonafide cum titulo. alias non ſufficit ꝙ creditoꝛ probet debitorem poſſediſſe reꝫ bonafide etiã ſine titulo. ita nõ. ꝑ glo. C. ſi res aliena pi. da. ſit. l. ſi res. ⁊ hoc etiaꝫ videtur ſentire ſolutio ſequẽs glo. licet iſtud reſtringat ad cauſam quando agitur ypothecaria ꝯ̃ ipm̃ debitorẽ poſſidẽtẽ alibi glo. vr̃ velle. ꝙ ad h̄ vt ꝯpetat actõ ypothecaria d̃bitoꝛi opꝫ ꝙ ꝓbꝫ creditoꝛ debitorem fuiſſe dñm tempore obligationis ꝯ̃cte ita nõ. glo. inſti. de actꝫ. §. item ſeruiana. C. de ſalui. interdic. l. i. aũt. de triẽ. ⁊ ſemiſ. §. illud coll̃. iij. iſti. de iterdic. §. interdum. de qua. q. tangitur per dy. in dicto. §. item ſeruiana tangitur per cy. in. d. l. cum res. In glo. ij. ibi in fi. So. non confirmatur pignus quo ad actionem ⁊ ita. loquitur iſte. v̂. non eſt idem dicendum. nõ poteſt ergo creditoꝛ in cãu noſtro age ypothecaria. ⁊ ita loq̃t̃ hic ſed bene confirmatur pignus quo ad exceptionem

quia ſi iſte dominuſ.qui ſuccedit debitori ageret repelleretur exceptione vt ibi facit ad predicta.C.de rei ven.l.cum a matre.C.de rebus ali.nō alie.l.ſi venditio.ꝛ de hoc qñ ius ſuperueniens auctori meo proſit mihi dicaꝫ i.l.a ticio.ſ̄.de rei.ven.

**Creditor.** Si creditor vendat pignuſ dꝫ ſupfluuꝫ ꝑtij reſtituere. nō autem dꝫ emptorē delegare.h.d. In gl.ij.ibi exegerat iſta.ſo.eſt falſa.qꝛ ſi creditor exegiſſet ꝑtium fruſtra ageretur delegatione emptoris cum ēptor ad ꝑcium nō ſit debitor quare reprobātur omnibuſ ſolutionibus tene ante penultimā ſolutꝫ. ibi l' ibi ñ fuit i culpa pro qua ſoſone facit.ſ̄.e.l.ſi debitor.§.fi.

**Pignori.** Si debitor eſt in culpa nō reſtituēdo debitōi inſtr̄a pignoꝝ tenetur debitori ad itereſſe. Sed ſi creditori culpa iputari nō pōt.tūc debitori.h.d. Nō.tex.in.v̄.opa autē.nam hic habes caſum i quo poteſt agi pigno. actꝫ ante pecuniam ſolutam ꝑ debitorem illud.ergo quod.habuiſtis.ſ̄.e.l.ſi rem.§.omnis ꝙ ad hoc vt competat pigno. dꝫ pecunia integre eſſe ſoluta dꝫ intelligi qñ agitur pigno.ad hoc vt res pigno.reſtitueret᷑. Sed ſi ageretur pigno.ad dāna.q̄ debitor eſt paſſus pp factuꝫ creditoris.tūc poteſt debitor agere actꝫ.pignoꝝ ante pecuniam ſolutaꝫ caſus eſt hic. Bal.

**Ticius pecuniam.** Dānum datuꝫ i pignore auctē officialis nō pertinet ad creditorem qui nō deprehēdit᷑ in culpa.h.d. Nō.ex hoc.§.ꝙ officialis pōt accipere res priuatoꝝ pp publicam neceſſitateꝫ quod tñ dꝫ itelligi data mercede vt.l.item ſi v̄beratum.§.i.ſ̄.de rei vē.ſ̄.quēadmoduꝫ ſeruitꝫ.amit.l.ſi locus.§.i.C.de here.qui primi.li.acci.l.i.ꝛ.ij.ꝛ per ꝯſequēs videt᷑ hic caſus ꝙ qñ officialis vult facere iuſticiam de aliquo poteſt accipere aſinum a ruſtico.ꝛ in eo portet᷑ malefactor. Sed quero an officialis poſſit cape aliquem vt vadat ad decapitādum aliquem doc.tenēt ꝙ ſic ſi ē villis pſona ar. i autē. de ſanc.epis.§.monachuſ colla.x.tene mēti. Bal.

De Exercitoria actione. Rica.

Glo.Rice ibi idem i altis ꝛc̄. Qualiter exercitoria actio.Et alie actiones ſequētes i ſequētibus titulis ſint acceſſorie dic.vt.C.e.i rubrica ꝛ ibi glo. Item ſumit᷑ ar.ꝙ legatus poteſt ſubdelegare patiente ordinario ſ̄ꝫ Guil.Et ꝙ procūr.ad litem poſſit ſubſtituē ante litem ꝯteſta.patiēte dño.qꝛ patientia hꝫ viꝫ mandati facit ꝙ nō.Inno.de reſcriptꝫ.c.ex parte decani. Sed ꝯtrium videtur ꝙ patiētia tenet mediū nec ē ꝓprie ꝯſenſus vt j.e.l.ex.§.ſi quiſ nauē.nō ob.iſte.§.qꝛ hic mādabatur patientia actu licito.ſecus licito cōiter doctores approbāt primaꝫ partem.

**Utilitatem.** Exercitō ſeu dominus nauis.ex facto magr̄i per eum.nam ꝓpoſiti ſicut tenetur dñs.ꝑ facto inſtitoris cum ſit eadem rō.ꝛ maior.h.d. In tex.ibi ignari.ſ.vos mercatores cū magr̄is nauium ſ̄ꝫ Ja.de are. In tex.ibi cuius ſit ꝯdictionis ipſius magiſtri nauium dic.ſ̄.liberi vel ſerui ſm Ja.de are. In tex.ibi qualis dic.ſ.diues.vel paup ſm eūdem Ja. Nō.ex hoc tex.in principio primo ꝙ ea que ſūt manifeſta nō indigent ꝯmendatione. Secūdo nō.in.v̄.cum ſit maior neceſſitas ꝙ ar.a minori licitum eſt. In glo.ad ideꝫ in actꝫ.multo magis.C.d̄ ſacro.ſan.eccle. Si mul'r argumētum a maiori licitum ē i iure.vt.l.i.C.de remiſſoria actꝫ. Tertio nō.ex hoc tex.in.v̄.quid pe.ꝙ ex loco ꝛ tēpore diuerſuꝫ qd ſtatuitur. Sed ꝯ opp.d̄.l.ſupuacua.C.de temp.ꝛ in inte.reſti. Sed rñde ꝙ qñqꝫ ex diuerſitatis tēporis ꝛ locoꝝ nō inducitur diuerſitas diſpōnis ꝛ ita loquitur ibi qñqꝫ ex diuerſitate tēporis ꝛ locorum inducitur diuerſitas rōnis.ꝛ tūc inducit᷑ diuerſitas diſpōnis ꝛ ita hic.

**Magiſtrum.** Magiſter obligat dominū ex omni facto ad qd̄ ꝑ dñꝫ eſt ꝓpoſitus.nauta v̄o obligat dñium ſolum ex delicto. Itē nō iſpicit᷑ cuiuſ ꝯdictōis ſit magiſter.h.d. In tex.ibi totius.i.gnālis gubernatio ibi etatis. Nō.ꝙ nō itereſt cuius etatis ſit ille quo ad mādatum ad negocia idē tenet glo.in.l.i.§.pueritiam.ff.de poſtul.ſecus in iudiciis.ꝛ adde ꝙ nō.in cle.ij.de procūr.

**Magiſtrū.** Magiſter nauis habet poteſtatem alium magiſtrum ſubſtituere etiam ſi ſibi fuerit prohibitum ꝛ ex perſona ſubſtituti domin⁹ nauis tenebitur ſicut ex perſona ſubſtituentis.h.d.vſqꝫ ad.§.non autem. Nō.in.v̄.quid tamen caſum.ꝙ prepoſitus ab vuo poteſt vnum alium ſibi ſubſtituere contra expreſſaꝫ dñi voluntatem qui cū ꝓpoſuit.ꝛ eſt hic ſdeciale in negotiacione nauali.ꝛ per hoc dicit.Gui.de cu.ꝙ ſi aliquis conſtituat procuratorē ſub iſta condictione ne lite cōteſtata poſſit ꝓcuratoreꝫ ſubſtituere alium.quod de iure fieri poſſet ſi ꝓhibitio ñ eſſet facta vt.l.ꝙ quis ꝛ nulla.C.de procuꝝ.ꝙ facta prohibitione ille non poterit procuratorem etiam lite cōtꝫ. quia ceſſat ratio. Nō.ꝙ magiſter poteſt ſubſtituere abſ̄s magiſtrum ꝛ per illum ſubſtitutum.ita obligatur exercitor ſicut per ſubſtituenteꝫ dubiū faciebat qꝛ videbatur electa induſtria magiſtri.nam iſtud eſt negotiuꝫ induſtriale tamen poteſt committi hominis pars induſtrie Secundo nō.ꝙ ille dicitur ſubſtitutus qui eſt ſubſtitutus domino ignorāte.Si autem domino ſciente non dicitur ſubſtitutꝫ.ſed prin. Tertio nō.ꝙ ideo ex facto ſubſtituti tenetur exercitor quia magiſter videtur habere mandatum ad omnia in quo venit vt poſſit ſubſtituere facit ꝙ nō.in ſimili de iuꝝ.om.iud.l.ſolet ꝛ j.man.l.ſi procuꝝ.§.i. Quarto nō.ꝙ licet ſit actū vt non poſſit ſubſtituere tamen ſi ſubſtituit obligatur mādans ꝛ eſt ſpeciale in exercitoria. Ex iſtis nō.ſimpliciter quedam arg.nam ex primo ſummitur ar.ꝙ vaſallus vaſalli mei dicit᷑ meus vaſalluſ.ſ.quando eſt reſpectu vnius ꝛ eiuſdem feudi.vt nō.in.§.ſi duobus veh.culū ꝛ facit.ſ̄.de pig.ac l.ſolutum.§.ſi domum. Ex v̄.cetex ſūmitur ar.ꝙ vicarius epiſcopi non tenetur facere fidem de vicariatu quia ſufficit paciencia domini ꝙ eſt verum niſi i hijs i quibus requireretur mandatum ſpeciale ꝛ expreſſum ar.j.de dona.l.filius.

**Non autē.** Ex facto magr̄i domin⁹ nauis obligatur magiſter contrahat i eam rem in qua expreſſe vel tacite eſt prepoſitam.ꝛ in illam cauſam ſe contrahere exprimat. Sed ſi cōtrahat nulla cauſa expreſſa dominus nauis non tenetur niſi i eius vtilitatem fuerit verſum.Sed ſi magr̄ nauis ꝯhat in cauſa in qua eſt expreſſe prepoſitus ſufficit cauſe expſſio.lꝫ illa cā ñ ſit v̄a.h.d.vſqꝫ ad.§.igr̄. Nō ꝙ magr̄ poteſt ſubſtituere. Nō.hunc.§.ꝛ maxime.v̄.unde querit offilius ꝛ.v̄.ſed ſi in ꝑcijs ꝑ cui⁹.v̄.declaratōne q̄ro de eius intellectu.Azo.i ſūma iſti⁹ tituli dicit ꝙ iſte

v.ſed ſi in p̄cijs loquitur qñ magr̄ fuit ſpāliter poſitus
ad pecunias accipiendas ⁊ merces emendas ⁊ ideo
pro huius.§.declaratione dic quandoqȝ magiſter acce
pit pecunias mutuo in eam cauſam in quam eſt expreſ
ſe poſitus.⁊ ad hoc vt dominus nauis obligetur ex tali
mutuo ſufficit ꝙ magiſter dicat ſe accipeꝛ pecūias mu
tuo ob illam cauſam vt hic in.v.vnde querit offilius.⁊
in.v.ſed ſi in precijs ſecundum intellectum azo.ſm.Ja.
de are.Quādoqȝ magiſter accipit peconias mutuo in
eam cauſaȝ in qua eſt prepoſitus tacite puta accepit pe
cunias mutuo ob cauſam que venit in conſequentiam
eius ad quod eſt prepoſitus expreſſe ⁊ tūc ad hoc vt do
minus nauis ex tali cōtractu teneatur requiruntꝛ tres
cȝ.ꝙ magiſter contrahendo dicat expreſſe ꝙ vult ob il
lam cauſam accipe vt hic. Item ꝙ illa ſit vera.⁊ ꝙ
creditor ſciat illam cauſam ſub eſſe tempore contract⁹
vt.j.eo.l.fi.in prin.qñqȝ magiſter accipit pecunias i illā
cauſaȝ ſimpliciter hoc non exprimēdo.⁊ tunc domin⁹
nauis non tenetur ex tali contractu niſi pecunia fuerit
verſa in vtilitatē domini vt hic in.v.ꝙ ſi ab inicio circa
queȝ.v.vide qd̄ nō.glo.que incipit nec creditor.nec ob.
predictis.j.e.l.iij.§.qui tamen quia ibi loquitur quando
quis contrahit cum eo qui nullum habebat mandatuȝ.
ſed premiſſa loquuntur quando quis contrahit cuȝ eo
qui habet mandatum.⁊ circa predicta vide quod nō.
Inno.ex̄.de fidei⁹.c.fi.⁊ quod nō.gui.j.e.l.fi.

**Quid ſi mutuam.** Nō.ar.ꝙ miſſuſ ad ꝯducēduȝ.offi
cialis poſſit accipere pecuniaȝ mutuo pro his deducen
dis ad locuȝ ꝙ eſt veriſſimuȝ. Bal.

**Unde querit.** Nō pmo ꝙ inſpicitur pri
muȝ propoſitū quod pbatꝛ
per ſacr̄m ſm Gui. Secūdo nō.ꝙ refert qualiter qſ
retraxit mūn.expreſſa cauſa cui non expreſſa. Item eſt
ar.ꝙ ſi priores hñt arbitrium ex aliqua cā ad hoc vt va
leat quod agūt debent illam cām inſerere quāꝗ̄ credo
ꝙ ēt ſine inſertione cauſe valeat.qr omne ius eoꝝ de
duxiſſe ur̄. ar.ff.de excep.rei.iu.l.ſi mater.§.eādeȝ.⁊ de
teſta.mili.l.mater qd̄ nō.Inno.de preſcriptj.c.cū ex offi
cio.nō ob.h.§.quia h actus poterat valere duplici via.
ſed ego loquor vbi actus al'eſſet inhabilis. Ultimo
gui.de cu.inducit hūc tex.in.v.vnde querit offilius.ad q̄
ſtionem.nam vides hic ꝙ ſi magr̄ nauis accipiēdo pecu
nias mutuo exp̄ſſit ſe velle illam pecuniā expendere in
illam cām in qua ē p̄poſitus lȝ poſtea mutauerit propo
ſitum tñ dñs tenetur.modo dicit ipe ꝙ iſte tex.facit ad
.q.ꝙ ſi in ciuitate ē ſtatutum ꝙ nullus extrahat bladū
de ciuitate niſi cā ſui vſus ſub certa pena.⁊ qdam extra
xit cā ſui vſus.⁊ poſtea mutauit ꝓpoſitum ⁊ bladuȝ ven
didit ꝗ̄ nō incidat in penam quaſi iſpiciatur ſuū pmum
ꝓpoſitum ar.huius tex.quod dic vt hic p eundem.

**Igitur.** Modus proponēdi eſt ꝯſiderandus
⁊ ſi magiſter excedit modum dñs nō
tenetur.h.d.vſqȝ ad.§.ſi plures. Uel ſic forma māda
ti hȝ vim.l. In tex.ad locāduȝ ar.ꝙ procūr.nō poſſit
ſolui.ꝙ eſt verum ex alio ꝯtu.ſed ex eodem ꝯtu bene
pōt ſolui.ſ.de pactj.l.fi.cum emptore. Nō.ꝙ forma mā
dati eſt obſeruāda ꝯtor.j.man.l.diligēter.⁊ ſic apparet
ꝙ eſt ſeruāda per omnia tā circa res.⁊ pſonas ꝗ̄ circa
locum ⁊ tp̄s.ff.de v.ob.l.qui rome.§.kalimacus.

**Si plures.** Si plurib⁹ vniuerſalis admini
ſtratio ꝯcedatur videtur ꝯcedi
iſolidum niſi illud ſit exp̄ſſum.h.d. Nō.ex hoc.§.qd̄
dixi i ſūma.⁊ vt dixi iſte.§.hȝ locum quādo pluribus cō
ceditur adminiſtratio vniuerſalis. ſecus ſi pluribus mā
detur aliquid ſpeciale nō vniuerſale. Nam tūc nō vide
tur mādatum factuȝ iſolidum niſi expreſſe dicatur vt.l.
pluribus.ſ.de procūr. Secūdo nō.in.v. Sed ſi ſic p
poſuit ꝙ quādo ē dcm̄ ꝙ ſine alio facere nō poſſit q' gc
quid facit vnus ſine alio nō facit p̄iudicium mandantis
vt.l.ticium ⁊ meuiū in pn̄.j.de admi.tu.circa qd̄ vide ꝙ
nō.doc.in.l.id quod paupibus.C.de epi.⁊ cle.In glo.q
incipit cuilibet.ꝯnū.in li.vi.⁊c̄.de plurib⁹ ꝯmiſſarijs dic
vt ex̄ de te.ca.vlt.li.vi.de pluribus dic vt ex̄ de arbitris
.c.ult.li.vi.l.dieȝ pferre.§.ſi plures.ſ.de arbi. In gl.
que incipit ſeruāda enim ⁊c̄.ibi dȝ ſtare eiuſ ꝯſilio circa
iſtam glo.vide quod ex̄.de arbi.⁊ ex̄ de ellectione.c.cuȝ
in veteri. Baldus.

**Exercitorem.** Nō.hic tex.in.v. obuen
tiones.⁊ verbum reddit⁹
⁊ nō.glo.ſuper verbo obuentiones q̄ dicit quod ſit ob
uentio quid aūt ſit redditus. nō.inſti. locati.§. adeo ⁊c̄.
Uide ꝙ nō.ff.de ꝯdi.inde.l.ſi vrba.j.de vſu.l.trebaciāi
⁊ cum dicuntꝛ puri redditus deductj.expenſis vt i.l.litib⁹
in fi.de agri.⁊ cenſi. Bal.

**Eſt aūt.** Contrahentes pñt eligere exercitorē
vel magiſtrum prohibito voluntatis.
Sed exercitor non poteſt agere contra contrahentes
cum magiſtro niſi in ſubſidiuȝ.h.d. Nō.ex hoc tex.
magiſter ſiue inſtitor poteſt conueniri a dño ſeu exerci
tore ex contractu ſuo ꝙ qualiter debeat intelligi.dicaȝ
j.ti.ij.l.finali. Nota in gl.vltima iſtius.§.ꝙ quotieſ
cūqȝ dicitur ex̄ ordinem vel ordinario iure intelligitur.
officio iudicis vt hic ⁊.ſ.ſi.cer.pe.l.cum filius ⁊.C.de
lib.⁊ eorum lib.l.prima Nō.ar.ꝙ lȝ ex contractu p
curatoris obligetur dominus.tamē nihilominus tenetꝛ
ipſe ꝓcur̄. Item nō.caſum in quo eſt contractu alte
rius agitur ſine ceſſione ⁊ dr̄ remedium extraordinari
um qd̄ eſt regulare alium caſum vidiſtis in.l.ſi conuene
rit de pig.ac. Baldus.

**Si is q.** Habēs exercitoreȝ in poteſtate ſi fue
rit uolens obligatꝛ inſtitutioni in mer
ce dōinica vel naua i.ſed in merce peculiari obligatur
tributoria etiam eo modo obligatur in merce nauali ſi
ſola ſcientia iteruenerit.h.d. Uel ſic in exercitoria ſcia
⁊ ꝯſenſus patris vel dñi producūt ſolidi actionem non
ſcia ſola.ſed in tributoria quādo cōtrahitur peculiari.⁊
nō nauali rōe ſcie pater ⁊ dñs ceteris creditoribus exe
quētur cū quibus vocatur pro rata.h.d. Nō.qd̄ i du
bio nō eſt recedēduȝ a verbis legis vel ſtatuti.vnde vbi
ta requirit ſciam ⁊ conſenſus ſola ſciētia nō ſufficit vt i
iv.in re igitur dubia.Iteȝ ſm vnam opi.nec omnis con
ſenſus.quia nō iterpretatus.ſed non verbis.⁊ factis de
terminatus. ſed aliam opinio. ſufficit interpretatiuus.
In gl.que incipit hic.§.⁊c̄.i fi.Sȝ tu dic ſm.Mar.
ſy.qd̄ ad hoc vt dominus teneatꝛ qd̄ iuſſu requiritꝛ.qd̄
dominus ſciat ſpēm contractus.Sed in hac actōne ſuf
ficit qd̄ dominus ſciat ſeruum negotiari licet ignoret
ſpeciem contractus. Ideo pro iſtius.§.declaratione
dic qd̄ quandoqȝ filius vel ſeruus negotiator patre vel
domino ignorante vel inuito quod fieri poteſt vt.j.d pe
culio.l.ſi quis ſeruum.§.etiam.⁊ tunc dominus vel'ſer
uus tenetur tantum actione de peculio.ita loquitur.j.d
pecu.p totū. Qñqȝ fili⁹ l' ſuus ꝯhit pr̄e l' dño ſciēte tm̄
⁊ tunc pater vel dominus tenetur actione tributoria ſi
ue fili⁹ l' ſuus ꝯhat in merce nauali ſiue in aliqua mer
ce vt hac.l.v.Sed ſi ſciente.j.de tribu.l.i.§.i. quandoqȝ
filius vel ſeruus contrahit patre vel domino volente.⁊

tunc ſi qdem pr̃ vel dñs vult filium vel ſeruū ꝯhere in
certaz ſpēm.⁊ tunc tenetur iſolidum pti ꝙ iuſſu.vt.ĩ.qd̄
iuſſu ꝑ totum. Quādoqȝ pater vel dñs vult filiuȝ vel
ſeruum generalr̃ negociari.⁊ tūc ſi quidem filius vl' ſer
uus negociator i merce nauali pater ⁊ dñs tenetur iſo
lidum ita loquitur iſte.§. Si v̄o negociator in merce
de nō nauali tūc pater vel dñs tenetur actione tribuṫ.
ĩ.de tribu.ꝑ totum.⁊ hoc.§.v̄.ꝑ inſtitoꝝ. Et ſic ex p̄
dictis habes ꝙ nō ſemper volūtas pr̄is vel dñi circa ꝯ
ctum filij vel ſerui obligat patrem vel dominum inſoli
dum.⁊ circa p̄dicta vide tex.nō.ĩ.de tu.l.lucius.volūtas
pr̄is vel dñi circa ꝯtum filij vel ſerui obligat pr̄em vel
dñm .⁊ circa predicta.vide tex.nō.ĩ.de.admi.tu.l.lucius
ticius gayum ſeyum. Bal.

## In poteſtate.

Uerbum ptātis accipitur
pro patria poteſtate vl' do
minica actione etiam pro ptāte qua habet ille q ē alte
rius iuri ſubiectus.h.d. Bal.

## Quāquam.

Iſte.§.nō ſūmatur.ſȝ hic iuriſ
conſultus exponit v̄bum magi
ſtrum poſitum in edicto. Bal.

## hec actio.

Exercitor ⁊ magiſter iſolidum te
nentur ſi fiat ex actio ꝯ vnum al
ter liberatur.nō.ex hoc.§.in fi.ꝯiuncta glo. ſua ꝙ ſi qs
ſoluit pro me ⁊ iuito me liberat.h.d.

## Si plures.

Quādo plures nauez exercent
ꝑ tertiam pſonam liberam vel
ſeruaȝ.vel ꝑ vnum ex eis quilibet tenetur iſoliduȝ. Se
cus ſi plures exerceut ſimul nauē ꝑ ſe ipſos.h. d.cuȝ.l.
ſe.vſqȝ ad.§.ſimul hee actiones. Uel ſit factū cōmunis
magiſtri obligat quālibet exercitorem inſolidum. ⁊ eſt
nōn.unde factor cuiꝰdā ſocietatis quēlibet de ſocietate
pōt inſolidum obligare.⁊ nō ipm corpus ſocietatis ⁊ fa
cit de edi.edic.l.iuſtiſſime.§.i. In tex.ibi nauem.ſ.eā
dem exerceat.ſ.per cōem magiſtrum. ſūt ergo duo vel
plures rei debendi iſolidum ⁊ ꝙ nō.ſi cer.pe.l. cum re.
In tex.ibi in pluribus exercitoribus ⁊c̄.exercētibꝰ
nauem ꝑ cōem magiſtrum quo caſu quilibet exercitor
teneṫ iſolidum ex ꝯtu facto cum iſto magiſtro vt.s̄.e.l.
.i.in fi.iſtius probaṫ.ĩ.e.l. Si ſeruus. §.ſi cōis ſeruus.
Nō.tex.primo in.l. ne plures. nam iſte tex.induci
tur per docto .ad. q.quod quis non poſſit plures procu
ratores ꝯſtituē adiciendo clauſulaȝ ꝙ occupātis melior
condictio.non exiſtat. Sed dy.in hac glo. diſtinguit
aut eſt actor ille qui iſto modo plures procuratores cō
ſtituit aut eſt reus primo caſu poteſt fieri cōſtitutio.Se
cundo nō.ar.iſtius.l.⁊.l.iam tamen.§.vltimo.ĩ. iudi.ſol
ui de hac queſtione eſt hodie caſus in.c.ſi duo ex̄ .de ꝓ
cur̄.li.vi. Ultimo pro declaratione iſtius.§.⁊ legum
ſequentium quando plures exercent vnam mercātiam
ſi quidem exercent per tertiam perſonam quilibet tene
tur inſolidum ex facto illius tertie perſone vt hic .§. ſi
plures. Si vero exercent per ſe ipſos tunc ſi quideȝ
exercitium illius mercantie fuit commiſſum vni ex eis
tunc dic idem quia quilibet inſolidum teneṫ vt.l. q.v̄.
ſȝ ſi per plures. Si vero omnes per ſe ipſos mercā
tiam exercent tunc ſi qdem exercent vnā mercantiaȝ ꝑ
ſe ipſos ſimul tunc qlibet tenetur pro pte.Si vero exer
cent ſepatim puta vnus in vno loco.⁊ alius in alio vel
vnus vnam mercantiā alius aliā tunc videntur omnes
propoſiti ad inuicem magiſtri.⁊ ita loqtur.l.q in ꝓuin
cia in fi.s̄.ſi cer.pe.que hic alle.in fi.glo.prime.l.ſi tñ fa
cit pro hoc.C.de fabricēſibus.l.iur̄ prouiſuȝ libro ſexto.
Adde ꝙ nō .C.fa.her.l.ſi familie. Nota.quod quili
bet magiſter vr̄ ꝓpoſitus inſoliduȝ niſi adminiſtratio
ſit diuiſa vel ſit actum vt non poſſit vnus ſine altero.
Nec ob.ad primum.s̄.de procur̄.l.pluribus quia hic lo
quitur quando conſtituitur ad quandam vniuerſitateȝ
Ibi loquitur quādo conſtituitur ad ſpāle iudiciū vel ne
got nȝ ſm quoſdā.Et ſcias qd̄ in iſto.§.bar. tractat ma
teriam.quando aliquid ē faciendū de .conſilio vel con
ſenſu alicuiꝰ utrum ualeat ſi al' fiat ſup qua materia do
minus Cy.ponit quandā diſtinctionē Rizar .ĩ.man .l.
idem.§.ſi qs ea que tal'.ē.Quando aliqd conſilio eſt fi
endum ſi fiat ſine cōſilio utrū valeat uel. nō diſtingue.
qd̄ aut mandaṫ a.l.aut ab homine. Si a lege dic indi
ſticte non ualere niſi conſiliū interueniat.ĩ.de rebꝰ eoꝝ
l.ſi papillorum.§.ſi pretor de iuriuran.l.ſic itaqȝ ⁊ ar.ĩ.
mandati.l.diligenter melius probatur in.l.ij. de tuto.⁊
cura.ſi ab homine ſubdiſtingue. Quod aut ambo ſunt
officiales.ſ.ille q iuſſus eſt facē ⁊ ille cuius ꝯſilio dȝ fie
ri.⁊ tūc cōſilium eius regrendum eſt vt.ĩ.de adminiſtra.
tuto.l.ticium.⁊ meuiū.ij.R̄.⁊ hic ⁊ eſt rō.qr tñ habet vi
goris vnus ad reſiſtēdum qͥtum alter ad faciēdum. vt
s̄.cōi diui.l.ſabinus.⁊.ff.ne qd in loco publico.l.ij.§.i.⁊
de cura.furioſi.l.ꝯſilio.§.fi.Idē ſi nō ſit officialis.ſit tñ
eidē offō deſtinatus ita itelligitur.l.parui. §.fi.s̄. ꝺ arbi
tris q̄ deſtinatio facit idē ꝙ faceret ſi vere eſſet.vt.ĩ. de
rebus eo.l.fi.Si v̄o nō ſunt i eodē offō.qr ille qui dȝ ge
rere de ꝯſilio alterius ē officialis alter nō ſubdiſtingue.
Quod aut ille cuius ꝯſilio res mādatur geri ē futurus
obligari.ſi res male geratur aut nō.ſi nō eſt futurꝰ obli
gari tūc de honeſtate eſt regrendum ꝯſiliū.⁊ ſalubre ſe
quēdum.tamē ſine ꝯſilio tenet vt.ĩ.ꝺ admi.tut.l. qdam
decedēs.§.pāp.⁊.l.ticiū.⁊ meuiuȝ.primo.R̄.⁊ ē ratō.qr
pōt quis ꝓuidere an ꝯſilium ſibi expediat vel nō vt.ĩ.
mādati.l ij.§.fi.⁊ qr nō debet alteri ꝑ alteruȝ inique cō
dictio afferri.⁊ ē arg.ad hoc de ma.teſta.l.ſi ita fuerit ⁊
de here.inſti.l.pater.Si v̄o vterqȝ eſt futurus obligari
vel nullus.dico ꝯſilio eius debē geri.al's nō valet quod
actuȝ ē ut hic.⁊ de inſtitu.l.ſed ⁊ ſi pupillus.§.ꝯdictio ꝺ
acq.here.l.ſi qs in bona.§.coꝝ.qr ſicut pitas ē periculi
ita paritas ē auctoritatis.⁊ qr ꝙ omnes tāgit ⁊c̄.ut.l.fi.
ꝺ auc.p̄ſtāda.Et hec v̄a niſi eſſet deīn ꝙ ſiñ ꝯſilio nō ua
leret.qr indiſtincte nō ualet ar.ĩ .mādati.l.ſi qs ea ſm
Rizar.malū.Ol.in qōne quā diſputauit q̄ dicit autēti
cum ſtatutuȝ dicit ꝙ ideo qñ par gerit offm̄ ꝙ unus nō
poteſt ſine alio ē qr hn̄t ptātem colligatam ſm eum.C.
Adde ꝙ iſte.§.ſi plures loquitur in offō ꝙ habȝ formā
ab hoīe.ſed.l.ticiū ⁊ meuiū loquitur in offō ꝙ hȝ formā
a iure.ita dicit tex.in.ꝺ.l.qdam decedens. Itē ex pre
dictis .nō.ꝙ ille q hȝ ꝯſulere dicitur ꝓpea officiū gereṙ
unde dicit cle.exiuit ꝙ frater mior ñ pōt eē executor.
tñ poteſt ſcribi ꝯſultorem.Iteȝ dicit.l .ꝙ ille qui ꝯſulit
nō dicitur iudicare ut.l.i.§.ſolēt.quādo app. ſit. Iteȝ
uideṫ ex p̄dictis ꝙ ſi teſtator relinquit duos executōes
hoc acto ꝙ unus nō poteſt exequi ſine altero ꝙ uno ac
ceptāte alter nō poſſit facit.s̄.de arbi.l.nō diſtinguemꝰ
§.cum i plures de leg.ij.l.lucius ticius.§.qſquis.⁊ adō
ad hāc materiā ꝙ nō.ex̄ de elec.c.cum in ueteri. ⁊ ꝺ ar
bi.c.cum olim.xlviij.di.ecce formidant.xi.di.decretis ꝑ
Inno.ꝺ offō ordi.irrefragabili ꝑ cy.C.ꝺ ſpōſa.l.ſi pater
C.de epi.⁊ cle.l.id quod paupibus.i ſpec.de arbi.§.fi.
v̄.quid ſi dicaṫ ⁊ nō. Bal.

## he actiones.

Actio datur heredi ⁊ cōtra
heredeȝ ⁊ vltra annuȝ hoc
dicit. In glo.que incipit.i.actio hec nota iſtam glo.
q̄ dicit qd̄ iſtud v̄bū exercitoria inſtitutoria tributōia ꝺ

peculio ⁊ ſimilia v̾ba. nõ ſunt noĩa actionum. Sed ſunt quedam actiones. Baldus.

**Si cum q.** Exercitor. tenetur licet iter magiſtrũ ⁊ ꝯ̾hentem ſecum non cadat obligatio ⁊ dominus ſerui tenetur actiões ſibi q̄ſitas exercitori cedere. h. d. Iſta pñs. lex.

**Si comunis.** Nota hũc tex. pro ĩtellectu. l. ſi tamen plures. v̾. ſꝫ ſi ſeruus plurium. ſ̄. e.

**Lucius ticius.** Mutuãs magro habꝫ actioné exercitoriaꝫ ꝯ̄ exercitoré. ſi quatuor ꝯcurrant videlicet ueritas cauſe. ⁊ ueritas ꝓpoſitionis ad illam cãm ⁊ ſcientia ⁊ ꝯgrua quãtitas ⁊ loci ꝯgruitas. ⁊ ideꝫ videtur iſtitoria. h. d. iſta nõ. lex. Nõ. hãc. l. ꝓ mutuãtibuſ factoribus mercatoꝝ. nam ex hac. l. habes qualiter hñt obligatos dños ipoꝝ ⁊ ꝙ ipi hñt probare. Secũdo nõ. caſuꝫ in. v̾. qñqꝫ ⁊ in. v̾. ſe. In glo. que incipit. ſed pro ea ⁊c̄. Ibi ciuitas ⁊c̄. Et ibi de ĩtellectu huius. l. ſꝫ ẽt in. l. ſingularia ad fi. eo. ti. In. e. glo. ibi in fi. tu dic v̾a ꝙ ibi erat expreſſe ꝓpoſitus ad accipiẽdum pecuniã mutuo ſm ĩtellectũ Ja. ⁊ mar. ⁊ ibi dixi. ⁊ vt dixi in. l. ciuitas. ⁊ meli⁹ i. l. ſi pup. §. ité ſi ꝓcur̃. vel. §. is. ſ̄. de neg. ge.

In glo. que incipit fere illic ꝓpoſitus ymo videtur requiri ꝙ ſciat vt probatur hoc tex. v̾. fi. Item aliud exigenduꝫ. h. d. Nõ. hic quattuor cõſiderãda ad hoc vt ſi non eſt facta v̾ſio ĩ cãm ĩ quam magiſter cõfitebat̃ ſe accipere dñs inſolidũ teneat̃ primo requiritur ꝙ ſubſiſtat rei neceſſitas. ſecundo ꝙ accipiat̃ ĩ cauſam ĩ quam cõmiſſa eſt poteſtas. tertio ꝙ nõ mutuetur ſupflua quãtitas. quarto ꝙ ſubſit loci ⁊ tẽporis opportũitas primũ ibi rñdi. ſecundum ibi. ita illud. tertiuꝫ ibi quare. quartũ ibi iterdum. Que quattuor ſunt cõſideranda non ſolum ĩ facto nauali ſed ẽt iſtitoria actĳ. ⁊. h. d. hec. l. nõ. ⁊ loquitur hec lex ĩ ꝑuat̃. ſed in facto ciuitatĳ. vel eccleſie dic vt nõ. ſ̄. ſi cer. pe. l. ciuitas de neg. geſt. l. ſi pup̃. §. i. ⁊ ĩ aũt. hoc ius porrectũ ĩ fi. ⁊ late per Inno. ex̃. de fideiuſ. c. quibuſdaꝫ ⁊ ꝺ depoſi. c. grauis. Quero pone ꝙ probat̃ euidens neceſſitas rei. iteꝫ probatur vlterius ꝙ ẽ facta refectio nõ tamé probatur qꝺ ex illa pecunia mutuata.

Quero an p̃ſumatur ex illa ſm ꝯfeſſionem ꝯ̾hentis ⁊ vr̃ qꝺ nõ quia iſta ꝯfeſſio nõ preiudicat. d. vt. C. de noua. l. nõ abſtulit ⁊ ſatĳ inuitur in hac. l. Cõtra. dico qꝺ probata nũ̾ratione. ⁊ euentu ſubſecuto p̃ſumatur ex illa pecunia factũ eſſe vt. l. ſi vẽtri in fi. de priuilegĳs cre. ⁊. C. de ali. pu. p̃. l. fi. ⁊. l. fi. C. de pig. vnde ſi abbas accepit pecuniaꝫ mutuaꝫ pro induendis monachis vel pro ſoluendo. xxv. ⁊ apparet qꝺ monachi ſint inducti l̃. xxv. ſunt ſoluta p̃ſumaꝫ qꝺ ex pecunia mutuata ꝑ dictas. l. l.

Item nõ ĩ hac. l. in ꝑn. ad. q. pone ꝙ dono tibi mille flor̃. inſerta cã. q2 me redimiſti ab hoſtibus an credatur huic ꝯfeſſioni ita ꝙ nõ ſit locus iſinuationi. ⁊ certe non ar. de proba. l. qui teſtĩi de leg. iĳ. l. cum qſ decedens. §. ticia ſꝫ cy. Tu dic ꝯ̄ q2 ex quo cã meritoꝝ ẽ ſpecificata nõ reqritur iſinuatio. ⁊ ſtatur ꝯfeſſioni. vt. ĩ. de dona. l. aeglius regulus. ⁊ ibi nõ. Nõ ob. l. qui teſtĩi q2 ibi loquitur iter ꝓhibitos iter quos ẽt cõfeſſio eſt ꝓhibita vt ibi nõ. Item nõ ob. hec. l. q2 ibi loqtur de tertio obligãdo. ſed quãdo agitur ꝺ obligãdo ſe ſtatur ĩ dubio ꝯfeſſioni. ita dicit nõbilis glo. ĩ. de noua. l. doli mali. ĩ fi. Itẽ nõ ob. ꝙ nõ. ĩ. de col̃. l. ſi donatõne. q2 ibi ꝯfeſſio erat generalis. ⁊ incerta ꝑꝑ bona merita ⁊ ſeruicia. Iſta enim v̾ba nil operãtur. ſecus ubi ꝯfeſſio ẽ certa ⁊ ſpecificata. ⁊ ita loqtur. l. aeglius regulus cuꝫ ſua glo. ꝙ nõ. Secũdo nõ. ĩ v̾. quare arg. ad aliam. q. pone ꝙ pater reliquit filio ſpurio magnũ territoriuꝫ. ⁊ dicit ꝙ hoc facit cauſa alimẽtorum. q̄ alimenta põt ei relinquẽ de iure canonico. vt ex̃ de eo qui duxit ĩ matrimoniũ. c. cum haberꝫ. nũ quid valebit iſtud relictum. iſte tex. facit ꝙ nõ ualeat vltra quaꝫ ſit neceſſariuꝫ pro alimentis vt hic. ⁊. ĩ. ꝺ dõa. iter vi. ⁊ vxo. l. ꝙ adipiſcendi. ſm Guil̃. ⁊ cy. Item facit iſta lr̃a pro executoribus teſtõꝝ ꝙ ex ꝑua occaſione nõ poſſunt uendere rem magni valoris. Et adde ꝙ nõ. in. l. ĳ. C. qñ decre. o. nõ eſt. Iteꝫ ex v̾. iteritus ſumit̃ ar. ad aliam. q. quam vidi ꝺ facto florẽtie dictat ſtatutuꝫ florẽtie ꝙ executor florẽtie habeat arbitriũ ĩ omnibus delictĳ. ex qbus poſſet turbari ſtatus ciuitatĳ. Modo q̄dam ardua rixa fuit facta ĩ cõitatu executor vult aplicare illud ſtatutum de turbatione ſtatus. Nũquid poſſit. ⁊ vr̃ qꝺ nõ q2 loci diſtantia repugnat ar. huius. l. ad ideꝫ. ĩ. de cap. ⁊ poſtu. re. l. ſi qs ingenĳ. §. in ciuilibus. tñ ꝯ̄riũ practicat̃ de facto. nõ ſunt hic alia. Bal.

## Ad Legem rodiam de iactu. Rica.

**Lege rodia.** Si cã nauis merces vni⁹ mercatoris ſunt iactate. oẽs debent contribuere ad damni emendatióeꝫ. h. d. Ultimo Iſte tex. facit ad qꝺnem. Si aliquis de aliqua villa vel caſtro damnũ fuit paſſus ab aliquo malefactore. ⁊ ex forma ſtatuti ſi villa vel caſtrum non capit malefactorem dꝫ damnum paſſo damnũ emẽdare ⁊ malefactor nõ fuit captus ꝙ ꝺ illa emendatione debet deduci ꝑs q̄ contingiſſet illud damnũ paſſum ſi alius ex̃neus fuiſſet damnum paſſus q debuiſſet habere emendationẽ ab illo caſtro vel villa. ar. iſtius tex. dũ dicit omniũ contributionum ⁊c̄. in. l. ꝓx. v̾. eqſſimum ⁊. ĩ. e. l. nauis de qua queſtione nõ. in ſpec. ĩ ti. de cẽſibus. §. nũc dicendũ. v̾. qd ſi damnũ.

**Si laborante.** Domini iactarũ ĩ tãtum hñt actioneꝫ cũ magiſtro nauis. magiſter vero nauis hꝫ actionẽ cũ ceteris ⁊ non ſolũ habet actionẽ ſed etiã mercis retentionẽ. h. d. hec lex. Nõ. v̾. equiſſimũ. nã iſte tex. facit optime ad qꝺnem ꝙ ſi igne orto ĩ aliqua cõtracta domus alicuius deſtruit̃ a vicinis ne ignis vlterius extendat̃ qꝺ fieri põt de iure vt videbitis. ſ̄. ad. l. acquil̃. l. ſi qs fumo. §. i. qꝺ illi tali cuius domus eſt deſtructa. dꝫ cõmuniter damnũ reſartiri tñ ꝓ comuni vtilitate ſic factum arg. iſtius tex. ⁊. ſ̄. e. l. i. quod nota. ⁊ tene menti.

In tex. ibi retinet per iſtum tex. dicit qꝺ ſi habeo ꝺbitorem meũ ſuſpectũ. ⁊ tu habes de rebus illius apud te qꝺ ego poſſum agere ꝯ̄ te vt res illas ſaluas retineas penes te donec mihi ſatiſfiat pro hoc facit. l. i. ꝺ edẽ. ⁊ tex. ꝙ̄ ad ſ. amitta. l. ſi locuſ. ⁊ de omni agro deſ. l. quicũqꝫ in fi. ⁊. ĩ. ne qd ĩ loco publico. l. ĳ. §. maꝝ. Itẽ inducit ad aliã. q. qꝺ milites q tꝑe guerre ꝑꝑ defenſ. vadũt ad bellum ⁊ ibi ꝑdũt equũ qꝺ ſibi ꝑ cõe debeat emẽdari vt. ſ̄. ex qui. ca. ma. l. qui. §. fi. in ſtipendiaꝝ ĩ acceptĳ. ſalarĳ aliud ꝯuenit. q2 ꝯ̄ria actĳ. ſed qd ſi volũtate.

**Si conſeruatis.** Si nauis deterioretur nõ fit cõtributio niſi nauis deterioratio contingeret ex volũtate mercatoꝝ vel iuſto metu. h. d. Nõ. tex. ĩ. v̾. nam ⁊ ſi faber qꝺ ſit artifex. ⁊ magiſter frangit ferramenta ſua cuꝫ qbus facit exercitium qꝺ damnum debet eſſe ſuũ nõ aũt illius q locat opus faciendũ.

**Sed ⁊ ſi uoluntate.** Dñs nauis ⁊ domini reruꝫ exercitiuꝫ in naue exceptis libero corpore. ⁊ cibarijs ⁊ ꝑ portione extimatõis mertiuꝫ ↄtribuũt. ⁊ ex hoc tenet̃ ex locato magr̃ nauis. h. d. vſqꝫ ad. §. ſi nauis. Nõ. iſtum. §. ⁊ nõ. v̂. idem agitatuꝫ eſt. nam hic ẽ ar. ꝙ ſic qs debet ſoluere gabellam ꝑ mercibus ſeu pedagiũ. ita dꝫ ſoluere gabellã ſeu pedagium pro ãnulis quos quis põ tauit idigito. Sed in ↄ̃riuum ẽ v̂itas. qꝛ cum iſta talia qs portat cã ſui vſus nõ debet ſoluere gabellam ſeu peda gium. vt. j̃. de v̂. ſig. l. le. cen. j̃. de publicanis. l. ſi publica nus. §. i. C. de vectigalibus. ⁊ ↄmiſſis. l. vniuerſi. Ul timo nõ. ꝙ tẽpore neceſſitatis omnia ſunt cõmitenda vt hic.

**Cũ in eadẽ.** Nõ. ibi veſtimĩta eoꝝ ꝑ quẽ tex. dicebãt qdã ꝙ ille q cedit bõiſ dꝫ dimittẽ veſtimĩta ↄ̃riũ tꝫ Guil. nã vitupoſũ ẽ ꝙ aliqs di mittat veſtimẽta vt. l. diuus ꝺ̃ bo. dan. Itꝫ iſtud ẽ vitupe roſum ꝙ vadat nudus vt. l. cũ. ſ̈. ꝺ̃ re. mili. li. xij. Non ob. iſte. §. qꝛ nõ dr̃ ꝙ debeat auferri. Sed nũquid ꝑ mercibus debeat ſolui pedagiũ. dñs Bar. dicit ꝙ non ar. l. cenſare de v̂. ſig. Nõ. vltimo tex. ibi dum dicit que qꝫ hꝫ ꝙ ſi tpr̃e careſtie aliquis eſt furatus panẽ cã com medẽdi ꝙ nõ teneatur de furto. In. e. glo. extimat̃ vt. l. circa. Uel dic melius ſm̃ Ja. de bel. ħ lꝫ ray. ſi bi approp̃et iſta v̂ba ꝙ ibi petijt itereſſe ex ↄ̃ctu pp mo raꝫ ħ ex quaſi ↄ̃ctu ſine mora ex quadã eqtate ſuaden te. ⁊ ideo nõ putat ip̃e ꝙ iſte. §. corrigatur ꝑ. l. C. ꝺ̃ ſen. que pro eo ꝙ inter. qꝛ ibi loquitur i intereſſe ꝙ petit ex ↄ̃ctu vel delicto al̃ ex culpa uel mora quoꝝ l̃ nulluꝫ ẽ ħ nec ob. j̃. ad. l. fal. lege in. l. fal. §. i. ibi enim res extat ħ nõ qꝺ̃ eſt ualde nõ. Bal.

**Si nauis.** Pretiuꝫ redẽptõis nauis deroba te a piratis eſt ab omnibus ↄferẽ dum. ſecus ẽ i precio reꝝ derobatoꝝ. h. d. pñs.

**Portio aũt.** Collatio ſeu ↄtributio debet fieri pro pretio reꝝ ſaluaꝝ vide licet ꝑ p̃tio. qꝺ̃ valeret nõ ꝑ pretio quo fuerunt empte h. d. Nõ. tex. ibi quoniam agitur detrimẽti nõ lucri ⁊c̃. ꝙ qñ ↄtra aliquem agitur nõ ex ↄ̃ctu nec ex culpa ip ſius nõ habetur intereſſe rõ lucri. Sed detrimenti tm̃. nõ ob. C. de ſñijs que pro eo quod itereſt ꝑ. l. i. vbi de i tereſſe habetur rõ lucri. qꝛ loquitur qñ ↄ̃ aliquem agit̃ ex ↄ̃ctu vel ex culpa ip̃ius.

**Si qs ex.** Iſtum. §. intelligit Mar. ſil̃. quãdo magr̃ nauis nõ fuit i negligentia re tinendi merces vel agẽdi cum mercatoribus. quoꝝ mer ces ſunt ſalue alias eſſet ſecuſ vt colligitur ex merce. §. ſed ſi ſuus. ſ̈. e. l. Bal.

**Si res q.** Nota ex hoc. §. ꝙ poſſum agere cõ tra aliquem vt ip̃e agat ↄ̃ aliũm ad idem. j̃. locati. l. cuꝫ plures. §. meſſeꝫ. j̃. de act. empt. l. iu lianus. §. ſi ſuum tuuꝫ imprudens. ſ̈. ſi cer. pe.

**Nauis onuſte.** Si ſcapha pit cum mercibus extractis cã alienãde nauis hꝫ locuꝫ ↄtributio ſi pit. ſe cus ſi nauis peat. ⁊ ſcapha ſalua remaneat. h. d.

**Sed ſi nauis.** Jactantibus ſit ↄtributio ex mercibuſ poſtea recupe ratis naue pempta. Sed recupantes ex iactu nõ cõtri buunt illis qui in naue pdiderunt. h. d. In tex. ibi ex his mercibus. ſ. illius mercatoꝝ qui p̃mo iactu ratum facit. In glo. que incipit. i. vectores vel dic ⁊c̃. ibi que eſt ↄ̃ ⁊c̃. Sed certe ymo nõ eſt ↄ̃ qꝛ ibi loquitur qñ quis te neretur ad q̃ntitateꝫ ſimpl̃r. Sꝫ quãdo quis tenetur ad quãtitatem reſpectu ſpẽi vel eſt i caſu noſtro. qꝛ ille qui tenetur ad ↄtributionem damni tenetur reſpectu mer cium ſeu ſpẽꝝ quas habet ſaluas pempta ſpẽ liberatur ut. l. electio. §. ſi ideo. j̃. de nox. l. in naue. j̃. locati cum ſi milibus dixi de hoc in. l. quod te. ſ̈. ſi cert. pet.

**Cum aũt.** Pro mercibus ſaluatis ſit cõtri butio ſeu collatio iactantibꝰ p̃ñti pretio. Sed mercibus deteriorat. ſi ſunt deteriorate rõ ne loci nõ ſit collatio ſeu contributio ꝑ tali deterioratõ ne. ſed ſi deterioratio contingeret nõ rõe loci. Sed ra tione expergiminis tũc ſit collatio ſeu cõtributio rõne talis deteriorationis. h. d. ⁊ in hoc. §. gl. i. ⁊ gl. ſuper ver bo adhibenda. ponit. caſum.

**Amiſſe nauis.** Pro naue amiſſa non habet locũ col latio. Sed pro arbore ceſſa vt euitetur pericu lum maris. ⁊ mercũ collatio. locũ habet. h. d.

**Nauis aduerſa.** Non ſit collatõ ꝑ impenſis que ſiunt ad nauem inſtruendam. h. d.

**Qui leuande.** Jactata non p̃ſumun tur in dubio haberi ꝑ derelictis niſi ex qualitat. iact. aliud p̃ſumatur. h. d. Uidiſtis nõ. ſ̈. e. l. ij. §. ſi.

**Deprecario.** Conſuetudo maris. le gi ñ cõtraria debet ob ſeruari. h. d. Nõ. ex hac. l. ꝙ impator hꝫ fundatã intentionẽ ſuã de iure comuni ꝙ omnia dican tur eſſe ſub eius imperio que exempta non apparent circa qꝺ̃ vide qꝺ̃ nõ. i. c. paſtoralis ex̃. de re iudi. Sꝫ quero quid vult dr̃e tex. ibi lex aũt maris ⁊c̃. glo. ponit duas expoſitiones. naꝫ prima expoſitio eſt ↄ̃ textũ aũt nauigia. C. de furtis. Bal.

**Pi uebẽda.** Ad penſioneꝫ cõſequen dam ſufficit ꝑpoſitũ eſſe in naui niſi aliud ſit actũ. h. d. Nota tex. i. v̂. ꝙ ſi hoc apparet quod in dubio. videtur factum pac tum pro mãcipijs imponendis nõ portandis quod nõ.

**Si ea condictione.** Caſus ſuperue niens excuſat a pena precedentis culpe vbi actio non põt intẽtari. h. d. Et ita intelligit hunc tex. dy. i. l. i totum. j̃. de impenſis de qua etiã per cy. in. l. cõpandas. C. mãdati. Nõ. in iſto p̃n. ꝙ illud ꝙ dicitur quando ſtat ꝑ caſum nihilomi nus conceditur qs icedere intelligitur eſſe veruꝫ quod merces eſt promiſſa ſenis ſi ſit ꝑmiſſa ꝑ actu cõſuma to vt hic nõ. dy. In glo. que incipit adhibita in pdẽ do ⁊c̃. ibi. l. cum res in ſi. de hoc dic vt habuiſtis. nõ. i. l. qꝺ̃ te. ſi. cer. pe. ⁊ ibi dixi in gl. eadẽ in ſi. Nõ. ex hac glo. differentiã inter moram ⁊ culpã.

**Idem iuris.** Difficultas ſuperueniens ex cuſat a penis. h. d. Nota iſtum. §. ⁊ circa iſtum. §. vide qꝺ̃ dixi in. l. qꝺ̃ te. ſ̈. ſi cer. pe. ſuper gl. ibi poſita que dicit an difficultas excuſat a mora. h. d. Et quando difficultas excuſet ⁊ qñ nõ in obligatiõe penali vide dy. j̃. de v̂. oblig. l. cõtinuꝰ. §. illud in obligatõne facti vel ad intereſſe dic vt nõ. i. l. ad com parandas. C. manda.

**Si ↄduxiſti.** Si menſura refertur ad ca pacitatem nauis. nauis ca pacitas inſpicitur. Si vero refertur ad onus quod in na ue immittitur tunc inſpicitur menſura oneris. quid aũt ſit in dubio dic vt nõ. hic in glo. ſuper verbo põtaſti. qꝺ̃

nota hic nõ ſunt alia. Baldus.

## De Inſtitoria actione. Rica.

**E**ꝗuum pretori. Dominuſ ex facto inſtitoris obligatur. Itẽ ex facto inſtitoris agit ſi ille qui ẽ inſtitoꝛ ẽ ſeruuſ. Si vo eſt liber homo nõ agit actõne nõ ceſſa niſi inſolidum.h.d.cum.l.ſe. Nõ.ex tex. in fi. cum.l.ſequẽti.⁊ vbi nõ repitur ille qui tenetur mihi actõnez cedere qꝛ forte eſt abñs vel latitans vel eſt mortuus ſine herede vel nõ ẽ ſoluendo lex cõcedit mihi vtilẽ actionẽ ſine ceſſione tex.eſt notabilis hic vt.C.de act̃.⁊ obli.l.i.⁊ nõ.ꝑ gl.ĩ.de dam.infec.l.damni infecti ſtipulatio competit.§.vltimo vbi gl.habet hunc tex.ad hoc al leg.facit optime.C.ad tre.l.ſancimus inſtitoꝛ dr̃ ille.

**I**nſtitor. Qui pꝛeponit̃ alicui vniuerſali.negociationi queſtuarie etiam loco certo non deſignato ⁊ contractu iſtitoris dominus obligatur cuiuſcũqꝫ cõdictiõis ſit negociatio queſtuaria Secus ſi qs imponat̃ alicui rei vl̃ negocio nõ queſtuario qꝛ tũc magis vocabit̃ ꝓcuratoꝛ ꝙ iſtitoꝛ.h.d.vſqꝫ ad.§.tñ i.l.cuicũqꝫ. Quero circa.l.cuicũqꝫ i quantũ dicit agris tollendis.de itellectu iſtiꝰ tex.dicit.Inno.ꝙ iſte tex.debet intelligi qñ qs eſt pꝛopoſitus agris alienis.⁊ cã queſtus faciẽdi. Nam i ſuis agris nõ ꝓpꝛie dicit̃ negociatio queſtuaria. ⁊ ita debẽt intelligi oĩa exempla poſita i hoc tex.ita nõ.ipſe in.c.fi. ex̃.de fideicõ.facit.ĩ.e.l.ſi cũ uillico. Uenio ad.§.idẽ qꝫ labeo.ex quo.§.nõ.ꝙ eo ꝙ qs paſſus ẽ illũ quẽ pꝛoponit aliqd facere videt̃ ipſum ꝓponere vt iſtitoꝛẽ facit.ĩ.e.l.ſꝫ ẽt ſi pupillus i ꝑn.ĩ.ꝙ cũ eo .l.fi. Uenio ad.v̂.plane ſi affirmauerit. Nõ.hũc tex.nõ ꝓ litteris credẽtie alicui dicẽdo tali pñtiũ latoꝛi dabitis plenã fidẽ ꝙ ſi qs credat latoꝛi talis littere fit ꝑ hoc. ꝑiudiciũ mittenti ꝓ hoc facit optime iſte textus qd̊ nota.⁊ tene ſemper bene menti. Baldus.

**Non tamẽ.** Ex ꝯtractu iſtitutõis tenet̃ dñs ad id ad qd̊ inſtitoꝛ eſt ꝓpoſitus tacite vel expꝛeſſe. Secus. Sed foꝛma ꝓpoſitiõis repugnat.h.d. In tex.ibi ꝓ taberna ſoluẽda ſubaudi mutauerit.qs ex hoc.§.i.v̂.in fi.foꝛte ⁊c̃. Nõ.arg.ꝙ ꝓcur̃.datus ad vendẽdum põt vendere habita fide d̊ pꝛetio niſi exp̃ſſe fuerit ei mãdatũ ꝙ vẽderet pñ i pecunia de qua materia tractat̃ hic ꝑ gui.de cu.⁊ ꝑ.l.i ciuile.C. de rei ven. Secundo nõ.i.v̂. Itẽ fideiuſſoꝛ dũ dicit eius enim nomen rei.ſequella eſt cum glo. ſua que incipit nõ.quod tene menti.

**Si ab illo.** Heres tenetur ex facto inſtitoris a defuncto pꝛopoſiti. ⁊ ſi iſtitoꝛ pꝛoponatur a legitimo adminiſtratoꝛe ille cuius negocia gerũtur ⁊ ſi inſtitoꝛ pꝛoponatur a pꝛocur̃e obligatur dñs ⁊ pꝛocuratoꝛ pꝛoponens.⁊ idem in geſtoꝛe ſi ſequatur ratihabitio dicunt̃ cum.l.ſeq.vſqꝫ ad. §.parui.

Quero de intellecta illius.v̂.ſed ⁊ ſi ꝓcur̃. cum.l.ſe. dicit Ja.de are.ꝙ iſtud qd̊ dr̃ hic ꝙ datur actio ꝯ ipſuꝫ ꝓcuratoꝛeꝫ pꝛoponẽtem inſtitoꝛeꝫ dꝫ intelligi. qñ pꝛocuratoꝛ habꝫ generale mãdatuꝫ vt tex.iſte videtur velle. Sed ſi pꝛocũr.hr̃et ſpãle mãdatum ad pꝛoponẽdum inſtitoꝛẽ.tũc pꝛocũr.nõ tenebitur ex ꝯtu inſtitutoꝝ. Sed tenebit̃ ſolus dñs vt.l.iij.§.ſi ſupꝛa ꝙ quiſqꝫ iur̃.

**Parui.** Nõ eſt curãdum de ꝯdictione perſone inſtitoris.nec etiam de ꝑſona ꝓponentis.ſed ſi pꝛoponẽs eſt minoꝛ requiritur in ꝓponẽdo auctoꝛitas adminiſtratõis.h.d. Uſqꝫ ad.l. Sed ſi pupillus.§.de quo. Bal.

**De quo pallam.** Pꝛoponens aliqueꝫ certo loco videtur ꝑmittere ꝯhi cum illo niſi ꝯtrium claris lr̃is publice ſcribatur contra quam ſcripturaꝫ nõ cadit ignoꝛãtia donec durat ſcriptura. Secus ſi ſcriptura fuerit extincta niſi interceſſerit dolus ꝯhentis.h.d.vſqꝫ ad.§.condictõ ⁊c̃.

Nota ex hoc.§.ꝙ quis nõ poteſt allegare ignoꝛantiaꝫ eius quod publice eſt ꝓpoſita facit.ĩ.de decretis ab oꝛdine faciendis.l.vl̃t.⁊ quod ibi nõ. Nõ.hũc.§.vt ꝑ hoc ſcias qualr̃ debet fieri renouacio ꝓcur̃is generalis de quo ꝑ cy.C.man.l.mãdatum. Ultimo nõ. expoſitioneꝫ iſtius verbi de plano inquãtuꝫ glo.exponit i.ſine alio ſubauditu. intellectus alibi accipitur vt pꝫ in.l.nec quicũqꝫ.§.de plano.ẽ.de offi.pꝛo ꝯſul̃.⁊ le.⁊ i.c. ſepe ex̃ de v̂bo.ſig.i clemẽ.

**Condictio.** Condictio.⁊ firma ꝓpoſitionis iſtitorii inſpicit̃ qua nõ ſeruata nõ tenetur niſi poſſit ei variatio imputari h.d.iſte.§.

**Si inſtitoria.** Pꝛoponens ad actioneꝫ incertaꝫ. Sed põt ad actõnem certaꝫ redire.h.d. Nota ꝙ dixi i ſũma.⁊ circa iſtum tex.vide quod habes in tex.⁊ glo.ẽ.ſi meſſoꝛ.fal.mo.l.i.§.i. Naꝫ hic ẽ caſus de eo ꝙ ibi nõ. In glo.⁊ vide quod habes ex̃ de iudi.c.examiataꝫ ⁊ ibi plene ꝑ gl.

**Si a ſeruo.** Pꝛoponens inſtitutoꝛem tenetur licꝫ inter inſtitoꝛem ⁊ ꝯhenteꝫ cum eo ciuilis obligõ nõ cadat.⁊ dñs ſui qui eſt iſtitoꝛ ac.de peculio tenet̃.h.d.cum.l.ſe.

**H**abebat. Agẽns ad vnam cãm ſi illã cãm non pꝛobat ſuccũbit nec iterato eadem actõne agere põt etiam ſi agatur ex alia cã niſi pꝛius reſtitutio petatur.h.d.ſm veruꝫ itellectum. Et ad euidẽtiam iſtius.l.ꝑmitte quod nõ.in pꝛima glo.qualiter aũt iſte qui ſuccubuit poſſit ad aliaꝫ actõem redire vt dicit glo.dicam incõtinenti.⁊ ideo pꝛo declaratiõe iſtius.l.q̃ro de intellectu iſtius.l.⁊ glo. h̃ ſuper v̂bo ꝯſumpta ponit duas opiones vna eſt ꝙ iſte redeat ad aliam actõem vtilem d̊ eqtate de rigoꝛe nõ audiatur.⁊ eqtas cauſetur ex eo ꝙ fuit ſcm̃ iniuſto erroꝛe Alij v̂o aliter dicũt vt pꝫ in dicta glo.i.v̂.vel dic ponit̃ ⁊ in oppo .in.v̂ .vel dic tertio. Sed veritas eſt ꝙ iſti qui ſuccubuit in actione pꝛopoſita datur vtilis actio nõ ipſo iure.ſed petita reſtit̃. in integrum ex cauſa iuſti erroꝛis ita intelligit hunc textum. Pe. de bellaperti. C. de iure. ⁊ fac. ignoꝛantia.l.erroꝛ in vltima queſtione. ita intelligit gl.expꝛeſſe.ẽ.ex quibus cauſis.ma.l .ſed ⁊ ſi ꝑ petitoꝛẽ.§.inquit i gl.que icipit vt.ẽ.de in inte.reſt. l.ij.i gl.fi. Ultimo nota tex.iſtius.l. Nã hunc textũ inducit Riꝫ.ma.ad qõnem nã licet i accuſatione nõ requiratur ꝙ ponatur dies cõmiſſi maleficij.⁊ .l.libelloꝝ ĩ.de accuſ̃.tamen ſi ad diẽ ſe aſtringit ⁊ diem nõ ꝓbat debet ſuccumbere ar.iſtius tex.facit pꝛo hoc ex̃. de pꝛobat̃.c.licet cauſam de qua.q.in.l.is qui reus.ĩ.de publi. iudic.quod nõ.⁊c̃.⁊ adde ꝙ nõ.gui.i.l.qd ergo .§.pena grauioꝛ.ẽ.de his qui no.i fa.⁊ ꝙ ibi dixi ⁊ ꝙ nõ.cy .i. l. ij.C.de pꝛoba.⁊ dy.in.l.denunciaſſe i ꝑn.ĩ.de adul.

**Meminiſſe.** Ex contractu inſtitoris dñs tenet̃ niſi obligatio fuerit nouata. Baldus.

**Si duo.** Ubi habz locū actio ꝓ socio vel comuni diuidundo qlibet ex socijs tenetur i solidū nisi autem cessat actio ꝓ socio vel comuni diuidudo quilibet tenetur pro parte.h.d.cum.l.se. Idem quod est in insti.e.i exerci.vt.s̄.de exerci.l.i.§.fi.⁊.l.si suo.§.i.

**Si cum uillico.** In negocio non questuario exercitoria locum non habet.h.d.ista.l.

**Si qs mācipijs.** Si institor vendit obligat̄ dominus ad tradēdum de euictione ac etiā actio ne redibitoria.h.d. In tex.ibi redibitoria ꝯpetit ⁊c̄.s. vt dn̄s tradat ꝙ eius institor vēdit. In tex.ibi duple semiplene ⁊c̄.s.euictōe secuta.

**Si impubes.** Mādatum institoris non finitur morte mādantis.h.d. Nō.in.v̄.quēadmoduz.nam iste tex.facit ad qōez ꝙ si pupillus facit ꝓcuratorez cum auc̄te ꝙ potest vt.l. neqꝫ.C.de procur̄.ꝙ finita tutella mandatum durat.⁊ circa istum.§.vide quod dixi.s̄.si cer.pe.l.l.eius q i.puncta in glo.sup verbo ꝯtio quod facit ibi de hoc.§.vide b̄ bar.i.l.ij.§.Sz si qd donatur de dona.

**Proculus.** Prohibitus ꝯhē cū institore si agat istitoria exceptōne repellitur nisi quatenus proponēs est factus locupletior.h.d. Nō.hunc tex.⁊ iste.§. facit ad qōnem.p glo.s̄.d ne go.ge.l.soluēdo ⁊ ad idquod nō.p doc.in.l.fi.C.de ne. ge.⁊ ad id qō nō. n.l.sticuz.§.fi.j.d nouatōibus.

**In eum.** Si act.cui qs est ꝓpositus nō pōt.hꝫ locuz directa institoria. Sed util̄.h.d.

**Si dn̄s.** Propter mutationez status institoris eius mandatum non reuocatur hoc dicit. Baldus.

**Taberne.** Adiectio alterius obligatōnis istitor̄ act̄ nō distinguit.h.d.

**Seruus.** Institor non potest obligare dn̄m ad id ad quod.nō est a dn̄o ꝓposit⁹ h.d.iste.§. Baldus.

**Lucius ticius.** Cōtrahens cū preposito noīe officij in dubio vr̄ ꝯhere officiū ꝯtemplatione.⁊ institor finito offō nō tenetur.h.d. Nō. ex hoc tex. ꝙ ad hoc vt quis institorio noīe obligetur sufficit ꝙ dicat talis institutor.⁊ sic videt̄ ꝙ sufficiat ꝙ qs dicat talis ꝓcurator lz nō dicat ꝓcuratorio noīe sic̄ habetis i.l post mortē.j.qū ex facto tutoꝝ.l.nā post.§.i.j.de admi.tu.vi debitis.nō.per glo.i.l.sciēdum.§.tutores.s̄.q satisda cogunt̄.vide bar.i.l.i.§.nūciatio.ff.de op.no.nū. Secū do dn̄t aliq p hanc.l.ꝙ si aliqs ꝯhit tāquā ꝓcurator ꝙ iste nō tenetur noīe procuratorio aliquo mō.nā hic videtur casus ꝙ ꝯhens tāquā institor nullo mō tenet̄ ⁊ per hoc ipe repn̄dit glo.q̄ est i.l.procur.qui pro euict̄.s̄.d ꝓ cur̄. In ꝯtrium vr̄ casus ꝙ ꝯhens tāquā istitor obliget̄ vt.s̄.d exerci.l.i.§.cū aūt.s̄.nau.ca.sta.l.licz.§.possumus s̄.e.l.⁊ si pupillus.§.fi. Non ob.ista.l. quia hic non contraxit.sed solum iussit quandam litteram continentem quedam verba enunciatiua de pacto.quo casu talis scriptura vr̄ facta ad oñdendam seu demostrandā fidez in se vt dicit tex.in fi. Bal.

De Tributoria actione. Rica.

**Huius quoqꝫ.** De eo quod est ꝯtum in merce peculiari competit actio tributoria dn̄o vel p̄ri si ꝯhatur eo sciente ⁊ v̄bum mercis accipit̄ generaliter. Item v̄buz scientia accipitur ꝓ pacientia ⁊ v̄ba ptātis accipitur gnāliter.h.d. Cum duabus sequentibus vsqꝫ ad.§.si seruus. Nō.ex hac.l. dr̄iam inter actionē tributoriam.⁊ actionez d̄ peculio inter act̄.aūt tributoriam ⁊ insti.habuistis.s̄.ti.i.l.sed ⁊ si pupillus.§. si institoria. Secundo nō.i.v̄.scientia ꝙ inter velle ⁊ nolle est dare medium.vz nec vellet.nec nollet. Tertio nō.casum in.l.sed si seruus vsqꝫ ad.§.si seruus illaz distinctionem que ibi fit. Ultimo nō.gl.super verbo ad omnes ibi.Sed quis si vnus ⁊c̄. Nam ex hac glo. habes ꝙ ex vno contractu nō dicitur fieri negociatio. ⁊ sic p istam gl.videtur decidi.qō an ille q semel mercatur dicatur esse mercator de qua questione nō.in.l.legatis seruis.j.de l.iij.⁊ etiam in prima constit̄.C.in princ. ⁊ ibi per doc.

**Si seruus.** Dolus tutoris vel curatoris ñ nocet hijs quoꝝ negotia administrat nisi quatenus illi ex illorum dolo sunt facti locupletiores.⁊ nisi quantū ad hoc vt cedant actionē ꝙ habent ꝯ tutorē vel curatorem. Itē quantū ad actionē iterandā ꝯtra pupillum vel adultū sufficit scientia ipsorum administratoꝝ. Itē dolus pupilli vel adulti eis nocet scientia vero.non sufficit ⁊ dolus procur̄. ⁊ eius scientia.dn̄o nocet.h.d.vsqꝫ ad.l.procur̄ .in prin. Nota ex hac.l.qualiter pupillus adultus furiosus teneat̄ ex dolo suoꝝ administratoꝝ an autē pupillus teneatur ex dolo ipsius procuratoris vid̄ qō nō.glo.in.l.vlt.C.d interdicto matrimonio qō nō.

**Si uicari⁹.** Quando sunt plures quorū vnus est domin⁹ alius quasi dn̄s.puta seruus ordinarius vtriusqꝫ scientia ⁊ ignorantia consideratur vt ac io inducat̄ b̄m scientiaz vel ignorantiā hoc dicit. Baldus.

**Per hanc.** Contra habentes i mercede peculiari habent actionē tributoriā ꝯhentes ptāte illoꝝ cum quibus ꝯhunt ⁊ contrahentes in potestate non deducunt qō eis debēt ⁊ preferunt̄.tn̄ creditores rōne pignoris.⁊ i tributū se ꝯtributionē veniunt solū merces vel qō ex mercibus emptū est.h.d.

**Si plures.** Si sunt plures negociatores l̄ vna negociatio loca autez sunt plures fient plures ⁊ sepate contributiōes.h.d. Nota tex.ibi merci ing.⁊c̄.ꝙ qs dicit̄ mutuare merci sicut ⁊ alibi habemus.l.dicēte.ꝙ snia dat̄ ꝓdio vt.l. qui alieno.s̄.de neg.ge.s̄.fini.reg.l.iij.§.si alter de duob⁹ istis habemus glo.in.l.fi.j.de no.op.nūc.

**Plane.** Creditores qui hn̄t actiones ꝑsonales vocantur i tributum illi vero quibus cōpetit actio realis suū ius integre cōsequūtur.h.d. In glo.super verbo vendicante ⁊c̄.⁊ transferre dn̄iuz. nō. ex hac glo.ꝙ qui vendit rem ⁊ credit habere fidē de p̄cio adeo ꝙ dominiū transfert i accipientē ita nō.in.§. vendito hic all̄.⁊ i.l.qō vend.di.j.de ꝯhen.emp.Sed ꝯ riū videtur velle gl.p hunc tex.j.de except̄.rei ven.⁊.l. i.in fi.⁊ ibi dicaz.⁊c̄. Uide tn̄ ꝙ dixi in.l.cuiuscūqꝫ. §.non tn̄ super ti.px.⁊ ꝙ dixi in.l.eleganter.§.si vendiderit super de pig.ac.bald.

**Tributio.** Creditores agentes tributoria si al.quid accipiant debēt cauere

ſe reddituros alijs creditoribus poſtea agentibꝰ. ⁊ etiã ipſi domino poſtea apparuerit aliquid ꝺberi. qui dominus pōt ſuo peculio renunciare vt euitet actionem tributoriam.h.ꝺ.cum.ij.ſequentibus vſqꝫ ad. §.ſi cuius.
Nota tex.in.l.illud.§.qui tñ.naꝫ iſte tex. facit optime ad.q.ꝙ ſi vaſallus.vult dimittere fundũ ⁊ non preſtare domino obedientiã ꝙ hoc facerẽ poſſit de quo qd iurẽ.dic vt habes.x.collẽ.ſi vaſallus contra conſtitutij.fecerit.c.primo.

**Si cuius dolo.** Ex dolo cōmiſſo i male vel nihil ꝯtribuendo quis hac actione tenetur.h.ꝺ.

**Hec actio.** Hec actio ex dolo nō eſt.⁊ ideo ꝑpetuo datur.⁊ datur ꝯ heredem. ⁊ ceteros quatenus ad eos ꝑuenit.h.ꝺ.cum.ij.l.ſequētibus vſqꝫ ad.§.eligere.

**Eligere.** Quãdo plures actiones ad idem cōpetunt alicui quis cogitur vnã eligerẽ qua electa ad aliã nō pōt redire.ſecꝰ ſi alicui ꝯpetũt plures actiones ad diuerſa.h.ꝺ. ⁊ habetis hic vnam glo. magnã.que fertur vnuꝫ ꝯtrium ponit vnicam qōnem.⁊ plures ſolutiones ꝑ iſtum.§.glo.⁊ dy.faciunt vnaꝫ ꝺ regulis impediẽtibus cumulatōeꝫ. Nam dicũt ipſi ꝑ hũc tex.ꝙ qñ plures actiones electiōe tolluntẽ nunꝗ̃ admittitur cumulatio dictarum actionum.ita nō.ꝑ glo.C.de edẽdo.l.edicta.⁊ ꝑ dy.in.c.nullus pluribus ex̃ de re.iu. li.vi. Sed aduerte ad hunc tex.dum dicit ſit ſibi regreſſuꝫ ad alios nō futuꝝ ⁊c̃.q2 illud quod hic dicitur ꝙ vna actione electa ad aliam nō poteſt rediri eſt veꝝ.niſi alicui ſuccurratur ꝑ bñficium reſtitũ.in integ.ex cã iuſti erroris.ita habuiſtis tituluꝫ ꝑ̃mum.l.habebat.⁊ ibi dixi facit.ĩ.ti.i.l.ſed ſi ex ꝑte in ſi. In glo.magna ibi tñ vero ħ ⁊c̃. Iſta eſt ṽa ſolutio.⁊ cōiter approbatur. ⁊ circa iſtum.§.elligẽ uide quod nō. Inno.in.c. cōſtitutũ.ex̃ ꝺ in integruꝫ.reſtiũ.

**Si ſuo** Si heres dat ſeruo libertatẽ ſine cautione vel ſine peculij deductione tenetur.h.ꝺ.

**De peculio.** Nō rationem diuerſitatis inter actionem de peculio⁊ tributoriam dic ut in glo.que ẽ nō.

**Aliquando.** Secũdum accidẽtia eſt melius qñ intentare actioneꝫ ꝺ peculio.qñqꝫ eſt melius itentare actōnem tributoriam.hoc.ꝺ. Nō.ex hac.l.differentiam inter actōem de peculio ⁊ tributoriam actionem.

**Alius.** Dũtaxat de peculio deducitur id ad quod qs tenetur ex doloſa diſtributione.h.ꝺ. Et glo.ꝑ̃ma ponitẽ caſum ⁊ ponit duas queſtiones ad ſam rñdet. Sed ad primam rñdet Gui.de cunio.

Quod cuꝫ eo qui in aliena poteſtate eſt negocium geſtum eſſe dicetur. Rica.

Ad euidẽtiã iſtius tituli ꝑ̃mitte ꝙ nō.ħ i glo. Rice que ponit fundamẽtum iſtius tituli. Bal.

**Omnia.** Iuriſcōſultꝰ i hac.l. ſe ipm ꝯtinuat dicens ꝙ quia quãdoqꝫ ꝯhenſ cuꝫ illo qui eſt in aliena ꝑt.ᵃte nō hꝫ actōem inſtitoriam exercitoriaꝫ tributoriaꝫ. Et ſi ideo dat iſtam actionem ꝙ iuſſu.⁊ ſi que ꝯtinentur in hac.l. In hac.l.nō glo.ſuper ṽbo ſum ꝑ eo quod dixi.ꝺ.ſi cer.peta. ſi me ⁊ ticiuꝫ. Baldus.

**Ait ꝑ̃tor.** Cōtra filiuꝫ actio modificatẽ in caſibus hic inſertis.hoc.ꝺ. In glo.i.ibi meliuſ videtur ⁊c̃. Et iſta eſt vera ⁊ habuiſtis in Rica.

**Sed an hic.** In hac actiōe ꝺducitur ꝙ debetur creditoribus ꝑuilegiatis vel poſtea ꝯhentibus.h.ꝺ.iſta lex.

**Sed ſi ex ꝑte.** Inſtitor ex parte nō modica ꝑuenitur vel ꝑ hereditaria portiōe ⁊ interduꝫ habet beneficium ne conueniatur vltra ꝗ̃ facere poſſit.h.ꝺ. In glo.i.ibi ⁊ per hoc vide ꝙ nō refert ⁊c̃. Nota hanc glo.nam Iſta glo.declarat cuiꝰ reſpectu portio dicatur modica vel nō modica ⁊ iſtã gl.adde ad id qꝺ habuiſtis nō.ꝺ.e.l.ij.i gl.ſup verbo minimũ.

**Interdũ.** Propter mendaciũ filius ꝑdit beneficiũ huius edicti. Item hoc edictũ non habet locum in contractibus deſcendẽtibꝰ ex delicto.hoc dicit. Baldus.

**Soli.** Beneficium huius edicti.nō tranſit ad heredem filij. Item i hoc edicto habebatẽ ratio tempis.h.ꝺ.

**Isq.** Ille qui ſemel egit nō pōt iteꝝ agere eadeꝫ actione etiaꝫ ex noua adiectione niſi ꝑ̃habita reſtitutione.h.ꝺ. In tex.ibi ſuccurrẽdum.l. ꝑ bñficium reſtitutionis in integꝝ ex cã iuſti erroris vt hũiſtis i.l.habebat.ꝺ.de inſtitoria. Baldus.

**Si filiusf.** Edicti hꝫ locum contra actioneꝫ iudicati.h.ꝺ. Nō.hoc ꝑ̃ncipium iſtius.l.ꝙ filiuſfa.ꝯ quẽ petitur executio inſtrumẽti ꝙ factus ſui iuris poſſit opponẽ beneficium huius edicti in caſibus.ꝺ.i hoc titulo exꝑ̃ſſus.h.ꝺ.

**Si filio exhr̃.** Fideicōmiſſariuſ vniuerſalis dicitur heres i effectu.h.ꝺ. Nō.tex.ibi quia effectus quodãmodo hr̃s ẽ ex quo habes fideicōmiſſarius vniuerſalis dicitur eſſe heres in effectu cōcor.l.ſi neceſſe.§.vlt.ĩ.de bo.li.i aũt. de hr̃di.⁊ fal.§.inordinatum.⁊ per hoc tenet glo. ꝙ ad excludendum filium a iure dicendi nulluꝫ ſufficit ꝙ fuerit fideicommiſſarius vniuerſalis.licet aliter non ſit heres iſtitutus ꝙ fideicō.vniuerſalẽ ẽ hereſ in effectu vt ħ Ita nō.ꝑ gl.C.ꝺ offi.te.l.ſcimꝰ.§.cũ ãt ⁊ ibi ꝑ gl. Sꝫ ħ eſt falſum vt ꝑbatẽ.ĩ.ad trebellẽ.l.Ita tamẽ.§.q rogatꝰ vbi tex.dicit ꝙ fideicō.vlis pōt petere. bo.poſ. contra tab.ergo non concludit ꝙ non habet ꝑ inſtituto quia tunc ſi haberetẽ ꝑ inſtituto ei nō daretur bo.po. contra ta.vt.l.i.§.i.ff.de bo.po.contra ta.⁊ ꝙ filius qui eſt fideicōmiſſarius.vlis.nō habeatur ꝑ inſtituto eſt caſus.ĩ.ꝺ bo.poſ.ꝯta.l.ſi emancipatus.

**Eumq.** Propter mendaciuꝫ quis excluditur ab huius edicti beneficio. hoc dicit. Baldus.

**Pater filio.** Contra filiuꝫ qui ex ꝑmiſſione patris contraxit pōt agi inſolidum. Item cōtra heredes pōt agi ꝑ hereditaria portione.⁊ licet inſolidum conueniatur filius debꝫ habere beneficium huius edicti.h.ꝺ. Nota ex hac.l.ꝙ filius ꝯ quẽ petitur executio inſtrumenti pōt opponere i executione beneficiũ huius edicti factus ſui iurẽ.⁊ in alijs caſibus ſupra exꝑ̃ſſis.vidiſtis.ꝺ.e.l.ſi filius in pri. Secũdo nō.tex.inſolidũ ⁊c̃.

ꝙ illum qui tenet̃ i quantum facere pōt poſſumꝰ iſolidū ꝯuenire ita vidiſtis.ſ.de condi.inde.l.ꝙ nomine.l.ꝙ ſi maritus in pn̄.ſ de conſti.pe.videbitis.ī.pro ſocio.l.verum.§.item ſciẽdum.Sed ꝯdemnatio ſit iquātum facē pōt vt.ī.de re.iu.l.nō tm̄.ī.de reg.iur.l.in ꝯdemnatōne. Sed aduerte.q2 licet ꝯdemnaretur iſolidū tm̄ iſta pn̄t opponi poſt ſniam vt.l.nẽſennius.§.fi.ī.de re iudi.l.ex diuerſo.§.fi.ī.ſo.ma.poſſum etiam ꝯuenire ipm̄ ingꝰtū facere poteſt caſus eſt in.l.qui ſunt in idem qō nō.i pn̄.ī.de re iudi.l.ſi patronus.§.fi.c.ti. Bal.

Ticianus. Ex ſola patientia videtur qs inſtitorem proponē.⁊ iudex appellationis poteſt ex noua cā ſniam ꝯfirmare.h.d. Nō ex hoc tex.in fi.ꝙ iudex appellationis pt pmaꝫ ſniam ꝯfirmare ex nouis cauſis reprobatis cāis allegatis p iudicem.pime cauſe in ſnia ſua tex.ē. Nō hic in fi.ſ.de.l.emilius. In ꝯtrium videtur notari.ff. de acq.here.l.ſi his i glo.fi.vbi dicitur quō ſnia lata ex falſa cauſa non iuſtificatur ex vīs probatꝫ.Solue vt nō. C.de ꝯdictio.indebi.l.i.-J em limita hanc.l.niſi proceſſus ſit ineptus vt eẍ de emp.⁊ ven.c.cuꝫ dilecti.vbi tex. melioꝛ videtur ſm Bal.in.l.ij.C.de rei vendi.xi.collū. Et niſi talis ſnia ſit reformata nō valet.lꝫ ex actꝭ.poſſit colligi alia cā ex qua poſſet ſubſtineri.Jo.an.⁊ Bal.ex de offi.dele.c.cuꝫ ſup abbacia. Bal.

Ad Senatuſcōſtuꝫ macedonianū. Rica.

Uerba. Nota ex pfatiōe iſtius.l.ꝙ ſenatuſcōſultus macedo.nō fuit pncipaliter in fauorem filijſa. Sed fuit factum pncipaliter i odiuꝫ creditoris videbitis.ī.e.l.Sed ⁊ ſi pr̄ §.pe.⁊ ſic ex hoc nō.ꝙ ex pfatione.l.ꝯdcitur mens cōdemnatus ⁊.l.itellectus facit.ī.de here.inſti.l.fi.⁊ ꝙ habetis in.l.apud celſum.ī.de doli excepꝭ.videbitis in.l.regula.§.licet.ī.de iur.⁊ fac.igno. Secūdo nō.tex.ibi actioqꝫ petitio darctur.nam iudex hic ꝙ per iſta verba nō tollitur actio ipō iure.Sed ꝯ actorem paratur exceptio vt pꝫ in hoc tex.cum glo.que incipit cuꝫ effectu ad idem.ī.ad vell.l.i.§.i.quod eſt veꝝ i ciuili. In criali āt gd importēt iſta verba dic vt dixi in.l.nam poſtea i pn̄.ſ.de iuriur. Bal.

Certe ſi. Quero de ratiōe diuerſitatꝭ.iter iſtū.§.certe.⁊.§.ſi pendat ratio diuerſitatis eſt quia poſt luminium fingit retro. Sed reſtitutio non fingit.Sed de nouo inducit vt nō.per gl.i.l.gallꝰ.§.quid tantū.ī.de li.⁊ poſ.⁊ vide qō nō.glo.in.l.reſtitutionē.§.fi.C.de ſen.paſſis. Baldus.

Si quis patremfa. Nota ex hac.l.duo primo ꝙ ſenatus conſultus ſimpliciter loqꝰ in mutante fiſci ⁊ tm̄ debet intelligi i mutante ſcienter tex.eſt hic ⁊ eſt ratio quia hec exceptio eſt introducta principaliter in odium feneratorum vt vidiſtis in pꝛin. Iſtius ti.Sed ſi iſta exceptio eſſet introducta principaliter in fauorem filij tunc ſufficeret ꝙ filius non deciperetur aduerſarius ignoret ipſum eſſe filiū vt patet in.l.ij.§.verba.ī.ad tre.C.Si minoꝛ.ſe.ma.di.l.ij.§.verba. Secundo nō.tex.ibi ſic agebat ⁊ ſic cōtrahebat ⁊c̄. vt ſcias formare articulū circa.h.Ul.i.nō.v.ſed ſi minoꝛ ⁊c̄. Nam ex hoc tex.colligitur ꝙ licet pupillus nō poſſit transferre dominium pecunie mutuate.tm̄ adulꝰ

poteſt.naꝫ iudex hic ꝙ m inoꝛi ſuccurritur cā cognita.ſ. per beneficium reſtitutionis in integrum pupillo ſuccurritur vlia ratione quia pecunia non eſt mutuata tet gi de hoc in.l.non omnis.§.ſi pup.ſ.ſi cer.pe.⁊.l.interduꝫ ſ.de condi.indebi.

Si a filiofa. Tempus numerationis nō ſtipulationis inſpicitur.h.d. ⁊ iſtum.§.declara vt in glo.

Item ſi filiuſſ. Filiuſſa .fideiuben. obligatꝰ niſi fideiuſſio fuerit facta in fraudem.h.d.cū ſe. vſqꝫ ad.§.ſed ⁊ ſi filius.

Sed ⁊ ſi filiuſſ. Si filiuſſa.ꝑmittit dotem pro ſoroꝛe patre abn̄te ⁊ rē patris pignoꝛi dat ceſſat beneficium ſenatuſcōſul.tamē rem patris obligare non pōt ſꝫ ei filio.ꝑmo heredi rem pignoꝛataꝫ obſtat exceptō. Itē in hac appellatōne mutui ꝯtinetur tm̄ pecunia-numerata nō alia res mutuabilis niſi fuerit mutuata i fraudem ſanatuſcōſulti.h.d. In tex.ibi mutua datōe ⁊c̄.hic iuriſcōſultꝭ exponit verbū pecūie poſitū.ſ.e.l.i.h.d.

Si filius. In hoc ſenatuſcōſulto inſpicitur tp̄s numerationis pecunie.h.d.

Non ſolum. Exceptio macedoniani eſt i rem ex parte eius cui exponitur iſtum.v. Item ⁊ ſi duos declara optime vt i gl. que incipit pmo.nō videtur.⁊ ex hoc.§.nō ſolum circa pꝛin.nō.tex.ꝙ idem operant̃ iſta vba.actioqꝫ petitio nō detur in hoc tex.dum dicit actio deneganda eſt ꝯiuncta.l.i.circa pn̄.ſ.e.ꝯiuncta.l.nam poſtea in pn̄.ſ.de iuriur. ad ideꝫ tex. cum glo.ī.e.l.ſed ⁊ ſi pr̄.§.hoc ſenatuſcōſulto.

Quāquā. Exceptio competit filiofa .vl̄ eius ſucceſſoꝛi nō aūt cōpetit ei q filiū fa.ꝑpoſuit tacite vel expreſſe.h.d.

Patroni. Si pecunia mutuo accepta verſatꝰ ad vtilitatem patris vel vertatꝰ i ꝓbabile cām ſtudiorum ceſſat exceptio macedoniani.Itē ſi filius accipit pecuniaꝫ mutuo in cā neceſſaria ad hoc ceſſat exceptio mace. Item exceptionē mace.ceſſare facit ptem ſolutꝭ. Item pignoꝛ datio.ſed tūc tantuꝫ vſqꝫ ad pignoꝛ valoꝛem.h.d. Nō.tex.ibi itelligēdū ab initio ⁊c̄.ꝙ quis in dubio videtur accepiſſe pecuniā mutuo ob illam cām in quā vertitur.⁊ nō.glo. ſuper vbo intelligēdum que videtur velle.ꝙ ſit ꝑſumptio iur.⁊ ꝯ iur ⁊ ꝯ quam ꝯtrium nō admittitur probatio. In ꝯtrium ſo nō.ſ.quod dicitur.Et nō.glo.ſuper vbo ſolebat que ponit tres.q.que ſunt nō. Nō.etiam glo precedentem que vnam queſtioneꝫ format. Ultimo nō.l.ſed ſi pater in pꝛin.cum ſua glo.

Si ab alio. Filius poteſt ſoluere mutuanti pecuniam ſibi ad hoc donatam. ſecus ſi illa pecunia eſſet donata ſimplr̄.h.d. Nota diſtinctōem iſtius.§.facit iſte.§.ad id qō nō.Ja.de are. in.l.iiij.§.nihil de manumiſſ. Baldus.

Hoc ſenatus. Exceptio macedoniani cōpetit filijs vtriuſqꝫ ſexus ſiue pecunia extet ſiue non.h.d. Nota hanc.§.i.dum dicit actio denegatꝰ ad id quod dixi.ſ.eo.l.iulianus.§. non ſolum. Secundo nō.tex.ibi dū dicit nec itereſt.

Non ſolum. Excipiendo mace. competit filio ⁊ eius interceſſoꝛibus niſi interceſſerit animo nouandi. Item quia exceptio mace.ē odioſa ñ ſolutū repetitꝰ.h.d. Nō.ex fine iſtiꝰ

.§.ꝙ exceptio mace.principaliter eſt inductai n odium creditorum vidiſtis ſ.e.l.i.⁊ ibi dixi.quod nō.

**Quanquā.** Exceptio mace.poteſt opponi etiam poſt ſententiam.h.d.cū ij.l.ſequentibus. Bal.

**Tamen.** Si circa iſtam.l.uide glo.optimā que eſt hic ⁊ que optime dclarat iſtam.l.⁊ inqtum glo.dicit qd iur.Si filius dixit ſe emācipatum ⁊ nō ſoluit dic ꝙ nō erit tutus mace. ar.l.cū qui.ſ.ti.i.⁊.l.ſi ex pte.§.interdum facit.l.ſi quis patrem a contrario ſenſu.ſ.e.⁊ circa vltimam partem glo.in quantum dicit in quibus caſibus poteſt exceptio opponi poſt ſententiam vide.q.no.glo. ⁊ doc. C.de iur ⁊ facti ignor.

**Si tamen.** Si filius accipit mutuo ſcite vel iubēte patre maedonīano locus non eſt.h.d.

**Filium habeo.** Appellatō filij extenditur ad nepotes.h.d.idem habuiſtis.in.l.ſi filius.C.e.

**Nihil.** In glo.prima pōt.Nota iſtam glo. que videtur velle ꝙ ſi ciuit.mutuat filiofa.pōt reſtitui quod nō.

**Si filiusf.** Ratione ꝯiunctionis ille qui recipit epl'am videtur approbare illud qd in epl'a continetur niſi contradicat.h.d. Nō.iſtam.l.nō.⁊ vide quod nō.doc.i.l. eniz §.i.j.rem ra.ha.

**Creditorem.** Mortuo filiofa.q accepit pecuniā mutuo dū erat in poteſtate pro illa obligatione non poteſt accipi fideiuſſor.h.d.Et eſt rō.qꝛ filiuſfa.ſm hanc mā; nō hz hrdem.Sz hodie cū filiuſfa.hēat hrdem pōt accipi fideiuſſor qd dic vt in glo.

**Iulianus.** Nota hāc.l.que limitat totum iſtum titulum ꝙ exceptio mace.competit quādo quis ſcienter mutuat filiofa.Secus ſi ignoranter.⁊ nō.gl.ſuper verbo ſciret pro eo.quod dixi.ſ.e.l.ſi qs patrē.

**Si is cui.** Si accipiens pecuniaz mutuo dum erat in poteſtate factus paterfamil.illam pecuniam per errorez d nouo promittit ſi conueniatur poteſt accipere h.d. Et nō.iſtam glo.ſuper uerbo in factuz.que dicit quotuplex ſit peculium.⁊ dicit ꝙ ſumitur octo modis. Bal.

## De Peculio. Rica.

**Ordinarium.** Nō caſū in.§.ſi autem cum impubere in quo pater vel dominus nō tenetur de peculio niſi quātum peculium eſt locupletum.⁊ aduerte ꝙ hoc caſu pater vel dominuſ poteſt deducere de peculio id quod ſibi debetur ſicut in caſu in quo tenetur pr l' dñs de peculio quātum in peculio eſt quod dic vt i glo. ſuper verbo locupletuiſ.

**Poteſtatis.** Verbum poteſtatis accipitur large ut cōprehendat ſeruos proprios vel cōmunes. ac etiam alienos bona fide poſſeſſos. ⁊ eos in quibus habemus vſumfructum etiam compndit dominos vtriuſqz ſex⁹ tam maiores ꝙ minores ac etiam furioſos.h.d.cum duabus.l. ſequentibus vſqz ad.§.ſi filius.Et exponit hic verbū ptātis po ſitū i verbis edicti.⁊ i.§.pui.exponitur verbū alterius poſitū in dictis verbis edicti.ſ.nō.i.ṽ.de eo expoſuit verbum ꝙ cū eo.⁊ in.l.licet.§.pedius. Nota tex.ibi dum dicit de peculio obligari ex quo tex.nō.ꝙ dominus obligatur de peculio ex contractu ſerui.⁊ idem in patre oritur enim contra patrem vel dñm obligatio de peculio vt hic ⁊.j.l.ea.§.iulianus ⁊.§.ſed ſi fili⁹ ⁊.l.depoſiti.ij Rnſio.j.e.j.de fideicō.l.hre.a debi.§.ſeruo. ⁊ ibi p dy. licet quidam dicunt ꝙ pater ve' dominus non ſit obligatus de peculio ſed dicatur a ſtrictus vel obligat⁹ vt l.i.in fi.ſ.de cōſti.pec.di cam.ſ.de ꝯdi.inde.l.ff.a fratre

**Si filius.** Seruu s fideiubendo vel ex.cām peculiarez mandando obligat dominum de peculio.Sed ſi filiuſfa.dat fideiuſſorem ſuccurritur fideiuſſori contra patrem.h.d. Nota tex.i §.iulianus ibi dum dicit dominum eſſe obligatum de peculio.ad id quod dixi.ſ.prox.§.⁊ nō●glo.ſuper verbo mandati ibi dum dicit quid prodeſt hec ſolutio.

**Si ſuus.** Cum ille qui non obligat' iudicio non obligat' ex cōpromiſſo.h.d. Nō.hunc.§.⁊ aduerte quia iſte tex.debet intelligi qñ ſeruus facit compromiſſum in aliquē arbitrū.Sed ſi ſeruus faceret compromiſſuz i aliquē tanꝗ i arbitratorē ſeu amichabilē compoſitorem de quo videbitis in lege ſocietatē.§.arbitror.j.pro ſocio tūc obligaret dñs de peculio.quia tale compromiſſum quod fit i aliquē tāꝗ in arbitratorē eſt q̄dam tranſ●ctio vt nō.glo. in. §.ſi vero contingit vt differentes iudices ⁊ p.Inno.i. c.gntauallis ex.de iureiur.Sicut enim ꝯhendo obligat dñs de peculio.ita ⁊ cōpromittēdo i aliquē vt i arbitratorē.

**Sed ſi filius.** Filius obligat patrez ſiue ꝯhat ſiue fideiubeat ſiue ꝯpromittat.h.d.Et in hoc differt ſeru⁹ a filio.

**Idem ſcribit.** In iudicio quaſi ꝯhitur ⁊ ideo pr tenet' actio iudicati nō inſpecta origine actionis ꝑmeue.h.d.iſte.§. Nō. ex hoc.§.ꝙ i iudicio quaſi ꝯhitur.⁊ aduerte.qꝛ gl. dicit hic iſte quaſi ꝯctus celebatur ſnia.ita dicit gl. ſuper verbo iudicio.ſed alibi glo.dicit ꝙ iſte contractus celebrat' ipa lit ꝯte.ita nō.j.de preto.ſtip.l.ij.in fi.In glo magna

Secūdo nō.ex hoc tex.ꝙ ex ſnia oritur obligatio d quo videbitis i.l.iulianus.ſ.de cōdi.inde.

**Ex furtiua.** Ex maleficio non datur actio de peculio in fi.quatenuſ peculium eſt locuplectum. Baldus.

**Si filiumf.** Ille qui obligat' ſaluam forerem pupilli nō tenetur d quolibet pticulari.h.d. In tex.ibi dñium qd ſit dñium dic vt nō.ſ.ſi qs ius di.nō ob.temp.l.i.

**Peculiū.** Sola domini voluntate conſtituit' interueniēte vera tradictiōe vel ficta.ſecus ſi nulla tradictio īterueniat.h.d.iſta nō.lex.

**Ex is.** Peculium non poteſt conſtitui domino ignorante minui. poſſet ſi ſuus ex delicto conueniat'.h.d.

**Si here.** Uniuerſalis ſeu qd eſt Ius vl'e ſeu quod eſt in vniuerſo ſi minuantur corpa tamen nō minuūtur.h.d.hūc tex.inducit glo. ad q.de vaſallo vicarij inſpicere ⁊ de hac.q.nō.p glo.⁊ dy. in l.quod dicitur.§.pinde.j.de impenſis.⁊ vide qd dixi in.l.itē vidēdū i fi.de peti.here.

**Non ſolum.** In peculio inſpicitur voluntas dñi.⁊ ſui ordinarij.h.d.

**Depoſiti.** In negocio geſto cõputatur contractus depoſiti ⁊ p̃carij ⁊ iuramẽti delatio facta filiofa. h.d. Nõ. tex.ibi ⁊ dñs obligabitur ꝓ eo qđ dixi ſ̃. e.l. licet.§.pe dius.⁊ ꝓ eo qđ dicã in.l.frater a fratre.ſ̃.de ꝯdi.idebi.

**Sunt.** Pacientia habetur ꝓ cõſenſu in his q̃ ſunt modici p̃iudicij.ſecus in his q̃ ſunt magni.h.d. Nõ.illud quod dixi i ſũma. Secũdo nõ.in.ꝟ.cã tex.nõ.ꝙ libera adminiſtratio debꝫ concedi ſpãliter.idem dicit Guil.de cu.ꝑ hũc tex.glo.in.l.ſi qs vxori.§.ſeruus meus.ĩ.de furtꝭ.idem nõ.etiam Jo.an.i c.petitio.ex̃ de procur̃.quod nõ.

**In peculio.** Nõ.tex.ibi dum dicit.⁊ nomia debitor̃.nam ex hoc tex.habes ꝙ nomina debitor̃ ſeu actiones nõ ꝯtinẽtur appellatõe mobilis vel imobilis ſi ſunt genus ꝑ ſe vt hic.⁊ ita tenꝫ Ja.de are.ĩ.de ꝟbo.ſig.l.mouentiũ.hoc etiã tenet ſpe. in ti.de fructꝭ.⁊ itereſſe circa fi.p̃ncipij.§.ij. Secũdo q̃ ritur.⁊ cum hoc tex.ꝯcor.quod habes in.l.adiuo.pio.§. .i.ĩ.de re iudi.C.de quadri.p̃ſcriptꝭ.l.ij.in p̃ncipio. Sꝫ aduerte tamen.qꝛ licet actiones nõ contineantur appel latione mobilium vel imobiliũ tamen ſi volumus actio nes alicui aſſimulare debet ipas aſſimulare rei mobili ſm nãm rei que in actione deducitur.Ita nõ.per glo.in .l.i.⁊.ij.C.ſi aduerſus trãſ.⁊ vide quod nõ.glo.in aũt.de nõ alienãdis.§.hoc.⁊ qđ ibi nõ.ꝑ Ja.de bel.

**Non ſtatim.** Peculij conſtitutio re quirit nãlem traditõem vel quaſi.Sed peculij ademptio fit etiam .nu do verbo.h.d.cum.l.ſe.vſqꝫ ad.§.

**Peculium.** Peculiũ itelligit̃ deducto eo ꝙ dño.⁊ alijs ſ expſſis debet̃.h.d.vſqꝫ ad.l.ſi noxali. In glo.que incipit.Sꝫ nõne ibi quaſi fideiuſſor. Nõ.ex hac glo.ꝙ dñs dr̃ eſſe quaſi fideiuſſor filij idem nõ ꝑ glo.l.ij.§. Si filius ſ̃.ꝙ quiſqꝫ iuris an aũt pater dicatur eſſe adeo fideiuſ ſor filij ꝙ habeat regreſſum ꝯ ipm filium ſicut fideiuſſõ cõtra reum p̃ncipalem nõ.per glo.in.l.iij.§. Sed vtruꝫ de minoribus. Bal.

**Sed ⁊ ſi ex.** Nõ.tex.in.ꝟ.ſed eſt qõis.Nã vos ſcitis.ꝙ in actiõe. l.aqlie ꝯ negãtem duplicatur pena vt.l.cõtra negãteꝫ.C. ad.l. acqui.cum ſy.Sed hoc intellige verꝫ in ꝯdemnatione q̃ fit a iudice.Secus quãdo ipa.l.ꝯdemnat.qꝛ tunc videt̃ in dubio fieri ipa ꝯdemnatio i ſimplũ tantum.⁊ ſic tãq̃ ꝯtra ꝯfitentem nõ tãquã negãtem vt hic. ⁊. ĩ.de pecul̃. le.l.id quod.§.i.quod nõ.ꝑꝑ ſtatuta imponentia penam ipo iure vt nũquã pena augeatur ꝯtra negantem.quia iſta talis ꝯdemnatio que fit a lege ipo iure videtur fie ri tantum in ſimplũ ⁊ ꝑ ꝯſequens tãquã ꝯ ꝯfitentem ⁊ ſic ex uerſatione non augetur pena vt hic. ⁊ dicta.l.id quod.§.i. Baldus.

**Si noxali.** Si dñs actione noxali con uentus pecuniam p̃ſtiterit illud de peculio deducitur.ſecus ſi ipm ſeruuꝫ det pro noxia ex ꝯtractu vero vel quaſi dñs ſemp dedu cit quod ſibi debetur qđ de debito nãli itelligitur a quo ſeruus liberat̃ ꝑ deductionẽ.h.d.Iſta nõ.lex ibi.

**Eſt aũt qs.** Quod ſemel fuit deductuꝫ re ⁊ ꝟbo iterum deduci nõ debꝫ. ſecus ſi fuit facta deductio ꝟbo tantum.h.d. In tex. ibi abſtulit.ſ.re ipa deducendo ad ſuum patrimonium. In tex.ibi ſoluiſſet ⁊c̃.⁊ ad ſuum patrimonium non peculiare deduxiſſe ⁊c̃.

**Quod ãt.** De peculio nõ poteſt deduci illud quod dñs aliũde conſequi põt qua cunqꝫ actione excepta đ peculio i qua deductio pro actõ ne ſuccedit.h.d. In tex.ibi de trahen.⁊c̃.quãdo ſol uit emptori peculiuꝫ.In tex.ibi ꝯdicere.ſ.ſi nõ detraxit quod ſibi debetur cum peculiuꝫ ſoluit. In tex.exiſtẽtibꝰ ſub quibus condictionibus debebatur .:quia debitum erat condictionale. In tex.ibi ꝙ queratur. i.đ quo conqueratur. Baldus.

**Non ſolũ.** Ubi eſt cõmunio ſui ⁊ peculij đ ducit vnus ſocius illud qđ alteri debet̃.Secus vbi eſt cõmunio ſui tm̃ vel peculij tm̃ vel neutrius.h.d.vſqꝫ ad.l.ſi ſeruus. Baldus.

**Quis ergo caſus.** Nõ.finẽ iſtiꝰ l.cum glo.ſua actõ adeo deducitur inherere ei. cui competit ꝙ ꝑ ceſſionẽ non dicitur recedere ab oſſibus ipſius ce dentis videbitis de hoc.ĩ.e.l.ſi ſticho peculium.⁊ quod nõ.hic in glo.vltima vbi etiam glo.ponit alios caſus in quibus ad vnum ex dominio pertinet peculium .⁊ ad ad alios non. Baldus.

**Si ſeruus.** Si agatur đ pecul̃.vicarij deducit̃ ꝙ ipſe dño debet vel etiã ſeruo ordinario.Itẽ ꝙ ſeruus ordina rius domino debet deducitur ſecus i eo ꝙ ſeruus ordi narius debꝫ vicario.h.d.ad.l.huc quaſi poteſt aũt.

**Poteſt autẽ.** Maritus de peculio ſui do talis ſimpliciter tenetur ſiue ad ſe ſiue ad vxorẽ pertineat peculiꝰ vſufructuarius ꝟo vel dñs nõ tenetur ſimplr̃. Sed prius ẽ conueniendus ille ad quem negocium pertineat cum ſubſidiũ ad aliuꝫ deuenerit.idem enim ẽ in pluribus bonefi. poſſeſſoribꝰ h.d.uſqꝫ ad.§.interdum nõ.iſtum.§.qua ⁊c̃.

**Interdum.** Fructuarius poteſt agere cõtra dñm ⁊ eꝯ ſi peculium ad eũ ſpe ctans nõ ſufficit ad ſupra debitum.h.d.

**Summa.** Actio peculio đe ꝯpetit ad id quod dolo cõuenti deſijt eſſe in peculio qui dolus preſumunt̃.ſꝫ ad omnes vel iterato peculij vel in aliũ trãſlatio nõ fuerit debite facta.h.d.vſqꝫ ad.§.ſi dolo.Et nõ.iſtas preſumptiones doli que ponuntur i hoc tex.in ꝟ.ſed dolũ.ij .reſponſio. que ſunt multũ.nõ. Et nõ.i quantũ dicit de eo qui in trat peculium. Secundo nõ.in quantũ dicit de eo q tranſfert ad aliũ cum ſupplicatur aliũ contra ſe acturuꝫ qđ facit contra debitores q transferunt ad alios poſſõ nem reꝝ ſuaꝝ in fraudẽ creditoꝝ. In glo. ſup verbo vigilare in fine.primã opy.approbat gl.ĩ.de priuill̃.cre. l.priuilegia.in fine.magne glo.

**Si dolo.** Ex dolo adminiſtrationis tenet̃ qs i quantũ ẽ factus locupletior.

**Si dñs.** Iſte tex.facit ad id qđ quer̃.an qs co gatur litẽ conteſtari.⁊ quo qs iuris ⁊ qđ remediũ ſit contra voluntatẽ litẽ conteſtari. nõ. per gl.C.quomodo ⁊ quãdo iudex.l.ꝯſentaneũ. Ultimo circa iſtũ.§.vide qđ nõ.ĩ.e.l.i arrogatorem ⁊c̃.

**Ediũ autẽ.** Circa iſtã.l.vide qđ dixi i.l. iubere.ſ̃.đ iur̃ om.iud .bal.

**Curator.** Nota hunc tex.cum gl .ſua. hic non ſunt alia.

**Aueſtimentum.** In pecu lio dicitur eſſe veſtimentum qđ filius habet grã ſui vſus non illud veſtimẽtũ quod eſt ſibi cõceſſum ⁊ pocius grã

domini ꝗ̄ ipſius ſerui.h.d. In.v̄.ꝙ veſtimentum
optime facit ꝙ veſtimenta que qs facit vxori vt magis
ordinata vadat.⁊ alia ornamenta non videant̄ ꝑ virū
vxori donata.⁊ ꝑ conſequēs morte uiri nō pōt dici do
natio confirmata cū non ſit donatio de qua .q. ꝑ doc.i
l.in his.§.pl't.j.ſo.ma.tetigi de hoc in.l.iij.§.interdū.ſ.
cōmodati. Secundo glo.iducit iſtā.l.ad.q.ō qua dic
vt in ea ⁊ vide qđ no.in dicta.l.i his.§.primo.

**Et ancillaꝝ.** Nomine ancillaruꝫ ⁊ fi
liarum datur actio de pe
culio ad illud quod ſibi videtur.h.d.

**Si ſeruꝰ.** Ex̄ neo contra uēditorem.⁊ cōtra
emptorem ꝯpetit actio de peculio
pro parte ⁊ inſolidum ipi uenditori de eo uel qđ ō cuiꝰ
ſeruo debet̄ competit contra emptorem.emptori vero
ꝯpetit actio cōtra venditorem in aliuꝫ ꝑ emptorē nume
randū prius deductione de peculio qđ ſpectat ad ipſum
emptorem.h.d.vſqꝫ ad.§.ſi quis cū ſeruo.

**Si qs.** Ubi ē cōio ſerui ⁊ peculij quilibet tenet̄
inſolidum ēt reſpecta peculij quod ē pe
nes alium ⁊ illud ꝙ inſpicitur ratione peculij quod eſt
penes alium a ſocio ꝯſequetur h.d. In tex. ibi apud
alterum ⁊c̄.ſ.dn̄m nō conuentum.idem quod hic habui
ſtis.ſ̄.e.l.ſi noxalia.§.ſi.cum.l.ſe. In glo.i.l.ſi qs ſer
uum ⁊c̄.ibi ſecus ſi nō eſſet ⁊c̄. Sed hic quero an tūc
ꝯuenietur ipſe ſeruus lib.factus Rn̄deo.vt nō.per glo.
j̄.e.l.ſtichum. Baldus.

**Etiam ſi.** Nota ex hoc tex.ꝙ ſeruuſ obligat
dominuꝫ etiam inuitum ō peculio
quod dic vt in glo. Baldus.

**Queſitum.** Quod ſit in peculio inſp
citur tempus rei iudicati
h.d. Nō.hūc tex.⁊ glo.ij. iſtius principij.

**Si et hr̄s.** Hec actio datur contra heredē.qua
tenus de peculio ad ipſꝫ peruenit.Sꝫ
ſi conueniatur filius cum quo eſt ꝯ̄ctum. ⁊ eſt heres cō
uenitur inſolidum.ſed ei datur regreſſus cōtra heredeſ
facta ceſſione.h.d.cōcor.cum eo quod habuiſtis.ſ̄.de cō
di.inde.l.frater a fratre. In glo. ſuper verbo redi
mere ibi modeſtinus circa iſtam glo.vide quod nō.C.ō
duobuſ reis.l.i.⁊ quod habuiſtis nō.in.l.i.ſ.ad.l.rodiaꝫ
de iac.⁊ qđ nō.i.l.ſi diuerſa.C.locati.

**Si annua.** Exceptio que competit auctori n̄
tranſit ad ſuceſſionem ſi in eius ꝑ
ſona deficiat cā exceptionis ꝯducende.h.d.iſte.§.

**In dolo.** Replicatiōes ſunt temporales ſicut
actiones.h.d.⁊ circa hūc.§.uide quod
nō.glo.C.de except.l.licet.⁊ nō.glo.hic poſitam que ici
pit quod eniꝫ olim ⁊c̄.

**Si ex duobus.** Electione vnius ex
eis qui non hn̄t cōio
nem ſerui.⁊ peculij.alij liberantur de rigore.
ſed de equitate in reſiduo tenebūtur. ⁊ quantum ſit in
peculio tempus ſnie inſpicitur.

**Venditor.** Si dn̄s vendit ſeruum cum pe
culio.⁊ intra annum de peculio
nō tenetur niſi ꝑcium peculij ſuſceperit.h.d.

**In bonefi.** In bonofidei contractibus
datur actio de peculio ꝯtra
patreꝫ ⁊ dn̄m.quatenus eſt in peculio niſi pa
ter vel dn̄s de dolo ſuo proprio conueniatur. q2 tūc iſo
lidum tenetur.h.d.

**Si ſuo.** Quando quātitas petitur vt ſpēs nō
admittitur ꝯpenſatio ad aliam quan
titatem.h.d. Nō.hūc tex.cum glo.ſua que eſt ſuper
vrebo venditioni.⁊ vide circa iſtum.§.l.cū fundū.§.fun
tuuꝫ i prudens.⁊ ibi dixi qđ nō.⁊ tene menti.

**Seruū co.** Si agatur cum vna actione ō pe
culio ciuſ peculij qđ fuit apud cū
q quōdam fuit ſotius ratio nō habetur. Item ſi aga
tur contra emptorem poſt annum nō habetur ratio pe
culij.quod eſt penes venditorem. ſecus ſi agatur infra
annum.h.d. Baldus.

**Si actū.** Si agatur actione de peculio cuꝫ fru
ctuario eatenus ꝓprietarius liberat̄
quatenus cū fructuario ꝑcipitur ſeu ſoluitur.h.d.iſte.§.

**Depoſui.** Ubi non eſt peculiū non pōt
actio de peculio intentari ſed
eſt recurrendū ad alias actiones ꝯgruas.h.d.

**Si nuptura.** Liberatio ad obligationem
de dote ſo.ma. condic. abſqꝫ
alia deductione.h.d.Iſte.§. Nō.hꝰc tex.i fi.ibi cum
certe ⁊ ſi ex ꝓmiſſione ⁊c̄.Nā iſte tex.facit ad id quod
habuiſtis i tex.⁊ glo.ſ.de condic.ob cauſam .l.ſi dona
turus.in fi.⁊ quod habes in tex.⁊ gl.in aūt. de nup.§.
dotis coll'.iiij.⁊ qđ nō.i.l.i.C.ſi dos ꝯſtāte mr̄imonio

**Stichus.** Illud quod debet.Seruus vicari
us.qui non habet peculium domi
nus non deducitur de peculio ſerui ordinarij.h.d.

**Seruo.** Quem contractus qui celebrat̄ ꝑfec
ta vendictione non pertinēt ad peculi
um qđ penes venditoreꝫ remāſit.h.d.Iſte.§.

**Peculium.** Et ex eo .Iſta.l.cum ſe.di
cant qualiter peculiuꝫ cre
ſcit naſcitur ⁊ decreſcit morit̄.h.d.iſta.l.

**Nec ſuus.** Habito reſpectu ad ius ci
uile.nec ſeruus pōt aliquid
debere nec ſibi deberi.h.d.iſta lex.

**In arrogatorē** In patreꝫ arro
gatorem datur
actio de peculio ſic in patreꝫ legittimū ⁊ nālē
h.d.⁊ nō.glo. Baldus.

**Si poſtea** Si pendente iudicio ſuper
actione de peculio dominꝰ
ſeruum vendit habetur ratio etiaꝫ de peculio
quod penes emptorem ſeruus queſiuit.h .d. In gl.
i.nō.ex hac gl.ꝙ verbum agere ſeu verbum ago deno
tat lit̄.cont̄.Item nō.ſ.de procur̄.l.licet. §.ſi plures .j.
mandati.l.hominem.l.in pupillo.j̄. de ſol. j̄ .de operis
lib.l.ſicut.

**Si qs** Nota ex hoc tex.ꝙ pater dicitur
eſſe debitor contrahentis cum filio
vt hic ⁊ dicitur obligari de peculio vt vidiſtis
ſ̄.e.l.iij.§.filiuſfa.⁊.§.ſꝫ vtruꝫ aūt dicatur obligari de
iure pretorio vel de iure ciuili dixi tibi in.l.i.i.§. fi. ſ. de
conſti.pec.⁊ concor.cum tex iſtius.l.j̄.de his que i frau.
cre.l.ſi pater ⁊ dicitur pater debitor cōdictionalis. vt.j.
de li.le.l.ſi quis reū.§.ideꝫ iulianus.

**Qui peculij.** Nota ex hac.l.ꝙ in ge
nerali conceſſione non
veniunt niſi ea que quis ſpecialiter eſſet cōceſ
ſurus.concor.ſunt i gl.de qua materia per dy.in ca.i ge
nerali ex̄.de reg.iur̄.li.vi.quod nō.

**Quociens.** Ex prohibitione facta per
dn̄m.ne cum eius ſeruo cō
trahatur dn̄s mihi aliud conſequitur niſi ꝙ i
ſtitoria nō tenet̄.Iteꝫ ex fideiuſſione ſui dn̄s nō tenet̄
niſi ſeruus fideiuſſerit i rem dn̄i.vel in cām peculiarem

h.d.vſq; ad.§.ſi ſemel.

**Si ſemel.** Si agenti actione de peculio non ſit in integre ſatiſfactu; nō poteſt petē ſibi caueri qd ſatiſfiet ſi ꝯtingit peculium augeri.

**Si creditor.** Finito iudicio cū emptore contra venditorē pōt agi cū venditore. Item emptori cōtra vēditore; ſuccurritur.l. dicta i emptore ⁊ venditore.hñt locum etiā ſi alio titulo dñium fuerit mutatum.h.d.vſq; ad finem.

**Libera.** Mutata ꝯdictione pſone i deterius.reuocatur mādatum.h.d.in hac.l.videtur caſus ꝙ ſi ꝯſtitutio procur̄.⁊ ille procur̄.efficitur quidam ribaldus ſtatim videtur reuocatum mādatum pro hoc.j.de ſolut;.l.cum quis in ṗn.l.ſi cum cornelius in fi.e.ti.⁊ vtraq; dictaꝶ legum de hac materia per doctores.

**Si ignorāte.** Eodem mō ſeruus adminiſtrans negocia dñi eius debitor efficitur quo.ſi liber adminiſtraret.h.d.

**An debitor.** Dñs ſeruo aliter nō pōt effici debitor ꝙ̄ efficeret̄ libero homini.h.d. Nō.ex hoc.§.ꝙ lic; dñs vel pater ſcribat ſe debere eius ſeruo vel filio nō.propterea efficitur debitor filij vel ſerui vt hic ꝓ hoc.j.de pecul̄.ſe.l. ſi peculium.§.an.⁊ ꝙ dñs ad idem.ſ.e.l.peculium ē.v̄.ſi vo nomina facit.j.de dona.l.nuda ratō. Bal.

**Eo tpre.** Occaſione debiti quod ē certū de pñti eius actōe; fieri nō poſſe l; poſſibile ſit i futuru; debitum rei ṗmum decretum interponi nō poteſt. Item pro debito futuro poteſt fideiuſſor intercedere.h.d.vſq; ad. §.ſi creditor. Nota ex prin.iſtius.l.ꝙ ṗmum decretum interponi nō poteſt contra eum compet deberet abſolui.⁊ circa iſtud prin.vide quod nō.doc.in.l.fulcinius.§.ſi qs actiōe j.qui.ex ca.in poſ. ea.

**Si creditor.** Si ꝯtrahens cū filio inſtituat heredem patre; filij quid ſit in peculio inſpiciat̄ tempore mortis.h.d.

**Etiam.** Litī conſ.in actione de peculio naturale debitu; poteſt a ſeruo ſolui ⁊ ꝓ eo pt fideiuſſor intercedere.h.d.

**Seruus.** Pro eo.ꝙ pro libertate dāda bonefi.poſſeſſor accipit a ſeruo bōefi.poſſeſſor actione de peculio nō tenetur.ſed tenetur v̄us dñs qui illam pecunam ſolutam poterit a bonefi poſſeſſore vēdicare.h.d. Nota tex.in fi.ibi quādo magis propter rem mea; ⁊c̄. Nam ex h̄ tex.habes drñiam interdictionem ex.⁊ dictionem propter. Na; dictio ex ſignificat cām remota; tex.ē hic ſi habes.C.ſi ſeruus extero.l.⁊ eade; drñiam eſt interdictionē ex ⁊ dictionē ob q̄ quidem denotat.quod dictio propter vt eſt tex.i.l.nō dubium.C.de legibus ibi dum dicit ex eo.vel ob id.Et eadem drñia eſt interdictōe; de ⁊ dictione; propter tex.eſt nō.in.l.i.§.nunc videamus.j.de coniūgen.cūemā.liberis. Baldus.

**Quod debet̄.** Dubius eſt euentus litis.⁊ ideo ille qui idē tenetur.q2 actionem habeat eā cedendo liberatur.h.d.Nota tex. bi cum ⁊ ſumptus ⁊c̄.ꝙ actio nō extimatur tota q̄ntitas quāta eſt quātitas q̄ debetur ex ea actione.nam vt hic vides habetur rō ſumptuū q̄ fiūt i exigendo dicta; q̄ntitatem habetur etiam ratio dubij euentus litis vt hic quod nō.pro eo.quod nō.gl. in.l.ab anaſtaſio.C.man.

**Ex facto.** Cū pater vl̄ dñs actōe perſonali d̄ peculio ꝯuenit̄ indeducendo aut ponit̄ cum ṗuilegio.ſecus ſi actione reali ꝯueniatur licet inter creditores peculiares ille qui h; ṗuilegium alijs ṗponatur creditoribus. Itē ſufficit quē eſſe dñm cum actione de peculio ꝯuenitur ſi patrimoniū illius qui ſe pro libero gerit reputatur ꝓ peculio.h.d. Nota iſtam.l. Secūdo nō.tex.in.v̄.quid ergo ꝙ l; alias peculium ſit illud quod h; filius vel ſeruus.⁊ expreſſa vel tacita conceſſione dñi vt.ſ.e.l.peculium eſt ⁊.l.quātuberonis.§.cum quidam tamen in caſu iſto.totum patrimonium quod habebat ſeruus gerens ſe pro libero reputatur ꝓ peculio licet ſeruus hoc patrimonium non habeat expreſſa vel tacita cōdictione dñi qd tene menti. Et facit iſte tex.in ar.ad.q ꝙ ſi aliqs gerit ſe ꝓ libero.⁊ poſtea monaſterium vendicat ipſu; vt ſuum monachū vel vt ſuū ꝯuerſum cū toto patrimonio qd habet monaſteriū teneat̄ ꝓ illo patrimonio vtili actione de peculio ar.iſtius tex. Ultimo nō.i.§.ſi des.ibi dum dicit vel interpoſita cautiōe ⁊ circa iſtū. §.tex.vide.l.ſ; an hic ⁊ qd ibi nō.ſ.qd cum eo.

**Si ſticho.** In glo.ibi dum dicit ex.l.nō.in hac gl.caſum in quo quis cogitur cedere actionē ꝯdict̄.ex.l.⁊ hūc glo.adde qd nō.j.de dona.l.fi.in prin. In glo.magna in fi.quod nō.⁊ tene menti in glo.ibi an ipē ꝯuenitur. Nota iſtam qōem ⁊ eius ſolonem ⁊ circa iſtam qōem vide qd nō.azo.in ſūma.C.an ſeruus a ſuo facto.

**Quod ſuus.** Sicut promiſſu; mihi a ſeruo pro ſe ego dñs poſſū deducere de ſuo peculio ita ꝓmiſſum a ſeruo pro debitore meo ⁊ ꝓpter talem promiſſione; debitor non liberatur a iure hoc dicit. Iſta notabilis lex.

**Si filius.** Si is de cuius peculio agit̄ decedat lite pendente quātū deducere in peculio mortis tempus inſpicitur Sed ſi ei legetur peculiū inſpicit̄ tempus quo cedit dies legati cum omni ſuo incrementū.Sed ſi peculium legetur ex̄neo tm̄ dici icrementum accedit.hoc dicit ⁊ ponit tres caſus.

**Vni ex hr̄dibus.** Is cui legat̄ ſeru⁹ heredibus dñi pro debito dñi non tenetur.h.d.vſq; ad fi.tituli. Baldus.

Quando de peculio annalis eſt actio. Rica.

**Pretor ait.** Mortuo ſeruo vel aliēato vel mortuo filio vl̄ emācipato datur actio de peculio ꝯ̄ patrem vel dominū.j.annū vtilem computandū.a tēpore mortis vel alienationis vel manumiſſionis dummodo fuerit tale debitum.quod poterit pere.h.d Iſte v̄.tex.i.v̄.annus Facit pro ſtatutis que dicunt.ꝙ ſi quis ſteterit tantū tempus ꝙ debitū nō petierit poſtea nō audiatur ꝙ non incipiat currere tempus niſi poſtꝙ̄ euenerit tempus ſolutionis facit ꝙ hoc.j.de tutellis.l.Si filius de admi.tu.l.tutores cū ſy.vide cy.⁊ an C.d̄ repu.her̄.l.fi. Secundo nō.l gl.que exponit.i.ꝓ.ſ.ex qua. glo.nō.drñiam interdictionem.i.⁊ dictionē.ſ.⁊ vltra concor.glo.vide qd nō.i.l qui liberis in princ.j.de vul.⁊ pu.na; dictio.ſ.ponitur exemplificatiue dictio vero.i.ponitur

expoſitiue. Jſta dr̃ia colligitur ex. gl. que eſt. ĵ. de an. le. .l. pl̃t. ibi etiaꝫ dictio. i. ponitur pro. ſ. ſicut hic.

**Merito.** Jn hoc. §. iuriſconſultus ponit rationem quare ꝓroꝝ actio de peculio q̃ erat perpetua an̄ mortem manumiſſionis alienatꝫ filij vel ſerui poſtea efficitur temporalis. Secũdo ponit ad quid refertur verbuꝫ mortis alienationis emãcipatõis vel manumiſſionis. Tertio i. v̂. i alienatiue ponit qd̃ ꝯtra appellatꝫ. alienatꝫ. ⁊ hoc vſqꝫ ad. §. ſi ꝑcepto. nõ. caſum ipſius. §. Secũdo nõ. glo. ſuper v̂bo nõ vtetur q̃ gl. facit differẽtiam iter uniuerſitateꝫ iuris ſeu incorpeaꝫ ⁊ vniuerſitateꝫ corporeaꝫ. Et ex hac glo. habes ꝙ peculium dicitur iur̃ vniuerſitas circa. quod vid̃ qd̃ nõ. per glo. ĵ. de impẽſis. l. qd̃ dicitur. Bal.

**Queſitũ.** Si in libello proponãtur due actiones que electione tollũtur procedit iudicium ſi exceptio nõ opponatur. Jtem error iñ queꝫ quis iducitur nõ ex facto errantis tm̃. ſed ex errore cõmuni ſeu ex aſſertione aduerſarij ꝑt corrigi poſt ſnĩam diffinitiuam. h. d. Per hãc. l. dicit alibi bar. ꝙ quãdo error eſt publicus ꝑſumitur etiam in ꝯfitente ꝙ eſt ſingulare. Et in hac. l. pone caſum ſꝫ lec. poſitam in glo. magna ibi vel aliter ⁊c̃. ꝯiuncto v̂bo vel verius. Jn glo. magna ibi de cõmuni. Sed adv̂te quia iſta. l. hꝫ locum ſiue loquamur de errore cõi ſiue loquamur de errore proprio i quem qs fuit iductus fcõ aduerſarij. cui credidit ut ſemꝑ talis error corrigitur cõtra regulam. l. error. C. de iur̃. ⁊ fac. igno. Sed hoc itellige ꝙ talis error colligatur nõ ip̃o iure. ſed ꝑ viam reſtitutionis in integrum que datur hoc caſu ex cã iuſti erroris ꝑ clauſulam generalem ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videtur. ⁊ pro hoc facit. l. ſed ⁊ ſi. §. ſ̃. ꝙ cuꝫ eo alle. in glo. ⁊ hanc opi. ꝙ huic erranti ſuccurãtur per reſtitꝫ. i integrum. tenet Bar. ſil̃. ⁊ hanc opy. tenet glo. noſtra ſ. expreſſe. ſ̃. ex quibus ca. ma. l. ſed ⁊ ſi ꝑtorem. §. Jtem iquit in glo. que incipit vt. ſ̃. de in inte. reſti. vbi ẽ ⁊ ſunt iſti caſus ⁊c̃. tene menti.

**Cum poſt.** Licet poſt mortẽ filij actõ que erat ꝑpetua efficiatur ãnalis nõ tamẽ propter hoc actõ que durabat minori tp̃e anni efficitur annalis.

**Diffinitione.** Licet peculiũ vel mõte vel manumiſſione ſerui extinguatur tamen infra annũ intra quem põt dominus de peculio conueniri inſpicimus detrimẽtum ꝑ augumẽtum peculij. h. d. Bal.

De Jn rem verſo. Rica.

**Jbi ij qui.** Actio de in rem verſo ẽ neceſſaria vbi deficit actõ de peculio. Jtem ẽ vtilis vt ſi concurrat cum agẽtibus actꝫ de peculio eis ꝑferatur actio d̃ in rem verſo. Jtem ſi agens actõe d̃ peculio ꝑoccupet extinguitur actio de in reꝫ verſo ſi ſoluitur illud quod eſt verſuꝫ in vtilitatem. Baldus.

**Cum minimis.** Datuꝫ pro libertate nõ videtur i rẽ dñi verſum niſi quatenus datum a ſeruo excedit ꝑcium ſerui. h. d. cum. l. ſeq. Baldus.

**Jn rem aũt.** Jſte. §. vſqꝫ ad. l. ponit quando dicatur verſum in rem pretoris patris vel dñi. Et caſus ſũmarius iſtius. §. ponitur in. v̂. regul̃r dicimus vbi iuriſcõſultus ponit optimaꝫ regulã qñ ſit verum ꝙ actio de i rem verſo competat. Nõ. tex. in. v̂. ⁊ regul̃r ꝙ illud videtur v̂ſum iutilitatem patris vel dñi. ⁊ per actionem in rem verſum poteſt peti ꝙ ſi fuiſſet expẽſuꝫ ꝑprocuratorem vel negocioꝝ geſtorem in ngocijs dñi poſſet ab eo repeti ꝑ actionem mãdati vel neg. ge. quod nõ. illud vero quod ẽ expẽſum a ꝓcuratore vel negocioꝝ geſtore nõ poſſet repeti ab eo ꝑ actiõeꝫ mãdati vel neg. ge. illud nõ venit in actꝫ. de i rẽ v̂ſo. vt. ĵ. i. §. ꝓind̃ i. v̂. ſꝫ ſi mutua. Scd̃o nõ. tex. i. v̂. ꝓide ꝙ ſi vxor alicuiꝰ emit aliqd ꝑ victu ⁊ veſtitu ſibi ⁊ ſue familie vſqꝫ ad illũ modũ vſqꝫ ad quẽ maritꝰ ꝯſueuerat adminiſtrare ꝙ maritus tenetur quaſi vſqꝫ ad illã quãtitatẽ videatur verſum i ſui vtilitatem facit. ſ̃. ad macc. l. Sed iulian. §. qd̃ dicitur facit ⁊ melius. C. ꝙ cũ eo. l. qui ſeruo in fi. Nota. tex. cũ ibi cedat creditori actꝫ. ⁊c̃. ꝑ verbis. que ponunt̃ in inſtrumentis ceſſionũ videlicet dedit ceſſit ⁊c̃. ⁊ poſtea ſubicitur eumqꝫ in rem ſuam procuratorem conſtituit.

**Si mutuatus.** Ad hoc vt actio de in reꝫ verſo cõpetat ſufficit negocium vtiliter eſſe geſtum ⁊ ſi pluribus cõpetat actio de i rẽ verſo potior eſt condictio occupantis. h. d.

**Si res dño.** Jn rebꝰ neceſſarijs iuſtũ preciũ inſpicitur in nõ neceſſarijs vero inſpicitur ꝑcium conuentum. h. d. Jſta nõ. lex.

**Placet non ſolum.** Si ſeruus ab inicio negociuꝫ peculiare gerit actio de in rem verſo locũ habet ſi huꝰ in rem dñi vertat animo dñi obligandi. Sꝫ ſi ab inicio gerit negociũ dñicũqꝫ habet locum actio de in reꝫ verſo quocũqꝫ modo i vtilitatẽ dñi vertatur. h. d. ⁊ habet duas partes. Nã primo loqtur quando ſeruus ab inicio negociũ peculiar̃ geſſit. Secũdo quando ſeruus ab inicio geſſit negociũ dñi cũ ſcd̃a. l. in. l. ꝯ ⁊ rõ. §. plane.

**Si filius.** Jllud videtur i rẽ alicuius verſuꝫ qd̃ vertitur in id cuius onus ſpectat ad ip̃m. h. d. cũ duabus. l. ſe. Nõ. ex hoc. §. ꝙ ſicut ad patrem ſpectat onus dotãdi filiam. ita ⁊ ad ãuũ paternũ ſpectat onus dotãdi nepteꝫ vt hic. ⁊. ĵ. de colla. bo. l. dedit dotem. C. de heretꝫ. l. cognouimus de quo in. l. fi. C. de dotꝫ ꝓmiſſ. Secũdo i. l. nihil tex. ibi dum dicit vel neptis ex altero ⁊c̃. allegatur ꝙ filius fr̃is appellatur nepos filia fratris neptis. Sed poſſumus dr̃e ꝙ hic nõ loquitur de nepote vel nepte ex fratre. ſed de nepte vel nepote ex filio loquitur enim hic de nepte reſpectu aui ꝙ petet duꝫ dicit vel neptis ex altero filio nate ⁊c̃. vt patet hic in. §. ſi filius cui hec. l. continuatur de hoc vtrum filius fr̃is appelletur nepos. dicam i. l. ſi inſtituta. §. fi. de inofficio. teſtamento. h. d.

**Si pro patre.** Si filium debitũ paternũ ſiue iudicium animo nouandi ſuſcipiat ſiue ꝑ ſtipulationeꝫ promittat adeo ꝙ pater liberetur in vtilitatẽ patris v̂ſum videtur hoc dicit.

**Jn rem.** Actio de in rẽ verſo datur in ꝓcuratorem quatenus eſt in reꝫ patris verſum ⁊ verſum dicitur quatenus durat verſum. h. d. Vſqꝫ ad. §. ſi dñi. Nota ex hoc tex. ꝙ i actiõe ſtricti iuris non veniunt vſure niſi ſint promiſſe ꝑ ſtipulatꝫ. Sed in actꝫ. bonefi. veniunt vſure ex mora. etiã ſi non ſunt ꝓmiſſe ꝑ ſtipulationem vt hic. ⁊. C. de vſuris. l. quã

uis.⁊.l.in bonefi.C.de ꝯdi.inde.l.i.cum ſy.

**Si domini.** Si patri vel dño debitum ſol uitur nõ videtur in rem eius verſum ⁊ ſi pater vel dñs reddat deſinit eſſe vſuꝫ ſecus ſi detur niſi animo remunerãdi facit hoc.d. vſqꝫ ad.§. idem querit.

**Idem querit.** Si dñs credat ſeruo eua iam nata ꝯtra dñm ⁊ remanet actio de peculio nec recõ ualeſcit lꝫ poſtea ſeruus credat dño.h.d.vſqꝫ ad fi.

**Si in rem alterius.** Qñ vnꝰ ex ſocijs põt ꝓ peculia quod eſt apud alteꝝ ꝯueniri actione ð peculio poteſt conueniri pro eo quod in rem alterius ẽ vſum.ſecus ſi actio ð peculio ceſſet.h.d.cum.l.ſeq.

**Si filiuſfa.** Filius ꝯſtituendo nõ dici tur in rem patris vertere niſi ſoluat.h.d.

**Quidam fundũ.** Agens actione de peculio cõſe quitꝰ id qð ſuper eſt deducto eo qð dño debe tur. Sed agens actione de in reꝫ verſo conſeqtur illud qð ſup eſt deducto eo ꝙ dominus dꝫ dedit ꝓ rei.h.d.

**Seruus.** Ad hoc vt competat actio de in rẽ verſo ſufficit negociũ vti liter eſſe geſtum ſicut in actꝫ.man.⁊ neg.geſt. h.d. Nõ.iſtam ſimilitudinẽ quã ponit tex.ibi nã ⁊ ſi procuř.⁊c.ꝙ in quibus caſibus cõpetit actio man.vel neg.geſt.ꝯ dñm ſi aliquis cũ mandato vel ſine negocia dñi gerat eiſdẽ caſibus ex facto ſerui competitꝰ actio ð in rem verſo contra dominuꝫ ⁊ eſt caſus hic ⁊ vidiſtis caſum.ſ.e.l.in.§.regulariter.

**Cũſticho.** De eo quod datuꝛ ſeruo vicarij ſi illud vertatur in rem domini agi tur actione de in reꝫ verſo ſm ipſius actiõis nãꝫ Si vero illud fuerit verſum in vtilitatẽ peculij ſerui ordina rij reſpectu hui ordinarij candẽ naturam reſpectu vero dñi habet naturam actionis de peculio.h.d.

**Quamuis.** Actio de in rem verſo cõpe tit ei qui principaliter contra bit vt in rem domini vertatꝰ.h.d.iſta.l.

**Filiuſfa.** Si filiuſfa.emit ſibi reꝫ neceſ ſariam ex tunc videtur in rem patris verſa.alias cũ pater illã rẽ vertitꝰ i vſuꝫ filij.h.d. Nõ.ex hac.l.i fi.ꝙ omnes iſte formule vꝫ inſtitoria tributoria de i rẽ verſo ð peculio ꝙ iuſſu ſunt adiectiones non aũt ſunt ꝓpria noĩa actionũ tex.ẽ hic duꝫ dicit que tñ adiectio ⁊c. Ad idẽ qð habuiſtis.ſ. de peculio.l.iij.§.congruit habuiſtis nõ.ꝑ gl.ſ.de exer ci.l.ſi tamen.§.ſi.hoc dicit. Baldus.

**Pater pro filia.** Si filia mutuuꝫ cõuertat i alimẽ ta pater tenetur actione de in rẽ verſo.ſi onuſ alimẽtandi filiam ſpectat ad patrẽ.h.d.principium iſtiꝰ .l.cum.l.ſe. In tex.ibi vtilem actõem ⁊c.ideſt efficacẽ vt nõ.ꝫ.l.prox.vbi eſt idem caſus quod nõ.

**Seruus abſentis.** Promiſſio tu toris non tollit actionem de in rẽ verſo ꝯ pupillum.h.d.

**Filiam.** Nõ.tex.ibi ⁊ cum ei res familia ris credita eſt ⁊c.nõ.hic quando nutrit aliquaꝫ familiaꝫ ſeu pſonam.⁊ illa ſtat in domo.⁊ accipit ſibi metum qd iuris ſit de hoc. Bal.

Quod iuſſu. Rica.

**Merito ex iuſſu.** In glo.que incipit ex hoc poteſt ⁊c.ibi cui ſimile ẽ. Nõ.iſtaꝫ glo. Idem nõ.ꝫ.depoſiti.l.quod nerua. In eadem glo.in fi. Nõ. iſtam glo.⁊ eius materiaꝫ examina plene ꝑ cy.C.mãda ti.l.mãdatum ⁊ vide ꝙ nõ.dy.ꝫ.de manumiꝭ vindicta. .l.iiij.in fine.h.d.

**Sed ſi.** In glo.que incipit qui ergo ibi.⁊ ſic eſt ar.nõ.hanc pteꝫ glo.⁊ ipſaꝫ itellige vt habuiſtis nõ.in.l.gayus.ſ.de pig.actꝫ.⁊ vide quod nõ.i l.fideiuſſoꝛ.§.pater.ꝫ.de pig. In glo.ſc.ibi vt exneuſ vt hic dicit. Nõ.hanc glo.ꝙ ad obligãdum patrem actione ꝙ iuſſu nõ ſufficit ſimplex patris cõſenſus pro batur hoc in.l.lucius ticius gayum ſeyuꝫ.ꝫ.de admi.tu. ⁊ ꝑ hoc patet ꝙ ſi inſtrm dicit talis filius facit hoc pre ꝯſentiente nõ tamen ꝑ hoc tenetur pater ꝙ iuſſu idem eſſet ſi diceret inſtrm talis filius facit hoc pre volente nõ tamen ꝑ hoc tenetur pater ꝓ iuſſu.nam ſimplex pa tris voluntas nõ inducit iuſſum vt.l.i.§.ſi is qui nauem ſ.de exercitoria opꝫ.ergo ad hoc vt pater teneatur ꝙ iuſſu ꝙ inſtrm dicat ꝙ filius facit hoc patre iubente vel mandãte vel ratum habente vt.ſ.e.l.in pñ.ſ.prox.§.⁊ ꝫ.proximo.§. Baldus.

**Dominum.** In glo.ſua ibi vel diſtin gue. Nõ.iſtam nõbilẽ diſtinctõnem iſtius glo.⁊ vide quod nõ.in.l.ſi gratuitaꝫ.§.ſi quis que.ꝫ.allegatꝫ. In gl.⁊ ibi tex.⁊ glo.

**Si pr.** In glo.magna ibi uel uerius. Nõ ex hac glo.ꝙ aũt.de duobus reis hꝫ locum niſi in pncipaliter obligatiſ nõ i obliga tione acceſſorie.qꝛ tũc iura antiqua remanẽt inconecta ⁊ cum hac glo.ꝯcoꝛ.inſti.de fideicõ.§.ſi plures. Sed ꝯtrium huius nõ.in.l.creditoꝛ.§.duobuſ.ꝫ.man.⁊.l.ſi mã dato.ticij.§.paulꝰ.e.ti.dicã de hoc in dicto.§.ſi duobꝰ.

Ad ſenatuſcõſultum velleyanum. Rica.

**Velleyano.** Per vel leyanuꝫ ſe natuſcõſultum mulieribus inter cedẽtibus paratꝰ exceptio ⁊ i ve tereꝫ debitoꝛeꝫ reſtituitur ſeu in ſtituitur actio.h.d. Nõ h gl. magnaꝫ que ponit.viij.caſus. In quibus mulier non iu uatur uelleyano ẽ ⁊ nouus caſus ut nõ.per glo.C.e.l.fi.

**Et primo.** Mꝛr itercedẽti paratꝰ exce ptio ꝑ velleyanũ ſenatuſcõ ſultũ cuius verba hic referũtꝰ.h.d. Nota iſta verba ibi ne ab his petitione ne.actio i eas detꝰ.nã iſta verba actio petitio nõ detꝰ non impediũt oblĩgatio nem ⁊ actionẽ oꝛiri ipſo iuř ſꝫ exceptionẽ parant vt vi diſtis.ſ.ad mace.l.i.⁊ ibi nõ.⁊ ibi dixi ad idẽ.ſ.de iure iuř.l.nã ⁊ poſtea i priu.⁊ qð nõ.C.de iuř.⁊ fac.igno.l. cum quis. Bal.

**Verba itaqꝫ.** Nota ex hoc.§.duo.primo ꝙ prouiſio facta fauoꝛe alte rius ꝑꝑ ipſius dolũ amittitur ad idẽ.ꝫ.e.l.ſi decipiendi. Secundo nota.ꝙ deceptis non decipientibus iura ſubueniunt vt hic ⁊.C.ſi minoꝛ.ſe maioꝛ.dixerit.l.i.⁊.ij.

**Omnis. n.** Verbū intercedere omnez omnino obligationē cōphendit quaz mulier pro alio ſuſcipit hoc dicit. Baldus.

**Sed ſi ego.** Mulier itercedēdo iuuat velleyano ſi creditor ſciuerit ipam itercedere. Secus ſi ignorauerit. Itē mulier donans uelleyano non iuuatur. h. d. Nō. tex in pn. l. iſtius dum dicit cum ignorarem cui hoc factum ꝛc. ꝙ ad hoc vt creditor repellatur exceptōne velleyani oportet ꝙ ipe ſciuerit illud quod eſt cā talis exceptionis procuius tex. declaratione dicit qñqz lex prouidet alicui in ſui fauorem. qñqz lex prouidet alicui fauore pſone ſup certo ꝯctu primo caſu eſt neceſſe ꝙ ille qui ꝯhit ſciat illud quod eſt cā ſui odij. vt pz in macedoniano vt vidiſtis. ſ. ad mace. l. i. ꝛ. iij. in pn. Secūdo caſu aut ꝓuidet ei ſimplr ſuper omni geſto. ꝛ tūc nō eſt neceſſe ꝙ creditor hoc ſciat vt. ſ. de minor. l. in cauſe. §. interduz. l. ait pretor i pn. e. ti. Tertio caſu qñ lex prouidet alicui fauore pſone nō ſimplr ſup omni geſto. ſed ſuper certo ꝯctu tūc oportet illum i cuius ꝑiudicium vertitur talis fauor ſcire illum ꝯctum. ꝛ ita loqu tur hic. naz niſi creditor ſciat mulierem itercedere non habet locum ſenatuſ cōſultum velleyanum. h. d. Baldus.

**Nec intereſt.** Mulier rē ſuaz agēs velleyano nō iuuatur hoc dicit. Baldus.

**Si fideiuſſores.** Siue mulier fideiubeat ſiū mādet aliū fideiubere velleyano iuuatur. h. d. Nō. ex hoc tex. ꝙ ꝯtra recipiētem fideiuſſorem mādato mulieris ſi recipiens fideiuſſorez ignorat mulierez mandaſſe fideiuſſoribus ꝙ fideiubeāt exceptio velleyani nō opponitur. Secūdo nō. in. l. ꝙꝙ duo pmo ꝙ in facto ꝓpō nō eſt licita ignorātia vt hic ſallit in ꝯdictione indebiti vt. ſ. de ꝯdi. inde. l. Sed ꝛ ſi me putem ꝛ eſt ratio vt ibi nō. Tertio nō. v. Sed nō erit ꝙ mādatuz inutile nō impedit oriri actꝭ negocioꝝ geſtorū. h. d. Baldus.

**Quāuis.** Liberare pignuſ nō eſt intercedere hoc dicit. lex breuis. Baldus legum doctor.

**Si mulier.** Si mulier idemnitatē ꝓmittit non dicitur intercedere. h. d.

**Enim.** Mulier iuuatur velleyano contra pmuz debitorez. ꝛ aduerſus eū cui eſt delegata. lz marcellus aliter diſtinxit. h. d. Et glo. magna ponit caſum. Bal.

**Interdū.** Mulier itercedēs ſiue ſoluat ſiue debitorem delegет ſiue nō ſuū debitorem exceptione velleyani iuuatur. h. d. ꝛ iſtum. §. declara optime. vt in glo. ultima iſtius. §. que iſtuz. §. ꝑ membra diſtinguit.

**Si conuenerit.** Paria ſūt ex promiſſorem nō dari vel dari pro expromiſſore mulierez. h. d.

**Marcellus.** Acceptilatio facta mulieri tute velleyano nō liberor debitorem ſicut nec eius niſi ſoluat ꝙ nequeat repetere. h. d.

**Quāquam.** Muliere ſubducta actio reſtituitur aduerſus oēs q pp mulierē fuerāt liberati. Sed illi ſoli actō reſtituit aduerſuſ omnes apud quem mulier itercеſſit. h. d.

**Si mulieri.** Si creditor efficitur hrs mulieris que apud eum interceſſit nihilominus ei reſtituitur actio ꝯtra ſuuz debitorem

Sed ſi mulier itercedens ſuccedat debitori pōt ꝯueniri actione reſtitoria ꝛ nihilominus actione directa. hoc. d.

Nō. tex. ibi nō obligate cum effectu. Nō. hūc tex. qr facit ad id quod dixi. ſ. e. l. ij. §. i. vz ꝙ mulier tuta velleyano eſt obligata ciuilr. ꝛ naturalr nō cuz effectu.

Secūdo nō. tex. in. v. Sed ꝛ directa ibi dum dicit nihil eniz eius intereſt ꝛc. Baldus.

**Si cū eſſē.** Quando mulier intercedit ꝓ aliquo non obligato dicit actio iſtitui non reſtitui. niſi ille ꝓ quo interceſſit eſſet talis qui ꝯhendo non obligaret qr tunc ꝯ illuz actio non inſtituitur. h. d. cum ſe. §. ꝛ. l. ſe. Nō. diſtinctionē iſtius. §. ex quo habes duo. primo qñ ſit vez ꝙ det actio reſtitutoria ꝛ qñ detur actio inſtitoria nā actio reſitoria datur contra debitorem qñ ꝓ debitore iam obligato mulier interceſſit ꝛ propter interceſſionē eius debitor ē liberatus Inſtitoria vero actio datur quando ꝓ aliquo debito non obligato cū quo eraz ꝯcturus mulier interceſſit. Secundo habes ꝙ tunc actio de nouo inſtituitur ꝯ illum cū quo erā ꝯcturus quando ille erat talis q ꝯhendo poterit obligari al. ſec⁹ vt hoc tex. tene menti.

**Hee actiones.** Actio inſtitutoria ꝛ reſtitutoria ſunt ꝑpetue. ꝛ dantur heredibus ꝛ contra hrdem. h. d.

**Si Mulier.** Nō. hanc. l. cū. l. ſe ꝙ tunc eſt locus beneficio velleiani ſenatuſconſulti quando creditor ſit mulierem intercedere ſi ignoraret vt hic cum. l. ſe. vidiſtis. e. l. ſed ſi ego. Baldus.

**Aliquādo.** Mulier non iuuatur velleyano in caſibus hic in ſertis. h. d. Nō. ergo tres caſus in qbus mulieri intercedenti non ſuccurrit velleyano alios caſus habuiſtis nō. ſ. e. l. i.

**Si ſub ꝯdictione.** Nō eſt expectanda condictio cui⁹ nihil operatur euentus. h. d.

**Si mulier.** Mulier ſubducta ꝑ beneficiū velleyani actio cōſtituitur. non ſolum contra principalem debitorem. Sed etiaz contra eius fideiuſſores. h. d.

**Si mulieri.** Si mulier ꝓmittit aliuz ratum habiturūz ꝙ ipſa gerit non videtur intercedere. h. d.

**Si mulier.** Mulier non iuuatur velleyano ſi debitor ſibi ſoluit quod promiſit. h. d.

**Si ab ea.** Mulier ꝛ ei⁹ fideiuſſores velleyano non iuuantur ꝛ in priſtinum debitorem actio reſtituitur. h. d.

**Vir uxori.** Non ſufficit creditorem mulierem in rem ſuam itercedere quādo ꝓ alio promittit niſi diligēter ꝑquiſierit. h. d. iſte tex. Nō. ex hac. l. qd illud ꝙ dr in. l. Sed ſi ego ꝛ in. l. ſed ſi mulier tangꝫ cum. l. ſe. cū ſy. ſ. e. ꝙ creditor ignorans in quā cauſaz mulier cōtrahit velleyano. non repellitur. habet locuz qñ mulier ab inicio ſuo nomine contrahit ſecus quando mulier contrahit ab inicio non nomine ſuo ſed alienam obligationē ſuſcipit quod tene menti. Baldus.

**Si mulier.** Si mulieri conſentienti obligationi rei ſibi obligate ſi pecunia ſoluitur velleyano non iuuatur alias ſecus. h. d.

Per iſtuz. §. dicit. Ja. de are. ꝙ ſi dos ſoluat mu

lieri maritus liberatur de qua queſtione dic vt nō. C. ſi dos conſtante matrimonio. l. i. ⁊ quod nō. per glo. in. l. ij. in pn̄. ſ. ſo. ma. dicam de hac. q. j. de iur̄ do. l. ſane. Vā vitas eſt ꝙ ſi maritus ſoluit dotem ꝯſtante matrimōio eatenus liberatur quatenus vxō eſt facta locupletioꝛ vt dicam in dicta. l. ſane. nō ob. iſte. §. dꝫ intelligi vel quando fuit ſoluta ſoluto matrimonio vel loquitur i caſibus pmiſſis qui hn̄tur in. l. mutus. §. manēte. j. de iur̄ do. ⁊. l. q̄uis. j. ſo. ma. dicam in dicta. l. ſane ⁊ in. l. cum in fundo §. vxoꝛ marito. e. ti. Baldus.

**Mulier ⁊ tici⁹.** Si mlr̄er ⁊ alius accipiāt mutuū in cām neceſſariā vt duo rei mulier velleyano nō iuuatur. Sed ſi accipiāt in cām volūtariaꝫ eatenus mulier velleyano iuuat̄ quatenus ad alium ꝑuenit. h. d. Glo. inducit hunc. §. ad queſtionem vtrū duo rei videant̄ inuicem fideiubere. ⁊ gl. magna. ponit hic triplicēꝫ opi. vna eſt. Jo. de rogle. dicentiū ꝙ nō videntur inuicem fideiubere. tertio eſt opīo Azo. circa iſtam. q. diſtingnētis. Sed iſtam qōnem examinant plene doctoꝛes. C. ō duobus reis. l. i. ⁊ per. Ja. de bel. in aūt. de duobuſ reis. §. i. coll̄. vij. vbi de hoc per glo. tangitur. j. de duobus reis. l. in duobus. ⁊ ibi ꝑ gl. ⁊ in. l. reos. e. ti. ⁊ ibi etiam ꝑ doc. ⁊ aduerte ꝑ glo. hic poſitam in. v. nec poteſt dici ſocietas ⁊c̄. ꝑ eo quod habuiſtis. nō. in. l. ſi duo. ſ. ſi quis caut̄. ⁊ quod ibi dixi. ⁊ aduerte. qꝛ glo. pꝛecedens que incipit coloꝛe queſito. qꝛ tota loquitur ſm opi. Jo. vltimo nō. ſi. iſtius glo. magne iḡtuꝫ dicit. Si vnus hꝫ maioꝛem parteꝫ in re in qua impeditur q̄ alius ⁊ nō. ipſas.

**Tutor pupilli.** Si mulier ꝓmittit alicui ydemnitatem pꝛopꝛie obligatōnis itercedere nō videtur. ſecus ſi pꝛomittit ydemnitateꝫ obligationis alteri⁹ h. d. vſqꝫ ad. §. cum heres. Nō. hanc. l. ⁊ circa eaꝫ vide quod nō. ſ. e. l. q̄uis. §. i. ⁊ quod ibi addidi. Secundo nō. tex. ibi qn̄ bis ꝙ quis nō poteſt apud eundē fideiubere pꝛo eodē ꝯcurſum in glo.

**Cum hr̄s.** Creditoꝛ delegatuſ a muliere intercedente velleyano iuuatur. ⁊ ſi agatur velleyano repellitur. ſi creditoꝛ fuerit machiatus. ſecus ſi machinatus nō fuerit. h. d. vſqꝫ ad fi.

**Si pro alio.** S mulier i reꝫ ſuam itercedat velleyano nō iuuatur. h. d. lex. cum. l. ſequē. Baldus.

**Si mulier.** Mulier ſciēter rn̄dens ñ verū nō iuuatur velleyano ſecuſ ſi ignoꝛāter. h. d. Baldus.

**Debitrix.** Delegata mulier nō iuuatuꝛ velleyano pꝛomittens vero intercesſiſſe videtur. h. d.

**Si ſenatuſ ꝯ.** Sicut mulier itercedentis ſtatim velleyano iuuatur ita in p̄ſtinum debitoꝛeꝫ ſtatim actō p. l. reſtituit̄ ip̄o iure. h. d. Nō. iſtum. §. ⁊ ſi cum glo. ſuper verbo reſtituere. Baldus.

**Si domina.** Si mulier intercedat pꝛo ſuo ſuo velleyano nō iuuatur. ſecus ſi eius iuſſu quis ſeruo mulieris credat hoc dicit. Baldas.

**Bonafide.** Nō. caſum iſtius. l. cū quo ꝯcoꝛdat quod habuiſtis i. l. mulier tāquā. ſ. e. ti. ⁊. l. ſe. Baldus.

**Cū ſui.** Si mulier intercedit apud ſeruum alicuius dominus illius ſerui velleyano ſubmouetur. hoc dicit. Baldus.

**Reya mancipia.** Verba enūciatiua a teſtatoꝛe pꝛolata creditoꝛibuſ non p̄iudicat. h. d. iſta lex.

**Fundū.** Cōtra creditoꝛē ſciēteꝛ ꝯhentē cū mlr̄e re que cum vitate intercedit obſtat exceptio. hoc dicit. Baldus.

**Quidā noluit.** Mulier intercedēſ iuuatur velleyano ⁊ actio reſtituit̄ ꝯ p̄ncipalem debitoꝛē ac etiā pignōe. h. d. iſta. l. nōtabil̄. Nō iſtū tex. ibi ñ ſibi ſine rōe

**Si decipiendi.** Mulieri ōcepte nō decipienti ꝑ ſenatuſcōſultū velleyanū ſuccuritur. h. d. iſta. l.

**Si mulier.** Velleyanū ſenatuſcōſultū ꝓdeſt aduerſus eos qbus mlr̄ ꝯtraxit ⁊ ſucceſſoꝛes eoꝝ. ⁊ nō ſolū ad rē. ſꝫ ēt ad fructus.

**Item ſi mulier.** Si mulier vendat fundum ſuum pꝛo alio velleyano iuuatur. h. d. In tex. ibi aut ⁊c̄. hic ponuntuꝛ veꝛba replicationis. ⁊ ſubaudi recte accipes vbi ſi ea ⁊c̄. Nota caſum iſtius. §. ex quo habes ꝙ licet mulier pꝛincipaliter ⁊ ſuo nomine contrahens non ſit tuta velleyano tamen bonuꝫ eſt ꝙ in quolibet contractu mulier que contrahitur renunciet velleyano de qua renunciatione videbitis. j. e. l. §. pl̄t.

**Si mulier.** Si alius mandato mlr̄eris intercedat exceptio velleyani. locū habet ſi creditoꝛ. ſciuit al̄. ſecus. h. d. Nota hūc tex. neſcire ꝙ ſi tu. mādato mulieris fideiubes ꝑ aliquo creditoꝛe ignoꝛante tibi exceptiōe velleyani ñ ſuccurritur ꝯ creditoꝛē nec dat̄ regreſſus tibi contrra muliereꝫ cuius mandajo intercesſiſti. Baldus.

**Si mulier pro.** Si mulier i iudicio exceptiōi velleyani renūciat velleyano non iuuat̄. h. d. Ex h. §. nō. ꝙ mulier pōt renūciare velleyano ſenatuſcōſulto. Sed doctoꝛeſ moderni tenent contraꝛium dicentes ꝙ mulier nō poteſt renunciare velleyano iuriſconſulto ratio eſt quia eo ipſo ꝙ mulier renunciat velleyano decipitur vt. l. dolí. §. diuerſum. j. de noua. v. de minoꝛibus. l. iterduꝫ facit qō nō. in. l. ſi iudex circūuento. e. ti. Ita tenent doctoꝛes in. l. fi. C. e. non ob. iſte tex. qꝛ loquitur de renunciatione facta in iudicio tn̄ licet hoc ſit veꝛum de iur̄ tn̄ conſuetudo eſt in contrariuꝫ cui eſt ſtandum In glo. ſua in fi. circa hoc vide quod nō. glo. ⁊ doc. in. l. ſciendum. j. de verboꝛum obligationibus. Baldus.

## De compenſationibus. Rica.

**Verum eſt.** Fideiuſſoꝛ pōt compenſar̄ illud quod debetur reo pꝛincipali. ac etiam ſibi. h. d. cum. l. ſe. Nota glo. ſup verbo male peto in diſtinctiōe quā facit in. v. circa fideiuſſoꝛem ⁊c̄. In. l. ſi quis nō. glo. ſup verbo fideiuſſoꝛē ⁊ cum hac gl. cōcoꝛ. qō nō. C. e. l ſi conſtat ⁊ ex hoc habes. ꝙ adhoc vt fiat compenſatio requirit̄ voluntas compenſantis. ⁊ pꝛo hoc videtur ꝙ ad extinguendū debituꝫ ipſo iur̄ non eſt neceſſe ꝙ compenſatio obiciatur in iudicio ſuo videt̄ ſufficere. ꝙ quis ex. iudiciū dicat ego compēſo tecū illud qō debes mihi cū illo qō a me petis. ⁊ ꝑ hoc videt̄ tolli obligatio ipſo iu

re.⁊ hoc videṫ velle iſta lex.⁊ alie leges que dicunt cō penſationem fieri ipſo iure quaſi velint dīe iſte leges ꝙ iudicis miniſterium non reqritur.

**Si rationem.** Snīa lata ſuper principali non preiudicat i incidēti qḋ poteſt per ſe ſtare Item ſuccumbenti in exceptione compenſationis.poteſt opponi exceptio rei iudicate ſi illud idem in modū actiōis ꝓponat.h.d. Opp.ad iſtum.§.ex̄.glo.⁊ videtur ꝙ ſnīa lata i principali faciat preiudiciū in incidenti.vt.l.i.C.de ordi.indi. Secundo altero de duobus modis.nam quandoqꝫ de incidenti fuit plene cognitum.⁊ tunc ſnīa lata in pncipali preiudicat incidenti vt.l.ꝯria. Quādoqꝫ ſuper incidenti non fuit plene cognitum ;⁊ tunc ſnīa lata ſup principali vt i incidenti non preindicat ita loquitur iſte textus. Nam hic non fuit plene cognitum ſuper exceptione compenſationis ideo ſnīa lata.Super principali nō preiudicat in incidenti.hoc eſt in compenſatōne ⁊ ita loquitur hic. nam hic non fuit cognitum plene ſup incidenti. Secundo modo.poteſt ſolui ꝙ in.l.ꝯria ſnīa lata.ſuper pncipali nō poterat eſſe vera niſi intelligereṫ ꝓnunciatū ſuper incidenti.⁊ ideo ſnīa lata ſuper principaliter pīudicat. Sed hic loquitur quando ſnīa lata ſup principali poteſt eſſe uera licet non videatur ꝓnunciatū nec fit ſuper incidenti iſtam ſo.tangit glo.in.l.plt.ſ̄. de his qui ſunt ſui vel alieni iur̄. Secundo op.ex̄.glo.ad. v̄. aliud dicam ⁊c̄.⁊ videtur ꝙ ſuccumbens in exceptione non repellaṫ ſi illud idē ꝓponat in nomen actionis vt ꝭ.de euictione.l.vendicantem cum l. ſe. So.quando illud qḋ fuit propoſitum in modum exceptionis tendit ad eundem finē cum eo qḋ poſtea proponitur in nomē actionis.⁊ tunc ſi opponens exceptōnem ſuccumbat in exceptione tunc obſtat ſibi exceptio rei iudicate ſi illud idem i modum actionis proponat ⁊ ita loquiṫ hic quādoqꝫ illud qḋ fuit oppoſitum in modū exceptionis tendit ad diuerſum finē cum eo qḋ ꝓponiṫ in modum actionis.⁊ tunc ſuccumbens in exceptione non repellitur ſi illud idem proponat poſtea in modum actionis.⁊ ita loquitur dicta.l.vendicantem cum.l.ſe.⁊ ita nō.doc.C. ſnīam reſcin.nō poſ.l.peremptor.facit.ſ̄.de rei ven.l.ex diuerſo.§.petitoria vide.ſ̄.de condi.inde.l.ſi pene. §.fi. per eundem. Ultimo pro declaratioue tex.qui dicit ſi reprobauerit compenſationē ⁊c̄. Quero qualiter debeat reprobari compēſatio.Ro.circa hoc.dic vt nō. per glo.ſ̄.de neg.ge.l.ſin autē.§.ſi quocūqꝫ mō. Ultimo circa iſtū.§.vide quod nō.Inno.ex̄.de or.cog. c.fi.

**In compenſatione.** Circa cōpenſationem non debet eſſe deterioris condictionis ille qui eſt magis diligens quā ille qui eſt minus.h.d. Nō.tex.ibi nec diligentior.⁊c̄.

**Si cū filio.** Contra patrem vel dn̄m agentem ex pſona filij vel ſerui poteſt obici compēſatio de debito a filio vel ſeruo. Item filius poteſt ſuo nomine ꝯpenſationem obicere de eo quod debetur patri dūmodo caueat de rato.h.d. Baldus.

**Si ambo.** Negligētie ad neglegētiam admittitur ꝯpenſatio. Itē debita ex cauſis diſparibus ꝯpenſantur.h.d. In tex.ibi potens.Itē cōpenſatione ipō iure facta p.l.ſm Ja.de are.nō.ergo hic caſum in quo fit ꝯpenſatio ipō iure poſito ꝙ nō opponatur ab hoīe ſunt.⁊ alij caſus qui nō.ſ̄.e.l.ſi quid a fideiuſſore. Secūdo nō glo.ij.ſuper verbo ipō iure que optime declarat qualiter debet intelligi illud quod dicitur.ꝙ de dolo ad culpam nō fit ꝯpenſatio.⁊ ſm hoc debet intelligi.l.Itē ſi obſtetrix que hic alleg.in glo.⁊ quod nō.in.l.i.ſuper verbo q̄uis.ſ̄.de co.per quem factuꝫ erit.

**Quotiēs.** Nō.tex.ibi idem ē.⁊ ſi ꝓdicatur ꝙ cōdictio furtiua dicatur eſſe ex maleficio vt hic.⁊ nō.p glo.ꝭ.ḋ acti.ēp.l.ſeruus qui licet ꝯrium.nō.⁊ male in.l.ſi ꝓ fure.§.fi.ſ̄. de condicti.furtiua. Baldus.

**Cum alter.** Quo ad impediēdum curſum vſurarū fit compenſatio ipō iure etiam ſi opponatur ab homine.h.d.cum.l.ſequē. Baldus.

**Quod labeo.** Una cauſa non poteſt operari circa diuerſos effectus.h.d.iſta.l. Bal.

**Quecunqꝫ.** In glo.magna ibi videṫ ꝙ nō. Nō. hanc gl.⁊ de hac qōne vide p cy.C.e.l.ex cā.vide etiaꝫ quod nō.p doc.in.l.procur̄.ad exhibēdum.ꝭ. rem ra.ha. habuiſtis tactū de hac queſtione.ſ̄.de ꝯdi.inde.l.iulianꝰ que glo.remittit ad.l.etiaꝫ.ſ̄.e.que gl.errant.qr vult dicere ad hanc.l.quecunqꝫ.

**Peccuniā.** Debitum certo loco poteſt habita rōne intereſſe ꝓpter locuꝫ vbi que cōpenſari.h.d.iſta.lex.

**Si cū militi.** De eo quod debeṫ ab altero nō opponitur ꝯpenſatio etiam ſi ab inicio fuit debita ab codē hoc dicit iſta lex.

**Cum intra.** Tēpus qḋ humanitatis gratia ſolutioni idulgetur cōpenſatione nō indiget.h.d. Nō.ibi tex. iſtum aliud eſt enim.

**In rē ſuā.** Procurator in rem ſuam pōt ꝯpenſare illud quod ei debetur ex actione ſibi ceſſa. Itē creditor nō cogitur ꝯpenſare niſi illud quod ipē debet ei a quo petit ⁊ in pncipium iſtius.l. intellige vt nō.hic in glo.i.⁊ nō.ſ̄.e.l.ſi cuius. Item cū ſa parte iſtius glo.ꝯcor. qḋ hētis.C.e.l.eius.⁊ qḋ habuiſtis.nō.ſ̄.e.l.ſuum.

**Ob negocium.** Cōdemnatus ex cā hic inſerta compenſationem obicere nō pōt.h.d. Nō.ergo hic caſum in quo cōpenſatio non poteſt obici.Sunt alij caſus q nō.hic in glo.magna quā nō.Et nō.illam ptem glo.iquātum dicit ꝙ de genere ad genus pōt obici cōpenſatio videbitis de hoc.l.i.§. idem ſi me.ſ̄.ſi pars hereditatis petatur.

**Si debeas.** Quis pōt opponere cōpenſationem de eo quod ſib debetur alternatiue ſi ellectio eſt ſua h.d.Et circa iſtam.l.vide quod dixi in.l.cum fundus.§.ſeruum tuum i prudens.ſ̄.ſi certum petatur.h.d.

**Ad quod.** Si tutor nomine pupillorū petat illud quod pupillus debetur non poteſt obici compenſatio de eo quod ipē aduerſario debet ſuo nomine.h.d. Bal.

Depoſiti. Rica.

**D**Epoſitum. In hoc principio nō.glo.ſuper v̄bo augetur.

**Que depoſitus** Sicut pꝛo re depoſita competit actio depoſiti.ita pꝛo rebus que depoſito accedunt licet illa nō dicant᷑ depoſita.h.d.tex.cum glo.ſuper verbo capiſtro.⁊ nō.eam. Baldus.

**Si ꝯuenerit.** Cōtractus ex conuentiōe legem accipiunt.h.d.cum hoc tex.ꝯcoꝛ.ȷ̃.eo.l.cum nerua ad idem. ȷ̃.e.l.§.ſepe.⁊ quod ibi nō. Baldus.

**Illud non ē.** Cōuentio ne quiſ teneatur d̄ dolo nō valet.h.d.

**Si veſtimenta.** Si veſtimenta data balneatoꝛi pierint tenetur balneatoꝛ actōe depoſiti ſi pecuniā nō accipit al's tenetur actione ex ꝯducto.h.d.iſte.§.

**Si qs ſuum.** Ille q dat pecuniam dicit᷑ ꝯductoꝛ.Ille v̄o qui recipit dr̄ locatoꝛ.Item ꝯctus innominatus diiudicatur ſꝫ naturam ꝯctus nominati cui aſſimulatuꝛ niſi aliud actū ſit h.d.§. In tex.ibi ſi qs ſeruū custodiēdum. Nō. ex hoc.§.ꝙ ꝯctus innominatus diiudicatur ſm nām ꝯctus nominati.Cui aſſimulatur. Idem habuiſtis.ſ̈.cō mo.l.cum qui iſpectoꝛ videbitis in.l.nālis.§.pe.ȷ̃. de p̄ ſcriptis uerbis. Secūdo nō.ꝙ locatio nō poteſt eſſe ſine mercede i pecunia conſtituta.

**Si te rogauero.** Ille cui datur res ad alium ꝓferenda teneatur actione mandati.Sed ille cui datur res cuſtodiēda tenetur actione depoſiti.h.d.

**Quod ſi rem.** Qñ ꝓcedit ꝯctus perfect᷒ ⁊ addicitur ꝯuentio q̄ pōt in nouū ꝯctum cadere ex tali ꝯuentione magis inducitur informatio pꝛimi ꝯctus q̄ꝫ conſtituatur ꝯctus nou᷒ h.d. Nō tex.in.v̄.idem etiam pomp.ibi que hic eſt pꝛimus ꝯctus ⁊c̄.

**Idē pomp.** Si res iuſſu meo deponitur penes aliū recipiētēꝫ pꝛo me teneoꝛ depoſiti alias tenetur recipiēs.⁊ nō ego niſi.ego hoc exp̄ſſim vel fideiuſſerim quo caſu durat obligatio etiā pꝛincipali defuncto ſine herede.h.d. Nota ex iſto §.duo primo ꝙ actio depoſiti oꝛitur etiam anteq̄ꝫ ꝯmittatur dolus quod dic.vt.l.ſi ſtipulatus ſum mihi. §.i.ȷ̃ de ſolut̄.Secūdo nō.ex.§.plane circa fi.ꝙ p̄ncipali defuncto ſiue herede remanet obligatio fideiuſſo.vt hic ⁊ .l.ſtichuꝫ aut pamphillꝫ in fi.ȷ̃.de ſolut᷑.ȷ̃.de admi. tu. .l.ſiue.in p̄n. Ad hūc.§.opp.de.l.poſtq̄ꝫ in p̄n.ȷ̃.vt leno.ca.So.pꝛo huius declaratione dic quādoqꝫ obligatō eſt cōmiſſa anteq̄ꝫ extinguat᷑ perſona p̄ncipalis .pꝛimo caſu poteſt accedere fideiuſſoꝛ vt.l.hactenus.ſ̈. de ꝯſti. pecu. Secūdo caſu aut perſona p̄ncipalis eſt defuncta.⁊ obligatio fideiuſſo.durat.⁊ poteſt ꝯmitti vt hic ⁊ in aliȷ̃s iuribus.ſ̈.alleg.aut perſona p̄ncipalis eſt capta ab hoſtibus.⁊ tūc ſecus vt in ꝯrio.⁊ eſt ratio diuerſitatꝭ qꝛ quādo ꝑſona p̄ncipalis eſt defuncta lꝫ nō ſit addita. tñ adeſt hereditas q̄ vicem defuncti repreſentat. Sꝫ qñ perſona p̄ncipalis eſt capta ab hoſtibus.tūc interim nō eſt hr̄ditas nec aliquid qd̄ perſonam ſeu viceꝫ ipſius repreſentet.⁊ hoc vult dicere glo.ſup verbo extaret ⁊c̄.

**An in pupillum.** Cōtra pupillum doli capacem dat᷑ actio depoſiti ſi dolum cōmittit vel eſt locupletioꝛ. Circa iſtum.§.uide quod nō.per glo.ſ̈.de dolo.l.elegāter. §.ñ ſoluꝫ.⁊ p doc.in.l.exhibitoꝛias.ȷ̃.ad exhibēdum.

**Si apud ſuum.** Seruus manumiſſus non tenet᷑ ex ꝯctu irrito in ſeruitute.ſed bene tenetur ex delicto per ipꝫ commiſſo hoc dicit. Baldus.

**Eſt aūt.** Deponens pōt ſtatim agere actōe depoſiti niſi noua cā ſuperuenerit.h.d. Nō tex.ibi ꝯdictio depoſiti ⁊c̄.dic in cuius defectuꝫ res depoſita remanſura erat penes depoſitarium.puta qꝛ depoſui apud te mille.⁊ ſi iperatoꝛ nō venerit i italiā vſqꝫ ad annum ſint dicta mille tua.ſm Rizar .malū.

**Hanc actionem.** In hac actiōe veniūt fructus ⁊ omnis cauſa.hoc dicit. Baldus.

**Si rem depoſitā.** Redimēdo rem venditam dolus p̄teritus nō poꝛrigatur.h.d. Nō.caſum iſtius.§.pꝛo quo facit qd̄ habuiſtis i.l.furtum.ſ̈.de ꝯdi.furtiua. ⁊ facit iſte ad qōem d̄ emphiteota qui vendidit rem eccl'ie vel alteriuſ ſine ꝯſenſu eccleſie vel pꝛiuati.⁊ poſtea redimit.vt nō ob.redemptio res iciderit in ꝯmiſſum de qua queſtione per doc.ȷ̃.de vſuca.l.labeo.§.idem ſequitur.

**Eleganter.** Si ſeruus depoſuit pecuniā penes aliquē ut p illaꝫ pecunia illa det᷑ dño pꝛo libertate illius ſui ſi qdem ille illam pecuniā dño reſtituit illa de cauſa actione dño nō tenebit᷑ ſi vero illam pecuniā tanq̄ꝫ ſuam dño dederit ꝓ libertate ſui ab actiōe depoſiti nō liberat᷑ vſqꝫ ad.§.ſi pecūia.

**Si pecunia.** Nota hunc tex .cōtra id qd̄ n ō.glo.in.l.ꝙ ſi ab inicio. ſ̈. ſi certum petatur.

**Sepe enim.** Depoſitarius pōt ex conuentione teneri vltra dolum vel latam culpam vel ſponte ſe offerendo.h.d.⁊ nō .hic gl. i.iſtius.§.que ponit quinqꝫ caſus in quibus depoſitari᷒ tenetur de caſu foꝛtuito quod dic vt in glo.

**Si pecuniam.** Si depoſitum conſtat in re diuidua.vni ex heredibus depoſitum repoſcenti pꝛo parte hereditaria depoſitum ſoluitur. Si vero depoſitum conſiſtat in re indiuidua.vni ex heredibus ſoluitur depoſitum dūmodo caueat ydonee.alias depoſitum in ede.ſacr̄m deponet᷑ h.d.bonus tex. Nō.diſtinctꝭ.iſtius.§ .cum queꝛitur. an depoſiti reſtitutio debet fieri.vni ex heredibus.cum plures ſunt heredes. Secundo nō.tex.cum gl.ſup verbo oīno.nam iſtū tex.gl.exponit oīno.i.ipſo iure qd̄ nō.pone enim ꝙ ſtatutū vel lex.dicat ꝙ ſi quis ſic fecerit oīno cauſam perdat.Nam ex hoc habetis ꝙ licet vbi in ſtatuto vel a lege non eſt appoſituꝫ verbū oīno. Sed ſimpliciter ſtututum vel.l.dicit.ꝑdat cauſam intelligitur perdat.ſ.per ſniaꝫ vt nō.in.l.iubemus.§.ſane.C. de ſacro ſan.ec.C.de iuꝛ.om.iudi.l.in criminali.C.vnde vi.l.ſi quis in tantam cum ſimilibus.tñ vbi eſt appoſitū verbum oīno debet intelligi ipſo iure cadat ergo tunc ipſo iure a cauſa vt hoc tex.cum glo. Idem ſi in lege vel ſtatuto eſſet appoſitum modis omnibus quia debꝫ intelligi.l.ipſo iure ita exponit glo.oꝛ.in aūt.vt defunct᷒ ſeu funera.§.ſancimus. Idem ſi eſſet appoſitū verbum mox.quia debet intelligi ipſo iure non per ſententiam ita nō.gl.in aūt.de inceſtꝭ.nuptꝭ.§.i.

**Apud iulianū.** Si vnus deponētis plures heredes eſſe conten

dant inſolidum ei debet dari reſtitutio depoſiti q vult depoſitarium deffendere aduerſus alterum qui ſe contendit heredē.h.d.in hoc.§.in gl.in capite vſq3 ad finē.

**Si qs tabulas.** Legens tabulas. teſtamēti apud ſe depoſitas ne ſecreta teſtatoris reuellentur tenetur actione depoſiti ⁊ iniuriarum.hoc dicit.

**Si pdo.** Fur ⁊ predo poſſunt agere actione depoſiti vt in glo.iſtius.§.h.d.

**Si qs argen.** Petens ſpēm argēteaʒ debet in libello exprimere ſpēm.⁊ pondus niſi ſe ignorare iurauerit.h.d. Nō. caſum iſtius.§.⁊ aduerte.q2 illud quod hic dicitur i tex. iuranti ſuccurretur ⁊c̄.intelligit glo.eſſe verū quātuʒ ad hoc vt libellus admittatur.Sed tñ in iudicio debet poſtea probare.ita dicit glo.de quo dicam.j.prox.§.⁊ aduerte.q2 glo.tenet ꝙ iurante ſe ignoranti ſpēm nō ſuccurritur quod nō.Sed pone ꝙ aliquis dubitat de colore veſtis nūquid ſtabitur iuramēto iurantis ſe ignorare collorez veſtis ſicut ſtatur hic de quātitate ponderis.Rndeo ſic vt.j.de fur.l.in actj.furti.in fi.videbitis.nō.p glo.ſ.de rei.vē.l.ſi in rē.§.i.ſi veſtimenta ⁊c̄.

**Si ciſta.** Deponēs ciſtam plenam ⁊ ſignatā ſi oſtendit res.de ſingulis rebuſ agē poterit.⁊ ſi nō oñdit ſimiliter agere poterit.h.d. Pro declaratione iſtius.§.quero quādo ciſta vel aliqđ ſignatum repetitur qualiter debet formari libellus. Nō. quādo res que erant i ciſta fuerunt oſtenſe.⁊ tūc debēt in libello res exprimi.vt hoc.§.in.v.ꝙ ⁊ ſi res.qñq3 nō fuerunt oſtenſe.⁊ tūc ſunt hic opiniones iter iuriſcōſultj. nam trebacius dicit ciſtam eſſe repetēdaʒ nō aūt de ſingulis rebus eſſe agendum labeo vero dicit quođ de ſingulis rebus de neceſſitate agi oportet.Juriſconſultj. āt auctor iſtius.l.dicit ꝙ hoc poteſt fieri quođ ſingule res petant̄ non aūt dicit ꝙ ſit neceſſe.⁊ hunc intellectū ponit.Roffre in libellis ſuis in.ti.de actione in factum deſcendente ex edicto.nau.ca.ſta.§.itē queritur ſi res ⁊c̄.

Secundo quero cū petuntur res que ſunt i ciſta an actor habeat probare ꝙ ille res fuerant in ciſta glo.fi. iſtius.§.ſup verbo depoſita dicit ꝙ ſic. Sed q̄ro de mō probandi.Jnnoc.hoc declarat ex̄.ꝙ metus cā.c.fi.i gl.magna dicens qñ3 ciſta nō reſtituitur ſignata ob dolum depoſitarij ⁊ tunc contra eu3 in litē iurat̄ vt.C.vnde vi.l.ſi qñ.ſ.e.l.§.in depoſiti.ſ.de in litē iurando.l.in actionibus. Quandoq3 ciſta non reſtituitur ſignata tñ depoſitarius nō fuit i dolo ſed i culpa.⁊ tunc debet probare plene vt hac gl.circa qđ vide qđ nō. Roffre.in ti.de actj.in factum vbi ipſe facit queſtionē de fardello.

**Si apud.** Si duob⁹ eſt res depoſita quilib3 poteſt inſolidum conueniri p dolo ⁊ ſolutio facta ab vno liberat alium.⁊ ſi duo depoſuerunt quilibet poteſt agere pro parte niſi fuerit actu3 ꝙ vnus poſſit agere inſolidu3.h.d.vſq3 ad.§.fi.depoſuero

**Si depoſuero.** In depoſito poteſt deponens volūtatez mutare.h.d.

**Quod aūt.** Si ille qui eſt hr̄s vel putat ſe heredem p erroreʒ rem depoſitam vendit l3 dolo careat.tñ tenetur ad p̄cium quođ ad eum puenit ⁊ ſi p̄tium nō percepit cedēdo actionem cōtra emptorem liberatur.Sed ſi rem venditam poteſt reemē culpa nō caret ſi nō reemit.h.d.vſq3 ad.l.ei apud

Nota caſum iſtius.§.cum.l.ſeq. ⁊ maxime caſum .l.plane.

**Ei apud.** In actōibus ꝯrijs vbi de fide rupta nō agitur nō iuratur in litem .h.dicit. Sed circa iſtum.§.Quero vtrum in cāu i quo i actōe ꝯria agit̄ đ fide rupta poſſit in litem iurari glo.habuiſtis ꝙ ſic.ſ.đpigno.actj.l.ſi pignore.§.poſt diſtractum. Bal.

**In ſequeſtrū.** Cōtra ſequeſtrum ꝯpetit hec actio q ſequeſter obʒ rem exhibere i loco cōuento vel in alio ex locis conuentis.h.d. Baldus.

**Si uelit ſeqſter.** Sequeſter non pōt officium deponere niſi ex cā.⁊ tūc interueniente iudice.h.d. Nō. caſum iſtius.§.ſi vellit.Secūdo nō.tex.in l.ſe.cum dicit a pluribus.q2 ſecus eſſet.ſi ab vno.vt.j.de p̄ſcrip.vb.l.ſi re3.§.vlt.cū.l.ſeq.⁊.j.e.l.licet.

**Si hominē.** Si quis i re aliena i tempeſtiue miſericordiā exēcet i dolo p̄ſumitur.h.d.iſta.l.

**Dat̄ actio.** Quādo dolus defuncti purgat̄ p actōem deſcendētem ex ꝯtractu heres tenetur iſolidum nō attento quātum ad heredes peruenerit.h.d. In glo.magna.ibi.§.aliquando ⁊c̄.Sed certe ibi nō fallit.nam cum ibi loquatur qñ dolus dat cām ꝯtractui ⁊ per ꝯſequens cōtractus fuit ipſo iure nullus nō poteſt purgari dolus p actionem deſcendē.ex ꝯtractu merito heredes tenentur inſolidum. In .e.glo.ibi.l.iij.§.pl't.Sed certe pmo ibi nō fallit.q2 illa actio non eſt ex ꝯtractu.ſed ex delicto meſſor̄. In.e. glo.ibi.§.fi.ſed certe ibi nō fallit.quia nō datur actio ex dolo adhibito i ꝯctu.ſ3 ex dolo ꝯmiſſo ñ i doloſa diſtributōe vt ibi p3.In.e.gl.ibi q̄ ē anormala ⁊c̄.ſ3 cēte illa ñ naſcitur ex contractu.Sed naſcit̄ ex dolo cōmiſſo .i nō pendo iudici. In.e.gl.ibi.§.qui iniuriarum.Sed certe ibi loquit̄ de actiōe ex contractu que erat acceſſoria ad actionē deſcēdentē ex delicto.Preterea ibi p mortē deſijt itereſſe de p̄terito. In.e.glo.in fi. ſed certe iſta ratio non videtur bona nam mandatū non tranſit ad heredē nec ſocietas.⁊ tamē datur ꝯ heredē actio ex dolo defuncti vt.j.de actj.⁊ ob.l.ex depoſiti.ideo dic ꝙ ratio eſt quia deprecario actio non eſt ex contractu ſ3 ex datiua datur enim a pretore vt nō.per gl.in.l.cum p̄cario.§.i.j.de precario .ſed ſi aget̄ actj.preſcriptj.ver.q̄ concurrit cū actione de precario vt nō.j.de precario .l.ij.§.i.qñ actione p̄ſcrip.verbis certu3 eſt ex contractu oriri vt vidiſtis in.l.iur̄ gentj.§.i.ſ.de pac.tunc debet dici.ꝙ daretur contra heredem ex dolo defuncti qđ nō. bene ⁊ tene menti.

**Quotiens.** Quando nūmularij cedunt bonis ꝙ potior eſt cā deponentiū. ⁊ vſuras non recipientium ⁊ inter plures deponentes nō eſt potior i iure ille qui eſt potior in tempore.h.d.vſq3 ad.l.depoſiti. In glo.magna in fi.vide quod nō.i .l.p̄uilegia.j.de p̄uilig.creditj.C.de p̄uileg.do.l.vna.ex̄ de regu.iur̄.c.p̄uilegium ⁊c̄.

**In depoſiti.** Contra heredem ex dolo defuncti datur actio.pro portione hr̄ditaria ex dolo vero ſuo datur iſolidum.h.d. Nō.iſtum.v.ſi vero ⁊ h3 locum in actione bonefidei ſecus in actione ſtricti iuris non pretoris vt.j.de verbo.obliga.l.eandem.§.cato.quod nō.Baldus de peruſio.

**Quod depoſuit.** Ei qui cōtraxit ſolui poteſt lic3

per: eum alteri queratur actio niſi iuſta cauſa interue nerit credendi dominum non permiſſurum .hoc dicit. Nō.hanc.l.⁊ cum hac concor.quod nō.in.l.ſi ſeruꝰ.ĩ.de ſolutõ.⁊ quod videbitis in.l.ſi vnus.ſ.de pac.

**Si in alia.** Illud ꝙ eſt fiẽdum de re depoſita in dubio eſt fiendũ ex pẽſis deponentis.ſecus in re ꝯmodata.vt i gl.

**depoſitum.** Res depoſita debet reſtitui vbi eſt niſi petatur alibi reſtitui deponentis.

**Quemadmodũ.** Poſt litẽ ꝯte.periculũ rei dpoſite ſpectat ad depoſitarium.h.d.

**Si qs in.** Ab eo tempore quo quis cepit habere iniuſtam cãm litigandi uidetur dolo malo facere.⁊ ad eum ſpectat piculum.h.d. Nota pncipiuȝ iſtius.l.ex quo hẽs ꝙ qñ quis venit vt procurator vel vt heres alterius.⁊ dicit ꝙ ego ſibi ſoluaȝ debet mihi facere fidem quomõ ſit procurator vel heres illius ex cuius pſona venit facit quõ videbitis nõ.per glo.ſ.de procũr.l.nõ ſolum.§.i.⁊ ꝙ ibi dicam. Secũdo nõ.ꝙ quis põt habere iuſtam cãm litigandi vſqȝ ad certã parteȝ iudicij.⁊ vſqȝ ad certã ptẽ nõ quod tene menti quod vtile propter refectionem expenſarum. Baldus.

**Competit.** Contra depoſitarium poteſt etiam cõpetere ꝯdictio furtiua.h.d.

**Si plures.** Depoſitum ẽ reddendum maiori parti heredum.h.d. Et hȝ locum iſta.l.in re depoſita diuidua.ſecuſ ſi eſſet indiuidua.qꝛ tunc poſſet vni ſoli reſtitui vidiſtis ſ.e.l.i.§.ſi pecuniam.

**Si aũt.** Si res perijt penes depoſitarium eodem modo quo pijſſet penes deponentem depoſitarius.h.d.

**Qui rem ſuã.** In re propria depoſituȝ nõ conſiſtit.⁊ ideo depoſiti agi nõ poteſt in cõmodato ⁊ precario h.d. Pro declaratione iſtius.l.vide quod nõ.p cy. C.locati.l.qui rem ⁊.l.ad probationem.⁊ quod nõ. doc. in.l.ſi rem aliquam.ĩ.de acqui.poſ.

**Si apud quẽ.** Primus deponens nõ hȝ actionem depoſiti ꝯ ſecundum depoſitarium niſi fuerit ceſſa h.d. Sed hic quero nũquid iſte primus depoſitariꝰ qui tenetur cedere actõnem teneatur ſo preſtare ſumptus litis quos faciam in actĩ.depoſiti ceſſa ꝯtra ſecũdũ depoſitarium tex.vidiſtis in ſimili i cõmodatario .ſ.cõmo.l.ſi vt certo.§.idẽ labeo recte dicit ibi ſumptuſ.h.d.

**Licet deponens.** Sequeſtruȝ plures tantuȝ dpo nunt ⁊ tũc poſſio admittitur. Nõ.ex hac.l. ꝙ poſſeſſio rei ſequeſtrate admittit .ſed hoc itellige verum ſm noſtros doc.qñ ſequeſtratio fit de cõſenſu vtriuſqȝ partĩ.vt hic ⁊.l.intereſſe puto.ĩ.de acq.poſ. ſecus ſi ſequeſtratio fiat auctoritate iudicis ꝯtra voluntatẽ eiuſ qui primo poſſidebat ar.l.iij §.genera.ĩ.de acq.poſ. ita tenet Ja.bu.ita etiam Ja.de are.vt refert cy. C. de ꝓhibi.ſequeſtra.pecu.in.ij.q.⁊ Pe.d bellaptica.in dcã.l. intereſſe puto.

**De eo quod actio.** Depoſiti in quatuor caſibus hic inſertis ꝯtra heredem ex dolo defuncti ⁊.ĩ.annum ex dolo hrdis datur ſm ſuam nãm.h.d.

**Si apud.** Emancipatus tenetur actõne de depoſito quãdo emãcipatõnem ſibi facto.idem i ſeruo manumiſſo. h.d.

**Si duo.** Si plures hrdes depoſitarij ſeparatim dolum committantur quilibet tenetur pro parte vbi vero cõmuniter cõmittunt dolum quilibet tenetur inſolidũ.Sed ſi ad rei reſtitutionẽ agatur cõdemnatio fit ꝑ parte.h.d .ſecũdũ veram lec.⁊ ſm iſtã lec.iſta lex.habet tres partes pmo loquit quando dolus fuit cõmiſſus pro parte ⁊ ſepatiȝ Secundo loqtur quãdo dolus fuit cõmiſſus cõmuniter ⁊ inſolidũ.Tertio loquitur de obligatiõe principali ſeu primitiua q̃ contrahitur ad rem reſtituẽdã. Secunda ibi ꝙ ſi lancem.Tertium ibi plane.⁊ ſic ſm hoc due pme ptes non loquuntur de obligatione primitiua que contrahitur ob rem reſtituendã.ſed de obligatione ſcďaria ſeu acceſſoria que contrahitur ratione doli. Ex iſta.l.iij.v.plane gl.no.ꝙ actio proponitur inſolidum cõdemnatio vero fit pro parte.⁊ ſic iſtũ.§.intelligit gl.ꝙ loquatur i caſu pcedenti.ſed certe iſta lec.non eſt vera. quia obligatio principalis.qua tenetur quis ſeu depoſitarius ad rẽ reſtituendaȝ non tranſit niſi ꝑ parte vt.ſ. cõmo.l.iij.§.heres.vñ non eſſet veꝝ ꝙ actio ꝓponeret inſolidum contra vnũ ex heredibus niſi diceremus heredem conuentũ rem inſolidũ poſſidere.quo caſu ⁊ condemnatio.⁊ petitio fieret inſolidũ.⁊ ſic i caſu iſto. Iſte tex.non procederet.Et ideo dic vt dixi.ꝙ iſta lex. vſqȝ ad.v.plane loquitur in obligatione ſcďaria in qua quãdo dolus cõmittitur.quilibet tenet inſolidũ vt.l.i.§.ſi apd duos.ſ.e.⁊.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculuȝ.ſ.cõmo. Sed iſte.v.plane loquitur quando quis conuenitur ratione obligationis primitiue que contrahitur ad reȝ reſtituendaȝ in qua quilibet tenetur pro parte.⁊ ꝑ pte condemnatur non tamẽ liberat ſolutioni partis ⁊ hoc vult dñe iſte tex.i.v.plane ⁊ ſic habes ex iſto tex .ꝙ iſta obligatio eſt diuidua quo ad obligationẽ.non quo ad ꝯuentionẽ ⁊ quo ad ſolutionẽ eſt tamen indiuidua quo ad ſolutionem ſimile habes i.l.ij.§.i.ĩ.de v.ob. ⁊ ſic habes ex h tex.ꝙ i obli.rẽ reſtitui de qua loqt hic obligatio ẽ diuidua quo ad actĩ.⁊ obligationẽ. Sed indiuidua quo ad ſolutionẽ.⁊ idẽ eſt in obligatione rẽ reſtitui.tradi qđ dicit hic in obligatione rẽ tradi.vt.ĩ.de vbo.ob.l. obligationes non diuiduntur in principio ſecus in obligatione rẽ dari qꝛ eſt diuidua etiã quo ad ꝯdẽnatõem ⁊ ſolutõem vt.ĩ.de v.ob.l.ſtipulatus i prima carta.

**Actione.** Actõne depoſiti admittitur repugnatio impenſarum .hoc dicit. Baldus.

**Lucius ticius.** Idem ẽ cõmendare.⁊ deponere.⁊ in actione depoſiti veniunt vſure a tempore more etiam ſi pecunia numerata deponitur lȝ depoſiti terminos egrediatur.h.d. Nõ.tex.ibi quando noles.⁊ vbi voles.quia ſi promitto tibi ſoluere vbi ueles uidet ꝙ ubiqȝ poſſis me ꝯuenire.idem habes in.l.ticiuȝ ⁊ meuiuȝ.§.tu.res.ĩ.de admi.tu.tetigi in.l.ij.§.Si quiſ ita.ſ. de eo quod certo loco facit quod uidebitis in.l.hrs abſens in fi.ſ.de iudicijs. Secũdo nõ.ꝙ idem ẽ ꝯmendare quod deponere ad idem.ĩ.e.l.publica.i pn.qđ nõ.

**Diem ſpon.** Qui me preſente recipit res meas depoſiti actõne tenetur.Item in depoſito pecunie numerate ueniunt uſure a tpre more.h.d.

**P ublia.** Ex pacto appoſito ĩ traditiõe rei mee que durat mea alteri queritur utilis actio.h.d. Iſte tex. uidetur uelle ꝙ ex pacto matris queratur filio in ꝯtrium uidetur caſuſ.j. ad trebel.l.debitor in fi. Sed aduerte.q2 in.l. noſtra nõ queritur filio vtilis actio.ex eo.q2 paciſcens erat mater q2 idez eſſet ĩ quolibet ex̃neo paciſcente opponẽte pcm̃ ĩ reſtitutione.rei ſue que durat ſua vt patet in.l.penl'.C. ad exhiben. Sed ſi apparet pactus in re ſua non durat puta.q2 tranſtulit dñium in alteruz.tũc alteri ex tali pacto actio nõ queritur niſi in duobus caſibus primus eſt in mutuo.vt.s̃.ſi cer.pe.l.certi ꝯdictio. §.qm̃. Secũdus eſt in donatõe vt.l.quotienſ.C.d̃ dona.que ſub mõ. Ultimo.nõ.iſtum tex.certe.ſed aliquid mihi humanuz ⁊c̃.

Nõ.hec verba pro v̂bis que ponũtur.qñq3 in ſubſtitutione puta dic t teſtator ſi aliquid filio meo acciderit bona mea deueniãt ad talem vt illa verba tm̃ iportent quãtum ſi diceret ſi moriretur.idem hẽs.j.de v̂bo.ſig.l. ĩ vulgari.§.i.

**L ucius.** In ꝯtibus bonefidei debent' vſure ſolum ex nudo pacto.h. dicit. Baldus.

**T icius.** Uerba enunciatiua in ꝯtibus obligatione nõ inducunt.ſed ꝓbationem faciunt. Item ꝓuata ſcriptura facit fidem ꝯ ꝓducentez nõ pro eo niſi fuerit ab aduerſario probata.h.d.tex.cum glo. Nõ ꝙ dixi in ſũma vtꝝ autẽ in ultimis uolũtatibus verba enũciatiua obligationem ſeu depoſitionem inducãt dic pro glo.⁊ doc.plene.i.l.ex hac ſcriptura.j.de donatꝫ. Secũdo nõ.tex.ibi plus ul' minus ⁊c̃.ꝙ iſta verba nihil important facit.l. cuz furti s̃.de in litem iuran.poſſent.tm̃ opari in caſu ĩ quo poſſit probari plus minus.v̂e eſſe q̃ dcm̃ ſit ut.j.de ꝯhẽ.ẽp.l. hec uenditio.§.fi. Tertio nõ.tex.in fi.cum glo. que incipit vt ſi ille ꝙ ei qui ſcribit pro ſe in epl'a nõ ſtatur niſi per aduerſarium approbetur.⁊ ſic videtur ex hoc ꝙ ſi plures res ſunt ſcripte poſſum acceptare illud quod facit pro me.⁊ reprobare illud quod contra me facit ꝙ an ſit verum dic per docto.in.l.i.C.de confeſſ.in. xiiij.qõe.

**L ucius.** Licet non valeat quod in veritate agitur valer tm̃ ꝙ ſimulate ꝯcipitur.h.d.iſta.l.

**Q uintus cecilius.** Promittẽſ prouiſionez pecunie depoſite tenetur ad vſuras ſi eas percepit vel pecuniam illaz in ſuos vſus ꝯuertit.h.d. Iſta nõ.lex ad hanc.l.opp.⁊ videtur ꝙ vſure indiſtincte debeantur ꝑ morã vt.s̃.l.proxima ⁊.l.publia.§.i. So.ibi fuerunt vſure promiſſe hic vero promiſſit ꝙ proſpiciet ne nũmi vacui fiẽt quo caſu ad vſuras ſimpliciter non tenet'.ſed ĩ duobus caſibus hic exꝓſſis qd̃ nõ.⁊c̃.

**B onafides.** Bonafides eſt vt res d̃poſita reſtituat' deponẽti niſi extriſeca ⁊ ſpecialis ratio hoc impediat h.d. Nõ.ex principio iſtius.l.ꝙ equitas eſt conſideranda mera ſm̃ ius gentiũ qd̃ eſt cõſideranda mixtim habito reſpectu ad precepta ciuilia.⁊ ꝑtoria. Secundo nõ.v̂.incurrit ꝙ officium iudicis deſeruiens actioni bonefidey porrigitur vltra pſonas actoris ⁊ rei. Ultimo glo.que incipit ⁊ aliꝫ ibi.ego tm̃ dico ⁊c̃. Allegant quidã ꝙ quando.l.non ꝛndet queſtioni ꝓpoſite videt' queſtionẽ ſoluere pro ea pte ꝓ qua allegatiõem vltimã facit.l.ſi creditorẽ.j.de dam.infec. Sed certe.nec hec.l. nec iſta gl.hoc d̃ neceſſitate ꝯcludit. Sed ꝑ iſta deceſſione glo.facit.tex.j.ꝓx.§.in.v̂.qd̃ probo ſm̃ .Quod ibi nõ.Riz.malũ. Secũdo nõ.tex.in.v̂.⁊ ꝓbo hanc eſſe iuſticiam.nã ꝑ hunc tex.dicit.Riz.malũ. ꝙ ꝑ hunc tex. ſoluit' queſtio que formatur.s̃.in prin.l.vz vtrum reſtitutio depoſiti dz fieri depoſiti q poſtea fuit deportatꝰ vel dz fieri rei publice.nam vides ꝙ debet fieri reſtitutio dño. Sed eo ipſo.ꝙ quis eſt deportatus bona ſunt publicata.⁊ facta fiſci.vt.l.deportaꝝ.C.de penis.j.d̃ publicanis.l.cõmiſſa ergo rei publice tanq̃ dñe debz fieri reſtitutio.⁊ ꝑ hoc gl.ibi poſita.bñ ſoluit.

**Q uod nerua.** Lata culpa dolo comꝑatur.h.d. Iſta.l.talẽ diligentiam in rebus alienis qualẽ adhibent in ſuis dr' lata culpa. Sed de hoc quid ſi dolus qd̃ lata culpa qd leuis ⁊ qd leuiſſima.dic ñ.nõ.ꝑ gl.iſti. quibus modis re contrahitur.ob.§.i. In glo.ij. ibi cui in. l.ſimile eſt. Nõ.ex hac gl.ꝙ nihil eſt idem quod ẽ ſimile. Idez habuiſtis nõ.in.l.i.§.i.s̃.ꝙ iuſſu.idẽ nõ.i.l. actionis verbum.j.de actꝫ.⁊ ob.

**S eruus tuꝰ.** Depoſitio facta ꝑ ſeruum apud ſequeſtrum non ĩpedit dñm agere.h.d.

**P otes agere.** Recipiens pecuniã vt depoſitum reddat depoſiti tenetur.h.d.iſta.l.

## Mandati. Rica.

Uiſum eſt.s̃.de contractibus q recontrahuntur vt depoſito pignoꝝ.⁊ indebito ⁊ mutuo ⁊ cõmodato qui retrahuntur vt.j.de actꝫ.⁊ ob.l.i.§.recontrahit' cum.§.ſe.vſq3 ad.§.verbis.⁊ inſti.qui.mo.re.ꝯ.ob.per totum. Nunc reſtabat videre de ꝯtibus in quibus ſolo cõſenſu naſcit' obligatio.⁊ quia inter eos excellentior ẽ ꝯtꝰ mandati trahit.enim originẽ ex officio ⁊ amicitia vt.j.e.l.i.§.fi.j.de ſeruis expor.l.ſeruus in fi.de fur.l.ſi ſuus cõmunis.§.ꝙ nõ.ad mandati.j.e.ſi vero nõ re.§.cum qdẽ.de ꝯhen.emp.l.ꝙ ſepe.§.ſi qs amico. Ideo ponit' Rica mandati q ꝯtus ſolo cõſenſu ꝑficitur vt.j.e.l.i.in prin. Circa quã quero qd ſi mãdatũ.plac.dicit ꝙ mãdatuz eſt officiũ honeſtũ gratis ſuſceptũ ab amico exhibẽdum.hãc diffinitiõem glo.impugnat.:q2 de ĩ honeſta re fit mãdatũ.lz nõ ſit obligatoriũ vt.j.e.l.ſi remunerandi.§.rei turpis.⁊ de fideiuſ.l.ſi a reo.§.fi. Itez ⁊ nõ.amicus.qñq3 ſuſcepit mãdatuz vt ſi abſñti ⁊ ignoto ſcribaz.⁊ mãdatum ſuſcipiat nõ ij.ꝑ hoc ẽ amicus vt.ff.d̃ v̂bo.ſig.l.late.§.amicos.⁊ tm̃ ꝯhitur mãdatum ar.j.e.l.i.in ꝓn.nõ eſt ergo bona.iſta diffinitio ꝑ duo v̂ba poſita in ĩpa.ꝓpter v̂bum honeſtum.⁊ ꝑ v̂bum ab amico diffinit.ergo glo.ſic mãdatum eſt offm̃ ab eo que gratuito ſuſcepit exhibẽdũ gratuito.ideo ponit in diffinitione q2 al's nõ eſſet mãdatum.ſz locatio vel alius ꝯtus vt.j.e.l.i.ĩ fi.vbi videbitꝫ. Ray.ſuſtinet opy.pla.ꝑ.l.i.ĩ fi. j.⁊ dicit ꝙ ꝯſiderauit frequẽtiã.⁊ ſic nõ male dixit ar.l.naz ad ea.s̃.d̃le.itẽ ĩ prio male dixit.q2 ĩpe d̃fic̃ mãdatũ obligatoriũ ꝙ ẽ ꝓꝓe mãdatũ vt.j.e.l.ij.ĩ ꝓn.ſed aduerte ꝙ l.i.ĩ fi.facit pro gl.q2 ibi dicit ab officio atz. amicitia cũ officiũ ſit intra non amicos vt ibi videbitꝫ. Secũdo q̃ro vnde dicatur mandatũ dicit.Azo.i ſumma mandatũ dicit' quaſi mandatũ ꝙ enim qs ꝑ ſe facturus erat aliqñ gerẽdũ cõmittit.⁊ ſm̃.Azo.dicit' ꝓprie ĩ his que qs conſequitur ratione mandati nec ꝑ ſe ſine mãdato valeret explicare.vt in mandato iur̃dictioñ.⁊ ĩ mãdata actꝫ.de qua aliqua tractant'.i.l.per diuerſas ⁊. l.ab ana

ſtaſio.C.e.⁊ in ti.ne lice.potē.in glo.⁊ in ſumma.Si. n. tibi mandauero vt mihi equū emas.cū ⁊ ꝑ te.tibi emere poſſis non dicitur proprie mandatum q̃ nil a manu mea conſequeris vt ex etymo.nominis pȝ. q̃ eſt attendenda. vt.l.ij.§.appellata.ff.ſi cer.pet.⁊.j.de acq.poſ.l.i.in prin.⁊ de teſtamētis.l.i.ꝙ ē nōn.pro ſtatutꝫ.⁊ alijs diſpōnibus in qbus vba debent accipi ſtricte.⁊ proprie.

Tertio q̃ro qd ē dicere mādati.l' ꝯtra. Reo ex mandato oritur q̃dam actio mādanti ꝯ̃ ſuſcipiētem mādatū que appellatur actio mādati directa. Item orit' alia actio ſuſcipienti mandatum ꝯtra mādantez q̃ appellat' mādati ꝯ̃ria vt videbitꝫ.in ꝓceſſu ti. Volens ergo iuriſcōſultus tractare de vtroqȝ dixit rubrica mādati vel ꝯ̃ ſic.s̃.de neg.ge.l.i.⁊ depoſiti i Rica.nō.in.l.ꝯſenſu de actꝫ.⁊ ob.l.curatoris.C.de ne.ge. Vltimo nō. ꝙ ad hoc vt actō mādati directa ꝯpetat reqritur.ꝑmo ꝙ mādatum ꝑcedat vt.j.e.l.i. Secūdo ꝙ ille cui mādatur ſuſcepit mādatum ⁊ ꝯſenſerit ab inicio ſuſcipere mādatum.vt.s̃.cōmo.l.in cōmodato.§.pe. Tertō ꝙ ꝑſone ſint tales ꝙ poſſint obligari vt inſti.de ob.q̃ ex ꝯſen.in ꝑn. Quarto ꝙ mādatuȝ ſit ꝯ̃.tutum vt. j. eo.l.i.in fi. Quinto ꝙ fiat ō re honeſta.j.eo.ſi re. §.rei turpis. Sexto vt poſſit agi mādati reqritur ꝙ dolus lata leuiſ vel leuiſſima culpa iteruenerit.vt.j.e.l.ſi procur.§.fi.⁊.C.e.l.a procūr.ſm rof.in ti.de actꝫ.mandati directa Sed ꝙ dicit rofre.de ꝯſenſu mādatarij ab inicio nō eſt vex.q̃ ſufficit ꝙ poſtea vt i.c.lȝ de ꝓcur.li.vi. Bal

# Obligatio.

Mādatū ꝯſenſu cōtrahitur pure in diē.⁊ ſub conditione.⁊ debȝ eſſe gratuitū.h.d. In glo.pe.ibi ideȝ in tutore ⁊c. Nō.ꝙ obligatio mādati ꝯ̃hitur ꝯſenſu.Op.certe.⁊ in oī ꝯ̃ctu obligatō ꝯ̃hitur ꝯſenſu vt ſupra de pactꝫ.l.i. Solutio dicit glo. diem conſenſu.ſ.ſolo.q̃ nō ē neceſſarium adminiculȝ vboꝝ nec rei nec litteraꝝ.vt inſti.de ob.ex ꝯſenſu.§.i.⁊.l.ꝯſenſu de actꝫ.⁊ ob. Et nō.hanc gl.q̃ dicit ꝯſenſu.ſ.ſolo.vt in diſpōne itelligat' illud ſolum quod eſt exꝑſſuȝ ſufficere ar.l.de ꝑcio.s̃.ō publi.niſi ꝑ aliam.l.diſtinguatur vt ibi nō vel ꝑ rōem nālem vt.l.ij.§.item uarus.de aqua plu.ar.

Secūdo nō.hanc.ꝯ̃nam obligatō ꝯ̃hitur conſenſu ergo ꝑ epl'am ⁊ nuntiū poteſt ꝯ̃hi ꝯcor.l.ꝯſenſu de ac.⁊ oblig.⁊ inſurgit ꝯ̃ria.q̃ ex quo ſufficit ſoluſ ꝯſenſus ⁊ ꝑ epl'am ⁊ ꝑ nūcium ꝯſentiri pōt.ergo ꝑ nūciuȝ.⁊ ꝑ epl'az pōt ꝯtrahi. Sed op.ꝯſenſus debȝ interuenire eodē tēpore.vt nō.in.d.l.ꝯſenſu facit.l.ſi abn̄ti ⁊ ibi nō.dy.de donatꝫ.ſed mittens nūcium vel epl'az conſentit tpe quo mittit.⁊ alius ꝯſentit poſtq̄ nūcius vel epl'a ꝑuenit ad eum ⁊ ſic diuerſo tēpore.ergo nō ꝯ̃hitur obligatio ꝑ nūcium vel ꝑ epiſtolam.Solutio.licet mittens conſentiat tempore quo mittit.tamen conſentit tempore quo nuncius vel epl'a peruenit ad eum cui mittitur. q̃ durat ꝑ̄mus ꝯſenſus ex quo nō reꝑitur mutatus.voluntas ꝑ̄ſumitur durare.ff.de donatꝫ.l.euȝ q de le.ij.l.lucius in fi. allega.l.que abn̄ti.in ꝑ̄n.j.de acq.poſ.vbi tex.eſt ad lr̄az ex.ꝙ me.cā.c.platum ⁊ de baptiſmo maior.in fi. ō ma. vindic.l.ſi pr̄.⁊ ideo puto ꝙ ſi anteq̄.ꝑuenit nūcius vel epl'a moriat' mittens vel efficiatur furioſus ꝙ tūc nō.ꝯ̃bar.obligatio ꝑ nūcium vel ꝑ epl'am.q̃ nō durat voluntas nec interuenit conſenſus.tūc tꝑ̄is ar. c.ſi gratioſe de Riptꝫ.li.vi.⁊ ꝙ nō.bar.in.l.centeſimis de v.obli.⁊ eſt tex.in.l.ij.§.ſed ſi qs donaturus.j.de dona. Ideȝ ſi mittens reuocaſſet propoſitum antequaȝ epl'a vel nuncius perueniſſet ad eum cui fuit miſſus.quia tunc cum non teruenit conſenſus eodem tempore non contrahitur obligatio.l.ſed ſi impeditur ac gerendus per nūciuȝ vl' epl'am.l.ſi penituit.ff.de diuor.l.ſi pater de ma.vindic. extra de procurato.c.fi.nō.in clemen.prima de renunc. puto tn̄ ꝙ recipiens nunciū vel epiſtolam ſi aliquas impēſas feciſſet vel damna habuiſſet ꝑꝑ nūciū vel epl'az an̄ certiorationē vel ſciam de pn̄ia ⁊ reuocatꝫ.mittentꝫ. ad expenſas et damna poſſet ager̄ ar.de condi.ob. cāȝ l.ſi pecuniā in prin.⁊ ꝑ totam illam.l.⁊ de ſolu.l.nō. ꝓcur̄.de quo tamē dic vt plene dicam.j.e.l.ſi mandaſſet.

Item puto ꝙ quando nuncius peruenit ad euȝ cui mittit' cum ꝓfert verba.dn̄s meus vendit tibi talē reȝ vel donat debeat conſentire in ꝑ̄ſitia nuncij tn̄ profert ſibi verba vel poſtea dicendo ego ſuȝ contentus de eo ꝙ dixiſti mihi ꝓ parte dn̄i tui l' ſiſia.vba debet eniȝ ꝑ̄ſitialiter conſentire ita nō.glo.in.l.conſenſu. de ac.⁊ ob. ⁊.l.illud.C.de ſac.ſan.ecc. Sed qn̄ mittitur epiſtola quomodo conſentitur nunquid recipiendo epiſtolaȝ vr̄ ſuſcepiſſe mandatū caſus videt' ꝙ ſic niſi ꝓteſtetur.ꝙ n̄ intendit ſuſcipere mandatū ꝑ.l.ſi filiuſfa.s̃ .ad maced. ꝑ.l.dicebat thōs formagni' in.l.lucius.de conſti. pecu. ꝙ ſi mitto epiſtolam alicui ad ſibi obligandū ſi recipit epiſtolam etiam non reſpondet ad eā videtur conſentire.⁊ eadem ratione poſſet idē dici in nuncio cū ratio n̄ ſit diuerſa. Breuiter quantū ad mandatū dico ſi ē coniuncta ꝑſona illa cui littera fuit miſſa vr̄ ſuſcepiſſe mandatū q̃ tacens habetur pro ꝯſentiente ita nō. Ja. de are.in.l.ij.in fi.ſo.ma.cy.in.l.inuitus.C.de ꝓcur̄. vbi tenet ꝙ ſi conſtituo coniunctā ꝑſonam ꝑ̄ntem ꝓcur̄.meum ſi tacet vr̄ ꝯſentire ita.⁊ hic cū epiſtola ⁊ ꝑ̄ntia equiꝑentur.Si tn̄ ꝯſtituerē ꝓcur̄.aliquē cōiunctꝫ. abn̄tꝫ.licet poſtea ſciret ſe conſtitutum ꝓcur̄.non puto ꝙ videret' ſuſcepiſſe mandatū q̃ ex quo non fuit conſtitutꝫ.i ꝑ̄ntia nec fuit ſibi miſſa epiſtola.nec recipit litteras non erit recedendū a regula.l.filius.§.inuitus de ꝓcur̄.⁊ ita terminaui ⁊ conſului i queſtione damiani cerberati ⁊ Jo. de ſancto ſiſto.⁊ vide glo.in.l.qui patit'.j.e.⁊ ꝙ ibi nō.

Si vero non eſt coniuncta ꝑſona tunc ſi mandatū concernebat iudicia ſi debito modo mittens canit ꝓ eo cui ſcribebat ⁊ quē in litteris cōſtituebat ꝓcur̄.ꝑ receptionē litteraꝝ eo ipſo ꝙ ſcit in litteris cōtineri vel ſi nō ſcit poſtq̄ legit litteras vr̄ cōſentire ſi ꝓteſtetur. Si autem non canit debito modo nō vr̄ conſentire iſta videt' mihi mens cle.pe.de ꝓcur̄. Si vero concernebat extiudicialia vt negocia tunc non puto ꝙ videat' conſentire ꝑ ſolam receptionē litteraꝝ ſi aliud non appareȝ q̃ non vr̄ ſe obligare iuxta materiā predictaꝝ legū.C. de ꝓcur̄.l.inuitus.ff.e.filiuſfa.§.inuitus de pig.actꝫ.l.gaꝑus.ſolu.ma.l.ij.⁊.l.ſi cum dotē.§.eo aūt tꝑ̄e. Iniudicialibus.n.iteruenit pluſq̄ in extraiudicialibus.ſ. cautio debito modo facta q̃ non cadit in extraiudicialibus ⁊ ideo ſatꝫ.de mente cle.prime poteſt dici ꝙ ꝑ receptionem lr̄aꝝ nō vr̄ quis ꝯſentire.tn̄ nō interueniant oīa q̃ illa cle.requirit. Et idē dico i quacūqȝ epl'a miſſa ad obligādum.quia recipiens nō obligatur per ſolam receptionem.nec uidetur conſentire. nō ob.l.ſi filius.qd cuȝ eo.q̃ illa loquit' i eo q geſſerat actuȝ noīe alterius. ⁊ ei actū notificat.q̃ tūc ur̄ cōſentire. ⁊ habere ratū ſi nō ꝓteſtetur.⁊ reprobet ut ibi facit quod nō. in.c. cum olim de offi.dele.⁊ in.c.i.vt litꝫ.non contꝫ.⁊ ꝙ nō.bar.in.l.quo enim.rem ra.haberi.ex. illum caſum .quando epiſtola mittitur ad obligandū ſimpliciter non pro aliquo actu

geſto pro eo cui ſcribit᷑ non pato ꝙ recipiens videatur
conſentire niſi aliud appareat.⁊ adde qđ dicam in .e.l.
fi.in prin. De epiſtola quādo ſcribo alicui qualia na
tura debeant eſſe epiſtole vt me obligent vide bonum
tex.in.l.fi.C.qđ cuȝ eo.⁊ qđ plene nō.bar.in.l.lucius .ꝭ.
de fideiuſſ. Itē nō.de nūcio ꝙ ſi aliquis eſt procur.
meus.licet poſſit aliqua facere vt ꝓcur.non poteſt face
re vt nuncius.ſ.de cōſti.pec.l.euȝ q.§.iul.⁊ ibi per bar.
Item nō.qđ abſēs nō poteſt obligari niſi per alteꝝ
iſtoꝝ modoruȝ.ſ.per nūcium vel per epiſtolam.ita nō.
dy.i.l.abſēti.de dona.dato per ſe ipſuȝ ſine ꝓcur. In
glo.ibi in tutore. Nō.ex hac glo.ꝙ officiū tutoris ⁊
curatoris debet eſſe gratuitū . Idem ꝙ hic nō.ꝭ.de tu
tell.l.in eos vr̄ caſus pro h.ſ.de neg.ge.l.ꝗ ſine.Sȝ ad
uerte ꝙ poteſt iudex ex officio ſuo conſtituere ſalariuȝ
tutori pro remuneratione ſui laboris non tamen ad ſui
poſtulatōnē.vt.ꝭ.de admi.tu.l.a tutoribus.§.fi.⁊ ibi nō.
facit.ꝭ.de tuto.⁊ ra .diſtra.l.i.§.ſi pupillus. Contra
rium.vide ꝙ nō.in.l.i.de ꝓcur.no.hic ꝙ verbū nole in
ducit neceſſitatē.⁊ ob.qđ qn̄ ſit veꝝ dic vt.l.i emenꝧ.de
contrahen.emp.vt in.l.ſeruū filiꝧ.ꝭ.de l.ij.

# Mandatum.

Mandatū contrahitur modis hac. l. expreſſis.
h.d. Nō.ex fi.iſtius.l. qđ in contractibus
nemo ex conſilio obligatur.idē habes i inſt.e.§.tua aūt
gratia de quo qđ iur.ſit dic plene p dy in.c.nullus ex cō
ſilio ex̄.de re.iur.li.vi.⁊ qđ nōnt.doc.in .l.ſi ſolū.§.ꝓcu
lus ⁊.§.ſi mādatū.ꝭ.de iniur .⁊ ideo dicit bar .qđ iudex
non tenet᷑ ſeq conſilium.ſapienꝧ.⁊ vide.l.ſi conuenerit
ꝭ.de re iud. In gl.ij.i fi.dicit.Ia .de bel .qđ hec glo.
habet locum quādo pecunia eſt credita .qꝛ tunc cū mā
dator teneat᷑ acꝧ.principali.de mutuo nō debet teneri
acꝧ.mādati q̄ eſt acceſſoria ar.ꝭ.e.l.idemqȝ.§.ſi quis.ad
idē.ꝭ.e.l.ſi remunerādi.§. apud ſe. vbi pecunia nō ē nu
merata.dicit.Ia.de bel.ego nō video cur mādati actio
locum nō habeat ſi modo datoris itereſt ar.ꝭ.e.l.§.tua.
⁊ mea. In gl.ſe.ibi vel dic circa hoc vide qđ.nō.ꝭ.e.
l.ſi renumerādi.§.ſi tibi mādauero qđ nō.⁊c̄.

# Preterea.

In mandato indeterminato facto ſufficit negociū vtiliter
eſſe geſtū. Si vero mādatum fuerit deter
minatū.tūc i exceſſu vel diminutiōe q̄ꝓtuȝ ad icōmodū
mādanꝧ.actio mādati nō competit niſi mādatum ad d̄
bitam formam reducatur.⁊ ſi i alia ſpecie excedat᷑ mā
datum nō impletur.ſi vero quātitatꝧ diminutio fiat ad
cōmoduȝ mādanꝧ.actio mādati impeditur.h.d.vſqȝ ad
l.ſi remunerādi ⁊c̄. Nō. qđ quādo procur .exceſſit fi
nes mādati nō poteſt agere niſi vſqȝ ad fines mādati.
h.d.cum duabus ſequētibus. In tex.ibi q̄ꝓ.iſte tex.
videtur velle qđ ſi non eſt determinatum precium pro
quāto emas ꝙ ſtetur p̄cio dato p mādatariū ēt ſi exce
dat moduȝ.ſed ego credo ꝙ ad iuſtum.qꝛ ſic indubio vr̄
mandare.⁊ vide quod nō.inſti.man.§.is vo. In tex.
ibi ſi nolit.ſ.emere plus p̄cio ſtatuto ⁊ per ꝯñs nō habe
bo ac.ꝯ euȝ.qꝛ nō fuit in culpa.Et ibi ſi nolit.ſ.plus emē
⁊ ſuperfluū mihi remittere.⁊ ſic ac.habere ad ſui volun
tateȝ ꝙ nō videbatur ꝯueniens ſic intelligatꝧ iſtum tex.
dimiſſis glo.q̄ nos intrincabant maxime.g.vlt. que fuit
aditō coruotiā.⁊ nil boni dicit.Ideo nō legatur roſellus
de are.Bald.

# Sed proculus.

In glo.in fi.⁊c̄.ui de ꝙ nō.ibi .C.de
neg.geſt.l.fi. Ultimo circa.l. diligenter.q̄
ro pone ꝙ procūr.meus exceſſit fines mandati me ſciē
te ⁊ nō ꝯdicente.an mihi preiudicet.circa h uide ꝙ nō.
tex.⁊ glo.in.c.cum olim.ex̄ de offi.dele.

# Diligenter.

Nō.ꝙ omiſſio modi uel forma hȝ viciare. Et vid̄
hic ex̄ de reſcripꝧ.cum dilecta. de reſti. ſpo.c.
piſanis de p̄ben.c.cui de nō ſacerdotali li.vi. ⁊ i ſpe. de
ac.ſeu peti.§.vl.i.v̄.vult.tñ ⁊ adde quod nō.in.c.indulgē
tie de pe.⁊ remiſ.li.vi.

# Si remunerandi.

Datuȝ cā re muneratiōis
actōem mādati nō impedit.h.d. In glo.ij.
in fi.qn̄ aūt dicatur iteruenire vt merces. ⁊ qn̄ vt remu
neratio.dic vt nō.p glo.inſti.e.§.i ſūma.ſuper v̄bo mer
cede in fi.ꝙ nō. In.l.remunerādi in glo. ſup verbo
honor. Nō ex iſta glo.ꝙ honor eſt eius cui fit honor.
Ariſto.tñ voluit ꝯdicens ꝙ honor ē illius qui facit ho
noreȝ.primo libro ethi.c.in fi.Sed dic ꝙ iſta glo.hoc n̄
dicit.nā dixit ꝙ honor ē cui donat᷑.vnde non ſeqtur ꝙ
ſic magis facienꝧ honorē. In.l.ſi cui ex alio fonte oꝛi
tur actio mādati.ex alio neg.ge.h.d. Uel ſic ex mādato
gerēdi neg.orit᷑ actio mādati i nego.geſt.h.d.

# Si cui fuerit.

Illa eſt cā qua deſiſtenꝧ. reo ceſſat.h.d.Bal.

# Si paſſus ſum.

Ille q patitur aliquid fieri ad ſui cōmodum
mandare videtur.h.d.Facit ad hūc.§.ꝭ.e.l.q patit᷑.

# Si tibi mandauero.

Ex mandato ꝙ nō fit gr̄a
mādatariꝧ nō oritur actio.al᷑ ſecus niſi cōiter interſit.§.
vl᷑ aliter mādatarius facturuſ nō eſſet.h.d. In glo.
.i.ibi ſi tamē poſtea. Nō.hanc glo.ex qua iūcta cum
tex.habes ꝙ mādatum recōualeſcit ſi ex poſt facto ici
pit intereſſe mādanꝧ.ꝙ nō.circa qđ vide qđ dixi.i.l.i.§.
.i.ſ.d pac.⁊ ibi p gui.facit vt.ꝭ.e.l.ſi ꝓcūr.§.mādati ⁊c̄.

# Apud iulianū.

In ſpeciali mandato mu tuuȝ nō deuoluitur.ſed in
gnāli ſic.h.d. Uel ſic mādatum qđ excedit finē man
dati.nō eſt mādatum proprie.ſed ē alius ꝯtus ſic.ꝭ.e.l.
qnta i fi. Nō.qđ generale mādatum extendit᷑ ad fu
tura quod dic vt dixi.ſ.de procūr.l.eum. Nō.idiſticꝧ
iſtius.§.nā per iſtuȝ.§.declarant᷑ oēs.l.de hac mā loquē
tes i glo.que icipit ibi ex ſe. Circa iſtam.q.vide quod
nō.i.l.ſi pupillus.§.videamus.ſ.de neg.geſt. C.de neg.
.l.tutori in fi.in glo.pua.

# Marius paulus.

Ille qui pactus de quota litꝧ p eo qđ ꝯ
demnatus ē ſoluit vel fideiuſſor promiſit actōem māda
ti nō hȝ ſecus ſi de quota litꝧ pactus nō fuerit lȝ preciū d
fideiubendo accepit.hoc.d.iſte.§.allegatur qđ i fideiuſ
ſorem iudicatum ſolui. fit exc . recta via ſine alio pro
ceſſu.itē qđ delinquēs.apud acta pōt puniri offō iudicis
ſic.C.de teſtibus.l.nullū.Item ille q fideiubet accepta
pecūia qđ multi faciūt hȝ acꝧ mādati.qđ nō.ſecus ſi ſit
pactus de quota vide quod nō.ꝭ.ad.l.fal.l. in quātitate
qđ nō. In gl.magna ibi procuratorio noie. Nō.
ex hac.l.qđ ſicut procur.dȝ condemnari vt. C .de ſen.l.
i.⁊ ibi plene nō.i perſona procur.dȝ ferri ſnīa abſoluto
ria.Debet.n.procur.abſolui ꝓcuratorio nomine qđ nō.
idē.vt i.l.pe.§.fi.i gl.que icipit.cur.mag.ꝭ.d pu. iudi .idē
nō.i.c.querellam ex̄.de elec.⁊ ē caſus i.c.iter dilectos i
fi.ex̄.de fide iſtr. In ꝯrium vr̄ tex.qđ ipſe do⁹ debet
abſolui vt i auc.qua i prouin.C.vbi de cri.agi.opȝ i.v̄ .ſi
deſijt actor vel reus venerit vel miſerit abſoluendus ē
⁊c̄.⁊ propterea vr̄ qđ tam ipſe procur.q̄ ipſe dominus

debet abſolui ⁊ ita nõ.glo.i.d.c.querellam .⁊ circa ꝑdic
ta vide quod no.glo.i.c.ſuſcitata ex̄ de i ite.reſti.⁊c̄.⁊ po
tes r̄ndere ad tex.aũt.abſoluẽdus ẽ.ſ.vbis ſnĩe ɔceptꝗ.
i ꝑſonam procuratoris.nam ꝑ hoc itelligitur dominus
abſolutus.⁊ ibi dr̄.

**Salarium.** Salariũ promiſſuz nudo
pacto põt ꝑ offm̃ iudicis
exigi niſi iteruenerit pactuz de quota litꝗ.h.d.
In glo.magna ibi ut plene.⁊c̄.nõ.diſtin.iſtius glo.⁊
vide quod nõ.cy.C.e.l.i.⁊.l.ſalariũ. Sed hic q̄ro de
vno pone ꝙ procuratori nõ fuit ꝓmiſſum ſalariũ an pro
cũr .poterit petere ſibi ɔſtitui ſalariuz ſicut aduocatuſ q
põt petere ſibi ɔſtitui ſalarium poſito ꝙ nulli interceſſe
rit ꝓmiſſio vt.ĩ.ſequit̃ i glo. R̄eo non vt nõ.i l.i.§. aduo
catꝗ.ĩ.de var.⁊ ex̄or.cogni. Nota ꝺ mã ſalariꝗ ꝓcura
toꝝ h op.g.⁊ vide formaz libelli i ſpe.de magiſtris. Itẽ
vide quod no.cy.C.de do.añ nup.aũt.dos data ⁊ quod
no.archi.in.q.i.ſunt nõ nulli. In glo.magna ibi dici
ꝑ̄onum circa hoc vide quod no.cy.i.l.i.⁊.l.ſalariuz. ⁊ ꝑ
iſtam.g.⁊ inſti.e.§.tua gr̄a.in glo.dum q̄rit. an procũr.
cui non conſtituitur ſalarium poſſit ip̄um petere quem
admodum aduocatus dic.vt no.l.ij.§.aduocatꝗ. Hec
glo.inducit ad talez.q.puta ꝙ dictat ɔſuetudo regni qꝺ
qs nõ poſſit aduocare.niſi lr̄e aduocationis fuerint ſibi
ɔceſſe.ſub certa pena.mõ aliquis procurabit. nũquid ea
pena poſſit puniri.iſte q procurat .qua pena debet puni
ri ille q aduocat lr̄is ei nõ ɔceſſis. R̄nderi poteſt ꝑ hanc
glo.ꝙ ſic.⁊ idem ꝙ hic nõ.in.l.i.C.man.⁊ facit ad id qꝺ
dixi i.l.i.i fi.ꝺ.ſi quis i ius vo.nõ ie. Circa medium glo.
magne.⁊ vide ꝙ no.i.l.nõ itelligitur.§.diuus.ff. de iur̄
fi. Ex ꝑ̄miſſis quero mercenarius q conſueuit ire cũ
litteris ſcolariuz venit ad me dicẽs mandatꝗ.aliquid ad
ꝑtes veſtras.ego dixi porta mihi has lr̄as ⁊ ſatiſfaciaz
tibi uel ſatiſfiet tibi.iſte portat lr̄as.ſed nõ defert pecu
niaz petit ſibi ſatiſfieri.ego volo qd iur̄.⁊ eſt dicẽduz ꝙ
ſi nõ erat.al̃s ſatiſfacturus arbitrio iudicis actꝗ.ꝑ̄. vbis
tenebor ar.inſti.loc.in prin.⁊.ĩ.de preſcrip.verbis.l.ſi ti
bi Ja.⁊ ray.

**Si procuratorem.** Procur̄.
tenet̃ actꝗ.
mandati vt reddat inſtr̄o ſibi data. non aũt te
netur actione depoſiti.tenetur ẽt actione mãdati.ſi per
colluſionem procũr.paſſus fuerit ſe vinci.h.d. Nõ.tex.
ibi vincẽ vniꝰcuiuſqz ⁊c̄.facit ꝙ hũiſtis.ꝺ.e .l.i.§.ꝙ ſi rẽ
Secundo inquãtum hic dr̄ de colluſione procu. vide ꝙ
habetis i.l.eleganter.§.ꝑ.ꝺ.de dolo. Uel aliter.h.d.
Addi. Bal.

Procũr.dz reddere inſtr̄a cauſe dño.h.d. Uel
ſic procũr.qui nõ reddit inſtr̄a cauſe dño tenetur mãda
ti nõ depoſiti. Idem ſi colluſit vel nõ proſequitur litẽ
quã ſuſcepit.Sed ſi procũr.non ſit ſoluendꝰ ɔtra reum
colludẽtem agatur.h.d. Et ſic nõ.ꝙ poſtq̄ procũr.ce
pit tractare litem tenetur illam proſequi vſqz ad f..pro
quo vide hic cle.i.de procũr.Et ibi nõ.ꝙ recipiens ꝓcu
ratoriuz ſine proteſtatione i quo dñs caucrit pro eo co
gitur ip̄e procũr.dñm defendere ſup oibus i procurato
rio ɔtentꝗ.ꝙ nõ.⁊ tene menti vide hic ꝙ nõ.cy.C.ꝺ edẽ
do.l.procũr.in fi.al̃.eſt in autꝗ.ſi qs i aliquo documento
c.ti. Et ꝙ nõ. Inno ex̄ de teſti.c.alberibus in ſpec. ꝺ
procũr.§.rõne autẽ forme.vbi dicit procũr.ꝙ inſtr̄a ſũt
producẽda ⁊ reſtringẽda.⁊ poſtea pñt reddi producenti
ꝙ probatur ꝑ iſtum tex.facit de fide inſtru. l.fi.

**Si qs mandauerit.** Procũr. ad
negocia põt
alium ſubſtituere q̄ñcunqz. Secus procurator.ad iudi
cia niſi fuerit lis ɔteſtata.h.d. Adde qꝺ dixi.ꝺ.ꝺ exer
citoria.l.i.§.magr̄m ad agẽduz. Nõ.qꝺ procũr. da
tus ad excipiẽdum poteſt ſubſtituere ante litꝗ ɔteſtataz
⁊ bene.qꝛ nõ cõteſtatur lix ſuper exceptione.hoc etiam
tenet dñs Rizar.de ſali.Sed dñs ray.tenet ɔ̄trium ꝑ.l.
licz.C.de procũr.que indiſtincte loquitur.qꝛ videt̃ ager̄
vt.l.i.ĩ.de excep. Sed quid vbi nõ interuenit litꝗ.cõ
te.nec quaſi ſed decretum dic vt no.in ſpec. de procũr.
§.i.v̂.quid ergo.vide quod no.cy.C.de epi.⁊ cle.l.id qꝺ
pauperibus.⁊.C.de ꝓcur̄.l.quod qs.⁊ qꝺ no.in c.religio
ſis.ꝺ procũr.in cle.⁊ v̂ba ſil̃ia diſtinctõi q̄ ponit h bar.
ponit Ja.in.l.id qꝺ paupibus in ſimili in lec.facit.ff. de
exceptione doli.l .apud celſum. §. mandaui ticio.

Nũcius vero nũq̄ poteſt ſubſtituere alium nũcium
ar.eius qꝺ nõt.pe.i.d.l.ꝙ quis ⁊ facit ad predicta .ff.de
manumiſſ.vin.l.ſi pr̄ i fi. Sed nũquid ille qui ſubſti
tui: deſinit eſſe ꝓcur̄.an vero poſſit reuocare ſubſtitutũ
diſtingue. Aut ſubſtituit noie proprio ⁊ poteſt reuocare
ĩ.e.l.ſi vero.§.ꝑ. Aut noie dñi ⁊ tũc aut habet poteſta
tem ſubſtituẽdi a lege aut a dño. Si a dño aut habz ge
neralem mãdatuz ⁊ poteſt reuocare aut ſpecialis.⁊ tũc
nõ.vt i.c.is qui de procur̄.li.vi.ſi a lege tũc. ſi ſubſtituit i
totum nõ reuocat ar.c.q̄uis de offi.dele.li.vi .⁊ ad hoc
ꝙ poſſit reuocare facies i procuratorio ꝙ apponatur ⁊
ad reuocãdum.⁊ ſubſtituẽdum facit ꝙ nõ.i ſpe.ꝺ ꝓcur̄.
§.i.v̂.quid ſi cõſtitutꝗ.⁊.v̂.ſe.vbi videas. In glo.ij.ibi
ſolutio.ibi ſpeciale ⁊c̄.Circa hoc vide ꝙ nõ.i.l.cõtraria
⁊ ꝙ no.i.l.qꝺ quis..C.de ꝓcur̄. Et ꝑ declatiõe iſtiꝰ
tex.⁊ gl.dic aut loquimur i procũr.ad iudicia aut ad ne
gocia. Primo caſu quiꝺ eſt procũr. in rem ſuam idi
ſtincte poteſt ſubſtituere vt.C.de dona.l.illaz.ſi vero eſt
procũr.ſimplex tũc añ litꝗ.cõtꝗ.nõ põt ſz poſt ſic vt. C.de
procũr.l.qꝺ qs ⁊.l.neqz ⁊.l.nulla cũ ſil̃ibus. Secũdo
caſu aut loq̃r i procuratore generali.aut i procuratore
ſpeciali. Si i generali poteſt aliũ procuratorẽ.ſubſtitue
re vt hic ⁊.l.i.§.magiſtꝝ.ꝺ.de exercitoria.⁊.l.cuicũqz in
fi.ꝺ.de inſti.ſi in ſpeciali.⁊ tũc ſi quidẽ mãdatuz ſibi fac
tum habet certam ⁊ limitatam formam tũc poteſt ali
um ſubſtituere quia nõ vr̄ electa induſtria perſone vt .ĩ.
qꝺ vi aut clam.l.ſi ego.ex̄ de offi.dele.c.is cui.primo re
ſponſo li.vi. Si vero mãdatum nõ habeat certam ⁊
limitatam formam tũc nõ poteſt alium ſubſtituere niſi
hoc ei fuerit permiſſum a mãdãte ⁊ ita loquitur. l. pe.
§.ij.de diuer.⁊ temp.ꝑ̄ſcrip.allegata i glo. ratio eſt qꝛ
videtur electa iduſtria perſone vt.l.mãdatum in fi. ĩ.e.
⁊ in.d.c.is cui.ſo r̄nſo ex̄.de offi.dele.li.vi.

**Si tutores.** Si tutor mãdat cõtutori fie
ri illud qꝺ non expedit pupil
lo ſola actio mãdati naſcitur inter eos.ſi expedit oritur
etiam actio tutelle pupillo.cõtra eum. Item negligẽtia
mãdatariꝗ tutorem nõ excuſat h.d. Nõ.ex hoc. §.ꝙ
quãdo aliquis tenetur aliqd facere ⁊ mãda taliqſi ꝙ fa
ciat.⁊ ille nõ facit nec excuſatur.vide qꝺ no.doc.in .l.cũ
filius.ff.de v̂.ob. Sed cõtra op.de.l.cum a matribus
C.qui pe.tu.ſo.caſus ſuperueniẽs in perſona procur̄.hñ
excuſat dñm vt ibi.⁊ in.c.ſignificãtꝗ.ex̄.de pig .C .de ap
pel.l.preſes.ſed negligẽtia procur̄.dñm ſeu mãdãtez nõ
excuſat vt h ⁊ ita loquitur iſte tex. Et facit tex. iſti
us.§.ɔtra ſeruiẽteſ q debent ſuire qꝺ nõ liberẽt̃.lz mã
dẽt aliꝗ ꝑ quo facit optie qꝺ no. Inno.ex̄ de teſti.c.cãm
⁊ de pig.c.ex ꝑñtium. No.qꝺ vnus tutor facit alium
tutorem procur̄.ſuum quod tene menti.⁊ facit qꝺ no .in
c.ꝑñtiuz de teſti.li.vi.per archy.vbi dicit quod ɔuentuſ

poteſt facere ꝓlatum ſuū procuř. Secūdo nō.quod
illud quod debeo explicare nō ſufficit.alij cōmittē expli
candū facit ex̄ ð pig.c.ſignificāte. In glo.ſ.i tutori
bus in fi.glo.nō.qꝺ ſi tutor alicuius pupilli mandat ali
quid fieri ex quo dānū ⁊ lucrū poſſet ꝯſeq pupillꝰ ꝙ ſi
emergat lucrū ad pupillū ſpectař dꝫ ſi non mādaret ali
qd fieri.ex quo lucruꝫ ⁊ nō dānuꝫ poſſet euenire. tūc lu
cruꝫ ad tutorē nō ad pupillū ꝑtinet.⁊ cum hac determi
natione itelligitur qcquid ar.tute.⁊.l.q negocia in ꝓn.
.l.i.de admi.tut.ray. Procūr. meus emit noīe meo
fundum ⁊ de ſuo ſoluit ꝓcium.tanð tacito tēpore poſſe
dit ꝙ fructus ad ꝓcij quātitatem aſcendūt.quare nūqd
extenuent abſorbeant ꝓcium iuř cuiuſdam tacite ꝯpen
ſationis.dicunt qdam ꝙ ſic.nā iſte procuř.nihil aliud eſt
ꝙ̄ creditor vt.ff.de v̄bo.ob.l.ſi ita quis.tu dic ꝙ aut pro
cuř.emit nomine ſuo.lꝫ mādato meo.⁊ tūc. nō extenuāt
ſortem.qꝛ nō tenetur mihi cedere iura nō ꝓcio ſoluto vt
ī.de manu.l.iiij.§.ſi ab ignoto.aut procūr.emit nomine
meo.⁊ tūc queſijt mihi dn̄ium ⁊ poſſeſſionem vt.l.i.per
quas pſo.nō ac.ideo fructus ex re mea ꝑceptos ſecum
teneť cōpenſare. Si aūt emit ⁊ nō adiecit quo nomīe.⁊
tūc idem qꝺ in primo mēbro.qꝛ perſona extrinſecus nō
intelligiť iff.de v̄.ob.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus in
fi.ita dixi.i Rica in.xv.q.C.de ꝯhē.emp. Bal.

**Si liber homo.** Si apparet emptōeꝫ meo nomine factam
nō valere teneť mihi cedere actꝫ.ſi ꝙ̄ efficacem hꝫ alſ.
ſecus.h.d. Vel ſic quod ꝯtinent v̄ba iuř ē referēduꝫ
ad ſignificatōneꝫ i iuř nō facti.h.d.

**Mādati actio.** Mandatiꝰ actio datur e cuius intereſt.⁊ ad ꝙ̄tuꝫ
intereſt.h.d. Vel ſic vbi ceſſat intereſſe ceſſat actio.⁊ nō
oritur ab ipō ꝓn. Vel ſic actio mandati datur ad inter
eſſe.⁊ ſi nō intereſt mādatum ceſſat.h.d.facit quod dixi
in.l.quotꝫ.lo.primo.de ſeruitutibus. Bal.

**Si ignorātes.** S fideiuſſor exceptōeꝫ obmittit ipſum excuſat
ignorātia. Si vero obmittit appellatiōem excuſat ipm
pauptas.⁊ denūciatio facta ipi ꝓncipali.h.d. No.
tex.ibi ex ſubſtātia debitoř qꝺ fideiuſſor poteſt ſoluere
de bonis ꝓncipalis debitoř vt hic ad idem.ī.eo.l.iulſ. in
princi.circa quod vide no.glo.in.l. venditor.ſ.de iudi.
⁊ pro hoc alle. Ja.de are.⁊ ri.ma.autꝫ.qua in prouin.C.
vbi de cri.agi.opꝫ lꝫ glo.ibi aliter intelligat.facit ēt pro
hoc.C.de epi.⁊ cle.autꝫ.ſi capitꝫ.⁊ ꝑ hoc tꝫ Ja.de are.ꝙ
ſi ſunt plures hřdes qui teneňt ad certꝫ ſpēm. qꝛ nemo
ſolute partꝫ liberatur pōt vnus ſoluēdo parteꝫ alterius
ſic ꝯ fideiuſſor pōt mittere i poſſeſſionē rei ꝓncipalis ð
bitoř ꝙ̄ ꝓncipalis debitor tibi ſoluere tenetur. vide ꝙ
nō. Ja.ī.ð admi.tu.l.generalř ⁊ bar.ff.de v̄.ob.l.eadem
§.cato. Et vide ꝑ do.an.in.c.cum.e.laycus de fo cōpe.li.
vi. Et ſic nō.ꝙ fideiuſſor ꝯtus vel iudicij poteſt ſatiſfa
cere creditori de bonis debitoř.⁊ videtur ſuꝑ hoc habē
mādatum. Secūdo nō.ꝙ fideiuſſor tenetur appella
re.⁊ dicit Ja.bu.qꝛ nō ſolum appellare teneť.ſed etiaꝫ
appellatōem proſequi niſi ꝑꝑ pauptatem excuſetur vt
h ⁊ ꝑpterea dicit ipe ꝙ qn̄qꝫ quis ꝯdemnať noīe alīo
⁊ tūc teneť appellare ⁊ nō proſequiť ⁊.C. de procūr.l.i
uitꝫ.⁊ ex̄ de procūr.c.iniuſte.qn̄qꝫ quis ꝯdemnať nomīe
ſuo tn̄ talis ꝯdemnatō tendit ad icōmodū alienū.vt eſt
qn̄ fideiuſſor ꝯdemnatur.tūc talis ꝯdemnatus teneť ap
pellare ⁊ proſequi niſi propter pauptatem excuſeť vel
ex alia cā excuſetur vt hic.ita dꝫ itelligi.l.erenius.§.ga
ya.ī.de euictꝫ. Vltimo nō.ꝙ paupertas prodeſt ad

idem.C.de epi.⁊ cle.l.ſi qs ad declinādaꝫ. Vel alſꝫ.
Additꝫ. Bal.

Ex iſto.§.ſi ignorantes.nō.ꝙ tria.excuſant ab ap
pellando.ſ.ignorātia iniuſte pronūciatiōis. Facit ꝙ nō.
cy.C.de procuř.l.inuitꝫ.⁊.ī.de euictꝫ.l.erenius.§.i. Item
i potentia paupertatꝫ.facit ꝙ nō. Inno.i.c.ex rōe ð ap.
Sed nō ne poterit viua voce appellare.⁊ ſic nullas ex
penſas facē i appellatōe.ī.de app.l.i.in fi.⁊.l.ſe. Et pōt
dici ꝙ tali caſu nō excuſetur.ſed in eo nō oꝫ eum expen
dere i appellōne faciēda quas expēſas facē non poſſet
ꝑꝑ inopiaꝫ.ſed queriť nō incūtinenti. ⁊ ſic eſt in culpa.
Sed dic ꝙ deliberare voluit.⁊ nō.vt fideiuſſor non te
netur proſequi appellatione ꝙ ſufficit denunciare.⁊ ar.
etiam ad idē.ꝙ in ꝓcuř.l.inuitus.C.de ꝓcuř.ray necꝰ.
Sed tu dic contra .ut ibi. Iteꝫ nō. ꝙ fideiuſſor.
habet neceſſe denūciare vt.ī.e.l.idēqꝫ.§.ꝑ.⁊ vide h ꝙ
nō.in.l.ꝑꝑ.§.preſidis.ī.ad ſyllſ.ſm doc. Itē excuſat
tertio ab appellando proteſtatio.⁊ requiſitio dn̄i ꝙ ap
pellet ſi vult ꝙ ē mēti tenenð. Itē nō.ꝙ ſi fideiuſſor
obmittit exceptionē ꝓncipali ꝯpetētē.ignorantꝫ.excuſa
tur. Itē procuř.dꝫ appellare niſi excuſetur.cā paup
tatis.h.d. In tex.ibi equitate iudic. Iſte tex.probat
ꝙ officium iudicis merā equitatē concernit de quo dic
vt.l.ſi manumiſſor.C.de li.⁊ eo.li.⁊.l.ſeruos.C.de ali.l.
ray. In glo.contrario ſenſu ⁊c̄. Nō.per hanc gl.
qꝺ in ꝛptꝫ.habet locuꝫ ar.a cōtrario ſenſu.ergo i ſtantꝫ
cum reſcripta ſint ſtricti iuř.vide hoc nōta.per me in .l.
conuenticulam.C.de epi.⁊ cle.

**Dolo aūt.** Si procuř.rem emptā mādato alterius mandati iuř. Idem ſi per
dolum vel culpam mandatum nonfuerit proſequutꝰ ſꝫ
ſi res ſiue eius culpa abeſt non tenetur niſi ad cauenð.
⁊ cedenð.actiones ⁊ de facto ſuo.h.d.cum.l.ſe. vſqꝫ ad
§.ſi procūr. Nō.qꝺ ad procūr.non ꝑtinet facere gra
tiā facit.ī.qꝺ vi aut clam.l.prohibere ⁊ plane. No.
qꝺ ille qui cedit iura dicitur ceſſionarium ſuum procuř.
facere.ergo intelligitur mādare duꝫ cedit actꝫ. ſm ſpe.
qui ita not.ꝑ iſtuꝫ tex.in ſpe.de ceſ.ac.§.fi.v̄.⁊ no .qꝺ.ſ.
qꝺ eſt menti tenen̄. No.tex.in.v̄.ſed.⁊ ſi dolo. ⁊c̄.
qꝺ quando aliquis obmittit mediante pecunia videť
eſſe in dolo.ſed ſi per gratiaꝫ dicitur eſſe in lata culpa
So.no.in.l.de tuo ⁊c̄. ibi de tuo quia talia verba
cotti.ponuntur in inſtrumento de ſuo dato ⁊c̄. facit ꝙ
vide bitꝫ.in.l.ſi nō.ſ.de rei ven.qꝺ nō.⁊c̄.

**Si procurator.** Procuratori tenetur ad vſuras in ca
ſibus hic inſertis.h.d.

**Si quis ticio.** Si aliter contrahēdo mādatum perficiť actio mā
dati extinguitur.⁊ ex nouo ꝯtractu agitur.h.d. No.
ꝙ debet agi ex cōtractu qui ꝓncipalř geriť.nō ex alio.

**Si cui mandauero.** Qui tenetur mihi actionē
cedere poteſt a me cogi debitorem liberare vel alteri
delegare ad mei petitionem.h.d. Vel ſic dominus
cui cedenda ſunt iura a procuř.poteſt de iure cedendo
diſponeř ꝓ libito voluntatꝫ.h.d.nō. De iure iā ceſſo
nō eſt dubium ⁊ facit.ſ.de pactꝫ.l.cuꝫ emptore vide cy.
in.l.ij.C.de iure do.⁊ vide ꝙ nō.C.de do.inter vi.⁊ vx.
l.ſi filij tui.⁊ ſic omnia poteſt dominus ꝓ me.credendo
que poteſt pro ūr.iam ceſſo ſaluo ꝙ nō agitur ꝯ debito
rem an̄ ſcm̄ obligati.ad ceden̄.ergo recta via nō poteſt
liberari debitor ab eo.cui debēt iura cedi quod dic vt
in.d.l.ſi cum emptore.⁊ facit.l.ſi ꝑtem.§.i.quēadmoduꝫ

ſerui.a. Et dñs ar.allegat iſtũ tex. qꝺ poſſũ agẽ ꝯ te vt liberes aliquem.⁊ eſt tex.in.l.i.in prin.ĩ.vt in poſ.le.

**Si mater.** Nõ.qꝺ ſi mulier adhibet ad ſti pulandũ dotẽ ꝯiunctam ꝑſonaꝫ nõ videtur donare vt h vides in filia adhibente matrẽ ad ſtipulãduꝫ.Circa ꝙ uide qꝺ habes in.l.ꝗ dotꝭ.ĩ.ſol. ma. Secũdo nõ.caſum iſtius.§.pro eo ꝙ dicaꝫ.ĩ.co. .l.ſi nõ remunerãdi.§.papinianus. Bal.

**Si qs ea.** Adhibitus ut cõſultor non tnẽ niſi doluꝫ cõmittat.Et tũc tenetur actõ ne de dolo mandati. hoc.d. Vel ſic cõſiliarius non tenetur.ſi non conſulit vel etiam ſi male conſulit niſi do lum cõmiſſerit.h.d. Facit iſte tex.ad eos qui elligũ tur in conſiliarios a teſtatoribus.puta ꝙ fiat cum con ſilio guardiani fratruꝫ minoꝝ.vtrum ex iſto conſilio ſe quatur obli.nec ne. Nõ.ĩ iſto tex.ibi affectionẽ ami cabilem ar.ꝙ amicabilis cõpoſitor non teneatur niſi ꝺ dolo.ſecus in arbitro vt .C.de pac.l. ſi quis in conſcri bendo. Nõ.hic ar.ꝙ aduocatus aſſumptus ad con ſulẽ.non teneatur niſi de dolo ẜm.Bar.

Additio.Bal.

Si mãdauero.ſi ꝓcũr.ad mutuandũ recepit vſuras ẽt ꝯ tra dñi voluntatem ad eas dñs tenetur niſi coniunctũ fuiſſet.ꝙ dominus ſuo periculo feneraret .h.d. Vel ſic quando procũr.excedendo formã mãdati aliquid ſu perlucretur eidẽ reſtituere tenet᷑.ſecus ſi non erat ſim plex procũr.h.d. Dubitatio in.primo caſu erat quia cum mandatum erat taxatiuũ videbat᷑ dñs renunciaſ ſe ſeu repudiaſſe ar.ß.ꝺ neg.ge.l.qui aliena .§. liberto.

**Idem labeo.** Procũr. poteſt domino im putare id ꝙ licite impedit.h. d.Vel ſic dñs tenetur procuratori reſtituere ſumptus quos ꝓcur̃.fecit ratione procurationis exequende .h.d.

Et nõ.glo.ſuper verbo opꝫ.ibi quid ſi erat.ruſticus.

In gl.hos ſumptus .ibi non repetit. Nõ .qꝺ ru ſtici non debẽt equitare.Et ideo nõ debẽt eis reffici ex penſe vecturaꝝ.Et eſt ar.pro queſtione ruſtici ꝓducti i teſteꝫ qui nolunt venire niſi equis qꝺ cogat᷑ venire pe des.qꝛ non competit ſue ꝯdictioni eqtare. Et vide qꝺ nõ.Ja.de arc.de adminiſtratꝭ. tuto .l. a tutoribus.⁊ ar.xij.q.iiij.qcunqꝫ. Dictũ nõ.in.v̂.niſi ſalariuꝫ ar.qꝺ ambaſiatores.vltra ſalarium debeant hr̃e. expẽſas iti neris.⁊ hoc non eſt verum qꝛ ſalarium videtur eis con ſtitutuꝫ ꝓ ſumptibus ⁊ labore perſone. Nã munus eoꝝ ẽ munus publicũ ſꝫ hic loqtur i priuato offõ.

**generaliter iul.** Fideiuſſor obmittẽs exceptꝭ.ex ſua ꝑſona competentẽ ſibi nõ impeditur mandati agere. ſecus ſi ex perſona principalis.hoc dicit.

Addi. Bal.

Vel ſic .obmiſſio exceptꝭ.ihoneſte nõ ipedit actionẽ mã

Itẽ qui alium ex neceſſitate defendit poterit vti ex ceptꝭ.ex parte ſua.h.d. In tex.ibi honeſtaꝫ vt nõ ſo lute gabelle.⁊ nõ facte aſſignationis opportune ẜꝫ bar.

Nõ.h duo primo ꝙ fideiuſſor poteſt omittere exce ptõem inhoneſtaꝫ. Secũdo nõ.ꝙ in cã mota fideiuſ ſori reus põt opponere ex ſua ꝑſona. exceptõeꝫ mere ꝑ ſonalem ꝙ ẽ nõ.digniꝫ.vñ lꝫ ad fideiuſſorẽ nõ trãſeat exceptio mere ꝑſonalis tñ offerendo ſe liti opponit cã ex ſua ꝑſona facit.ĩ.rem ra.ha.l.procũr.ad exhi.§.i.ꝙ ꝺ clara vt nõ.ꝑ cy.i.l.quotꝭ.in.vi.⁊ vltq.C. de ꝑci.ipa.offi.

Quero que ẽ iſta in honeſta exceptio de qua loqui tur .l.glo.ponit exemplum.qſi actor ius iniquũ impe trauerat. Unde ex ſuo delicto non debebat audiri.

imo ꝯ euꝫ poterat exceptio opponi. Ita nõ.hic in glo. iſta ꝙ nõ.ꝑꝑ exceptões ꝗ qñqꝫ poſſũt opponi ex forma ſtatuti ꝙ ſtatutum dicit ſi qs non ſoluerit collectas vel aliud ſile fecerit nõ audiatur vt iſte tales exceptꝭ. dicun tur ihoneſte.⁊ ꝑ cõſequens ſi talis fideiuſſor taleꝫ exce ptõem.nõ opponit nihilominus habeat actõe mandati ꝙ nõ.ꝙ qñ fideiuſſor nõ opponit ſeu non põt opponere exceptõeꝫ ex ꝑſona rei poteſt reus iudiciũ i ſe ſuſcipe.⁊ opponere ex ꝑſona ſua.Caſus eſt h ꝙ dic veꝝ qñ fide iuſſor hꝫ regreſſum ꝯ reum.ſecus ſi regreſſuꝫ ꝯ reũ non hr̃et.qꝛ tũc reus nõ poſſet in ſe iudiciuꝫ ſuſcipe.Caſus ẽ hic i.l.marcellus.ĩ.de fideiuſ.⁊ ibi ꝑ dy.⁊ bar.Et ſic vi des h ꝙ reus q defendit fideiuſſorem põt opponere ex ceptõem ex perſona ſua.⁊ hoc ideo. qꝛ eſt defenſor ne ceſſarius ad queꝫ ſpectat cõmoduꝫ ⁊ icõmodum.ſecus ſi eſſet defenſor volũtarius.vt.ß.de procũr l.minor.§.vlt.

**Si fideiuſſor.** Acceptilatio facta cã remunerãdi tribuit fi deiuſſori.ac.mãdati ꝯtra debitorem.ſecus ſi fuerit facta ſimpl̃r animo donãdi.h.d.Cũ duabus ſequenti.in prin.

Vel ſic donatio ex cã remuneratꝭ.affert actꝭ .mãdati ſed nõ ſimplex donatõ ⁊ eſt nõ.diſtinctꝭ.⁊ facit ad nõ.ĩ. de dona.l.aeqlius regulus. Ibi remuneratꝭ. muneꝝ ꝑce dentiuꝫ. Nõ.ꝙ liberatio ex cã remuneratõis nõ idi geat iſinuatꝭ.quaſi nõ ſit donatio mere.ſecus ſi munera ta nõ ꝑceſſerunt quod dic vt dixi.ß.ſi cer.pet.l.ſi tibi fa cit ad idẽ ꝙ nõ.ĩ.pro ſo.l.cum duobus.§.quod ſagariã.

Item nõ.hoc ar.ꝙ donatio cã mortꝭ vel legatũ ſem per iterpretat᷑ fieri ex cã remuneratõis. vide ꝑ eundẽ in .l.fi.ß.de exercitoria. Nõ.diſtin.ꝙ ponit iſte tex.iter remuneratꝭ.⁊ ſimplicem donat. Secũdo nõ. quod in dubio donatio cã mortis.⁊ legatũ ꝑſumitur cã remune ratꝭ.feñ.⁊ facit ad idẽ.ĩ.pro ſo.l.nec adiecit.

**Si uero non re.** Iſtud ꝑn. non ſu mat᷑ .qꝛ ſũmatuꝫ eſt cũ ꝑcedẽti.§. Sed nõ.glo.mag. que optie declarat ⁊ ſequentes.§.

Addi. Bal.

Ibi nõ acturos ex ſua ꝑſona.qꝛ nõ fingunt᷑ ipi ſol uiſſe vel filius l᷑ ſeruus.⁊ fictio i ꝑſona filij vel ſerui nõ extenditur ad prẽm.qꝛ eſſet fictio fictõnis ẜm cy.i addi. Et approbat hic cy.opy guil.quam ponit.ß. de pac.l.ab emp.⁊ vẽ. Ex iſto tex.ſumit᷑ ar.qꝺ ſi cliẽtulꝰ facit pcm̃ cũ aduocato ꝺ certa.q.⁊ iter alia ꝯuenit ei dar̃ expẽſas mõ aduocatꝰ iuenit queꝺ amicũ ſuũ q fec̃ ſibi expẽ. vult repetere a clientulo.an poſſit per iſtũ tex.⁊.§.fi .ꝺ lege idẽqꝫ.ß.co. Diſtinguit᷑ aũt amicus fecit aio remune randi aduocatũ de aliquo ſeruicio.forte ab eo ꝓto ⁊ po terit aduocatꝰ repetere aut aio donandi.⁊ tũc nõ poſſet vt in fideiuſſore dicitur hoc tenet.ſpe.in ti.de expen. §. fi.ſed qdam indiſtincte dicunt.ꝙ non poteſt repetere ꝑ l.ſi domus.§.fi.ĩ.locati.Et reſpõdet᷑ huic legi ꝙ per ta lem liberationem adeſt ſaltem liberatio debitori.ſed in ꝓpoſito nil adeſt cliẽtulo ⁊ forte bñ ẜm ray. In glo. magna ibi bal.ꝯ qꝛ ſi filio cõpetit hic caſu ⁊ nihil vera ſit opy.bal.ſed pater eius habebit exerciciuꝫ nomine fi lij vt.C.de bo.ma.l.i.⁊ de bo.que li.l.fi.§. liberi aũt. ⁊ i hoc poteſt eſſe vera opi.ꝙ filiuſ nõ agit ſed ipſe. Bal.

**Marcellus.** Si tercius animo donandi fi deiuſſori ſoluat creditori parat fideiuſſori actionem mandati ꝯ debitorẽ non aũt patri vel domino ſi filius vel ſeruus fideiuſſor fuerit.ſecus ſi ipſe ꝑus ſolueret.h.d.iſtũ.§.declaratũ habuiſtis.ß.e.l. in prin.in glo.magna.

**Si filiofa. mandauero.** Con dictõ poteſtatiua nõ trahitur retro ⁊ ideo tẽpus exiſtentis ꝯdictionis inſpicitur quantum ad acquiſitũ. h. d. Et ideo ſi pater executus eſt mandatũ factum filio vr̃ ipſe filius executus. In glo. magna ibi aliud ẽ in ꝯdictiõe ⁊c. vel dic ꝙ ibi loquitur in ꝯdictione cauſali que exiſtens retro trahitur ad tp̃s ꝯtus merito id tp̃s ꝯtus inſpicitur. hic vero loquit̃ in ꝯdictione ptãtiua que exiſtens retro nõ trahitur probat̃ in. l. potior ⁊ in. l. q balneuꝫ. ĩ. qui po. in pig. ha.

**Plane.** Nõ. ar. ꝙ legatum fcm̃ monacho non requirit inſinuatõem. q2 intelligit̃ factũ ꝯtemplatione pſone monaſterij. tu dic ut. C. d iur̃ deli. l. cum aliqs. Nõ ob. iſte tex. q2 h ꝯſtabat de mẽte. ⁊ ad de ꝙ habuiſti. s. de mino. l. iij. §. ꝙ minori. Bal.

**Idem marcel.** Una donatio facit aliaꝫ donationem pſumi. h. d. Nõ. ex hoc. §. ꝙ ratione p̃cedentis donatõis actus q fit poſtea in fauoreꝫ donatꝫ. vt h. fallit in dote vt vidiſtiſ. s. e. l. iõ. §. ſi cui v. ſi mr̃ vbi tex. dicit qd̃ ſi mr̃ dat do pro filia ⁊ filia adhibet poſtea matrẽ ad ſtipulãdum nõ iõ videtur mater adhibita aio donãdi lꝫ mr̃ illam donauerit filie. Eſt igitur in hoc. §. caſus i quo donatõ p̃ſumitur. ſũt ⁊ alij caſus qui nõntur hic in g'o. q̃ vide. ⁊ nõ. ip̃m. ⁊ vide ꝙ nõ. in. l. vtꝝ. ĩ. de do. inter vi. ⁊ vxo.

Addi. Bal.

Idẽ ſi libertus. q recepit rem a pr̃ono eius mandato aliqd ſoluit ſi ei poſtea. alinãti ꝯſentit põt illud actiõe mãdati repetere. ſi patronus aio donãdi. ei tradi nõ fecit. Secus ſi aio donãdi. q2 tũc ꝯſuetudo redonare videtur. Nõ. ꝙ vna donatio. inducit p̃ſumptõem reciproce donatꝫ. q2 i dubio p̃ſumitur remuneratio. qd̃ tene mẽti. Adde. s. ad velley. l. ſed ſi ego. Et ꝓ ſolõne ꝯrij in fi. glo. poſiti dic vt nõ. ĩ. de proba. l. cum de indebito. ⁊. l. que dotꝫ. ĩ. ſo. ma. põit hic glo. al' cãs pp quas p̃ſumitur donatio. vt nõ. glo. ⁊ adde qd̃ dixi. s. ſi cer. pe. l. cum qd

In tex. ibi qd̃ ſi donatõem. Caſus iſtiuſ. v. nõ ẽ alibi ſm ray. Et terminat̃ illa queſtio tradidiſti mihi inſtr̃m debiti ꝙ habebas aduerſuſ me. deinde. ego tibi reſtitui an poſſim agẽ. ⁊ ꝑ iſtum. §. dr̃ ꝙ ſic. Facit ẽt ad aliam q̃õem ſpurio nõ poteſt donari. pone dedi tibi vt dones ſpurio. Eſt hic ar. ꝙ nõ valeat. q2 vna donatio. facit aliã p̃ſumi vt h. ⁊ nõ. in aũt. qui. mo. na. effi. ſui. §. fi. Itẽ facit quod ex vna liberatione preſumatur alia. Itẽ aliter ꝙ ex quo nõ preſumitur modus donandi i dubio p̃ſumitur donatio. Quod facit i ar. ſꝫ Ja. de are. gerebas negocia mea. q2 bene gerebas niſi tibi pecuniam vel equũ vel aliud. nũcius q illud portauit nihil dxit. ſꝫ tñ dedit poſtea volo illud ab hr̃de tuo repetẽ ꝙ nõ poſſuꝫ. q2 ex quo nõ apparet modus donãdi vr̃ donatõ. Ita nõ. ꝙ Ja. de are. i. l. ſi nõ ſortem. §. libertus. s. de cõdi. inde. ⁊ alibi dr̃ ꝙ q maius beneſi. facit p̃ſumitur ⁊ minus C. de neceſ. ſm hr̃. inſti. l. quidem cum teſtm̃. §. veteris.

In glo. ſic in fi. So. ſa eſt ꝙ quiſ nõ preſumitur i dubio donare vt inſti. niſi aliqua iuſta cã aliud p̃ſumat̃. ⁊ adiũge ꝙ nõ. s. de iudic. in. l. ſed ⁊ ſi ſuſceperit in prin. ⁊ s. ſi cer. pe. l. cum qs. Bal.

**Si adoleſcẽs.** Fideiubens ob cãm ihoneſtam actõem mandati nõ hꝫ. h. d. Nõ. ꝙ adoleſcens nõ poteſt ſeruire indẽneꝫ illum q fideiubet pro ſua meretrice vel ꝯcubina vl̃ ci ſe obligat vide. ĩ. de vſuc. ꝓ emp. l. ſi qs cuꝫ ſciret ⁊. ĩ. qñ di. le. ce. l. ſi ita. Bal.

**Cum quidã.** Uerba ꝯmendatoria nõ obligant. h. d. Nõ q2 tunc potius adulatorie q̃ diſpoſitorie. In tex. l. nõ obligat. ſi forte ille qui recipit lr̃as. aliqd mutuauit ꝯcor. C. ꝙ cũ eo. l. ulti. facit. l. fi. §. plane de inſti. ⁊ vide plene bar. in. l. luci9 ĩ. de fideiuſſ. Nõ. ex iſto. §. quod ex epiſtola quis ñ obligatur ad quod concor. s. de inſti. l. ſi. ĩ. de ac. ⁊ ob. l. fi. s. depoſiti. l. publia. §. lucius. Sed contra. s. ad macedonianum. l. filiuſſa. ſꝫ dic ꝙ ibi nõ eſt epl'a ſed ex numeratione ſequuta naſcit̃ obligatio de quo vide ꝙ nõ. per cy. in. l. non epl'is. C. de proba. ſm ray. Gu. dicit ꝙ ſi littera continet verbum obligatiuũ inducit obligationem vt. s. de conſti. pec. l. ticius. Si vero ſimplicẽ confeſſionẽ tunc inducit ſimplicem probatꝫ. vt. l. publia i fi. facit. l. quid. s. de conſti. pec. dic de hoc ut plene dixi i d. l. non epiſtolis.

**Hoc amplius.** Qui mãdauit filiofa. credi. tenetur ſi non recepit cõtra macedonianum. tũc nõ eſſe affirmauerit. h. d. Cũ §. prece. ⁊ nõ eſt alibi ſꝫ ray. ⁊ facit ad. q. de eo qui obligat ſe pro filiofa. in caſu ꝓhibito a ſtatuto nõ fieri.

**Si quis mandauerit.** Ille q mãdat filiofa. mutuari in caſu licito hebet actionẽ mãdati. h. d. Si mihi mãdaueris procũr. agit ad precium ⁊ vſuras non ſolum ad mora. ſꝫ quas ſoluit nõ habito reſpectu quas dominus fuiſſet ſoluturus. h. d. Et ſic nõ. qd̃ ſi ꝓcũr. recepit pecuniaꝫ ſub vſura. qd̃ poteſt vſuras a domino repetere. Sed queſtio eſt an hoc ſit veꝝ d iure canonico vr̃ qd̃ nõ q2 tales vſure ſunt indebite vt. l. ſi nõ ſortem i prin. s. de cõdi. ide. Sed procũr. ſoluẽs idebitũ nõ repetit a dño vt. l. qui proprio. §. procũr. vt i ceteris. s. d procũr. igitur. ſed ego conſultus dixi ꝯ. qd̃ etiam de iur̃ canonico poſſet a dño repetere ⁊ ſic tꝫ mar. ſi. i. l. ſociũ. ĩ. pro ſocio vbi tibi dicaꝫ. Ray. ⁊ guil. uide plene in. c. n. ⁊ m. ex̃ de fideiuſſ. In tex. ibi mutuatus. Nõ. ar. ꝙ fideiuſſor ſoluens uſuraſ repetat a reo. q2 repetit ut iter eſſe ſi rõe more ꝓbatur ex̃ de fideiuſ. c. n. Bal.

**Si poſt creditam.** Mandatum interuenire nõ põt ꝓ eo ꝙ fcm̃ eſt. ſed ꝓ eo ꝙ fieri põt. h. d. Hic ẽ quod glo. ma. q̃ ponit dr̃iam inter mãdatorẽ fideiuſſorẽ ⁊ cõſtitutorẽ. In glo. add ꝙ nõ. ĩ. de fideiuſ. in Rubrica ⁊ in auc̃. de fideiuſ. §. i. ⁊ aduerte ad glo. dum dicit ꝙ fideiuſſor obligatur verbis. allegat. l. blandiꝫ. C. de fideiuſſ. adde. l. qntam. §. ſatꝫ. acceptio. ĩ. d v. ob. fallit quaſi ꝯtractu. niſi fideiuſſor ſine verbis obligatur. l. cum oſtẽdimus. §. fi. ĩ. de fideiuſ. tutoꝝ. In tex. ibi. Item ait tutor. Circa iſtam tex. intellige ꝙ cũ tutor reddebat ratõnem adminiſtrationis cuidam ſuo pupillo dixit ei ergo mutuaui de pecunia tua tali cẽtũ dixit adultus. ego nolo ipſum approbare. q2 non eſt ſolueñ. tũc tutor dixit ſibi approba iſtud nomen certe eſt tali mandato tutor tenetur mandati.

Additꝫ. Bal.

**Si poſt creditã.** In re facta ſupuẽiẽs mãdatũ nõ eſt obligatoriũ. ſed in re futura fieri ſic. h. d. Uel ſic pro eo ꝙ factum eſt non habet locũ mãdati actio. lꝫ de ipſo qs poſſit in ſe periculum. ſuſcipere. h. d. Et eſt ratio q2 mãdatarius nõ eſt executus actũ mandati. ſed tñ mandatum.

Ad ſo. nõ. meliorem gl. q̃ ſic i corpore iur̃. in iſta numera ſm dy. qui ita nãt̃. ff. de v. ob. l. ſciẽduꝫ lꝫ ꝯ nõ. ĩ. d fideiuſ. i ſꝫa. ⁊ male. vt ibi ꝑ dy. ⁊ cũ hac gl. ꝯcor. ꝙ nõ.

ſ̃.de.ꝑ.l.e.tꝑe.⁊ i auc̃.de fideiuſ.in prin.

**Si mandauero.** Mādatū pōt reuocari pp volūtatē mādantꝭ.h.d. Bal.

**Idem marcellus.** Mandatum poſt mortē collatū mōte mādantis.nō extinguitur.Itē mādatarius pōt agē vt ſibi detur pecunia neceſſaria pro executione mādati h.d.cum.l.ſeq. Nō.ex hoc.§.ꝙ lꝫ mādatum ſimplr̃ emanās morte mādantꝭ extinguat̃ vt.ĩ.e.l.inter cauſas i p̃n.tñ mādatum collatū poſt mortē mādantꝭ nō extinguitur caſus eſt hic. Sed ꝯ̃ hoc opp. de.l.cum pater §.meuio.ĩ.de le.ij.ſed glo.ad illam.l.rñdet ꝙ ibi mādatum fuit collatum i vita.tu v̉o dic ꝙ quādoqꝫ mādatū ⁊ effectus mādati.ꝯfertur in vita ⁊ tūc morte mādantꝭ mādatum extinguitur.qñqꝫ mādatum ⁊ effectus mādati ꝯfertur poſt mortē.⁊ tūc adhibetur diſtinctio ſciētie ⁊ ignorātie vt.d.l.cum pr̃.§.meuio ⁊c̃.

Addi. Bal.

**Idem marcellus.** Quod mādatum pōt conferri poſt mortem.⁊ tūc mandatum nō finitur morte. Et dicunt doc.ꝙ ex iſto tex.qs poteſt facere procũr.ita ꝙ mādatū ꝑ mortem nō reuocetur.⁊ h̃ exprimitur qđ nō. Nō. ar.ꝙ cōmiſſarij deputati ad ꝯſtitutōeꝫ capelle pñt agē ꝯtra hr̃dem ꝙ miniſtret eis pecuniaꝫ pro capella ꝯſtruenda qđ nō.in.l.tñ. Bal.

**Heredē.** In glo.ij.ibi qꝛ venditori nō cōpetebat ⁊c̃. Nō.iſtā glo.ex qua glo.iūcta cū tex.habes qđ uendita hr̃ditate nō trāſeūt in emptorē niſi actiones q̃ tꝑr ꝯ̃tcus niſi venditori ꝯpetebāt.Et ideo i ꝯ̃ctibus qñ fiūt tales venditōnes ponūtur v̉ba multū gnālia.dr̃ enim qđ cedit omnes actōes quas hꝫ vel in futuꝝ hr̃e poterit.qđ nō. Hec.l.allegatur ad duo.primo qđ tacita ceſſio non trahitur ad futura.Itē qđ aliqd eſt cā ſue cauſe qđ nō.⁊ hoc intendit ſiue hr̃s fideiuſſoris ſoluat.ſiue ab eo q emit hr̃ditateꝫ in totū vel i ꝑtem hꝫ hr̃s actōnem mandati q̄ emptori hr̃ꝭ tenetur cedere.h.d.

**Si mādaſſem.** Reuocatio mādati procurĩ non p̃iudicat i cuius noticiā reuocatio nō ꝑuenit. h.d. Nō.ex hac.l.ꝙ tūc dꝫ certiorari procũr.qñ eo nō cētiorato poſſet dānum incurrē.vt h̃ dum dicit ne dānū ⁊c̃.ad idem.ſ̃.de ꝯdi.ob cām.l.ſi pecuniam.§.item ſi qs dederit.aliter ſi nō poſſet damnū incurrē.tūc eſſet.ſecuſ vt.l.ſi pr̃.ĩ.de manu.vin.⁊ ibi per dy.⁊c̃.⁊ ꝑ cy.i.l.mandatum.C.mādati de quo vide in.d.§.ſi quis vide ēt bonam glo.i.l.i.§.ſed.tertio quero.ſ̃.ꝙ iuſſu pleniuſ ⁊ ſubtilius ꝑ me.i.d.l.mādatū.C.mādati. Bal.

Addi.d.Saugurani Iañ.

**Si mandaſſem.** Si mādo tibi vt emas fūdū ⁊ deĩde ſcribo ne emas.⁊ añq̄ recipiaſ lr̃as emeriſ teneor tibi mādati.rō ponit̃ in tex.ne dāno efficiat̃ is q ſuſcepit mādatum.iſtis rō ponitur qñ mandatū mōte reuocatur.ĩ.e.l.iter cōes.in p̃n.glo.ad hunc tex.allegat duas ꝯcor.inſti.e.§.itē ſi adhuc.ſꝫ ibi loqtur qñ reuocatur mādatū ſiue finitur morte vel manumiſſione diſpēſatoris h̃ ex̃pſſa reuocatꝭ.ſed idē iuris ē.qꝛ eadē rō. Itē alle.ꝓ ꝯcor.l.ſi pr̃.ff.de manu.vin.q nōbilis tex. ē i hac mā.ſed tñ ille tex.nō ꝯcor. ſed ꝯ̃dicit huic.l.⁊ ei ꝙ.ſ̃.dixi.ſ.ꝙ eađ ē rō qñ reuocatur mādatum morte.⁊ qñ per ꝓhibitōem.ille.n.tex.facit drĩam.Item finit̃ mādatum ꝑ ꝓhibitōem ēt anteq̄ ꝑuenerit i noticiaꝫ.dicit.n.ibi ꝙ ſi pater ꝓmiſerit ſuum manumitti a filio patri mortuo ſi filius ignorans māumiſſerit valꝫ māumiſſio libertatꝭ.fauore cū nō appareat mutata voluntas ex quo ibi collige ꝙ nō finitur mādatū morte mādantꝭ cū tractat̃ de libertatis fauore.cū nō appareat mutata volūtas fauore libertatis. Sed diceſ ymo nil ſpāle.qꝛ ad h̃ ut non finiatur ē neceſſe ꝙ ſit ignorans filius vt ibi dr̃.ſedidem eſt in alijs caſibus vbi interuenit ignorātia vt hic.⁊.l.inter cās in p̃n.⁊.l.ſi p̃cedente in p̃n.ĩ.e.⁊ dicto.§.item ſi adhuc inſti.e.cū ſy. So.ſpāle eſt in hoc.qꝛ in alijs caſibus finitur mādatum.licꝫ nō actio mādati q̃ durat ne mādatarius damno afficiat̃ vt i.d.l.ſi p̃cedente.⁊ ideo qñ nō intereſt mādatarij nec is cū quo mādatū exercet dāno afficitur.lꝫ lucro careat nō valeat act⁹ regulr̃ vt dicta.l.ſi pr̃ ſo rñſo.ſi in caſu libertatꝭ fauore valet ut ibi ⁊ ſic eſt ſpāle.qꝛ valet act⁹ q alſ nō ualeret. Sꝫ diceſ hoc videtur falſum qꝛ idem eſt i eo cui donare volebaꝫ cauſa mortꝭ.⁊ iuſſi ei ſoluere debitorem meū.nā ſi mortuo me ſoluit̃.ꝑ.debitorem ignorantē valet ⁊ nō reuocatur mandatū morte pp ignorantiā.ſicut h̃ ergo non ē ſpeciale in libertate vt ꝓbatur in.l.cū pr̃.§.meuio.đ le.ij. So.ibi loquitur ineo cui mandabat̃ iter viuos vt faceret aliqd ꝙ habebat effectū irreuocabilē poſt mortem vt quando ei donare volebā.poſt mortem ſuam cā donatꝭ.ideo ibi diſtinguit̃ ſciēte.vel ignorāte vt ib. nō. ⁊.l.fi.ĩ.đ ſolutꝭ.⁊ ideo ſibi ibi noluiſſet donare intꝭ viuos quantūcūqꝫ ignorans poſt mortem ſoluiſſet nō valeret donatio vt pꝫ ex predictis ⁊ quia ſpāle eſt in libertate.

Sed cōtra h̃ dices ymo i libertate nō eſt ſpāle vt.l. queſitum.§.fi.ĩ.q ⁊ a quibus.vbi ſi pr̃ ꝓmiſit filio manumittere ⁊ manumiſſit.ignorās patrē deceſſiſſe nō eſt liber ⁊ ſic directo cōtradicit.l.ſi pr̃ i prin.iſtud cōtrariū eſt valde difficile.qꝛ ille leges ſibi de verbo ad verbū videtur cōtradicere dātur per gl.i.d.l. queſitū tres ſo. vna qđ i.l.queſitū ꝓmiſſerat pr̃ manumitti ſeruum vt ſubtraheretur.queſtioni quo caſu ſecuta morte nō vꝫ.i l.ſi pr̃ non ad h̃ manumitti ꝓmiſerat. Hec ſo. dinumeratio magna eſt.⁊ lege nō probatur nec ratiōe ſufficiētꝭ.alia ſo.q̃ ibi dat̃ pro tercia ē qđ i.l.queſitū fili⁹ erat minor i.l.ſi pr̃ erat maior hec laborat morbo quo precedens alia ſo.que ibi eſt.ſa eſt ꝙ i.l.ſi pr̃ non erat mutata volūtas i.l.queſitū. erat mutata.hec ſo.i ſe veriſſima eſt.⁊ ſi dicis ē dinūeracio dico ꝙ nō ymo.colligit̃ ex.l. ſi pr̃.nā ſicut ſcitis tex.i.l.ij.§.cōtrarium.C.de iur̃.veteri enucle.dicit ꝙ i iur̃.nō eſt dare cōtrarium ſi quis ſubtili animo diuerſitatꝭ.rationes excutiat.⁊ in.§.quibus. C.de nouo co.cōpo.dicitur reſecatꝭ.ſimilibus ⁊ contrarijs preter q̄ ſi iuris aliqua diuiſione iuenitur.⁊ tex.digeſtorum tāta ſunt breuitate compoſiti vt q̄ cum miniſterio vnum qđqꝫ verbum ſit poſitū ar.l.i.⁊.ij.ff.ꝙ me.cā.vbi breuiter tam detractum eſt verbunculum vis vnde i.l.ſi pr̃ dicitur.⁊ interiꝫ deceſſerit iteſtato. ꝙ verbū nō ponitur i.l.queſitū.§.fi. Itē ibi dicitur cum non appareat eſſe mutata dn̄s voluntas.ꝙ verbum nō ponitur in.l.queſitū vna ergo lex dꝫ diſtingui per aliam.

Et ſubtiliter probando hanc ſolutionem ⁊ vtiliter ē ſcieñ.ꝙ teſtamentum eſt teſtatio mentis eius qđ quis de bonis ſuis velit fieri p⁹ mortē ſuā.l.i.ff.de teſtis.vbi ergo promittitur fieri manumiſſio ⁊ morit̃ inteſtatus promittens.nō apparet mutatā fuiſſe voluntatē.ymo.i ea ꝑſeuerare vr̃ i morte ex̃.de baptiſmo.c.maior̃.l.pr̃e furioſo.ſ̃.de his qui ſunt ſui vel ali.iur̃.niſi appareat ꝯ̃rium per aliqua iudicia.ſed quādo decedit cōdito teſtō

teſtm̄ ſit ad declarandum.quid velit quis fieri de bonis
ſuis poſt mortē ſuam.ſi ergo nil diſponit ꝯ manumiſſio
ne vr̄ mutaſſe volūtatem.⁊ nil de ea diſponere.⁊ iō nō
valet manumiſſio nec ſit liber.⁊ ita itelligatur.l. ꝙtum
q̄ ſimplr̄ loquitur.⁊ ē diſtinguenda ſm aliā vt euitet̄ ꝯ
rietas ex quo pōt diuiſione iuuari lex.n.vna ꝑ aliam di
ſtinguitur.l.de ꝓcio.ff.de publiciana nec dr̄ diuinatio ꝙ
alia lege vrgente reſtringitur,propter ba.in.l.q̄ſituȝ nō
fuerunt poſita ſupradicta v̄ba que ponunt̄ in.l.ſi pater.
Et ſm hāc rōnem erit etiā limitanda.l.ſi pr̄.q2 ſi antea
feciſſet teſtm̄.⁊ poſtea ꝓmiſiſſet manumitti.⁊ morte pre
uenta nō potuiſſȝ diſponē.in teſtō valeret libertus ſiue
manumiſſio.q2 ceſſat rō ꝑ quam mutare dicebatur vo
luntas ꝯdēnatio teſtm̄ ſi eſſent alia indicia vel ꝯiecture
ar.l.i.C.de offi.teſta.⁊.l.ſi cuȝ uel in utero.C.ꝺ teſta.mi
li.⁊ qꝺ nō.bar.in aūt.ex cā.C.de li.po. cum ſy. Con
cluditur ergo qꝺ lȝ aliquis finiatur morte mādatuȝ qꝺ
eſt rō q2 ceſſat uolūtas.⁊ ceſſionario voluntatꝭ ſufficit ad
finiēdum mādatuȝ regulare.fallit fauore libertatis vbi
nō ſufficit ceſſare,ſed oȝ mutare. Idem forte poſſumus
dicē in his que concernūt pias cās i fauoreȝ ip̄oȝ vt di
cit i.l.illa inſtitutio ⁊.l.captatoria de here.inſti.⁊.l. eam
quā.C.de fideicōmiſ.probant ꝑ id quod dr̄ in dote ar.l.
ſi ego.§.ſi res de iure dotiuȝ.⁊ qꝺ de dote dr̄ in.l.fi.j.ꝺ
ſoluꝭ.⁊ qꝺ cā dotꝭ eſt cā pia.l.cum his.§.ſi mulier.ſ.de ꝯ
di.inde.ꝙ tn̄ alibi examinabitur ⁊ qualiter itelligatur
§.ſi res hec procedunt ſm intellectuȝ glo.que intelligit
.l.ſi pater in procur.ſeu mādato vt ibi pȝ ex glo.⁊ ſic in
telligit dy.⁊ bar.l.ſi pr̄.pe.tn̄ de bellaper . intelligit.l .ſi
pr̄ in nūcio ſiue nudo miſtro ſm ꝙ refert ⁊ reſidet cy.i
l.mandatum.C mādati ⁊ ſic ſoluuntur contraria de.l.ſi
pr̄.ad hanc.l.⁊ alias vide ibi per eos mihi nō placet q2
nuncius reffert verba in perſonam dn̄i.l.multum. C.ſi
quis alteri vel ſibi ⁊ ibi nō.l.in.§.ſi ac.⁊ ibi nō .de cōſti.
pe.in.l.ſi pater. dicitur ſi pater promiſerit filio manute
nere filius eſt ergo qui manumittit nūcius diceret dn̄s
meus te manu.cum eſt ergo ꝯ illum tex.hec. So.tn̄
ſatis ꝯſonū mihi videtur.ꝙ ibi nō ſit nuncius nec pro
prie procūr.q2 verbum permitto vel permiſerit nō eſt
de verbis que inducunt mādatum de quibus dixi.ſ.c.l.
i.q.n.ſuſcipit mādatum aſtringitur illud exequi.ſed non
ille cui permittitur aliquid facere ar.l.non quicquid.ſ.ꝺ
iuditꝭ.⁊ de offi.ꝑ.l.ſepe ⁊.l.i.C. quomodo ⁊ qn̄ iudex ⁊
pretor permittit in ius vocare.non tn̄ iubet.l.i.⁊.l .in.§.
fi.⁊.l.ſe.de inius vo.l.legis virꝭ.ff.ꝺ legib⁹.habet tamē
effectum mandati quo ad alia .ꝙ quo ad obligandū cū
cui ꝑmittitur .⁊ ita intelligo glo.i.l.ſi pr̄.⁊.l.ad euȝ i ꝑn.
⁊ ꝙ ibi nō.ſ .de dona.⁊.l.acquiliuſ.c.ti.⁊ ideo pe.appel
lauit nūcium glo.procur̄.idem iur̄ eſt.tn̄ quo ad reuocatꝭ
in uno ꝙ in alio vt.d.l.ad eum vbi loquit̄ de v̄bo ꝯcedo
ꝙ ideȝ ꝓ quod reprobatur opy.petri q eqperat nūcio.

Sed dices tūc ſi ſic ē.ergo nō eſt ſpāle i libertate.q2
ſi eſt promiſſio ⁊ ꝯceſſio que nō obligat eum cui ꝑmitti
tur nō finietur morte ꝑmittentꝭ ſeu facientꝭ gr̄am niſi ex
preſſe reuocetur ut in.c.ſi ſuꝑ gr̄a de offi.deleg.li.vi.ſo.
ibi in gr̄a per quam tranſfert̄.ius in eum cui ſit ꝙ pl⁹
morte nō finitur.hic v̄o nō eſt pro gr̄a.ſed miſteriuȝ per
mittitur.⁊ nil acqritur.⁊ ideo nō dr̄ libertus filij.ſed pa
tris.vt.l.nepos ⁊.l.ſi ꝯſentiente.j.de manumiſſ. Si v̄o
ꝯcederetur miſterium ex quo ꝯſequeretur cōmodū hoc
eſt miſterium ad vtilitatem eius cui ꝯceditur diceretur
i rem ſuaȝ procūr.l.miniſter ⁊ nihilominus finiebat̄ mō
te ſm iſta tp̄ra vt.d.l.ad euȝ hodie v̄o ſm glo.⁊ bar.ibi
dem non finiretur ut.l.illam.C.de donatꝭ.que ſub mo.
quod tamen non firmo pro nunc ſufficit excitaſſe.

Sed tūc etiam videtur nō eſſe ſpeciale fauore liber
tatꝭ cū idē ſit i alijs vt.l.fundi in fi.de acqui.po.ſo. ꝑmo.
eſt ſpeciale ⁊.l.fundi habet locum i mandato ꝙ fit de
eo ad qꝺ quis tenetur de neceſſitate.vt ad traditionem
eius ꝙ vendidit quo caſu ſeruatur iſta.l.dixi.ſ.e. ſi v̄o i
fi.ſed qn̄ mandatur aliquid ad qꝺ nō tenet̄ ⁊ effectum
irreuocabilem nō erat habituȝ poſt mortē tunc eſt ſpe
ciale i libertate i alijs cōtrariuȝ vt pȝ ex predictꝭ. ⁊ iſtud
ſufficiat quo ad examinatōnē primi caſus.l.ſi pr̄ qꝺ me
lius cecidiſſet i.l.inter cās.j.e. Sed q2 ꝑꝑ ſm caſuȝ.
puta qn̄ reuocat̄ expreſſe opȝ ⁊ cadit. hic examinari i
tellectū illius.l.ideo hic poſui ex quo occurrit. Nūc
venio ad propriaȝ materiam legis ⁊ videt̄ h̄ tex .qꝺ ni
ſi reuocatio mandati.ſiue prohibitio perueniat i noticiā
mādatarij nihil valeat ⁊ vt dixi.ſ.directo vr̄ tex. cōtra
rium i.d.l.ſi pr̄ de manumiſſ.vindic.vbi nō vȝ manumiſ
ſio permiſſio per patrem ſi fiat per filium ignorantem
reuocationem concor.l.queſitum.§.ſi.qui ⁊ a q̄bus hec
eſt mā vtilis ⁊ ſubtilis ⁊ cottidiana quā plene cy.exami
nat in.l.mādatuȝ.C.e.ti.tāgitur ꝑ glo.⁊ doc.i.l.ſi procu
ratori abſen ſ.de procur.cx̄ de procur.c.ex inſinuatōe ꝑ
dy.in.d.l.ſi pr̄.per glo.ex̄ de renūc.c.cum illuſio i clemē.
bar.i.l.igit̄.C.de ſatiſdādo.⁊ bal.ibiꝺ Ja.de bel.i.l.i.§.
ſed ego.j.ꝙ iuſſu ⁊ ibi glo.i.l.i.in fi.de ꝯhē.emp.glo.i.c.
mādato de procūr.hoſti.in.c.auditꝭ.e.ti.Inno.i.c.ex ꝑte
decani de ℞ptꝭ.⁊ in.c.quod de renūc.⁊ in multꝭ locis iu
ris. Videamus igitur i hac mā.qꝺ nobis ꝯcluſiue vi
detur. Et primo ſi procūr.ſiue mādatarius aliqd iter
eſt dn̄s nō liberatur ab intereſſe propter reuocatꝭ. indi
ſtincte ex quo nō eſt certificatꝭ.⁊ quātū ad hoc. qn tenea
tur nō valet reuocatū ſine vlla diſtinctione vt h̄ ⁊.l.iter
cās.in prin.⁊.l.ſi ꝓcedente le.inſti.e.§.iteȝ ſi adhuc ⁊.ſ.
ꝺ ꝯdi.ob.cām.l.ſi pecuniaȝ.§. item ſi qs ⁊ ita tenet cy.
in.d.l.mādatum i pl̄t.q.C.eo.Idem puto reſpectu adv̄
ſarij ſeu eius cum quo procuratore ꝯxit vel egit ſiue ꝙ
ꝙ mādatarius geſſit.ꝙ nō valeat reuocatio ip̄o ignorā
te quātum ad hoc qn etiam teneatur ſibi ad datura ⁊ i
tereſſe ne ꝯtemplatione mādati.cū procūr .aliquid erit
ledat̄ ex ignorantia reuocati mādati ſiue iſtud dānuȝ ꝯ
ſiſtat in expēſis ſiue alijs damnis ſiue in lucro qꝺ habi
turus fuiſſet ſi reuocatum nō eſſet mādatuȝ.ſed ſine du
bio procedere puto vbi cum alio idem egiſſet .ex quo il
lud lucruȝ hūiſſet.Si v̄o al̄s illud habere nō potuiſſet
magis eſſet dubium.ſtatiȝ dicam.probant̄ aūt predicta
q2 ex mādato dn̄i ſeu ꝑꝑ mādatuȝ dn̄s obligatur. nedū
ipſi procuratori ⁊ mādatario.ſed etiā ꝯhenti cū ip̄o .C.
ꝙ cum eo.l.ei qui.⁊ de inſti.ꝑ totuȝ.ex̄ de fideiuſſ.c. fi.⁊
ibi ꝑ Inno.plene.ſ.ꝺ neg. ge.l.ſi pupilli.in prin.⁊.§. i.ſi
cut ergo nō valet reuocatio in preiudicium eius cui fcīn
eſt mādatum quominus teneatur ad dāna ⁊ intereſſe
eius q cum mādatario.⁊ procuratore aliqd egit.q2 eadē
eſt rō intereſſe.aut erit ſm.l.unicaȝ.C.de ſen.que ꝓ co
ꝓ h̄ faciunt oēs.l.que nolūt aduerſariū nō ledi ex reuo
catione mādāti.l.ſi procūr.abn̄tem.ſ.de procūr. l.nāq̄ſ
§.ſi debitori.ff.de ſolu.ꝙ de lucro dixi intelligo ſane ꝓ
ut.ſ.dixi qn̄ aliunde queſiſſem illud lucrum ſi nō fuiſſȝ
mandatum alias v̄o.nō puto q2 reuocatio nō attulit dā
nū ſufficit.n.ꝙ ſteȝ i eo gradu quo eſſē ſi mādatuȝ reuo
catū nō fuiſſȝ ⁊ hoc ꝓbat̄ ꝑ.d.l.ſi pr̄ ma.uin.ubi uȝ reuo
catio mandati de manumittendo quia aliunde rem ha
buiſſet libertatē nec habere potuiſſet ab alio ⁊ ita vide
tur mihi pro nunc ſi enim mihi occurrēt inde correctio
nē cuiuſqȝ probat̄ qꝺ dixi ar.eius qꝺ nō.uinc.in.c.uēiēs

ex̄.de renunc.⁊ refert gl.in.d.cle.i.de renūc.in pꝛin.glo.
magne ibi ſed teneatur ad expenſas ⁊ intereſſe eius cu
ius interfuit ⁊ ſic loquitur generalr̄ de expeñ.⁊ intereē
cuiꝯqꝫ facit inſti.eo.itē ſi adhuc ibi ne iuſta ignoꝛantia
dāno afficiatur. Sed quātum ad actuꝫ q geritur.an
ipm̄ impediat reuocatio ignoꝛata uel in noticiaꝫ nō de
ducta aduertēdū eſt.qꝛ qñqꝫ loqmur in nūcio.qꝛ mittit
nūcius ad aliquid faciēdū q nūcius gerit actum i ꝑſonā
dñi.⁊ nō ꝯcipit eam i ꝑſonam pꝛopꝛiā ⁊ ꝑ ꝯſequens eſt
nudus miniſter tūc Inno.⁊ hoſti.⁊ cano. in.c. qdam ex̄
de renūc.uideatur tenere indiſtincte ꝙ ualeat reuocatō
lꝫ nihil allegēt ibi.hoc idem tenet Pe.cy.⁊ ray.i.l.mā
datuꝫ.C.eo.⁊ glo.in cle.vnica de renūc. allegant.d.l.ſi
pater de ma.vin.qđ pꝛobāt.qꝛ manumiſſus ibi nō eſt fi
lij.ſed pr̄is libertus.ff.de manu.l.nepos ⁊.l.ſi ꝯſentien
teꝫ đ iure patro.l.filius ⁊ ſic itelligunt.l.ſi penituit đ di
uoꝛ.⁊.c.fi.in fi. de pꝛocūr .l.b.vi.⁊.l.ſi quis mihi bona
§.pl't.ff.de acq●ere. Quid aūt erit in lr̄is ſcribo lit
teras alicui ſuper aliquo ꝯtu cū poſſumus ꝯhere ꝑ lit
teras ⁊ ꝑ nūciuꝫ đ pac.l.i.ad fi.mādati.l.i.⁊ tā ſi ⁊ reuo
co anteꝙ̄ lr̄e recipiant̄ eadeꝫ vr̄ rō que in nūcio cuꝫ vbi
ꝗ littere.⁊ nūcij exqparent̄.⁊ ſic vr̄ innuere Innoc. in
d.c.qdam đ renūc.vbi facit dr̄iam inter pꝛocūr. in quo
requiritur certificatio.⁊ lr̄as uel nūcium.in qbus nō re
quiritur ſm̄ eam ⁊ ſatis uidetur equū dici idem iuris i
lr̄is quid in nūcio.⁊ de lr̄is etiaꝫ itelligitur.d.l. ſi qs mi
hi bona.§.pl't.iuncto.§.pr̄ filio.ita ſcripſi in eodem. §.
cum quo ꝯtinuatur.§.●l't .rōem diuerſi atis aſſignant
Pe.⁊ cy.qꝛ quādo interuenit nūciuꝫ nō ꝯhit ipe.ſꝫ dñſ
ꝑ eum ⁊ ſine ꝯſenſu dñi non ualet ꝯtus.C.ſi qs al.uel
ſibi.l.multum.§.ulti.⁊.ff.quod iuſſu.l.ulti. Procūr. nō
ꝯhit.qꝛ in perſona ſua concipit vba ꝯtractus.ff. đ cōſti.
pe.l.cū quis ſi actoꝛi ⁊ ideo reuocatio nō impedit actuꝫ
Hanc opy.tenet Ja.de bel.in l.i.ſ̄.qđ iuſſu ubi tractat
mām ⁊ ray.ibidem. Dñi ſicut.ſ̄.tetigi.l.ſi pr̄.nō loquit̄
in nuncio.vt.ſ̄.oſidi.c.fi.de pꝛocūr.nō loquitur in nuncio
ita ꝙ h opy.nō pꝛobatur bene uir̄.nec glo.fecerūt vnꝙ̄
iſtam dr̄iam ymo expꝛeſſe repꝛobatur hec diſtinctio.ſ̄.
ꝙ iuſſu.l.i.§.vbi loquitur in nūcio ⁊ in lr̄is tñ exigit̄ cer
cioꝛatio vt ibi dic tex.⁊ me certioꝛaſſet ⁊c̄.⁊ ſic pꝫ ibi ꝙ
pꝛohibitō ignoꝛata ſiue reuocatio nō impedit actuꝫ hoc
eſt iuſſuꝫ.ymo ex iuſſu tenetur ꝑinde ac ſi reuocat̄ nō
eſſet.⁊ loqtur in nūcio ⁊ lr̄is ⁊ gnāliter.⁊ ꝑ conſequens
dr̄ia talis repꝛobari videtur expꝛeſſe ꝑ aliuꝫ tex. Dica
mus ergo id qđ in reuoc.pꝛocūr. dicetur qñqꝫ loqmur
in ꝓcuratoꝛe vel mādatario an reuocatio mādati ignōa
ta ipediat actū.ꝯſideremus ꝙ aliqñ reuocatio eſt igno
rata ꝑ oēs hoc ē ꝑ ꝓcuratoꝛē.ſiue mādatariū.⁊ eum cū
quo ꝯhitur vel litigatur.⁊ iudicē.coꝛam quo actus cele
bꝛat̄ ⁊ ſimiles lꝫ nō ſemꝑ tot ꝑſone cōcurrant aliqñ ñ
ꝑ omnes ignoꝛatur.ſed ꝑ aliquis ſcit̄ ⁊ ꝑ aliquos igño
ratur accipiamus igr̄.pꝛimuꝫ qñ per omnes ignoꝛatur
h ꝯſiderandum eſt ꝙ q̄dam eſt ꝓhibitio ſiue reuocatio
tacita quedam expꝛeſſa tacita ſit tripliciter. aut ꝑ moꝛ
tē.qđ ē qñ mādatū mōte finit̄ .aut ꝑ mutatōeꝫ ꝯdictōiſ
ꝑſonis.aut ꝑ ceſſatōeꝫ al' ceſſionē cāc ob ꝙ̄ mādatū fie
bat. Pꝛimo caſu qñ ſit moꝛteꝫ dicebat. Ja.de arc.in
diſtincte ꝙ impedit̄ act.lꝫ non ſit facta cercioꝛatio vt
l.eius qui i pꝛocūri.ff.ſi cer.pe. Hanc opy .repꝛobat cy.
in d.l.mandatū.ꝑ.l.inter cās in pꝛin.⁊.l.ſi pꝛecedente.ĵ.
eo.ti.in pꝛin.⁊ ob hoc pe.⁊ cy.ibidē ⁊ Ray.⁊ glo.in .d.l.
vnica nō fecerūt dr̄iam inter reuocatiōeꝫ tacitam ⁊ ex
pꝛeſſam aduertamus.l.iter cauſas nō ob.quia loquitur.
de actione mandati que datur vt dixi.ſ̄.nos loquimur

de ipſo actu an valeat ſimiliteꝛ.l.ſi pꝛecedente ymo.ille
.l.faciunt ꝓ opi. Ja.de arc.qꝛ dicunt ꝙ mādatum finit̄
ꝑ moꝛtem etiā ignoꝛatam lꝫ duret actio mādati.pꝛo eo
etiam facit.l.ſi pater in pꝛin.de ma.vin.vbi videtur ſpāle
in libertate ꝙ ualeat act̄ moꝛte ignoꝛata.ergo i ꝯtrium
eſt ius cōmune.⁊ ſic ibi eſt caſus pꝛo Ja.de arc. Sed
in cōtrarium facit.l.quam alle.pꝛo ſe.ſ.l.eius qui i ꝓuin
cia.nā debitoꝛe ignoꝛāte hñ liberant̄. ſed defende ꝙ il
lud fallit liberationis fauoꝛe.ſed alius actus puta mu
tuum uel trāſlatio dñij facta per pꝛocur̄.moꝛte ſequuta
lꝫ ignoꝛata bene pꝛohibetur ⁊ nō ualet vt ibi ⁊ ſic.opy.
Ja.de arc.vera. Pꝛo hac opy. Ja.de arc.fac.t qđ nō.
bar.in.l.ſi pꝛocūr.abñtem ad fi.ſ̄.de pꝛocūr.vbi dicit ꝙ
ſi reuocat̄ eſt pꝛocūr.tacite ꝑ moꝛteꝫ dñi lꝫ aduerſarius
⁊ pꝛocūr.⁊ iudex ignoꝛauerit nō ualet iudiciuꝫ inſti.mā.
§.Itē ſi adhuc.ſ̄.de iudi.l.de qua re.§.cū abſenteꝫ.ĵ.q̄
ſen.ſine ap.re.l.pl't.⁊ ratio.qꝛ nō poteſt imputari domi
no cur moꝛtem ſuaꝫ aduerſario nō notificauerit. ſed in
domio reuocāte pꝛocūr.bene poteſt imputari.⁊ nō. hāc
rationeꝫ veꝛ eſt ꝙ bar.loquit̄ in ꝓcur̄e ad iudicia.l.eius
q in ꝓuincia ꝓcur̄e ad negocia quo caſu ibidē reuertit̄
ad no per cy.in dicta lege mandatum. Sed de iudicijs
argumentū.ad contractus ⁊ econtra ſupꝛa de peculio
l.licet.§.idē ſcribit ⁊ de pig.ac.l.non eſt miꝛ. Cōcluden
do dico ꝙ vbi mandatū moꝛte finitur nō requirit̄ ꝙ ta
lis tacita reuocatio ꝑueniat i noticiam regulariter vbi
non ſine conſenſu meo vel facto non pōt id fieri.vt i ob
ligatione ⁊ tranſlatiōe rei mee pꝛobatur i.l.ij.§.ſed ⁊ ſi
quis dictaturus.ĵ.đ dona.quia ibi res durabat mea .ſe
cus ſi ſine cōſenſu meo poterat fieri vt qꝛ in aliū trāſtu
li dominium cui iuſſi dari alteri.tūc nō impeditur act̄.
ſiue ſciuerit ſiue ignoꝛauerit.l.hoc iure.§.ſi qs dederit.
ĵ.de dona. Diſtinguitur tñ ſciēs ab ignoꝛāte quo ad ac
tionem mādati ⁊ ſicut limitabit̄ .l.i.ꝙ iuſſu ⁊.l. ſed tātū
ad mace.vt nō habeāt locum niſi i expꝛeſſa reuocatiōe
fal.libertatis fauoꝛe.l.ſi pater i pꝛin.idē foꝛte i his que
cōcernūt pias cauſas per ea que.ſ̄.dixi. Item fal.i his i
quibus licet mādatum fiat i vita effectum tñ irreuoca
bilem hñt poſt moꝛtem.l.cū pr̄.§.meuio deleg.ij. Iteꝫ
fal.i his ad q̄ quis de neceſſitate tenetur vt.l.fundi i ff.
ĵ.de acqui.poſſ.⁊ qđ nō.glo.i.l.eius qui i pꝛouinciam ⁊
ita colligitur ex his q̄ ſupꝛa pꝛimo tractauimus al' im
peditur act⁹ qui geritur ⁊ ſic ſubſtinetur opy. Ja. Item
fauoꝛe liberationis ⁊ dicta.l.eius qui i pꝛouinciam ⁊.l.ſi
quis ſeruo de ſolu.⁊.l.qui hominem.§.ſi ticium ⁊.l.cuꝫ
quis.§.i.ĵ.de ſolutionibus. Alij tamē aliter videāt̄ in
telligere.l.ſi pr̄ ꝙ ibi ideo ſit qꝛ manumittēs erat fact⁹
dominus vt dicam i.l.ſi pꝛecedēte.ĵ.eo.cōis opy. eſt ꝙ
ibi ſit ſpeciale fauoꝛe libertatis. In alijs autem duo
bus mēbꝛis quādo ſit reuocati per mutationeꝫ cōdictio
nis perſone mādatarij v: qꝛ adoptatur vel depoꝛtatur
vel in exiliū mittitur vel ſeruus efficitur ar.l.cum quis i
pꝛin.ĵ.de ſolut̄.vel manumittitur.vt.d.l.eius qui in ꝓ
uinciam.⁊.l.ſi qs ſeruo de ſolu.⁊ inſti mādati.§. item ſi
adhuc iſto caſu. Idē iur̄ ē ut puto qđ eēt ſi mōte fcā eſſꝫ
tacite reuocatio.ut.d.l.iurib⁹ ⁊ đ hoc eſt caſus in dicta
l.eius qui i pꝛouinciam que loquitur i reuocatione que
fit per manumiſſionem.nam ibi loquitur i inſtitoꝛe ſeu
generali adminiſtratoꝛe cuius mādatum nō finit̄ moꝛ
te.l.ſi quis iumētis.§.i.de inſti.ſed finiebatur mutatiōe
cōdictionis perſone ⁊ non requiritur cercioꝛatio niſi li
berationis fauoꝛe.quod intelligo veꝛ vbi nō poteſt ipu
tari domino cur nō certioꝛauerit ut erat ibi. qꝛ ibi mu
tatio ꝯdictionis in moꝛte.⁊ poſt moꝛteꝫ. vnde ſicut mō

tem ſuam notificare nõ põt i pꝛecedenti caſu ita nec in
iſto alias nõ. ſi poſſet imputari mutationem cõdictiõis
⁊ notificare poterat eſſet idem ꝙ in reuocatione exp̃ſ
ſa. j̃. dicetur ſecus ſi ignoꝛabat vel nõ poterat. ⁊ pꝛopte
rea feci nõre rõem bar. q̃ eſt eqna ⁊ rationabilis. Ter
tio caſu quãdo fit reuocatio ꝑ ceſſionem al' ceſſationem
cauſe vel ob aliquã cãm ar. j̃. eo. l. ſi hoieꝫ hic nõ habeo
i mẽte. l. ponẽtẽ exẽplũ. ſꝫ ſi repiret' diſtiguẽdũ. vt. s̃. ant
poteſt mihi imputari cur nõ certioꝛaui. aut nõ. qꝛ eadem
rõ vr̃ in utroqꝫ. Et ꝑ hoc dico in reuocat̃ tacita q̃ fit per
ꝯſtitut̃. ſi pocuratoꝛs vel eiuſdẽ vel interuẽtum dñi ad
iudicium vel ſimiles cõis de qbus plene dicam. j̃. eo. l. ⁊
mutuam. §. nõ iõ eũ potuerit. ita certioꝛare procũr. vel
aduerſarium ſicut i expꝛeſſa quod idẽ iuris erit ꝙ dicaꝫ
in expꝛeſſa reuocat̃. Modo veniamnſ ad exp̃ſſaꝫ re
uocatõem ignoꝛatam ꝑ omnes. an per eaꝫ impediatur
actus qui geritur iura vt. s̃. dixi uidentuꝛ velle ꝙ ipedia
tur. ex̃ de procũr. c. ex inſinuatione. d. l. ſi pr̃. j̃. de ma. vi.
de diuoꝛtijs. l. penituit de acq. heredi. l. ſi qs mihi bona
§. pe. ex̃. de reſcrip. c. ex parte decani. s̃. ſi cer. pet. l. eius
qui in pꝛouinciam. §. quas nõ. de dona. l. ij. §. ſed ⁊ ſi qs
donaturus. In ꝯ̃rium fa. l. i. s̃. ꝙ iuſſu. l. ſed ſi tantuꝫ
ad mace. l. ſi pꝛecedente. j̃. eo. ⁊ hic. l. uero procũri ⁊. l. q
hoiem. §. ſi ticiũ ⁊. l. cum quis. §. i. j̃. de ſolu. cuꝫ ſy. ⁊ cle.
vnica de renũc. cum ſy. Quid dicemus. Ja. de are. dicit
idiſtincte eẽ necc̃iaꝫ cẽtificatõꝫ ⁊ iura ꝯ̃ria itell'it i reuo.
tacita. ſed hec opy. eſt expꝛeſſe ꝯ̃ iura pꝛedicta. l. ſi pr̃ de
ma. vin. ⁊. l. qntum. §. fi. j̃. q. ⁊ a qui. Dy. dicit aut ex tali
reuocatõne nõ leditur mãdatarius. ⁊ impeditur actus.
vt. d. l. ſi pr̃ al's nõ. vt dicit cy. eſt iperfecta diſtinctõ. qꝛ i
. l. ſi procũr. nõ leditur procũr. ⁊ tamen nõ ipeditur actꝰ
ſed foꝛte intellexit qñ nõ leditur procũr. nec alius. puta
aduerſarius lꝫ comodo vl' lucro careat. ita loqtur. l. ſi pr̃
⁊. l. qntum. qui ⁊ a qui. ſic põt itelligi. l. ij. §. ſed ſi qs do
na. de dona. lꝫ loqtur i tacita reuocat̃. ⁊ hoc verum quã
do ſine ꝯſenſu meo nõ poteſt talis actus celebꝛari ar.
. c. fi. i fi. de procũr. li. vi. in ratõne quam ibi aſſigna. ⁊. l. id
qd̃ nr̃m de reg. iur̃. Si uero me iuuito vel ſine conſenſu
meo poterat celebꝛari rñdeo vt. l. hoc iure. §. ſi qs dõde
rit de dona. ⁊ pro hoc dico. ꝙ ſi mãdaui alicui ut emat
mihi funduꝫ ſi qdem ſimpl'r emit nõ dicendo noie meo
valet emptio. qꝛ potuit ſine ꝯſenſu meo emere et d̃ hoc
nõ dubium vt hac. l. cum ſy. Sed ſi mandaui. vt vẽderꝫ
rem meaꝫ quãtuꝫ ad obligatõem pſonalem nõ eſt dubi
um ꝙ nõ impeditur actuſ. qꝛ etiam reꝫ alienam vẽdere
poſſumus vt. l. rem alienam. j̃. de ꝯ̃hen. emp. Sed quo
ad trãſlationem dñij. qꝛ ſine facto meo nõ poteſt a me
trãſferri ſine abdicari dñium dicit Pe. ⁊ cy. ⁊ glo. i cle.
vnica de renũc. ꝙ tunc pꝛohibitõ. ſiue reuocatio etiaꝫ ſi
ne certioꝛatione impedit actum trãſlationis dñij al'at
. l. eius q i pꝛouĩciam. §. quas nõ. ſi cer. pe. l. id quod nr̃m
de regu. iur. ſm dy. nõ aliud eſt. Ut vidiſtis opy. pe. ⁊
ſequaciũ falſa videtur ⁊ ꝯ̃. l. ſi procũr. abſñtem. s̃. de pro
cur̃. ⁊. l. vnicaꝫ. C. de ſatiſd. ⁊. c. mandato de procũr. claꝝ
eſt. n. ꝙ procũr. actionis nõ poteſt ſine volũtate dñi rẽ
in iudicium deduere. l. iulianus. ⁊ ꝙ ibi nõ. s̃. q. ſat̃. cog.
. l. ſi añ. j̃. iudi. ſol. ⁊ tñ reuocatio nõ impedit. niſi interue
niat certioꝛatio. lꝫ foꝛte nõ exigatur oium vt. l. iuribus
apparet. Item iſta opy. eſt ꝯ̃ glo. in. d. l. i. in fi. j̃. de ꝯ̃hẽ.
emp. eſt etiaꝫ ꝯ̃ tex. in. l. i. i pn. ⁊. §. i. j̃. ꝙ iuſſu. ⁊. l. ſed tñ
j̃. ad mace. vel ex iuſſu nõ obligat ſine volũtate mea. ⁊
tñ reuocatio ignoꝛata nõ impedit actum nedũ. ergo cuꝫ
cã tractatur de liberationis fauoꝛe vt ipi fatentur p. l.
vero. ⁊. l. q hoiem. §. ſi ticiuꝫ. ⁊. l. cum qs. §. i. j̃. de ſolu. ſed

etiam cum de obligationis odio non impeditur actus
obligationis uel tranſlationis dominij per reuocatio
nem ignoꝛatam ⁊ hoc regulariter cum quis lederẽ
tur ſecus cum nõ leditur lꝫ perdat lucruꝫ qd̃ ẽ in his q̃
hñt cauſam lucratiuaꝫ vt i manumiſſione que eſt dona
tio libertatis ita loquitur. l. ſi pater de ma. vin. ⁊. l. quin
tum. qui ⁊ a qui. ita loquituꝛ. l. ſi quis mihi bona. §. pe. d̃
acqui. here. vt cuꝫ pr̃ vel dominus iubet hereditatẽ adi
ri. per hoc dicam vel cum mãdat donari rem cuiꝰ debꝫ
dominium ipſum nõ transferendo ⁊ h. per. d. iura ſecꝰ
ſi transferret ⁊ iuberet te dare alteri tũc non impedit'
vt. d. l. hoc iure ⁊. l. ij. s̃. de cõd. ob cauſam ⁊ qd̃ ibi nõ. ⁊
in. l. eius q in pꝛouinciam. Sed dices iſtud eſt cõtra. l. ſi
penituerit. j̃. de diuoꝛ. ⁊. c. fi. in fi. de procur. li. vi. Iteꝫ ꝯ̃
cle. i. ſiue vnicam de renũc. Sed reſpondeo ꝙ illi ſunt
caſus ſpeciales qꝛ matrimonium dꝫ eſſe valde liberum
l. ticia de v̊. ob. de ſponſa. c. gemma ⁊ cum locum ⁊ ſic tã
mãdatum de contrahẽdo. q̃. de diuertẽdo matrimoni
um põt reuocari ⁊ impedit reuocatio ſine certioꝛatione
actum vt dictis iuribus. ſ. l. ſi penituerit. ⁊. c. fi. ⁊. Ita fir
mat glo. in. d. cle. vnica. Iteꝫ i cle. vnica ẽ ſpãle vt ibi in
nuit gl. magna i fi. etiã tenẽdo opy. pe. alioquin deſtrui
tur ſua opy. Sed reuera nõ eſt ſpeciale ſed cõcoꝛdat. nã
ceſſio ſiue refutacio beneficioꝝ ſit vel ob ſalutẽ perſone
refutant̃. vñ dicit tex. i. c. qdam de renũc. ⁊ ideo ibi non
poteſt reuocari procũr. niſi interueniat certioratio. ſi er
go nullus certificaretur nõ impeditur actus. Hãc opy.
ſine diſtinctõem. aut nullus leditur ex reuocatiõe. ⁊ tũc
valet aut leditur. ⁊ nõ uꝫ tenẽt expꝛeſſe Inno. ⁊ hoſt. ⁊
cano. i. c. qdam de renũc. ⁊ Ja. bu. in. l. i. in fi. de ꝯ̃hẽ. ẽpt̃.
⁊. d. bal. in. l. mãdatuꝫ. C. mandati in. iij. q. Et ſic opy. pe.
falſa. ymo ipẽmet ſibi fuit ꝯ̃rius ⁊ cy. i. l. mãdatum. nam
lꝫ ipẽ ibi i ba. q. tenuerit ꝙ i his que ſine conſenſu meo
tñ poſſunt fieri valeat reuocatio ignõata ⁊ ipediat actũ
tñ poſt modum i. iij. q. dic ꝙ vbi aduerſarius ꝯ̃hebat cõ
templatione mei eſt certificãdus vt. l. vnica. de ſati. ⁊ ſi
procũr. de procũr. ⁊ de inſti. l. ſed ⁊ ſi pupillus. ⁊ ſic ꝯclu
denduꝫ eſt in hac mã cũ nullus fuerit certificatꝰ. Sꝫ nũ
qd ſufficiat ꝙ pcũr. l' nũciꝰ ſit certificatꝰ l' ẽt reqrit' ꝙ adṽ
ſariuſ cũ quo ꝯ̃hit' l' litigat'. ⁊ ẽt iudex. Hic advẽteñ. ẽ ꝙ
aliquãdo iudex tñ ſciuit tũc impeditur actus cũ ſciẽter
i nõ ltiaꝫ perſonã exerceat iudicimꝰ vel ferat ſñiaꝫ. Ali
quãdo ps tñ ſciuit. ſi qd̃ aduerſarius vꝫ ipſo iur̃ ſꝫ ope
replicationis elliditur ſiue pro eo ſiue cõtra eum ferat'
ſñia. Si võ reuocat̃. tñ ſciuit vꝫ ꝯ̃ eũ. ſed pro eo non vꝫ.
ita nõ. in. l. vnica. C. de ſatiſ. ⁊ in. d. l. ſi procũr. abſentem
ita ẽt nõ. gl. in. c. mandato ex̃. de procũr. Si võ. omnes
ignoꝛauerũt tunc reuocatio non pꝛeiudicat aduerſario.
Sed nũqd ipſi dño pꝛeiudicet vt nõ valeat pro eo glo.
expꝛeſſe nõ tãgit. Sed cuꝫ dicat idiſtincte quãdo iudex
tñ ſciuit ꝙ nõ vꝫ pro vtraqꝫ pte ⁊ ſic reuocatio nõ nocꝫ
dño. Eadem ratõe videtur ꝙ ſibi nocere nõ debeat qñ
omnes ignoꝛãt. h. tenet. d. bal. in. l. vnica C. d̃ ſatiſ. qꝛ ſi
cut nõ datur poteſtas procuratoꝛi niſi poſtq̃ ſcit vt nõ.
archi. ⁊ Inn. in. c. is qui de procũr. li. vi. ita nec ei aufert'
ipõ iure. ⁊ qꝛ nõ valet reuocatio. hoſti. uĩ tenere ꝯ̃rium
in. c. audit̃. extra de procũr. ubi dicit ꝙ indiſtincte vꝫ in
pꝛeiudicium reuocãtis per illum tex. in ſecunda parte.
ſed ille textus non pꝛobat hoc. licet ſe multum firmet
hoſti. bene. n. tenet ꝙ cõdemnetur ad expẽſas ſed nõ ꝙ
valeat ad pꝛeiudicium domini. Inno. hũc paſſum tãgit
in. c. ex parte decani. de reſcrip. ⁊ vr̃ tenere idẽ qd̃ hoſti.
ꝙ reuocatio ſibi pꝛeiudicet. qꝛ illud qd̃ dr̃ debere intima
ri eſt dictum ad fauoꝛem ptis aduerſe. ſed ꝯ̃tra ſe ſuffi

cit.ꝙ conſtet de reuocatꝫ ⁊ h.per illū tex.ꝓ h.facit qꝛ
videtur diſentiſſe reuocādo ne litiget.lr̄e tam̄ impetra
te per procūr.valēt ſi procūr.ignorauit al's nō vt appa
ret ibi ex tex.⁊ vide qđ ibi nō.Inno. Habemus er
go ſ꞉ Inno.⁊ hoſti.ꝙ ſi omnes ignorarūt vꝫ proceſſuꝫ
in fauorē aduerſarij ſed non pro eo.ſ.reuocāte vel eius
procuratore ſecus ſi iudex ſciuit vel aduerſarius qꝛ tūc
ſibi nō preiudicat nec tñ vꝫ pro eo. Si vero procūr .ſci
uit ⁊ alij ignorarūt vꝫ cōtra dñm non pro domino ⁊ ſi
omnes ſciuerūt pro nullo vꝫ ſ꞉.omnes vide plene bal.
in.d.l.vnica.C.de ſatiſ.d.tñ.Io.de lignano me recolli
gente in.c.mādato de procu.tenet ſimpliciter ꝙ vꝫ vbi
omnes ignorauerūt ⁊ hec in iudicijs. In contractibus
vō.⁊ negocijs gl.ſimpliciter tenet i.c.mādato de ꝓcur.
⁊ in.c.ex parte decani.⁊ in.l.i.§.ſed ego.ſ.ꝙ iuſſu ꝙ nō
reqritur niſi certificādo procūr.per hanc.l.ſi mādaſſem
⁊ ſy.qđ eſt cōtra.l.ſ꞉ ſi pupillus.§.preſcribere ⁊ multos
§.illius.l.ſ.de inſtito. Illud qđ dixi debere certifica
ri aduerſariuꝫ debet ſic intelligi ſm bar.in.d.l.unica.qñ
eſt factuſ procūr.ꝯ certam ꝑſonam ſiue aduerſariuꝫ ita
loquitur.l.ſi procūr.ſ.de procūr.⁊.l.fideiuſſor.§.i.ī.e.ti.
que probant ꝙ aduerſario denuntiare dꝫ fa.l. nomē.C.
q̄ reb.pig.ob po.qñ vō nō eſſet factus procūr.ꝯ certum
aduerſariū.ſed generalis ad cās ſi quid apud acta vniꝰ
iudicis dꝫ reuocatio appere acta alias nō nocet reuoca
tio.qꝛ qñ eſt apud acta nō dubitat̄ de reuo.qꝛ ex quo hꝫ
certū iudicem dꝫ denūciari iudici ſicut aduerſario qñ hꝫ
certū.ego intelligo bar.ꝙ tūc lꝫ nō perueniat ī noticiā
aduerſarij valeat.Si vō nō eſſet facta apud acta vale
ret ſi ꝑueniret in noticiaꝫ aduerſarij.ita tꝫ Bal. lꝫ ipe
alr̄ intelligere voluerit bar.⁊ hec in his q̄ in eadē tribu
nali agenda ſūt.Si vō extenderet̄ mādatum ad alium
iudicem.Idē eſſet ꝙ in procūre ex̄ iudicium quo ad ali
ud tribunal ſm bar.l.vulgo de admini.tu.in procūre vō
gnāli.ex̄ iudicium ſi qdem cepit agere ꝯ certuꝫ aduerſa
rium ⁊ dꝫ denūciare ſi quid ceptū eſt.qꝛ eadeꝫ ratō ar.
.l.apud actuꝫ.§.q̄ſitum de do.excep.al's nō tenetur de
nūciare nec iudici nec aduerſario.qꝛ neſcit cui.cū nō ſit
certus ar.l.ſi dictum.§.fi.de euic.Sed qñ aduerſarius
vel iudex eſt certus ꝯ quē vel coram quo eſt datꝰ ꝓcūr.
dꝫ ei denūciari.Ideꝫ ſi certus eſſet locus in quo depu
tatus erat puta propoſuit aliqueꝫ in aliqua admiſtratō
ne in quadā apotheca.tūc ī illo loco dꝫ manifeſtū facer̄
de tali reuocatꝫ.al's nō noceret.vt.l.ſed ſi pupillus. §.ꝓ
ſcribere de inſtito.ita ītelligit iſtum paſſuꝫ.nō ob. qcqd
dicat cy.in.l.mādatum.C.mandati hoc limitat.do.bal.
in.l.vnica.dicens h veꝝ niſi ipe dñs ſciret vel ſcire dbe
ret ꝙ ꝑtextu talis mādati dei nō poſſet dānificari.quia
ſciebat certos ſe habere debitoreſ.nā tunc illis dꝫ denū
ciare.vt nō poſſint ꝯueniri ar.ff.mādati.l.ſi fideiuſſor.§.
.i.⁊.l.ſed ſi pupillus.ff.de inſtito.h poſſet mag. reſultar̄
abſurduꝫ.pone ꝓ procūr.hñs largum mādatum ad agē
dum.agit vel exigit debitores inuitos nō conſtat de re
uocatione.ſm Bal.nō valeret ⁊ nō eſſent liberati dbi
tores quod eſſet abſurduꝫ ⁊ cōtra caſuꝫ.l.qui in prouin
ciam.§.quas nō.ſ. ſi cer.pe.l.vō procuratori ⁊. l.q hois.
§.ſi ticiuꝫ.⁊.§.fi.⁊.l.cum qs.§.ij.⁊.l.ſi qs ſeruo de ſolu.
⁊ ideo dico per dcā iura indiſtincte ī hiſ que fiunt ꝯ inui
tum ſiue agēdo.vel exigendo ſiue etiaꝫ defendēdo.qꝛ ſi
ago ⁊ cōparet cuꝫ mandato nō poſſuꝫ me recuſare qn
defendat iſto caſu indiſtincte requiritur certificatio de
reuocatꝫ.ſiue generalis ſiue ſpālis ſit procūr.per iura q̄
indiſtincte loquunt̄ ⁊ fa.quod tꝫ Pe.⁊ cy.in.iij.q.i.l.mā
datum.C.man.Si vō volūtarie agitur talis actus.vt ī

ꝯtibus.⁊ ſy.tunc vr̄ attendendus id quod Pe. dicit ⁊
Cy.aut talis actus celebratur cum procūr. nō ꝯtempla
tione domini.⁊ nō requirit̄ certificatio aduerſarij ſꝫ ſuf
ficit ꝓcur̄. vt qꝛ dico eme equuꝫ in nūdinis ⁊ tu emis
ſimplr̄ ⁊ bene dicit lꝫ.l.i.§.ſed ſi ego.ff.ꝙ iuſſu hoc non
probet.ſed potius oppoſitum.Si vō ꝯtemplatione dñi
erat geſturus actum.tūc requiritur certificatio reuoca
tionis ⁊ nō ſufficit ⁊ ꝙ certioretur procūr. ita intelligit
hāc mām Cy.⁊ Pe.p.l.ſed ſi pupillus.§.ꝑui. de quo ī
.l.vnica de ſatiſ.⁊.l.ſi procūr.Sed hoc eſt abſurdum.qꝛ
nō habebit quem certiorare.qꝛ neſcit cum quo facturus
ſit procūr.ꝯtum ⁊ ad impoſſibile tenetur. Propterea
mar.ſy.diſtinguit vt refert cy.aut loquitur in inſtitore ⁊
dꝫ manifeſte reuocari.ut.l.ſed ſi pupillus.§.de quo .aut
in procūre ſi qdem hꝫ mādatum ad gerēduꝫ vel agēdū
cuꝫ certa ꝑſona dꝫ illi ꝑſone notificari.l.fideiuſſ.§.i.mā
dati.Ideꝫ ſi dirigit mādatuꝫ certe ꝑſone ut ꝯhat cū tali
.l.i.§.ſed ſi ego.ff.ꝙ iuſſu.d.l.cuꝫ qs.§.i. Si vō hꝫ man
datum ſimplex nō ad certā ꝑſonaꝫ.tūc ſufficit certiora
tio procūr.qꝛ nō hꝫ cui denūciet.d.l.ſi dictū.⁊ eſt qd ipu
tet̄ aduerſario q potuit hoc cogitare.l.ſi qs domū loca
ti tamen quia inquirere debet qui cum alio . contrahit
vt.l.qui cum alio.ff.de regulis iuris.hñt tamen actōneꝫ
ꝯ procūr.ff.ꝙ fal.tu.au.ge.l.i.de fur.l.falſus cy.tñ tenet
opy.Pe.Bar.magis adheret opy.Mar. ſy.licꝫ ꝯ eo
nō faciat ideꝫ do.Bal.eo ſaluo ꝙ ſm Bar.in iſtitore
nō reqritur fieri certioratio niſi quādo hꝫ certum locum
al's non ē ꝑſona nec aliquid ī quo poſſit fieri tñ opy.pe.
poſſꝫ oſendi.qꝛ dꝫ fieri ꝓclama l' poni ī loco publico ſcri
ptura ꝯ reuocatōe ut.d.§.proſcribere.ſed forte nō oibꝰ
innoteſceret.l.diuuſ de in integ.reſti.in uoce ꝑconis qd
enim ſi extra locum preconis vel ſcripture aliquid age
ret nō innoteſceret nec hoc ſeruat̄ ꝯſuetudine ⁊ ideo
opi.bar.⁊ bal.adhereo cū limitatiōe de qua.ſ. preterq̄
in illis qui cogantur inuiti vt ī debitoribus exactꝫ. vel in
procuratore ſuſcipiente litē qꝛ ceſſat rō mar.ſy . Idē tñ
bal.ī extraiudicialibus remittit ad nō.per.Ia.de bel.in
l.i.§.ſed ſi ego.ſ.ꝙ iuſſu vnde verba Iacobi qꝛ dicit ali
qua elegātia recitabo ⁊ exaīabo dicit ipſe ſic aut per ſe
vult quaſi obligari aut per alium aut vult aliquis aliqđ
cōmodum per alium ſibi acquiri aut vult alij donū ſeu
gratiam impendere. Primo caſu ſi miſit nunciū vel
epl'am ⁊ prius penitet q̄ ambaxiata vel epl'a repreſen
tetur penitentia interueniēte ſtatim reuocatur mādatū
nec intereſt fuerit cercioratꝫ.vel non.ī.de ma.vin.l.ſi pr̄
cum cōcor.ibi alle.⁊.ſ.de do.l.quidē vbi de hoc.Et pro
hoc facit rō ſcripta ex̄ de ꝓcur.c.vl.§.fi.li.vi. ⁊.ī .de ac.
⁊ ob.l.cōſenſu ⁊ de pactis.l.labeo ⁊ de acq.re.do.l .pe.
⁊ qđ nō.C.de ſacroſan.ec.l.illud.§.fi.⁊ eſt ratio euidēs
in caſu predicto qꝛ nūcius ſiue epl'a ſolum preſtat mini
ſterium ſicut pica ⁊ organū.ī.de cōſti.pe.l.iij.C. ſi quis
alteri vel ſibi.l.multum intereſt.§.fi.vbi de h. Igit̄ tñ
penitet mandātem ſtatim eius deficit ꝯſenſus. ergo ꝙ
poſtea ſequitur nō poteſt ſuum effectum ſortiri ī aliquo
⁊ ex his manifeſte apparet ꝙ glo.poſita.ī.de cōtrahē.
empt.l.i.que format queſtionem ī lr̄a vel nūcio falſa eſt
nec poteſt procedere rationibus ſupradictis .iſta ſunt v̄
ba ſua cōcor.cum eius opy.ibidem ray.⁊ ī .l.i .de ꝯhen.
empt.qui ipſum ſequitur facit glo.in.d.l.quidē de dolo
toncor.pe.⁊ cy.ī.d.l.mādatū.C.mādati ⁊ Inno.⁊ hoſt.
ī.c.quedam ex̄.de renūc.⁊ gl.ī.d.§.ſed ego que illud ver
bū ⁊ me certioraſſet ſuplet maxime qꝛ nō requirit̄ cer
cioratio. Ego iſtud.ſ.reprobaui ⁊ tenui gl.ī.d.l.fi.de
cōtrahē.emp.⁊ dico ꝙ eſt caſuſ ī.d.§.ſed ego ⁊ ſic itelli

gitˀ gl.cū i.d.l.i.i fi.ĩ.de cōtrahē.emp.⁊ ſuplere eſt viola
re tex.nec valet ſuppletio qꝛ ibi loquitur etiam i mãda
tario in quo ſm omnes cōiter requiritur certiorató ⁊ ió
Ja.de bel.opy nō procedit cum reuerentia.nam ſi eſſꝫ
vã.idem eſſet in procuratore q nō eſt procūr. niſi dñi cō
ſenſu.ergo penitentia iteruenienie ceſſaret ⁊ nō ualerꝫ
actus cuius ꝯᷓrium dic tex.i.c.fi.in fi.de procu.li.vi.Sed
rō quare nō poteſt interuenire pnia non iteruenienie
certioratione ē ne dãno afficiatur pꝑ ignorantiam vt ħ
⁊.l.inter cãs ⁊.l.ſi precedēte.ĩ.eo.⁊ inſti.eo .§. iteꝫ ſi ad
huc igitur defectus ꝯſenſus nō impedit ne damno affi
ciatur vel illudatur ⁊ ſic dicimus in procuratore ad in
dicia caret.ergo fundamēto eius opy. Secundo caſu.ſ.
quãdo ꝑ alium quis vult obligari dic ipe ſi qdem miſit
procūr.ſiue ſindicum ꝑ quem vult obligari.tūc eſt neceſ
ſaria certioratio.vt poſſit in totuꝫ reuocari mãdatum. ⁊
ſic loquitˀ iura dictĩ.§.ſed ſi ego ⁊ hec.l.ſi mãdaſſet ⁊ de
publi.l.ſi qs prohibuerit.⁊ de condi.ob cãm.l.ſi pecuniã
§.i.⁊ dic vt ibi.⁊ in.§.ſe.⁊ ar.ff.de acqui.poſ.l.qui abſnti
in pn.⁊ d̃ excep.rei vendi.l.i.§.i.Et per hoc dicit ipe ap
paret glo.poſita in.§.ſed ego loquitur.in eo caſu qñ qs
per alium vult obligari eſt falſa.⁊ glo.que eſt.s̃.d̃ publi.
.l.ſi quis prohibuerit ⁊ eſt rō.qꝛ quãdo quis per alium
vult obligari.vt ꝑ procūr.vel per ſindicum.tūc obligatˀ
per alium nō per ſe ipm.ſed alterius facto vt nō.in.d.l.
multum intereſt.⁊ inſti.de inuti.ſtip.§.alterius.⁊ qꝛ ſuū
conſenſuꝫ tranſtulit in alium nec ſibi reſeruauit. quãtuꝫ
ad actum gerēdum ideo mãdatum nō poteſt nec debet
reuocari ab ignorante vt nō.C.de ſatiſ.l.i.s̃.de procu.l.
ſi procūr.ħ obtinet regulr̃.Fallit regula extra de procu.
c.fi.li.vi.per hoc apparet ſol.qõnis que mouetur nec
ſoluitur infra de ſpon.l.ſufficit.Iſta ſunt vba ſua.hoc ſe
cūdo caſu tenet ergo indiſtincte ꝙ requiritur certiorató
in procuratore.Glo.in.§.ſed ego diſtinguit iudicia a ne
gocijs in iudicio requiratˀ in ꝯctibus nō idem glo.i.c.mã
datum de procu.Pe.⁊ cy.in his que pñt fieri i ſine ꝯſen
ſu dñi.vt ego poſſum emere funduꝫ dñt fieri debere cer
tiorationem.⁊ procuratoris ⁊ aduerſarij in his que fa
cturus erat ꝯtemplatione dñi. Si võ nō poterant fieri
ſine ꝯſenſu dñi vt alienatio rei ſue. vel obligatio dñi ꝓ
curˀ.nō eſt cerciorandus.ſed aduerſarius qd̃ nō procedit
ſimplr̃.vt.s̃.dixi.Bar.ſy.diſtinguit inſtitorem ⁊ habē
tem mãdatum ad certam pſonam vel reſpectu certe ꝑ
ſone ad ꝯhendum cum aliquo ⁊ in his requirit certiora
tionem al's võ procuratori ſimplici nō requiritur certifi
catio.quia non habet quem certificet.vt.s̃.dixi Bar. ⁊
Bal.nō diſtinguūt iudicia a ꝯtractibꝰ. ſed dicunt ꝙ ꝓ
curˀ.ad certum iudicem vel locum vel pſonam vel etiaꝫ
i generali quo ad eos cum quibus aliqd cepit gerere re
quiritur certificatio alias non.Addit Bar.niſi veriſili
ter ſcire poſſet debitorˀ cum quibus poſſet agere. quia
deberent certificari ut ſupra dixi Innocen. ⁊ hoſtien.
i.c.quidaꝫ ⁊ dy.in.l.ſi pr̃ de ma.vin.dicunt ꝙ in his in
quibus nullus leditur nō requiritur certificacio al's ſic.
qd̃ ſupleñ.eſt ſi poſſet al's nō prout dicit bar.⁊ .s̃.tetigi
ita ꝙ nō replico ꝑ que pꝫ nō procedere ſimpliciter opy.
Jac.de bel.dicam ergo in ħ vt.s̃.Tercio caſu qñ ꝑ ali
um nolo mihi querere dicit ipſe lꝫ quis miſerit nūciuꝫ
vel epl'am vel procūr.licitū eſt penitere nec exigitur cer
tioratio vt.ĩ.de acqui.hered.l.ſi quis mihi bona .§.pl't.
Rnſo ⁊ de diuer .l.ſi penituerit ⁊.C.de repudijs.l.licet
⁊ eſt ratio.qꝛ quotiēs nulli preiudicium generatur reuo
catio debet conſiſtere i mera ⁊ pura volūtate inſti.man
dati.§.recte ⁊.ff.pro ſo.l.ſꝫ ſi ſocius.i.⁊.l.actiōe.§.labeo

cū ſimilibus ſuis ſuperius allegatis in hoc membro cō
cordat cū dy.⁊ iſtud poteſt capi ſub vbis Inno.⁊ dy .⁊
bene dicit.Quarto caſu qñ volo impēderˀ donū vel gra
tiam lꝫ ſit miſſus nuncius vel epl'a licitum eſt mittenti
peniterˀ nec requiritur certioratio.ff.de ma.vin .l .ſi pr̃
ij.⁊.iij.rñſo ⁊.d.l.qui abſenti i pn.⁊ d̃ acqui. re.do.l.pl't.
i pn.⁊ pro hoc facit glo.i.d.l.illud.C.de ſacro.cc.⁊ tex.⁊
glo.de ac.⁊ obli.l.cōſenſu.⁊ eſt ratio qꝛ requiritur inter
uentus pſone medie vere vel ficte pſtantis miniſteriū
⁊ ideo tacite ⁊ expreſſe ſine certioratione reuocatˀ man
datum de dona.l.ij.§.pecuniam ⁊ de do.inter vi.⁊ vx.l.
ſed interim.§.idem marcellus ⁊.§.ſi vxor.hec ratio.nō
placet ex predictis. Sed quid ſi vult aliqs gratiam
vel donum impendere nō per nūcium vel epl'am vel ꝓ
cūr.ſimplicē ſꝫ per cū in quem eſt dominiū trãſlatum
dic vt.s̃.de condi.ob.cãm.l.ſi pecuniam.§.i.⁊ .ij. vbi de
hoc.nam aut conceſſit ei ſimplex miniſterium aut i euꝫ
tranſtulit omnem poteſtatem ⁊ ius ſibi competēs i to
tum.Iſta ſunt verba ſua que ſiquis bene conſideratur
excepto eo quod dicit de nūcio reducūtur ad verba.In
noc. Et qꝛ in hac mã ſunt varie opy.⁊ reperi. dñm.
Bal.cōcor.cum his q̃.s̃.termi.tam in nuncio ꝙ̃ in pro
curatore i.l.mandatū.C.eo.in.Tertia .q .ió eius verba
ponam ad litteram que ſunt iſta.Tertio queritur nun
quid ſit neceſſe ꝙ reuocatio perueniat in noticiam eius
cuius intereſt cy.pone hic dy.Ja.de are. ⁊ pe.⁊ reſidēt
in petro tãꝙ̃ in firma petra ſm.cū ſic dicēs.Aut loqui
mur de reuocatĩ.effectu iter geſtorē ⁊ dñm.aut inter ge
ſtorem ⁊ contrahentem. Primo caſu non preiudicat
geſtori ignoranti vt.ff.eo.l. ſi mandaſſem. Secundo ca
ſu aut iteruenit vt nūcius ⁊ nō eſt neceſſaria certificatio
qꝛ nihil agitur cum ipo.ſed ꝑ ipm in pſona dñi.vt.ff.de
ma.vin.l.ſi pr̃.aut interuenit tãquã procūr.⁊ ſic tãquam
fundator actus q geritur.⁊ tūc aut adeſſe actꝰ requiritˀ
ꝯſenſus dñi ad trãſlationem dñij ⁊ nō valet actuſ vt.ff.
ſi cer.pe.eius qui i prouīciaꝫ.§.quaſ aūt ⁊.l.ij.§.ſi qs do
natĩ.ff.de dona.⁊.l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum.ff. de cōdi.
ob.cauſam. aut actu nō depēdet eſſentialiter a domino
ſꝫ a procuratore ſicut eſt cōtrahēdi tunc valet actꝰ etiã
in preiudiciuꝫ reuocantis.qꝛ hꝫ ſua eſſentialia.vñ ē actꝰ
obligare valens ſm Pe. Sed contra id quod dicit
de nūcio eſt glo.ar.in.l.i in fi.ff.de contrahen.emp.⁊ ſi
dicatur ceſſat ꝯſenſus.ergo non valet actus reſpondetˀ
ꝙ nō tantum ratione conſenſus quaꝫ ratione doli.quia
fingitur ratione doli durare conſenſus. ⁊ hoc eſt hodie
expeditum ꝙ ſi nūcius ad reſignañ reuocetur ignorante
vꝫ reſignata bñficij.i manu ſupiorˀ facta vt i.c.i.d̃ renū.
in cle.quod puto verum ſi iſta reuocatio fuit facta quo
caſu etiam debēt puniri qui facit inſtrumētum clande
ſtinum in alterius preiudicium vt nō.hoſti.ex̃.de fide in
ſtru.c.i.in glo.magna in.ṽ.item nō.cum officiū tabellio
nis ⁊ licet opy.pe.eſſet vera de rigore hoc obtinere dꝫ
de equitate.Item cōtra id quod dicit de procuratore in
tranſactione dñij videtur.l.expreſſa.ff.de publi. l. ſi qs
prohibu.Sed rñdēdum ē ꝙ ibi mandatum tranſiuerat
ad obligationem irreuocabileꝫ ⁊ ideo nō poterat reuo
cari.quia traditio erat neceſſaria fieri. Ego dico ꝙ aut
reuocatio erat alteri captioſa.⁊ tunc nō tenet reuocatio
facta notificatione reuocationis ar.ff.de act.emp.l.i.in
fi.vt talis reuocatio nō eſt captioſa ſed impedit ſolum
lucruꝫ nō autem minuit patrimonium ⁊ tunc tenet re
uocatio de ſuo ar.ff.de his que.in frau.cre.l.vel ca que
autem cum ſy.bal.de nūcio etiaꝫ tangit in. C. d̃ furtis.
Ex quo poſſumus ſic colligere.Aut loquimur in nūcio

vel epl'a tūc ſꝫ Inno.⁊ alios multoſ indiſtincte nō exigitur certioꝛatio ſm glo.⁊ mc.idem eſt i ꝓcuratoꝛe aut loquitur in pꝛocuratōe reuocato.tunc quo ad ꝑiudiciuꝫ reuocātis vbi omneſ ignoꝛarunt.ſunt opiniones.vt.ſ.dixi.aut ad ꝑiudicium reuocati ⁊ nō nocet indiſtincte qn detur actio mandati ad intereſſe.aut quo ad ꝑiudicium alterius ſiue aduerſarij.⁊ tūc aut tacite reuocatur vt impediatur ⁊ ñ requirit' rl'r certioꝛatio ubi nō ē qd iputet' alias ſic vt.ſ.dixi.Fallit fauoꝛe libertatis.⁊ in pijs cauſis.It̄ fallit in his ad que tenetur ð neceſſitate.Itē fallit in his q̄ licꝫ mādentur inter viuos irreuocabilem tñ̄ effectum ſoꝛtiūtur poſt moꝛtem.Itē fauoꝛe liberationis debitoꝝ ſoluētium.vt.ſ.dixi. Aut loquimur i exp̄ſſa reuocatione.⁊ tūc aut lederetur quis ꝑdendo lucruꝫ qð ab alio nō eſſet facturus.⁊ nō requiritur certioꝛatio.fal. in renūciatōne beneficij i cle.vnica de renūc.rō eſt vt.ſ.dixi.Aut lederetur ꝑdendo lucrum qð ab alio facturuſ erat ſi nō facta eſſet reuocatio.vel dānuꝫ patiendo lederetur ex reuocatōe.tūc vbi ē aduerſarius certus l' iudex certus vel locū certus qui poteſt certificari vel veriſil'r ſciri poteſt qui poteſt ledi.Si nō fiat certioꝛatio.⁊ tunc erit fienda.fallit i cōcernētibus ꝯtrctum vel diſtractuꝫ matrimonioꝝ.rationeꝫ.ſ.aſſignaui.Si v̄o pꝛedicta ceſſant q2 nō poteſt fieri nō eſt qui certioꝛetur. nec locus certuſ nec iudex nec aduerſarius.tūc in his que vigoꝛe mādati fieri pñt p pꝛocūr.ꝯ inuitum.vt in exactione debitoꝝ vl' defenſione cāruꝫ requiritur certioꝛatio indiſtincte ſm meaꝫ opy.p.l.vnicam de ſatiſ. q2 nil eis poteſt imputari. In his v̄o que aduerſarius ſeu ꝯhens nō facit inuitus.tūc nō requiritur certioꝛatio.q2 ē quid ꝯhenti ipute tur.l.qui cum alio ð reg.iur.⁊ ita vr̄ ꝯcludenda hec mā̄ Tutū tñ̄ eſt in ꝓcuratoꝛe generali qui reuocatur ſeruar' foꝛmā.l.ſed ſi.§.de quo palā.j.de inſtito.Sed qd ſi dñs de reuocatōe faciebat certioꝛationē.⁊ p alium fuerit impeditus.tūc ſiue per aduerſarium vel tñ̄ qui leditur ſiue alium videt' ꝙ valeat reuocatio.ꝑinde ac ſi veniſſet ad noticiam.q2 nō eſt qd imputetur pꝛobat' clare p.cle.vnicam de renūc.ſi quis ꝯſiderat iſtum tex.⁊ tūc vr̄ eadeꝫ rō que in reuocatōe tacita ubi nō exigitur certioꝛatio.qa nō eſt qd imputetur.⁊ tūc i caſibus i qbus fallit i reuocatione tacita.Et iſto mō habemus ꝯcludere hanc difficillimā vtiliſſimā. ⁊ quottidianā mām̄.vt ex ꝑdictis patet ſubmittens me tñ̄ coꝛrectioni.Et pꝛedicta ſufficiant p.d.Sauguranuꝫ de nigris Ianueñ.I. Vtriuſqꝫ doc. famoſꝫ.

**Si qs mihi.** Mādatum vt edificeꝫ in meo ad tui vtilitatem inducit actōem mandati.h.d.detracto quod ſuū ē factū ꝑcio ſuo.In tex.ibi rauene de padua fit mētio i.l.fi.de cenſi.de caſtro pomerij quod eſt in apprucio tex.facit mentioneꝫ in.l.cui pcō.j.ð ſer.expo.de ciuitate venixij q̄ eſt apublia fit mētio in.l.hr̄des mei in ꝑn.j.ad treb.de ciuitate ferrarie q̄ eſt in lombardia fit mētio in.l.lucius.§.ſi qs de le.ij.⁊ in.l.defuncta. §.fi. ð vſufr. de ciuitate capue fit mentio in.l.cētuꝫ capue.ſ.de eo.quod cer.lo.⁊ in multis.ll.illius tituli ⁊ i.l.q quattuoꝛ.c.vx.de le.iij.de duratio quod ē in apulia fit mentio in.l.igr̄.ſ.ð exerci.de venetijs fit mētō in.l.vx.§.legauerat ð le.iij. Nō.ar.pꝛo ſcolari ꝙ expēſas vtil's domi facere poſſit de penſione.ſed vtiles ſue pſone tantuꝫ. puta cū ſtudij fecit fieri vnā feneſtrā aptā ad ſtudiū hoc dꝫ facere ſuis expēſis ⁊ facit.j.de via.pu.l.ediles.Bal.

**Si mandauero.** Actio ſuperueniens pendēte iudicio ex cā de ꝑterito ꝓdeſt actoꝛi ad ꝯdemnationē re.h.d.Et de mā̄ iſtius.l.habuiſtis in.l.ſi rē. §.fi.ſ.de pig ac.videbitis i.l.non pōt.ſ.de iudi. Bal.

**Qui patitur.** Iſta.l.nō ſumat' quia breuis ⁊ eam declara vt in glo.⁊c̄.Bal.

**Seruus.** Ex facto ſerui nō dꝫ cogi dñs ſeruū recipere quem ſeruū voluit dominus in perpetuum alienare h.d. Bal.

**Ex mandato.** Mandatarius non debet ſentire lucruꝫ nec dānum.h.d. Bal.

**Cum mādato.** Si mādato tuo ꝓ alio fideiubeā non ꝯpetit mihi contra illum actio mandati niſi vtriuſqꝫ mandatū intuitus fideiuſſi.

**Si mandauero.** Fideiuſſoꝛ ſoluens pꝛo reo ꝑncipali agit actione mādati ſm foꝛmaꝫ fideiuſſionis nō ſm foꝛmaꝫ ſolutionis.h.d. bal.

Addi. Bal.

Si tibi mādauero. Iſtud ꝑn.foꝛtitē facit ꝙ i obl'ione an̄ dieꝫ nō ſit nata actio quð tetigi.ſ.ſi cer.pe.l.certi condictio ēt ſi qs velit dimittere interuſurium medij tempoꝛis nō pōt ante diem ager' ⁊ iſtud eſt in tempoꝛe cōuētionali ſed i tempoꝛe legali qð dat' miſerationis cā dic vt.j.ſo.ma.l.ſi cōſtāte §.quotiēs.In glo.que .vl'. nō dꝫ dicere nihil quia tūc nō tenetur fideiuſſoꝛ.ſed debet dicere nunc ſm.riꝫ.⁊ cy.in addi. In glo.ſi mandato l.cum pꝛeſcrip .ꝙ pꝛo intellectu. l. qui bis idem. ff .de verbo.ob.barto.⁊ fa.j.de fideicom.li.l.is qui ex cauſa ⁊ de conſti.pe.l.iteꝫ illa.§.qð adicit' ⁊ de ca.pe.l.pr̄.

**Interdum.** In glo.ma.ibi pꝛodeſſe poteſt ⁊c̄.nō.ex hac glo.ꝙ iſtud intereſſe ꝑꝑ pꝛeſcrip.dꝫ a iure conſiderari ſed contra no .i.l. qbus hic alle.vbi glo.dicit tale intereſſe debere cōſiderari ⁊ illa eſt vera ⁊ ē caſus i.l.pater q caſtrēſe i fi.j.de ca.pe.Circa quod vide qð nō.in.l.ſi.dam?.j.de v̄.ob.dixi de hoc.ſ.de pac.l.

**Si hi.** Valet mādatū de re mea emenda actio de iure vendēda.h.d.Pꝛo declaratione §.vide qð nō .Cy. C.ſi ſer.exte. ſe.man. emeñ. l.i.in pꝛima op. Bal.

**Julianus ſcribit.** Mandatum pꝛo emenda re que eſt pꝛo parte mādatarij valet ⁊ tenet.h.d.Iſte tex .eſt ar. ꝙ quādo res vendit' ꝑ modum ſubaſtatōnis ille cuius res eſt poſſit ſe interponer' ad emendaꝫ.

**Is cuius bona.** Ille qui retinet ea que ſunt iuriſgētium habet actionem ciuilem.h.d.Nō.caſum iſtius §.facit.l ſi metū ⁊ qð ibi nō.j.ð re.iu.Iſte tex.ñ repit' ita clare alibi ⁊ d.cy.declarat ipſum ēt ꝓ in addi.⁊.ſ.de iuſti.⁊ iur̄.l.i.in iij.lec.⁊ ſic duplex eſt intellectus.vnus ꝙ fuerūt publicata bona itegro ſtatu perſone alius ꝙ nō itegro ſtatu perſone vt i depoꝛtato vt.ſ.de capi.di l.tutel'.§.ſi libertatem. Nō.ꝙ ſnīa publicationis nō poꝛrigitur ad bōa futura facit quod nō.C.de iu.fi.l.foꝛma.li.xi ⁊ addequð nō.in.l.i.C.de ꝑui.fi.Circa hoc vide bonuꝫ tex.i.l. eius qui.§.p.ff.de teſtamen. Et aduerte ad hunc tex. nā vides in hoc tex.ꝙ in publicatione non venūt niſi bona que quis habet tūc cuꝫ bona publicant' nec trahitur ad bona poſtea queſita idem habes i.l.is qui.§ pe.

ꝟ.de teſtamē.

Addi. Bal.

Is cuius. In generali publicatione non ueniunt
futura.hoc dicit ſecundum vnum intellectum vel aliter
deportatus acquirit ſibi ac.ex cōtractu iurḡētium. h.d.
ſm alium.ꝛ vide qd̄ nō.Cy.i.l.ij.C.de bo. pſcrip.ꝛ dy.
i.l.ſi deportati ſeruo.ꝟ.de le.iij.ꝛ qd̄ nō.ꝟ.de reg.in.l.ca
ſola ꝛ adde quod nō..ꝟ.ſo.ma .l. ſi maritus maius ꝛ de
op.li.

**Si tibi cētum.** Ille qui cōmittit rem
i vſuꝫ ſuū cōtra formaꝫ
mādati ēt furti tenetur.item qs nō poteſt ſe ipm elligē
h.d. Nō.ex hoc tex.in fi.ꝙ quis nō poteſt elligere ſe ip
ſum de quo hēs in.c.cum iniuř de ellec.facit qd̄ uidebiſ
in.l.plane quod cu.uni.no.iſtum. §.declara. vt in glo .ꝛ
bene quā nō.ꝛc̄.

Addi. Bal.

**Si tibi.** ſi procurator.pecuniam dn̄i in vſus ſu
os cōuertit ꝯ domini volūtatem tene
tur mandati ꝛ furti.ſed ſi in euꝫ fuit trāſlatum dn̄ium
ſolū mandati tenetur.h.d. Et allegatur iſte.§ .ꝓ cāu
ꝙ ſi papa vel capl'm cedat ptāteꝫ alicui eligendi aliquē
ep̄ꝫ ꝙ nō poſſit eligere ſe ipm ꝛ hoc tꝫ gl.in.l. plene.ſ.
ꝙ cu.uni.no.gui.de cu.in.l.fi.de offi.pto. Sed qd ſi da
ta ē electio tribus nūquid pn̄t vnū ex eis elligere dic ꝙ
ſic.vt nō.in.d.l.plane ꝛ idem ſi duobus ut ibi nō.p gui.
de cu.Item an executores teſti poſſint ſibi ipis ſoluer
ꝛ dic ꝙ nō.ff.de ali.ꝛ ciba.le.l.alimēta.§. baſilice.ꝛ de
ṽbo.ob.l.doli clam Ray.ꝛ.vide circa hoc quod nō.in.l.
aptiſſimi.C.de iudi.ꝛ de duabus. q .precedētibus vide
quod nō.in.c.cū in iare de elec.ꝛ de inſti.l.fi.ibi cui vel
les.nō deſtinata perſona .Et eſt ar.ꝙ ſi capl'm cōmiſit
vni canonico ꝙ eligat platum queqꝫ vult ꝙ ex iſto arbi
trio lꝫ altero poteſt eligere ſe ipm ſm Mar.ſy.i addi.
Item ē ar.ꝙ cōmiſſarij ad pias cās nō pn̄t diſtribuē ſi
bi ipis.ꝛ vide quod nō.Ja.de are.ff.de le.i.l.quid teſtō
§.ſi ſcriptus.

**Si mādauerim.** Si mandaui ſeruo
tuo vt pecuniā quā
tibi debebaꝫ ſolueret ſi qdem nō fuit mutuatus pecuni
am noie meo licꝫ pecuniaꝫ mutuataꝫ in dn̄i rationibus
ſcripſerit quaſi a me acceptaꝫ.ego non liberor.nec tibi
dn̄o mādati teneor.ſecus ſi illaꝫ pecuniaꝫ acceperit mu
tuo meo noie.h.d. Bal.

**Si curator.** Eis ad quos ſpectat actio da
tur mādati ſi mandatū inter
ceſſerit.vel actio neg.geſt.ſi eorum ꝯtemplatione geſtū
eſt alr̄ hꝫ locum actio in factum.h.d. Vel ſic curatō da
tus bonis tenetur his ad quorum inſtantiam datus eſt
actione mandati reliquis teneť actiue in factuꝫ.h.d. Et
eſt ar.iſte tex.ꝙ inter tutorem ꝛ curatorem ad ſuā inſtā
tiam datū cōpetat actio mādati.

**Sicut aūt liberum.** Ille qui man
datum ſuſce
ptum nō implet vel i tempeſtiue renūciat actiōe man
dati ad intereſſe tenetur niſi iuxta cā ſe excuſet. h.d.vſ
qꝫ ad.l.inter cās. In tex.ibi aut ſi nō ꝛc̄.:ſcꝫ mandās re
nūciauit mō predicto.

Addi Bal.

Volūtarium eſt a pn.mādatum ſuſcipere.ſed ſuſce
ptum neceſſariū eſt impl'e niſi ne integra renūcietur.vl'
iuſta cā interueniat.h.d. Nō.quod mandatum ſuſce
ptum poteſt renūciari ex cā ꝛ ꝙ renūciatio.dꝫ fieri tpe
cōgruo.h.d.tex.ad hoc nō.Bal.

**Inter cās.** mādatum morte ꝯmādantis
finitur effectus āt mādati
nō ſi mandatarius ignorans i pleuerit.hoc.d.vſqꝫ ad.§.
abeſſe. Bal.

**Abeſſe.** Abeſſe ei qui ſuuꝫ debitorem delegat
his debitor ſoluēdo nō ſit.h.d.i tex.ibi
adeſſe.Inducitur iſte tex.per bal.i.l.ſi debito.c.de bōis
aucto.iudi.poſ.ad.q.de mercatore q acceptauit litteras
cambij ꝛ poſtea aufugit ad hoc vt agat ꝯ reum ꝓ quo
fideiuſſit.In glo.mag.ibi ſi tn̄ fuit ſciens. Nō.iſtā glo.
ꝙ recipiēs debitorem nō idoneum ita demum videtur
eum approbare ſi ſciēṫ.recipiat ꝛ iſtā gl. approbat dy.
licet cōtrarium no.ꝛ male.ꝟ.de fideiuſ.l.iij. Circa ꝙ vi
de ꝙ habuiſtiſ nō.c.ſi quis i ius uo.nō ierit.l.i.ꝛ ibi dixi
ꝙ nō.ꝛ tene menti ꝛc̄.

Additio. Bald.

Qui aliqueꝫ admittit illum approbare videť tanꝙ̄
idoneuꝫ.h.d.l' ſic fideiuſſor habet ac mandati ſi diligat
venditori debitoreꝫ ſuum ꝛ nō ſoluēdo.h.d. ibi debitor
qualiſcūqꝫ etiam nō exiſtens ſoluēdo ꝙ eſt no.hoc tn̄ d
bet intelligi qn̄ eſt capax obligatiōis ſecus ſi non ſit ca
pax obligatꝫ.vt.ꝟ.de fideiuſ.l.qui ſatiſdare ibi nō fuit ꝛ
propterea nō videbať abeſſe nō.ar.ex iſto tex.ꝙ eo ip
ſo cui admittit aliquē in fideiuſſoreꝫ accuſari vel iudex
admittit aliquem in fideiuſſorem accuſati vel iudex ad
mittit aliquem in fideiuſſorem tutorū pre.umiť ydone⁹
ꝛ probatuſ.in glo.eo ipo ibi ſciens.Sed glo.que eſt.ꝟ.d
fideiuſſ.l.ij.dicit .ꝙ non intereſt ſiue ſciens ſiue igno
rans ibi dum dicit maxie.ſi dn̄s dy.dicit iſtam ṽioreꝫ ꝛ
illam falſam cy.in addi.ar.ꝟ.de re iudi.l.quidam cōſule
bat ꝛ vide ꝙ nō.i.l.ſi is a quo vt in poſſ.le.Bal.

**Si is qui.** Si aliqs volens donare fideiuſſo
ri creditorē apud quem fideiuſſit li
berat ſtatim fideiuſſor agit actione mādati ꝯ reum pnci
palem p quem cōſeqtur illud ꝙ ſoluit vere vel ficte. h.
d.vel ſic fideiuſſor repetit ꝙ alius pro eo vere vel ficte
ſol.h.d. Nō.hic liberatio.ꝛ ſolutio ſūt paria.

**Mandato.** Fideiuſſor ſoluens falſo procura
tori creditoř nō hꝫ actionem man
dati.h.d.

Addi. Bal.

Fideiuſſor ſoluens recipiat a reo ſedſi erat procura
tor falſus repetit ab ipo procuratore.h.d. Et vide hoc
oio.c.i nr̄a d.pcura.vbi nō.g.qn̄ fideiuſſor poſſit omitte
re exceptōem procuratoreā.

**Non omnia dam.** Damna caſu fortui
to cōtingētia domi
nus procuratori emēdare nō teneť.h.d. In gl.fi. Nota
hanc glo.que dicit iſtum.§.loqui de rigore iuris non tn̄
debet ſeruari de equitate.Alij vero dicūt iſtuꝫ.§.habe
re locum nō ſolum de rigore ſed etiam de eqtate ꝛ cu
rialitate de quo dic per cy.i.l.qn̄ multa facinora.C.ad
l.iul.de ui.ꝛ de hoc dn̄s Jo .faſcioli de piſis ponit pul
crā diſtinctionem i.l.ſi ſeruus.§.ꝙ nō mādati.ꝟ. de fur
tis ꝛ ibi ponit. Quid de ambaſiatore ſpoliato vtruꝫ dā
nū debeat ſibi reſarciri ꝛc̄.h.d.ſm additionem nouam.

Addi. Bal.

Damna fatalia ꝯtingentia etiam ratōne officij vel
occaſione officij nō redundant in dominum.h.d. Et cot
tidie allegatur vel ſic dominus nō emēdat procuratori
damna fortuito caſu ſibi contingentia.h.d. Non furto
ſi procurator a latronibus dū ibat pro factiſ domini ar.
.ꝟ.e.de condi.ob.cauſam.l.pecuniam.§.fi. Langore
.i.infirmitate rogauerit puta in medicis. Ꝯ porꝫ ga

mandatum non ordinabatur nec tendebat ad iſta ſed
proceſſerunt ſimpliciter a caſu et a forma. Magis
caſibus hec rõ eſt quia ſemp iſpicienda eſt rõ magis ꝓ
xima dãni ar.j.de euic.l.ſi ſeruus.§.fi.ꝛ.ſ.de mino.l.ve
rũ.§.item nec reſtituit᷑. Item iſpicimus cãz proximaz i
priuilegio pſonaili an tráſmittatur ad aliũ vl᷑ nõ ut nõ.
p dy.j.de reg.iu.l.in omnibus ꝛ.eo.c.priuilegium li.vi.
In.gl.alia ibi nũm.i.re.tu dic ꝙ ſecus eſt i ſociꝭ q̃ i ꝓ
cur᷑.ꝛ dño ex eo ꝙ aut eſt ſocius omniũ bonoꝝ.ꝛ eſt cõ
mune periculũ.aut vnus rei.ꝛ tũc illa re piculum ſociꝭ
eſt.vt in procũr.ſecus vbi dñs de eo caſu cogitaſſe non
preſumit᷑ ꝛ p conſequens d caſu ſe obligaſſe nõ vr᷑ ſm
cy. Ult. ꝛ cy.in addi. Ray.hic dicit ꝙ dictum gl.eſt
vum.ſed ratio falſa.qꝛ frater fratri talia nõ imputat. ſꝫ
ibi rõ eſt.qꝛ nã ꝯctus hoc poſtulat.qꝛ ſi ſũt ſociꝭ omniũ
bonoꝝ dãnum dꝫ eſſe cõe ſm eum.ꝛ facit.l.cum duab⁹
§.p ꝯrium. De curialitate vr᷑ ꝙ hec glo.ſit vera p.l.
placuit.C.de iudi.tu dic ꝯ.qꝛ hec equitas nõ eſt ſcripta.
vñ nõ ꝓualet iſti.§.vbi eſt ius ſcriptum. Ray.ꝛ adde ꝙ
nõ.glo.ꝛ doc.l.i.C.de legi.Cy.dicit ꝙ iſte.§. dꝫ ſeruari
ꝛ ita nõt.ipe.C.ad.l.iul᷑.d ui.l.qñ ꝛ hic in addi. Iſta
qõ fuit de facto i ciuitate puſiꝭ in quodam ambaſiatore
q fuit captus i itinere ab inimic.ꝛ ſe redemit. ꝛ fuit ſibi
ſeruata curialitas iſtius gl.Ego dico ꝙ aut directe mit
tebatur ad loca piculoſa.ꝛ ita ꝙ mãdans poſſet cogitar᷑
ꝙ hoc defacili poſſet euenire.ꝛ tũc etiam de iure dꝫ fie
ri emẽdatio.aut nõ mittabatur ad loca vel p loca piculo
ſa.ita ꝙ de hoc nõ potuit prouideri.ꝛ hꝫ tunc locum. §
nr᷑ ar.i dicta.l.ſi pecuniam i fi.de condi.ob cãm.ſ. ꝯmo.
.l.ſi vt certo.§.ſed iterdum.ꝛ de iſta queſtione nõ.i ſpe.
de iudi.§.ſpãlia v.illud aũt ꝛ.v.ſe.ꝛ bar.in.l.ſi ſeruus cõ
munis.§.quod nõ.j.de fur.Io.an.i.c.ſignificãte ex d pi.
Inno.tangit i.c.ſicut de iuriur᷑. Ex quoꝝ oium dictis ꝛ
ex quodam ꝯſilio coll᷑.paduani quod uidi.dũ haberẽ iſtã
qõem de facto.ego cepi talem diſtinctionẽ.qꝛ aut amba
ſiator procurauit ambaſiatã.ꝛ mittens nõ tenet᷑ dãnum
emẽdare.qꝛ eſt eadẽ rõ que in procũr.vt hic niſi d curia
litate vt hic nõ.facit.ſ.ex qui.ca.ma.l.ꝛ q data opa ꝛ.j.
excu.tu.l.tria omnia i affectata.ꝛc.aut nõ procurauit.ꝛ
tũc aut dãnum ꝯtingit ſine delicto alicuius.aut cuꝫ deli
cto.ꝓmo caſu puta naufragio ꝛc.aut ambaſiator fuit in
culpa ordinata ad caſuꝫ.ꝛ tũc nõ debet ſibi emẽdari vt
.l.ſi vt certo.§.iterdum ꝛ.l.i rebus.§.i.cõmo.aut rõ fuit
i culpa.ꝛ tũc aut dãnum ꝯtingit rebuſ ſupfluis nõ neceſ
ſariꝭs ambaſiate.ꝛ nõ debet ſibi emendari.vt.l. ſi ſeru⁹
§.ꝙ nõ.v.h ita puto.j.de fur.aut in aliꝭs neceſſariꝭs ꝛ
tũc debet ſibi emẽdari ar.l.pro ſoci.l.cum duobus.§.ꝛ ã
nã ꝛ.§.quid ſagariã. Si vo dãnuꝫ ꝯtingit de lucro al
terius.ꝛ tũc aut ambaſiator fuit in culpa eundi p loca pi
culoſa.ꝛ nõ dꝫ ſibi emendari ut.ſ.dixi alio mẽbro. aut
nõ fuit i culpa.ꝛ tũc aut dãnum fuit ſibi illatuꝫ pp inimi
cicias mittentis ꝛ in ſui iniuriam.ꝛ debet ſibi emendari
aut pp inimicicias ipius ambaſiatoris.ꝛ in eius iniuriã
ꝛ tũc ſecus.vt.l.ſi merces.§.culpe.j.loca.ſo.ma.l. in his
in ꝓn.aut ꝯtingit ex alia cã forte cã lucri latronum.ꝛ tũc
aut ambaſiator hꝫ poteſtatem agendi de facto ꝯ latro
nem ſiue delinquẽtem.ꝛ debet ꝓmo agere ꝯ eum qui ẽ
ſibi obligatus ex delicto.q̃ cõtra eum q eſt ſibi obliga
tus ex cõtractu vt.l cum plures.§.veſtimẽta.j.loca d p
ſcrip.v.l.ſi tibi rem. Aut nõ hꝫ ptãtem agendi de facto
ꝯ latronem ſiue delinquẽtem.ꝛ debet ſibi dãnum emẽ
dari vt dicto.§.damna.ꝛ.§.qdam ſagariã. Nõ ob.
iſte.§.qꝛ hic loqtur in ꝓcur᷑.cuius offm̃ eſt volũtariuꝫ vt
ſ.eo.l.maiꝭ.§.ſicut i ambaſiatore ẽ neceſſariũ qa mun⁹
eſt publicum vt.l.i.§.i.de mu.ꝛ ho.lꝫ aliquãdo ſalarium
pcipiat vt.l.muneꝝ.§.legati.e.ti. Roſellus de arch. de
hoc p bal.i reptoriꝭs alphabeti i lr᷑a a i qõne que incipit
ambaſiator. Quõ qd eꝯ ſi aliquid eis donat᷑ dic vt
nõ.g.ꝛ guil.i.l.q ꝓprio.§ procũr.vt i ceteris.ſ. de procu
ra.ꝛ g.in.l.p.j.de re.du.ꝛ cy.i.l.fi.C.de fur.ꝛ p Io.an.in
.c.a coll᷑one de ap.li.vi.i circa finẽ. Itẽ nõ.ar.ex iſto
§.ad.q.que poſſit cottidie venire de facto. Pone ꝙ dũ
aliqs eſt ptãs in ciuitate iſta.ꝛ hꝫ equos in ſtabulo caſu
fortuito pierũt vel vnus vel plures. Modo queritur an
ptãs habeat regreſſuꝫ ꝯ cõe.ꝛ ẽ hic ar.ꝙ nõ. cy. i addi.
Idẽ vr᷑ in equis ſtipendiarioꝝ ſi moriunt᷑ i ſtabulo .ſi ãt
i bello dic ut nõ. Inno.de iuriur᷑.ſicut ibi videas ñ ſint
extimati p cõe.qꝛ extimatio facit tranſire piculũ ut nõ.
j.loca.l.iiꝭ.ꝛ.ſ.cõmo.l.ſi ut certo.v.ꝛ ſi forte p gl.ꝛ guil.
ꝛ nõ. Bal.

## Sed cum ſeruus.

Iſte.§.nõ.ſummatur quia breuis.ꝛ ideo iſtum.§.declara optime.vt in gl.ꝛ bene quaꝫ
vide ꝛc.

Addi. Bal.

Si ſeruus emptuſ mãdato alterius dño fur.fecerit
dñs ignorans tenetur noxali ſi ſciens tenetur inſolidũ
vbi eum certiorauerit.

## Si quis.

Alicui nõ.ſummat᷑ quia breuis eſt ꝛc.

Addi. Bal.

Qui mandatũ ſuſcepit debet implere ſi põt ꝛ ſi nõ
põt.dño nũciare debet alias.ad intereſſe tenetur.h.d.

Nota ꝙ mãdatarius tenetur implere mãdatuꝫ vel
denũciare dño ſe nõ poſſit implere. Iteꝫ nõ.ꝙ impotẽ
tia excuſat ꝙ facit ad excuſationem ſindicorum qui per
impotẽtiam nõ denũciauerũt malefi.facit.ſ.e.l.idem
qꝫ.§.ſi ignorantes.

## Si ſeruũ.

Mãdatum poteſt᷑ cõferri p⁹ mortem mandatoris ꝛ ex penitentia
reuocari ꝛc. Bal.

## Qui mandatũ.

Mãdatum ſuſceptum debꝫ impleri nec poteſt
ei renũciare niſi iuſta cauſa interueniẽte.h.d.

## Morte quoqꝫ.

Sicut mortꝭ.mandãtis finitur mãdatum ita morte mãdatariꝭ.h.d.Et iſtum.§.declara optime vt i gl.fa
cit.j.de cura.fu.l.cuius bonis.

## Impẽdia.

Mandatarius impenſam bona fide factam repetit lꝫ .mandans
tantam impenſam non feciſſet.h.d.

## Si mandato meo.

Mãdatori ſunt cedẽde actiones
cõntra rem principalem qui eius ſolutione i dubio nõ
liberatur.h.d.cum.l.pap.

Additio. Bald.

Creditor agẽdo cõtra mãdatarium debet ſibi cede
re iura ꝛ ſi non poſſit cedere culpa ſua repellitur per ex
ceptꝭ.cedẽdarum.j.de ſol᷑.l.ſticũ.§.qui mãdato. Que
ritur hic vtruꝫ iſta ceſſio poſſit peti ex interuallo.poſt ſo
lutionem dic ꝙ ſic vt.j.l.prox.ſed quo iura repellat᷑ d
bens cedere.dicit cy.ꝙ per officium iudicis vt.l.ſi res.
j.de.le.i.ꝛ.j.de iur᷑ fi.l.in fraudẽ.§.qui ꝓ alio ſꝫ hoc eſt
verum vbi nõ ꝓcedit aliquis cõtractus iter creditorem
ꝛ eũ qui poſtulat cedi iura ſed vbi precedit ꝯtractus agi
tur ex eo contractu vt.j.l.prox.ꝛ dicta .l. ſtichum. §. ſi
mandato ſm cy.in addi.

**Papinia.** Iſta.l.nō ſūmatur q: ſummata eſt cum precedenti.§. In gl.ſua ibi.l.cum modeſtinus ⁊ ibi de hac materia plena per doc.⁊ per dy.i.l.marcellus.ꝗ.de fideiuſ.

Additio. Bal.

Mandatum ex interuallo pōt fieri ceſſio q: non videt' ſoluere nomine debitoris ſed proprio.vnde adhuc durat prima acc.⁊ ideo cedi poteſt ⁊ adde quod dixi.ſ.l.prox. In glo.ſi hoc fecit.ꝗ.de ſol.l.modeſtinus ibi loquitur i obligationibus pibus pncipalibus ut i pluribus cōtutoribus ⁊ correis in quibus ſeruatur diſtinc.illius.l. ſed i fideiuſſoribus mādatoribus.⁊ ſimilibus.quātūcūq; ex iteruallo fiat ceſſio valet qñ ſimpl'r ſoluerunt.q: magis noīe ſuo videntur ſoluiſſe vt.ꝗ.de le.i.ſi res i fi.de in rem v.l.ſi filius de ſol.l.ſtichuꝫ.§. ſi mandato.⁊ ibi nō. ſm cy.i add. Cōcluditur ergo ꝙ vbi ſoluerūt expſſo noīe.nō eſt differentia iter pncipales.⁊ acceſſores.ſꝫ ubi ſimpl'r ⁊ pſonaliter in pncipalibus diſtinguitur fiat ceſſio icōtinenti poſt ſolutōem.aut ex interuallo.ſed i acceſſorijs obligantur indiſtincte cedē quod tene menti.⁊ adde quod nō.ꝗ.de admi.tu.l.ſi plures. Sed quem titulum allegabit fideiuſſor cui ceſſe ſint actiones i libello Rndeo.ex empto ar.ꝗ.de fideiuſſ.l.cum his ⁊ de ceſſi.l.cuꝫ poſt ar.in fi.ſm Riz.malū.⁊ hoc eſt quod dicim⁹ ꝙ eſt in pcium cedendaꝫ.nā ubi pcium ieſt pacto vt.l.f.de pred. curialibus li.x.⁊ adde ꝙ nō.dy.ꝗ. de fideiuſ. ⁊ Ja.ꝗ.de pac.l.dñs ſticho. Item adde ꝙ nō. Inno.l.fi. in pn.de iuſ do.⁊.ſ.ō infa.l.furti.§.ſi quis alieno. Bal. in addi.ſua noua.

**Si fideiuſſor.** Si ideiuſſor ſoluat ignorans debitoreꝫ eſſe tutū ltia executiōe hꝫ actionem mādati.ſꝫ ignorantia ſit' ſupra.h.d. Nō.iſtud pncipium.⁊ circa pncipiū iſti⁹.l.vide ꝙ nō.gl.xxxiij.q.ij.c.ſi vgo.ꝙ nō.

Addi. Bal.

Obmittens exceptōem nō numerate pecunie l'pacti uel inutilis obligatōis a pn.ſed ſolutōis facte p reuꝫ nihilominus hꝫ regreſſum ꝯ pncipalem ſi obmiſit non putans exceptōem cōpetere niſi fuerit cercioratus p reum.h.d. Vſq; ad.v.idem tractari.ibi ponit caſuꝫ puerſum.⁊ dicit ꝙ fideiuſſor ſoluēs dꝫ hoc notificare reo pncipali.vñ ſi reus iterato ſoluit p errorem nō hꝫ fideiuſſō regreſſum ut cedat ſibi ius.i.ꝯdictionē indebiti.h.d. In glo.da exēplum.ut q: credebat reū ex interuallo rñdentem.tñ hoc exēplum ē falſum.q: ſi reus ſaltem ex iteruallo rñdeat nāliter obligat'.uñ fideiuſſō optie accedē poterit.vt.l.fideiuſſor obligari.§. fideiuſſor. pone ergo exemplū ſm Ja.de are.ſm.l.i.§.fi.qs ita de v.ob.⁊.l.is cui.c.ti.vbi reus nāliter nō obligat' Ray.vide ꝙ nō.gl. i.c.ij.ex de fideiuſſ.

**Non male.** Iſtum.§.nō.glo.vlti. ibi ſed cum tractat de dāno euitando.q: pōit pulcrā.obiectōem ⁊ nō.ſo.quā tene menti.

**Si cum debitor.** Si poſt ſolōneꝫ factam a reo debitore fideiuſſor iterū ſoluit ignorans debitorē ſoluiſſe ⁊ p ac. mādati ſibi ſuccurritur.⁊ ſibi imputat' quare fideiuſſorē de ſolutione nō cetiorauerit.h.d.

**Hoc idē.** Si fideiuſſor ſoluens nō certiorat reum de ſolutꝫ.⁊ reus ignorans poſtea ſoluerit.ꝯ reū actōeꝫ mādati nō hꝫ niſi.ipi fideiuſſori cedat ꝯdictio indebiti quā hꝫ ꝯ dbitorē.h.d. Bal.

**Quedam.** Nō imputat' fideiuſſori ſi obmiſit exceptiones que tractāt ō apicib⁹ iuriſ ſi tñ de vitate negocij diſputauerit.h.d. Nō.ex hoc tex.ꝙ ō apicibus iuris ſūt illa que magis reſpiciūt ſubtilitatem iuriſꝗ veritateꝫ facti vt habes ex hoc tex.

Et hēs hic glo.mag.q̄ circa exceptōes cōpetentes fideiuſſori plene diſtigut ꝙ dic vt i ca.ſed aduete ad hāc glo.q: glo.itelligit hūc tex.iquātum loqtur ō obmiſſiōe exceptōis procūr.quādo fideiuſſor obmiſit exceptioneꝫ nō diſputādo vtrū ille q agebat ut procūr. poſſit eſſe pcūr.ſꝫ dicit gl.ſec⁹ ſi obmitteꝫ illā exceptōꝫ vꝫ. an hēat mādatum vel nō.⁊ ſic an ſit pcuř.vel nō.ſꝫ Ja.de bel.dicit ꝙ quātūcūq; exceptōꝫ pcuratoriam fideiuſſor obmittat.ſibi nō iputatur.nō ōb.ſ.e.l.iter cās.§.mādato que all.i glo.q: hic obmiſit exceptōꝫ litigādo ibi vō ſoluēda quo caſu fideiuſſor nō excuſatur ſi falſo pcuratori ſol.⁊ ita dicit Ja.de bel.⁊ iſtū intellectū ꝙ iſte.§. loquat' et qñ fuit obmiſſa exceptio ꝙ agēs nō eſt pcūr.ponit gl.ō. de pcūr.l.ſi pcuratoreꝫ i eadē glo.ibi.in pn.dixi.⁊.ſ.i.v. Si vō nō poterat.

Addi Bal.

Quedaꝫ.Fideiuſſor obmittens exceptōem declinatoriā.puta pcuratoriā nō ppea pdit regreſſuꝫ ꝯ pncipalē h.d. Vel ſ.c fideiuſſori nō nocet except.de iuris apicib⁹ nō ꝙ poſuit.ſed ō veritate ſolū diſputauit.h.d. egregius §. Et facit ad.q.que fuit corā ꝯſulibus mercatoꝶ vt potius debeat decidi ſm veritatē purā ꝗ ſm iuris ſubtilitatem cum ipi ſint iudices ſolum de bono ⁊ equo.Et ideo non eſt diſputandum coram eis de apicibus iuris niſi tu dicas ꝙ he apices iuſ ñ ꝯcernebāt ſcm̄ pncipale. ſꝫ quedā emergentia. facit quod nō.ſ. de nego.geſ.l. at qui natura.§.cū me abſente ⁊ ꝙ nō.i.c.ſepe ſup.v.ō ſenſiones i cle.⁊ i ſpe.de ami.§.ij.v.⁊ per archi.xiij. q.in ſuam ⁊ vide omnino qō nō.i.c.i noſtra de procūr.in.g. quando dicatur. Item nō.ꝙ in cauſa reſtitutionis i integrum ⁊ i cauſa dot.⁊ i cauſa funeris aliter filiationis ꝙ ipſe dr terminari de bono ⁊ equo vt plene nōui i.l.ꝙ.ſi minor.ſ.de mino. Deinde. nō. gl. hic poſitā an fideiuſſor obmittēs exceptionem amittat recurſum. ⁊ adde ꝙ nō.per. Ja.de are.ꝗ.ō fideiuſ.l.ex. Vides hic ꝙ fideiuſſori nō imputatur ſi obmiſit exceptiones q̄ ſunt ō iuř. apicibus vnde ſunt ad.q.i curia mercatoř. debet iudicari de bona equitate obmiſſis apicibus iuř. vel ſolemnitatibus qd eſt hoc dictum.reſpōdeo ꝙ non debꝫ intelligi de bona eqtate hoc eſt nō habito reſpectu ad iura ciuilia q: hoc eſſet ꝯ.l.vt.l. bona fides. ff. de po.ſed debꝫ intelligi nō habito reſpectu ad ius ꝙ ponit quaſdam ſolemnitates que veritatem negocij non tangunt ⁊ iſte vocant' apices iuris. Bal.

Et ponit exēplū ſi eſſet intētata actio directa ⁊ cōpetebat vtil'.vel ſi i termino nō fuit dictū peremptorie ⁊ ſimilia.An negū.nō principale debet decidi per iura ſm.l.quintus.ꝗ.e.dicit ꝙ i curia mercatoř. vbi negotia dr decidi de bona equitate nō poteſt opponi exceptio nō interuenit ſtipulatio ſed fuit pactum nudum q: verecundia eſt alicui recuſare ꝙ pacto nudo promiſit ſm eū ſed iſta inter ſe vidētur cōtraria q: ſequeretur tam ꝗ ñ ſeruaret' ius cōmune ſed merum ius gen. So. vtrunq; dictum eſt verum q: aut ius cōmune hic detrahit iuri gen.ex cā ⁊ tūc ſeruāduꝫ eſt ius cōmune vt in ſolemnitate teſtametōꝶ aut ius cōmune nō intromittit ſe ōtrahēdo iurigen.ſed nō adicit ei robur vt pacto nudo ⁊ tūc ſeruāduꝫ eſt iuſgen.vbi mera ⁊ ſola equitas debet attēdi ꝙ eſt nō.dignū. Nūquid ergo coraꝫ mercatorib⁹ admittet' ex nō ſolute gabelle puto ꝙ ſit q: eſt fauore publico introducto ⁊ q: ius municipale quod inter ciue ſ

hētur.pro iure cōmuni detrabit iurigen.ex cā.⁊ ideo ſer
uandū eſt ēt in foro nālis equitatis.vt dixi plenius ⁊ cla
rius in.l.pro ea.C.e. Bal.

**In omnibus.** Indebitum ſolutum
repetitur niſi ſoluatᷣ
auctē rei iudicate tamen poteſt competere cō
dictio ſine cauſa ⁊ reſtitutio ī integrum ꝙ dic ut in glo.
Sed doc.moderni tenent ꝯ.ꝙ dic ut ꝑ cy.in.l.i.C.de cō
di.inde.⁊ tangitur ꝑ glo.in.l.ſi ſine.§.ij.j.rem ra. ha.de
quo dic ut dixi in.l.ſi fullo.ſ.de ꝯdic.ſine cā ⁊ ibi de hoc
glo.tangit.

Addi.Bal.

In omnibus.Solutuꝫ ꝑ ſnīam nō repetitur. ſed q
obrepſit in crimine ſtellionatus incidit.hoc.d. Quid
dicunt ꝙ obripiens tenetur de crimine falſi ꝑ.l.ſi quis
obrepſerit.j.de fal.ſed iſte tex.dicit ꝙ crimen ſtelliona
tus ⁊ ſic punitur ex̄ ordinem.So.l.ſi quis obrepſerit nō
debet intelligi ●e ſimplici mendatio.ſed de eo ꝙ tranſi
uit in ſpēm falſi.puta qꝛ produxit falſoſ teſtes ucl falſa ī
ſtrumenta vt patet ꝑ id ꝙ j dicit tam ꝑ acta ꝗ̄ ꝑ libelli
īterpellatōem. Item nō.glo.hic poſitaꝫ q̄ dicit ꝙ ꝓ
pter obreptꝫ.poteſt peti reſtitutio ī integrum. qn̄ ꝑ frau
dem obrepſit facit ꝙ nō.j.ad trebellianū.l.ſeruo inuito
§.cum pretor. Nō.hic ar.in.v.plectetur ꝙ ſi ꝑ ſtatu
tuꝫ ciuitatis credatur alicui de damno dato.⁊ ſic is poſ
ſit retractari ſnīa ꝑtextu periurij tamen ſi ꝑiurauit poſ
ſet criminaliter accuſari crimine ſtellionatuſ ar.j.d cri.
ſtel.l.de periurio.vt ●ō retractetur iuramētū ſed ut pu
niatur ſm Riꝫ.malū.⁊ cy.in addi.de hoc ꝑ Ja. de are.
in.l.ſi adv.li. In glo.ꝓ condi.inde.ibi repetit.tn̄ Iſta
glo.tꝫ ꝙ indebitum ſolutum ꝑ ſnīam poſſit repeti ꝑ ꝯdi
ctionem ſine cā uel ꝑ ī integruꝫ reſti. iſtud eſt falſum.qa
ſm hoc h .l.imponit.l.vbis ⁊ nō rebus ꝙ eſſe nō debet
Nō ob.l.ij.ſ.de ꝯdi.ſine cā.qꝛ ibi cā redit ad nō cām ⁊
ſic nullo modo ꝯdicit ſnīe.und circa hoc dic.aut repetēſ
nullo modo cōtradicit ſnīe ⁊ poteſt repetere vt dicta.l.
ij.aut redarguit ſnīam ⁊ tūc aut fuit cōdemnatus ex ve
ris probationibus puta qꝛ vere crat creditori ſolutum
ſꝫ hēbat iſtrm̄ debiti vt fuit i.§.ſi cū debitor ⁊ nulla cō
petit repetitio ꝑꝑ auctoritateꝫ rei iudicate. Si aūt fuit
condemnatus tūc aut creditor ſciebat eas probatiōes
falſas ⁊ cōpetit repetitio vt.l.ſi ꝑtor §.marcellus de iu
di.cuꝫ ſy.aut creditor ignorabat eas falſas ⁊ nullo mo
do repetit ⁊ ſic intelligo totam iſtam materiam. Et
ſi opponatur de.l.ſi quis ad quem.j.de acquir.hꝛ.dico
ꝙ ibi nūdum ſoluerat cōdēnatus quo caſu poſſet ſe tue
ri ⁊ ſic intelligo.l.ſeruo inuito.§.cum pretor.j.ad trebel
lianum qꝛ ibi nūdum ſoluerat. Ny.⁊ de hoc vide do.ꝓ
te.in.l.ij.de cōdi.ſine cā ⁊ cum hac gl.cōcordat ꝙ nō in
l.ſi pretor.ſ.de iudic.dic plenius vt habetur ꝑ bar.i.l.i.
§.per ui.ff.ꝙ ui aut clam.

**Fideiuſſor.** Si fideiuſſor tempore libera
tuſ ſoluit repetꝫ.a reo principa
li per actionē mādati.h.d. In glo.i.ibi interruptam
eſſe ⁊c̄. Nota ex hac glo.ꝙ interruptio preſcriptionis
facta cōtra principalem operatur interruptioneꝫ cōtra
fideiuſſoreꝫ ſed alibi glo.tenet ꝙ interruptio facta ꝯtra
principalem nō inducit interruptionem ꝯ fideiuſſorem
⁊ ad.l.fi.C.de duobus reis glo.reſpondet ꝙ ibi loquitᷣ
de duobus reis.ſecus in reo ⁊ fideiuſſore.ita nō.per gl.
in l.cum quis.§.ſi quis pro reo.j.de fideiuſ.ita tenet ēt
cy.in dicta.l.vltima.C.de duobus reis .⁊ ſic debꝫ itelli
gi hic.ꝙ hic fuit facta interruptio ꝯ principalem non ꝯ
fideiuſſoreꝫ ⁊ ſic fideiuſſor pōt eſſe ſolo tempore libera
tus non reus ⁊c̄.

Addi.Bal.

Fideiuſ.licet fideiuſſor ſit tēpore liberatꝰ ſi tn̄ ſoluit
repetit per actꝫ.mādati.h.d. Nō.per preſcriptꝫ.com
pletam per fideiuſſoreꝫ adhuc videtur durare fidei vin
culū ergo ⁊ obligatio naturalᷣ.ad quod facit.ſ.de neg.
ge.l.aut qui nā.⁊ per dy.in.l.vlt.j.rem ra .hab. Se
cundo nō.ꝙ fideiuſſor.poteſt prius liberari tempore.ꝗ̄
reus prin.quod.g.intelligit in tempore conuentionali ⁊
nō in tempore legali ⁊ male quia preſcriptio conuē iōa
lis tollit naturale vinculum vnde verba tex. vbi fidem
impleant nō cōgruūt niſi ī preſcriptꝫ.legali.quomō ergo
poteſt eſſe R.qꝛ fuit facta interruptio cōtra reum ⁊ nō
cōtra fideiuſſoreꝫ vt nō.j.de ſolutꝫ.l.cū quis.§.ſi quis ꝓ
reo.lꝫ gl. dicat hic contra.⁊ male ſecundum cy. Ray.⁊
Barto. Patet ergo ꝙ interruptio preſcriptionis
facta contra reuꝫ nō extenditur ad fideiuſſorē qd tene
mēti. In g.quia vero g.qd interruptio facta contra
reum videtur facta ꝯ fideiuſſorē .h.g. eſt falſa qꝛ ꝯ no
tata.⁊ melius in.l.cum quis.§.ſi quis pro reo.j .de ſolᷣ.
⁊.l.fi.d duobus reis ray.nō ob.l.fi.j.de n̄.ex.quia ibi lo
quitur in perſonali ⁊ ypothecaria nō ob.l.fi.de duobus
reis.qꝛ ibi loquitur ī prin.⁊ ꝑitꝫ.obligatꝫ.hic uō peraga.

**Si hominem.** Procūr. generalis
non poteſt immuta
re illud quod eſt ſpāliter ꝓuiſum a domino
niſi ex iuſta cauſa quam dn̄s ignorauit. h.d. Nō. l.
ex qua habes ꝙ procūr.generalis vel vicarius genera
lis nō poteſt reuocare ea que ſpāliter ſunt geſta ꝑ dn̄ꝫ.
Secūdo nō.ꝙ quando ſubeſt cā.debet procūr .in de
nuntꝫ.ſeu proteſtatꝫ.cauſam ſpāliter exꝑmere alr̄ nō ad
mittitur qd nō.

Additio.Bald.

Qd dn̄s promiſit procūr.reuocare nō pōt.h.d. Ulᷣ
ſic procūr.nō pōt reuocare fcm̄ domini niſi ex cā ſupue
nienti.Et ē ar.qd vicarius epi non pōt reuocare iterlo
cutoriā ep̄. niſi cuꝫ cā forte ꝯ ē ius.qꝛ hic nō facit in mā
dati.ſꝫ in iuriſdictōis cuꝫ ſit ordinarius ar.j.de re iudi.
.l.qd iuſſit. Dedero ⁊ ſic fuit trāſlatum dn̄ium. ⁊ ſic
ſomniauerūt q dixerūt manumiſſionē fieri cy. vt nō.ſ.
e.l.ſi qs alicui.§.i. Nō.hic.qd denūciatio facta ab eo
cui nih intereſt nō valet ſm ol. facit. ſ.de mino.l.tutor
urgētibus. Nō.ar.ex hac.l.qd vi. gnālis arbitrij nō
poſſunt ſpāliter ꝓuiſa tolli ꝑ euꝫ cui eſt datū arbitrium
gnāle niſi emergat iuſta cā qd eſt nōbile ſm bar. facit
qd nō.cy.i.l.urm.C.de ſpōſa. Nō.ēt ar.qd illi qbus
datū eſt arbitriū reuidēdi ſtatuta nō poſſūt bona ſtatu
ta ceſſare.ſꝫ nulla ſic. Itē facit ad h.l.q rōne.§.calimacꝰ
j.de v.ob. In.g.ſ.gnālis ſi āt ſpālis pōt ꝑciſe ꝛuocari
actū reuocabilr̄ fcm̄ a dn̄o gnāliſ vo nō ſine iuſta cā.⁊ ꝑ
hāc g.optinui in tali.q.creditor ceſſit iura ſua ticio ꝯtra
debitorē ſuuꝫ generalᷣ.ꝓcūr.creditoris nūciauit dbitori
ne ſolueret ceſſionario.q poſtea ſoluit totꝰ mūdus ratio
nes aduocati dicebāt qd talis denūciatio preiudicauit
debitori.p.l.iij.C.de noua.Ego optinui ꝯ per hanc.l.nō
ob.dicta.l.iij.qꝛ loquitur in denunciatione facta a credi
tore nō a ꝓcuratore ſi aūt fuiſſet ſpālis procūr.potuiſſet
vt hic predicta intellige qn̄ creditor potuiſſet facere de
nuntꝫ.talem ſed non potuiſſet nunꝗ̄ eſt ceſſionario ius
acquiſitum quod eſt per denūciationem vel ſolā ſi iam
Ray.ꝯ nō.i.l.i.§.vocari de vē.inſpi ⁊ ar.h.vide pulcꝛ ū
caſum in.l.numerum.ſ.de cōſti. Quero nūquid pro
cūr.generalis poſſit reuocare procuratorē ſpālem. ⁊ lo
quor.qn̄ vnus per conſtitutꝫ.alterius nō ē reuocatus qꝛ

hoc dictū eſt expreſſe.j.e.l.q mutuam.vel nūquid poſſit
reuocare factuz eius. Rndeo ſi ſubeſt iuſta cauſa poteſt
vt hic.ſi nō ſubeſt nō poteſt niſi ꝑ vt factum dñi reuo
care poſſet. Quero de alia.q.quaz dñs. Ja.bu.dicit
fuiſſe de facto ꝓcurator vult facere pactū de nō petēdo
debitori dñi cōtra quem dñs ceſſerat iura ſua ticio. que
ritur nūquid poſſit Rndet qḋ dictum fuit quod nō quia
ſic reuocaret factuz dñi.⁊ intellige iſtam.q.quando fa
ciebat ex cā nō gratuita alioqn nō poſſet alia ratione.
q2 eſſet donare.l.ꝓcurator cui libera de ꝓcuratoribuſ.l.
ꝯ iuꝛ ciuil rlas.§.fi.ſ.de pac.⁊.l.peculij.ſ.ḋ pec.⁊.l.fili
uſſa.de dōa.⁊ in.c.i.⁊.ij.ex ḋ offi.vica.li.vi. Ultio di
cit bar.nō.bene iſtam.l.ꝙ qñ aliqbus cōceditur arbitri
um p cōe ꝙ illi nō poſſunt facere ꝯ ſtatutuz niſi ex no
ua cā vel antiqua quaz ignorabat cōmune tpe conceſſi
arbitrij.⁊ dicit ꝙ milies fecit fieri ⁊ remittit ſe ad nō
ta plene ꝑ eum i.l.ambitioſa.j. de decretis ab ordie fa
ciend. Et poteſt induci ad aliud ꝙ ſi ciuitas vel cōitas
elegit ſibi ducē.vt eſt ciuitas Janue ⁊ ciuitas venetiaꝝ
que eligūt ſibi ducez vel gubernatorē vel regē ꝙ iſti ni
hil poſſunt facere ꝯ ea que ſunt ordinata ⁊ ſtatuta ꝑ ci
uitatez vel ſpālr prouiſa ꝑ eam niſi ſm diſtinc.huius.l.
vel niſi eſſet a ciuitate ꝑmiſſum vel ꝑ aliquod ſtatutuz
ꝯceſſum.q2 ciuitas ⁊ cōitas ē maior duce vel rege quē
elegit nec etiam poſſet aliquid facere ꝯ ſocietatez dicte
ciuitatis caſus ē nōbilis ⁊ menti tenēdus in.c.que cōtra
mores.viij.di.⁊ eſt tex.auguſtj.nōbilis q iunctus cuz hac
.l.optime probat ṕdicta. Bal.

**Si negocia.** In hac.l. videtur caſus
qſtiōis qua querit ſi ego
feci procuratorē gnālē ad negocia an talis ꝓ
cuꝛ.poſſit agē in iudicio.⁊ hic vꝛ tex.ꝙ ſic. vt in fi. iſtius
.l.de qua qōne dicā tibi i.l.⁊ nocē.ſ.de pactis ⁊ i.l.qui ꝓ
prio.§.fi.cum.l.ſe.ſ.de procūr ⁊c̄.

Addi. Bal.

Si negotia. Procūr.debet a ſe ipo ēt exigere ſi
cut ab extraneo.h.d.Eſt arg.ꝙ epẽs legitur ꝑ ſuū ſtatutum
iſta.l.nil facit.q2 hic loquitur i ob.cōmiſſa nō i cōmitten
da dic de hoc vt i.c.ut aiaꝝ de cōſti.li.vi.uel potes ſic ſū
mare. Procūr.gnālis tenetur a ſe exigere ⁊ ideo ſi nō
facit.tūc dño ad itereſſe.h.d. Sz nūqd q accedit ad
unuz mgratuz gerēdum teneatur a ſe exigere dic ꝙ nō
ut eſt glo.i.l.ſi remunerādi.§.ſi tibi.ſ.eo.

**Si hereditatem.** Hereditas pōt
eē damnoſa le
gatum vō nō.⁊ ideo ſi dubitanti adire hrdita
tem ſit fcm̄ mādatum ꝙ adeat hz locum actio mādati.
ſecuſ ſi ſit fcm̄ ꝙ legatū accipiat.h.d. Nō.illud ꝙ di
xi i ſūmario. Secūdo nō.tex.cum glo. ſup vbo pñs
ex qua habes ꝙ fideiuſſor obligatꝛ vbiſ tm̄ ⁊ ſic ꝑ ſtipu
latj tm̄ de quo habuiſtis nō.ſ.e.l.ſi vō nō remunerādi.
ſi poſt creditam.§.⁊ ibi dixi.

Addi. Bal.

Si hrditatem. Mādans ḋ hereditate adeūda
tenetur mandati.ſed mādās de acceptando legatū uidē
tur potius dediſſe ꝯſilium nā hereditas de ſua nā pleꝝ
qz eſt dānoſa.ſed nō legatuz.⁊ ideo videtur i legato mā
datuz cā ſolius legatarij.⁊ ſic capit ꝯſilium vt.l.ij. ſ.eo.

Iſta.l.eſt ar.ad.q.relictū eſt aliquid cuidā eccleſie ꝓ
miſſis dicendis. Nō qritur vtruz debeat dari terminus
ad acceptāduz vel recipiēduz in hrde. ⁊ fideicōmiſſo vli
ē certuz ꝙ ſic de l.i.l.cū filio.idem dicēduz i legato vli
de le.ij.l.cū filio.§.lucio.Sed in legato ſinglꝛi eius emo
lumentū ē certū.unde uꝛ danda ad deliberāduz dilatio
ar.huius lre ꝯdico ꝑꝑ onus annexū. ⁊ uide ꝙ nō.i ſpe.
de inſtru.edi.§.dico.v.ꝙ ſi heres.⁊ v.ſe.⁊ de le.iij.l.no
men.§.uini ꝑ Ja. In glo.que eſt pro omni ⁊c̄.i fi.ꝙ
nō vbi nō.bar.i.l.ſi qs ꝓ eo.j.de fideiuſ. Bal.

**Rogatus.** Si rogatus vt fideiubeat
i minorem quātitatem fide
iubendo ad illam tenetur. Si vero fideiube
at in maiorem quātitatem q̄ fuerit rogatus nō habet
regreſſuz ꝯ rogātem niſi vſqz ad illam quātitatē vſque
quā fuit rogatus.h.d. Uel ſic maiori ſūme ineſt mi
nor.h.d. Baldus.

**Qui negocia.** Pecunia debita ſo
lutione nō ꝑata nō
ꝯuertitur i mutuū nudo pacto. Secus ſi pecu
nia eſſz ſolutioni ꝑata.itez ex pacto icōtinenti appoſito
debentꝛ uſure i ꝯtctibus bonefidei.h.d.uſqz ad.§. cū hrs.

Nō.ex hac.l.ꝙ dixi i ſūmario ꝙ ḋclara ut dixi in.l.
ſingularia.ſ.ſi cer.pe. Secūdo nō. hic qualꝛ precium
redactum ex uenditione rei mee ꝯuertatꝛ in ꝯtctum mu
tui quoḋ dic ut.l.rogaſti.ſ.ſi cert.pec.⁊ h tangitur in glo.

Tertio nō.ꝙ ex hac epl'a.debentꝛ vſure ꝙ qualiter
procedat Nō hic in glo.vlti.ſed. Ja.butri.⁊. Ja.de bel.
dñi ꝙ hic debentur vſure.ſ.iudicis officio.nō ob.tex.q
dicit de quibus cōuenerit ⁊c̄.nā dicunt ipſi ꝙ dictio qui
bus facit ſimplicē relationem ⁊ hoc dicunt hugo. ſenſiſ
ſe antiquum gloſatorem ꝙ nō eſt verū.q2 mutuū m con
trahitur re nō nudo pacto erat forte dubitatio ꝙ vide
batur hoc pactū veſtitum litteris cui fuerat ⁊ ſic recon
trahitur reſcriptum eſt per fictionem cui operatꝛ natu
ra creditam actionem ex mutuo ⁊ eſt ratio q2 nō dicitꝛ
mutuatum.

Additio.d. Sagura. Jañ.

**Qui negotia.** Pecunia debita cā ſo
lutōi nō parata i mutuū
nō conuertitꝛ nudo pacto.ſecus ſi eſſet ſolutioni parata.
Itez ex nudo pacto in contractibus bonefidei debentꝛ
vſure.h.d.ſm bar. Uel ſic ſm. Ja.butri.vbi pecunia eſt
parata vel deſtinata ſolutioni pōt ex vna cauſa deduci
in aliā alias vero citra vinculum ſtipulationis. Pri
mo ponit duas queſtiones ⁊ vnam ſolutionē. Secūdo
contra illam facit ⁊ ſoluit tria argumēta ſm ꝙ habetꝛ
in littera nihilominus. Tertio ſoluit ſuam queſtionez
vel ſm ꝙ habetꝛ in littera nihilo magis. Primo ponit
duas.q.⁊ vnā ſolutionem.ſo contra illam facit duo ar
gumēta ⁊ ſoluit. Tertio cōfirmat primum dictū. Quar
to ſoluit aliaz queſtionē. Secunda ibi nec huic. Tertia
ibi hijs argumentuz. Quarta ibi in propoſitj.vbi ſm ṕ
mam diuiſionem eſt tertia pars Iſtam.l. legam ſimul
⁊ ſoluam ⁊ tex.⁊ doctores per hūc modū. Quero q
procurabat negotia lucij ticij a cuius debitoribus pecu
niam exegit ei qz ſcripſit epl'am .in qua ſignificauit eē
apud ſe certaz pecuniā ſiue ſummā ex adminiſtratj.⁊ eā
creditā ſibi retenere.ex mutuo ēt vſuris ſe miſſib⁹.i.qn
quaginta pro centj. Hic queritur de duobus primo
an dicta pecunia poſſit peti ex cā mutui per luciū ticiuz
⁊ an poſſit petere dictas vſuras. Iuꝛconſultus ad ṕmā
queſtionem reſpondet ꝙ pecunia non eſt credita .i .mu
tuata ſeu ex cā mutui debita ⁊ p conſequens ex mutuo
peti non poteſt. Alioquin dicit iuꝛconſultus ſequeretur
ꝙ ex omni contractu per nudū pactū pecunia poſſet fie
ri credita ꝙ nō eſt verum. Contra iſtaz reſponſionē
op.a ſimili q2 ſi habes pecuniā meā apud te depoſitam
poſſum te conuenire vt teneas eā ex mutuo ſiue creditā
⁊ eſt credita ita hic i propoſito ⁊ hoc ar.ꝓbatur in.l.&r

ti cōdictio.§.fi.⁊.l.ſe.ſ̄.ſi cer.pe. ℞ndet iuꝛ̄conſultus ꝙ hoc nō eſt ſimile q꞉ in illo caſu nūmi qui ſunt depoſiti ſunt mei ⁊ per talem moduꝫ fiunt tui ⁊ ſic pōt fieri mutuum q꞉ mutuuꝫ dr̄ ꝙ de meo fit tuū.l.ſa. ſ̄.appellata. ſ̄.ſi cer.pe. Sed contra iſtā ſolutionē iuꝛ̄conſulti op. ſo.q꞉ ſi ille exegit pecuniam a debitoꝛibus lucij ticij ⁊ ſic nummi ticij lucij efficient̄ procuratoꝛ̄.⁊ debebit eſſe mutuū. ℞ndet.gl.ꝙ hic pecunia erat ꝯſumpta ⁊ amplius nō extabat ⁊ ita exponit prima ⁊ tertia gl. Ja.bu.⁊ ſic nō poterat fieri ḋ meo tuū. Tertio ꝯ iſtaꝫ ſo. op. q꞉ ſi iſta pecunia extaret exacta ⁊ nō eſſet ꝯſumpta adhuc ideꝫ eſſet.q꞉ pecunia nō eſſet lucij ticij.ſed procūr.illius i quē eſſet trāſlatum dn̄ium ut.l.creditoꝛ̄.C.de condi.inde.⁊ ſm ꝙ nō.C.ḋ fur.l.falſus.⁊.ſ̄.de ꝯdi. ob cām l.ſi procuratoꝛi falſo ⁊.j̄.de fur.l.falſus.§.i. Reſpondet qn̄ dicatur in procuratoꝛē dn̄iuꝫ tranſferri ex dictis legibus ⁊ ibi nōtis.colli̇ in caſu ergo in quo nō eſſet in eum tranſlatum dn̄iuꝫ ſed in dominū procedit ſo.vt q꞉ ſoluta eſſet ſibi nomine domini vt nō.j̄.in gl.ſuꝑ verbo debeat ⁊ tunc oꝫ ꝙ ſit conſumpta vt dixi.⁊ quando dicatur trāſferri i dn̄ij vel i procuratoꝛ̄ vide.j̄.de donationibuſ.l.qui tamē ⁊ plene dixi.ſ̄.e.l.ſi tibi.§.ſi mādaueri Si aūt dn̄ium a debitoꝛibus eſſet trāſlatum i ꝓcuratorē nō in dn̄m.⁊ pecunia extaret.tūc ex ꝑdictis ⁊ ex hoc tex.videt̄ ꝙ pecunia non eſſet credita.⁊ ita ſentit dicta glo.ſuper ṽbo debeat.⁊ glo.tertia i fi.ꝙ intellige ſi non erat parata.q꞉ habebat eā i remotis ꝑtibus vl̄ alio mō ꝑata nō erat.al' ꝯdicet et ſequētibus. Quarto ꝯ determinationē huius tex.⁊ ſo.predictas vr̄ ꝙ pecunia ſit tradita ēt ſi mei nō erat nūmi.q꞉ ſi iuſſero te accipe pecuniaꝫ a debitoꝛe meo vt habeas eaꝫ creditaꝫ ſi tibi ſoluit teneris mihi ex mutuo.ergo ⁊ hic iſtud ar.iuriſcōſulti probatur i.l.ſingularia.ſ̄.ſi cer.pe. ℞ndet tex.qḋ illud ibi benigne receptū eſt quaſi dicat ſpāle eſt i dicto caſu ⁊ iſtud ē vnū de ſingl'ibus pecunie que nō.in dicta.l.ſingularia.nō ergo ē trahēduꝫ ad alios caſus.l. ius ſingl'e ⁊.l.qḋ nō ratione.ſ̄.de legibus. Quinto ꝯ hoc op.nā in caſu nr̄o procuꝛ̄.exegit pecuniaꝫ ⁊ ſic iuſſu dn̄i. ergo dꝫ eſſe credita vt dicta.l.ſingularia. ℞ndet creditoꝛ pōt iubē multipl'r ꝯno mō iubendo debitoꝛi ut tibi ſoluat ⁊ eaꝫ creditaꝫ habeas.⁊ iſte caſuſ ponit̄ i.l.ſingularia.alio modo iubēdo tibi.vt accipias a debitoꝛe meo.⁊ habeaſ creditā.⁊ hic caſus vr̄ hic poni cū dicit. Itē ꝙ ſi a debitoꝛe meo iuſſero te accipere.⁊ iſtis duobus caſibus pecunia ē credita rō eſt.q꞉ lꝫ nō propꝛie accepis pecuniam meaꝫ vt i ꝑmo ar.hꝰ tex.tn̄ fictionē vr̄ a me ꝓfecta ⁊ tibi data.ut dicta.l.ſingularia i fi.alio modo pōt iubere vel gnāliter ꝯſtituendo te procū r. ad exigēdum vel ſpāliter a ticio vel mādando ticio vel general'r creditoꝛibꝰ tibi ſoluāt nō tamē tūc agitur ſeu ꝯuenit̄ ut habeas dictaꝫ pecuniā mutuo.ſed poſtea agit̄ ex iteruallo ipā iaꝫ recepta.⁊ tūc loquit̄ iſte tex. ꝙ nō eſt credita tali nuda pactione.⁊ ceſſat hic ꝑdicta ratio q꞉ nūmi mei nō fiūt tui ⁊ ceſſat benigna ratio q̄ erat qn̄ a ꝑncipio fuit actuꝫ ut ea exacta ſit credita. Sexto ꝯ hanc ſo.oppo. ēt ſi a ꝑncipio nō fuit actum ut pecunia eſſet credita ꝙ tn̄ ſit credita ēt ſi dn̄ium pecunie nō eſſet dn̄i creditoꝛ̄.ſꝫ eiuſ ꝗ vult hr̄e creditam vt dicta.l.ſingularia i fi. ℞. veruꝫ ē ſi pecunia erat parata ſolutioni.⁊ ita intell'r.l.ꝯtraria ſecus ſi nō erat parata.⁊ hoc ſiue pecunia eſſet preſens ſiue nō.ſed alibi dū tamē parata.in alijs aūt rebus quaꝫ pecunia exigitur ꝙ ſit preſens.⁊ in ꝯſpectu ꝑmū ꝓbat̄ i.l.certi ꝯdictio.§.fi.⁊.l.ſe.ſ̄.ſi cer.pe.⁊ dicta.l.ſingl'ia ſꝫ probatur i.l.ſi pecuniaꝫ.j̄.de ſo.⁊ ita nō. i.l.ſingularia.⁊ hic.⁊ hoc ſm glo.⁊ doc.cōiter hoc tenēt ꝯ vt.j̄. dicet̄.ſ. i alijs rebus. Septimo op.ꝙ vno efficiatur pecunia credita ex nudo pacto vt.l.lꝫ.§.quotiẽ.j̄.de iuꝛ̄ do. ⁊.l.iij.§.fi.⁊.l.ea que a marito.j̄.de do.iter vi.⁊ vxo. intellige ſm ꝑdicta dicta iura ꝙ ibi res pecunia ꝑata ſolutioni l' ꝙ interceſſerit ſtipulatio.⁊ ita ibi nō. Octauo op.de .l.ſi nō ſingl'i.⁊.l.ſi ex ꝑcio ⁊.C.ſi cer.pe.ꝑ quaſ apparet qḋ ēt ſi nō eſſet ꝑata ſolutioni ſit credita pecunia. So. ea que dicta ſūt hn̄t locum qn̄ ꝑ nudū pactum volo hoc agere.ſed qn̄ ꝑ ſtipulatiẽ.tn̄ indiſtincte pōt hoc fieri. ⁊ iō dicit cy.i.l.ſi nō ſingl'i qḋ ſtipl'o eſt fortioꝛ ꝯctus ꝗ ſit.qa ꝑ eam oīs ꝯtractus poteſt trāſferri i aliā qḋ per aliquē aliū ꝯctum fieri nō poteſt.ſed nō eſt veꝝ qḋ ꝑ aliuꝫ ꝯcū fieri nō poſſit lꝫ nō ita ſemꝑ ſicut ꝑ ſtipulatōem vt.j̄.patebit. Nono op.qḋ predicta nō ſint vera.imo ſi pecunia nō ſit ꝑata ſolutioni nihilominus effectu efficiatur creditā.⁊ tranſeat i aliuꝫ ꝯctum.ut.l. ſi ſponſalibus. §.i. ⁊.l.nuptura.j̄.de iuꝛ̄ do.⁊ dicta.l.licet.§.quotiẽ.e.ti. ibi.n. nō aꝑpet qḋ pecunia eſſet ꝑata ſol'oni.ymo potius ꝯtriū exꝑſſe in.d.l.ſi ſponſalibus bar.i.l.ſingularia dicit qḋ ꝗdaꝫ ſūt ꝯctus ꝗ nō poſſunt ꝯhi niſi i certis rebus vt mutuū nāle.vt.l.ij.§.i.ſ̄.ſi cer.pe.⁊ i iſtis opꝫ qḋ res ſit preſens vel pecunia ꝑata ſolutioni rō qḋ mutuū nō cōſiſtit niſi i his que conſiſtunt i pondere numero uel mēſura ⁊ ſcias qḋ legis fictio ſe nō poꝛꝛigit ad ipoſſibile.l.ꝗ ad certum.j̄.locati.l.ſi pr̄ i fi.ſ̄.de adoptiẽ. nec fingit ſuꝑ re que nō eſt.l.quotiẽ.j̄.de noua.l.cum qui ſibi.§.fi.j̄.de uerbo.ob.Si igit̄ pecūia nō extaret n̄ poſſꝫ fingi pecūia mihi data ⁊ ad me a te ꝑfecta ſꝫ i alijs ꝯctibꝰ ꝗ i alijs rebꝰ poſſunt contrahi vt mutuum ciuile ꝙ nō requirit rē ſed contrahitur per ſtip.poteſt fieri etiam ſi pecunia nō ſit parata ſolutōni vt dicta l.ſi ex ꝑcio ⁊.l.ſi nō ſingl'i.Idē dicit in dote in qua licet non ſit res parata ſolutiōi contrahitur dos ⁊ obl'io dotis quia liberatio que obuenit tibi eſt ſufficiens ad contrahendam dotē .ideo ꝯhitur etiam ſi res nō ſit pn̄s.vꝫ qn̄ res eſſet ſolutioni .parata res cedit in dotē quādo non eſt parata liberatio i dotē cedit iſta aūt liberatio nō cedit in cāꝫ mutui q꞉ in eo requiritur res ꝯſiſtens pondere numero vel mēſura ideo requiritur ꝙ res ſit ſolutioni parata ⁊ ideꝫ in alijs contractibus. Nō.ꝙ bar.nō facit differentiam inter pecuniam ⁊ alias res ſed in vtroqꝫ non requiritur rei pn̄tia. ſed ſufficit ꝙ ſint parate ſolutiẽ.⁊ ꝙ debitoꝛ habeat eas penes ſe qḋ videt̄ optime ꝓbare dicta.l.ſi ſponſalibus licet poſſit ſuppleri ibi ⁊ ſint pn̄tiẽ.ſed tunc ob.l.ſingl'ia q̄ videtur innuere quod hoc ſit ſingulare in pecunia credita quod nō eſſet ſm iſtā opi.ſed ipſe reſpōdet qḋ ſingl'ia ſunt quedam in pecunia credita.ſ.mutuata qḋ contrahatur mutuum lꝫ vere de meo non fiat tuū ſed ficte in caſibus que in dicta.l.ſingl'ia ponuntur omnis.n.cōtractus tam mutui q̄ alij poſſunt fieri ſeu deduci in alium etiam ſi res nō ſit pn̄s dūmodo ſit parata ſolutioni vt in dictis iuribus. Sed ray.i dicta.l. ſingl'ia qui videtur vidiſſe bar.defendit opi.glo.dicens qḋ ibi ſi res erat abſens ipſa non tranſit in nouum ꝯctū.ar .j̄. de acqui.po.l.i.§.ſi iuſſeꝛiꝫ ⁊.l.qḋ meo.§.ſi vēditoꝛ. Ad hoc igit̄ qḋ res tranſeat in nouum contractum requiritur ꝙ res ſit pn̄s ꝙ tangitur in.l.ſi ſponſalibus.§.fi.In pecunia autē ſufficit eſſet ſolutioni ꝑata. Item exiſtentia ſm quam operatur fictū dn̄ium in accipiente tranſlatuꝫ ꝙ non poſſet operari niſi pecunia eſſet ſolutioni parata quia tunc ceſſaret ueritas. ergo ⁊ fictio ut. l. ſi filius ff.ſi cer.pe.vnde glo.bene dicit ⁊ hoc tenet.d.Ja.butri. Ita dicit ibi ray.pe.ēt cy.in dicta.l.ſingularia tenet gl.

non tamen faciunt mentionem de rationibus bar. Sʒ
poſſumus clare reſpondere ⁊ melius ad rationes bar.
qḋ in.l.nuptura.⁊ in.l.ſi ſponſalibus.mulier dedit ſeu ꝓ
miſit in dotem id ꝙ ſibi debetur.⁊ talis ꝯctus ſeu ꝓmiſ
ſio eſt efficax ad obligandū.⁊ actꝫ producēduʒ vt. C.ḋ do
tis promiſſi.l.ad exactionē hic aūt loquitur qñ vnum de
bitum ex vna cā uolo facere deberi ex alia nuda pactio
ne inhabilr̄ ad ꝑducenduʒ actōem ꝯ glo.tamen facit ꝙ
ibi nō deberet fieri diſtinctio an debeat rē illam.alr̄ an
cillam parataʒ uel nō ℞.illa diffinitio ibi fit quātum ad
hoc.an ſit tranſlatuʒ dñium rei ⁊ exigitur ad hoc nō ſo
lum ꝙ ſit pata.ſed ꝙ pñs ut.l.cuis rei.⁊.l.ſe.ℏ ſi res.ſ.
de rei uen.ſed quātuʒ ad hoc ut debeatur mulieri ex cā
dotis ancilla que prius ex alio ꝯctu debebatur nulla fit
diſtinctio.qꝛ ꝯctus erat ualidus.ut dixi.ſicut dicimus ī
ſtipulat̄.ut.l.ſi nō ſingl'i.⁊.l.ſi ex precio.C.ſi cer.pe.Iteʒ
alr̄ poteſt reſponderi ꝙ ibi fuit datum ī dotem ſeu pro
miſſum nō res debita.ſed ipm ius ꝙ nūquā poteſt dici
abſens.ſed ſemp pñs.qꝛ inheret oſſibus.l.ꝙ debetur.ſ.
de peculio ⁊ ꝑ tale ius transfertur res ſi eſt pñs alias
ipm ius ꝙ eſt ꝓmiſſum ⁊ intelligitur liberationis quan
do vir debebat.ſi aūt deberetur ⁊ promitteretur intelli
geretur actio vt.l.ſi ſic.§.i.ḋ l'.i.⁊.l.legantꝫ.de libera.le.
Similiter pōt dici in.l.licet.§.quoqꝫ.de iur̄ doc.ꝙ inter
uenit actus acceptilatus qui ē actus validus ad eneruā
dum totum primum contractum funditus ⁊ ipſo iure ⁊
concernit ipſum uis obligationis ꝙ eſt ſemper pñs vt
dixi ⁊ fit per ſtipulationē vt.l.i.⁊.l.⁊ an inutil'.in princi
pio.ī.de acceptilatꝫ.⁊ fit ad liberanduʒ ānexu vt dicta
l.i.Ad l.iij.in fi.de do.iter vi.⁊ vxoreʒ ꝙ ibi intelligit ꝙ
reſ erat pñs ⁊ ſi uis ītelligere ꝙ erat abñs vt bar.velle
videtur ſed exigat ꝙ eſſet parata ſolutioni dicas ꝙ loqꝫ
tur in alio caſu nō.an pecunia mihi debita ex vna cauſa
poſſit per pactum nudum fieri debita ex alia ſed an ꝙ
mihi tici⁹ debet ⁊ iubeo alij dari ex cā mutui vel dona
tionis ipſo dante poſſit fieri mutua vel donata certe
ſic cum debitor meus tibi dat tu repreſentas perſonaʒ
meā tanꝙ̄ procūr.⁊ tūc efficitur mutua vel donata .c.ꝑ
quas perſonas nobis acq.l.i.facit ꝙ nō.pe.⁊ ci.ī dicta.
l.ſingl'ia ſed ſi debitor meus promittat pecuniā tibi cui
mutuo vl' dono anteꝙ̄ numeret nō repitur aliqua lege
ꝙ ſit mutuū vel pecunia donata ſeu credita niſi eſſet ꝑ
ſens res vel pecunia ſolutioni pata.ymo ꝯrium ſatis ꝓ
bat.l.rogaſti.ī.de preſcrip.v̇.cum ſua glo.ꝙ veꝝ eſt niſi
receperiʒ illā promiſionem iſolutuʒ pro pecunia iur̄ for
te delegatōis vel nouationis vt.l.inter.§.abeſſe.ſ.e.⁊.l.
ſi rem.§.ſi reʒ ibi ſimileʒ eſſe ſolutōem.ī.ḋ nouatōe.tūc
.n.nomē quaſi eſtimatū accepi pro pecunia ar.l.ſi.ꝓ mu
tua.C.ſi cer.pe.⁊ dicetur.ī.in diſtinc.circa ꝓam materiā
huius.l.l.aūt.tertia loqtur quādo iteruenit res ⁊ poſtꝙ̄
eſt data.⁊ tūc bene fuit preſens.⁊ ſic nō obſtat aliquali
ter.⁊ ſic defendi pōt opinio glo.que probatur ꝑ.l.ſingu
laris.⁊ lec.bar.lʒ vera in ſe tamen nimis reſtrigeret illā
.l.⁊ opinio glo.probatur.qꝛ vbicūqʒ tractamus de iure
ꝯſtituendo ī re ipſa.⁊ ḋ tranſlatione dñij ipius requirit̄
ꝙ reſ ſit pñs vt.l.hoc ſi res.ſ.de rei ven.a dicta.l.ſi ſpō
ſalibus.§.i.ī.de iure dot.niſi ī caſibus iſtius.l.ſingul'ia.

Si vō tractamus de iure ad rem puta ḋ acqrendo
obligatōem ad aliquam reʒ ꝙ nō pōt eſſe niſi acqram
actōem ꝯſtat ꝙ nuda pactione hoc fieri nō poteſt.l.iur̄
gentium.§.ſed cū nulla.ſ.de pactꝫ.⁊.l.legem.C.de pactꝫ
niſi interueniat ſtipulatio vel niſi ſit de caſibus in qbus
datur actio.vt.l.ad exactionē.C.de dotis promiſſi ⁊.l.ſi
mandato meo.§.fi.ī.e.⁊ ſic eſt defenſata opinio cōmu
nis gloſa. ⁊ doctoꝝ.⁊ ſupple hic que dicā.ī.l.xv.op.ubi
poſſunt ꝯcordari opiones. Decimo op.cōtra omnia
ꝑdicta de hac.l.qꝛ hic dicitur certaʒ ſūmā ex adminiſtra
tione apud ſe eſſe.⁊ ſic nō erat ꝯſumpta vel ſi erat con
ſumpta habebat tantā aliaʒ ſūmaʒ aliogn nō foret apō
ſe vt.ī.de.v̇.ſi.l.penes.℞.intellige hic ꝙ erat hic apud
ſe.qꝛ debebat.⁊ quo ad ſe dicitur habere ar.l. querebatur.ff.ad.l.fal.nō aūt ꝙ exactū hr̄et nec aliā patam.⁊ qꝛ
a ſe peti poterat ſicut ⁊ ꝙ petere pōt dr̄ habere penes
ſe.vt.l.id apud ſe.ī.de v̇.ſig.⁊ debitor poſſidere dicit̄ id
ꝙ debeat.ut.ſ.de peti.hr̄.l.etiaʒ ſi putāt alias ſub.l.nec
vllā.§.fi.⁊.l.ſe.⁊ ſe.cum ſy.ꝙ nō.ꝓ ſignificato hu⁹ vbi l'
ſi extabat dic ꝙ nō erat preſens uel pata.qꝛ forte in ꝑtibus remotis uel impedita.tūc enim dr̄ pata quādo ha
betur ad manus ut innuit glo.i.l.ſi ex precio C.ſi certū
pe.ſeu in.l.ſi pro mutua.⁊ ſic poteſt intelligi ℏ.l. Un
decimo op.de.l.aduerſus.C.de nō nume.pecu. So.itel
lige illaʒ ꝭm ꝑdicta qḋ interuenit ſtiplo uel pecunia fue
rit pata ſolutōi.⁊ ita intelligit ibi glo.⁊ ibi ꝭm unā lec.ē
glo.nōbilis qḋ nō ſolū debitū precedēs poſſum ex cau
ſa mutui retinē.ſed ēt ex alia cā ꝙ̄ mutui. puta quod de
beo ex cā mutui uel alia poſſuʒ ꝯfiteri ex cā emptōis ul'
locationiſ qḋ mutuʒ nō.⁊.ī.examinabitur.poteſt ergo
eadem res debita ex vna cā conuerti in debituʒ ex alia
nedum mutui.ſed emptōis.⁊ ſil'ium lʒ nulla īterceſſerit
emptio uel locatio.Item ſilr̄ vna res debita ex vna cā
poteſt conuerti in aliam rem extimatam.ut.l.ſi pro mu
tua.C.ſi cert.pe.re tam̄ preſente ꝭm glo.in.l. ſingularis
ꝙ dic vt dicam.ī.in diſatꝫ.circa ꝓam materiam uel non
extimatā ut.l.ſi nō ſingl'i.C.ſi cer.pe. ubi pro pecūia poſ
ſum dicere oleū mediāte.ſp ſtip. vt ibi. Duodecimo
cōtra iſtum tex.op.qꝛ ſi dedi tibi lancē.cuʒ rogares me
mutuā pecuniaʒ.vt eaʒ venderes.⁊ precio vtereris ſi uē
didiſti lancem pecunia efficitur credita ſeu mutuata ⁊ ē
periculo tuo.ut.l.rogaſti.ſ.ſi cer.peta.videtur ꝭm iſtam
lr̄am intelligere quḋ hic argentum uendendum fuerit
datum extimatum . ⁊ ſic ab inicio uideatur extimatio
nem habuiſſe . ⁊ ſic non obſtat predictis in quibus
tractatur de vna cauſa conuertenda in aliam. hic autē
non.ſed a principio ⁊ nō fuit vna cā tamen vt dixi hoc
caſu requiritur ꝙ res fuerit ꝑſens ꝭm gl.⁊ bar.in.l.ſin
gularia ꝙ eſt verum.non.n.aliter ius in re quercre po
tuiſſes. Sed dices iſtud vr̄ falſum habendo in litte
ra nihilomagis per quaʒ apparet ꝙ nō eſt mutua ⁊ ſic
contradicit predictꝫ.℞.ꝙ ſi habes ī littera nihilomagis
debet intelligi iſte tex.quando datum eſt argentū ven
denduʒ vt recepta inde pecunia mihi afferet̄ ⁊ poſtea
ſibi darem ex pecunia ꝭm arbitrium meū ⁊ ſic nō pōt
eſſe mutuuʒ vt hic.ſed ſi darem eſtimatā vt mutua eſſe
pecunia tunc contrahitur mutuū ſtatim vt hic ꝭm aliā
litteram ⁊ ita intelligit dicta gl.in.l.ſi pro mutua ⁊ glo.
hic in contrario. Si vero nō tradidi eſtimatā.ſed vt
ea vendita ſtatim eſſet mutua pecunia anteꝙ̄ vendas ē
contractus innominatus ⁊ idem ſi vendis ⁊ nundū re
ceperis pecuniam vt.l.rogaſti.ī.de preſcrip v̇.poſtꝙ̄ ve
ro vendidiſti ⁊ pecuniā accepiſti tūc eſt mutuū.vt dicta
l.rogaſti a contrario ſenſu.⁊ dicta.l.rogaſti.ſ.ſi cer.pe.
⁊ hac.l.ꝭm litteram nihilominus ⁊ ita intelligit glo.in
l.rogaſti.ſi cer.pe. Et ſi dicas quomodo ſic conuertitur
in caſuʒ mutui vel alium contractum.Reſpondeo quia
cum conuertitur res eſt pñs ⁊ parata ſolutioni.cur eniʒ
recepiſti pecuniam habes eam extantem ⁊ paratam .⁊
tunc conuertitur ⁊ concurrit eodem tꝑe conuerſio in
aliam cauſam cum preſentia pecunie.lʒ forte ſit abſens

creditoꝛ.ſed hoc non curat᷑.l.certi ꝯdictio.§.ſi nummos
ṡ.ſi cer.pe.ſufficit ꝙ duret eius uoluntas.Tamē advᷓte
ꝙ hic debet eſſe littera nihilomagis ⁊ eſt melioꝛ quia
alia lr̃a i duobus male ſtaret ut dicit glo. ⁊ etiam.quia
tex.facerꝫ oppoſitionē ⁊ non ſolueret cuius contrariuꝫ
fecit i alijs duobus argumētis. Xiij.op.ꝓut habetur
in littera.nihilomagis ꝙ pecunia ſit credita qꝛ ꝑiculuꝫ
pecunie redacte ex lance uel re ē illius qui accepit rem
uendēdam.ergo eſt mutuū.ut.l.incendiū.C.ſi cert.pet.
alioquin nō ſpectarūt ad eū iuriſcōſultus ꝶndet ꝙ iſtō
nō ſeqtur.nā licet nō ſit pecunia credita periculū poteſt
ſpectare ad ipm̃.lꝫ enim i mutuo ſit ꝑiculum debitoꝛ̃ n̄
ſequit᷑ ꝓpterea ꝙ ſi nō eſt mutuū non bene poſſit cedi
eum q̄ accepit ſpectare periculum. Sed dices ⁊ opi.
xiiij.ꝙ ꝑiculum nō ſpectet ad accipiētēꝫ pecuniam indi
ſtincte pꝛout tex.dicit.ſed debeat diſtingui utrum dans
rogauerit accipiētem ut vēderet.⁊ tūc nō ſit ꝑiculuꝫ ac
cipientis.ſed dantis aut ecōuerſo.accipiens rogauit dā
tem.⁊ ſubdiſtinguat᷑.vtrū habuerit ante venalē. ⁊ ſit ꝑi
culum dantis.aut nō habuit venalēꝫ.⁊ ſit ꝑiculum acci
piētis.vt.l.rogaſti.ṡ.ſi cer.pe.⁊.l.ſi tibi gratuitā.§.i.j.ō
pſcrip.vb̃.s.videte dn̄i illa iura loquuntur qn̄ res data
ad vendēdum ꝑijt in quo caſu diſtinguit᷑ ut.ṡ.⁊ ut in di
ctis iurib᷒ nō.⁊ dic vt ibi. Sꝫ nos loqmur qn̄ res data
ad vendēduꝫ nō ꝑijt.ſed ꝑijt pecunia redacta ex pꝛecio
eius.⁊ ſi ꝑijt clp̃a mea mihi debet ꝑire.ſi ſine clp̃a mea
⁊ eſt iā facta mutua.⁊ idem ut.l.incēdium.C.ſi cert.pet.
Si nō eſt facta mutua.ut qꝛ debebā poꝛtare danti ut il
le mihi mutuaret ſm̄ arbitriū ſuū ut itelligitur hic ſm̄
lr̃am nihilomagis.ut itelligit glo.i.l.rogaſti. Sed qr̃
debet eſſe ꝑiculum meū ex quo ſpecies ꝑijt ſine culpa
mea cum debeā eā in ſpē.ut.l.que foꝛtuitis.C.de pig.ac.
videte dn̄i iſte caſus ponitur i.l.ſi qs nec caſus.ṡ.ſi cer.
pe.⁊ Jo.tenuit ꝙ ideo ſpectet ad eū.qꝛ gr̃a eius habuit
pecuniā etiā ſine vlla culpa per dictā.l.rogaſti vbi dicit᷑
ſine culpa.ſed azo.guil.Ja.bu.⁊ bar.⁊ cōiter oēs ibi te
nent ꝙ ꝑiculum nō ſpectet niſi iteruenīſſet ſaltem clp̃a
leuiſſima.⁊ ad.l.rogaſti rn̄dent ꝙ debet itelligi ſine cul
pa lata ꝉ leui leuiſſima tn̄ iteruenīente.⁊ hoc donec da
ret debitoꝛ i ſpē pecunie.al̃s ſecus ut.l.icendiū. Nō
ex alio plus dic tn̄ ray.hic ſupplebat ad tex.ꝙ erat ꝑicu
lo eius ſm̄ diſtinctꝭ.l.rogaſti quaꝫ.ṡ.dixi itellige niſi ab
initio eſſet data extimata.qꝛ tūc ad accipiētēꝫ ſpectarē
idiſtincte.vt.l.i.j.de extima.actꝭ.⁊ ita dicit Bar.i dicta
.l.rogaſti.Jſta tn̄.l.loquit᷑ gn̄aliter ⁊ foꝛtiter facit ꝓ opi
nione Joānis.ſed potes itelligē quādo accepit rem vē
dendā ut pecuniā ꝑferret ad dn̄m.⁊ tn̄ nō fecit.ſed pecu
niā pꝛo ſe retinuit ex cā mutui anteq̄ dn̄s ꝯſentiret cer
te quāto habuit hoc pꝛopoſitum nō poꝛtādi ad dn̄m ꝑi
culo eſt eius pecunia.⁊ tamen non eſt credita cum dn̄s
adhuc nō ꝯſenſerit.⁊ hoc innuit tex.poſtea in v̂. ⁊ i ꝓpo
ſito ut q̄uis nūmi eiuſ ꝑiculo fuerāt.⁊ erit nōbile.⁊ ſ ali
ter itelligis diſtingue.⁊ dic.ut.l.rogaſti.⁊.l.ſi qs nec cātū
ut equiperet᷑ caſus interitus rei date ad uendēdum.⁊
pecunie redacte ex ea. .xv.op.ꝙ pꝛedicta nō ſint v̂a
qꝛ itellexi iſtum tex.ſm̄ gl.⁊ omnes quādo pecunia erat
ꝯſumpta.⁊ nō extabat nec pata ſolōni.Sed certe iſtud
videtur falſum p.v̂.⁊ in pꝛopoſito.nam dicit ꝙ i temate
huius.l.nūmi fuerant ꝑiculo ipſius pꝛocuratoꝛ̃ dicit eni
q̄uis ipſius ꝑiculo nūmi fuerint.ergo demōſtrat ꝙ non
erat ꝯſumpta alioquin deriſoꝛiuꝫ eſſet hoc dicere.ſi eiꝫ
ꝯſumpti eſſent nō fuiſſet dubium nec expediens tangeꝛ̃
de ꝑiculo nūmoꝝ.qꝛ ſi eſſent ꝯſumpti fuiſſet debitoꝛ in
genere ꝙ ꝑire nō poteſt.l.in ratōne.§.incerte.j.ad.l.fal.

pꝛo hoc faciunt dicta v̂a.tex.apparuit me eſſe ⁊c̄. ꝶ.de
neceſſitate eſt intelligē qꝺ eſſet cōſumpta.alioquin dire
cto eſſet ꝯ̃ria.l.ſingularia.opꝫ ergo quꝺ tali diuiſione in
ueniatur.vt iſtaꝝ legum ꝯ̃rietas euitetur.⁊ iſta diuiſio rō
ne fundatur.cū enīꝫ ſit neceſſe qꝺ i mutuo nāli trāſlatio
dn̄ij iteruenīat.ut.l.ij.§.i ṡ.ſi cer.pet.⁊.l.ſi a furioſo.⁊.l.
nō oīs.e.ti.⁊ dn̄iuꝫ nō poſſit trāſferri niſi traditiōe.l.tra
ditōibus.C.de pactis.opꝫ quꝺ interueniat traditō.⁊ ſic
qꝺ res ſit pꝛeſens.vel i cōſpectu.l.i.§.ſi iuſſu.j. de acqr.
poſ.⁊.l.qꝺ meo.§.ſi.ꝑ uenditoꝛem.eo.ti.⁊ de ſolu.l.ſi pe
cuniā uel ſi eſſet mea.⁊ apud te. ut in depoſita dummo
do extet ſufficit ut hic.⁊ lege ſingularia uel quod ſit pa
rata ſolutioni in mutuo ſcd̄m cōmunem opinio. ⁊ hoc
eſt ſingl̃e in eo vel etiam i omni cōtractu ſm̄ bar.vt di
cta.l.ſi ſponſalibus.§.i.j.de iur̃.do.pꝛo quo vr̃ caſus in
ſti.de re.di.§.vendite ⁊.ff.de acquir̃.do.l.qua ratiōn̄.§.
interdum ⁊ ibi.l.gl.tenet ⁊.l.hoc ſi res.ṡ.de rei ven.vbi
gl.⁊ dy.in.c. pꝛopoſui i.iiij.q.de re.iu.li.vi.⁊ ſic videtur
vera opinio bar.q̄.ṡ.repꝛobaui. Sed reſponde ꝙ il
lud verum i re domini ſeu creditoꝛ̃.qui res habet de ſi
cut i depoſito ⁊ foꝛte poſſet dici idem i certa re debita
in ſpē vt dicta.l.ſi ſponſalibus.§.i.vbi loquitur in ancil
la pāphilla debita.licet aliter poſſet reſponderi vt.ṡ.di
xi quando aliquid ante debetur in genere opꝫ.ꝙ i alijs
contractibus res ponatur i cōſpectum vel effectualiter
tradatur vt dixi i mutuo ſufficit ꝙ ſit ſolutiōi parata vt
dixi i nona op. Ad oppoſitionēꝫ igitur dico ꝙ quia
pꝛocūr.volens tenere mutuam.foꝛte mutuauit vel nego
tiatus eſt pecuniam ſuā quā ſoluiſſet videbatur debere
eſſe periculū creditoꝛis ex quo nō erat mutua ſicuti fuiſ
ſet ſi tenuiſſet pecuniā pꝛo ſoluendo domino ex quo nō
valet mutuum ſed nō eſt quia licet de iure nō valeat tn̄
facta ſua voluit ex hoc facere ⁊ in vſus ſuos ⁊ nomine
ſuo vt.ṡ.e.l.ideoqꝫ.§.ſi pꝛocūr. Ad aliam rationem
de verbo apud ſe eſſe.ṡ.reſpondidi in.x.op.⁊ ſm̄ qꝺ ibi
dixi poteſt ēt intelligi in pecunia extante qn̄ fuerat trāſ
latū dn̄ium in ꝓcuratoꝛē.⁊ nō hēbat patā.v̂.eiꝫ nec ſil̃e i
rōe ſui cū dic ibi.qꝛ nūmi mei tui fiunt dm̄ōſtrat qꝺ h
tex.loqt᷑ quādo nummi mei nō erant ꝙ nō pōt eſſe ni
ſi conſumpti vel cōmixti vt.l.ſi alieni.j.de ſolutꝭ. ⁊ ſic n̄
extabant vel qꝛ in pꝛocuratoꝛē fuerat tranſlatum dn̄iū
⁊ ſic pꝛedicta nō ſunt diuinationes cū colligant᷑.ex tex.

Xvi.op.⁊ tūc venio ad.v̂.⁊ i ꝓpoſito dr̃ hic ad ſo
lutꝭ.ſe queſtionis foꝛmate i tex.qꝺ licet pꝛocūr. ſcripſe
rit ſe habere pecuniam ⁊ pꝛomiſerit dare vſuras ſemiſ
ſes ⁊ pecunia nō ſit credita ⁊ nūmi ſint periculo debito
ris qꝺ tamen debentur vſure de quibus pꝛeſtandis cō
uenerat. Sed op.hic fuit nuda pactō ⁊ dr̃ i tex.⁊ ex
nudo pacto nō datuꝛ actio nec vt.l.iur̃ gentium.§.ſed cū
nulla.ṡ.de pactis ⁊ vſure ex eo nō debentuꝛ vt.l.q̄uis.
C.de vſuris ergo tex.male dicit.So.dicunt quidaꝫ qꝺ
hic erat pactum veſtitū qꝛ durabat adminiſtratio ⁊ du
rante adminiſtratione omne pactuꝫ dicitur fieri in con
tinenti ⁊ ſic intelligebat.ṡ.de pactꝭ.l.iur̃ gen.§.idē mar
celluſ glo.iſtud repꝛobat per.l.quotꝭ.j.ſo.ma.vbi apparꝫ
qꝺ non dicitur incontinenti iſto modo licet durāte ma
trimonio fiat pactum.qr̃ dicit azo.aliter qꝺ hic fuit da
ta pecunia pꝛocūr.nomine domini ⁊ icōtinēti fuit con
ſumpta epl̃a miſſa ⁊ ſic traditiōe veſtitum eſt iſtud pac
tum.hec demōſtrāt ⁊ repꝛobāt eam pe.⁊ ray.nam hic
erat pecunia cōſumpta quomodo ergo traditiōe poteſt
dici veſtita videte hoc vult glo.⁊ azo.qꝺ i tradēdo i cō
tinēti fecit vtrūqꝫ.ſ.cōſumptꝭ.⁊ epl̃am ⁊ ſic nō erat con
ſumpta ex iteruallo.Sed certe iſta glo.ē contra iſtum

tex.qui clare demõſtrat qd̃ erat nuda pactio vt i.ṽ. alio quin. Jtẽ non contrahitur iſta conuentio p̱ ſcripturam epl'e lʒ poſtea conſenſu ſecuto.vt.l.ex conſenſu.j̃ .d̃ ac.ꝛ obli.ꝛ dixi. ſ̃.e.l.i.nõ ergo incõtinenti poteſt dici appoſitum.qr̃ glo.dat aliam ſolonem ꝙ data fuit pecunia ꝓ curatori noie ſuo.ꝛ ſtatim epl'am miſit.ꝙ nil eſt. qꝛ in idem recidit.ꝛ eodem mõ laborat.quare Ja.de are. ſoluebat ꝙ hic vſure nõ debentur iur̃ ꝯuentionis. ꝛ ex nã ꝯ̃ctus nõ debentur ꝯuente.ſed que i regione frequẽtantur.quare tenebat primã ꝙ incõtinenti erat pactuʒ ſcm̃ qꝛ durante adminiſtꝫ.ꝛ ad.l.quotꝫ.reſpondet ꝙ ibi i actu irreuocabili.ſ.i matrimonio hic in actu reuocabili.ꝛ i a refert tenere pe.ſed iſtud eſt fcm̃.ꝛ cõiter reprobatur in dicta.l.iur̃gen.§.idem marcellus vbi nõ.ꝙ nõ debetur tũc incõtinenti.ꝛ ego dico ꝙ eſt ꝯtra hũc tex.qꝛ innuit i ṽ.alio quãdo ꝙ erat hic nuda pactio.ꝛ ſic probat opi.cõmunẽ Ja.bu.tenebat opi.Ja.d̃ are.ꝛ ad ratꝫ.tex.q dicit de qbus cõnumerat R̃ndet dupl'r vno modo qd̃ iſtud ṽbum de qbus referatur ad geñ.ſ.de qbus vſuris i genẽ ꝯuenerat non ad idiuiduũ ſeu ad ſpecificatas vſuras in epl'a.ſ.ad ſemiſſes. Secũdo mõ reſpondet ꝙ hic ſemiſſes frequẽtabatur i regione.vnde cum frequentatꝫ.concurrebat ideo de ꝯuentis iur̃.non iur̃.ꝯuentionis.ſed ex nã ꝯ̃ctus.ꝛ frequentationis.ſed iſte ſolutioñ.violant litteraʒ.ꝛ diuinãt.ꝛ ſic nõ videnť bone.ſed dici põt ꝙ non violant.ymo per l'ram probantur.nam tex.hic dicit agi mãdati.nõ aũt ex pcõ ꝛ poteſt intelligi de ꝯuentis vſur̃ que debenť ṽtute mãdati nõ ex pcõ.ꝛ iſtud pactum ſit declaratoriũ.vñ i aũt.bonefidei debentur vſure frequẽtate.qꝛ hoc videtur tacite actum de illis.l.ꝙ ſi nolit. §. qꝛ aſſidua.j̃.de edili edic.l.ſi tertius. §.i.j̃. de aqua.plu. arc.cum ergo debeantur vſure ex nã ꝯ̃ctus ille que ſeu quote ſint declarãtur p̱ conſuetudinem.vel p̱ itentioneʒ ꝯ̃hentium vbi de ea apparet.vnde tale pactum nudum nõ ad actioñ eſt ſufficiens.ſed ad declaratiõem ſic facit .l.qcq̃d aſtrige.ꝛ ꝙ ibi nõ.ſm vnã lec.j̃.de ṽbo.ob.ꝛ ꝙ ibi nõ.bar.ꝛ.l.hr̃deſ palam.§.ſed ſi notũ.j̃.de teſtis ibi minor ſolẽnitas ſufficit ad declaratõem q̃ ad iducendũ

Sed op.ꝯ̃ iſtum tex.ꝛ iſtas ſolutꝫ.ꝛ xvij. de.l. ſi ex p̃cio.C.ſi cer.pe.i fi.vbi nõ debentur vſure. Si pecunia d̃bita ex ꝯ̃ctu bonefidei deducať in ꝯtractum mutui.ꝛ ꝓmittať ex mutuo.ꝛ promittãt vſure citra vinculum ſtipulatꝫ.ꝛ ita etiam nõ.in.l.ſingl'ia.ſ̃.ſi cer.pe. So.illa.l. itelligitur quãdo ex nã ꝯtractus nõ debebãtur vſure loquitur.n.i emp ione ex qua nõ debentur. ꝛ ſi aliquo caſu debenť intellige eam ex̃ illos caſus i qbus debentur hic aũt debentur ex quo ꝯuertit procũr.i vſuſ ſuos ut.d. .l.idemqꝫ.§.ſi procũr.ſ̃.e. Si aũt ſcripſiſſet epl'aʒ ſe habere gratis mutuo pecuniaʒ.nõ puto.tũc ꝙ debeantur vſure.qꝛ pactum hʒ inducere exceptꝫ.lʒ nudum. vt dicta .l.iur̃gen.§.igitur. Decimooctauo op.ꝙ illud pactuʒ nihil opereť.qꝛ ſi nõ valet p̃ncipale nec acceſſoriuʒ.l.cũ p̃ncipalis de re.iur.l.ꝙ p̱ manuſ de iure codicilloꝝ.l.ex pupillare.ff.de vul.ꝛ pup. R̃o.illud verum qñ oĩo nõ valet p̃ncipale.ſed hic valet.vt licite retineat pecuniam.ꝛ vt ſit eius piculo vt hic probatur lʒ nõ valeat vt creditã vʒ.ad alios effectus.ꝛ valẽ poteſt.qꝛ viciuʒ ẽ i mã nõ in forma.ꝛ ideo valet.ut põt.ꝛ oĩo nõ eſt inutile. vt.l.ſi vnꝰ §.ſi acceptilatio.ſ̃.de pactꝫ.ꝛ.l.ſed an inutilis in p̃n.j̃.de acceptilatꝫ.ꝛ mõ ſumus expediti de oppõnibus. ꝛ tex.ꝛ glo. Vt ergo ꝯcludamus oĩa que dicta ſũt ẽ aduertẽdum ꝙ iſta.l.tangit.quatuor materias.prima eſt mã nũquid.ꝛ quãdo ꝛ qualiter debitũ ex vna cã vel vno ꝯ̃ctu poſſit ꝯuerti i debituʒ aliud vel ex alia cã ſeu ꝯtractu d̃bend̃ ab eodem. Secũda mã eſt nũquid debitũ mihi ab vno poſſit ꝯuerti i debitum aliud mihi debẽdum ab alio. Tertia mã nũquid debitum vel debẽdum vniꝰ rei poſſit ꝯuerti i aliã rem vel ex alia re. Quarta mã eſt nũquid ex pci appoſito de dãdis vſuriſ i tali ꝯ̃ctu ſeu tractatu de ꝯuertẽdo debitũ ex vna cã in aliud valeat ẽt ſi ꝯuerſio fieri nõ poſſit ſeu nõ valeat indebituʒ ex alia cã. Circa primũ eſt aduertẽdum.qꝛ aliquando ſuper aliquo mihi debito iterponitur ſtipulatio.vt qꝛ ſtipl'one id quod mihi debes ex ꝯ̃ctu emptionis vel mutui.uel alia.tũc aũt ſtipulatõe ex interuallo.ꝛ hʒ locum mã nouationis.qꝛ ibi fit animo nouãdi.q̃ olim preſumebatur hodie non niſi expreſſe agatur.l. fi. C. de nouatꝫ.vbi ergo fit nouatio debitum ex vna cauſa transfertur i d̃bituʒ ex ſtip.l.i.ꝛ per totũ.j̃.de nouatꝫ. Qñqꝫ nõ agitur vt fiat nouatio tunc non transfunditur in aliud ſed magis fit accumulatio debiti cum diſtinctꝫ.tñ quia aut precedens obligatio erat p̱ ſtipulatꝫ cõtracta. ꝛ tunc aut in ſequenti obligatione verſatur aliquod cõmodum. ꝛ valet ſ̃a.l.ſi dari.j̃.de ṽbo.ob.ꝛ.l.heres a debitore.§.i.j̃.d̃ fideiuſ.aut nullum cõmodum continet.tunc glo. ꝛ dy.ꝛ pe.in.l.que bis tenent ꝙ valet ꝛ datur ex vtraqꝫ ſʒ gl. in.l.ſi dari tenet ꝙ nõ valet ſ̃a.idem tenet glo. in.l.ſcir̃ debemus.eo.titu. ꝛ hanc tenet Jac.de are. ꝛ Barto. nec attenditur intereſſe quod ſit longioris vite. vt tenet glo.in.l.qui bis ꝛ probatur in. l. pater qui caſtrenſe in fi.j̃.de caſtre pe.tetigi.ſ̃.e.l.ſi tibi.§.interdum. probatur dicta opinio per dictam.l.qui bis.j̃.de ver.obli.ꝑ l.ſtipulatio iſta.§.alteri.e.ti.ꝛ per.l.ſi pupillus.§.qui actum.j̃.de nouatꝫ. Aut precedit alius contractus q̃ ſtipulatio ꝛ valet ſ̃a etiam prima.l.ſtipulationẽ.§. ꝯuẽtionales de ver.obli.j̃.ꝓ ſocio.l.pro ſocio arbiter ꝛ.l.fi.C. de nouatꝫ.nõ ob.l.ſi diuortio.j̃.de ver.obli.vbi vr̃ nõ valere ẽt quãdo precedit alius ꝯtractus q̃ ſtipulatio lʒ R̃ndet ꝙ ibi non negat quin etiaʒ debeatur ex ſtipulatiõe imo ibi debetur ꝛ ita itelligũt doc.maxime cũ interſit vt ibi p̱ bar. Aut ſtipulatio interuenit icõtinẽti tunc qñqꝫ precedit ꝯ̃ctus vere ꝛ certitudinarie vt ſi vẽdidi ꝛ illud quod deductũ eſt i vẽditꝫ.deducitur i ſtipulatiõe. ſtatim idem i ſimilibus.puta locatiõe ſotietate ꝛ alijs tũc nunq̃ nouatur ꝯ̃ctus p̱ ſtipulationẽ niſi expreſſe agať tex.ẽ expreſſus in.l.duo ſocietatẽ.j̃.pro ſocio in prin.l.glo.tñ ibi tenet ꝙ oliʒ in dubio preſumebatur fieri nouatio qd̃ reprobat bar.quia iura antiqua que p̃ſumebãt in dubio fieri animo nouãdi loquũtur in ſtipulatione que apponitur ex interuallo.ſecus in ea que fit in ꝯtinẽti ut.l.nam ad ea de ꝯdi.ꝛ de.ita etiam Ja.de are.tenere videtur i l.ſingl'ia.ſ̃.ſi cer.pe.circa ſextum ſpãle in pecunia vbi dicit ꝙ actio que oritur ex numeratiõe in mutuo de facili nouatur ꝛ tollitur p̱ ſtipulatꝫ.ſecutam al' etiam precedẽtem vt.l.ſtipulatus.§.i.ꝛ.l.cum enim.j̃.de nouatꝫ.ꝛ.l.certi ꝯdictio.§.qñ.ſ̃.ſi cer.pe.ꝙ ſecus eſt in alijs contractibus ſm eũ vt.l.ſi ſtipulatꝫ.j̃.de vſuris. Quãdoqꝫ p̃cedit aliquid ꝙ poteſt eſſe ꝯ̃ctus per ſe.ꝛ poteſt nõ eſſe contractus ſm intentionẽ agẽtis vt numeratio vel alteriꝰ rei traditio tũc ſi ſtatim ſequitur ſtipulatio p̃ſumitur facta cã implende traditionis ſtipulatꝫ.non cã celebrandi alium ꝯ̃ctum ut dicta.l.ſi ſtipulatꝫ.in.l.cum eni.ꝛ.l.certi ꝯdictio.§.qñ nec ẽ ſpãle in mutuo ut dicebat Ja.d̃ are. quia idem in dote.l.i.§.accedit. C.de rei ux. actꝫ.C.de iure dotium.l.auia. ꝛ infra ſoluto matrimonio.l.quotꝫ. Jdem putat Bar.in omnibus contractibuſ q re ꝯ̃hũť ſi enim deponerẽ rẽ apud te vel cõmodarẽ ꝛ ſtatim per ſtipulationẽ promitteres eam redere ex cã depoſiti vel cõmodati tũc oriretur ex ſtipulatione precedẽs traditio videtur facta cauſa implẽde ſtipulationis eadẽ ratione

qua ſupradixi in aliǰs ꝯctib⁹ certe tex.in.§. ꝯuētionales
loquitur in omni genere ꝯctuū late ⁊ diffuſe ⁊ nō facit
differētiam. Item facit cōtra dicta ſupius. q2 nō fit no
uatio quādo icōtinenti ſeqtur ſtipl'o.l.nam ad ea.de cō
di.⁊ de. Item certe ita certitudinaliter.⁊ vere ꝑcedit ꝯ
ctus in dote.⁊ depoſito ⁊ cōmodato.ſicut in ꝯctu emp.
nec al'r eſſe poteſt i.l.i.de rei vx.act.ꝯſtat enim ꝙ eſt
dos.⁊ i ꝯcordantiǰs. ⁊ ideo male mouetur ⁊.l.allegate
ꝑ bar.loquūtur qn̄ ex ſtipulat.venit acqrenda ſtipulatō
alteri ꝙ̄ cui venerūt acqrenda ex ꝯctu.⁊ ideo ſolum cō
petit ex ſtipl'one.q2 al'r eſſet cōtra itentionē ꝯhentium ⁊
q̄rentiū cui ꝯheres. nol3 ꝯ.l.nō omnis.ſ.ſi cer. pe.⁊ in
tellige hoc qn̄ numeratio vel traditio fuit facta ſimpl'r
vel noīe ſtipulat.alioqn vtriq3 cōpeteret actio l3 dubiū
eſſet.an obſtaret exceptio ut ꝑdicta probātur i.l.ij.§.ij.
ĵ.de ſtipu.ſed ⁊ ibi ꝑ glo.⁊ cy.⁊ bar.⁊ hoc tangit bar.in
dicta.l.ſi ita ſtipu.fuero.ĵ.de nouat. ꝑ que dicta cōuinci
tur ꝙ male dicit ⁊ Ia.de are.ſequūtur cōiter doctores
vt cy.⁊ al'ij. Qn̄q3 loqmur i aliǰs ꝯctibus ꝙ̄ mutui ſm
Ia.de are.vel ꝙ̄ mutui.⁊ ꝙ̄ q re ꝯtrahūtur ſm Bar.⁊
male vt dixi.tūc qn̄q3 ꝑcedit ſtipl'o.⁊ ſequit' pactū ſeu ꝯ
ctus de eodē.⁊ tūc aduerte qn̄q3 ſtipulatio ꝑcedens ꝯti
net promiſſionē de cōtrahendo qn̄q3 ipm ꝯctum. ꝑmo
caſu ꝯctus ſequens iuris cuiuſdā ſolutionis tollit prece
dentē obligatōem.ĵ.de ſolut.l.i nūcrationibus facit.ĵ.ď
act.emp.l.ſi heres ex teſtō. Secūdo caſu ſi qdem ꝯ
ctus qui ſequitur poſtea vel pactū oīo. ⁊ certitudinarie
eſt ꝯctus nunꝙ̄ ꝑ illud tollitur ꝑcedens ſtipulatio niſi
expreſſe hoc agat'.vt.ĵ.de ꝯſtit.pec.l.item illa.§.ſi man
dati.l.ſi mādato meo.§.fi.⁊ ibi eſt tex.magis expreſſuſ

Si vō illud ꝙ ſequit' pōt ſe habere ad ꝯctū.⁊ nō cō
tractū vt nūeratio.⁊ traditio.vt dixi.ſ.tūc dicit ipe vid
tur ſeq.cā ſtipulat.ꝑambule i quolibet ꝯctu.vt dicta.l.ſi
ita fuero ſtip.⁊.l.cū eni3.⁊ ſo.ma.l.quot.cū ſy.⁊ iſtis caſi
bus dicit ipe qn̄ dixi nō tolli ꝯctu3 poterit agi ex qua uo
let ex qualibet cā dicet' hr̄e re3.l.ſi quis ante. ĵ.de acqr.
poſ.que ē multū nōbilis.vt qn̄ quis h3 duo inſtrumenta
venditōis fcā diuerſis tēporib⁹ de eodēq3 ex vtroq3 dica
tur rē poſſidē.vt.ď.l.ſi an̄. Iſtud vltimū intelligit ſm di
ſtinc.ſupradictā i aliǰs ꝯctibus ꝙ̄ ſtipl'one vel qn̄ itereſt
Itē illud ꝙ ſupradicit Bar.nō uideo poſſe ꝓcedē niſi
i mutuo. In aliǰs enim ſemp certitudinarie.⁊ uere eſt ꝯ
ctus.ut dixi.ſ. Tertio accidit dicit ipe ꝙ ꝯctus . ⁊ ſti
pulatio fit ſiml' ⁊ ſemel nec alter ꝑcedit alteꝝ.ut ſi dico
ticius dedit.⁊ uēdidit.⁊ ꝑ ſtipulat.ꝓmiſit ⁊c̄.tūc dicit ip
ſe puto.idem ꝙ ſupradixi qn̄ ſtipl'o ꝑcedit uel ſequit' ut
actio ex ꝯctu nō tollatur ꝑ ſtipulat. Idem eni ē fieri ſta
tim.ante uel ſtati3 poſt uel in ipſo ꝯctu.ĵ.e.l.lecta.⁊ iſte
ſētit ſtipl'ones ꝯuentionales de qbus.l.v.§.cōuentiona
les.ĵ.de v̄.ob.⁊ dicit ꝙ ꝑdicta tangunt' aliqualiter i.l.ſi
qs cū aliter.ĵ.de v̄.ob.in glo. Aduerte dū dicit ꝙ nō
eſt differentia vtrū ante uel poſt uel i ipō ꝯctu. ⁊ cū iſto
caſu nō diſtinguit' ꝓut ſupradixi i aliǰs duobuſ.⁊ ſic ꝯfir
mant' ſupradicta.⁊ in mutuo tollentur ſeu nō competit
niſi ex ſtipulatōe. Igitur vera eſt opinio qua3 ſupradixi
ſ. Ia.de are.⁊ alioꝝ cōmuniter ꝙ in mutuo.ante l' poſt
incōtinenti vel ſimul.⁊ ſemel interueniente ſtipulat.ſo
lum competit ex ſtipulat. In aliǰs diſtingue.ut dixi.qa
aut ſtipulatio ⁊ numeratio uel traditio nomie fit vnius
⁊ utraq3 competit niſi expreſſe ageretur ꝙ fieret noua
tio.aut fit numeratio nomine unius.⁊ ſtipulatio nomie
alteriuſ.tūc nō fit nouatio.ſed utriq3.⁊ utraq3 competit
l3 forte obſtet exceptio illius cuius nomine nūerauit.ut
.l.i.§.ij.ĵ.de ſtip.ſeruo.ſm glo.⁊ dy.uel nō ſm Bar.ibi
uide nō.eſt mā. Nō ob.glo.i.l.petens. C.de pact. ubi ſi
opponit' pcm̄ nudu3 icōtinenti.⁊ ſup eodem interueniat
ſtipl'o.nō dant ex pacto.l.ueſtito.q2 ibi loquit' quādo pa
ctum de ſui nā eſt inhile.⁊ inefficax licet habeat benefi
cium ꝙ ueſtiat' cohoerētia ꝯctus quādo ſuper eo nō iter
ponit' ſtipl'o.quādo vō interponit' nō h3 locum ita uult il
la glo.⁊ ſic remanet ſm nos in pacto.⁊ ꝯtractu de ſe ef
ficaci.ꝙ opinio noſtra ſit uera probatur. quia in quibuſ
cunq3 contractibus ſi interponitur ſtipulatio inutil' ual3
ex cōtractu licet nō ualeat ſtipulatio.l.in quibuſcunq3.ĵ.
de ac.⁊ ob.⁊.l.ſi ſtipul'.§.fi.de verboꝝ oblig.ſed ſi inten
tio partium eſſet ꝙ cā implendi cōtractum ſemper iter
uenit nō valeret viciata ſtipulatiōe licet bar.poſſet dice
re ꝙ itelligit qn̄ ſtipulatio eſt vtilis vt.l.ſi ita ſtip. §. gri
ſogonus de v̄.obli.gl.in.l.ſi quis cū aliter nil facit. Sed
id ꝙ ibi dicit bar.potius facit ꝓ nobis q2 ibi non diſtin
guit vt hic predicta dicit bar.ſunt vtilia ⁊ notāda ꝑꝑ va
rietatem actionē q2 vna bonefidei alia ſtricti iuris ⁊ q2
vna tollitur facilius ꝙ̄ altera ⁊ vt ſciat quis ⁊ qua actō
ne agere habeat. Aliquādo tractamus de conuertē
do vnum debitū ex vna cā in debitum ex alia cauſa vt
ꝙ debes ex ꝯctu emptiōis vel depoſiti vel mandati de
beas ex mutuo vel ecōuerſo ⁊ ſic ex quacūq3 cā ⁊ iſta ē
proprie materia nr̄a.⁊ quid iur'.ſit pōt colligi ex ꝑdictis
oppōnibus. Et dicit bar.i dicta.l.ſingl'ia qn̄q3 queri
tur an deuoluatur i aliud debitum.ita ꝙ primum non
tollatur ⁊ ſiquide3 eſt contractus vel quaſi contractus
vniuerſalis vt mādatum oīum bonoꝝ adminiſtrādorū.
vel tutella vel ne.ge.vel ſocietas ⁊ ſimilia tūc deuoluit'
in aliud debitū.l.diuortio ſupra de ne.ge.ſ.e.l.ſi reū .§.
apud Iul'. Ro.⁊.ſ.ĵ.e.l.ſi negocia.⁊ ꝙ ibi dixi facit.ĵ.
de admi.tu.l.quot.§.itē ſi pro temporali.q2 cu3 deberē
tibi ſi accedo ad adminiſtrationē bonoꝝ tuoꝝ debeo exi
gere ⁊c̄.facit.l.tutor.ĵ.de ſolu.⁊ dic vt i dictis iuribus.

Si vero ē contractus vel quaſi ſpālis tūc rl'a ē dicit
ipſe ꝙ i aliud debitū ex alia cā non cōuertitur ſi primū
nō tollatur q2 nihil ad me dicitur ꝑuenire durāte obli
gatione prima vt dicto.§.apud iul'.in prin.fallit ſi iter
ponitur ſtipulatio nō aio nouādi.fallit etiam in conſtitu
ta pecunia.l.itē illa.in fi.ĵ.de cōſti.pec. Si vero que
ris an primum trāſfundatur i ſm ita ꝙ primum tollat'
tūc per ſtipulat.abſque dubio pōt fieri. l.i. ĵ .de nouat.
per alium vero contractum dic.aut eſt cōtractus q pōt
perfici interuētu cuiuſlibet rei.tūc pōt fieri dicta.l.ſi ſpō
ſalibus.§.fi.ĵ.de iur'.do.q2 liberatio que ex prima cā ob
uenit cedit in cām ſi ꝯctus. Idem ſi eſſet cōntractus no
uus qui celebraretur ſolo conſenſu dumtamen hoc aga
tur vt ꝑma tollatur vt.l.ſi mādato meo.§.fi.ĵ.e. Si
vero cōtractus qui de nouo cōſtituitur requirit certas
res vt putares ꝯſiſtentes i pōdere numero vel mēſura
tunc aut ille extant ſolutioni parate ⁊ tunc pōt cōuerti
in aliud debitum vt.l.ſingl'ia.ſ.ſi cer.pe.aut nō extant ⁊
tūc ſecus vt hac.l.qui negotia ita dicit ipſe in dicta. l.
ſingl'ia. Tu vero melius dic vt ex ꝑdictis patet.ma
xime in.ix.⁊.xv.oppoſitiōe.⁊ veritas eſt ꝙ per ſtipula
tionem fieri pōt.l.ſi ex ꝑtio ⁊.l.ſi vero ſingl'i. C.ſi cer.
pe.vbi debitum ex una cā poſſu3 facere ꝙ mihi debea
tur ex alia ſiue prima debetur ex cōtractu locatiōis uel
emptionis uel alio ⁊ nolo ꝙ debeat' ex mutuo ut dict.
iuribus ſiue ecōuerſo deberetur ex mutuo ⁊ nolo ꝙ de
beatur ex cā emptionis uel uenditionis ut. l. aduerſus
ſm unam lec.ibi poſitā in gl.C.de nō nume.pec.⁊ tetigi
ſ.in.xi.op.pro hoc facit ꝙ.ſ.dicit bar.ꝙ per alium con
tractum qui cōtrahitur ſolo cōſenſu pōt fieri.l. ſi māda

ꝛo in fi.ꝫ.c. Unum tñ aduerte ꝙ gl.in dicta.l.ſi ex p̄
tio tenet.ꝙ ſit neceſſe agi expreſſe ꝙ fiat nouatio al'ñ
tolleretur p̄ma.ꝛ ita videtur ſupra ſentire bar.ꝙ nõ.qꝛ
tamẽ hoc hꝫ difficultatem examinabitur.ꝫ.i ultima qõe
ualde pulcra.ꝛ nõ tacta. Iteꝫ hoc ueꝝ ſiue agatur ex
poſt facto vno iam ꝯctu celebrato ſiue ab ipſo p̄ncipio
cum peteres mutuũ a me.ego dixi ſum ꝯtentus. ſed uo
lo facias mihi inſtrumẽtum ꝙ debeas ex cã emptionis
uel ecõuerſo.ꝛ hoc examiabit' in dicta ultima.q.ꝛ pbat'
p.l.ſi nõ ſingl'i.C.ſi cer.pe.facit ꝙ ibi nõ.bar. ꝛ in.l.i.al'
ij.C.plus ualere qd̓ agitur. Item dico qd̓ ẽt p aliuꝫ
ꝯctum q̄ p ſtipulatꝫ.fieri poteſt.ſ.p omneꝫ ꝯctum effica
cem ad pducenduꝫ actõem.ut dicta.l.ſi mãdato i fi.ꝫ.e.ꝛ
ita itellexi.l.ſi ſpõſalibuſ in fi.ꝫ.de iur̃ do.ꝫ.l.nuptura.e.
ti.ut dixi.s̃.in.ix.op.ꝛ pro hoc facit iſte tex. ibi alioquin
nuda pactione ꝛc̃.ꝫ.vbi nõ ſit nuda pactio. ſed talis que
poſſit producere actõem hoc fieri poſſet. Et hoc v̓uꝫ
quãtum ad obligatõem ꝯhendam que nõ requirit tranſ
latõem dñij.tũc aut res erat mea quã habebas depoſi
tam uel cõmodatam.ꝛ tũc ſufficit ꝙ ſit penes te animo
eniꝫ incipis poſſidere.l.certi ꝯdictio in fi.s̃.ſi cer.peta.l.
hoc ſi res.s̃.de rei uen. Nõ.glo.inſti.de re.di.§.uẽdi
te dũmodo ſit apud te ex uolũtate mea al's requiritur
apprehenſio uel ꝙ ſit i conſpectu ut dicta.l.hoc ſi res fa
cit ꝙ nõ.dy.i regula iuris.i quarta.q.Si uero non eſſet
mea.tunc in mutuo ſufficit.ꝙ ſit ſolutiõi vt.l.ſingularia
in alijs cõtractibus erigr̃.ꝙ ſit pñs vel in cõſpectu vt
dixi in.xv.op.dic vt ibi ꝛ in.ix.op.ꝛ ideo in mutuo requi
ritur ꝙ ſit parata quia non cõtrahitur obligatio mutui
naturalis.niſi mediante tranſlatione dominij ſecus in
mutuo.ciuili. Circa ſecundaꝫ materiam.huiuſ legis
an debitum.mihi ab uno poſſit cõuerti in aliud debitã
mihi debendum.ab alio dicit bar.aut Illud debitũ de
nouo contrahendum preterptium uoluntatem cõtrahi
tur.tunc ſi requiritur cõtractatio.de neceſſitate requiri
tur qd̓ ſit.in pñti res.l.falſus.§.is.ꝫ.de furtis.Si uero
cõtrahitur.ſecundum cõtrahentium uoluntatem.tunc p
uiam delegationis ꝛ ſtipulatꝫ.nõ eſt dubium. qd̓ poteſt
fieri ut in toto.ti.de noua. Si uero.per alium cõtrac
tum fiat ſi quidem poſt iuſſum factum debitori meo qd̓
ſoluat ſecuta ẽ ſolutio etiam ex interuallo tunc uigore
ipſius ſolutiõis nouus cõtractus ẽ celebrat⁹.ꝛ noua ob
ligatio hoc probatur.s̃.de uſufruc.l.ſꝫ.ꝛ ſi quis ſtipulen
tur in prin.ꝛ de v̓.obli.l.iul'.in principio nec requitur qd̓
tempore.facti iuſſus res ſit in pñti ut dictꝫ.ll.intellegit'
l.iij.§.fi.ꝫ.de do.inter ui.ꝛ uxorem. Idem etiã eſſet
in mutuo.vt.d.l.ſingularia.nam ex eo. ꝙ debitor meuſ
tibi meo noie numerat.queritur mihi actio.l. certi cõdi
ctio.§.ſi nũmos.s̃ ſi cer.pe.lꝫ nõ p̄ceſſiſſet iuſſus multo
magis.ſi p̄ceſſit.vt in dicta.l.ſingularia. ꝛ hic in hoc tñ
eſt ſpãle in mutuo ꝙ ibi ſolutõe facta. querit' dño dire
cta tãquã per ipm directo nũeratum eſſet. In alijs v̓o
ꝯctibus nõ ſic.ſed tãquaꝫ factum eſſet per procur̃.ſuum
Si v̓o queris anteq̄ ſit ſecuta ſolutio.ſi qdem preceſſit
ſolus iuſſus de ſoluẽdo ille tñ cui dꝫ fieri ſolutio.nullaꝫ
promiſſioneꝫ de hoc recepit.tũc ille nullo modo obliga
tur.qꝛ hoc eſſet mãdatum ꝙ poſſet reuocari p mandan
tem qñcũqꝫ per.l.hoc iur̃.§.ſi pecuniam. ꝫ.de donatꝫ.l.ſi
cum cornelius.ꝫ.de ſolu. Si v̓o ille cui dꝫ fieri pmiſ
ſio de hoc promiſſioneꝫ recepit.tũc ſi quid̓ cauſa ex qua
illi dꝫ ſolui ẽ talis que põt impleri in qualꝫ re exẽplum
in dote dos põt conſtitui in pecunia in rebus mobilib⁹
ꝛ imobilibus ꝛ iuribus.tũc ſtatim eſt pfectus ꝯctus.qa
illa obligatõ que illi q̃ſita eſt ex promiſſione cadit i cãꝫ

dotꝫ.ꝫ.de iur̃ do.l.cum pater.l.lꝫ.§.quotꝫ.ꝛ.l.ſi pater.§.i.
ꝛ.l.nuptura.ꝛ.l.ſi ſpõſalibus.§.i.vbi bonus tex.declarãſ
hanc rõem. Idem i alijs ꝯctibus eadem ratione videte
bar.hic errauit.leges eniꝫ quas allegat hoc nõ dicunt.
ſed loquũtur qñ datur vel promittitur in dotem id quod̓
mulieri debet'.ita ꝙ ipa actio ſiue ipm ius datum eſt
in doteꝫ.vt.l.ſi ſic.§.i.ꝫ.de lega.i.l.legaui.ꝫ. de li.le.ꝛ di
xi ſupra in.ix.op.Sed caſus vr̃ eſſe.ſi promitto centum
noie dotꝫ deide iubeo debitori meo.ꝙ ſoluat viro cẽtuꝫ
ꝛ debitor pmittit ei.ſed certe iſto caſu nõ nomen debito
ris ẽ in dotem.ſed ipa centũ.vt.l.promittẽdi.§.ſi a debi
tor̃.ꝫ.de iur̃ dotꝫ.ꝛ ideo iſto caſu nõ veraꝫ.dicit Bar.nã
in ipo nõ cõſtituitur dos. Quod̓ dicit ipſe ſunt ꝯctus
qui nõ poſſunt ꝯhi niſi i certis rebus. vt mutuũ qd̓ req
rit res ꝯſiſtentes.in pondere nũero uel menſura. tũc qꝛ
illa obligatio que eſt iq̃ſita nõ cõſiſtit in nũero põdere
vl' menſura.nõ põt dici eſſe mutuũ.vt hac.l.qui negocia
niſi pecunia eſſet ſolõni parata.tũc eniꝫ illa pecunia fin
gitur mutuata.vt dicta.l.ſingularia. Iſtud qd̓ dicit bã.
nõ ẽ veruꝫ.nõ eniꝫ ẽ differentia.vt dicit inter ꝯctus.qui
poſſunt ꝯhi.in qualꝫ re.ꝛ alioſ qui nõ poſſunt cõtrahi ni
ſi i certis rebuſ.qꝛ in neutris ipm ius trãſit i ꝯctum qui
celebrari intenditur niſi id agatur.vt dixi.s̃. proxime.

Uerum bene ẽ qd̓ nõ poſſet agi.qd̓ nomen debitoiſ
ſeu ius eſſet mutuatũ.ſed qd̓ datũ in dotẽ. uel ẽptũ eſſe
poſſet.ſi tñ vendit' res.ꝛ delegat' debitor rei.nõ ẽ ẽptuꝫ
ius.ſed res.vt dicta.l.promittẽdi.§.ſi a debitor̃.ꝛ ex pre
dictis patet.ꝛ de ſe.ad ſenſum nãlem. Preterea ſi
ego volo tibi mutuare pecuniã.ꝛ iubeo d̓bitori meo qd̓
ſoluat.dicit Bar.requirit' qd̓ pecunia habeat pñteꝫ uel
ſolõni patam qñ promittit.alias nõ eſt mutuuꝫ certe.ſi
bene inſpicitur hoc.l.i.v̓. Item qd̓ ſi a debitore.nõ dicit'
hic nec reqritur ꝙ pecunia ſit pñs. vel ſolutioni.parata
ymo quaſi ꝯtrium.dr̃ eniꝫ hic quia hoc benigne. extiatũ
eſt quaſi ſit ſpãle.ꝛ itelligi debere uidetur in terminis d̓
qbus loqtur principium leg.quod̓ loqtur quãdo pecunia
nõ eſt pñs nec ſolõni parata.ſm omnes vt dixi ſi enim
loquẽtur in v̓. Idem qd̓ ſi a debitor̃.qñ pecũia eẽt pñs
vel ſolutioni parata tũc non eſſet mag.benigne hoc ca
ſu q̄ in primo nam.ꝛ ibi. Idem quando pecunia eſt pa
rata vel pñs. Item in.l.ſingularia dicitur ſimpliciter
qd̓ ſi iuſſero debitorem meum.ſoluere obligaris non di
cit propterea.qd̓ ſecuta fuerit ſolutio.ymo loquitur quã
do nõ erat ſoluta nec dicit propterea qd̓ res eſſet pre
ſens vel parata ſolutioni ymo.gl.ibi intelligere videt'
contrarium ſuper verbo acceperis in fi.glo. cum dicit.
hic aũt ſiue pñs ſiue non nec dicit propterea gl. ꝙ eſſet
ſolutioni parata. Preterea ſi recepi.pmiſſionẽ aut per
ſtipulationeꝫ animo nouandi factam .ꝛ tunc non eſt du
bium.ꝙ debitor mihi tenet'.ꝛ mutuans fingitur mihi
ſoluere.l.ſi rem.§.ſi duo ibi ſimilem eſſe ſolutioni.ꝫ.de
nouatꝫ.facit.ꝙ per ſtip̄.vnum debitum poteſt conuerti.
in aliud vt.s̃.dictum eſt.vel ſi non interceſſit ſtipulatio
ꝛ ille mihi ceſſit actionem in talem debitorem. ꝛ ego q
debebã recipẽ pecũiã.mutuo fui ꝯtentus accipere debi
torem pro illa pecunia.certe contracta ẽ obligatio mu
tui.ad pecuniam lꝫ non habeam niſi nomen.ꝛ actioneꝫ
quia vident' ambo extimaſſe illud nomen pro pecunia
tanta quãta debebat mutuari.ꝛ ſic contrahi. põt mutu
um vt.l.ſi pro mutua.C.ſi certuꝫ pe.ꝛ iſto caſu nõ exigo
qd̓ res ſit pñs.vel parata nec.qd̓ debitor ſit pñs nã hic
datur ius extimatum.qd̓ ius ſemp eſt pñs.ꝛ inherens.
oſſibus cedentꝫ.vt.l.qd̓ deberet de peculio.ꝛ ita locunt'
iura.alle.per bar.in.l.ſi ſponſalibus.ꝛ.l.nuptura vt dixi

ē.in.ix.op. Preterea in incorporalibus ceſſio habetur
loco traditionis vt.ĩ.de vſucapioni.l.eum qui edes.§.i.
vt ibi nõ. Si autem non interueniret ceſſio nec pro
miſſio per ſtip.nec aliqua cauſa valida vl' efficax ad agē
duʒ.tūc nõ ꝯhitur niſi numeratõe ſecuta ⁊ habet locum
hoc i mutuo.⁊ quolibʒ ꝯctu.⁊ ſi interuenit ceſſio uel pro
miſſio efficax ad agendum ꝯtrahitur obligatio.tam mu
tui ꝙ̃ alia de qua agitur nõ.in nomine.ſed in pecuniam
que debebatur.⁊ pro qua eſt extimata actio ſiue ius q̃
ſemp eſt pñs ut dixi.ꝙ intellige eum agitur. ut ſtatiʒ ſit
mutuuʒ.⁊ nomen debitoris cedit ſtatim loco pecunie.ſe
cus ſi hoc nõ ageretur.ſed vt pecunia que exigeret' eēt
mutua.ut.l.rogaſti.ĩ.de p̃ſcrip.v̂bis ⁊.l.rogaſti.ē.ſi cer.
pe.Sed ſi deberem mutuar̃ pecuniam.⁊ vellem rē ex
timataʒ dare.tūc exigitur ꝙ ſit pñs ẜm glo.in.l.ſingula
ria in fi.lʒ bar.videtur itelligere illam.l.ꝙ ſic pata ſol'o
ni pecunia.q2 in alia re.nõ poteſt ꝯhi mutuuʒ.vnde tam̄
glo.intelligit ill●m.l.quando res erat pñs Bar.dicit ⁊
reci at ꝙ gl.intelligit quādo erat parata ſol'oni.⁊ dicit
Bar.in.l.ſingularia. In vltima op.illud ꝙ dicit glo.ꝙ
res ſit pata ſol'oni intelligere res.i.pecunia.nā alia reſ
lʒ ſit pata ſol'oni i.ea.nõ pōt ꝯhi mutuū.iō ñ pōt fingi
a me a te.pfecta lʒ aſſ'at ꝙ Ja.de are. dixerit ꝯtrium. ⁊
male ſʒ dñs bā.male dic i duobus.p̄mo i eo ꝙ itell'it.ꝙ
ſufficiat rē eē patā ſol'oni.q2 certe ē vcꝝ in alia re quaʒ
pecunia.ymo ſpēs ſemper dʒ eſſe pñs.vt dixi in. ix.op.
nec ſufficit ꝙ ſit pata.Item i alio male dicit.ꝙ debet i
telligi de re.i.pecunia● q2 certe ymo.l.ſi pro mutua loq̃t'
de alia re.ſed loquitur.qñ eſt extimata.tūc nõ requirit'
ꝙ res.i.pecunia ſit preſens vel parata.ſed ſufficit ꝙ res
ſit preſens.ſ.illa que extimat' nec ſufficit ꝙ eſſet pata.⁊
hoc voluit illa glo.bar.forte voluit itelligere ꝙ reqrat'
pecunia.⁊ nõ ſufficiat res extimata.⁊ ſi hoc eſſet veruʒ
ſufficeret ꝙ eſſet parata.ſed teneo ⁊ ita probat glo.qꝫ
ſufficit rem eſſe pñtem que extimatur ne c ſufficit eē pa
rataʒ niſi eſſet apud debitorē volūtate dñi vt dixi i.xv.
op.⁊.ē.proxime.rō q2 pecunia fingitur data mediāte re
que nõ poteſt dici tradita niſi ſit preſens. vt ex predictꝭ.
pʒ igitur ⁊c̄. Ex p̄dictis dicebat Bar. apparere in
tellectū eorum que tota die fiunt.ego dico campſori vel
mercatori ꝙ ſoluat tibi illud quod debeo tibi pro p̄tio
pannoꝝ uel p̄cio libri ſum ne ego a te liberatus. Et ſi q
dem ille campſor promiſſit tibi iſta promiſſa quam ha
bes cedit loco ſol'onis pecunie.⁊ ego ſum liberatus.l.ſi
pupilli.§.i.ĩ.de ſolutꝭ.facit.l.inter caſus.§.ab eſſe.ē.eo.
mutuuʒ.tñ non ꝯhitur niſi pecunia eſſet ſolutioni pata.
Si v̂o mercator nõ promixit tibi aliqd. ſed ſolum di
xi.ꝙt ſolueret tibi.nõ ſum liberatus.vt apparet ex ſupra
dictis.⁊ ideo ſi campſor cedēt foro ꝙ iniuſticia.dr̃ faller̃
poſſes iterum recurrere ꝯ̃ me p̄muʒ debitorē. Illud
ꝙ dixit Bar.ꝙ lʒ promittat mihi nõ eſt mutuū niſi pe
cunia ſit parata ſol'oni nõ eſt veruʒ.vt.ē.proxime ſatꝭ.ō
mõſtraui niſi promiſſio eſſet inefficax.tūc requireret' ꝙ
ſit p̄ſens.q2 tūc vr̃ mihi acqſitum dominiū.l.ſi pecuniaʒ
ĩ.de ſolu.l.i.§.ſi iuſſerim.⁊.l.ꝙ meo.§.ſi p vēditorem.ĩ.
de acq.poſſ.Si autem nõ eſſet p̄ſens.ſed pata ſol'oni ⁊
promiſſio iefficax nõ eſſet mutuuʒ.q2 nulla traditio vera
vel ficta interceſſit.q2 inefficax promiſſio.nõ poteſt indu
cere verā.vel fictam numeratiōem.In debitor̃ autē ha
bente pecuniaʒ paratam.ſecus eſt q2 efficax eſt accidit
cum habeat penes ſe.vt poſſit retinere. Aliud auteʒ
ꝙ dicit ē valde nõbile dictum. p̄ſentialiter mihi occur
rit de facto.⁊ ſi promiſſio eſt efficax ſine dubio verū di
tit ſi eſt facta animo nouādi al's vtraqʒ durat.l.fi.C.de

nouatꝭ.⁊.ē.dixi. Si v̂o eſt efficax.tūc nõ videtur libe
ratus.q2 remanſit penes eum.tamē puto ꝙ cedēdo actꝭ.
liberet' ⁊ piculum ſit creditoris qui recepit.al's poſſet di
cere debitor.ego exigiſſeʒ.⁊ tu debebas ſolēniter ſtipl'a
re.vel petere vel cederem actioneʒ.⁊ moueor equitate
potius ꝙ̃ lege que mihi occurrat ad p̄ſens poteris cogi
tar̃.Et iſtud intelligo verū ſi mercator erat diues .⁊ ſol
uendo ſeu campſor tempore promiſſionis.alias ſecus ſi
ignorauit iuxta ea que dixi in.l.iter cās.§. ab eſſe.ē.eo.
ꝙ tene mēti.lʒ qdam mercatores dicant iui ad campſo
rem l' mercatoreʒ.⁊ dixi ꝙ ſolueret.lʒ nõ promiſerit ꝙ
tamē dānuʒ eſt tuū ⁊ habetur pinde ac ſi promiſerat.ſed
nõ eſt verum.q2 campſor nil promixit creditori.ſed debi
tori.facit ꝙ adiecto.non queritur actio licet ſit p̄ſens.l.
inll'.ĩ.de v̂.ob. Circa mām tertiaʒ dic ꝙ ſic.⁊ qño ⁊
qñ habeſ ex hiſ.q̃ dicta ſūt.ē.in.xij.op.p q̃ clare videbiſ
qño debitū vnius rei poſſit ꝯuerti in debitum. alterius
rei ⁊ a p̄ncipio ⁊ ex poſt facto. Circa quartā materi
am nõ inſiſto.q2 habes plene ex ſupradictꝭ.in.xv.xvij.⁊
xviij.oppoſitionibus. Pro declaratõne p̄dcoꝝ q̃ro
quādo dicat' pecūia.vel res p̄ſens.⁊ quādo pata ſol'oni
Reſpōdeo preſens dicitur quando eſt in conſpectu. l.i.
§.ſi iuſſerim.ĩ.de acquir.poſ.⁊.l.ſi pecuniam.ĩ.de ſolu.
l.hoc ſi reſ.ē.de rei ven.l.quotꝭ.ĩ.de nouatꝭ.de ſolu.l.qui
decem.§.idem reſponſuʒ.parata vero dicitur ſolutioni
etiam quando non eſt preſens.⁊ in conſpectu.ſed etiam
in platei.⁊ habebam in domo in caſſia .vel in bancho .
vel in aliquo loco depoſitā.vel recōditā vbi de facili eā
app̄hēdere poterā.⁊ hoc vult gl.i.l.ſingularia lʒ nõ ita
clar̃.⁊ ſic pōt itelligi.l.ſi ſpōſalib⁹.§.ij.ĩ.ō iur̃ dotiū.ſi āt
haberem pecuniam in mediolano. vel etiam florentie
etiam depoſitam vel ibi in mea capſia.⁊ ego ſum.Jañ.
non vr̃ nec poteſt dici parata ſolutioni quia non poteſt
fieri ſine interuallo ⁊ ſpatio temporis ⁊ locorum remo
torū ar.dicte.l.qui decem.§.idē reſūſum.ĩ.de ſolu. ⁊ ibi
glo.i.ꝙ nõ.in.l.p in.ĩ.de condi.fur.lʒ bar.alibi videatur
velle.ꝙ patꝭ.ſoluere dicat' ille qui oſtendit reʒ.⁊ habet
ſecum in.l.preter.§.ſi quis patꝭ.ĩ. de operis no. nunc.⁊
alle.dictam.l.qui.decem.§.Item reſponſum.⁊.l.ſeruus
ſi heredi.in fi.de ſtatu.li.ſed non probant hec.ymo.gl.
⁊ tex.in contrarium in.§.item reſponſuʒ qui dicunt ꝙ
pñs dicitur quando prope eſt ſecus ſi remote puta.in p
uincia.dicit tamen bar.ibidem in.§.ſi quis paratus.ꝙ i
duobus caſibus reperit' ꝙ ſufficit queʒ offerre ſe .para
tum ſoluere etiaʒ ſi non oſtendat pecuniam in .l.ſi reſci
duuʒ.C.de diſtra.pi.⁊ in.l.fi.ĩ.de reſcideñ .ven.non exa
mino hic ſed quicquid ſit in aliꝭ caſibus omnes h.In
telligit' paratā ſolutioni.etiam ſi in conſpectu ⁊ preſens
non ſit cum faciant differentiā.an ſit p̄ſens vel parata
ſolutioni que dr̃ia fieri non pōt ſed dicetur parata quā
do eſſet p̄ſens.⁊ in conſpectu.Iteʒ ēt abſens qui ſcribit
epl'am.dr̃ habere paratam.vt hic cum glo.quo caſu nõ
pōt eſſe p̄ſens igitur ⁊c̄.Habetur tamē pro p̄ſente quā
do res creditoris mei eius voluntate eſt apud me .etiā
ſi nõ ſit in conſpectu.vel ſit in remotis partibus.⁊ extet
⁊ ſolo animo incipio poſſidere pro me ſeu noua cāa vt
l.certi condictio in fi.ē.ſi cer.pe.inſti.de reꝝ di.§ .vendi
te.⁊.§.ſe.⁊.l.qua ratꝭ.§.interdum.ff.de acquir .re. do.⁊
ibi gl.⁊ per dy.in.c.p poſſeſſore.ſecus ſi ſine voluntate
domini ſeu creditoris eſſet q2 tūc demū cū app̄hēdiſſet
vt.l.eius rei.⁊.l.ſe.ē.de rei ven .⁊ pʒ ex his que. ē. dixi.
⁊ hoc tenet bar.in.l.ſingularia. Sed qualiter pbabi
tur ꝙ ſit parata ſolutōni dicūt Bar.⁊ ray.i.l.ſingl'aria
ꝙ pbabitur ex qualitate perſonaruʒ.vt.l.ſi vero.§.quiſ

pro rei quãlitate.ff.q ſatiſ.cog.quid enim ſi erat cãpſoꝛ
vel magnus mercatoꝛ certe pͥſumitur ꝙ habeat pecuni
am in ꝓmptu.vt.j.de in diem adiect.l.iiij.§.melioꝛ i glo.
ſuper verbo faciliꝛ ꝙ nõ. Quero vltimo pone ꝙ a
pͥncipio pecunia nõ erat pata ſolutõi cuȝ volo eam tenẽ
ex mutuo.⁊ ibi ɔſentis vt id ꝙ tibi debeo ſe mutuũ po
ſtea aũt habeo patam nũquid ſufficit vr ꝙ ſic.vt.l.hoc
ſi res.ff.ð rei ven.ſed illud verum in re ſiue ſpecie certa.ſȝ
in pecunia in genere debita nõ video quõ hoc poſſit eẽ
qꝛ de alia nunꝗ̃ fuit cogitatã illa põt dici tempoꝛe ɔuẽt.
nec poſtea.qꝛ illa nõ eſt illa que debebatur .⁊ iſta puto
aliogn.Jſta lex eſſet inanis.qꝛ tñ pͥmuȝ habuiſſet pecu
niaȝ poſſet dici mutua eſſe ꝙ nõ repitur.l.cautum.Ex p̃
dictis põt colligi defenſio inſtꝛoꝝ ⁊ notarioꝝ que ð fal
ſo impetunt̃ pone rogas me vt mutueȝ tibi centũ. dico
ſum patus.⁊ iubeo debitoꝛi meo.vt tibi ea ſoluat.⁊ euȝ
tibi delego tu facies mihi inſtꝛm mutui.⁊ nõꝛius ſcribit
ꝙ eo tibi dedi.⁊ mutuaui centum tu poſtea probas qd̃
tempoꝛe inſtrumẽti nulla erat pñs pecũia nec aliqua pe
cunia interuenit certe nõ redditur inſtꝛm falſum.qꝛ licȝ
nõ interueniat pecunia tñ vere ẽ mutuum.⁊ verificant̃
iſta v̾ba dedit.⁊ mutuauit in delegatõe.vt hic ⁊.l.certi ɔ
dictio.in fi.⁊.l.ſingularia.⁊ ibi bar.ff.ſi cer. pet.ſecus tñ
eſſet dicit ipe ſi inſtꝛm diceret.⁊ numerauit.qꝛ iſtud ver
bum nũerauit nõ v̾ificatur in delegat.dȝ ergo probari
qd̃ nõ nũerauit nec iteruenit aliquis ex actibus ɔſtituẽſ
mutuũ. Si aũt inſtꝛm diceret talis ɔfeſſuſ fuit ſe ha
buiſſe ⁊ recepiſſe.⁊ habuit ⁊ recepit i mei not. pñtia iſto
caſu ſi debitoꝛ probat qd̃ pecunia fuit pñs.ſed qd̃ nõ ha
buit eam nõ eſt inſtꝛm falſum.qꝛ ꝓpter pñtiam vr eam
habuiſſe dicta.l.ſi pecuniã.j. de ſolut.⁊.l.i. §.ſi iuſſerim
j.de acqui.poſſ.⁊ ſi inſtꝛm dicit qd̃ fuit numerata nõ ſuf
ficit qd̃ fuit preſens pecunia ſufficeret.tñ ſi eſſet pͥſens
⁊ alij numerata in debitoꝛis pñtia.l.falſus. §.ſi is. j.de
furt.⁊.l.ſi procurã.pñt.j.de v̾bo.obli. Dicit ẽt ibidem
Bar.qd̃ ſi nõ habuiſſet.⁊ recepiſſet.ſed probarẽt quod
ab vna mãu receperit.⁊ ab alia reddidit iſtꝛm.⁊ eẽt fal
ſum.poſſet tamen ex hoc cõmittere ɔ̃ctum inualidũ ſi
probarent qd̃ fuerat actum anteꝗ̃ reciperet qd̃ inconti
nenti deberet reddẽ ut.l.qui ſic.j.de ſolu.⁊ qd̃ nõ.in.l.ſi
tibi.ff.ſi cer.pet.aliter aũt ſi ex hoc vellet defendẽ ſe ſol
uiſſe certe nõ eſſet v̾iſimile quod dcã redditio eſſet facta
aĩo ſoluendi.nõ eniȝ eſſet v̾iſimile qd̃ ex eodeȝ ɔ̃ctu vo
luiſſet obligari ⁊ liberari.l.nam ad ea de cõdi.⁊ demõ.
vnde eſſet recurrẽduȝ ad probat.⁊ ɔiecturas iuxta nõ.
in.l.cũ quid.ff.ſi cer.pe.⁊ qd̃ ibi dixit ut dicit ipe. Jſtud
ẽ valde notabile ad.q.quã uidi de facto reperiunt̃ duo i
ſtrumẽta eodem die ɔfecta vnũ quo ſum tibi obligatus
ad cẽtũ aliud generale qd̃ tu liberas me ab omni eo.⁊
toto qd̃ a me petere poſſes quacũqȝ rõne vel cã nõ ap
paret qd̃ ſi priꝰ vel ꝑ minimũ ſpaciũ eſt pͥus inſtrumen
tum obligatum quam quietat. certe etiam. primo caſu
preſumam quietat̃.precedẽ.qꝛ nõ eſt veriſimilem quod
ſic feciſſet. Jncõtinen̄.in ſecũdo caſu maius dubium
eſſet.⁊ qd̃ hoc dicit bar.qꝛ nõ eſt v̾iſimile quod ſtatim vo
luerim te obligare.tñ ſtat̃.ꝓo ſe appet qꝛ foꝛte uoluit ſi
bi dare ⁊ ſibi imputet ex quo de pꝛioꝛitate ɔſtat quantũ
cũqȝ.per modicum ſpatiũ.⁊ pro hoc facit potius hoc di
ctum bar. Dicit etiam bar.expꝛedict .ꝙ tamen fuit
quid contractus in quibus requiratur.ꝙ res ſoluat̃ vel
pecunia.Ut i contractu ceſſionis.l.per diuerſas.⁊ .l.ab
anaſtaſio.C.mandati pone ergo.ꝙ ꝗ̃titas que deberet
numerari eſſet multum magna foꝛte mille floꝛ .non re
pe ritur bene pecunia de facili que ibi ponatur in pñtia

ꝙ eſt remediuȝ.vt appareat numeratio quidaȝ ſunt ɔ̃c
tus qui requirũtur pecuniaȝ numeratam .vel alias res
exiſtentes pondere numero v̾el menſura tunc nõ eſt ni
ſi vnuȝ remedium.ꝙ ego numerem tibi centum .⁊ tu il
la numerata dones.⁊ ego iterum.numerẽ. ⁊ tu iterum
dones ⁊ ſic de ſinglis.vſqȝ ad quantitatẽ perfectã.vt.l.
ſi poſt duos.j.de ſolut.⁊.l.li. Jn contractibus vero i
quibus non requiruntur dicte res ſed implentur .inter
uentu cuiuſcũqȝ inter quos puto.etiam eſſe contractum
venditionis ⁊ emptionis lȝ enim in pͥtio contineat̃ pe
cunia numerata vt. l.i .de contrahen.emp. tamen pro
illo pꝛetio.poteſt ſolui quelȝ res extimata.l preci.C.de
reſcin.ven.ideo tunc erit tale remediũ. qd̃ pͥmo cedens
ſeu vendens conſtituas te meũ debitoꝛ̃ .in tota illa quã
titate poſtea vendam tibi pro toto pꝛetio.qd̃ preciũ mi
hi ſoluis cum te ab illa obligatione libero.vel poſſem ti
bi delegare aliꝗ̃.mulierem.vel aliꝗ̃.quem faceres de
bitoꝛem in tota illa ꝗ̃titate.⁊ illum ſic obligatum libe
res vt appet ex.l.ſingularia.⁊ ex ſupradict.ita dicit bar.
in dicta.l.ſingularia. Jſte omnes videntur fantaſie.
ſi enim probabituꝛ ſit factum non ne omnia vitiabunt̃
certe ſic quia iſtud eſt facere fraudem legi vt .l .frans.⁊
l.ɔtra legem.ff.de legibus.⁊.l.non eſt dubiũ.C.e.⁊ ideo
his ꝓbatis omnia dicta bar .manifeſte coꝛruũt. Sȝ
pone ſtatuto ciuit.Janue cauetur. qd̃ ſi quis acceperit
pecuniã mutuo.vel in ſocietate creditoꝛ habeat omnia
bona eius obligata.⁊ preferatur alijs creditoꝛibꝰ tu va
dis ad campſoꝛem vel ad mercatoꝛem diuiteȝ.⁊ rogas
eum.qd̃ cum tu.ſis debitoꝛ talis.qd̃ campſoꝛ ſcribat ſe
in libꝛo banchi.ſed debitoꝛem talis ad tempus.iiij.men
ſiuȝ quas i Jañ.ſcriptas appellamꝰ.vel rogas. qd̃ mer
catoꝛ pꝛomittat ei ſoluere pecũniam ad tempus quattu
oꝛ menſiuȝ quas.iañ.ſcriptas appellamus .⁊ ſic facit.⁊
adueniẽte tẽpoꝛe ſoluit queritur nũquid tu eis tenearis
ex mutuo vel pone qꝛ iſta lex loquituꝛ qñ mutuat̃.volẽs
iubȝ debitoꝛi ſuo.vt ſoluat quid ſi nõ debitoꝛi.hoc iubet
videmus enim ſupꝛa nunqd contrahatuꝛ obligatio mu
tui.inteꝛ iubẽtẽ ſolui.⁊ euȝ cui ſoluitur. Sed nunqd
in his caſibus inteꝛ iubẽtẽ.⁊ eum qui ſoluit contrahet̃
obligatio mutui.⁊ quãdo. Et i pꝛimis duobus caſibꝰ
hoc vidi de facto.⁊ ꝗ̃tum pro nunc ð iur̃ crederẽ.qd̃ nõ
eſſet in pͥdict.caſibus contracta obligatio mutui .niſi ꝓ
baretur.qd̃ requiſiſſet ex mutuo.qd̃ ſic facerȝ.⁊ tunc cõ
traheretuꝛ mutuuȝ ſolution̄.ſecuta nõ añ ſicut in eo qui
accepit lancẽ vt uendat.⁊ pecunia ſit mutuo. ut dixi.ff.i
xij.op.ſed erit ɔ̃tus mãdati ut in fideiuſſore.l ſi remu
nerandi.§.ſi paſſus.⁊.l.ex mãdato.ff.e.cum ſy.fac.l.ide
bitam.ff. de ɔdi.inde. Tamen in Jañ.in campſoꝛibꝰ
ſeu bancherijs cõſuetudo.⁊ cõis opio hȝ qd̃ ſit mutuũ ⁊
qd̃ ſoluant ex cã mutui.⁊ ita fuit probatum i qbuſdaȝ ca
ſibus.⁊ qñqȝ ꝑ litigantes ad inuicẽ confeſſatum. tũc er
go in bancherijs ex quo tpe dicemus contractam obli
gationẽ mutui an ex tẽpoꝛ̃ ſcripte.an ex tẽpoꝛe ſolonis
ꝑ eam facte certe videt̃ quod recipiẽdo pꝛomiſſion̄ dicta
ſolutio ſit loco ſolut.⁊ in locum ſolute pecunie cedat.vt
dixeris in vltimis locis.⁊ per ea que dicit Barto.in.l.
ſingularia facit.l.ſi rẽ.§.ſi diu.j.ð nouat̃.tamẽ illa dicta
pͥcedunt quando recipiẽs mutuum recipit pꝛomiſſoꝛem
ſibi delegatum.ſȝ in caſu noſtro non recipit ſȝ pꝛomiſſo
rẽ dat.⁊ ſic non accipit ſȝ dat ⁊ ſic cum in ſtatuto dicat̃
ſi quis acceperit pecuniam mutuo etiam ſi in pͥdict.caſi
bus intelligatur obligatus ex mutuo tamẽ niſi ex tẽpo
re ſolutionis facte non erunt bona obligata qꝛ v̾buȝ ac
cepit mutuo pecuniam poſitam in ſtatuto actum nume

ratōis ſeu naturalez ſolutionē ſignificat.vt. l.i.§.ſi mu
tuam.j.ſi quid in frau.pa.⁊.l.ſi non debitoꝝ.j.ꝺ nouatꝭ.
⁊ qͦ ibi nō.p.Ja.ꝺ are.⁊ p bar.in.l.i.in fi.ꝺ.ſi cer.pe.fa
cit.l.aſſiduis in.v.bo.date.C.qui po.in py.ba.⁊ qͦ ibi
nō.glo.ſup vbo ypotheca.⁊ lꝫ facta ſolutꝭ.non ſit nume
ratuꝫ ſibi ſufficit.qͦ ſit numeratum illi cui voluit.⁊ ita
iudicaui.contra quenꝺ propinquū meum. Ultimo
quero de quad.queſtione que nunc pēdꝫ ꝺ facto p quaꝫ
multa vtilia apparebunt in hac materia ⁊ queꝺ.non ta
cta p doctoꝝ.⁊ meo iuditio pulcra in ea tractabuntur.⁊
non curabo eſſe prolixus. Repitur contractus factꝭ
in hac foꝛa.vꝫ.ꝙ bertholomeus ꝺ cananexi vēdidit ſte
phano ſpinl'e petias.xij.pannoꝝ ꝺ Mediolano ꝓ ꝓtio
fl'.xxv.pro qualibꝫ petia.⁊ ſtephanus ſoluit ſibi preciuꝫ
⁊ dictus ſtephanus anteꝗ͂ emeret.fuit ductꝭ ad videnꝺ
pannos p cenſium ſui.ꝓſonetam poſtmoduꝫ uero dicta
die vel ſequenti dictus ſtephanus vēdidit petias.xij.pā
noꝛuꝫ mediolaneñ dicto bertolameo ꝓtio fl'.xxviij.pro
petia.⁊ hoc fuit die.iij.madij die.vo.iiij.madij dictꝰ.b.
abſēs dicto ſtephano fecit quodam inſtrm in quo fuit
ꝯfeſſus ſe emiſſe.⁊ titulo emptionis habuiſſe a dicto ſte
phano petias.xij.pannoꝝ ꝺ Mediolano.⁊ pro ipis ſe
dare debē eiꝺ libꝫ.iiij.⁊.xx.ſol.xi.ꝺ.ix.deditqꝫ duos fid
iuſſoꝛes nicolañ.⁊ antoniū qui iurauerūt ſolue ⁊ fuit fa
ctuꝫ inſtrm notario ſtipulanti noie.⁊ vice dicti ſtephani
fideiuſſoꝛes ꝓdicti obtulerunt quādam petitōem coꝛam
dn̄o iudice in qua narrauerūt ꝙ dictam fideiuſſionem
fecerūt credētes dictum.b.emiſſe pānos.qꝛ erant coll'.
introitus cauſe pānoꝝ.⁊ alias nō feciſſet.⁊ ꝙ repierunt
ꝙ nullos pānos dictus.b.habuit a dicto ſtephano.⁊ qͦ
cā poſita in dicto inſtro erat falſa ficticia.⁊ ſimlata ⁊ ꝙ
nō erant obligati.⁊ ſi eſſent obligati deberet obligatio
caſſari petierūtqꝫ declarari dictam cām fuiſſe falſam fi
cticiam.⁊ ſimulatam obligatōem fideiuſſoꝛiaꝫ eſſe nullā
⁊ in quātum eſſet aliqua petierūt eam caſſari ꝯfeſſuſqꝫ
fuit dictus ſtephanus in iterrogationibus ſibi factis ꝙ
emerat pānos ꝓdictos.xij.a dcō bartolameo.lꝫ eos nō
viderit nec tetigerit.ſed fuit qͦdam inſtrm ficticiuꝫ cō
feſſus qꝫ fuit ſe vendidiſſet petias.xij.pānoꝛum de me
diolano dicto bertolameo.⁊ ꝙ ipas ſibi nō tradidit nec
ipas habuit dictus bertolameus ꝙ ſciat.ſed cenſius.ſi
ue ꝓſoneta deberet ſtaꝝ. Querebaꝝ mō quid iteꝝ ego
allegabam pro dicto ſtephano.ꝙ obligatō erat valida
⁊ nō caſſando nō obſtātibꝰ predictꝭ.primo qꝛ re vera di
ctus cenſius alocutus fuerat dictum ſtephanum.ſi vo
lebat emere dictos pānos qui Rit ꝙ non niſi reuende
ret incōtinenti.⁊ cenſius dicit ſibi ꝙ daret.ꝺ.reuendi
tos.⁊ qꝛ dictuſ.b.erat ille qui volebat facere ipe eos uē
didit dicto ſtephano ad numeratū minori ꝓtio.⁊ dictus
ſtephanus eos ſibi reuendidit ad tp̄s maioꝛi ꝓtio.⁊ iꝺ
nō habuit neceſſe eos tradere.ymo habentuꝛ ꝓ traditꝭ.
ut.j.dicetur.ſecūdo qꝛ traditio nō interueniēs nō facit ꝯ
ctum ſimulatū.⁊ maxime in hoc caſu.qꝛ nō interuenit
ex uolūtate dicti.b.probatꝛ ⁊ eſt tex.glo.ſm duas lec.i.l.
ymaginaria.ff.de regu.iuꝛ. Item qꝛ lꝫ nō interuene
rit va traditio iteruenit.tn̄ ficta.⁊ aliqd.ꝙ ꝓ traditꝭ.ha
betur. Nam dicit.b.ꝗ pmo uendiderat ſtephano eas
ſibi dare tenebaꝝ.ſi ergo ſtephanꝰ eas ſibi reuēdidit n̄
debebat eos tradē.qꝛ penes ſe hēat.qꝛ de ipis erat de
bitoꝛ ⁊ habētur pro traditꝭ.ꝓbatur in.l.ſi ſponſalibus.§.
i.ff.de iure dotꝭ.⁊ ad iſtam rōnem faciunt ea que dicta
ſūt dicebatur vlterius ꝙ ſi eſſet veꝝ id ꝙ aſſerebant di
cti fideiuſſoꝛes.ſ.ꝙ fuit de nā ꝯctꝭ mutui feneraticius
ꝙ dictus ſtephanus egerat mutuare dicto bertolameo
Et copire voluit ꝯctum feneraticiū hoc mō adhuc erāt
obligati.⁊ aduerte.qꝛ per quenꝺ mgr̄atuꝫ fuerat cogni
tum de illicito ꝯctu ⁊ diminutiuū dicto ſtephano.illud
ꝙ lucrabatꝛ.ita ꝙ queſtio nō erat niſi de va foꝛte de eo
ꝙ vere numerauerat ſtephanus reſecato lucro adhuc
dicebatur ꝙ ſtephanus ius habebat tl'ibus ratꝭ.⁊ bene
nam aut ꝯctus inſtri eſt verus.aut ſimulatus.ſi eſt veꝝ
ceſſat omne dubiū ñ ꝺnū.ſi dicatur ꝙ bertolameus nō
habuit pānos.ſed ad hoc facilis eſt reſpōſio.qꝛ nō hēre
pānos nō facit ꝯctum ſimulatū.vt de ſe pꝫ.⁊ glo.ē i tex.
in dicta.l.ymaginaria.ita ꝙ ex hoc nō poterat pronūcia
ri fictatꝭ ꝯtractꝭ.nec caſſari obl'io.qꝛ poſſꝫ dare pānos ꝺ
nouo.ſi nō dederat vl' ſatiſfecerat.ſed re va ſa iſfecerat
qꝛ dictus bertolameus.pmo vēdiderat pānos dicto ſte
phano.⁊ eodem die dictus ſtephanus totideꝫ pānos uē
didit eidē.⁊ ille ꝯfeſſus fuit ſe habuiſſe totidem pannos
⁊ bene.qꝛ de totidem erat debitoꝛ.ita ꝙ ex ꝑte ſtephāi
erat ꝯctus impletus.⁊ nō poterat ſibi opponi de.l.iulia
nus.§.offerri.ff.de actꝭ.emp.ꝙ hoc ſit verum probatur
in dicta.l.ſponſalibus.§.i.j.de iure do.vbi ſi vir ꝺbebat
mulieri ancillā pamphillā dādo ſibi i dotē dꝛ dediſſe ⁊
rehūiſſe a ml'iere.lꝫ ml'ier n̄ tradiderit ex quo vir ꝺ ea
erat ꝺbitō.ita ē directo ⁊.ꝓpoſito.ita qͦ re va iplenēat
Item quia hic confeſſus fuerat in inſtrumēto ſe habuiſ
ſe confeſſio ꝓindicabat in mutuo poſt biēnium in alijs
cōtractibus ſtatim.l.in contractibus.C.ꝺ non .nu.pec.
⁊ ibi erat tranſſactum.biēnium.⁊ loquebamur in alio ꝯ
tractu. Si vero cōtractus erat ſimulatus tunc certe
ſimiliteꝛ obtinere debebat qꝛ ſecundum eos egerat mu
tuaꝝ.pecuniam ad vſuras.⁊ ſiīarunt cōtractum emptio
nis.⁊ vēditꝭ.certe ſi ſic erat apparebat.ꝙ nō difficiebat
obligatiōis ſubſtā.⁊ ſic nō dꝛ ſimulatuſ nec ficticꝰ.ymo
qꝛ interuenerat ſtipulatio p quam vnus contractus q
bus pōt transferri in aliuꝫ vt.l.ſi ex ꝓtio.⁊.l.ſi nō ſingl'i.
C.ſi cer.pe.non ē contractus ſimulatus.vt dicit bal.in
l.ſi ex ꝓtio pmo vt ſtabitur ſeu ſcriptū ē in inſtrumēto
pocius valet ꝗ͂ vt erat actum vt dicit idē bal.in.l.i.c.plꝰ
valere.ꝙ agitur vnde ſi re va.eēt mutuū vel alia cā nō
ſimulata eſt alia cauſa p modum habilē ad transferrē
dum vnum contractum in aliū.ſ.per ſtip.vt dictꝭ.iuribꝰ
⁊ nō.ex.in dicta.l.ſi ex ꝓtio q dicit.ꝙ doc.dicūt.ꝙ obli
gatio ē potētioꝛ.ꝗ͂ contractus qui ſit.ideo vꝫ prout ſta
bitur potius.ꝗ͂ prout agebatur. Non obſtat dubiuꝫ
ꝙ fiebat dicebatur enim illud foꝛte verum quo ad prin
cipalem ſed nō quo ad fideiuſſ.qꝛ foꝛte ignoꝛabat quia
reſpondebā.ꝙ fideiuſſoꝛes nō probāt aliqua leg e.ꝙ ex
hoc nō teneantuꝛ ergo erubeſcant vt.l.illaꝫ.C.ꝺ collatꝭ.
Sꝫ clarꝰ.probatur.ꝙ ex hoc nō poſſunt ſe iuuare qꝛ
ſi fideiuſſerunt in contractu emptionis ſeu.pro pecunia
debita ex natura ltia ⁊ iſta cauſa erat vera tempoꝛe fi
deiuſſionis qꝛ inſtrumētum ⁊ obligatio valebat.ꝓout
erat ſcriptam vt dixi.ſ.ſecundum bar.ergo ⁊c. Iteꝫ
alia ratione qꝛ dcūs ſtephanus cōuenerat ſe cū bertho
lameo.ꝙ promitteret pecuniam ⁊ daret fideiuſſoꝝ ita
qͦ dicti fideiuſſoꝛes habebant quereꝝ hoc cuꝫ dicto.b.
Dictus vero ſtephanus nil habebat: eis diceꝝ nec
debebat eſſe curioſus.⁊ poterat ⁊ debebat credere qͦ
dicti fideiuſſoꝛes qui ſe obligabāt pro dicto.b.ſciebant
id quod agebatur.⁊ ſi ſoluiſſet quod hoc ignoꝛaſſent.ad
huc debebat diſſimulare.⁊ nil dicere.nec eſſe curioſꝰ.
alias de eo potuiſſꝫ cōqueri dictus bertolameus caſus
ē in.l.doli.§.diuerſum.ff.ꝺ doli.ex.⁊ qͦ ibi nō.bar.qui
dicit.qͦ nunꝗ͂ debeo eſſe curioſus qui aliquis venit mi
hi obligandus ex promiſſione ſua pro alio ideo qꝛ non

facit mihi ſꝫ viciꝫ ſꝫ illi pro quo fideiubet. ymo plus dico inſtrm̄ p̄dictum in quo fideiuſſerunt fuit factum abſente dicto ſtephão. ⁊ ex quo ille dare debebat fideiuſſores quid poteſt imputari dicto ſtephano certe nihil.

Sꝫ vlteri⁹ h oſtēdiur clara ratione iſti fideiuſſores volebāt liberari. ⁊ ſi ſciuerunt nil poſſūt dicere. ſi ignorarunt ex ignorantia quam allegant volunt ſe iuuar̄. ergo debent probare ignorantiam quia ſciā dꝫ probari. vbi eſt cauſa actionis vel defenſ. Sꝫ vbi ignorantia ē cā actionis vel defenſionis illa dꝫ probari ita nōbil'r dicit. Ja. buẗ. in. l. verius. ĵ. de probatꝭ. ⁊ ideo ibi probat̄ ſcia q2 erat cā actionis ⁊ dicit. ꝙ qui aliter intelligunt male intelligunt illam. l. probatur etiam alia rōne. quia in eo ꝙ quis tenetur indagar̄. ⁊ quare p̄ſumitur ſcia niſi probetur ignorantia. ⁊ paria ſūt qui ſciuerit. vel ſcire debuerit vt in. c. innotuit. ⁊ in. c. cum olim ex̄ de electꝭ. ꝓbat̄ in r'la iur̄ p̄ſumitur de reg. iur̄. li. vi. ſed dicti fideiuſſores qui ꝯhebant cum alio debebat q̄rere ⁊ ſcir̄ ꝯdictōnem rei. ⁊ illorum cum q̄bus ꝯhebant. vt. l. qui cuꝫ alio ff. de re. iur̄. ⁊ ſciuerint ſiue ſcire debuerit paria ſunt ⁊ ſibi imputet ut dicit ibi glo. ⁊ alle. l. ꝙ te. ō. ſi cer. pe. ⁊ certe fideiuſſores erant ſagaces homīes. ⁊ nō eſt dubiuꝫ ꝙ bn̄ queſierit omnia. ⁊ q2 fideiubebāt ꝓ amicis ſuis. ſeu pro amico ſuo. q2 niſi eſſet amicus nō fideiuſſiſſet. ⁊ pl⁹ p̄ſumēdum eſt ꝙ amicus eum cercior auerit. nam ſicut dicit euāgelium. Vos nō dicam ſeruos ſed amicos q2 ſerui neſciunt ea que faciunt dn̄i ſui. ſed amici ſic. ꝙ i ſil'i dicit glo. ꝙ ſi pater qui maritat filiam ſcit aliq̄d preſumitur filiam cercioraſſe. ⁊ ſic filiaꝫ ſciuiſſe. q2 propinq̄ ſciunt facta propinquoꝝ. l. de tutella. C. de in inte. reſti. mi. ſic. ⁊ iſti amici prout dicit euāgelium xp̄i cui magis credendum eſt q̄ꝫ impatori vel iur̄. con°. ⁊ maxime. q2 fideiuſſores erant homines ſagaces qui debebāt indagare ⁊ pro ꝯtis preſumitur eos ſciuiſſe glo. autē predicta eſt in. l. ſi legibus. C. de ep̄ali audientia. Nō obſtat ꝙ dicebat̄ ꝙ. l. ſi ex p̄tio loquebat̄. qn̄ preceſſit ꝯctus q̄ transfertur in alium. q2 ita erat ibi. ſeu in hac q̄ōne. quia mutuū trāſferebatur in alium ꝯctum. ſ. emptꝭ. ⁊ venditꝭ.

Dico etiam plus ꝙ etiaꝫ ſi nō p̄ceſſiſſet. alias ꝯctus idem eſſet. q2 ita exp̄ſſe tenet Bar. ⁊ loq̄tur in tali cāu vt ip̄e nō. i dicta. l. ſi ex p̄tio. ⁊. l. i. C. plus ua. ꝙ agitur. ⁊ ergo dico ꝙ eſt tex. in dicta. l. ſi nō ſingl'i in fi. vbi nō. p̄cedebat alius ꝯctus. ⁊ tamen ſi interuenerit ſtipulatō ⁊ ibi dr̄. Item illa. l. directe loquitur in caſu noſtro. q2 ibi etiam loquitur i fideiuſſore. ut pꝫ in p̄ti. illius. l. ⁊ tn̄ ſi ē ſcriptū oleū pro peſitia. ⁊ interuenit ſtipulatio vꝫ vt in fi. l. ⁊ ſic loquitur in fideiuſſore. ⁊ ceſſant oīa dubia q̄ poſſent fieri pro predictꝭ. etiam facit. q2 fideiuſſores iurauerant obſeruare ꝯctum ſeu promiſſa ꝑ eos. ⁊ bar. dicit ꝙ qn̄ interuenit iuramētum nō requirit̄ ꝙ certioretur. ymo vbi alias requirit̄ certioratio iuramētuꝫ ſufficit vt nō. bar. in. l. ſciēduꝫ. ff. de v̄b. ob. ideo nō debebat ſignatꝭ. caſſari inſtrm̄ nec dꝫ iudex eſſe auctor periurii. vt dicit imp. in. l. i. C. ſi. aduer. vend. ille tn̄ paucuꝫ ſciens. ⁊ corruptꝭ. ſine dubio pronūciauit ꝯ2iuꝫ tamen iudex apl'icus q̄ erat valens pronūciauit male iudicatum. ⁊ actor appellauit. ⁊ adhuc pendꝫ. ⁊ lꝫ nō omnia ſupradicta faciāt ad materiaꝫ. tn̄ multa faciunt. ⁊ qūo appet hāc mām̄. q2 habes ex ea ꝙ ne dum ꝯctus iam celebratus pōt trāſfundi in alium. ſed etiam nō celebratus. vt cuꝫ nullo mutuare āteq̄ꝫ mutuet̄ poſſum⁹ ꝯuenire ꝙ debeat̄ ex cā alia puta venditꝭ. vt ex hac. q. pꝫ. Iteꝫ pꝫ ꝙ ne duꝫ ad p̄iudicium p̄ncipalis. ſed etiam fideiuſ. ignorantꝭ. poteſt qn̄ dicit in ꝯtractu in quē trāſfertur etiaꝫ ſi ignoā. ꝙ eſt nōbile.

Item hēs ꝙ etiaꝫ debitum ex mutuo facē poſſuꝫ debere ex venditꝭ vt i hac. q. ꝓbatur in. l. aduerſus. C. d nō nume. pe. ſm̄ vnaꝫ lec. ⁊ ibi glo. ꝙ nō. Et ſi dicas hic petic pānoꝝ nō erant p̄ntei vel pate qd̄ requirit̄ ad trāſlatꝭ. vt ex predict̄. pateo. reſpōdeo illud ē veruꝫ niſi qn̄ interuenit ſtipl'o hic interuenit. vel hic erat p̄nl aliquid. ſ. iuſ obligatꝭ. quo tenebat̄. b. ſtephano. ⁊ voluerunt tacite qd̄ remiſſio iſtius iuris eſſet ꝓpatus qd̄ potuit vt. l. ſi nō ſingl'i. ⁊. l. ſi pro mutua facit qd̄ dixi in. ix. op. ⁊ habet̄ pro traditꝭ. remiſſio. ut nō. glo. in. l. qd̄ de ſuo. C. de dote tan. nō nu. Sed cōtra p̄dicta op. q2 ubi ꝯtractus ē illicitus nō trāſfertur i alium ēt ꝑ ſci. vt. l. ſi ſub pene. C. de poſtulādo. ⁊ ibi Bal. ⁊ in. l. ſi ex p̄tio. ⁊ bar. in. l. i. C. plus valere qd̄ agitur. indiſtinctꝭ Rt. ⁊ hic erat illicitus. q2 vſurarius. ⁊ ita fuit cognitum R̄. ueruꝫ eſt qd̄ quādo cōtractus eſt totus illicitus nō pōt trāſferri in alium. ſꝫ qn̄ pro parte tantuꝫ. tūc pōt transferri quatenus ē licit⁹ ⁊ quatenus ē illicitus nō vꝫ nec ut agebatur. nec ut trāſferebatur ſeu ſcribitur. ⁊ ideo hic uꝫ uſq3 ad ſortem pro lucro. nō. fateor qd̄ nō. ⁊ utile per inutile nō dꝫ viciari i ſil'ibus. vt. l. pecunie fenebris. ĵ. de vſur̄. ⁊ in r'la iur̄ vtile li. vi. ⁊ adde quod dicam in. l. ſeruum tiẗ. in fi. vbi oīo uide circa hanc queſtionem. ⁊ hoc ſufficiant de hac. l. ⁊ eius mā. Deo gratias ago amen.

**Cum heres.** Si mando alicui. ꝙ emat aliquam rem quam habet cum aliis cōmuneꝫ pro parte alioꝝ tenet mandatum pro parte vero ipſius tenet mandatū. Item mandatuꝫ morꝭ finitur emptio vō nō. h. d. In tex. ibi ſub ꝯdictōe. vel ſit contractus emptionis vel vēdictionis vel conditionalis tranſit ad heredē ſꝫ ſimplex mandatuꝫ non. h. d. In tex. ibi ſub condictione ⁊c̄. ſub qua autē condictione videatur contracta dic vt in glo. que incipit ꝑtis tue. nō. caſuꝫ iſtius. §. ⁊ predictus intellectus quē dixi in ſūmario colligitur ex glo. noſtris ⁊ maxime ex glo. que incipit queſtioni facte ⁊c̄.

**Si fundum.** Si mādo alicui ꝙ emat rē quam habet cuꝫ aliis cōmunē pro certo p̄cio partibus alioꝝ emptis dꝫ partē ſuam vēder̄ ſimili p̄tio quo emit partē alienaꝫ dummodo p̄tium determinatū non cōcedatur. Sed ſi p̄cium a mandāte non fuerit determinatum. tūc enim dꝫ parteꝫ vēdere p̄tio decl'ando arbitrio boni viri. h. d. cum. l. ſeq. vſq3. ad. §. ſi fundum ⁊c̄.

Additio. Bal.

Qn̄ p̄tia l' aliaꝝ partiū ſūt equalia taxatio partis n̄ extimatur. q2 eſt certum ꝑ relationē ad alias ſꝫ quando ſunt diſparia puta erant tres tertia vnius ē empta decē tertia alterius ē empta octo tunc fit emptio hoc mō. qd̄ ille due tertie conſtant xviii. ⁊ ſic p̄tium alterius tertie erit. ix. ⁊ iſte. §. non ē alibi ſm̄ ray. Pone. qd̄ ſi dn̄s mandauit vni dominoꝝ. qd̄ emat partē alterius pro mādante an valeat mandatum Rn̄. ſic in ea parte tantum. Sed ſi ſine cōmemorat̄. partꝭ. mandaui fundum emi vꝫ mandatum in totum iſte eſt tex. nō. iſtius. l. ⁊ eo pretio quo eſt empta pars ſocii dꝫ mādatarius eſſe contētus de parte ſua ⁊ a pluribus ſociis eſt ſi mandatuꝫ emi rē empta diſpari pretio non reſpicitur qd̄ plus nec quod minus. ſꝫ media via eligit̄ inter ex̄ma diſcrepantia vt. l. ita ut omnes qui caſus nō reperitur alias ita dicit i. l. i. ſi ſeruus extero. Bal.

**Quod ſi fundum.** In mandato de emēdo rē cōeꝫ cū pluribus nō agitur actione mandati niſi red mat̄ totus

fundus.ſecus ſi ſimplr fuerit mādatū ꝺ emēdo.h.ꝺ.

**Hominem certū.** Quando fideiuſſoꝛ petit extimatōꝫ quam ſoluit inſpicitur tēpus ſolonis ſecus quando petitur extimatio rei pꝛomiſſe ꝑ ſtipulatꝭ. h.ꝺ. Nota qꝺ ꝺixi in ſumario ⁊ ꝺe materia iſtius .l. habuiſtꝭ.i.l.uinū.ſ.ſi cer.pe.⁊.l.in hac.ſ.ꝺe tritica.⁊.l.iij.§.i hac.ſ.cōmo. Secūdo nō.tex.in fi.ꝺū ꝺicit fruſtratio ſua ⁊c.nam ex hoc tex.Ja.ꝺe are.ꝺicit qꝺ moꝛa ꝺr fruſtratio ad ideꝫ.j.ꝺe vſuris.l.in fideicōmiſſi.§.fi.ſ.ꝺe neg.geſt.l.liberto.§.fi.⁊ habes alibi glo.ꝺicētem ꝙ fruſtratoꝛ ꝺr ille qui ē i moꝛa poſt iterpellatōem.ita nō.gl. in.l.merito.j.ꝺe vi ⁊ vi armata ⁊c.

**Lucius ticius.** Qui obligauit pignus ꝓ alio ł obligauit ſe pꝛo alio anteꝗ̃ ſoluat pōt agere ꝯtra reum ꝑ̃ncipalem in caſibus hic exꝑ̃ſſis.h.ꝺ. Bart.in.l. quotem.§.que maximos ꝺe pub.vlti.col.in 2° eſt viden dum vr limitare hanc.l.in fideiuſ.ꝺe ꝺando.ſecus ꝺ faciendo.⁊ pꝛo hoc facit.j.eo.l.ſi mandato meo i ꝑ̃n.⁊.ſ. eo.l.ſi rem nūerādi.§.fi. Nō.in hac.l.caſus in qbus fideiuſſoꝛ pōt agere anteꝗ̃ ſoluat aliꝫ caſus nūerantur hic in glo.mag.⁊ cum hoc tex.⁊ glo.cōcoꝛ.ꝙ nō.in tex. ⁊ glo.C.eo.l.ſi pꝛo ea.⁊ nō.glo.hic in ea parte ꝺum ꝺic qñ ꝺicatur reus ꝺiu ſtetiſſe in obligatiōe. Sed circa iſtam.l.qūo hic loquitur i eo qui fideiuſſit cū mandato. ſed ponamus ꝙ aliquis fideiuſſit ſine mandato.⁊ ſic cōpetit ei actio neg.g.vt.ſ.eo.l.ex mandato.§.i. Nūquid habeat locum ꝺiſpoſitio iſtius.l.vt poſſit agere anteꝗ̃ ſoluat i caſibus hic exꝑ̃ſſis in glo.habes.nō.ſ.ꝺe ne.ge. .l.ſed videamus vtrū autem iſta.l.hꝫ locū in fideiuſſoꝛe ſ.ꝺ euictꝭ.ꝺic vt nō.per ꝺoc.in ꝺicta.l. ſi pꝛo ea.C.e.vbi ꝺicitur quod non.

Addi. Bal.

Lucius. Fac.j.eo.l.ſi mandato.§.quotꝭ. Nō.ꝙ in iſta.l.pignuſ.⁊ fideiuſſoꝛ quo ad hoc vt liberentr equiparantr.nō.hic caſus in quibus fideiuſſoꝛ pōt agere añ ſolutꝭ.qñ ꝺiu eſt ceſſatū in ſolone.⁊ qñ reus ꝑ̃ncipaliſ ꝺilapidat bona.⁊ ſic ꝑiculum ē in moꝛa. Jtē qñ fideiuſſoꝛ ē ꝯdemnatus. Et nō.ꝙ nō ꝺr fideiuſſoꝛ ꝺiu ſtetiſſe i oblone niſi pꝛius obligatōe cōmiſſa.naꝫ añ nō pōt ꝺici i oblone ceſſatū.vt.j.vt in poſ.le.l.is cui.§. ceſſatum ſm Ja.ꝺe are.ray.⁊ cy.B.⁊.C.eodeꝫ.l.ſi pꝛo ea.j.ſolu.ma.l. facē poſſe. Jdeꝫ in eo qui fideiuſſit in tutella.qꝛ ibi vr ꝯdictionalis fideiuſſio ꝺonec ꝺuret tutella ar.j.coꝺ.l.ſi mādato.§.i. Quero ſi fideiuſſoꝛ ē obligatus ꝑ inſtiꝫ quarentigie vtrꝫ poſſit agē ac ſi eſſet ꝯdemnatus.⁊ ē ar. ꝙ ſic.idem nō.ꝑ cy.C.fami.her.l.certū ꝙ tenet Bar.i .l.fideiuſſoꝛ pꝛo venditoꝛ.j.ꝺe fideiuſſ. Quero qualr formabitr libellus.in caſibus i quibus fideiuſſoꝛ agit añ ꝗ̃ ſoluat.ad poſſit petē quātitatem ſolui.vt libētur ꝺic. vt nō.ſ.ꝺe neg.ge.l.ſi qs mandato. Quero qualiter iſta ſnia executioni mandetr.⁊ qualiter fiat miſſio cum ꝯtineat factuꝫ ꝺic vt nō.in.l.ſi ꝓ ea.e.ti.Ego ꝯſului ꝙ ſi ꝺebitoꝛ eſt i moꝛa liberādi fideiuſſoꝛem cum teneatr ad factum ꝙ licite poſſit peti itereſſe ſub foꝛma.⁊ nomine itereſſe iuxta regulam generaleꝫ ꝺe vbo.ob. l.ſtip. nō ꝺiniduntr.§.celſus.⁊.ff.ꝺe re iudi.l.ſi qs ab alio ꝺixi plenius i ꝺcā.l.ſi pꝛo ea. Bal.

**Si ariſtoni.** Mandatuꝫ ⁊ ꝺepoſituꝫ poſſitfieri periculo mādatariꝫ.⁊ ꝺpoſitariꝫ.h.ꝺ.

**Si pro te.** Pꝛohibitio tollit actioneꝫ mandati.⁊ negocioꝝ geſtoꝝ

Jtem ex vna parte tm̄ oꝛitur actō mādati.h.ꝺ.cū .l.ſeq. Nō.que ꝺixi i ſūma° ad idem.ſ.ꝺe nego.geſt.l.ſi ex ꝺuobus.⁊.C.e.l.fi.⁊c.

**Si mandauero.** Si mandatarius mandantem ꝺecipit mandati tenetur.h.ꝺ. Bal.

**Si mandato.** Mādatarius tūc actōnem mādati ꝯ mandatoꝛeꝫ agē pōt.cū mādatum impleuerit. h.ꝺ.vſqꝫ ad.§.ſi iudi°. Nō.ꝑ̃mo ꝙ ꝺ xi i ſu. So.nō.tex.i .v.ꝙ ſi nolit creditoꝛ.nam hic habes caſum exꝑ̃ſſuꝫ ꝙ creditoꝛ nō cogitr ſuſcipere aliū venientem ad ꝺefendēdum aio nouandi.vt ita ꝑoꝛ ꝺebitoꝛ liberetr lꝫ ꝯ.nō. per glo.ſ.ꝺe neg.ge.l.liberto.§.fi.⁊ ꝙ videbitis.nō.i.l.nō ſolum.ſ.ꝺe pꝛocūr.⁊ ibi ꝺe hoc ꝺicam.nō.ꝑ ꝺoc.C.vbi in rem actio.l.i. Ultimo nō.glo.i.iſtius.l.⁊ tene menti.

Addi. Bal.

Si mādato. Mādatariuſ ſeu pꝛocūr.pōt agere.vt liberetur ſtatim.ꝙ expleuit mādatum.ſed nō interim añ quā ꝺuxerit ad effectū.⁊ creditō nō cogitr ꝺebitoꝛeꝫ mutare.⁊ tunc modis liberādi ē ꝑ ydoneam cautioneꝫ pꝛomittere idemnitatē non per modum obligationis. ⁊ eſt nō.ꝑ̃n. Emeris ⁊ te obligaueris ad pꝛetium parte ⁊ fideiuſſoꝛem ex altera Ja.ꝑ̃mi ſtatim agunt quādo ſūt obligati quod ſecus eſt in fideiuſſoꝛe niſi ꝺiu ſteterit in obligatione ratio ꝺifferentie reddir in glo.quā nota gl. ſ.ꝺe neg.geſtꝭ.l.ſꝫ videamus loquitur in eo qui obligat ſe fideiuſſoꝛio nomine ſecus ſi geſtoꝛio nomine qꝺ nō. Secundo nō.ꝙ ꝺuplex eſt modus conſeruatꝭ.indēnitꝭ.pꝛimo per obligationem quando creditoꝛ eſt contētus obligationem nouare vel qñ ſibi ſoluitr. Secundo per ydoneam cautionē indemnitatꝭ.quod eſt nō.ꝓ fideiuſſoꝛibus tutor.ꝙ interim non poſſunt alteri obligari ſꝫ ꝺꝫ eis caueri.vt hic.⁊ adde quoꝺ ꝺixi.ſ.ꝺe cōſti. pe. l.qui ante.§.i.⁊ ꝺe ar.l.lobeo in fi.⁊ iſta cautella nō ē liberatio pꝛopꝛie ſed equipolens.

**Si iudicio.** Ante ſolutionem agitr ad factum non ad ſolutionem.h.ꝺ. vſqꝫ ad.§.ſi fideiuſſoꝛ ꝗ non ſūmatur ⁊c.

Additio. Bal.

Fideiuſſoꝛ iuditij ⁊ expꝛomiſſoꝛ poſſunt ſtatim ager poſt obligationeꝫ cōmiſſam.h.ꝺ. Uidetur ergo.ꝙ.l. lutius.ſ.e.non habeat locuꝫ in fideiuſſoꝛe iudicij ſꝫ ſolū in fideiuſſoꝛe contractus ſuper quo cogitabis ⁊ ratio ē in fideiuſſoꝛe iudicij quia patitur paratam executionem vt.ſ.ꝺe in ius vo.l.eum pꝛo quo.

**Quotiens.** Petens ſe liberari vr ager ad ſcm̄ non ad ꝺamnū. h.ꝺ. Ad de quo nō.ſ.ꝺe neg.ge.l.ſi quis mandato. Nō.h ſꝫ vnam expoſitionem gl.ꝙ ille qui petit iura ſibi cedi nō vr agere ad ꝺandum ſꝫ ad ſcm̄.

**Si fideiuſſor.** Reus tenetr fideiuſſoꝛi ad id i quo creuit oblio ſeu cōdemnatio.h.ꝺ.facit.ſ.ꝺe eo quod cer.lo.l. centum cap. Nō.ꝙ fideiuſſoꝛ ſumptus quos fecit i lite repetit a reo ei.ſ.fideiuſſoꝛi.

**Quod mihi.** Nouatione facta tollitur ꝑ̃ma actio.⁊ agitur ſolum ex ſa.h.ꝺ.Jſte.§.quem ꝺeclara. vt i gl. optime. Aliter ꝓ interuentu noue perſone nō fit nouatio qñ interuenit periculo pꝛimi ꝺebitor.ēt oliꝫ ſꝫ materiā.ff.bar.allegat iſtum.§.plioꝛem i.l.i.C.ꝺe nouatꝭ.

**Si quis pro eo.** Si fideiuſſoꝛ ſoluerit illud quod ē

vtilius vt liberet principalem ab obligatione maiori per actionem mandati ei cōpetit repetitio .hoc dicit

Nō.hunc .tex.in quo habes.quō fideiuſſor ſoluens id qō nō eſt in obligatione liberat tm̃ principalem.⁊ hʒ actionem mandati contra reum ſi illa ſolutio expedirʒ ipſi reo pncipali. Secūdo nō.tex.in.v. igit᷑ cōmodiſſime quod in quo habes qñ ſit veꝛ quod a forma mandati recedi poſſit per hunc tex.declaratur.l. diligenter cuʒ ſy.ſ.eo. Bal.

**Iulianus.** Iſta.l.nō ſumatur. qꝛ glo. hci ponit caſuʒ in ipſiꝰ pncipio ⁊c̃.

Addi.Bal.

Fideiuſſor ex cauſa dotis retinēs debitum itelligitur ſoluiſſe.qꝛ ſuſtinet onera vel ſic fideiuſ.liberatus ex cauſa oneroſa agit:man.tāquā ſoluerit.

**Si is qui.** Si fideiuſſor ſoluens pncipalem nō liberat.ſ.ꝯ eum actio mandati nō competit.h.d. Uel ſic fideiuſſor i obligetione dandi non agit ex ſimplici traditiōe facti niſi ex ea excuſat obligatio ſit ſecuta.

**Quintus mutius.** Ille qui parcit pudori ſuo excuſatur.h.d.

Additio.Bal.

Fideiuſſor in proceſſu rei non habet ſe. Intromittere nec impedit᷑ defenſſionē.rei ſʒ in proceſſu proprio ēt reo contrarium proteſtante poteſt agnoſcere bonā fidē h.d. Nō recuſatur.ſ.negotia in ſuperiore quando libellus dirigebatur ꝯ reum pncipalem.ſuo iur̃ ius rei eſt poſſe negare. In poſteriore.ſ.qñ libellus dirigebatur ꝯ fideiuſſoreʒ maxime a dāno.ſi ipſe.ſ.fideiuſſor pudori ſuo fatēdo veritateʒ. Nō.ꝙ nemo cogitur vitateʒ negare.⁊ ꝙ nō vʒ proteſtatō in ꝯriū facit.ſ.de neg.ge.l. at qui.nā.§.cū me cōcor.tm̃ glo.quod habetur i ſpec.de iur̃.cal.§.pe.v.pe. Iſtum tex.allegat.an ſi reus pncipalis dicat fideiuſſori tu nō fideiuſſiſti p me fideiuſſor vero dicat.ymo ei credatur dicit p iſtum tex. ꝙ ſic vbi ēt tenet ꝙ creditur renūciationi.iudicij.vbi nō cōſtat p acta de quibu ſibi vide p eum. In tex.ibi fideiuſſori denūciaret᷑ iſta lr̃a eſt ar.ꝙ ille qui predixit creditori ne ipſm in fideiuſſ.acciperet.qꝛ nolebat eſſe tamē ſi poſtea itercedat nihilominus teneat᷑.qꝛ factuʒ ſuuʒ vr̃ proteſtationi ꝯ.ar.ſ.de ꝯdi.inde.l.quod quis ex̃ de cōſti.c.cuʒ m.C. ꝙ me.cā.l.ij.nam vltima derogāt pꝛoribus ĩ .de fide.codi.l.diuus.C.de pac.l.pcā nouiſſima. Poteſt etiam dici ꝙ ſi creditor proteſtationi.vel denūciationi cōſenſit ꝙ nō teneatur fideiuſſor.⁊ pma fuerūt derogatoria pꝛoribus ſil's nau.cau.ſta.l.vlt.in pn.de le.i.l.ſi mihi. ⁊ tibi de le.iij.l.ſi qs in pn.facit ad h.l.lucius.ſ.de cōſti.pe.ꝺ .q.hac.dic p cy.i.l.pacta.C.de pac.per Bar.ff. de acq. here.l.q̃ i aliena.§.celſus p dy.in.c.ⁱ generali p doc.i.d. .l.fi.in ſy.nau.cau.⁊.ĩ.loc.l.cum i plures.§.locator orrei ⁊ melius p bar.in nūera.proteſtatij.quam ponit i.l.nō ſoluʒ.§.morte.de no.op.nū. Bal.

**Cum mandauero.** Mādatum quō fit ſoluʒ gr̃a mādatarij nō eſt obligatoriuʒ.h.d.Uel ſic mādatū ꝙ refertur ad vtilitatem mādantij.ē veruʒ mādatum.ſecus ſi ad vtilitatē ſolius mādatarij.h.d.

**Seruum ticij.** Ille qui vendit vt procur̃.de euictione tenetur.⁊ ideo ſi euincere velit exceptōe repellitur.Ille q mandat vendi rē ſuaʒ quā putabat eſſe ſuā ex vna cā ex qua nō erat nō pōt poſtea vendicare.ex ea cā ex qua vere erat ſua.h.d.⁊ glo.hic ponit caſuʒ. Nō. ex hoc tex.i vſi.⁊ puto ꝙ ille qui vendit.vt procūr.tenet᷑ de euictōe.ſ.de procūr. Secūdo nō.ex fi.iſtius.l. qō qñ res nō euicit᷑ ve.ſed ficte nō agit᷑ ex ſtipulatij.ō euictij. ſed agitur actōe exēpto ad intereſſe vt hoc tex.i fi.

Addi.Bal.

Dominus vēdenſ mādato.tm̃ dñi nō euincit.ſed pretium retinet lʒ errauerit.Et ꝯ ſi nō dñs vendit mandato dñi nō euincit ab emptore.lʒ ſit erratuʒ i cā dñij l ſic pp nō reuocat qs fcm̃ propriū quod ē efficaciter obligatoriū.h.d.Item procūr.tenet᷑ ex ſuo ꝯctu ēt ſi procuratoriū recepit p erroreʒ.h.d.Et nō.bñ hanc.l.Que pmo pmittit duas queſtiones q̃rendo.ſecūdo ſepat ſolucēdo

Obſtractū nō.ꝙ procūr.abligatur ex ppꝛio actu nec pōt venire ꝯ propriuʒ nomē.quod nō.⁊ h in procūr.contractꝰ ſm procūr.iudicij dic vt nō.ĩ.de ſol.l.modeſtinꝰ ⁊ ō ex.rei iudi.l.ſi is q habes nō erat.§.vlt. Eum.ſ.procur̃.nūcium.ſ.ad refuſioneʒ pretij qꝛ ●ccedit pciium loco rei ſiue ar.ſ.ſi cer.pe.l.ſi cum ſeruus mādati.l.pcur̃ q pro euic.ſ.ꝯria ab eo.ſ.emptore actōem.qꝛ dñs ſuccedēs nō domino uidet᷑ euincē a ſe ipſo. In glo.pmo ibi ſi pcur.Secūdo ibi fuit gnāle mādatum hic ſpāle de re ipſa vendēda vel hic nō dicit trāſlatum dñium. ſed dicit ꝙ nō poteſt res euinci.vt.ſ.de public.l.ſi qs phibuerit.

**Si is qui negotia.** Soluens p fideiuſſore pt ꝯſequi a fideiuſſore.⁊ a reo pncipalis. Item fideiuſſor pōt repetere debitū quod ſoluit. ⁊ q̃quid bona fide ipendit.h.d.⁊c̃.

Additio.Bal.

Licet alicui querat᷑ ac ſucceſſiōne.tm̃ deſiderat᷑ ratihabitio ar.l.in.ij.R.probatur expreſſe.C.ſi cert.pet.l.ſi abſens quod nō. Bal.

**Siue cū.** Obligatus ad frumentū tenet᷑ preſtare frumentū quod inuenitur ſed ſi ville inueniret᷑ illud preſtando liberetur.h.d.

**Fideiuſſorē.** Ue.obligatus ad triticum in genere liberatur ēt dando villiſſimū ⁊ fideiuſſor non debet ſoluere pluſq̃ opoꝛtet nam ſuperfluuʒ non repetit.h.d. Uel ſic nō pōt plus fideiuſſor repetere a reo.q̃ poſſ.petere creditor a reo.h.d. Spopondit adiecta quantitate ⁊ non qualitate cy.⁊ dic vt.ĩ.de verb.obl.l.triticū ⁊ vide.ꝙ dixi in l.cuʒ his.§.hominem.ſ.de condi.inde.

**Fideiuſſor.** Soluens ante diem per errorē iur̃.vel facti minꝰ probabilem non repetit nec ante diem mādati agr̃.h.d. In gl.ij.tenʒ ergo h gl.⁊ ad hoc cottidie allegat᷑ ꝙ debitor in diē ſoluens añ diē p erroreʒ facti probabilē.pōt repetere.idem tʒ glo.in.l.cum qui.C.de iure.⁊ fac.ignor. Pe.tʒ ꝯ.per.l.in diem.ſ.de conditio. indebi.que loquitur indiſtincte.⁊ ad hunc.§.nō male R.t ꝙ hic erat inefficacitē ⁊ obligatus inefficaciter licet haberet exceptionē q̃ rñſio pbat᷑ i.l.q māda ū.ſ.c.tm̃ Ia. de arc.tenet contra in dicta.l.in diem.ſ.all'.

**Fideiuſſor.** In obligatione generis liberatur quis ſoluendo illud quod minimū eſt in obligat᷑.h.d. Iſtaʒ.l. declara.vt in gl.que incipit ꝯ villiſſimum.⁊c̃.

**Qui fide alterius.** Fideiubens pro aliquo mandato alterius habet obligatum tam illuʒ pro quo fideiuſſit.h.d. In gl.⁊ in.§.fi.vide quod ha

bni ſi. nō. ſ. e. l. ij. §. mea ꝛ aliena.

**Cum ſeruus extero.** Cum ſeru⁹ mandat ſe emi ꝛ manumitti mandatū eſt nullum emptione tamen ſecuta reconualeſcit. vt dominus agere poſſit contra dominum. Itez ſi liber homo ſe mādat emendum habet locū actio mandati contraria. h. d. Nō. ex hac. l. ꝙ in bonefi. iudicis habetur ratio affectionis pro cuius declaratione dic. Quandoqꝫ ꝗritur vtrū detur actio propter affectum quandoqꝫ queritur vtrum actio competens augeatur propter affectum pmo caſu loquimur in ꝯtibus bone fi. ꝛ datur actio pp affectionem vt hic. ꝛ. C. ſi ſeruus extero. l. i. aut loqmur in actione ſtricti iuris. ꝛ tūc aut loqmur i illis actōnibus i quibus offm̄ iudicis multū poteſt. vt in actōnibus arbitrarijs ł in reſti. in integ. que officio expeditur. ꝛ tūc ēt propter affectum datur actio. ꝛ ita loquitur. l. ſi i ēptōe ſ. de mino. al. in glo. ꝛ. l. v deamus ſ. de in liṫ. iur.

Secūdo caſu qn̄ queritur vtrū actio cōpetens augeatur. ppter affectū, tūc ſi quidem ē affectio que vtilitatez cōtinet. tūc augetur. vt dicta. l. videam⁹. ſ. de in lit. iur.

Si vō vtilitatem nō continet. tūc propter talem affectionem nō augetur vt. l. pcia rerū. ꝭ. ad. l. fal. l. ſi ſeruū ſ. ad. l. acquil. Secūdo nō. caſū in quo dn̄s ex facto ſui. ꝛ de peculio nō tenetur ſūt. ꝛ alij caſus qui nō. hic i glo. ſup vbo aufferunt quod dic ut in glo. ꝛ bene.

**Procūr.** Furtū ſine contradictione non cōmittitur. hoc d.

**Qui mutuam.** Sūmarius caſus iſtus prin. colligitur ex tex. ibi ꝛ eni; que dubitationis tollende. Uel ſic clā poſita ad cautellaꝫ nō reſtringit ꝯtum facit. ꝭ. de au. ꝛ ar. le. l. pediclis. §. labeo. ꝛ quod ibi nō. p Ja. ꝛ. C. ꝺ fideiuſ. l. nō recte. liceat. ſ. eligē videbatur contra qꝛ data erat poteſtas eligendi nō nouandi. Bal.

**Et fideiuſſori.** Fideiuſſori deponenti. ꝛ ꝯſignanti competit actō mandati ſicut ſoluenti.

**Non ideo min⁹.** Domino reuocāte mādatum finitur. Sed ſi fuerit māda tum reintegratum debitum ex prima cauſa mandatum deuoluitur in ſa cauſa mandati hoc dicit.

In glo. magna ibi quid autem ſi mandatum ꝛc̄.

Nō. nō. q. g. ꝛ de hoc ē facta hodie decretal' que icipit ſi quez de procūr. li. vi. ꝛ ideo dicvt ibi. Et aduerte qꝛ illa decretalis dicit. ꝙ quādo dn̄s qui procūr. conſtituit poſtea cōparet per ſe in iudicio. ꝛ facit aliquem actum vr̄ reuocare procūr. niſi illum actum faciat dicendo non reuocādo meos procūres. ſed potius ꝯfirmando. vt dcō. c. ſi quem ꝛc̄.

Addi. Bal.

Debitum ex pma ꝓcuratione deuoluitur in ꝓcur. ſecundaꝫ. h. d. De. q. ſa. batiā. glo. nō. Inno. ꝺ ꝓcur. c. petitio. ꝛ nō. hāc glo. mgr̄am. ꝛ vide qꝺ dixi in. l. fideiꝯ. §. ſi rem de le. iij. In tex. ibi adminiſtratōne. Nō. ex iſte tex. ꝙ ſi feci vnum procuratorez poſtea illum iterū facio ꝙ vr̄ reuocatum pmū mādatum pro quo. l. ſi quiſ cū ꝓcuratorio. §. iul. ait ſ. de. ꝓcur. ꝙ itellige. v. p guil'.

**Salariū.** Uerba generalia. ꝛ īcerta nō ſūt obligatoria. h. d. Bal.

**Sūptus bonafi.** Procūr. ſumptus bonafi. factos repetit poſito ēt ꝙ cā nō habuit bonū exitum. h. d. Secus in eo qui egit ſine mandato quꝺ dic vt i glo. ꝛ bene.

**Mandatū.** Mādatum ad hr̄dem mandatarij nō tranſit. qꝛ vr̄ eſſe electa induſtria pſone. h. d. iſte. §. Uide tex. i fi. ꝛ vide qꝺ dixi. ſ. eo. l. ſi procūr. §. i. ꝛc̄.

Addi. Bal.

Procūr. putatiuus affert vſucapiēdi ꝯdictū. ꝛ publicū nō excludit dn̄m agētem. h. d. ꝛ cottidie allegatur ad h. Errore qꝛ putabat mādatum tranſire ad heredez ſed nō eſt verum. vt hic. ꝛ. ſ. de cura. furio. l. cuius bonis

Nō. iſtaꝫ. l. ad. q. que fuit de facto ꝙ quidā cuſtos per cor nomie dn̄i. dn̄s volebat habere iſtum certū ratum ꝛ negabat mādatū. dico ꝙ hꝫ rōem ar. huius. l. ꝛ. ſ. de i ſto. l. cuiuſcūqꝫ. §. ſed cōſulo. Nō. in fi. iſtius. l. ꝙ in mādato ad alienādū ꝓſumit' electa induſtria pſone. ꝛ iō dicit glo. ꝙ nō poteſt ſubſtituere vt. l. ij. de diuer. ꝛ tēpo. preſcrip. quod tene menti. Bal.

**Si precedente.** Mandatū morte finit'. nō āt actio mādati nec actō neg. ge. ꝗ orit' ex negō geſto. h. d. Iſti. l. intelligit ꝙ iſte ticius deceſſit lr̄ nō pte. qꝛ ſi eſſꝫ lis cōte. ꝓcurator ꝓſequeret' cām etiaꝫ mortuo mādatōe vt. l. nulla. C. de procūr. fin vnā lec. ꝛc̄.

**Lutius ticius.** Decretū iudicis ꝓ debitore vel eius hr̄dibus ñ preiudicat creditori abſenti i actione ſibi cōpetente niſi talis creditor ꝯſenſerit tacite. h. d. In hoc. §. nō. glo. ſup verbo pn̄s ibi ſed qd profuiſſe hec reclamatio ꝛc̄.

Uel alr̄ cōpoſitio facta cū pncipali debitore nō hꝫ ꝓdeſſe fideiuſſoribus. vel mādatoribus qn̄ creditor cōpoſitioni nō cōſenſit nec ex ea pecuniam acceptauit. Nō. iſtam. l. que dicit ꝙ ille qui conſentit decreto vel ſine videtur paciſci de ſtando ei. Nō. i fi. ꝙ ille qui agit ex decreto videtur conſentire decreto. ꝛ operatur ac ſi a pncipio conſenſiſſet quod nō. Bal.

**Si mandato.** Nō. ex hoc tex. cū gl. ꝙ qn̄ adhibeo aliquez ad ſtipulandum quod ad me ſpectat non videor adhibere animo donandi. vt hac gl. idem no. ꝭ. ſo. ma. l. ꝭ. de le. iij. l. cū quis decedens nō. ꝭ. de doṫ. ꝓle. l. ſeya. ꝛ h. d. adhibit' ad ſtipulādū ꝯuenit actōe mā. vt cedat iura.

**Paulus reſpondit.** Bona fides ñ patitur. ꝙ illud ꝙ ego non poſſum. vt ego poſſim vt aliud. h. d. Et iſtuꝫ §. declara. vt i gl. ꝛ. C. de dolo. l. i.

**Die adiecto.** Dies adiect⁹ cauſa deferendi ſolutionis obligationem non perimit. h. d. ꝛc̄. Uel ſic aduentus diei non liberat debitorem ſꝫ mag. ꝯſtituit obligationez efficacem. h. d. Nec ob. C. loca. l ſi cū hermes quia ibi erat appoſitus p moꝺ liberatī. hic per modum dilatī. ſꝫ dy. ꝛ alios i. l. qui ita. §. qui ita. ꝭ. de v. ob. ꝛ vide in ſpec. de pig. §. i. v. illud aūt. ꝛ nō.

**Paulus reſpondit.** Plures mādatōes ex mādato tenentur inſolidū ſn̄ia vero poſtea contra eos lata quilibet pro parte tenetur. h. d. Uel ſic ſn̄ia lata contra pl'es vr̄ lata ꝯ ꝗlibet pro parte etiam ſi omnes erant a principio inſolidum obligati. h. d. Nō. ex pn. iſtius. §. ꝙ vbi ſunt duo vel plures mādatores quilibet tenetur inſolidum etiam ſi non ſit dictum. ꝙ quilibet i ſolidum teneatur. ꝛ circa caſum iſtius. §. nō. glo. ꝭ. eo. l. creditor. §. d tobus. quod nota. In gloſa. fi. ibi licet conuentio inſolidū no. ex hac gl. ꝙ vbi ſunt plures mādatores poſſunt omnes inſolidum cōueniri dꝫ tamē di

cū libello.ꝙ vna ſolutio alīs ꝑficiat. Circa .ꝙ uide auꝗ. h ita.C.ď duo re.⁊ in cor.vn̄ ſumit̄.⁊ ꝙ nō.docto.C. ď fideiuſſ minor̄.l.i. In eadem gl.in fi.Circa hoc vid̄ quod nō.C.ď iud.l.i. Bal.

**Ille qui ſalutem.** Manpatuz tempo rale limitatum poſt moram efficitur perpetuum.h.d. Iſtum.§.declara.vt i gl.⁊ bene. Uel ſic tempus inſertum per modum de monſtrationis non reddit obligaꝗ.temporalez. ſecus ſi ꝑ modum ꝯdicꝗ.vt.ĵ.de v̄bo.ob.l.qui rome.§.augerius

**Paulus reſpondit.** Idonea cau°. dr̄ illa q̄ fit cuz fideiuſſore vel pignore.h.d. In glo.ꝟa ibi ſolo ſēſus ſapienꝗ ⁊c̄. Nō.hanc glo.⁊ pro hac glo. facit.ĵ .de p̄to r s ſtipula.l.i.§.cōmunes ibi dum dicit.vt qs cautior ſit interpoſitꝗ.ſibi cauꝗ.⁊c̄.⁊ ibi ꝑ Ia.ď are.⁊ facit ad hanc glo.illud qď nō.ꝑ glo.⁊ doc.in.l.illa inſtō.ĵ.de hi dibuſ ⁊ quod nō.ĵ.de v̄bo.ob.l.ex ea parte.⁊ vide qď nō.ſpe. in ti.de em .⁊ ven.§.i.i eadem glo.ibi qd ſi dixit plenā ⁊c̄.in tex.habes quid oꝑatur dictio plene. Sed q̄ro quid ſi nō eſt dictum ꝙ caueas ydonee.an iſtud v̄bum idem importet qď v̄bum ydonee vel plene.⁊ ita nō.per glo.in.c.ex trāſmiſſa.ex̄ de reſti.ſpo.⁊c̄. In tex.ibi cō dictōe.ideſt forma.nam forma mādati habet vi mādati.

**Creditor.** Pendēte appellōne a mā datario poterit interim re⁹ conueniri.h.d. Uel ſic proceſſus pendēs ex appellatione ꝯ mandatorē n̄ impedit interim agi cōtra principalem.h.d.Et ē nō. Ia.de are.ĵ.de fideiuſ.l. ſi ha bes a debitore.§. ꝙ ſi id. In gl o.nec enim in fi. nō. optimā limitaꝗ. comunē.ꝙ illa regl̄a nil nouari appel. pend.habet locum inter eoſdez non reſpectu ei⁹ ad quē porrigitur appellatio.⁊ idem lz.Inno.de elec.c .cum ec cleſia rotomageñ.ĵ.de excu.tu.l. diximus vide quod di xi in.l.ſi ꝑ imprudentiā.§.fi.ĵ.de euic.⁊ melius in .l. fur ti.§.i.de his qui nō.infa. Nō.hic glo .ſcďam .⁊ vide quod nō.Ia.de are.in.l.ij.ĵ.duobus reis ⁊ per dy.in.l. reos eo.ti. Bal.

**Ad eum q.** Mandatū quod fit ad vtilitaꝗ. mandanꝗ.non parit actioñ.man dati contra tertium.h.d.⁊c̄.

Additio. Bal.

Quod quis promiſit.pro pace conſequēda occaſiōe matrimonij non poteſt a mulier̄.repetere.h. d.Et vide Ia.de manu.ui.l.ſi rogatos.§.m̄.uin. dignitatē tuā di cit ouidi⁹ ſi qua voles apte nubere nube pari.

**Duobus.** Plures mandatarij tenentur in ſoliduz.h.d. In gl.q̄ incipit ita tamē ⁊c̄.ibi in duobus mandatoribus ⁊c̄.ſed certe plu res mandatores tenentur inſolidum etiaz ſi nihil actū ſit vt.ſ.e.l.ſi mandato ticij.§.paulus reſpondit ſed circa plures mandatarios dic aut plures mandatarij recipi unt officium inſolidum.⁊ quilibet inſolidum tenetur vt .ĵ.de cur.bo.dam.l.pe.aut non recipiunt officium inſoli dum.⁊ tunc non tenentur quilibet inſoliduz niſi expreſ ſe ſit actum ⁊ ita loquitur hic tex.⁊ gl. In eadē glo. ibi in fi.tz ergo gl.nr̄a.ꝙ hodie etiā plures mādatores non tenentur inſolidum ſed ꝯrinm nō.⁊ melius in. l.fi. ſ.ꝙ iuſſu.⁊ ibi dixi.⁊ inſꝗ.ď fidei⁹.§.ſi plures. ⁊ ibi nō.

**Si inter maritum.** Glo.in hoc.§. ponit caſum.⁊ nō.iſꝗ.§.q2 ponit nō.diſtincꝗ.⁊c̄.h.d. Maritus lucrat̄ vſuras doꝗ.quis percipit iure mariti.⁊ ſi minus eroget in.vx.ſecus ſi percipit vt miniſter ⁊ vide h dy .⁊ ol. d̄le.

ij.l.lucius el p̄mo.⁊ facit ad.§.e.ti.l.lucius.§. a te peto. Item facit.ĵ.de dona.inter vi.⁊ vxorez.l. mulier al̄s incipit ſulpicius nō.hic.ꝙ nō preſumitur expenſum niſi probetur ꝟm.Riz.⁊c̄.

**Lucius ticius.** Qñ negotium cōmitti tur in procuratorez ha bentem.liberam voluntatem valet qď agit̄ dum tamē dolus malus abſit.h.d. Iſte.§.nō.ex hoc.§ .ꝙ in cōceſ ſione generalis adminiſtrationis non venit doli remiſ ſio.ſed vr̄ facta conceſſio quaꝗ.bene gerat.ſed nec in cō ceſſione libere adminiſtrationis venit vt quis poſſit do nare videbiꝗ.in.l.ꝯ iur̄.§.filius.ſ.de pac .probat̄ etiaz in.l.filius.ſ.videamus.ĵ.de donaꝗ.videbiꝗ.etiam in.l.ꝑ cūr.cui libera.ſ.de ꝓcurator̄. Et aduerte ad hūc tex. ꝙ iſte tex.dixit in procūr.quod videtur mandatuz quod bona fide faciat idē dicit ne.geſtore.vt.l.non ſolum.§.ſi heres.ĵ.de lib.leg.

Addi. Bal.

Uerba vniv̄ſalia per q̄ datur libeꝝ arbitriū reſtrin gunt̄ ad id qď fit bona fide.vnde qui habet liberum ar bitrium ad adminiſtrandum non poteſt diſſipare nec ꝓ proprio facto rē domini obligare nec vr̄ ēt dolus remiſ ſus.h.d.nota. Nō.ꝙ ſi dat̄ alicui mādatū .ꝙ poſſit qcquid poſſet dn̄s ſi eſſet pn̄s. ꝙ iſta verba .inducunt li beram conceſſionem. Sed quaꝗ.nō .optimam litte rā ad oꝑliaz que datur.in compromiſſ.ꝙ non extēdat̄ niſi ad id quod bona fide agitur ꝟm doc.ſupraſcripte q2 dixit vt domino enti.tamen illa verba non. Important dominium ſed adminiſtrationem ſecundum. Ia .ď are.

**Cum controuerſia.** Si ha bens cō trouerſiam cum alio dicit metū futurum eſſe quicquid ex euentu liꝗ ad eum ꝑuenerit cōicare tenetur qcquid ex trāſacꝗ.ad eum peruenit. In glo.i.ibi videtur agi poſſe de hac.q.habes per glo.⁊ docto .C. de ſuffra gio.l.i. Bal.

**Mandaui.** Siue qs mādatum impleat ſiue faciat aliqd equipolens mandato agit̄ mādati.h.d. Nō.ex hoc.§.ꝙ ſufficit fieri iuxta mā datū vel eius ꝯſilio.⁊ ita nō.glo.ꝑ hanc .l.ſ.ď ꝓcur.l.ad legatum ⁊c̄. Uel ſic hn̄s mādatū de fideiubendo.ſi obligat ſe mādatario nomie ꝑinde ē ac ſi fideiuſ. Bal.

Pro Socio. Rica.

In glo. Rica qualiter in iſta acꝗ.formētur libellus poſitiones.⁊ articuli ⁊ qualiter formetur inſtr̄m ſocieꝗ. vide in ſpe.in.iiij.parte de iudicijs.§.general̄r collegas facit offm̄ ſocios labor vnus. ſed cōites cōitiua iungit mēſa ſodales.iſti verſus ponunt̄ in cle.ꝑ glo. Bal.

**Socictas.** Iſta.l nō ſu matur quia diſtinctionez ponit vſq3 ad. §.ď illo in prin.iſtius.l.nō.glo .mag. quot modis dicatur per petuuz.

**In ſocietate.** In hoc .§.vide tex.ꝙ domi nium acquiratur ſine tradi tione ſeu poſſeſſione quod vr̄ contra tex .l. traditionib⁹ C.de pac.cū ſimilibus.ſo.dic.ꝙ hic interuenit traditio ſi ficta ex quo fit contractus ſocietatis omnium bonoꝝ videntur inuicez poſſidere. Sed circa hoc quero qd .ſ.alio titulo vniuerſali omnia bona cōcedantur vniuer ſaliter an ad acquiſitionem dn̄ij requiratur .traditio de

boc dic.vt nõ.in gl.in.l.i.in prin.j.pro dote in glo.que in
cipit cum alijs ꝛc.in ſocietate ex ꝯctu ſocietatis tranſit
dñium ſine traditione.ſed actj.perſonales nõ tranſeunt
ſine ceſſione.h.d.ꝛc. Nõ. hic ꝙ propter ſocietatem
transfertur poſſio tacite ſine actu corporali.Et iſta.l.ij.
videtur reſtringere pcedentia:ſolum ad res poſſeſſas a
cõitate.ſicut.n.pcarium nõ operatur in nõ poſſeſſiſ vt.l.
interdum de acq.poſ.ſic ſocietas ſm quoſdam.ſ3 Az.di
cit qđ dñium transfertur ſine illa traditione. ꝛ eſt ſpãle
in ſocietate. ſecus eſſet in alio ꝯctu ſpãli vel generali.
vel i ꝯctu dotj.vt nõ.pro dote.l.i.§.ſi vniuerſe vbi ẽ glo.
Sed hic quero quid ſi alio titulo vniuerſali bõa oĩa
vniuerſa ꝯcedantur.an reqratur traditio ad acqſitione3
dñij dic ꝙ ſic vt nõ.hac glo.cum te. Secundo nõ.ꝙ
pñtia tẽpore ꝯctus fiunt ipo facto cõia. ſed poſtea q̃ ita
ſunt cõicanda.ꝛ deſideratur in illis traditio facti ut.j.e.
l.ſi qs ſocietate3 ſm glo.facit ſi.nõ.ſ.ſi cer.pe.l.ſi ſociuſ
Et ex hoc ar.ad ij.q.pmo ꝙ ex quo ſocietas.ꝛ pcarium
equipatur q̃tum ad tacita3 traditõem ꝙ ſicut in ſocieta
te requiritur vera traditio futurorũ. ita in pcario.vnde
ſi obligo.tibi omnia bona mea pñtia ꝛ futura ꝛ ꝯſtituo
me pcario noĩe poſſidere.iſta ꝯſtitutio pcarij nõ opera
tur.circa futura.Effectus eſt iſte.q2 pro pñt.bus.ſi inter
uertat̃ poſſeſſio põt agi cõdictj.ex.l.vlt.C. de acqr.poſſ.
nec reqritur excuſſio.ſed pro futuris cp3.agi ypotheca
ria pcedẽte excuſſione debitoꝝ ſm Uber.de bo.ꝛ albẽ
tum papieñ.Itẽ facit ad.q.de eo.qui do.eccl'ie bona p
ſentia.ꝛ futura.vt quoad futura nõ q̃ratur dñium qđ ẽ
nõ. Tertio nõ.ꝙ obligatõnes ſunt inſepabiles a cor
pore.ꝛ actiones inde naſcẽtes.ꝛ pro tãto requirit̃ ceſſio
que h3 vim traditõis.vt nõ.h ꝛ.j.de dona.l.p. ꝛ qđ nõ.
ſ.man.l.ſi hereticus i glo.verꝫ. q2 ſi fingerent̃ ficta tra
ditõ eſſent due fictiones ꝯ nõ.ſ.man.l.ſi vo nõ remu.§.
plane ar.ex qui.ca.ma.l.deniq3.Bal.

**Ea uero.** Nõ. ꝙ difficilius ſeparantur
pſonalia iura.ꝛ actões q̃ꝫ corpo
rales res.vt hic vidiſtis i.l.qs ergo caſus.ſ.de
peculio. Que aute3 ſit rõ huius dic.vt nõ.hic glo.q̃ i
cipit verum. Sed aduerte ad iſta3 glo.in q̃tum dicit
ꝙ q2 in icorporalibus nulla ẽ ppria poſſeſſio.vel va tra
ditio nõ poteſt fingi iteruenisſe.q2 ad illud dñiu3 ſe põri
git fictio ꝙ p reru3 natura3 nõ eſt ipoſſibile.na3 ex hoc
dicte glo.nõ.ꝙ ibi demũ h3 locu3 fictio.vbi eſt poſſibile
ꝙ habeãt locu3 veritas idẽ nõ.j.de libe.ꝛ poſtu.l.galus
§.ſi eius in gl.que incipit rũpendo circa fi.pbat̃ hoc ex
cõiunctõne duaꝝ.ll.videlicet.l.adoptõ.ſ. de adopt.vbi
tex.dicit ꝙ fictõ imitatur nãm cõiuncta.l.filio que3 pr̃ i
pn.j.de li.ꝛ po.vbi dicit ꝙ adoptio eſt fictio.fictio ergo
imitatur nãm;ergo fictio habet locum vbi poteſt haber̃
locum vitas ꝙ nõ.

**De illo queritur.** Iuſta hr̃ditas dr̃ il
la que ab inteſtato
deffertur.h.d.Et nõ.caſu3 ſingularẽ iſtius.§. Nõ.v.
iuſta põi pro lrĩma.ꝛ ſic ſignificat pmiſſione3 legalem.

**Societatem.** In glo.i. ſolo dic ꝙ ſo
cietas põt nõ.ꝛc. Tu
vo dic ꝙ põt ꝯtrahi egeſtate.ideſt ceſſione bo
noꝝ.que fit pp egeſtate3 vectigal'.ſ.ꝯducendi vel ꝯducti
ꝯhire.ꝛ pacto qđ declarato re ipa vel ipo actu ar.j.e.l.
pactũ.ꝛ.l.itaq3.Ite3 põt ꝯhi verbis.i. ꝯſenſu verbis de
clarato ꝙ no.

Additio.Bal.

Ptãs alicui ſimpl'r cõceſſa i dubio ſignificat arbitriũ
boni viri.hoc.d.Caſus ſil'is.no.j.de fideiꝯ.lib.l.thays.

No.ꝙ bonus arbiter d3 diſtribuere ſecundũ merita
pſonaꝝ.ꝛ ſcdm alias circũſtantias. Et ẽ ar. ad diſtri
butj.offõꝝ quod no.Et facit ad.q.quo poſſet venire de
facto quid poſuit ſe i manibus dñi ſui.ꝛ dixit. ego pono
me i manus vr̃as cõdemnetis me qcquid vultj.ꝙ ñ põt
ip3 ꝯdemnare niſi arbitrio boni viri.vt hic.ꝛ.j.loc.l.ij.
in pn.de ꝯhen.emp.l.venditio.ꝛ vide oĩo in ſil'i tex.ꝛ ꝙ
no.de inſti.cum veniſſent.ꝛ extra de iure iurando.c.qui
tauallis. Bal.

**Societas.** Iſta.l.nõ ſũmatur. q2 breuis
ꝛc. No.ex.§.ſocietaſ ar.eq
parari nobiles. ꝛ lr̃atos quo ad beneficia ob
tinẽda. Secũdo no.iduſtriã eqparari facultatibus ſic
j.e.l.ſi nõ fuerant. Et ẽ ar.ad impoſitj.colectaꝝ.vt ſic ꝯ
ſiderẽtur ibi pſone pro facultatibus. No. ꝙ induſtria
ꝛ patrimonium ponuntur vt ſeparata facit. j.de mu.ꝛ
one.l.ꝓto.§.fi.Bal.

**Societas.** Iſte.§.nõ ſũmatur q2 breuis i gl.
fi.ꝛc. Nota hãc glo.ꝛ vide ꝙ no.
j.de ꝯhẽ.emp.l.i uẽditione ꝛc.Bal.

**Coibiri ſocietatem.** In ſocie
tate ſim
pliciter contracta lucra.tantum perſonalia ve
niunt cõicanda.h.d. Nõ.tex.qui dicit ſimpliciter nã
vides hic ſignificationem iſtius verbi ſimpliciter quan
tum ſine diſtinctj.vel ſine aliqua replicatj.idem hẽs in.l.
tanquam.C.de fideiꝯmiſ.Idem habeſ i.l.mãifeſtiſſimi
C.de furtis.j.de verboꝝ obli.l.i.§.ſi quis ita. ꝛ.l.inter
ſtipulantj.in prin.e.ti.

Addi.Bal.

Coibiri.Ubi pactu3 nõ diſtinguit nec nos quinymo
dic contra.ſ.ꝙ pactum indiſtincte conceptj.recipit inter
pretationem reſtrictiuã. Nõ.ꝙ ſocietas.ſimpliciter
contracta pertinet ſol'õnẽ ad negociationem.ꝛ lucrũ.ꝛ
damna inde naſcẽtia non ad alia puta donationes ꝛ le
gata vide bar.in.l.ſi patruus.C.cõi.vtri.iudi.

**Nec adiecit.** Nõ.tex.i fi.cũ quo tex.
cõcor.ſ.ti primo. l. idem
q3.§.fi.ꝛc. Ex quo habes ꝙ quelib3 libera
litas in alium collata pſumitur ob meritũ vt.j.de mañ.
teſ.l.cẽturio adde quod nõ.cy.i.l.i.C.d ſacro ſanc.eccle.
ꝛ bar.in.l.ſi is qui ſticum de ac.ꝛ ob.

**Sed ꝛ ſi.** Nõ.hic tex.nõ.ex quo habes
qđ.qñ vnum verbum ſpeciale
adicitur alteri generali reſtringit eius ſignifi
cationem.ꝙ nõ.

Addi.Bal.

Sed ſi adiciatur.Nõ.ꝙ vbi ponitur ſpecies.ꝛ ſpeci
es ſequitur genus . illud genus artat̃ ad illam ſpeciẽ
ſ3 iſtud eſt propter naturã cõtractus vt.ſ.eo.l.cohari ad
idem facit.ꝙ ſpecies reſtringit genus.j.de ver.ſigni.l.ſi
cum fundum de uino.ꝛ ole.l'.l.fi.§.cui dulcia de pe.le.l.
nam.ꝙ liquide.§.ſi cui penus d l'.ij.l.legatoꝝ.§.qui plu
res de here.inſti.l.qui nõ mili abat̃.§.ij.ꝛ.l.cum i teſtõ.
§.vlt.ꝙ declarat nõ.Ia.bu.in.q.d legato relicto merca
torib⁹.ꝛ artiffitj.artis lane.

**Si conuenerit.** Pactu3 ne intra
certum tempus
res comunis diuidatur nõ operatur ne a ſocie
tate recedatur. Item ſocietati non põt in tẽpeſtiue
renunciari poſito etiã.ꝙ nõ ſit dictũ niſi in caſibus hic
expreſſis.h.d. No.ex hac.l.in.v.ſ3 ſi conuenit.ꝙ ſi
aliquis cõuenit cũ aliquo de nõ petendo diuiſionem rei
vel de nõ recedendo a ſocietate infra certum tempus

ꝙ ita conuentio intelligitur ſi.⁊ in quãtuꝫ ꝓmiſſa ſeruē
tur ſi.⁊ in quãtũ ſocius non ſit moleſtus quod tene mē
ti pro eo.ꝙ teſtatores ponũt in teſtis.ꝙ filij nõ poſſunt
diuidere infra certum tempus. qꝛ iſtud debet intelligi
cũ condictionibus.ṡ.dictis facit etiam. qđ licet minoꝛ đ
iure cõi nõ poſſit prouocare ad diuiſionem. tñ debet itel
ligi niſi ſocius ſit ſibi moleſtus.ita ꝙ ei nõ ipediat ſtare
in cõmunione ut h facit ẽt.l.iubemꝰ i pꝰn.ibi pꝺia diuidē
⁊c.C.de ſa.ſan.ec.⁊ ꝙ ibi nõ.p doc. ad id ꝙ nõ.p Ja.đ
are.in.l.ſi pupillorꝫ.j.de rebus eorꝫ. So.nõ. tex.in.l.
idemqꝫ ibi facili ⁊c.naꝫ p hũc tex.limitant multe.l.tex.
nam ubicũqꝫ.l.dicit ꝙ aliqs debet mittere procur.debꝫ
intelligi ſi ſibi ſit facile ydoneuꝫ iuenire.⁊ ideo ſi uis re
pellere aliquem qui procur.nõ miſſit dꝫ probare ꝙ de
facili procur.habere potuit pſumitur.tñ ꝙ de facili hre
potuit ſi eſt ciuitas uel locus inſignis ubi ſũt multi pro
cur.ar.l.ſi quis duas.§.ſunt quedã.j.de exc.tu.⁊ in.c.ſta
tutũ ex de reſcriptꝫ.li.vi.

Additio. Bal.

Si cõuenerit. Aliud ẽ pactuꝫ de nõ diuidēdo res ali
ud ẽ pactuꝫ de nõ diſociando ſe a ſocietate. Jtẽ pctũ
de nõ diſociãdo intelligitur niſi ex cã. Jteꝫ ante tps re
nũciari ex cã puta qđ nõ ſeruant promiſſa ſic.j.đ lo.pu.
fru.l.i.in fi.ſic ⁊ propter malos mores ſocij. Jteꝫ qui dꝫ
diu abeſſe põt ante tẽpus renũciare.ſi nõ poſſũt p aliuꝫ
eq̃ cõmoduꝫ explicari facta ſocietatis.⁊ pactũ đ nõ diui
dendo repellit a petitõe diõnis.⁊ ſingularis.h.d. Uſqꝫ
ad.l.ſed ⁊ ſocij. Nõ.ar.ꝙ teſtoꝛ põt iubere heredibꝰ
ne diuidant facit.j.de le.ij.l.§.lucius.p Ja. Poteſt ẽt
mãdare filijs ſuis.vt ſimul habitent in eadeꝫ familia đ
cõdi.⁊ de.l.ſed ſi huius.§.fi.tñ iſtud mãdatum põt pter
mitti ex iuſta cã puta.ſi vnus ex fribus velit tenere con
cubinaꝫ.Et ideꝫ đ ſcolaribus ſocijs qꝛ alius nõ dꝫ pati
vt nõ.đ vſu.⁊ ha.l.nõ aliter. Secũdo nõ. in fi.huiꝰ.l.
ar.ꝙ licꝫ lex prohibeat mioreꝫ prouocare ad diuiſioneꝫ
tamen ſi habet ꝯſorteꝫ moleſtuꝫ poſſit. Jtem ſi teſtatoꝛ
prahibeat filios adinuicem diuidē per hanc.l. Facit
ṡ.fa.herc.l.lucius ⁊ ticia.⁊ quod nõ. Ja. de a.tu.l.inter
prin cipales. Bal.

Idemqꝫ. Jſta l.nõ ſũmatur. qꝛ ſũmata
eſt cũ pcedẽtibus.

Addi. Bal.

Quãdo qs teneat mittere procuratoreꝫ.⁊ qñ nõ qñ
nõ põt cõpetere dicit i.l.ij.§.quis.in iudicio.ṡ.ſi qs cau.
⁊ ex qbus cau.ma.l.ſed ſi p procur.§.fi.cy.C.đ teſta.mi
li.in.l.qđ nõ.ſociuſ põt facere ſociuꝫ procũr.ſtic.ṡ.man.l.
idemqꝫ.§.ſi tutoꝛ. Bal.

Qui igitur. Nõ.in hoc.§.in.v̇.ſed ſane ꝙ
ius excipiẽdi trãſit ꝯ ſigulareꝫ
ſucceſſoreꝫ.ad ideꝫ facit qđ videbit in.l. cõi.l.ita hoc in
dicit.§.plur.videtur. C.locati.l emptorem.⁊ ideo dic ut
ibi p cy.in.iij.oppoſit. Nõ.ex.§.qui igitur ar.ꝙ collonꝰ
ptiarius nõ poſſit expelli ab emptore.ſicut nec habens
res cões prouocari ad diuiſionẽ cõtra tenorem pacti ꝙ
dic vt nõ.per cy.C.loca.l.emptoreꝫ ſm Bar. Et adde
hic quod nõ.C.de condi.ob.cãm.l.ea.l in fi. mag. glo.⁊
pro hoc facit tex.j.loca.l.ſi merces.§.vis maioꝛ.⁊ tex.
j.depo.l.i.§.ſi qs ſeruuꝫ cuſtodiendum.vide Bar.i.l.ſi
filio.ſo.ma.⁊ in.l.apes de fur.⁊ vide.C. ſi qs in ius de
re.iur.li.vi.p dy.⁊ p Inno.j.loca.l.ſi merces.§. q fũdũ.

Sed et ſocius. Non ſũmatur.qꝛ ſũ
mata eſt cũ pceden
ti facit ad nõ.ṡ.đ alie.mu.cã fac.l.iij.§.opus.

Si abſenti. Renũciatio piudicat renũtian
ti ſtatim.ſed aduerſario nõ p
iudicat niſi poſtꝙ puenerit ei in noticiã facit.ṡ. de iure
iurã.l labeo vel ſic renũciatio facta ignorãti valet quan
tum ad piudicium renũc.cõioni.ſed nõ qñtum ad piudici
um ignorãtꝫ.h.d. Nõ.ergo ꝙ lucrũ veniẽs in ſocietateꝫ
ante ſciam diõnis dꝫ eſſe cõmune. ſecus de dãno. vt h
Jteꝫ no.ſi ſnĩa feratur pro reo poſt reuocatꝫ.procur.cõis
⁊ ante noticiam ipius rei proderit ei.ſecus ſi poſt ferat
vt pꝫ ex h tex.ad quod.l.inter cãs in pꝰn. ṡ.ti.i.nã ſcias
ꝙ reuocatio procurationũ poſt litꝫ contꝫ.dꝫ tranſire i ſciaꝫ
iudicis ⁊ partis.vt notabilr dicit glo.in.c.mãdato ex de
procur.quod verũ in iudicialibus i exiudicialibus ſuffi
cit venire i noticiaꝫ procuratoris de Rptꝫ.c.ex pte đ ca
ni đ procur.c.ex inſinuatione. Querit hic Bar.q̃ eſt
rõ iſtius.§.ſ.q̃ eſt ideo qđ illud qđ acquirit abñs dꝫ eſſe
illius nõ auteꝫ dꝫ cõicari. Reo qꝛ abñs gerit negocia no
mine ſocietatꝫ q̃ ſocietas.iam ẽ finita qñtum ad ipum re
nũciationi merito lucruꝫ factuꝫ p abñtem nõ dꝫ ei cõica
ri ſed ſi abſens hoc ſciret.⁊ negocium noie cõi gereret
lꝫ illud lucrum p actõem pro ſocio nõ teneretur cõicare
qꝛ ſocietas eſt finita tenetur.tñ cõicare per actõem ne.
ge.eo qui renũciauit ratum habente.vt.j.e.l.vt i ꝯdictꝫ.
in fi.⁊.l.ſi poſt diſtractum.ṡ.de neg.ge.l.ſi negocia.⁊.l.
litꝫ. Baldus.

Qui admittitur. Si meus ſociꝰ
admittit in ſo
cietatem alium ſocium admiſſus mihi. ſocius
non eſt.⁊ pro facto illius admiſſi mihi tenet.⁊ ei actꝫ.te
netur admitẽs pro facto meo.h.d. Uſqꝫ ad.§. querit i
l.de illo. Uel ſic ſi vnus ex ſocijs aliũ ad ſocietatem
admittit ſibi ſoli ſocium facit ⁊ eius facto alijs tenetur
cũ eo ipſe ſolus cõmunicat.⁊ quod ab eo cõſequit alijs
cõmunicabit nec liberat cedẽdo ꝯ eum actꝫ. ⁊ ꝯmunio
nũ cũ damno nõ cõpenſabit.h.d. Jſte caſus cottidie
contingit i emptoribus mutuãtiaꝝ.Ciuitatꝫ.⁊ ſocietatũ
qꝛ ſepe aliqꝰ.eorꝫ accipiunt ſocios in parte ſua ad lucruꝫ
⁊ damnum iſti aſumpti erunt ſocij aſſumencium ⁊ nõ ce
terorum. Et nõ.ꝙ colligati cũ colligato meũ ñ ſunt
mecũ in liga.nec poſſunt a me regrere quod eſt veriſſi
mũ vide quod bene nõ.bar.C.e.l.i. Quero quidã ꝯmit
gabellã cõmunis poſtea ꝯcẽdidit alteri iſte emptoꝛ exer
cuit officiũ recipiẽdo debitũ pro gabell.poſtea dominꝰ
gabellarius effectus eſt non ſoluendo ⁊ aufugit querit
an cõe poſſit habere recurſum contra ſecundum empto
rem primo exiſtẽte nõ ſoluẽdo.

Nam ſocij. Nõ.ꝙ ꝯſanguineus con
ſanguinei mei nõ eſt con
ſanguineus meus. Jteꝫ. ꝙ ſi loquoꝛ cũ loquẽ
te cũ excõmunicato non.propterea ſuꝫ excõmunicatus
Jtẽ facit h.l.ꝙ vaſallus vaſalli mei nõ ſit vaſallus
meus de quo per doc.in.l.modeſtinus all.in gl.⁊ de le.
iij.l.pater.ſi duobus ⁊ nõ.per glo. de div.⁊ tẽ.p. l.clau
dius q.po.in pig ha. Jtẽ ꝙ libertus liberti mei non
ẽ meus libertus vt dicto.§.duobus. Jtem ꝙ ſocius ſo
cij.mei non ẽ ſocius meus ⁊ ſo.nõ teneoꝛ p eo ſi dictũ
ſtatutuꝫ.ꝙ ſocius teneatur pro ſocio.Sed an ſocius ini
mici mei dicatur inimicus meus dic vt.l.ſciendum qđ
no.pro ſuſpitꝫ.teſtiuꝫ.⁊ iudi.

De illo. Sũmata eſt cum precedenti ideo
non ſummat. Jtem querit lucrũ
factum.p ſociũ admiſſum per vnum ex ſocijs
non debet compenſari cũ damno illato culpa ipſius.h.
d.vſqꝫ ad.l.omne

Addi. Bal.

De illo. Qui tenetur ratione culpe non liberatur cedendo ac. ⁊ lucrum contingens ex induſtria non compenſatur cum damno contingente ex culpa. h. d. Ibi qua culpa. No. ex tex. cū gl. ſi ſocius. qd̄ quis cedēdendo actionē non liberatur tamen in contrarium videtur. ff. ſolu. ma. l. etiā in fi. ⁊ ff. de iniur. l. ſi qs vx. §. apd̄ labeonē. ſed hic nō erat ꝑ actꝫ. ceſſionem facit ad q. de nūcio meo q portabat rem mandato meo quā perdidit de qua in. l. ſi is cui. ʒ. de fur.

Non ob eam. Nō ſūmatur. qꝛ ſūmata eſt in glo. fi. nō. hāc glo. ⁊ vide qd̄ nō. in. l. eū ⁊. l. ſe. h alle. Bal.

Omnes. Es ſocietate ꝯtum debꝫ ſolui de cōi. ⁊ ſi debitum eſt ſub ꝯdictione vel in diem debēt interponi cautiōes d̄ ſoluendo adueniēte cōdictione vel dic. h. d. cum. l. ſequē. Nō. ꝙ vbi nō codictꝫ. euentꝫ. iminet ꝑiculum ſuſpicio nis pōt creditor petere ſibi cauere ꝑ fideiuſſor. ratiōe ⁊ ſic ſuſpicio facit ante tp̄s cōpetere actꝫ. qd̄ nō. pro t bitoribus ſuſpectis ad quod. ſ. man. l. lucius. §. v telus qd̄ intellige niſi ſuſpicio dāna imineret vt nō. per doc. C. d̄ iur do. l. vbi ad h facit. ſ. de iudi. l. i omnibus.

Si ſocii. Iſta l. eſt in ar. ꝙ cōmiſſarij non poſſint agere ꝯ hr̄dem añ tēpus executꝫ. h. d. Bal.

Si non fuerint. Si inter ſocios ſi fuerint ptes adiecte cū ꝯta fuit ſocietas intelligitur facti ſocietas pro ptibus equal bus. h. d. vſqꝫ ad. §. ariſto. ⁊ in nō. glo. ſuper vbo ſolus.

Addi. Bal.

Si nō fuerint. Nō. ꝙ in ſocietate nō vꝫ pactum de tota. ſed bene valet de quota hoc ē dcm̄. nō valet pactū vt vnus habeat totū lucrū. ⁊ alius totū dānum. ſꝫ hn̄ valet vt vnus habeat ptem lucri. ⁊ l dānū ob. ſingularē induſtriā ꝑ ut. §. ita cobiri. Equales i intellige d̄ pte lucri. ⁊ damni nō de capitali qua in diſſolutiōe ſocietatꝫ. ille qui poſuit capitale debet illud requirere ſi extat vt ʒ. e. l. cū duobus. §. ſi coeūda ſm Ja de are. qui ita nōt in. l. i. C. ꝑ ſocio dic vt i ope iudi. ꝙ nō. Cy. C. de dot. ꝑmiſſione. l. ſi voluntate in vl. q.

Ariſto. Illa ſocietas ꝙ vnus hēat lucrū alius dānum dr̄ eſſe leonina. ⁊ nō valꝫ. h. d. i glo. q̄ incipit. ſ. totū. l. ſed cū maiorē.

Mucius. Lucrum dr̄ deducto dāno. ⁊ dānum dr̄ deducto lucro. h. d.

Addi. Bal.

Mutius. Duo ꝯria ſimul locum habere nō poſſunt h. d. Nō. ꝙ pcm̄ ꝙ qs habeat duas ptes lucri. ⁊ tertiā damni. nō pōt habere locū ſimul. ⁊ ſemel ex vtroqꝫ capite. ſed ex altero ſolo. qꝛ lucrū. ⁊ dānum ſimul eē non poſſunt. ſed in eo ꝙ reſtat ꝑ modū lucri vno deducto d̄ alio hꝫ locū. C. de luc°. ⁊ ſi reſtaret dānū hꝫ locum. C. de damno. h. d.

Ut ſit pro ſo. Ad hoc vt habeat locum actio ꝑ ſocio non ſufficit rē eſſe cōem niſi ſit ex cōuentione iter cedente aīo ꝯhende ſocietatꝫ. al ei res ſūt cōes alia d̄ cā habēt locū alia re media. h. d. vſqꝫ ad. l. nemo. Uel ſic nemo pro ſocio oritur ex ꝯtu ſocietatꝫ. h. d.

Nemo poteſt. Ad heređ nō tranſit niſi ſit dcm̄. h. d. vſqꝫ ad. l. pro ſocio ⁊c. non ſūmatur qꝛ breuis.

Addi. Bal.

Nemo. Societas nō trāſmittit ad hr̄dem. h. d. Et hoc apparet ꝙ ſi aliqs de aliquo colle°o vel ſocietate decedit heres eius nō ꝓpterea intelligitᷣ eſſe de illo colle°o qꝛ nō trāſit ad hr̄dem. In glo. in fi. dic h vūm tribus tñ cōcurrentibus. ſ. ꝙ ſit ſocietas publicoꝝ vectigalium l ſimiliū ⁊ ꝙ ſit facta mentio hr̄dis. ⁊ ꝙ heres ſit ydoneus. ʒ. l. vūm. §. in hr̄dibus. ⁊ nō. in dicta. l. adđ. qd̄ nō. ꝑ emētibus gabellas Bo diuerſit. inter ſocietatꝫ priuatā ⁊ vectigaliū ē qꝛ ſocietas vectigaliū eſt neceſſaria. ⁊ nō pendet ex libera volūtate. ideo trāſit ad hr̄deꝫ.

Plane. Nemo cōſenſu. ⁊ ſic i pſona here dis non eſt pſona ſocietas. ſed noua h oc dicit.

Pro ſocio. Nō ſūmatᷣ. qꝛ breuis. Nō. tex. ibi ſiue genēali ⁊c. Nō. iſtum tex. quod queđ ſūt iudicia generalia q̄dam pticalaria ſeu ſpec alia. vt hic d̄ qbus hūiſꝫ. nō. i. l. i. i pn̄. ſ. de edendo ⁊c.

Additio. Bal.

Pro ſocio. Cā futuroꝝ ſpectat ad iudicē tam i generalibus i iudicijs ꝙ ſpecialibus vbicunqꝫ equitas ſuadet h. d. No. qd̄ quedā iudicia ſūt generalia queđ ſpecialia queđ vniuerſalia d̄ qbus dic vt. l. i. ſ. de rei vē. In glo. ſ. ui. l. i. ſo. ibi tract° futuri temporis non erat cōnexus cū pn̄ti tpr. hic ſic.

Heres ſocii. Societas ad hr̄deꝫ non trāſit tñ incoata ꝑ defūctū debent ꝑ hr̄dem explicari. h. d.

Additio. Bal.

Pro itellectu iſt°. l. vide. l. nēo. ⁊ qd̄ no. ʒ. e. ⁊. l. ſi ſocius. ſ. ſi cer. pe. ⁊ qd̄ no. cy. in. l. cū te. C. ſi cer. pe. ⁊ cum hac. l. concor. l. nꝫ ⁊ ſeruus. §. ſi meuio. ij. Bo. ſ. de neg. ge. Et quia h. l. dr̄. an. soci° ſupviuēs poſſit aliquid adminiſtrare ideo dic. qn̄qꝫ adminiſtratio erat i totum ſpodiata defuncto qꝛ ſol° adminiſtrabat ⁊ tūc hr̄s hu° icoata explicare tenᷣ vt h nō obſtāte qd̄ tacitū mādatū ꝙ habebat defunctus pro parte ſuperuiuētꝫ. intelligatᷣ morte defuncti eſſe finitum vt probatᷣ. ſ. de ex. l. i. §. ſi plures ⁊. ʒ. e. l. ac. §. morte ⁊. §. ſequenti. v. ꝙ ſi integris omnibus vb dr̄. ꝙ ſicut morte finitᷣ mandatum ſic. ⁊ poteſtas attributa ſocio defuncto concor. cū hac. l. ʒ. de fideiuſ. l. ʒ. ⁊ quod ibi nō. Quandoqꝫ ſolus ſuperuiuens habebat adminiſtrationem tunc etiam q̄uis poteſtas per defunctum tacite collata viuenti eius morte reuocata videatur ſolus ſuperuiuens tenetur incoata nihil ominus explicarᷣ. vt dicta. l. nā. ⁊ ſeru°. §. ſi meuio. ij. Bo ⁊. d. l. actꝫ. v. ꝙ ſi intelligitur. Sed quid ſi ambo adminiſtrauerūt ⁊ vnus deceſſit videtur. ꝙ ſolus ſuperuiuēs poſſit indiſtincte adminiſtrare inſolidum vt poterat altero viuente. vt dicit gl. in dic a. l. nemo dicēs. ꝙ quilibꝫ duoꝝ adminiſtratoꝝ ſimul adminiſtrantiū pōt inſoliđ. adminiſtrare vt dicto. §. ſi plures. ⁊. ſ. man l. creditor. §. duobus ⁊ ꝙ ibi nō. ꝑ glo. ⁊ bar. ꝯriū nō. de procur. l. pluribus ⁊ ꝑ hac pte facit. d. l. ſi nemo ⁊. l. ſi fideiuſ. cogita.

Si quis a ſocio. Stipulatio penalis non nouat precedentem conuentionem interpoſitā ex cā nō lucratiua ſed ex actꝫ. facta ꝑ vnam tollitur alia quāſ. concurrūt. h. d. cum. l. ſe. Nō. ꝙ dixi in ſuma°. ſed ſecus eſſet ſi precedens conuentio eſſet appoſita ex cā lucratiua. qꝛ tūc induceretur nouatio vt. l. obligationū fere. §. fi. ʒ. de ac. ⁊ ob. uidebitꝫ. in. l. ꝓdia. de actꝫ. emp. ⁊ pro hoc habeſ ſolutꝫ. i. gl. que queritur an in dubio i caſu noſtro vi

deat̃ facta nouatio ⁊c̃.

Addi. Bal.

Si quis. Qui petit penam non poteſt petere rẽ ſeu intereſſe niſi quatꝫ. ẽ plus in pena. h. d. Uel ſic pena. cõuentionalis ſuccedit loco rei. h. d. dic vt. ſ. de eo quod cer. lo. l. fi. ⁊ vt ibi no. Ar. huius. l. dic. qd ſi ẽ appoſita pena in ꝯctu emphiteotico ratõne nõ ſoluti cenſus. ⁊ emphiteota ſoluit penaꝫ ꝙ nõ cadit a iure ſuo. qꝛ videt̃ ſoluiſſe cenſum ſoluendo penam q̃ ſuccedit loco cenſus Et adde quod nõ. in ſpe. de loca. §. nũc aliqua. v̂. xxxvi. ⁊ tribus. v̂. ſe. ibi pena. ſ. petita nõ eniꝫ fit nouatio i ꝯctibus bo. fi. ſola cõmiſſione penali vt. ĩ. de actꝫ. emp. l. p̃dia Nõ. iſtam. l. ꝙ agende ad penaꝫ vr̃ receſſum ab ac. p̃ncipali qd eſt veruꝫ ſi pena tantũdem cõtinebat q̃tũ erat in ac. p̃ncipali quod nõ. p. l. nõ diſtinguemus. ſ. de arbi. ⁊ pro limitatione. l. celſus. e. ti. vide quod nõ. in ſpe. d̃ ac.

**Si actum ſit.** Actio cõi diuidũdo. ⁊ actio p ſocio hñt ſe vt excedẽtia. ⁊ exceſſa. ⁊ ideo vna p alteraꝫ nõ tollitur in totum. h. d. glo. etiaꝫ ponit caſuꝫ in hac. l. ⁊ optime tex. declarat.

**Si margaritam.** In glo. ſua ĩ fi. in dubio auteꝫ vbi aliud nõ apparet p̃ſumetur eſſe ꝯctum innominatũ. ⁊ hoc videtur velle tex. iſte dum dicit aio ſocietatꝫ ⁊c̃. ⁊ quod. l. ſequit̃ ſi minus ⁊c̃. facit ad ideꝫ. C. e. ſi cum tractatu. ⁊ hoc tenet. Ja. bu. ⁊c̃. Nõ. ex hac. l. qualr̃ probat̃ animus ꝯhende ſocietatꝫ. ⁊ dic vt in glo. ⁊ ĩ. e. l. cum duobus. §. ſi fr̃es.

**Rei communis.** Actio rei pſecutoria nõ tollitur p penaleꝫ vel eꝫ. ſed vna pſecutoria bene tollitur p alteraꝫ pſecutoriam. h. d. vſqꝫ ad. l. merito. In glo. mag. ibi i. l. fi. §. i. ſed certe ibi furtũ ab alio cõmiſſuꝫ vel accõmodatario. ⁊ facit ad iſtaſ. l. ⁊ maxime ad. l. ſed ⁊ ſi ⁊ ad. l. ſed actioñ. ĩ. de actio. ⁊ obliga. l. q ſeruuꝫ. §. vult. ⁊c̃. vide ꝙ nõ. in ſpe. de ac. ſeu petꝫ. §. ſequit̃. v̂. ſed nõ ẽ obmittendũ. Et qñ plures actꝫ. nõ cõpetunt ad diuerſa vna electa altera nõ tollit̃ ad qd vide nõ. p doc. in. l. i. C. de fur. ⁊. l. qd in hered. §. elligere. ſ. de tributo.

**Merito.** Nõ. ex hac. l. ꝙ i dubio p̃ſumitur quis vti iure ſuo. ⁊ dicit gl. ꝙ hec ẽ nõbil̃ p̃ſumptio ꝙ qs p̃ſumat̃ facẽ iure ſuo Et aduerte ꝙ talis p̃ſumptio admittit̃ ad liberatõem ⁊ hic ẽ caſus i. l. noſtra. nõ aũt talis p̃ſumptio admitteret̃ ad ꝯdemnatꝫ. vt nõ. ſ. de iuriur. l. qui iuraſſe. §. ſi pr̃.

Addi. Bal.

Merito. Nõ. ꝙ pactuꝫ ſemp dꝫ interpretari in bonaꝫ ptem. ⁊ ꝙ in dubio qs p̃ſumitur vti iure ſuo. ⁊ ꝙ in dubio nõ p̃ſumitur delictuꝫ. nec in re vt hic. nec in ſpe. vt nõ. C. de peti. hr̃. l. ſi poſt motaꝫ. ⁊ bar. de no. op. nũ. l. nõ ſolum. §. ſed vt probari. Iteꝫ nõ. p hanc. l. ꝙ i dubio quis p̃ſumitur poſſidere pro ſuo quãdo hꝫ titulũ vt nõ. in. l. ij. C. de acq. poſ. adde quod nõ. in. l. ſi duo fr̃es. ff. de acq. hr̃. Item nõ. ꝙ poſituꝫ in dubio dꝫ intelligi potius ꝙ delictuꝫ excludat q̃ includat. ⁊ ſic in benignorẽ ptem ĩterpretatio fieri dꝫ nõ ſolum ad pene interpoſitioneꝫ. ſꝫ etiam ad modũ procedendi. qd nõ. pro cõcluſionibus libellorꝫ ad quod vide. ĩ. d̃ penis. l. ſi p̃ſes. ⁊. l. interpretat̃.

**Cum duobus.** Ueniens ꝯ mãdatuꝫ vel cõtra ꝯctuꝫ ſocietatꝫ cãtur actione pro ſocio. h. d. Pro declaratione iſtius tex. quero que ẽ rõ diuerſitatꝫ inter p̃muꝫ caſuꝫ. ⁊ ſcd̃m Rndeo qꝛ in p̃mo caſu ſiue dicamus eſſe mãdatuꝫ ſimplex ſiue ꝯctum innoiatum hꝫ locum pnia. ſed in ꝯctu ſocietatis nõ habet locum pnia. ⁊ nõ. glo. ſuper v̂bo initio. ⁊ ſuper verbo tenebor. ⁊ vide quod nõ. p cy. C. de actꝫ. ⁊ ob. l. ſicut. Bal.

**Si in cohenda.** Si vnus põit reꝫ alius ponit operam in ſocietate venit etiam dolus. ⁊ culpa. h. d. In glo. que incipit. ſ. boñ. ⁊c̃. Nõ. ex hac glo. ꝙ punctus ponit̃ pro copula. idem habetur in. l. p̃tia rerum. §. i. ĩ. ad. l. fal. l. iij. §. due ĩ. ad carb. C. de decurionibus. l. fi. cũ ſy. li. x. Nõ. iſtd ꝙ punctus ponatur pro copula regulr̃ nõ eſt veruꝫ niſi vbi de nã verborꝫ poſitorꝫ requiret̃ copula. ita loquitur hic ⁊ iurib' hic allegatis. Nõ. ꝙ ſi dedi alicui vacas paſcendas ſeu gubernãdas fructus vacarum erũt cões ſꝫ ipe vache remanẽt mee. ſicut ſi dedi agrũ meuꝫ ad laboranduꝫ in fructibus. laborator. ⁊ ego ſumus ſocij. ſed ager remanet mihi. vide quod nõ. in ſpe. de actꝫ. ſeu petitio. §. ſequit̃. v̂. item no. No. in iſto tex. duo p̃mo de capitali ꝙ dꝫ eſſe ſaluum ponenti ſ̃m Ja. d̃ are. qui ita no. in. l. i. C. e. per iſtum tex. qui non eſt alibi ſ̃m Ray. vide. ſ. eo. l. ſi non fuerint. Secundo no. ꝙ laborator qui promittit reſpondere rem certam de medietate fructuũ nõ debꝫ deducere expenſas. ſed reddere integram medietatem ſ̃m Ja. de are. qui ita no. ĩ. ſo. ma. l. fructus ⁊. Ja. bu. qui ita nõ. in. l. C. de fruc. ⁊ alr̃. Si tñ colonus cogeret̃ ad ſoluẽdũ dacia vel collectas hic computaꝫ dño quia talia pertinent ad ſolum dñm vt. l. ediles de uia. pu. ⁊ d̃ agri. ⁊ cen. l. litib'. §. vltra. Et ideo coloni clericoruꝫ qui cogunt̃ per cõe. ad ſolu enduꝫ gabellam fructuum pro parte dñorꝫ. poſſunt cõſeruare ſe indemñ. per retentionẽ lꝫ compellantur de facto ⁊ non de iure.

An autẽ vſufructuarius teneat̃ iſta onera ſoluere vid in. l. hacthenus. §. p. ⁊ quod ibi nõ. ſ. de vſuf. ⁊ li. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. e. ti. Quero dedi aſinã meam in ſocidam in quinquẽnium ⁊ ẽ conſuetudo. ꝙ i fine quinquẽnij diuidãtur aſina ⁊ fructus vel pecudes ⁊ fructus pecudum interim aſina pit naturaliter nũqd ruſticus teneatur mihi ad aliquid dic. ꝙ non qꝛ eſſet eodeꝫ modo peritura ſi penes me ẽt ſi fuit tradita eſtimata qꝛ in contractibus non ordinãtꝫ. ad dominium eſtimatio non facit emptionem vt hac. l. cum duobus. §. dãna ⁊. ĩ. loca. l. iij. ⁊ hoc per regulam traditam. ĩ. de ꝯtrahẽ. emp. l. cuꝫ man. ſgta. §. nemo. Sed quid ſe perijt caſu fortuito cui reſiſti non potuit tex. hic i. §. damna dicit ꝙ periculuꝫ eſt cõe de quo latius dixi. C. e. l. i.

**Damna.** In actione pro ſocio quis de caſu fortuito non tenetur etiam. ſi receperit rem extimatam. Item furtum in dubio preſumitur committi culpa eius cui res eſt ſubtracta. h. d. iſte. §. Nõ. gl. hic poſitam que dicit melius hic q̃ alibi an furtuꝫ preſumat̃ in dubio culpa eius qui furtum paſſus eſt quicquid de h̃ notetur per gl. inſti. quib' mo. re. contra. ob. §. preterea ⁊ nota i hac gl. differentiã quam gl. facit inter furem ⁊ latroneꝫ ⁊c̃.

Additio. Bal.

Damna. Cuſtos ⁊ ſocius non tenentur de rapina ſibi facta ⁊ bñ tenentur de furto quod iuris preſumptꝫ. ꝯtingit propter malam cuſtodiã ⁊ predicta ſunt vera etiã ſi res data fuerit extimata qꝛ extimatio in contractu ſocietatis nõ facit venire caſum fortuitũ. ⁊ no. p ſocietat̃. ⁊ facit. ĩ. e. l. ſi id quod in p̃n. No. ex hoc tex. ꝙ in dubio p̃ſumitur furtuꝫ factuꝫ culpa eius cui res ẽ ſurrepta gl. dicit hic melius q̃ alius an in dubio furtum videat̃ factum culpa eius: q patitur quod nõ. quicquid nõ. per

gl.inſti.qui mo.re.ꝯ.ob.§.preterea. In glo.nullo iur.
quo minuſ in fine hec gl.vult dicere ꝙ ſi relinquit mr̄i
ea ꝯdictione ſi pariat.ſi facto pariat mōſtruoſuꝫ ſibi nō
imputat.ſecus ſi culpa ſua.q2 ſe cōmiſcuit.cum cane vl
boue vt fecit factiferi.vt nō.in.l.querit hic alleg.in glo.
Sed quero aliqs fuit inſtitutus.l ſubſtitutus ſi vxor
teſtatoris pareret filiuꝫ maſculuꝫ nūc vxor teſtator mō
tua. fuit in ꝑtu.ꝛ fuit ſibi vēter ciſſus.ꝛ extractus filius
maſculus viuus.nūquid habeat locuꝫ inſtitutio.tāquam
ꝯdictio impleta. breuit dicas ꝙ nō ꝺ hoc habes caſū ad
lr̄am in.l.agnicl's.§.filium.ꝫ.de vbo.ſig.ita determināt
doc.ſ.de ſta.ho.in.l.aretuſa.in fi.ꝛ ibi ꝑ cy.nā iſta ꝯ° cō
fuerit volūtarie poſita debꝫ impleri in forma ſpecifica.
vt late examinat Bar.in.l.gallus.§.ꝛ quid ſi tm̄. ꝫ.ꝺ li
be.ꝛ poſtu.vt pꝫ ibi di.ſua Roſe.de are.

## Quidam ſagariā.

Dāna que occaſiōe ſocietatis obuenūt
ſūt inter ſocios ſimul cōicanda.h.d.vel ſic. Dānuꝫ ca
ſu fortuito cōtingens ꝑtinet ad totaꝫ ſocietatem nō ad
vnum tm̄.h.d.Et nō.hūc.§.ꝛ nō. glo. que incipit quod
ſe vterqꝫ ꝛc. Bal.

## Cum duo erant.

Quod alter ex ſocijſ extra ſocietatē q̄rit.
Nō venit cōicanduꝫ actōe pro ſocio.h.d. Nō. hūc
tex.ꝛ eſt ar.optimuꝫ pro offenſoribus.ꝛ etiam pro ſeruī
toribus alioꝝ quod ſi quid ipi lucrent nō impendendo
officiuꝫ debitum ꝙ totum illud lucrū debꝫ alios lucrā
tes totalr ꝑtinere ꝛc. Bal.

## 8 Si fr̄es.

Illud quod fratres extra bōa
cōia q̄rūt nō eſt cōicādum .h.d.
Uel ſic lꝫ fr̄es nō diuiſerit bona paterna non
propter hoc tm̄ intelligatur eſſe ſocij omniū bonoꝝ nec
tenētur alter alteri cōicare luc̄.extrinſecus acqſita.h.d.
Secuſ ſi eſſent ſocij.q2 tūc oīa cōicarent.vt.ꝫ.e.l.§.pap.
facit ad iſtum tex.l.ſi ex ꝑte.§.filius.ſ.fami.her. Et ad
uerte ꝙ illud qꝺ h ꝺr ꝺꝫ intelligi ſm Riꝫ.ma.ꝛ Oldr.
niſi inter fratres ſit tacite ꝯcta ſocietas.pōt enim ſocie
tas tacite ꝯhi.re ipa.vt.ſ.e.l.ſocietas.ꝛ.l.plane. ꝛ.ꝫ.e.l.
itaqꝫ.Et per hoc dicit Oldr. Riꝫ.ma.ꝙ ſi fr̄es ꝯſueue
runt luc̄.cōicare qꝺ inter eos videt tacite ſocietas ꝯcta.
Sed aduerte q2 fr̄uꝫ ſtantiuꝫ in cōi ſeu in cōione. qn̄
qꝫ aliquis ē pupillus.ꝛ iſto caſu nō vr ſocietas ꝯcta cum
eo tacite.rō q2 nō poteſt ꝯtrahi ſocietas expreſſe. vt.ſ.
e.l.vt in ꝯdictionibus in fi.Qn̄qꝫ quilibet frater eſt ma
ior.ꝛ tūc ex eo quod hn̄t paternaꝫ hr̄ditatem cōem nō
vr inter eos ꝯcta ſocietas.vt hoc tex.ꝛ.l.ex parte.§.fili⁹
ſ.fami.her.Si vo iſti fr̄es negociant.tūc ſi qdem vnus
negotiat alter n̄.nō poteſt videri iter eos ꝯcta ſocietas
Si vo omnes negociant.tūc ſi quiꝺ luc̄ eoꝝ ꝯſueuerūt
ponē in cōi.tūc vr ex hoc ꝯcta ſocietas ſm Riꝫ. malū.ꝛ
Oldra. Sed aduerte q2 ex hoc nō ꝑſumitur ꝯcta ſo
cietas oīum bonoꝝ.ſed tm̄ illius actōis ſeu artis ꝓbat
rōne.q2 in his q̄ ꝑſumunt ex actibus nunq̄ ꝑſumptō ſe
extendit vltra q̄ ſe extendat actus vt.l.i.§.ſi qs interdū
ff.de itinē actu ꝙ ꝑuato.C.ne vxor pro marito.l.fi. ꝛ vi
de qꝺ nō.ſpe.in ti.de iudi.§.ſeqtur.v.vt autem plenius.
Sed qd ſi ſunt duo fr̄es poſt morteꝫ pr̄is ſtantes in
domo cōi.ꝛ vnus eoꝝ negocietur.ꝛ fundum emat.ꝛ ſibi
tradatur.an hic fundus cōicabitur cum altero fratre dic
ꝙ nō.ſed erit proprius eius qui emit.vt.ꝫ.e.l.ſi vnus.§.
.i.ꝛ.l.ſi qs ſocietatem cōtraxerit.ſed partem precij quaꝫ
emens ſoluit de cōi alteri refudet.C.cōi.vtri.iu.l.ſi pr̄eꝫ
C.ꝺ rei ven.l.ſi ex pecunia.de admi.tu.l.ticium.ꝛ meuiū
§.altero.ꝛ nō.ꝫ.e.l.ac.§.i.quod intellige niſi ꝑſumatur
ſocietaſ inter eos contracta vt.ſ.e.l.qui admittitur.ꝛ.l.
plane.ꝛ inſti.de ob.ex conſenſu.declaratur enim cōſen
ſus nō ſolum ex vbis.ſed etiam factis.vt.ſ. de l.l.ꝺ qui
bus ꝛ.ꝫ.de edi.ꝛ edic.l.ſi tamen.§.ei qui. Dico ꝙ ſi
frater acqrens in acqſitis vtitur certꝭ actibus declaratꝭ.
ꝯſenſus ſocietatis.vt q2 cōiter facit fieri inſtr̄a.ꝛ promi
ſcue vtitur rebus acquiſitꝭ.tāquaꝫ cōibus.tūc erunt cōia
iur.ſocietatꝭ pro equis ꝑtibus ar.de le.iij.l. ꝑdijs.§. p.ꝛ
ſ.e.l.ſi nō fuerint in ꝑn.naꝫ quod tacite agitur pro exꝑſ
ſo habetur vt.l.cum quid.ſ.ſi cer.pe.Et ē ſile diſſociādo
vt.ꝫ.e.l.itaqꝫ alioquin ſi nō deprehendatur ſocietas taci
te vel expreſſe obtinet quod hic dicitur.in ꝑn.tm̄ nō videtur
habere locum hec tacita ſocietas ſine auctoritate tu
torum.vt.ſ.eo.l.ut in ꝯdictionibus.ꝛ h de iure romano.
Sed ꝺ iure lombardoꝝ ex duobus fr̄ibus ſimul co
habitātibuſ un⁹ emat fundū tenet alteri cōicare vt i lom
bar.ꝺ ſuccō.l.ſi fr̄es.q2 ꝑſumit emptus ꝺ bōis cōib⁹ ar.
ꝺ do.iter vi.ꝛ uxo.l.qntus.ꝛ.C.e.l.ēt ſm Riꝫ.Aduerte
quia ſupra poſuit duas coniecturas vnā quia cōmuniter
fecit fieri inſtrumēta aliam q2 promiſcue vtit omnibus
bonis ꝛ quodlibet per ſe ſufficere credo nā cuꝫ ſocietas
conſenſu contrahatur ꝛ animus contrahendi ſocietatē
collr.ex actib⁹ ſocialibus vt dicit.Ja.de are.ſ.e.l.iiij.cir
ca gl. ꝛ nō.ſ.e.l.ſi margaritā ſatis apparet de animo
ex vxu.promiſcuo vnde facto accidit.ꝙ duo fratres re
māſerunt in hereditate ꝛ domo paterna quoꝝ vn⁹ ma
ior natu ibat ad emendum merces alter domi retine
bat ſtationē maior frater qui pecuniam retinebat ꝛ ex
pendebat fecit quaſdā emptionis prediorꝝ ꝛ inſtrumēta
faciebat fieri in ſua ꝑſona propria ignorante fratre.ꝛ is
rebus emptis promiſcue vtebat cū fratre demū frater
minor predeceſſit relicta filia herede maior frater dice
bat res emptas ꝓprias eſſe.determinaui ꝛ conſului cō
trarium contra eum maiorem cy.in addi. ꝛ adde quod
nō.in ſpe.de iudi.§.ſequit vide.v.ꝛ ante de iſta materia
tractat bar.in dicta.l.ticium ꝛ meuiū.§.altero vbi vide
as. Et predicta hn̄t locū in fratribus negociantibus
poſt mortē patris.ſꝫ in vita patris nō preſumo ſocieta
tem inter fratres nā quilibet querit ſibi aduenticia nec
ea tenetur conferre vt.C.de collati.l.fi.ꝛ ar .ibidē pap.
v.q̄uis filius.ꝛ de condi.inde.l.frater a fratre ꝛ ad hoc
quod notat.ꝫ.ꝺ mu.ꝛ ho.l.qui arigū.§.fi.ꝛ quod nō .cy.
C.rem in ꝑn̄ti.§.accedit in vltima.q .ꝛ quod nō. Guil.
C.fa.her.l.filius.ꝛ.l.certi iuris. Ultimo nō.gl ſuper
verbo dirrigere que dicit ꝙ ſi vnus ex fratribus rema
nentibus in cōmunione cōmittit malēm nō debet ſolui
condemnatō de cōmuni. Iſtā gl.intellige qn̄ fuit cōmiſ
ſum poſt mortē pr̄is. Sꝫ ſi vnus ex fratribuſ cōmit
teret maleficiū in vita pr̄is ꝛ pater pro eo ſolueret an
alij fratreſ poſt mortē pr̄is tp̄re diuiſionis poſſunt illō
quod eſt ſolutum imputare i ſuā portionē dic vt nō. Ja.
de are.in.l.ſtichus.ꝫ.de pecu.le. Sed quero pone ꝙ
vnus ex filijs abſqꝫ ſuo delicto capitur a latronibus pr̄
ſoluit pro eo an illud debeat ſibi poſt morteꝫ pr̄is in ſu
am portionē imputare dicit. Gui.de cu.ꝙ nō tenet ipe
in.l.frater a fratre.ſ.de condi.inde.quod ibi dicit.ꝛ dic
ut ibi per eum. In glo. ibi quantitate ibi ad intelle
ctum. Ex hac glo . defenditur conſuetus modus
interrogandi teſtes ſuper fama quot homines faciant
publicā famam Cy.adde quod.nō.C.de accuſa .l. ea q
dem vide quod dixi in.l.iij.§.eiuſdē.ꝫ .de teſti. Sed
quid ſi alter ex fratribus in cōmunione ſtantibus habꝫ
filioſ magnos ꝛ lucrantes ſicut ipſi fratres an pr̄ coꝝ
poterit dicere tp̄e diuiſioniſ detrahamuſ ꝙ filij mei fue

ſũt lucrati vel opere eoꝝ debẽt cum alimentꝭ.in domo
cõi pcepꝭ cõicari ſeu cõputari cogitabitꝭ vide.l.illam.C.
de colla.Bal.

**Item ex facto.** Ut obſeruetur pactum
ſocietatꝭ cõpetit actio ꝓ
ſocio.h.d.in hoc.§.i. Nõ.glo.ſuper ṽbo q̃titatꝭ que
dicit ꝙ duplex eſt q̃titas ⁊c̃.Bal.

**Si inter frẽs.** Qñ inter frẽs ↄtra
cta ẽ volũtaria ſocie
tas quilibet alteri debet cõferre in illud quod
emãcipatus frĩbus exiſtẽtibus in ptãte cõferre tenetur
hoc dicit.Bal.

Addi.d.Segura.Iañ.h.d.in ſocietate.

**Inter frẽs.** Cõtracta ex quacunqꝫ
cã queſita cõicent̃ veniũt
ſtipendia.⁊ ſalaria lꝫ per filium emãcipatum frĩ nõ cõfe
rantur.h.d.ſm glo. Uel ſic in ſocietate inter fratres
ſimpl̃r ↄcta veniunt ſtipendia.⁊ ſalaria lꝫ in coll̃.bonoꝝ
nõ veniant.h.d. Dicitur hic in tex.ꝙ ↄcto inter frẽs
volũtario cõſortio.Ideſt ſocietate cõicãtur ſalaria ⁊ ſti
pendia. Op.ꝙ iſtud nõ ſit verum.qꝛ nõ veniũt niſi q̃
ſita ex q̃ſtu.puta ẽptione venditõe ⁊c̃.vt.l.cohiri.ſ.e.gl.
huius timore hic itelligit ꝙ fuit ↄcta expreſſe vt ex qua
cunqꝫ cã q̃ſitum cõicaret quo caſu debent cõicari.vt.ſ.
e.l.iij.§.hoc nõ exp̃ſſo. Sed ſocietate ſimpl̃r ↄcta nõ
venirent.vt in.l.cohiri. Et ſic nõ.ꝙ ſalaria.⁊ ſtipẽdia
nõ dicunt̃ acqri.ex queſtu.ſed ↄ qꝛ que querunt̃ ex opa
vt.l.queſtuſ.ſ.e.dicunt̃ ex queſtu. So.lꝫ tex.ibi dicat
ex opa nõ intelligit̃ ex opa prout eſt diurnũ offĩn vt.j.
de op.li.l.i.ſꝫ ſumitur pro ſolertia.⁊ diligẽtia ex qua ali
quid queritur.vt ibi dicit glo.⁊ ſic ſalaria.⁊ ſtipendia nõ
dicẽtur queri ex ſolertia.⁊ diligentia vt uerũ eſt ĩ puris
⁊ meris ſtipẽdiariꝭs qui hñt ſalarium propter laborem
ſunt tamen aliqua ſalaria.⁊ ſtipẽdia que reſpiciũt labo
rem.⁊ probitatẽ ſcie.⁊ intellectuſ ut ſalaria aſſeſſoꝝ ad
notarioꝝ medicoꝝ ambaſiatoꝝ decurionũ.⁊ ſĩlia queđ
que vtrũqꝫ vt capitaneoꝝ vel caporaliũ queđ proptẽ di
gnitatẽ vt ꝙ quis ſit domeſtꝭ.pñcipis.Et nõ.bar.in.l.i.
§.diuus ď variꝭs.⁊ ex̃oꝛ.cognitꝭ.⁊ tex.iſte loquit̃ genera
liter ergo ſaltim aliqua ſũt ex queſtu ex ſolertia ⁊ itelli
gentia.Undeo veruꝫ eſt ſed.l.queſtus nõ itelligit̃ ď opa
prout eſt diurnũ offĩn nec de omni opa que ꝓuenit ex ſo
lertia ⁊ diligẽtia.Sed de illa opa ſolerti ⁊ diligenti q̃ ꝓ
uenit ex ↄctu queſtuario.⁊ mercantilli.⁊ negociationi ⁊
hoc eſt ꝙ demõſtrat.l.cohiri.in fi.cum ſpecificat emptꝭ.
venditꝭ.locatione.⁊ ꝑdictõe.ſic intelligit Bar.in.l.legatꝭ
de leg.iij.ſed tamẽ nõ dicit:propterea quoniã que ſunt
dicantur. ⁊ an ſi non ſit ex mercatura.ſed bene dicit ꝙ
nõ dr̃ mercatura niſi ſit actus queſtuarius.⁊ iſte tex.ſim
pliciter loquit̃.⁊ lꝫ.l.cohiri exemplificet de emptꝭ.locatꝭ
⁊c̃.ius tamẽ cõmune nõ ledit.l.que dubitꝭ.j.de reg.iur̃.⁊
.l.qui mutuã.in p̃n.ſ.ti.i.⁊ max̃.qꝛ in.l.cohiri dic venir̃
vniuerſa que ex queſtu veniunt hoc eſt.⁊ ſi ꝙ lucruꝫ ex
emptꝭ.⁊c̃. Nõ.dictionẽ ⁊ que auget nõ reſtringit vt.l.
ea tamen adiectio de le.iij.⁊ pro hoc facit glo.ſ.eo.l. §.
pap.q̃ vult ꝙ multo magis debeat cõicari lucruꝫ ſi ſim
plex eſt ↄctꝭ q̃ ſi de lucris ⁊ damnis q̃ proueniũt ex bo
nis cõibus quid ergo dicemus. In ſocietate omniuꝫ bo
noꝝ ↄcta veniunt omnia.vt.l.iij.§.i.ſ.e.In ſocietate ali
quoꝝ bonoꝝ vel alicuius negociatõis ↄcta veniunt luc̃
⁊ damna q̃ ex illa negociatꝭ veniunt ſeu ex illis boñ nõ
que eſt ut.ſ.e.l.§.cuꝫ duo ⁊.§.pap. Et ideo ſalaria q̃
querit ex pſona ſua nõ uenient que ſũt ex negociacioñ
vel bona hr̃ditaria de qbus eſt ↄcta ſocietas. In ſocie
tate ſimpl̃r ↄcta nõ veniũt ſalaria.⁊ ſtipendia.ſed ſola
que ex queſtu mercature ueniũt ex hoc ſequerent̃ mĺta
incõuenientia.qꝛ unus frater.uel ſocius ponit opaꝫ ſuã
⁊ dimitet queſtus pſone ſue ꝓ ſeruitiꝭs ſocietatꝭ.⁊ alius
ibit ad ſtipẽdium.⁊ alia luc̃ facient de pſona.⁊ nihil cõ
ferret ſocietati ꝙ ur̃ mala ſocietas. ⁊ fraternitas ↄ.l.ue
ruꝫ.unde ſalua pace glo.p.l.cohiri ⁊.l.queſtꝭ que ſimpl̃r
locuntur.⁊ ſimpl̃r per hũc.§.ego crederẽ ꝙ ueniũt oĩa ĩ
ſocietate.⁊ ſalaria.⁊ ſtipẽdia. ⁊ etiã mercedes diurnaꝝ
operaꝝ niſ forte qñ unus ex ſociꝭs gubernat ſocietateꝫ
aliquid dꝫ ꝑdeducere de ſocietate.puta dꝫ habẽ quartã
ptem lucri.⁊ reſiduũ dꝫ diuidi ꝓ portionibus ꝓ quibus
quilibet participat in ſocietate. qꝛ tũc queſita ex labore
ſue pſone ut ſalaria.⁊ ſtipẽdia alius nõ cõicabit. qꝛ nec
ſibi cõicantur ar.inſti.e.§.illud ⁊ h. ĩ cãu poſſꝫ ꝓcedere
glo.⁊ ppea dupl̃r ſũmam hũc.§.⁊ ſm intellectũ gl. ⁊ ꝓ
ut ſonat ſecundum ꝙ intellige.Tamen qꝛ cõiter ĩ iudi
cando nõ recedimus a glo.ſuſtinendo glo. reſpondebis
ꝙ imputet ſibi cur non clare conuenit̃ tñ nõ.⁊ adde ad
ea que dixi in.l.cohiri ⁊.l.q̃ſtus ⁊.l.ſed ſi addiciat̃ circa
fi. In ſocietatibus ergo ⁊ accomẽdis que fiunt tota
die qꝛ certam quãtitatẽ pecunie pono ⁊ tu aliã ⁊ vadis
ad nauigãdũ ⁊ cũ es in loco vel eundo habes ſtipẽdia
vel aliquod officiũ nõ debes cõmunicare ſine dubio ni
ſi ſit actũ qꝛ ſocietas non eſt omniuꝫ bonoꝝ nec ſimpli
citer contracta ſed de certis rebus vel quãtitatibus pe
cuniaꝝ vt.ſ.e.l.§.cum duo ⁊.§. pamp. niſi conſuetudo
aliud haberet vt dixi ĩ dicta.l.cohiri ⁊. l.pe. Poteſt
etiam intelligere hanc l.alio modo vt loquatur de ſala
riꝭs perceptꝭ.ante ſocietatem contractaꝫ ⁊ pones ſic ca
ſum hereditas pr̃na obuenit fratribus qui poſtea con
traxerunt voluntariũ conſortiũ ſeu ſocietatẽ.Queritur
modo nunquid ſalaria ⁊ ſtipendia que acqſiuit ex mili
tia vel quia vexillarius erat ⁊ ſimilia ſi ea debeãt cõ ca
ri ⁊ veniant in iuditio ſocietatꝭ.videbatur.ꝙ nõ qꝛ filius
emancipatus non tenetur conferre ea.filio in poteſtate
ymo etiam filius famil̃.precipua ea haberet tex. dicit
ↄrium quia contrahendo ſimpliciter videt̃ cõicare dꝫ
eniꝫ cõmunicar̃ omnia bona ſua ſed iſtud videt̃ falſuꝫ
quia illud ſolum eſt in ſocietate omniũ bonoꝝ vt.ſ.e.l.
i.§.i.nõ in ea que ſit ſimpliciter vt.l.cohiri in prin .i illa
enim nõ venit niſi q̃ſtus futurus ex ingenio ſeu ſolercia
⁊ diligẽtia vt ibi dixi alias nõ eſſet ďria inter ſocietatẽ
omnium bonorũ ⁊ ſocietatem ſimplicem ⁊ propterea
ſemper in tl̃i ſocietate deducit quis capitale ſuuꝫ qꝛ nõ
eſt ſocietas niſi queſtus ⁊ lucri al̃s enim nõ ſunt cõica
ta ſecus in ſocietate omnium bonoꝝ vt dicta .l.i.⁊.l. ſi
ſocietatem vniuerſaꝝ.⁊ nõ.in.l.ſi quis ſocietatẽ. Sꝫ
tunc querit̃ dixi q̃uis filius ⁊c̃. Reſpondeo quia ſi
cut nõ veniebãt conferenda ⁊ cõicanda ibi ita videbat̃
hic ſed ſimilitudo non ẽ bona.Et dicit hic. Ja.bu.ꝙ iſte
tex.melius oſtendit vnde cãtur natura collatꝭ. quã alius
tex.mundi qꝛ ⁊ ſi in ſocietate maneret ꝑcipua haberet
quaſi velit dicere ꝙ cũ filius emãcipatus eſſet excluſus
a ſucceſſione ⁊ per beneficiũ ꝑtoꝝ admittatur voluit ꝑ
toꝛ eũ admitti ſine damno illoꝝ qui ſunt in poteſtate qꝛ
per emancipatioñ non queſiuit patri ⁊ ideo vult ꝙ ei q̃
queſita eſſent pr̃i ſi nõ fuiſſet emancipatus cõferant̃ ⁊
hic in tex.⁊ glo.

**Idem reſpondit.** Non valet pactuꝫ
per quod libera te
ſtandi facultas impediatur per.indirectum.h.d.iſte.§.
Nõ ꝙ ſocietas ñ durat niſi vſqꝫ ad mortẽ ⁊ ẽ ratio
qa cum ĩ icerta perſona non põt contrahi aut ergo cer

ta perſona heredis ſpecificat̃ ⁊ tunc videt̃ ſe ſtringere p̱ ↄ̃ctum ad certum hr̃dem quod eſt impoſſibile vt.j̃.de v̂.ob.l.ſtipl'o hoc modo cõcepta.⁊ h̃ vide Ja.de lega.iij. .l.ſigs in p̃n. Nõ.tex.iſtius.§.⁊ p̱ hũc tex.videt̃ ꝙ ſi aligs donat bona ſua pñtia.⁊ futura ꝙ talis donatio ñ valeat.qꝛ p̱ hoc impeditur teſtãdi facultas ſaltez p̱ obliquuz de quo habes p̱ glo.⁊ doc.in.l.fi.C.de pact.⁊ per hũc tex.vr̃ reprobari ↄ̃ſilium dy.dicentis ꝙ ſi quis vl't adhibere remediũ.vt teſtamẽtum ſuũ nõ reuocetur dz dicere ꝙ ſi ↄ̃tingat me reuocare teſtm̃ ex nunc do.⁊ dono omnia mea bona pñtia ⁊ futura vt ip̃e nõ.in.c.ꝙ ſemel placuit ex̃ de re.iur̃.li.vi.tangit glo.in.l.hr̃des palã in fi.j̃.de teſtamẽt.nam iſtud ↄ̃ſiliuz vr̃ reprobari p̱ hũc tex.qꝛ ſaltẽ p̱ indirrectũ impedit teſtãdi facultatẽ.ergo nõ valet.ut hic eſt enim tale pcm̃ cõtra bonos mores vt.l.ſtipl'o.hoc modo de v̂b.ob.

**Idem reſpondit.** Secũdo ſocius hñs viam beneficij põt eaz obmittere.⁊ uti via iur̃ cõis.h.d. Uel ſic hñti pl'es vias mos gerit̃ ſi eligit leuiorem.h.d. Adde h̃ all'.per glo.vel ſic ſocio reficienti inſulã cõem ↄ̃ ſociuz ceſſantez tria dantur remedia petitio ſort. Cum vſur̃ centeſimis vſq3 ad menſes quatuor dñij tranſlatio intereſſe petitõ h.d.Et p̱ hunc.§.ↄ̃ſuluit Bar.ꝙ ↄ̃demnatus i.M.ſoluẽdum.j̃.mẽſem ſub pena ãputat pedis ẽt poſt mẽſem ẽ inuit⁹ exigi põt ꝟt. M.ſoluat lz ↄ̃demnatus velit ſoluere pedẽ de quo p̱ eund̃ Bar.in.l.i.§.item ſi ita.j̃.ad .l.falſus dic vt ibi plene p̱ eũ. Et nõ.bene hũc.§.pro refficiẽtibus molendina cõia rõe ſocietat ↄ̃cte ſeu ẽt vt aduertis ange.ceſſantiũ p̱ ↄ̃tumaciã.In reffectione cõis inſule.Ray.deinceps elapſis quattuor mẽſibus ray.dedit nolenti.tñ nõ inuito.vt dictuz ẽ. Nõ.ꝙ ille q hz plures vias põt eligere viaz leuiorẽ ſi vl't. Nõ.ꝙ qñ lex.addicit alicui dñium ẽ in prãte illius acceptar̃.⁊ non acceptar̃ qd̃ tene mẽti. Querit glo.d̃ duabus qõnib⁹ p̃ma eſt vtruz fiat dñs ip̃o iure.an p̱ ſniam.Et dicit gl. ꝙ ip̃o iure.⁊ bene ſm̃ Ja.bu.⁊ eſt rõ. qꝛ.l.nõ deſiderat h̃ fcm̃ iudi.ſecus vbi fcm̃ iudi.deſideraret.ut nõ.C.d̃ ſa.ſan.eccle.l.iubemus.§.iconomus ſm̃ Ja.uide tex. gl.⁊ doc.in.l.ſi ut proponis.C.de edif.priua. ⁊ nõ. Secundo querit glo.utrum ſicut trãſit dñium.ita trãſeat poſſeſſio ip̃o iure.⁊ dicit.glo.ꝙ nõ induc̃ ſimile d̃ bonis ↄ̃fiſcatis ubi trãſit dñiũ poſſeſſio.tñ nõ trãſit ſine corporali apprehẽſione qd̃ ẽ nõ.dignũ.uñ lz bona hereticorum ip̃o iur̃ ſũt ↄ̃fiſcata.tñ nõ intelligunt̃ corporal'r poſſideri donec fuerint apprehẽſa ad idem facit qd̃ nõ.s̃.qui ſat cog.l.ſciendum.§.ſi fundum.

**Idem reſpondit.** Ille cui pl'ra remedia ↄ̃ceduntur põt elligere remediuz quod vult.h.d.iſte.§.al'.eſt.l. In hoc §.ẽ qued̃ glo.ma.que p̃ncipal'r facit tria.naz poſſit quot remedia dent̃ ſocio refficienti ↄ̃ ſocium ↄ̃tumacẽ.ſo ponit quot remedia dent̃ ſocio refficiẽti ↄ̃ ſocium nõ refficient.nõ tñ ↄ̃tumaciaz.Tertio ponit quot remedia dẽt̃ refficienti q nõ eſt ſocius ↄ̃ cõſortẽ.ñ refici.ſcd̃a ibi it̃ ſi cõi noie.tertia ibi qd ſi nõ eſt ſocius.In glo.fi.ibi innuit ↄ̃triũ ⁊c̃.ꝙ patet.dũ dicit oĩno dñium dedit ⁊c̃.In ca.glo.ibi.Itez quid de poſ.⁊c̃.ex hac glo.duo.p̃mo quãdo dñiuz tranſit ſine poſſeſſione.Secũdo nõ. ꝙ lz dñiuz acquirat̃ ip̃o iure.nõ tñ trãſit poſſeſſio ip̃o iure.⁊ cum hac glo.cõcor.qd̃ nõ.C.de ſa.ſan.eccle.l.fi.⁊ qd̃ videbit vos ꝙ cuiuſq3 vniv̂.no.l ſicut.§.vlti. Sed hic quero nun qd h̃ ſit repire caſum in quo trãſeat poſſeſſio ip̃o iure tex.vr̃ velle ꝙ ſic in caſu.l.raptões.C.de ep̃is.⁊ cl'i.ſm vnam expoſitionẽ qud̃ nõ.

**Item mella.** Si qui ↄ̃trahũt ſocietatẽ ſuper certa re ad certũ vſum ↄ̃ nõ patientẽ ſociũ vti dat̃ actio.p̱ ſocio.h.d. In tex.ibi ſi uicini ⁊c̃.dic.i.quilibz dimidiũ petet̃ facti pacti ſui. Ibi i tex.ibi ↄ̃tulerũt ⁊c̃.dic.i.diuiſerũt ex̃ murũ ſm̃ fran.ac. Ibi agẽdũ vt patiat̃ forum.inſtr̃i qñ plures edificãt murum cõem.vide i ſpe.de iudi.quarta p̱te.§.gñaliter poſt prin.

**Si plures.** Pro pluribus ſocietatibus põt agi vno libello.⁊ vno iudicio.h.h.Si plures.vl' aliter.p̱ multis ſpẽbus põt intẽtari vna actio generalis.h.d.cõte.putaſu ↄ̃mẽti. Iſte tex.ẽ ar. ꝙ ad plures excõicationes ſufficiat vna abſolutio gñalis adde ꝙ nõ.Cy .C.de nup.l.ſi libertam ⁊ ꝙ nõ.i. q.iiij. engeltridam uid̃.c.cũ pro cã de ſen.ex.

**Si quis ex ſocijs.** Quicqd ſociuſ expẽdit de ſuo occaſ.ſocietat.illud imputat ſocietati.h.d.vſq3 ad. §. ſociũ ⁊c̃.

Addi. Bal.

Si qs. Impenſe facte p̱ ſociũ occaſione ſocietat ſocietati iputantur.h.d.An ãt de h̃ de his ipenſiſ dimiuatur qcqd ps ipendẽs fuiſſet domi ↄ̃ſumatã.vide gl.in.c.ſtatutũ d̃ R̃pt.li.vi.⁊ uide op.tex.in.l.ſz hr̃ditas .§.i.ff.ad exi.⁊ ↄ̃clud̃ ꝙ nil donat̃ pp̱ laborẽ ſocij naute vt lr̃a iſta dr̃e vr̃.An nõ hic ꝙ nõ.s̃.mã.l.idẽq3.§.i.idez labeo ⁊.j̃.locati.l.cũ i plures .§.uehiculuz. Bal.

**Socium.** Socius omnium bonorum debet ſocio conferre qcquid lucratus ẽ ẽt ſi fuerit lucratus propter delictũ in perſona ſua cõmiſſum nõ tamẽ cogit̃ conferre. Illud quod ex turpi cã eſt lucratus hoc dicit.

Additio. Bal.

Socium. Socius omniũ bonorum omnia conferre tenet̃ preterꝙ̃ ex illicito queſtu queſita damna vero ſuo delicto prouenientia ſocietati nõ imputat ⁊ ihoneſtarum rerum ſocietas nulla contrahitur.Et ſi queſtus illicitus cõmunicatus fuerit ſponte ⁊ cõicans fuerit ex delicto dãnatus partem recuperat a ſocio h.d.Uſq3 ad.l.ſi id qd̃ doc. Nõ.hic ꝙ aut iiuria fit ſocio aut fit a ſocio. p° cãu tã emolumẽtũ ꝙ̃ damnuz eſt cõe ſecundo caſu pertinet ipſum delinquentẽ ⁊ .h.d. Nõ.etiam ꝙ poſt latam ſniam . queritur an per iniuriam ſitillatum qꝛ reffricatur iſta queſtio cum tertio non inter partes perſonas. Et nõ.ꝙ quandoq3 eſt licita ſocietas ⁊ illicitum lucruz ⁊ tunc non venit cõicandum ſed cõicatum trahit ſecuz periculum condemnationis.quandoq3 eſt ſocietas illicita ⁊ lucrum illicitum ⁊ tũc nõ eſt cõicandum nec ſi eſt cõicatum ſponte facit trãſire p̱iculũ qꝛ ac.p̱ ſocio naſci nõ põt vt.l.nec pretermittenduz.

**Per contrarium.** Si vn⁹ ex ſocijs omnium bonorũ eſt damnatus actioñ.iniuriarum.ſi quidẽ eſt damnatus p̱ iniuriã iudic.de cõi ſoluere põt.Si vero ob ſuũ mall'iũ ſecus.⁊ idem ſi eſt damnatus propter ſuã contumaciaz Item illud quod ſocius lucratur ex ſuo delicto conferr̃ non tenetur.ſi tamen confert lucruz efficitur.cõe poteſt tamen lucrũ collatum de ſocietate accipere ſi fuerit dãnatus ad illud lucrũ reſtituenduz.h.d. Nõ.in iſto.§.per contra. Nõ.tex.ibi ſi ob maleficium ⁊c̃ .nam p̱ hunc tex.tenet glo.ꝙ ſi vnus ex fratribus remanẽtib⁹ in cõione cõmittit maleficiuz non põt ſoluere de cõi vi diſtis.s̃.e.§.idez pamp.in gl.vlti.⁊ no.in.l.ſe .vſq3 ad.l. nemo quicꝙ̃. Item ex.l.ſed quicquid nõ.tex. cuz gl. que incipit ex quibus ꝙ ex quocunq3 delicto ꝙ̃tũcunq3

publico pōt agi ciuilr̄ ad intereſſe caſus eſt hic ⁊ in .l.q
nomē.ĩ.de falſis ſecunduꝫ.Fran.⁊ cy.ar.ↄ̄.ĩ.de v̄.ſig.l.
hec ſtipulatio ſo.quando delictum cōmittit᷑ in re fami
liari ſemꝑ oritur ciuil᷑.actio ad intereſſe quod nō.

**Si id quod.** Si res ꝑit anteq̄ſ fit cō
tracta ſocietas ꝑit ei cuiꝰ
res eſt.Si vero ꝑit poſt contractam ſocietatē
ꝑit cōiter.h.d.In hoc p̄n.nō.glo. ſuper uerbo cōica ibi.
Et nō.ar.nō.ex iſto p̄n.differentiā utruꝫ ſocietas ſit for
mata ſuꝑ p̄tio futuro.an ſuper ipſiſ corporibus a prin.
Iteꝫ nō.gl.hic poſitaꝫ ꝙ ſocietas ↄ̄cta in uachis durat i
vitul᷑ natis ex eis facit.ſ̄.cōmo.l.ſi ex certo.§.vſqꝫ adeo
⁊ adde quo nō.ĩ.de pigno.in p̄n ⁊ per Ja.in.l.fundi.de
fun.inſtru.Bal.

**Item celſus.** Iſte.§.in effectu quaſi idem
dicit ꝙ p̄ncipiuꝫ iſtius l.⁊ iō
nō ſumit᷑.dic ꝙ in pecunia cōicata eſt periculū cōe i cōi
canda ſolius propetarij. h.d.

**Si filiusfa.** Si filiusfa.in paterna ꝑtāte exi
ſtens ↄ̄hat. ⁊ poſtea emācipet᷑
eadem durat ſocietas.⁊ pro geſtis tū erat in ꝑtāte dat᷑
actio taꝫ ↄ̄ ip̄m q̄ ↄtra p̄rem pro ↄtracto poſt ag tur ↄ̄
filium.tm̄ vel ſic etiā vno.⁊ eodeꝫ ↄ̄ctu nūero ꝑmanēte
pōt diuerſificari forma agēdi ſecūdum qualitatē tēpoꝝ
h.d.⁊c̄.et ꝙ vna ſubſtō poſſit diuerſificari ſecūduꝫ qua
litatē tempoꝝ.vel ſic emācipatōe ſocietas ↄ̄cta ꝑ filium
nō diſſoluit᷑ ⁊ pro debito ↄ̄cto durante ꝑtāte agi pōt ꝑ
patrem.⁊ filium pro contracto poſt agitur contra filiuꝫ
tantuꝫ.Bal.

**Adeo morte.** Nō poteſt agi vt ſocie
tas ad hr̄dem tranſeat
niſi in ſocietate vectigaliū.h.d.In hac.l. nō.gl.
ij.que ponit quot requirāt᷑ vt ſocietas poſſit ad heredeꝫ
trāſire qd̄ nō. Vel ſic ſumatur.⁊ plenius lꝫ i ↄtractu
ſocietatꝫ.ſit facta mentio hr̄dis nō tamē trāſit ad hr̄deꝫ
fallit in ſocietate publicoꝝ vectigaliū ꝙ nō diſſociatur
morte.ſed trāſit ad hr̄dem ydoneū.nō eniꝫ fuit ellecta i
duſtria ꝑſone.h d.rō.l.eſt q꞉ tm̄ durat ſocietas q̄ſituꝫ ↄ
ſenſus.ſꝫ ↄſenſus morte finit᷑.Bal.

**Socium.** In actione ꝑ ſocio poſt moraꝫ
verā vel fictaꝫ veniūt vſure tā
quā itereſſe ↄ̄ ſociuꝫ.ſecus ↄ̄ heredeꝫ ſocij.h.d.
Nō.ex hac.l.caſuꝫ i quo vſure petunt᷑ tāquā itereſſe
quod ē hodie ꝑmiſſū circa quod vide ꝙ nō.C.de ſū.tri.
.l.i.⁊ in aūt.ad h̄.C.de vſur᷑.⁊ in cor.vn̄ ſumit᷑.

Addi.Bal.

Sociuꝫ.Propter moraꝫ veraꝫ vel fictam cōmiſſaꝫ
ꝑ ſocium in reddēdo lucruꝫ tenet᷑ moroſus ad vſuras q̄
vt intereſſe preſtant᷑ ſocio nō heredi ſocij.h.d. Nō. h̄
vſuras peti.vt intereſſe.⁊ tūc nō cōmittunt᷑ ad modum
vſuraꝝ.Sed nūquid eſt veꝝ de iure canonico.glo. dicit
ꝙ nō veritas eſt q꞉ aut petunt᷑ ſolū.rōe tēpor᷑.aut petū
tur ex adiectis coherētijs.p̄mo caſu nō p̄nt peti vt hic
ſecūdo bn̄ p̄nt peti.vt nō.in.l.i.C.dē ſū.tri.⁊ fi.ca.⁊ facit
in rōne ſui exēplum de vſu.c.ſalubriter. ⁊ p̄dicta v̄a in
ↄ̄ctibus bo.fi.ſed i ſtricti iur᷑.dic vt.ſ̄. de in litꝫ.iurā.l.nū
mis.⁊ adde quod nō.C.rem in p̄nti.§.exactō.⁊.C.ḋ ad
mi.tu.aūt.nouiſſime.⁊ quod nō.in ſpe.ḋ vſu.§. porro in
bo.fi.⁊ qd̄ nō.in.l.i.C.ḋ ſen.q̄ pro eo.Bal.

**Socius.** Illud quod ſocius expēdit pro cura.
vulneris in eius ꝑſonam ꝑpter ſocie
tatem illati dꝫ ſocietati imputari.Iteꝫ dāna.⁊ luc᷑.obue
nientia ↄtemplatōne ſocietatis ſūt cōicanda.ſecus ſi ob
ueniant ↄtemplatiōe ꝑſone lꝫ taliuꝫ lucroꝝ ſocietas fue
rit occaſio.h.d.ſm̄ verum intellectum lꝫ glo.mag.multū
ſe inuolnat.

Addi.Bal.

Socius.Dānum.⁊ lucrū ex cā ſocietatꝫ.ↄtingens ſo
cietati iputatur.ſecus ſi rōne ꝑſone licet occaſione ſocie
tatis ↄtingerit.h.d.Cuꝫ.l.ſe.que corrigit dictuꝫ p̄cedenſ
in expeñ.medicoꝝ ſꝫ v̄uꝫ intellectū.Et intellige h̄ ſocie
tatem fuiſſe ↄ̄ctam vnius rei l᷑ negociatōis.ſi eni fuiſſet
ↄ̄cta oium bonoꝝ nullū eſſet dubium. q꞉ oia lucra licita
ↄtingentia abſqꝫ dolo ſocij ſocietati imputant᷑.vt.ſ̄.e.l.
cum duobus.§.ꝑ.ↄ̄.an. Nō.ꝙ aliud ſignificat dcō ex
⁊ aliud dictō ꝑꝑ vnde dr̄ia ē.an quid ſit ex aliquo.an ꝓ
pter aliqd ſm̄ Riꝫ.qui ſūmit hic ar.ꝙ q habet filiū ſpu
rium poſſit tenere hūc moduꝫ ꝙ bona ſua legꝫ alteri ⁊
illuꝫ grauet tm̄deꝫ dare ſpurio ḋ proprio patrimonio ſe
cundū eū.Quod nō credo veꝝ.q꞉ eſſet fraus ḋ re ad rē
Et qui ſunt mōi per quos poſſit ſpurio relinquere vide
Bar.in.l.fi.ĩ.de his qui.vt indi.ſo nō.cām remotam ñ
cōſiderari.ſed tm̄ prox.⁊ ideo determinat᷑ per hūc tex.
ꝙ ambaſiatores donatū eis nō debeāt reddere licet ſit
eis collatū in honoreꝫ ciuitatꝫ.tamen ad ꝓpriaꝫ vtilitatē
coꝝ reſpicit.q꞉ ipſi cenſent᷑ benemeriti vt.ſ̄.e.l.nec adu
cit facit qd̄ nō.cy.C.ḋ ſa.ſan.eccle l.i.q.vij.Ex his appa
ret ꝙ cā remota equipatur cauſe impulſiue nō cauſe fi
nali facit.ĩ.actio.l.ſi mſr ⁊ quod ibi nō.⁊ ad h̄ vid̄ guil.i
.l.procur᷑.qui ꝑprio.§.procur.ut in ceteris.ſ̄.de procur.⁊
ibi dixi ſecundum eum Cy.ponit in.l.fi.C.de fur.⁊ vide
docto.in.l.i.ĩ.de re.du.⁊ plenius in.l.ſi eo. §. item quic
quid ſupra ſoluto matrimonio.⁊ in.l.ſed ⁊ ſi plures.§.i
arrogato.ĩ.de vul.⁊ pu.⁊ ibi ponit gl.que exemplificat
in ambaſiatoribuſ Mediolani . de cauſa proxima ⁊ re
mota vide ꝑ bar.i.l.vxori.ĩ de au. ⁊ ar.l᷑.

**Siticius.** Si precium rei cōis cum ſo
cio putatiuo diuiſerim ſociꝰ
putatiuus a vero ſocio cōuenietur non ego cū
ego receperim p̄tium rei mee.h.d.vel ſic. Socius q
diuidit cum herede putatiuo ⁊ habet partē ſuā nec cō
uenitur nec agit vlterius ſolum ergo reſtat actio vero
hered.ↄ̄ putatiuū hered.h.d. Et poteſt eſſe ratio q꞉
ſo.ꝑtis ſue p̄tiuꝫ itelligit᷑ recepiſſe pōt eſſe ratio ꝓpter
ſingularia p̄cepta pecunie vt.l.ſingularia.ſ̄. ſi cer.pe.⁊
ideo non ob.ↄ̄.h̄ ſignata in glo.

**Verum eſt.** Socius condemnari niſi
quatenus. facere pōt vel
dolo deſijt poſſe facere quod beneficiuꝫ non
tranſit ad fideiuſſorem nec ad heredem. h. d. Nota
ex prin. iſtius.l. ꝙ ſocietas habet in ſe ius fraternitatꝫ.
Sed aduerte q꞉ gl.noſtra hic dicit .ꝙ licet ſocietas
habet i ſe fraternitatꝫ.⁊ propterea ſocio detur iſtud be
neficiū tamen ſi frater cōueniat᷑ a fratre non habet be
neficium iſtud vt nō.hic in gl.ſuꝑ verbo fraternitatꝫ.qd̄
nō.ex qua gl.colligit᷑ ꝙ hoc beneficium habet locuꝫ tā
tum in his qui ſunt ſocij ex incidenti quod nō. Que
ro que eſt ratio diuerſitatꝫ.ꝙ hoc beneficiū dat᷑ defen
ſori ſocij non autē fideiuſſori gl.ponit rationē in. l.alia i
p̄n.ĩ.ſo.ma.⁊.ĩ.de re iudi.l.ſi cū procur.ſed vera ratio ē
iſta q꞉ fideiuſſor conuenit᷑ ex propria obligatione defen
ſor non conuenitur illa obligatione qua tenetur ſocius.
Sꝫ quero ſi fideiuſſor conuenitur inſolidum nunqd
habet aliquod remedium dic ꝙ ſic q꞉ debet denuntiare
h̄ principali ⁊ principalis veniet ⁊ ſuſcipiet defenſionē
fideiuſſor᷑.⁊ opponit exceptionē p̄dictaꝫ ex perſōa ipſi
us principalis licet fideiuſſor opponere nō poſſit caſus
habuiſtꝫ.nō.idem qꝫ.§.generaliter.ſ̄.mandati.

Additio. Bal.

Socius. Nõ tenetur mihi niſi in id qđ facẽ põt. aut ꝙ dolo deſijt poſſe. ⁊ fraternitas inſtar ſocietatis obtinet. ⁊ eſt hoc bñficium pſonale nõ tñſiens ad heredez nec ad fideiuſſorẽ lz tranſeat in ſimplicez defenſorez. ⁊ in ꝯſiderãdo an facẽ poſſit deductio eris alieni. h.d. vſqꝫ ad. §. nũc vidẽdum an. Nõ. ꝙ beneficiũ ſocij nõ tranſit ad fideiuſſorẽ nec ad pñez. ſz ad ſimplicẽ defenſorẽ d̃ fenſorio noĩe nõ proprio. ⁊ ſic tũc nõ eſt diſcretio de pſona in pſonam. qꝛ beneficiuz pſonale nõ recipit diſcretã cũ coherebat oſſibus ſic. ſ. de mino. l. iij. §. ſi quid minori. Querit glo. vtruz frater a fr̃e poſſit ꝯueniri vltraꝙ̃ facẽ poſſit. põt hec qõ cottidie põt occurrẽ vtruz fratrẽ inopez poſſit quis facẽ incarcerari ob debituz. ⁊ vr̃ ꝙ ñ cũ ei debeant alimenta glo. h ꝯ̃ Riz. malũ. ⁊ doct. nec ob. ar. de ſocijs qui fraternizant. qꝛ illud ẽ ꝑpter eq̃tatẽ ꝯuentionis q̃ ꝯuentio ſocietatis de ſui nã põt eſſe dãnoſa qđ tene menti valde.

**Id quod facere.** Socius dꝫ ꝯueniri in quãtum facere p̃t ere alieno tñ nõ deducto dꝫ tamẽ cauẽ de ſatiſfaciẽdo integre ſi ad pinguiorẽ fortunã d̃uenerit. h.d. Bal.

**Si cum tres.** Si ſũt plures ſocij inuicez agentes nõ ẽ melior ꝯdictio occupantꝭ. h.d. Nõ. hũc tex. cũ glo. que incipit. Et cũ maſſario ꝙ ſi ex pluribus ſocijs vnus ħz pecuniã cõem vel res cões. ⁊ ſic ẽ maſſarius põt ꝯtra ipm inſolidũ agi vt ħẽ ꝙ nõ. ⁊ ẽt eſt caſus. j. e. l. actiõe §. ſi cões ⁊c̃. Vel ſic ẽt de parte ſua ſocius tenet̃ p̃ſtare alteri ſocio vt ſeruet̃ equalitas. Vel ſic inter plures ſocios inuicez agẽtes nõ eſt melior ꝯdictio occupantꝭ. h.d. Et ẽ nõ. ⁊ quotidianus caſus ꝑ mercatoribus limitans ⁊ declarans. l. pr̃ de pri. cre. Nõ. hic ꝙ maſſarius ſocietatꝭ põt dirigere libellum ꝯ̃ quẽlibet ſociorꝫ facit. j. eo. l. actione. Bal.

**Tp̃s aũt.** Vtrũ ſocius facẽ poſſit inſpicit̃ tp̃s rei iudicate. ⁊ facere qs poſſe dicit̃ ſi dolo facit quominus poſſet. ſecus ſi culpa. h.d. In gl. que incipit. ꝯ. iſolidaz ⁊c̃. ibi ex culpa tenetur. ſed pe. de bel. dicit ꝯ̃. dicens ꝙ lz maritus propter culpaz deſinat facẽ poſſe nõ tamẽ propterea ꝑdit beneficiũ quod habꝫ vt nõ ꝯueniatur niſi inquãtum facere põt ita tꝫ glo. i. l. etiam. §. licet alleg. in glo. ita tenet etiam in. §. cum aũt unica. C. de rei vxo. ac. ⁊c̃.

**In hr̃dẽ quoqꝫ.** Cõtra hr̃dem ſocij cõpetit actio ꝑ ſocio lz nõ ſit ſoci⁹. nec poſſit eẽ ſoci⁹ lz ſit actũ niſi ſit ſocietas vectigal̃. h.d.

**Si ſuo communi.** Legatũ ſeruo ꝑ vnũ ex ſocijs ſuo cõi ñ dꝫ ꝯferri iter ſoc. ⁊ hr̃des legãtꝭ. h.d. In gl. ma. ibi q̃quid ſtipl̃o ex cã liberalitatꝭ ⁊c̃. Nõ. ex hac gl. ꝙ ſtipl̃o vt plurimũ nõ interponitur ex cã liberalitatꝭ. Idẽ nõ. i. l. plautius. j. ad. l. fal. Nõ. ꝙ acquirat̃ rõne partis. ⁊ nõ rõne tocius nõ debꝫ cõicari quod intellige in ſocietate ſingularꝫ rei nec in ſocietate vl̃i. Vel ſic legatum ſine libertate factum ꝑ vnuz ex ſocijs ſeruo cõi ſolum ꝑtinet ad cõſociũ nec ẽ cõicandum huiuſmodi legatum. h.d. Vel ſic acq̃ſitum. ſocio nõ ꝑpter ſocietatez. ſed ꝑpter partem ſuã non cõicat. h.d. Et ad hoc allegatur. ⁊ quod dicimus i legato idem intelligas in donatõe inter viuos vt donũ totum ꝑueniat ad cõſorciũ. i ſtipulatione autem dicas cõtra vt nõ totuꝫ. ſed pars ſola ad ꝯſociuꝫ pertineat. vt nõ. in gl. ſm veraꝫ opi. de quo vide plene. ⁊ clare per Bar. in. l. penul. de ſtip. ſeruo.

**Societas.** Societas diſſoluitur alio ex modis hic inſertis. h.d. Cum duobus ſe. vſqꝫ ad. §. incertam. Et pro declaratione iſtius tex. q̃ dicit ex actione. ⁊ legis actione. j. eo. Ego quero quomodo ſoluitur ſocietas propter actionem ꝓpoſitam in iudicio dupliciter. pmo vt aliquid cõmunicet̃ ut uidiſtis. ſ. e. l. ſi actum. ⁊. j. e. l. §. pe. ⁊ iſto caſu ꝑpter talem ꝓpoſitionem actionis ſocietas nõ extingueretur. Secundo mõ proponitur actio pro ſocio i iudicio vt alicui ex ſocijs detur portio ſua pro pſonalibus p̃ſtationibus que ueniũt i iudicio. ut. d. l. ſi actum. ſ. e. Et iſto caſu eo ipõ ꝙ ago ut aliquid mihi det̃ uideor habẽ animũ diſtrahẽdi ſocietatem merito ſocietas diſſoluit̃. ⁊ ita loquit̃ iſte tex.

**Itaqꝫ.** Nõ. de tacita diſpoſitione. ⁊ adde quod nõ. in. l. pe. ſ. cõi diui. uide bar. i. l. i. §. ſi qs ħ de iti actuqꝫ priua.

**Actione.** Nõ ſũmatur qua ſũmata ẽ cũ precedenti. ⁊ cum ea continuatur ⁊c̃. Bal.

**Si in rẽ certam.** Nõ ſũmat̃ quia breuis. ⁊ ipſum declara. ut in glo. Bal.

**Diximus.** Diſenſu diſoluitur ſocietas qualiter intelligat̃ hoc ꝑ exempla d̃clarant. Itẽ renunciatio intempeſtiua nõ liberat renũciantem ſed facit ſocios a renũciante liberari. h.d. vſqꝫ ad. § renunciare. Nõ. diſcretũ claudicare. v̂. ſi quidem nõ. ꝙ dolus porrigitur ad futurã de quibus nõ erat cogitatũ in. §. Labeo. nõ. gl. ſuper verbo eo tempore que optime declarat oĩs caſus circa renunciationez. Nõ. ꝙ debet conſiderari intereſſe tocius ſocietatꝭ. cã ⁊ ꝙ diſolui impune põt renuntiari. v̂. ꝙ ſi tempus in ar. ꝙ confinati ad tempus finito tempore poſſunt liber̃ reuerti ſine alia licentia.

**Renunciare.** Renunciatio põt fieri per ſe ⁊ per ꝓcuratorẽ licet ſit procũr. generalis. h.d. bonus textus vſqꝫ ad. §. morte.

Nõ. ex hoc tex. ꝙ renunciatio etiam põt fieri per ꝓcuratorẽ generalem vt hoc tex. cũ gl. ſup verbo omniuꝫ bonorꝫ. ⁊ ſic eſt hic caſus ꝙ ꝓteſtatio põt fieri ꝑ procuratorem etiam non habentem ſpãle mandatũ lz glo. de hoc videatur dubitare ⁊ non firmet pedes in. l. i. §. i. de lib. agno. Et iſtũ. §. intellige. ꝙ procũr. poſſit renunciare qñ renunciat cã ſubſiſtente tunc nõ poſſet renunciare ei quod ad nõ ſpecialiter factũ eſt vt vidiſtꝭ. in. l. ſi hominẽ ſ. ti. i. Quid ſi vendo tibi omnia bona mea pñtia ⁊ futura que conſtituo me precario tuo nomine poſſidere deinde aliqua bona acquiro. nunqd ſtatim virtute ꝑcarij efficiar poſſeſſor. reſpondeo non niſi ea intẽtione acquirem vt te poſſeſſorẽ facerem vt hac. l. §. ⁊ ſi quid poſſeſſor qui tex. ẽ ad ħ notandus nã in poſſeſſione acq̃renda poteſt quis preiudicare ei cui dꝫ acquirere vt. j. d̃ acqui. po. l. fi. C. ⁊ ita determinauit. d. frañ. tig. per hũc. §. qđ tenementi ⁊ ita dixi ſuper Rica. C. de contra emp.

**Morte unius.** Morte naturali vel ciuili ſoluitur ſocietas. h.d. Iſte. §. ⁊ iſtũ. §. declara vt in gl. ⁊ bene ⁊ nõ.

**Si pecunia.** Nõ. hũc. §. ⁊ hunc tex. nam eſt hic caſus de eo quod habuiſtꝭ. nõ. ſ. e. l. verũ. §. ſed cũ tres in gl. que incipit vt cũ maſſaria. ſ. e. facit. l. vnde querit̃. ſ. como. In. l. actõe. §. publicatione. Nõ. tex. qꝛ deportatꝭ. habet̃ pro mortuo qꝛ habet ſucceſſorẽ vltꝫ ergo intelligit̃ fiſcus capere cã

moꝛtis. Et adde ꝙ nõ. cy. C. ad. l. iul. de ui. l. ſi tutõis. Itẽ
nõ. ꝙ in contractu volũtario nõ ſuccedit fiſcus. Et adde
ꝙ legit᷑. ⁊ nõ. ĩ. de noua. l. quoq̃. in. fi. ⁊. ĩ. ſo. matri. l. ſi cõ
ſtante. §. fi. Bal.

**Non nũquam.** Nõ ſũmatur qꝛ breuiſ. ſ꜡
nõ. ip̃m ad id ꝙ dixi. ſ. e.
. l. actione. in p̃n. Iſtum tex. declara vt in glo. ⁊ tene iſti
faz opinionẽ.

Addi. Bal.

Nõ nũquã. In glo. ibi alias nõ agitur niſi finita ſo
cietate. quero hic quare nõ naſcitur niſi finita ſocietate
ac. ꝓ ſocio. Rndeo quidã ſunt actiones q̃ deſiderãt ꝯtrã
finiri ſicut eſt pꝛo ſocio actõ. vnde merito pſeuerante ꝯ
ctu nõ oꝛitur actio. ideo aũt deſideratꝰ hereditatem aſ
ſocietatez finiri. qꝛ duz ſunt ſocij non pñt eſſe aduerſarij
victoꝛia. n. vel pꝛoſ ceret ſocietatez reflectaretur facit. ſ.
fi. re. l. iiij. §. ſi ꝯuentuz. q̃dam ſũt actiones que nõ deſiõ
rant ꝯtractum finiri. ſed pꝛofici. ⁊ ex eis ꝑfecto ꝯtractu
quo ad actum ꝑtinet obligatꝰ. ſtatim naſcitur actõ vt. C.
de re. permu. l. ex placito ita dixi. in. l. i. in fi. C. vt actio.
ab here. ⁊ ꝯhere. ⁊ vide ꝑ me in. l. tãdiu. C. eo.

**Si unus.** Inter ſocios tp̃r diuiſionis ſocieta
tiſ aſſumitur dos ab eo qui ſuſtinet
onera matrimonij. h. d. Et nõ. hũc. §. ⁊ foꝛte nõ repies
ita bene alibi. ſicut hic. ⁊ facit. ĩ. e. l. ſi ſocius ꝓ filia.

Addi. Bal.

Si vnus. Dos debet cẽ vbi ſũt onera matrimonij.
Et ſi matrimonio diſſoluto ſocietaſ diſtrahatur reſtitui
dz nõ illico. ſed tpe ſuo. ⁊ ſi certum ſit dotẽ reddi non d
bere diuidit᷑ iter ſocios. h. d. cum. l. ſe. Nõ. ꝙ ſi ſunt duo
frẽs. ſocij oĩum bonoꝝ. ⁊ vnus accepit vxoꝛem. ⁊ dotem
poſuit in cõi ꝙ ſi ꝑueniant ad diuiſionẽ ꝯſtante matrio
nio ꝙ dos de cõi dz refici ip̃i marito. ⁊ ñ ſit i caſu reſtõ
nis dz reſtitui de cõmuni. ſin autẽ tãquã lucruz remane
at erit cõe. ſicut cetera lucra. ⁊ nõ. iſtud eſt v̈um mõtuo
patre. ſed dotez quã filius lucratur in vita patris ꝯferre
nõ dz. vt nõ. in. l. dotẽ d cõſt. pec. ⁊ nõ. ꝑ docto. C. fami.
her. l. ij. Bal.

**Si unus.** Si vnus ex ſocijs rem cõez vẽ
dit debet ei d indẽnitate caue
ri ⁊ p̃cium receptuz inter ſocios diuidi. ⁊ ſi p̃ci
um ſocijs cõicauerit ſuꝑ indẽnitate ei ſuccurretur. h. d.

Additio. Bal.

Si vnus. Nõ. ꝙ vnus ſocius tenet᷑ pꝛo alio q nõ eſt
ſolnẽdo. ⁊ hoc ẽ ꝑpter v̈am ſocietatez in qua ꝑiculum dz
eſſe cõe facit. ſ. l. nũeruz. §. ſi cum tres. ⁊. l. ſi actõne. §. ſi
cõis. Secũdo nõ. hic qñ duo rei uideãt᷑ eſſe ſocij eiuſ
dem obligatꝰ. qꝛ tũc quãdo ꝑ pacti appoſitõem lucruz ⁊
dãnum dz eſſe cõe Ja. de are. facit. ĩ. ad. l. fal. l. iu. l. fal. §.
hic obſeruãduz. ⁊ lz ſint duo rei ex cã oneroſa facit quod
nõ. ſ. de ꝯdi. inde. l. frater a frẽ. In glo. mag. i. hoc ſi non
oĩum bonoꝝ ꝙ quis ꝓpꝛio ꝑiculo facit alij ꝓdeſſe nõ dz
h. d. ⁊ eſt. §. multũ nõ. Bal.

**Si unus.** Si ſocius nõ omniũz bonoꝝ cõem
pecuniaz fenerat. ita demũ inter ſo
cios vſuras ꝑceptas dz cõicare. ſi cõmuni nomĩe fenera
uit. Itez ſi vnus ex ſocijs de ſuo i cõi negocio neceſſario
ip̃edit poterit. illud repetere cũ vſuriſ. h. d. ꝙ nõ. C. e. l. i.

Addi. Bal.

Si vnus. Qñ aliqui ſũt ſocij. ſed nõ oĩum bonoꝝ qd
quis pꝛopꝛio periculo facit alij facere nõ debent. h. d. Et
eſt. §. multũ nõ. ꝓdie fuit iſta queſtio de facto inter here
des duoꝝ fratꝝ qui videbãtur in q̃buſdam ſocij in quibꝰ
dam v̈o actibus nõ. Nã i q̃buſdam ꝯtibus fecerãt pa
ctum q̃buſdã ſeꝑatim. modo quidam illoꝝ fecerat mer
caturaz pꝛopꝛio periculo. ⁊ pꝛopꝛio noĩe. dicebaz ꝙ non
debebat hic cõicare per hũc. §. qꝛ ſocietas que inducitur
tacite ex actibus vltra illos poꝛrigi nõ dz ar. i. l. i. de iti.
ac. que pꝛiua. cum ſy. cõcoꝛ. cũ hoc. §. ĩ. de admi. tu. l. ticiũ
⁊ meuiũ. §. altero. Bal.

**Nemo ex ſo.** Quõ de itellectu iſtiꝰ p̃n
cipij gl. dicit ꝙ iſtud p̃nci.
dz itelligi ꝙ nullꝰs ex ſocijs põt vendere vltra
poꝛtionẽ ſuã vz ceteris ſocijs diſſentiẽtibus alias quili
bet videtur habere mãdatum d vendẽdo ſm glo. iſtius
. l. intellige i rebus ⁊ mercibus quas habebãt venales.
nam iſto caſu quilibet ex ſocijs videtur alteꝝ ex ſocijs
pꝛopoſuiſſe ad vendẽdum. vt. ſ. ſi cer. pe. l. eius qui in ꝓ
uincia. in fi. ſ. d exer. l. iij. in p̃n. nõ poſſet tñ aliteꝛ ex ſoci
is fraudolenter vendẽ vel ſocio vetante in rebus autez
quas nõ habebant ſocij venales pꝛocedit iſte tex. vt nul
lus ex ſocijs poſſit alienare ultra poꝛtionem ſuam. ⁊ ita
loquitur iſte tex.

Addi. Bal.

Nemo. Nõ. in iſto p̃n. ꝙ ſi plures ſint ſocij ad vnã
ſtationẽ puta pãnoꝝ. ꝙ vnus nõ poteſt vendere ſine al
tero tamẽ glo. ſentit contrarium qꝛ quilibet habet ad
miniſtrationem inſolidum ar. ſ. man. l. creditoꝛ. §. duo
bus de ex. l. i. §. ſi plures ⁊ quoq̃ quis exercet actũ inſoli
dum vnus obligat aliũ vt nõ. cy. C. ſi cer. pe. l. cũ te vbi
videas ⁊ idem dicas de iſtis garzonibus apotecharijs
qñ habet locum contra dominum inſtitoꝛia vt. l. i. ſ. de
inſtito. nõ ob. hic. l. qꝛ apparebat de exp̃ſſa cõdictiõe ſꝫ
gl. facit. ĩ. de acqr. her. l. duo fratres.

**Illud queritur.** Dolus in perdendo
cõmiſſus facit ꝑdere
beneficium iſtud ſecus ſi dolus cõmittatur nõ acquirẽ
do hoc dicit.

Addi. Bal.

Illud. Nõ. ꝙ nõ tenetur acquirere quis vt hic ꝯtra
quod dic cuz querit᷑ vtrũ ille qui non acquirit ſit in nõ
dolo ſic diſtin. aut quis impedit acquiſitionẽ rei ad quã
iure contractus vel quaſi erat futurus obligari ⁊ tunc
videtur fraudare vt. l. ij. §. pe. ĩ. de heꝛ. vel ac. ven. ⁊ d iu
re fi. l. in fraudem i pꝛin. aut aliquiſ nõ vult acquireꝛe rẽ
ad quam iure contractus vel quaſi non erat obligatus
licet perſonaliter eſſet obligatus ⁊ tunc nõ vr̃ dolũ face
re vt. l. ſi ante in pꝛin. ĩ. que in frau. cre. ⁊ hoc ſm dy. ſm
hug. videtur ꝙ tex. debeat intelligi de acquiſitione que
non erat caſura in ſocietatem. ĩ. e. l. cum duobus. §. ſi
quis ſociet. Bal.

**Cum ſocietas.** Nota hic duos ꝯ
tractus eadem ſu
per eodem facit. ĩ. e. l. duo ſocietatem ⁊. ĩ. ti. l.
labeo ſcꝛibit ſi mihi biblie.

**Nulla ſocietas.** In gl. i. ſi ſiñ. i fi.
nõ. ꝙ ſocietas ve
ctigalium non tranſit ad heredem heredis ⁊
ratio ſm gl. quia in materia non tranſmiſſibili coartat᷑
mercio heredis ad p̃mũ heꝛ. ſed hoc foꝛte non ẽ veruz
imo magis eſt tranſmiſibilis ad vlteꝛioꝛes heꝛedes ar.
ſ. ꝙ me. cau. l. videamꝰ ⁊. ĩ. de leg. iij. l. pꝛ. §. xl. alias qd
vectigalium ⁊ cũ. l. dicat tranſire ad heredem intelligo
de quolibet herede ar. ĩ. de v̈. ſi. l. ſciẽñ. ꝓ ⁊ ꝯ induci põt
quod nõ. per dy. ĩ. ad treb. l. ex facto. §. ſi.

**Duo ꝯliberti.** Verbum generale reſtri
gitur peꝛ ſpeciale. h. d.

**Socius ſocio.** Imputatur illi q acq
rit malũ ſocium.vid
omnino Bar.ff.de ſolu.l.i.Bal.

**Si ſocietatem.** Uerba generalia
reſtringunť ad fu
tura facit quod nõ.de fundo inſtruc.luc.redigẽ
da.vide qđ nõ.ſ.l.i.in glo.parua.Bal.

**Duo ſocietatem.** Si ꝯtui iuriſg.
ſubiciatur ſtipľo
idez ꝯtinens.q2 actio ipa nouatur actõ ſi actũ
eſt nõ.Item ſtipulatio penalis pcedentez obligationez
ex cã oneroſa celebratã nõ nouat.h.d. Nõ.ꝙ dixi i ſũ
mario.⁊ circa illaz ꝑtem ſũmarij.q2 glo.dicit ꝙ ſtipula
tio idem ꝯtinens nouat pcedentem obligatõem ẽt ſi nõ
ſit actum.vide qđ nõ.doc.i.l.vlt.C.de nouat.⁊ i.l.fi.j.d
pto.ſtip.⁊ vide quod dixi in.l.reſcriptũ.§.ſi pactuz. C.d
pact. Item circa ſecũdaz ꝑtem ſũmarij vz vtrũ ſtipu
latio penalis pcedentez obligat.nouat. vide qđ nõ. per
doc.i.l.ſi ita ſtipulat.de v.obli.facit quod vidiſti.⁊ quod
ibi dixi i.l.ſi qs a ſocio.ſ.e.⁊.ſ.de pac.l.reſcriptuz. §.pa
cto videbitis i.l.predia.j.de actio.emptõ.

Addi.Bal.

Duo ſocietatez.Obligatio pncipalis i ſtipulatõe de
ducta animo nouãdi nouatur ꝑ ipſaz.⁊ rurſus illa ſtipu
latio nouatur ꝑ ſtipulat.penalez poſtea ſubſecutaz. ⁊ cõ
miſſaz.h.d.Trãſlata.q2 nõ eſt nouata per ſtipulat.ñ pe
nalem.q2 hec penalis ſtipulatio fuit ſubiecta ꝯtui iuriſ
geñ.⁊ ideo nõ hz nouare lz glo.aliter dicat ⁊ male.Nõ
dñiam quando in ꝯtu ſocietat. apponiť ſtipľo ſup ſorte
nam ſi aio nouãdi nõ poteſt agi pro ſocio. q2 eſt fcã trãſ
fuſio.ſi nõ animo nouãdi.tũc poteſt agi pro ſocio.q2 non
eſt facta trãſfuſio ſi dubitatur glo.dicit ꝙ oliz pſumeba
tur nouatio hodie.ſecus ſic.j.d ꝯhẽ.emp.l.pacta ꝯuen
ta dic ꝙ quãdo ſtipľo apponitur icõtinenti nõ pſumitur
nouatio.ſecus ſi ex iteruallo ar.j.d ꝯdict.⁊ demõ.l.naz
ad ea.⁊ h tz Bar.in.l.ſi qs cũ aliter de v.ob. poſſet ſic
ſaluari glo.aut ſtipľo addicitur.pmo ꝯtui in.e.c.aut i di
uerſo ſi in eodez.vt ſi vẽdo tibi rem emẽti ſtipulãti.⁊ re
cipienti.tũc nõ fit nouatio.Si indiuerſo.vt q2 dixi vẽdo
tibi hãc rem pro.x.⁊ poſtea ſubicio. Item promitto tibi
hãc rez per ſtipľonez.tũc olim forte pſumetur donatio
hodie ſecus.Nõ ob.j.e.l.cum ſocietaſ.q2 ibi pactũ erat
collatũ ſuper acceſſorijs.vñ nõ nouat pncipale . quia ad
hoc vt nouet pncipale dz pactuz eſſe appoſituz ſup eſſẽ
tialibus nõ ſuper accidẽtalibus ar.j.de ꝯhẽ. emp.l. pcã
ꝯuenta.j.de pto.ſtip.l.valerianus. ſed ibi fit tacita no
uatio rõne ꝯrietat.⁊ ipoſſibilitat.⁊ ſic nõ ob. Secundo
nõ.ꝙ ꝑ ſtipľatõez penalem nõ fit nouatio ꝯtus bo.fi.
vt h.⁊.j.de ꝯhen.emp.l.pdia.⁊.ſ.e.l.ſi quis a ſocio.ſec⁹
in ſtricti iuř.vt.j.de actio.⁊ ob.l.obligationũ fere in fi.⁊
eſt rõ q2 in habẽtibus ſymboluz.i.ſimilitudinez facilior
eſt trãſitus.j.de accepti.l.an iutilis.§.fi.ſed Ja. de are.
dicit ꝙ nõ fit nouatio.q2 poſſet agi ad ſortem ſi creditõ
inanuit dic ꝙ va.in glo.ſed va eſt opio Jac.de are.alle
gatur ꝑpria parte tex.i.l.i.de pe.leg.ad quod dixi i.l.re
ſcriptũ.§.ſi pacto.ſ.de pact. Tertio nõ. ꝙ eſt dñia.an
aliquid proferať per moduz promiſſ.an per moduz con
dict.q2 ſecũdo caſu fit cum repet. ꝯtus.ꝯo non facit qđ
nõ.ſ.de pac.l.ſi vnus.§.i.

**Societatem.** Nõ.ex hac.l.ꝙ i ſocie
tate dř culpa leuis com
mitti eo ipõ ꝙ quis nõ adhibet diligẽtiam i re
bus ſocietat.quã ſolitus erat adhibere i rebus proprijſ
tpe ſocietat. ꝯte ad idem inſtit.eo.§.fi.

**Si ſocietatem.** Snie arbitri dbet
ſtari ſnia vero arbi
tratoris reducitur ad arbitrium boni viri.h.d.
Nõ.ex hac.l.ꝙ arbitroꝝ duo ſũt genera vnũ qđ diciť
arbitriũ aliud quod dř arbitramẽtum.⁊ pmuz dř reda
ctum ad inſtar iudicioꝝ vt videbit.ſ.de arbi.l.i.ſecũduz
dř eſſe quđ trãſactio.vt nõ.ꝑ glo.in aũt.vt diffe.iud.§.
ſi vo ⁊ ꝑ Inno.i.c.qntauallis ex de iuřiuř. Item primo
omnio debet ſtari.ſ.de arb.l.diem.§.ſtari ꝯo vero om
nino nõ debet ſtari.ſed dz reduci ad arb triũ boni uiri
ut hac.l.§.ambitroꝝ in fi.cum.l.ſe. Sed hic quero
an poſſit renũciari reductioni ad arbitrium boni uiri de
hoc nõ.per dy.in.l.quid cum filiuz.j.de vbo.ob.c.ſcienti
extra de regu.iuř.li.vi.per Guil.de cu.in.l.ſi vnus.§.il
lud.ſ.de pac.ꝑ cy.C.de arbi.l.cuz antea facit ꝓ hoc qdã
gl.quã videbit.in.l.ij.§.i.ſ.ſi menſor fal.mo.dix.facit q d
nõ.Jo.an.i dicto.c.quintauall.ex d iureiuř. Scđo nõ.
i.l.ꝙ ſi nerue cum.l.ſe.ꝙ ad hoc vt laudum ſeu arbitra
mẽtũ poſſit reduci ad arbitriũ boni viri requiriť ꝙ ſit
manifeſta iniquitas tex.eſt h.⁊ alibi dicit tex.ꝙ requiri
tar ꝙ lexio ſit in modica vt pz in.l ſi libertus.j.de ope.
liber.ꝑ quam legem hoc tz.Inno.i dicto.c.quintauallis
⁊ alibi habemus gl.dicentem ꝙ requiritur enorme dã
nũ ita nota in.l.ſi qua pena.j.de v.ſi.

Addi.Bal.

Si ſocietatem.Poteſt conferri modus ⁊ forř ꝯtra
ctus in arbitrium tertij amici tanꝙ in boni vi tamen ſi
arbitreť inique ⁊ enormit.ledit partẽ põt peti reductio
ad arbitrium boni viri ſecus in vero arbitro aſſumpto
ad lit.decidendas q2 in eo non habz locuz recurſus ad
arbitriũ boni viri.h.d.Uſqz ad.l.ſi ſocius. In tex.ibi
ex tenore facit.j.de man.ſe.l.mebia ⁊ iſta glo.eſt nõ.q2
ſepe iſta verba in contractibus apponunť ea cõdictiõe
modo forma ⁊c.Et appoſui ea ad.q.quam diſputaui pa
due q incipit duo ſunt ſtatuta in ciuitate padue vbi oio
vide.Et natura condictionis eſt ꝙ adiciať actui in potẽ
tia natura modi ꝙ adiciatur actui i actu vt.j.de condic.
⁊ demo.l.cũ talez.§.ticio vnde ratione condictiõis act⁹
huiuſmodi i ſui eſſe pendentia de futuro nõ ratione mo
di vt.ſ.ſi cer.pe.l.itaqz ⁊.j.de le.iij.l.ſi tibi. Arbitriũ
fiat iſte nõ dř arbiter.ſz arbitrator.ſ.d arbi.l.ſi ꝯ meis
§.recepiſſe vnde ſi vn⁹ manifeſta iniquitas ẽt ſi i dimi
dia iuſti precij ſit iniquas ꝯm.Jac. de are.⁊ cy.in addi.
⁊ idem ray. allegat quod nõ.inſtitut.de contrahenda
emp §.item precium. Bonefidei nõ. ꝙ iure act .ex
eo ꝯtu quo principalis a gi poterat reduciť arbitratus
ad arbitrium boni viri Ri.malũ.tantũ eſt ergo petere
reductionem quantum agere ad decipiendum ⁊ ꝯz hoc
debet concludi parti ⁊ nõ iudici Alij dicũt ꝙ officio iu
dicis.ſ.de rei ven l.i.§.per hanc ⁊ ꝑ hoc nõ eſt op⁹ duo
bus iudicis ſicut nos dicimus de officio iudicis reſciſo
ria ſed ſufficit vnum iudicium vnde ſi per iudicẽ cogno
ſcatur laudũ eſſe iniquum ad illud dandũ vel faciendũ
condemnabitur pars ſicut dicimus in cauſa appellatio
nis vt.C.de appe.l.eos in prin.nã iſta reductio habet i
ſtar cauſe appellat.vt.ſ.de arb.l.nõ d ſtin.§.cũ quidẽ.⁊
adde q2 iſta reductio ẽ perpetua vſqz ad.xxx.an.q2 non
limitatur quare ꝯm cy.⁊ alios formã libelli eius vide i
ſpe.de arb.iiij.parte ad fi.in tractatu libelloꝝ.Itez nõ.
in iſta.l. ꝙ ille qui dicẽ laudem iniquum debet probare
quia preſumitur pro arbitratore ſecundum Dy. qui ita
conſuluit in conſilio incipiente tholomeus manent.
Quero vtrum pendente petitione reductionis laudum
poſſit executioni mandari dic ꝙ nõ ratione ꝑplexitat.

⁊ preiudicialitatꝫ.ar.ĳ.de excu.tu.l.ticius. C. de tranſ.l.
ſi cauſa cognita.C.ꝺ in ite.re.ſpo.l.i.⁊ ar.l.i.nil no.app.
pe.cum ſy.Et forte poterit peti iſta reductio ꝑ modum
exceptꝫ.ar.ſ.de inoffi.te.l.papi.§.ſi filius. in.l.tale pcm̄
§.qui prouocauit in fi. repetitꝫ.ſ.de pac. In glo. ibi iu
dic.ſi ꝙ arbitratu ibi nō fuit functus ſuo officio.⁊ ideo n̄
leſit ptes hic fuit funtus officio.⁊ leſit ptem enormiter
⁊ intollerabil'r.⁊ ſic nō ob. Recurritur ēt ultra annū
qui datur ad appella.proſequeñ.vt nō.in ſpe.ꝺ arbi.§.n.
v̄.quid ſi tpe per ſalutem.ſ.ſeruauit formā ꝯpromiſſi ut
nō.i ſpe de arbi.§.ſequitur.Nō.ex fi.huius glo.ꝙ ſi nō
paretur reductioni facte ꝑ iudicem nō inciditur in penā
ꝯpromiſſi.qꝛ ꝯpromiſſuꝫ nō extendit' ad iudicem ſm iſtā
glo.ꝙ credo verū qn̄ iudex ꝓnūciando mutuauit formā
laudi.ſecus ſi ꝯfirmauit ar.corum que nō.guil. de cu. ſ.
qui ſatiſ.co.l.null'.Bal.

**In propoſita.** In glo.mag. in fi.
poſtea ſo.in v̄a qa
ex quo laudūꝫ ſemel tulit ꝙ tenuit funct⁹ ē offi
cio ſuo.⁊ idē iteꝝ iudicare nō pōt.⁊ꝓbatur i.l.i glo.alle.
Et nō totaꝫ iſtam glo.tā p̄cedētem ptem quā ſequē
tem.ꝑ cuius glo.⁊.l.declaratione vide ꝙ nō.docto.C.de
epi.audi.l.ſi qs ex ꝯſēſu.C.de arbi.l.cū antea.⁊ vide ml'
tas.q.quas format ſpec.facientes ad hāc mām i ti.ꝺ ar.
§.ſeqtur.⁊ vide vnam.q.quaꝫ format dy.i.l.ſi dn̄iuꝫ.ĳ.ꝺ
fur.⁊ vide qꝺ nō.Inno.⁊ Jo.an.i.d.c. quintauallis ⁊ ali
bi habemus glo.dicētem ⁊ vide qꝺ nō.doc.i.l.vlt.C.de
ꝯhen.emp.l.fi.⁊.l.ſi qs arbitratu.ĳ.de v̄bo.ob.

**Si ſocius.** Pactum initū inter ſocios
ꝙ filie dotentur de cōi ē ua
liduꝫ.⁊ ſi ſocietate durante dos recuperetur
dos reuertit' in cōi cum ſua cā.ſecus ſi dos recuperet' ꝑ
filiaꝫ ſocietate ſoluta.⁊ ſi filia fuerit acceptilatōe libera
ta ſocio nō nocebit.h.d.Et glo.in.v̄.ceteꝝ ſatis declarat
tex.iſtius.l.⁊ i ea ponit caſuꝫ. Nō.ſingulares caſus iſti
us.l.qꝛ ſūt multuꝫ nō.Secūdo nō.in v̄ſi.ꝙ ſi ſalua tex.
ibi cuꝫ ſua cā cuꝫ quo tex.nō.ꝙ de iure antiquo pr̄ tene
batur dotare iteꝝ filiaꝫ viduatā eadeꝫ dote vt hoc tex.
⁊ ſic nō videtur hoc fuiſſe inductuꝫ ꝺ iure nouo ꝑ aūt.q̄
uis.C.de rei vx.actio. Tertio nō.v̄.i. nec ſi p̄or mari
tus ex quo habes ꝙ ſi ē actuꝫ inter ſocios ꝙ ſi filie de
cōi dotentur.⁊ vnus ex ſocĳs filiaꝫ dotauit.⁊ ſo. matri.
a marito dotem integre recuperari nō poteſt ꝙ nō.⁊ te
nementi.

Addi.Bal.

Si ſocius. Primo iſta.l.declarat ꝙ valeat pactum
ꝙ filia debeat dotari de cōi ēt ſi vnus ſolus vel neuter
habeat filias vel vnus habeat plures quā alius.qꝛ ſuffi
cit ꝙ pcm̄ ſit equale potētialiter lꝫ nō actualiter. Secū
do declarat de dote iam data.qꝛ aut matrimoniū ſolui
tur morte filie.⁊ dos reuertit' ad ſocietatem. aut diuor
tio.⁊ dꝫ reſeruari i ſequens matrimoniū ꝙ alius in iur
veteri nō repitur ſm Bar.Si v̄o primo moritur pater
poſtea ſoluit' matrimoniū dos iaꝫ data nō reuertit' ad
ſocietatē.ſed ſi dos nō erat data.ſed promiſſa. qꝛ nunq̄
exiuit de corpore ſocietatꝫ remanet i cōi.h.d.Et vide qꝺ
nō.in ſpec.qui filĳ ſint leg.v̄ſi.ſed pone qꝺ iure ſuo.i.iur
ꝯſol dationis.Item adde ad hāc.l.nō.cy.C.ꝺ iure ꝺlib.
.l.reꝫ quā.⁊.C.reꝫ in pn̄ti.§.iiĳ.q.

**Illud querendum.** Iſta.l.nō
ſumat' qꝛ
clara ē.ſed idem habes i.l.arbor.ſ.co.diui.⁊c.
Addi.Bal.

Illud.Quantā ptem quis hꝫ in terra tantā habet i
arboribus.⁊ lapidibus ſepatiſ' habetꝫ.qꝛ aliud ē ſepatuꝫ
aliud ſpecificatio directo.ergo in ꝯtract ibus q mādat
nō tenetur ex interp̄ſtatione. ſed in delictꝫ. ſecus vt.l.i.
§.deieciſſe de vi ⁊ vi ar.

**Iure ſocietatis.** Un⁹ frater n̄
obligat aliū lꝫ
ſint ſocĳ niſi pecuniam v̄tāt in dotem.⁊ viꝺ ꝙ
no.in ſpe.de iudi.iiĳ.parte.§.ſequitur.v̄.quid ſi duo fra
tres.⁊ iſta lex debet intelligi quādo obligauit ſe ꝓprio
noie.ſec⁹ ſi noie ſocietꝫ. vt no.cy.C.ſi cēr.pe.l.cū te.⁊ dixi
ſ.e.l.nec archā. No.ꝙ archam cōmuneꝫ vel burſaꝫ cō
muneꝫ poſſunt habere ſocĳ lꝫ nō ſint collegiati i facit.ſ.
e.l.veꝝ.§.cum te.

**Quotiens.** Iſta lex non ſūmatur.quia
breuis.ſed ipam declara.ut
no.i glo.⁊ hꝫ duas lec.vt habes i ea.⁊c.Bal.

De ꝯhen.emp.⁊ ven.⁊ de pac.inter emp.⁊ ven.cō
poſitꝫ.⁊ que res nō poſſunt. Rica.

**Origo emendi.**
Iſta.l.ponit vnde emptio ⁊ vē
ditio originē ſumpſer.⁊ quādo
emptio ⁊ venditio dicatur ꝯhi.⁊
qn̄ permutatio.⁊ hoc eſt loco ſu
marĳ in gl.que incipit nō.qꝛ ex duobus ibi munꝺ i maſ
ſa ⁊c. Nō.iſtā gl.ex qua habes ꝙ tantū debet valere
argentū ſignatū ſeu formatum quantuꝫ valet in maſſa
⁊ ſic ex hoc habes ꝙ expeñ.cōdendi dꝫ fieri de publico
vt hic lꝫ.Inno.i.c.quāto ex̄.de iuriur. videat' velle con
trariū ſꝫ eius dictem eſt ꝯ hunc tex.⁊ hanc gl.in gl .ſc.
ibi ſed cōparet ⁊c. Nō.ſignificationē iſtius verbi com
parere.nā v̄bū ꝯparer ē gnāle taꝫ ad ꝑmutationē q̄ ad
ēptionem de quo no.per gl.C.de reꝝ permu.in Rica.
Additio.Bal.

Origo. Nō.ꝙ moneta debet habere formaꝫ publi
cam . al' ē adulterina. Nō.ꝙ verbuꝫ cōparere ē ver
bum generale ſecus in verbo emere. Nō.ꝙ emptio re
quirit pretiū pecunie numerate.adde qualiter debet eē
moneta ex̄.de iureiur.c.quāto.i tex.ibi alius emptor ali⁹
venditor. Nō.ꝙ correlatiua debēt eſſe diuerſa ⁊ ad po
ſitionē vnius ſequit' poſitio alteri⁹.ſ.de iuriur.l.ſi duo
patroni.§.marcellus.⁊ nō cadunt i eadē ſubſtantꝫ.vt in
c.fi.de inſti.⁊ de iureiur añ.per veſtras de bap.c.debi
tum. Querit gl.in.§.fi.vtrum inter abſentes poſſit
contrahi.non directo nūtio vel epl'a tenet gl.ꝙ nō ideꝫ
tenet.ĳ.de ac.⁊ ob.l.cōſenſu ⁊.l.nec ambigi .C .de dona
tio.⁊.C.de dona.ca.mor.l.ĳ.C.de ſac.ſan .eccl. vbi vide
cy.de fur.l.ſiue dum.nā nūtius ⁊ epl'a iungunt cōſenſuꝫ
ſed ſine ei⁹ conſenſ'.ſeparati ſunt ⁊ ideo nō poteſt ita
integrare eundem ꝯtum. Secundo querit glo.vtrū
ſi mandatū ticĳ reuocatur ignorāte aduerſario tꝫ cōtra
ctus dicit gl.ꝙ ſic doc.reprehendūt per.l.cū filius .§. ſi
pecuniā de dona.ſi cer.pe.l.eius qui in pro .§. quas no.
Ego conſului ſm iſtā gl.ꝙ teneat cōtractus quantū ad
obligatꝫ.induceñ.ſꝫ nō quātum ad tranſlationeꝫ dn̄ĳ ſic
ſ.de pub.l.ſi quis prohib.⁊ hoc in cōtractu oneroſo qꝛ
in lucratiuo non tꝫ vllo modo vt.ĳ.de manu.vin.l.ſi pr̄.
§.pater ex prouincia ⁊ vide quod no.i.c.i.de renū .i cle.
⁊.ĳ.de condic.ob.l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruus. De ma.
diſtingue quia aut agitur de obligatione contrahenda
aut de contracta diſoluenda primo caſu ſola reuocatio
ſufficit nec eſt opus peruenire in noticiam nūcĳ vt.ſ.ꝙ

ius.l.i.§.fi.ego ꝛ ibi no.per declarationem huius glo. ſl'm. Secūdo caſu nō ſufficit reuocatio ꝛ ita loquuntur ꝯria in fi.gl.all'.de hoc plene i.l.eius q in pro.ꝑalle, ꝑ ray:.in.l.ij.§.fi.ꝛ ſi qs.j.de dona.rōnem facit ſcōm ſecūdam iur.id ꝙ nr̄m.ꝛ qꝛ in.l.ſi mādaſſem.ſ.mā.ꝛ iſta glo.declara.ꝑ cy.in.l.mādatuꝫ.C.mā.ꝛ vide in.c.ex pte decani de reſcrip.v.vr̄ tex.de iſta materia vide ꝙ nō.i .l.ticius de ꝯſti.pec.in tex.l.i.§.qꝺ autem.

**Eſt autem emptio.** Nō.ex h° tex. ꝙ emptio.ꝛ vēditio ē de iur̄ geñ.ad id.ſ.de iuſti.ꝛ iur̄.l.ex hoc iur̄ geñ. ſed quedꝫ glo.q̄ eſt in.l.eas.ſ.de capi.di.vr̄ velle ꝙ ēptō ꝛ vēditio ſit de iur̄ geñ.hoc ē habet equitatem naturalē iur̄ gē.fuit tñ introducta de iure ciuili ꝙ nō. In gl.que incipit.j.ꝺ ac.ꝛ ob.ibi quod nō puto veꝝ ꝛc̄. Nō.iſtam glo.ꝛ idē ꝙ hic nō.C.de dona.l.nec ambigi.facit ꝙ nō. i.l.ꝯſenſu.j.de ac.ꝛ ob.In glo.in fi. Circa hāc glo. vide quod nō.dy.in.l.ſi pater hic all'.ꝛ nō.cy.in.l.mandatum C.mandati.Bal.

**Liberi hominis.** In tex. ibi emptio itelligitur quātum ad hoc vt venditoꝛ teneatur emptoꝛi vt inſti.eo.§.vlt.Bal.

**Sed celſus.** Nō.diſtinctꝭ. que fit hoc ꝑncipio de publico.nā quedā res eſt publica.ꝛ eſt i vſu publico. Quedā res ē publica que tñ in vſu publico nō eſt.

Addi.Bal.

Sed celſus.Pōt agi in ꝯctu ad reciſioneꝫ cōtract⁹ h.d.Ibi emptio ar.fi.iſte tex.vr̄ velle ꝙ oēs ꝯctus qui ſūt de iur̄ geñ.pñt per epl'am explicari vel per nūciuꝫ ꝙ facit ad illaꝫ.q.nūquid ſpōſalia poſſint ꝑ epl'am ꝯhi.ſicut ꝑ ꝓcuratorē vt.l.generali i p°.j.pro ſocio.Et totum hoc poſſet pro mō perpendi vtꝝ iſte actꝭ.deſpōſandi ſūt de iur̄ geñ.naꝫ ſi eſſent de iur̄ geñ.nō poſſet ꝯhi ꝑ epl'am vt hic.ſed tex.facit ꝙ ſit ꝺ iure naturali vt.l.i.§.ius nāle ſ.de inſti.ꝛ iure.ibi mar̄ ꝛ femine.alius tex.ꝙ ſit ꝺ iure nāli vt.l.i.§.ius naturale.In fi.glo.ſup verbo qbuſdaꝫ ibi idem ꝯctus ſponſalium.ſed cogitabitis. Sed q̄ro vtrū a ꝯrio ſenſu hodie ꝯctus emptionis.ꝛ vēditꝭ.ſit de iuregeñ.ꝛ videtur ꝙ nō qꝛ pecunia ē de iure ciuili rōne publice forme ſiue qꝛ eſſe nō pōt.requirit̄.n.in pecunia duplex inſtr̄a.ſ.pondus materie.ꝛ auctoritas forme.q̄ auctoritas eſt ꝺ iure ciuili ergo ꝯctus nō pōt eſſe de mero iur̄ geñ. In ꝯrium ē tex.ſ.de inſti.ꝛ iur̄.l.ex hoc iure glo.i.l.eas de capi.dimi.dicit ꝙ emptio eſt de iuregeñ. quo ad nālem eqtateꝫ.tñ a iure ciuili eſt dirrecta tu dic ꝙ eſt ꝺ iuregentꝭ.nō ob.ꝙ auctoritas pecunie ē de iure ciuili.nā ꝛ auctoritas tutoris ē ꝺ iure ciuili.ꝛ tñ ſi auctoratur tutoꝛ emptioni quā facit pupillus ꝯctus eſt de iur̄ geñ.Quotiens.n.ꝑma ꝑncipia inquirimus ea que ꝺ iure ciuili his accidūt nō ꝯſideramus quātum ad nois ipoſitōem.ſed q̄tum ad iuris effectuꝫ vt dicimus i matrimonio vt nō.ff.de inſti.ꝛ iur.l.ius ciuile cū.l.ſeq.ꝛ oio vide quod nō.C.eo.ſuper Rica.

**Si fundus annua.** Ubi ꝯctus ex ꝯuentōne reſoluitur.agitur actōe ex eo ꝯctu ad id qꝺ ē actum h.d.In tex.ibi ſi fundus annua dic⁹ꝑmo ꝙ ꝑcio ſoluendo ānua bina trina die iſte.§.facit ad mām.l.elleganter in prin. ſ.de dolo.Bal.

**Hec uenditio.** Si cōdictio ꝯferat̄ in arbitriuꝫ alterius ex ꝯhentibus intelligitur collata i arbitriū boni viri.ꝛ tunc facultas arbitrandi extinguit̄ cum arbiter eſt in moꝛa ꝙ facit ad materiam.l.ſi quis arbitratu.j. de v.ob.ꝛ.j.de leg.ij.l.i.ꝛ.l.ſi ſocietatis.§.arbitroꝝ.ſ.ti. .i.l.fi.C.eo.vltimo habes ſic vnā glo.que facit dr̄iam inter iſta vba ſi noles ꝛ ſi nolueris.ꝛ cum voles cū volueris de quo.j.de vbo.ob.l.centeſim.s.

Addi.Bal.

Hec venditio.Appellatōe arbitri cōtra arbitriū boni viri ēt ſi arbitriuꝫ ſit adiectū ꝯctui per modū ꝯdictōis h.d.ſ.ti.i.l.coita.ꝛ.l.ſi ſocietateꝫ mecū. quādoqꝫ tñ arbitriuꝫ inſeritur ꝑ modū demōſtratiuū.ꝛ tūc nō ſuſpendit actum.vt i.l.i.de le.ij.ꝛ dic vt ibi. Et lꝫ nos dicamus qꝺ i vltima volūtate nō arbitrāte illo cuius arbitrij facta eſt inſertio recurrit ad aliū fauorā vltime volūtatis illō eſt verum quādo nō eſt inſertū per verba cōdictionalia vt ibi nō.Et h ꝛ totaꝫ iſtam.l.declara optime per bar. in.l.ſi quis arbitratu.j.de vbo.ob.ꝛ cy.in.l.fi.C.de contrahē.emp.ꝛ vidi h pro intellectu huiuſ.l.ꝛ materie.an valeat iſte contractus vendo ſi voles.vel emo ſi uoles ita qꝺ tota ſubſtātia conſideratur in uolūtateꝫ nō pars ſubſtātie ut notaui pleniſſime.C.e.l.i uendētis.So.nō. qꝺ verba prime perſone porriguntur ad tertiā ſub itellectam vnde hec vba arbitrio meo porrigunt̄ ad arbitriū boni ꝛ ratio hic reditur quia ſi non porrigerentur reſultaret nullitas actus qui geritur Tertio.nō.qꝺ licet nos dicamus qꝺ in contractibus collatis in arbitrio nō teneat contractus niſi ſecuto arbitrio iſtud vr̄ veꝝ in arbitrio tertij ſecus in arbitrio contrahentꝭ.nā ſi ꝑ ſe ſtat quo minus arbitratur arbitriaꝫ fungitur vt hic vel hic erat arbitrium ſuper accidentalibus ſecus ſi ſuper ſubſtantialibus ar.j.e.l.quod ſepe.§.i.ꝛ ar.iſtius prin. Dico qꝺ ſi emphiteota vēdit irrequiſito domino ꝑ precio declarando per tertiū qꝺ illo non declarante non cadit a iure ſuo qꝛ negocium eſt imperfectuꝫ cū hic cū ſy.ꝛ.j. de v.ob.l.alienā.Sꝫ pone ꝙ venditur res emphiteota vel feudataria.nū quid iſti cōtractus ſit de iur̄ gentꝭ.ꝛ vr̄ ꝙ nō qꝛ nā ſpecialis denominat ſpēm ꝯctus ſed emphiteoſis.ꝛ feudū habēt naturam ſpecialem de iure ciuili ꝛ conſuetudinario nō de iur̄ gen.ergo iſte contractus ē de iure ciuili ꝛ ſic non perficit̄ conſenſu vt.ff.de pac.l. iur̄ geñ.in ꝑn. In ꝯ.vr̄ nā iſte ꝯtractus ē contractus vēdi.per locum a forma ſpecificata eſt de iur̄ geñ.ꝛ cōſenſu ꝑficit̄ ꝛ lꝫ nomen impoſitum rei ſit de iure ciuili tñ nomen impoſitum ꝯctui eſt de iuregen. Et ideo nudo conſenſu contrahit̄ obligatio ſaluo qꝺ i feudis requiritur inueſtitura ꝛ cōſuetudine feudoꝝ ꝛ hec eſt veritas in gl.ſi dicam.Nō.hic dr̄am inter ſi ꝛ cū ꝛ ē rō qꝛ ſi denotat directam condictionem cū denotat cōdictionem inflexam. Itē nō. dr̄am in vtraqꝫ dictione cuꝫ futuro adiciatur vtrū futuro ſubiūctiui an futuro idicatiui iſta dr̄ia ē gramaticalis tñ iura faciunt multū iſtā dr̄aꝫ ꝛ vide vt nō.cy.e.l.in venditꝭ.

**Huiuſmodi.** Nō vr̄ incertuꝫ illud ꝙ ex alio poteſt certificari.h.d.i h°.§.Nō.gl.que incipit facias.que ponit nō.diſtinctꝭ.

Addi.Bal.

Huiuſmodi.Sufficit ꝙ quantitas precij ſit certa per relationē ad aliud.h.d.In gl.facias.Nō.dr̄aꝫ relatiuū q̄titatꝭ.ꝛ relatiuū ſubſtātie. Primum ſignificat numerum. Secundū ſignificat ſubſtātiā ſiue ſpēꝫ ꝛ vide ꝙ nō.azo i ſūma.C.de ſen.que pro eo qꝺ inte.pro.i fi.ꝛ.Ja.de are.j.de le.i.l.ſi ita legatum tenementi hanc glo.cy.ꝛ. Bald.

**Si qs ita.** Additio pluſ nihil releuat niſi per aliud certificet᷑.h.d. Nõ.hũc caſuz.⁊ de iſta dictione pluꝝ vidiſtj.l.publia.§.fi.ibi.cũ dicit plus vel minus ⁊c.

Additio. Bal.

Si qs ita. Venditio põt eſſe ꝯdictõnalis.h.d.Et tñ nõ augetur.ita ꝙ qñ p̃cium p̃ncipale ẽ puꝝ lʒ augumẽtũ ſit in ꝯdictj.emptio.contrahitur ⁊ ſtatim poteſt agi ad rem tradendam.

**Hec emptio.** Si vendit᷑ res nõ valet venditõ niſi res exiſtat ſi vo venditur dubius euentuſ in tli dubio euẽtu tʒ venditio lʒ nil euenerit.h.d. Vel ſic ꝯſiſtit emptõ ſiue fundetur ſuper re ſiue ſuper ſpe.h.d.Intellige non tacitaʒ volũtatem retrotrahi. ſicut exp̃ſſam. Item nõ. ita trahi ꝯdictionem neceſſariaʒ ſicut volũtariaʒ.⁊ hoc veꝝ q̃tum ad ꝯctus val᷑.nam al's ꝯctus non valet.quia nõ eſſet fundatus ſuper aliqua re.⁊ iſta eſt rõ lr̃e quam bene.nõ.aliqñ tamẽ ꝯctus nõ firmat ſuper re.ſed ſuper ſpe ⁊ tũc nõ debetur emptio. Nõ.in hac gl.ſup verbo iam q̃ ponit ſignificatj iſtorum v̂boꝝ olim iam dudũ ⁊c.quam nõ. Bal.

**Si venditionibus.** Diſſenſus circa p̃ciuʒ venditõnis ſeu in p̃cio ſeu in materia vel ſexu ꝯctum venditj.uiciat diſſenſus.aũt in noie ſi de corpore cõſtat non hʒ uiciare.h.d.vſqʒ ad.l.in huiuſmodi. Nõ. glo.ſuper v̂bo abſentem.

**Alioquin.** Qui nõ videt.ſ.rem vt i ceco p̃ſumptio.⁊ minus perito ergo equiperant᷑ cecus.⁊ minus p̃itus ẽm fran. ac. Nõ.ꝙ nõ dr̃ ꝯſenſiſſe qui nõ videt nõ aũt i ſexu.nã equiperat᷑ error iſte error in ſpẽ in quo poſſit v̂ificari itẽtio ꝯhentj.al's in.

**In huiuſmodi.** Inſpicit᷑ diſcenſus vel ꝯſenſus ꝯhentj.nõ autem illorum quibus acgritur .h.d. cum.l.ſequẽ. Bal.

**Quid tamen.** Non ſũmatur qꝛ breuis ſed nõ.illud exemplũ quod ponit᷑ in v̂ſi.vt puta nõ. diſtinctj. huius.l.⁊ loquit᷑ iſta.l.vbi ambo ꝯhentes errant.

Addi. Bal.

Quid tamẽ. Nõ.dr̃iam vtrũ aliquid ſit nullo tenet emptio nõ valet.qꝛ alterius ſp̃ei eſt auꝝ alteri⁹ puꝝ eſt.

**Et ſi conſenſu.** §.fi.rem. error dñij impedit trãſlatõem ad hoc allegat᷑.Et nõ.ꝙ hic nõ p̃cedebat obligatio quia contractus nullus.ſecus:ſi precederet.s̃.mã. .l.ſeruum ticij. Bal.

**Si rẽ meã.** Emptio rei mee non valet ⁊ ſi iuſſu meo.alij tradatur i illũ dominiũ nõ trãſfertur.Idẽ in donatõe que fieret mihi de re mea ⁊ p̃dicta locuʒ habent ꝙ emptio rei mee nõ valeat ſiue ignorãter ſiue ſcienter qs reʒ ſuã emat.h.d.cuʒ .l.ſeq.Et nõ.iſtas.l.⁊ maxime illas rões ibi qñ non tñ propoſitum ⁊c. Bal.

**Offitio.** Nota ꝙ offiñ iudiciſ dʒ diminui p̃cium quãdo eſt error exp̃ſſus in precio. Nõ.ꝙ ꝯctus tenet pro parte.⁊ pro parte nõ.Sed ar.contra.s̃.de condi.indebi.l. ſi vt ſorteʒ.§. centum. Bal.

**Et ſi comunis.** Sed qño proponitur hic offñ iudiciſ p̃mo dʒ agi ex cõtractu.s̃.e.l.ſʒ celſus.§.ſi funduſ ratio qꝛ hic petebatur diminutio rõne nullitatis cõtractus p̃ ea parte. vnde nõ oritur actio.ſʒ offñ.ſed in ꝯrio agebatur ex pacto informãte ꝯctum qui tenuerat a principio v̂nde eſt ib. actio ex eo actu.

**Si ſeru⁹.** Falſa demõſtratio finiũ nõ adicit aliquid alicui.h.d.Facit de le.ij. .l.ſi patronatus.§.i. Nõ.hic ꝙ dʒ recurri ad itellectum p̃cur᷑.qñ procur.habuit ſpãle mãdatum. Bal.

**Quod vẽdidi.** Ex venditione i ẽptj. dominiũ nõ tranſit niſi precio ſoluto vel habita fide de p̃cio.h.d. Nõ.ꝙ iſta .l.in eo ꝙ dicit de fide nõ hʒ locum i publi. v̂t.s̃.de publi.l.de precio. Item vbi fides nõ põt haberi vt.l.ſi procur᷑.de iur᷑ fiſ.tetigi.de pig.ac.l. ellegãter. §.ſi uendidit.⁊ facit.j̃.de v̂bo.ob.l.qu. rome.§.callimacus.in glo.mag.ibi quaſi ⁊c.vide quod ibi no.⁊ ꝙ no.i.§.vẽditj. inſtitj.de re.di.ſed de hoc dicaʒ.j̃.de excep.rei vẽ.⁊ tra. .l.i.in fi.vbi vide tex.in ꝯrium. Sed hic q̃ro qd in cõtractu p̃mutatj.⁊ in contractu donatj.vel dotj.vel in contractu locatõnis.⁊ cõductj.in caſu quo ex ꝯtractu locatj. ⁊ ꝯductj.dñiuʒ trãſfertur ut uidebitj.in.l.in naue ſaufelli j̃.loca.an dñium trãſeat precio nõ ſoluto uel re ab alia p̃te nõ tradita de hoc dic.ut no.per glo.C.de do.l.cum p̃ponas.ff.de furtis.l.ſi ſeruus.§.locaui.C.de re. permu. .l.i.⁊c. Bal.

**Sabinus.** No.hanc.l.per quaʒ poteris cognoſcere contractum emptionis a contractu locationis.⁊ condictj. ad idem in.l.conuenerit. Bal.

**Labeo.** Iſta.l.nõ ſũmatur qꝛ breuis.ſed ipſam declarabo tibi in.l. ueteribus s̃.de pac.⁊c. Bal.

**In modicis.** In glo.fi. Sʒ hec omnia faciunt ꝙ ius patronatus videatur trãſlatum cũ vniuerſitate de quo dic i.l.quedã.j̃.de acq.re.do.nõ.plene per glo. j̃.de ope.liber.l.qui operas ⁊ vide quod habes in .c.cuʒ bertoldus ex̃.de ſen.⁊ re.iud. Nõ.ꝙ dictio ſi qd refert᷑ refert᷑ ad modica. Nõ.ꝙ iura ſpiritualia tranſeunt cũ vniuerſitate temporali vnde q donat caſtrum vr̃ donaſſe patronatũ quẽ habet in eccleſia fundata in caſtro quia caſtrum eſt quid vniuerſale quod dic vt nõ. Inno.de iure patro.c.ex litteris vbi nõ.ꝙ illa intelligũtur ẽm naturam contractus ⁊ rei deducte in contractũ v̂t nõ.in.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur᷑.⁊ per archi.xvi.q.vij. pie mentis ⁊.lxx.di.ortamur.

**Si ita diſtrahatur.** Nõ. tex. nõ.i fi.iſtius.l.vos ſcitis ꝙ ſi ego promitto tibi dar᷑ fundum debeo inte dñiũ tranſferre ſecus ſi promitto tradere vt.l.vbi autem.§.vlt. de v̂.ob.inſti.de actio.§.ſi ita qʒ.Sed pone ꝙ ego promitto tibi fundum ſimpliciter nõ promitto dare vel tradere nunquid cogor dominiũ transferre tex.eſt hic nõ.ꝙ ſic ibi dum dicit vt cogitur que fundum ita tʒ gl.per hunc tex.inſtitj. de inutil.ſtip. §.idem numerus.

Additio. Bal.

Si diſtrahatur. In alternatiua vendictione eſt electio venditor᷑.h.d.dicit hic. Ja.de ar.ꝙ aut alternatiua eſt poſita ſimpliciter ⁊ tũc eſt electio debitoris aut non eſt poſita ſimpliciter ⁊ tunc aut verbum executiũ ẽ relatum ad debitorẽ ⁊ ẽ electio debitor᷑.aut ad creditor᷑.⁊ ẽ electio creditor᷑.vt no.i.l.lutio d leg.ij.Et facit ad. q.p.

ne ꝙ quidaʒ dominus nemoꝝ.conceſſit tamẽ vt accipe
rem vnum vel duo plauſtra lignoꝝ de nemoꝝ ſuo ꝑ iſta
verba accipias vnum vel duo ⁊c̃.mõ volebam accipere
duo ipſe uolebat ꝙ tantum vnum querit qd iuꝛ ⁊ videtur
ꝙ vnum vt.l.i.§.ſi ſtipu.de ver.ob. In contrarium ẽ ve
ritas q2 refert vtrum in teſtõ vel in cõtractu promittat̃
futura datio.q2 tũc eſt ellectio debentꝫ.ar.l.i.§. ſi ſtip.an
futura acceptio.q2 tũc eſt ellectio creditoꝝ.ut nõ.i.d.l.lu
cio ſm Ja.de are.qꝺ tenemẽti.Et forte i ſuo ex° ꝯriuʒ ẽ
veꝝ vt ſicut i nũmis ſic i quãtitatibus minoꝛ debetur.⁊
credo ꝙ eſt caſus in.l.ſi ita ſtip.fuero.ĩ.de v̂.ob.ut itelli
geremus ꝙ hic ꝯceſſio eſſet facta demõſtratio ut accipi
as hic unũ uel duo ad occulũ demõſtrata.⁊ ita intellige
dictꝫ Ja.de are.

**Si ſciẽs emam.** No. ex h tex. ꝙ
iudic.prohibitio i
pedit dñij trãſlationem.ſed hic quero an legiſ
prohibitio impedire hebeat dñij trãſlationẽ ꝯ hoc dic ꝑ
Inno.i.c.raynaldus ex̃ de teſtis.

Addi. Bal.

Si ſciens. Nõ ualet ꝯctus celebratus cuʒ eo cui eſt
adminiſtratio interdicta.Quid ſi prodigus iurat utruʒ
teneat ꝯctus dic ꝙ nõ ut notat Ja.ĩ.de tute.l.qui habʒ
q2 iuramẽtum prohibiti ſeu iter prohibitos nõ uʒ ut.ĩ.ꝯ
le.iij.l.cum quis decedẽs.§.ticia.⁊.ĩ.de pro ba.l.q teſtiũ
Quero an ꝓdigus poſſit teſtari cũ auctoritate curatoꝝ.
ſicut ꝯhere uidet̃ q2 nõ q2 auctoritas curatoꝝ ad teſtam̃
tuʒ nihil proficit vt.l.aurelio.§.fi.de li.le.ad hec.ĩ.de te
ſta.l.is cui.ĩ.de ſecund.ta.l.i.§.exigit facit.ĩ.de here.iſti.
l.illa i nſtitutio i ꝑn.in rõne ſui.

**Rem alienam.** Iſta.l.non ſũmatur
q2 breuis. ſed ipſam
declara ⁊ melius in.l.fi.ꝯ.de ꝯdic.ob cãm.vbi
omnino vide.ſed ipam declara.vt in glo.⁊ dũ glo.dicit
ꝙ hec.l.hʒ locum ẽt i re mobili vide qꝺ nõ.ꝑ cy. C.de
vſucap.pro emp.l.i.Iteʒ circa v̂ſi.ſed cuʒ tenet ⁊c̃. vide
⁊ qꝺ nõ.cy.C.ad velle.l.ſi ſine ⁊c̃.

Addi. Bal.

Reʒ alienã.In glo.q2 in aſininã.Nõ.glo. ꝙ i emp.
ſufficit tradere poſſeſſionẽ facti.⁊ idem nõ.C.ſi alie.res
pig.da.ſit.l.ij.⁊.l.fi.ſed in ypothecaria nõ ſufficit h ymo
reqritur id ꝙ in trãſlatõe dñij ⁊ publiciana.vt.ĩ.de pig.
.l.ſi ab eo ꝙ dic vt.ĩ.de ꝓba.l.cum oĩa. Et adde ꝙ nõ.
cy C.ad velle.l.ſit ſũt.⁊.C.de dona.añ nup.l.ſi añ.appa
ret ex ꝓdictis ꝙ purus ⁊ nudus poſſeſſoꝛ põt rẽ vẽdere
⁊ nõ obligare.q2 in ꝓmo caſu ẽ obligatio ꝑſonalis in ſe
cundo realiſ q̃ nõ cauſatur ex nuda ⁊ pura obligatꝫ.facti
circũſcripta ab omni iure reali vt nõ.C.ꝯ pig .ac.l.ſi rẽ
alienam.⁊ vide omnino cy.C.de rei vendi.l.iuꝛ.in prin.

**Quotiens ſuus.** Si ſeruus hñs
peculiuʒ ſimpl'r
vendat̃ in uenditõe peculiuʒ nõ uenit ⁊ ideo ſi
a ſeruo aliqua res peculiaꝛ fuerit ſurrepta ꝑ õt tanquaʒ
furtiua cõdici.⁊ ad exhibẽduʒ.ꝑ ea agi ac ẽt actiõem ex
uendito.h.d.cũ.ij.ſequẽ.Et nõ.ꝙ acceſſoriuʒ nõ ſequit̃
ꝓncipale ſiue excipiat̃ ſiue nõ q2 acceſſoriũ erat alterius
nature nõ eiuſdeʒ. Bal.

**Qui tabernas.** In iudicio qs vide
tur vẽdere ius quꝺ
hʒ in re.h.d.iſta.l.⁊ ipam bene nõ.

Addi. Bal.

Qui tabernas.Qui vẽdit rem vꝛ vendere ſolũmõ
ius quod hʒ i re facit.C.de leg.l.vxoꝛ pr̃m. iſta.l.loqtur
qñ uẽdidit expreſſa rei qualitate uꝛ vendere tãquaʒ pro
priuʒ ⁊ alodiũ ſm ſpec.e.ti.⁊ vide.ĩ.e.l.cuʒ uendereſ ⁊.ĩ.
ꝯ euictꝫ .l.pe. Nõ.hãc.l.pro illis q uendũt redditus apo
thecaꝝ cõis.naʒ vendẽdo illas apothecas nõ vident̃ uẽ
didiſſe proprietatẽ ſed redditus. q2 certus erat emptoꝛ
ꝙ ꝓprietas uendi nõ poterat ad qꝺ uide quꝺ nõ.cy.C.ſi
pignus pig.di.ſit.l.i.⁊ facit.ĩ.e.l.ſi qs domini.§.i.⁊ quod
nõ. Inno.de fide inſtru.inter dilectos.in glo. tãquã dñs
⁊ ꝙ nõ.in ſpe.de hoc.§.nũc aliqua v̂ſi.xiiij.⁊.v̂ſi.clxx.fa
cit.ĩ.de decimis.c.paſtoralis . ⁊ de iure patro.c.illud ꝯ
nõ.C.de euic.l.ex ꝓdijs vbi glo.dicit ꝙ uendens nõ in
dubio intelligit̃ uendere iuꝛ libero ⁊.ĩ.e.l.cuʒ uenderes
⁊ ꝙ nõ.in.l.traditio.§.ſi qs igit̃ de acq.do.So. an em
ptoꝛ fuit certificatus de qualitate ſolũ.⁊ tũc hʒ locũ hec
.l.aut nõ fuit certificatus.⁊ nõ hʒ locuʒ glo.q̃ eſt in id.l.
ex predijs .Et idẽ in ꝑmutatione ⁊ dote ⁊ alijs ꝯctibus
nõ lucratiuis.ſed in legato ⁊ donatõe vꝛ legatuʒ ⁊ dõa
tum oẽ ius qꝺ hʒ.ĩ.de leg.i.l.ſi domus.§.fi.⁊ ar. ꝯ edil.
edi.l.ad nos.⁊.C.ad.leg.l.uxoꝛ pr̃m.uide qꝺ nõ.ꝑ Nic.
de neap.in.d.l.ſi domus.§.fi.

**Cum in lege.** Verba que pñt intel
ligi actiue ⁊ paſſiue in
ꝑreiudiciũ venditoꝝ intelligunt̃ actiue vnde h
intelligunt̃ de ſtillicidijs dominantibus non ſeruienti
bus hoc dicit. Bald.

**Si in emptione.** Diſſenſus circa
acceſſoria nõ vi
ciat contractum h.d. Vſqʒ ad. §.omniũ. No.
ꝙ in incerto de certis eſt electio debitoꝝ in contractu
No.tex.no.in.v̂.nec refert ꝙ inſpicitur illud ꝙ eſt prin
cipale licet acceſſoriũ ſit maioris valoris ⁊ per hec utrũ
hic caſus queſtionis ꝙ ſi cõueni tecũ de ꝑmutãdo librũ
meũ cum tuo ⁊ qꝺ ultra hoc des mihi.x .qꝺ iſta ſit per
mutatio non obſtantꝫ.ꝙ ex altera parte ſit etiam pecu
nia quia inſpicitur illud quod eſt principale facit. ꝯ .de
poſiti.l.i.§.ſi reʒ. Bal.

**Omniũ rerũ.** Nõ. tex .ibi vl' mores ciui
tatꝫ.ꝙ per mores vl' ſtatuta
ciuitatũ poteſt alienatio prohiberi qꝺ nõ.facit .ĩ.ꝯ pig.
l.in quorum.

Addi. Bal.

Omniuʒ reꝝ.omnia que poſſunt haberi.⁊ poſſideri
pñt vẽdi ſecus ſi non pñt haberi ⁊ poſſideri.h .d. Nõ.
ꝙ quando verba habere vel poſſidere proferunt̃ ſimul
verbum habere ſignificat ciuilem poſſeſſionẽ verbum
poſſidere ſignificat naturaleʒ vnde qui ꝓbauit ſe habe
re ⁊ poſſidere videtur probare de ciuili ⁊ naturali poſ
ſeſſione qꝺ nõ.adde qꝺ nõ.ꝯ.de iudi.l.ſi quis intentiõe
ambigua ego dico plus ꝙ eo ipſo ꝙ quis probat ſe te
nere preſumit̃ vtrãqʒ probaſſe ꝺt nõ. Inno. de priuil.c.
tumoliũ.⁊ ar.vij.q.i.põtifices uiꝺ.C.ne uxõ ꝓ mari.l.ij.

**Item ſi emptor.** Non ſũmatur quia
breuis ⁊ Nõ .ĩ .de
vſur.l.ſi is qui pro emptore .§ .ultimo ſʒ iſta eſt uerioꝛ
ergo nõ.eam.

Addi. Bal.

Item ſi emptoꝛ. Rei que ẽ furtiua in ipſo contractu
uel eius executꝫ.non tʒ emptio utroqʒ ſciente uiciuʒ uel
emptore ſolo ſed ſcientia ſolius uenditoris non ſufficit
h.d.Et eſt ratio dr̃ie q2 quãtum ad rem ipſam ſcientia
emptoꝛ ẽ ſcia obligãtꝫ.ſʒ ſcia uenditoꝛ eſt ſcia obligati
⁊ magis nocet ſcientia obligantꝫ.ꝙ obligati ⁊ hunc. §.
declarat Ja.de are.C.de leg.l.ij.dubiuʒ.⁊ bar.ĩ.ꝯ uſu.
l.nã uir predium Item nota inter ſcientes nullum eſſe
comerciũ quãdo ꝯtractus v̂git ad crimen facit qꝺ nõui

C.e.in R. Bal.

**Rei emptio.** No.ex hoc tex.ꝙ ſicut non ualet emptio rei ſue ratione dominij ſic nõ ualet rõne poſſeſſionis quando uenditoꝛ erat potioꝛ i poſſeſſione tex.eſt hic dum dicit ut i iudiciũ poſſeſſionis ⁊c̃. Bal.

**Alia cauſa.** Nõ ſũmatur quia breuiſ ſ; nõ. di.iſtius.§.⁊c̃.

**Si emptio ita.** Si fiat uẽditio plurium rerꝫ alternatiue erit i poteſtate uẽditoꝛis que res ſit uendita ⁊ ſi due res uendã tur alternatiue pꝛima pempta remanet in uenditiõe.h.d.ibi cũ dicendu; ⁊c̃.ſ.utroq; moꝛtuo datur actio ad pꝛecium. Bal.

**Tutor rem.** Nõ ſũmatur qꝛ breuis eſt.ſed nõ.caſu; iſtius.§.ꝙ executõeſ ultimarꝫ uolũtatu; ementes res quas d; reſtituere ⁊ in hoc.§.habes unã glo.ma.que foꝛmat duo ꝯꝛia.ſed doc. tenent iſtam ſo.ꝙ tutoꝛ poſſit emere pala;.⁊ bona fide ⁊ nõ aũt clam ⁊ illa; teneatꝰ. Bal.

**Quod ſepe.** Arra ẽ pꝛobatio ẽptioniſ Ite; ꝓciu; nõ põt ꝯferri i arbitriũ ꝯbentꝭ.h.d.uſq; ad.§.ueneni.in glo.i. ibi vr̃ renũciaſſe ⁊c̃.de hac.q.dic vt nõ.glo. C. de fide iſtru.l.ꝯtus inſti.c.§.tñ nõ.per azo.i ſũma de ꝯbẽ.ẽp.in iiij.col.⁊ nõ.per dy.in.l.i.§.idẽ queritꝛ.j.de publi.

**Si qs amico.** No.bene caſu; iſtius. §. ſed nõ ſũmatur. qꝛ breuiſ ⁊ no.bene glo.iſtius.§.iſte tex.facit ad.q.ꝙ mãdans de quo dic vt.j.de vi ⁊ vi ar.l.i.§.deieciſſe ⁊ nõ.per cy.C.d accu.l.nõ ideo minus.

**Si res uendita.** Si vẽditoꝛi fuit res vendita furto ſubtracta venditoꝛ ẽ ſecurus ſi adhibet talem cuſtodiã quale; adhibet bonus pa.fa.tenetꝛ tamẽ emptoꝛ cedere rei vẽdicatione;.⁊ ꝯdictionem quã ſecuritate; vendẽs rẽ alienam nõ ꝯſentit eu; emptoꝛi rei vendicatõnem vel ꝯdictionẽ cedere nõ poſſit.h.d. Opp.ex̃ gl dicitꝛ ⁊ hic ꝙ ſi vẽditoꝛ ꝓſtat cuſtodia; quam ꝓſtat bonus paterfa.ꝙ ẽ ſecurus.ſed d; cedere emptoꝛi rei vẽdi.⁊ ꝯdi. furtiua; ꝯ ꝑmo ꝓciſe d; cogi ad tradẽdu; rem vt.j. de here.vel actio.ven.l.vẽditoꝛ ex hꝛ̃ditate ſolo vt ibi nõ.ꝑ glo. ⁊ vide qd nõ.per gl.in.l.damni.§.ſi is q viciu;.j. de dã.ifec. ⁊.j.de fur.l.eũ qui.Secũdo oppo.ex̃ glo.⁊ vr̃ ꝙ actõ cõpetat emptoꝛi ſine aliqua ceſſione vt.l.ſi hered ſeruus j.de leg.i.Sed reſpõde ꝙ illa.l.h; plures lec.⁊ illa lec. ſm̃ ꝙ̃ ꝓcedit ꝯ.nõ ẽ vã.⁊ ibi repꝛobatꝛ ꝑ dy.⁊ Ja.d are.

Addi. Bal.

Si res. Nõ.tex.in ṽbo perierit ꝙ res ſubtracta dr̃ periſſe.⁊ ſic dic Ja.de are.ꝙ ſi fundus datꝰ in ẽphiteoſi; ſit a ꝓdonibus occupatus ꝙ ẽphiteota nõ d; ſoluere fictu; ac ſi fundus nõ extaret i rerꝫ natura.⁊ id t; cy. i addi.de hoc nõ.per Ja.de rey.i.l.i.C.de iure ẽphiteo. Secundo nõ.ꝙ ille q tenetur rõe facti vel negligẽtie.nõ liberatꝛ cedẽdo iura.ſed ille qui tenetꝛ ſolu; q h; iura liberatur cedẽdo.⁊ ſic rei ven.⁊ ꝯdictio fur.poſſunt. Tertio nõ.ꝙ ille qui nõ põt cedere iura eo qꝛ nõ h; iura aliqua tenetꝛ ad intereſſe quia ꝯxerat vt dñs ⁊ hoc eſt ratõne culpe i ꝯbendo cõmiſſe.Et nõ.bene tex.ꝙ ille q vendit rẽ aliena; dr̃ i culpa.⁊ vide.j.de ac.emp.l.ſeruũ quẽ.§. ſciens in glo. Ri.ibi ſciebat.ſed qꝛ cedit ꝯdictione; ꝓ nuda poſſe.Sed qr̃ nõ liberatur cedẽdo. ſicut nudã poſſeſſione; tradẽdo. Rº qꝛ iſte tex.i eo ꝓſupponit ſcientiã rei aliene vſucapiẽdi ꝯdictione; ⁊ ſic nõ eqperatꝛ plene traditioni.j.e.clauibus ſi ex duobus.ſo.ibi fran.

**In his.** Nõ.qd ea que ꝯſiſtunt in pondere nũero vel mẽſura.poſſunt duplr̃ uendi vno mõ ſimplr̃.alio modo ſub mẽſura mẽſurãdo uel pondẽ ponderãdo uel nũero numerãdo.pꝛimo caſu ẽ perfecte ꝯtus a ꝑncipio.⁊ ꝙ̃tum ad agẽdum.⁊ quãtum ad ꝑiculum emptõis.ſo caſu ſecus quia ꝯdictionalis vr̃ ꝯtus q h; pendẽtia; de futuro.h.d. No.omne futurꝫ quod cõſideratur ad eſſentiã actus h; vi; ꝯdictionis.

**In his que ponderꝛ.** In his q̃ conſiſtunt pondẽ numero vl̃ mẽſura.Aliqñ ſtati; venditio ꝑficitur quo ad h vt periculu; ſit emptoꝛis.Aliqñ ita demum ita ꝑficitur ſi fuerit ſecuta põderatio menſuratio ſeu nũeratio.h.d. Iſte.§.pꝛo declaratõe iſtius.§.quero hic dicit qd ſi aliquid vẽditur ad mẽſura; vr̃ eſſe ꝯdictionalis uenditio. Quero qd ſi uenditꝛ res imobilis ad mẽſura;. puta fundus.vtrũ uenditio erit ꝯdictionalis. Rndeo ſic iſtud ꝓbatur in.l.ſed ſi uenditione.j.de peri.⁊ cõm.re.uen.l.iulꝛ. §.ticius.de actꝰ.emp.

**Si qs in uẽdendo.** Tenetꝛ uẽnditoꝛ q malũ manũ celauit.⁊ nõ poſuit in ꝯfine .h.d.Et no.§.⁊ hic cõmittitur dolus in tacẽdo fraud facit.C.de epi.⁊ cle.auc̃.ꝑſbiteri ubi nõ ſolũ cõmittitꝛ falſum in dicẽdo. ſed ẽt i tacendo.

**Cum in uenditione.** Non ſũmatur quia breuis. Nõ.tu gl[illegible] fi.dum dicit .ꝙ ẽ donatio vide qd nõ.i.l.ſocietates in fi.ð.pꝛo ſocio ⁊c̃.

Additio. Bald.

Cum in venditione. Pꝛeciũ icertum ſiue nõ exigẽdum nõ dicitur pꝛecium.Et pone exemplum dicit ſtatutum ꝙ ꝑ donatione ſoluatꝛ gabella ſex denar̃.ꝑ libr̃.ꝑ venditione ſoluatur gabella duorꝫ denar̃. Ego fugiendo gabellam ſen certũ contractũ in foꝛma venditꝰ.ꝑ certo pꝛecio quod fui confeſſuſ me recepiſſe ⁊ dicitur ꝙ eſt donatio ⁊ nõ vẽditio ergo ſoluatꝛ gabella pꝛo re donata tanꝙ̃ in dubio . vbi nõ apparet donatio pꝛeſumitur contractum ſimulatum ex quo apparet actu; de pꝛecio non exigẽdo.j.e.l.nuda.⁊.l.iij.§.ſi.ab ignoto.j.d manu.

**Si quis fundum.** Nõ . ex hac .l. duo pꝛimo ꝙ licet falſa demonſtratio nõ viciet legatum.viciat tamen contractu; vt hic.ſed hoc intellige verum quando pꝛopter falſam demonſtrationẽ deficit ꝓcium ꝙ eſt vnu; de ſubſtantialibuſ contractus emptionis ⁊ ven .⁊ ita loquitur hic. Secus ſi ꝓpter falſa; demonſtratione; ſubſtancialia contractus nõ deficerẽt quia tunc licet falſa demonſtratio nõ viciat legatũ ita nec viciat contractum caſus eſt in.l.ſi diuoꝛtio. j. de ṽ. ob.⁊ ibi per.Ja.de are.⁊ dy. Secundo nõ.vos ſcitis qd relatiuũ quis vel qui quod eſt relatiuũ ſubſtant e vt nõ.per gl.§.alteri.C.de ſen.que pꝛo eo.ſi iungatur verbo futuri tempoꝛis facit ꝯdictionẽ vt.l.ſticum qui meus erit.j.de le.i.modo hic habes qd idẽ vr̃ in relatiuo quãtitatꝰ.quod no.⁊c̃.

Additio. Bal.

Si quis fundu;.Quando falſa demonſtratio cadit ſuper incerto habet viciare ſecus ſi falſa demonſtratio cadat ſuper certo qꝛ tunc non viciat vt.j.e.l.cũ ſeruo.§. vltimo ⁊ vide hic qd no.Inno.d pꝛiuileg.c. No.hic qd falſitas in termino ad quem ſit relatio videtur eſſe in termino refferente.

**Si quis donationis.** Iſta.l. inducit̃ in arg.quod ſi in inſtr̃o venditionis apponan tur iſta verba ⁊ ſi res eſſet melioꝛ dicto pꝛetio donauit ei pꝛo bonis meritis ⁊ ſeruitijs ẽt qȫ venditoꝛ perdat ꝑ hoc beneficium.l.ij.C.de reſ.ven. ⁊ non poſſit venditoꝛ dicere ſi fuiſſe deceptum vltra dimidiã iuſti pꝛecij. ⁊ ita uidet̃ uelle az.i ſũma illius ti.C.de reſ.uen.quod dictuꝫ qȫ hñt i gl.⁊ ẽ addi.de qua.q.ꝑ guil.de cu.i.l.ſi tibi.ſ̃.n pac.facit qȫ nõ.in off.tu.l.ab anaſtaſio.C.mã.⁊c̃.

Addi.Bal.

Si qs dona.Ualet donatio ꝯmixta vẽditio lꝫ ei in cidat donatio niſi iter pꝛohibitos.h.d.hec tñ.l. nõ hꝫ lo cum i ceſſione iuriuꝫ eo caſu quo ex ꝑuitate p̃cij p̃ſume retur ſimulatio.vt nõ.ꝑ guil.ſ̃.de pac.l.ſi tibi.⁊ vide qȫ dixi i.l.ij.C.de reſ.in.ven.⁊ in.l.ab anaſtaxio ⁊ in.l. ꝑ di uerſas.C.mãdati.

**Si debitor.** Emptio rei ſue nõ valet etiã ſi ematur a creditoꝛe cui obligata ẽ ⁊c̃.h.d. Bal.

**Veriſimile.** Relatiuũ incertuꝫ v̂bo futuri tp̃is inducit dictij.in ꝯctibus ad hoc allegat̃ ꝑ cy.i addi.dicit bar. ꝙ inducit cõdictij.q̃ ad vnguez dꝫ impleri.vt.j.de cõdi.⁊ de.l.qui heredi i fi. quod eſt nõ. Nõ.ꝙ ſi vendo ex oleo quȫ fiet ex oliuis. pendẽtibus certaꝫ quãtitateꝫ.⁊ nõ recolligitur certa q̃ titas ꝙ pꝛo rata quod recolligitur debetur pꝛeciũ nec ſpe ctabũtur futuri anni.qꝛ erat actum de oleo illius anni.⁊ etiaꝫ i dubio ⁊ veriſimile in ꝯctu emptionis ⁊ vẽditij.qa pꝛeciuꝫ nõ eſt vniformе quolibet ãno.ſecus in ꝯctu gra tuito vt legitur ⁊ nõ.j.de verbo.ob.l.inter ſtipulantem §.ſacraꝫ.⁊ per cy.C.de donatio.l.ſi qs argẽtuꝫ in ſa.q. v̂ſi.iſte.§.declaratur.

**Viſimile.** Nõ.ex hoc.§.duo pꝛimo ꝙ relatiuũ quis vł qui iũctuꝫ v̂bo futuri tẽpoꝛis facit ꝯdictij.vt hic.Nã ideꝫ eſt dicere ꝙ natũ erit.i.ſi na tuꝫ erit vt hic ⁊.d.l.ſtichuꝫ qui meus erit. ff. de legatij.i. Secũdo nõ.ꝙ iſtud relatiuũ inducit ꝯdictionẽ diſtribu tiuaꝫ.nam exponitur ꝙ.i.quatenus.nam uides hic ꝙ ſi vendo.x.pon.olei ꝙ natuꝫ eſſet ſeu erit vt ſi totũ ẽ natũ in totuꝫ teneat venditio ſi i parte i parte tñ ad ideꝫ dcã .l.ſtichuꝫ qui meus erit de lega.i. Tertio nõ.ex hoc §.ꝙ v̂bum p̃teriti imperfecti ſubiũctiui vel optatiui tra hitur ad tp̃s futuꝝ.nam ideꝫ eſt dicere ꝙ natũ eſſet ꝙ ẽ dicere quod natũ erit ad idẽ.j.de vino tritico ⁊ oleo l.l. cũ dñs ſtichuꝫ ⁊.l.inter creditoꝛem .j. de fideiuſ. facit j.de v̂.ob.ſi ita qſ.§.ſeya.⁊ ibi per Ja.de are.

**Qui fundum.** Cõtra intellectuꝫ iſti us.l.glo. ponit duas op.i.⁊ ſm opi.Jo.Nõ.ꝙ tẽpus appoſituꝫ in mẽſurando nõ videtur repetitũ in renũciando ſeu reffe rendo poſſemus ẽt dicẽ ꝙ diſtinctio iſtius.§.fuerit iſta. aut fuit appoſituꝫ tp̃s ad renũcianduꝫ quãti fundus eẽt aut quãti minoꝛis eſſet tene mẽti opi.Jo.que ẽ menti te nenda.

Addi.Bal.

Qui fundũ.Quãdo terminus apponitur mẽſuratio ni ⁊ relationi.relatio nõ põt fieri poſt terminũ.ſed ſi ap ponitur mẽſurationi tñ.⁊ nõ relationi põt fieri relatio quãdocũqꝫ.h.d.Iſtud.nõ.p̃ncipiuꝫ.Et eſt ar. ꝙ lꝫ termi nus ſit appoſitus ad citãduꝫ tamen relatio põt fieri poſt terminũ.ſecus ſi eſſet appoſitus ad vtrũqꝫ.Nõ.etiaꝫ h ꝙ terminus ꝯuentionalis eſt ꝑemptoꝛius ꝯcoꝛ.j.de v̂b. ob.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus in fi.ſoluta. vt nõ.te neatur emptoꝛi rõne menſure lex.ſ.ꝯuentionis renũciet .ſ.inter eũdem terminũ repetere de pꝛecio.ſ.ſoluto q ꝑ rata cõtingeret. Nõ.in iſta.l.ꝙ pꝛima relatio facta per erroꝛem nõ impedit ſecũdam rellationeꝫ.ſed lapſuſ ter mini. Nõ.ꝙ quãdocũqꝫ inueniatur falſa mẽſura poteſt agi ad decip ẽdum etiaꝫ ſi emptoꝛ poſſedit multis ãnis quod tene menti.

**In lege.** Unuꝫ acceſſoꝛiuꝫ trahit ad ſe aliud ac ceſſoꝛium.h.d.Uel ſic quem ſequitur a qua ſeqtur iter ad aquã.h.d.⁊ nõ. Bal.

**Qui agrũ.** Nõ.caſum iſtius.§.qui agruꝫ. ſꝫ nõ ſũmatur.qꝛ bꝛeuis.h.d.

**Fundi venditoꝛ.** Qui excipit fructus pendẽtes nõ itelligẽ excipere eos qui ex ſtipl'a naſcuntur.⁊ pone exẽplum in deo qui renaſcitur ex ſtipl'a. natũ eſſet ratio ſilitudinis eſt qꝛ vtrũqꝫ ſine induſtria hominis naſci vr̃. Bal.

**Cum fundũ.** Appellatione fructus ꝯtine tur etiaꝫ arundinatum.h.d. Nota ar.ꝙ colonus partiarius debeat habere parteꝫ arundinati hoc eſt in fincta niſi eſſet actum cõtrarium.

**Dolia que.** Nota argumẽtũ ꝙ ſi dominus vendit vegetes ſuas intelligitur etiam vendere peculiares ſerui ar. j. de pe .leg. l. cum filius.§.fi. Bald.

**Cum ab eo.** Si ſit modus adiectus ꝯ tractui modum quis cogi tuꝛ impleꝛe ſecus i condictione.h.d.Uel ſic ex contractu condictionali non poteſt agi ad condictioneꝫ implendam ſed ex contractu modali põt agi implemen tum modi ⁊ adde hic quod nõ.C.de ſententijs.l.cũ reꝝ vel ſic condictio nõ eſt in obligatione dicit gl.ꝙ licet di ctio dummodo denotat modũ tñ quandoqꝫ denotat ꝯ dictij.vt.l.ꝺ ꝯdic.ideb.⁊ de.l.eas cãs.

**Mẽſam argẽteam.** Non ſũmatur qꝛ bꝛeuis ſꝫ ip̃ꝫ declara vt in gl ⁊c̃.ſatis placet ꝙ gl.de pꝛeualẽtia dicit ar.j.e.l.domũ ſꝫ ar.contra.ſ̃.e.l.ſi in emptij.§.nec refert ſed.ibi in acceſſoꝛ.o quod nota quã potuit pꝛeualere de iure ar.j.ꝺ vulg.ſub.l.ex pupil.

**Ea que.** Comendatio generalis comen dantem non obligat ⁊ pꝛomiſſio generalis non refertur ad id emptoꝛ ſit .h .d. Nota hanc.l.⁊ maxime.v̂.quedã ⁊c̃. Secũdo nõ.in fi.iſtius.l.ꝙ dolus ⁊ falſitas cõmittit̃ i ſimulãdo ⁊ tacẽ do ⁊ per hoc dicit.l.ꝙ teſtij.obmittens dicere veritatem tenetur ſicut ille qui falſum dicit vt.l.p̃ſbr̃i.⁊ auc̃.p̃ſbr̃i. C.ꝺ epi.⁊ cle. Nã decetera nõ.ꝙ iſta generalis pꝛo miſſio pertinꝫ ad defectꝫ ſupp̃ſſos ⁊ latentes nõ ad de fectus patentes qꝛ intelligitur ꝺ facto nõ intelligit̃ qs de plus ⁊ eſt ar.ꝙ non dicantur littere obꝛeptij.quando defectus eſt patens.

**Labeo.** Si quis emit vetera veſtimenta pꝛo nouis põt agere contra vendi toꝛem ſecũdum foꝛmã hic traditã.h.d.

**Non licet.** Officialiſ in loco vbi admini ſtrationem gerit ꝯctus ꝑ ſe vł aliũ facere nõ põt.h.d.iſta.l.

**Si aqueductus.** Seruitus aque ductus tranſit i emptoꝛem etiã ſi nihil dicatur.h .d. Uel ſic iu ra realia accedũt rei ſine aliqua exp̃ſſione.h.d.

**Labeo ſcribit.** Quãdo ꝑ ꝯhenteꝫ ſtat quominus cõ

pꝛ̃eatur ꝯdictio habetur pro impleta ⁊ pōt agi p̄ſcriptꝭ v̄bis ex ꝯtu purificato adde qđ nō.ſ.e.l.cum ab eo.h.d. In hac glo.nō.duo nam primo vr̃ hic caſus ꝙ ꝯtus innominatus poſſit fieri ꝑ dictionē ſi de quo ſūt glo.ꝯrie ut vidiſtꝭ.i.l.ſi quiſ cū debitoꝛ ⁊c.ſ.de iureiurā.vt de hoc ꝑ gl.⁊ ibi dixi ⁊.ſ.de pac.l.ſi inter ⁊ videbitꝭ tex.i.l.ſolēt v̄.ꝙ quidem.ī.de p̄ſcrip.v̄.adde quod nō.ī.de admini.l.ticio.⁊ nō.hanc.l.ꝙ quis cogitur aliquid impetere ſic et ſ ex qui.ca.ma.l.ſed ⁊ ſi per p̄toꝛem.§.ſed nūc ad eos quod eſt valde notabile veꝝ intellectuꝫ iſtius.l.vide.ſ.e.l.h venditio. Secūdo nō.tex.hic ꝙ actio p̄ſcriptꝭ veꝛbis pōt ꝯcurrere cū actione ex vendito qđ vr̃ mirabile qꝛ actio p̄ſcriptꝭ v̄bis nō datur ut alia competit vt.l.ij.⁊.l.quotiens.ī.de p̄ſcriptis v̄bis.qualiteꝛ auteꝫ hoc procedat dic vt nō.C.de pac.iter ēp.⁊ uen.l.ij. Bal.

**Littora.** Circa hanc.l.pꝛo eiuſ declaratō ne quero ꝙ lꝫ ꝙ loca publica in menſuratōe nō ueniant ut hic uides. Quero an ageres ⁊ foſſata i menſuratōeꝫ veniant dic ꝙ ſic vt.l.pꝛedia.§.ita legatū.ī.de fun.inſtruc.⁊ inſtrō legato.

**Senatus.** Quis nō pōt vendere edificia domoꝝ cā diſcooperiēdi ea vel demoliendi.h.d. Iſta.l.declara ut i glo.⁊ bene. Nō.hic ꝙ annullatio ꝯtus dr̃ pena adde quđ nō.i.c.i.de ellec.li.vi.in nouellis ⁊ intellige hanc.l.q̄n do domus minatᷣ ruinaꝫ.qꝛ tunc licet demoliri ⁊ facit rō.l.cetera de le.i.

**Ut res.** Ad hoc ut dn̄iuꝫ tranſeat in ēptorem.paria ſūt p̄cium eſſe ſolutuꝫ uel fideiuſſ.datuꝫ uel eſſe aliter ſatiſfactuꝫ.h.d. Circa legeꝫ iſtā uide ꝙ nō.ſ.e.l.ꝙ uendidi.⁊ ibi dixi.

**Res bonafide.** In gl̃a.ibi nam licꝫ vnus minimuſ ar.ī.de cōdi.⁊ demō.l.quāuis lucius. Nō.arg.ꝙ ſi ſtatutūꝫ caſſat ꝯtum niſi ſoluatur gabella ꝙ ſi erratur in ſolutōe vnius nūmi nō valet ꝯtus nec valeret ꝯcoꝛdia vno nūmo minus ſoluto quod eſt rigoꝛoſuꝫ hoc tm̄ ē ip̄a veritas vt hic nō.hanc glo.pone ꝙ emo emphiteoſim pacto appoſito ꝙ ſi.ī.ānum nō ſoluero cenſum res incidat in cōmiſſum an ꝓpter cenſum vnius denarij reꝫ perdam.⁊ dic ꝙ ſic vt nō.decidit hic glo.

**Nuda.** Simulata venditio nō eſt uenditio h.d. Nō.ex hac.l.ꝙ ex imaginaria venditōe dominiuꝫ trāſfertur.idem habetis i.l.emp.ī.de aqua.plu.ar. Bal.

**Si qs ſub hoc.** Nō.ex hac.l.ꝙ pactuꝫ manus iniectōnis proſequitur rem penes q̄cunqꝫ vadat ⁊ facit iſta.l.ad mām.l.creditoꝛibus.C.de pigno.

**Domū emi.** Iſta.l.habet quatuoꝛ partes pꝛima loquitur quādo emptoꝛ ⁊ venditoꝛ ignoꝛant domuꝫ eſſe cōbuſtam ſecūdo loquituꝛ quando venditoꝛ ſcit emptoꝛ ignorat. Tertio quādo venditoꝛ ignoꝛat emptoꝛ ſcit. Quarto quādo vterqꝫ ſcit. Secunda ibi ſi autē venditoꝛ Tertia ibi ſimili quoque modo. Quarta ibi .qđ ſi vterqꝫ.⁊ nō.nō. di.iſtius.l.

Addi. Bal.

Domum. Contractus finiū inter ignoꝛantes ſuper re que pꝛo parte nō extat valet.h.d. Si extat pꝛo parte pari vel maioꝛi ſecus ſi pꝛo minoꝛi ſi autē erat ſcientia in eo ſolo qui debebat obligari ad rē contractus valet in eius pꝛeiudiciū ſi aliquid extet ſecus ſi nihil. Idem ſi ſolus emptoꝛ ſciebat ſed vtroqꝫ ſciente cōmunis dolus viciat contractū bonefidei.h.d. Nō.hic ꝙ vbi tota domus erat deſtructa indiſtincte nō valet ꝯtractus emptꝭ.quia deficit res ſed vbi erat pꝛo parte deſtructa maioꝛ paꝛs vel media vel minoꝛ.pꝛimo caſu non valet ꝯtus ſecundo ⁊ tertio vale ſed agitᷣ ad decipiendum aut ſolus venditoꝛ ſciuit ⁊ tūc valet i eius p̄iudiciū aut ſolus emptoꝛ ⁊ idem hoc addito.qꝛ tenetur ad integruꝫ p̄ciuꝫ nec hꝫ auxiliuꝫ.l.ij.C.de reſ.ven.qꝛ eſt i dolo aut vterqꝫ ſciuit.⁊ nō tenet ꝯtus.qꝛ inter doloſos ꝯtuſ bonefidei nō pꝛoficit.⁊ adde quod nō.C.de iure emphiteo.l.i.i gl.que incipit.ſ.mediante ⁊ ꝙ nō.Inno.in.c.i.de ꝯſec.eccl.vel alta. Et eſt ar.ꝙ minoꝛ pars.c.nunquā poſſit uocari.c.in aliquo caſu quđ nō eſt veruꝫ ut.l.ſicut in fi.ff.quđ cuiuſqꝫ vni.no.⁊ dic vt ibi.aliud eſt in domo q̄ ex coherentibus partibus ꝯſtat.aliud in.c.ꝙ interp̄tationeꝫ vr̃ habere vt.ī.de vſucap.l.rerū natura. Bal.

**Cum uēderes.** Nō.in iſta.l.ꝙ ſi nihil eſt dcm̄ itelligitur fundus vendi libere ⁊ iure ꝓpꝛio.nō ob.ſ.e.l.qui tabernas.qꝛ ibi rei qualitas erat exp̄ſſa i ꝯtu ⁊ ideo qui vendit liberuꝫ dꝫ dicere tāquā ꝓpꝛiū ⁊ q vendit ēphiteoſiꝫ dꝫ dicere tāquā ēphiteoticū ⁊ nō.

**Comprehenſum.** In generali ſermone ē electio vēditoꝛis vel ſic quādo certitudo ē habenda ꝑ uiaꝫ electionis ē electio debitoꝛ.h.d.

**Qui officij.** Officialis nō pōt emerē reꝫ i loco i quo offm̄ gerit niſi i caſu ⁊ emēs rē ſacrā uel religioſaꝫ ignorāter hꝫ actōem ꝯtra uenditoꝛeꝫ ad itereſſe.h.d.

**Res.** Appellatione periculi ꝯtinētuꝛ caſus foꝛtuiti nimiꝝ hic quia ueniebat etiam ex natura ꝯtus. Bal.

**Cum fuo.** Limitata diſpoº limitatū producit effectum.h.d. Vel ſic mādatuꝫ collatū i certā p̄ſonam non pōt in aliā exerceri facit ex̄ de offi.dele.c.p.⁊ glo. Bal.

**Demonſtratione.** Nō.ex hoc.§.quđ quādo res redditᷣ certa alie demōſtrationes nō ſunt neceſſarie facit qđ ſi in accuſatione apponatur locus ſine ꝯfinibus.ſed tm̄ eſt locus certus.puta qꝛ dicitur talis occidit talem in palatio p̄tātꝭ vel in platea cōis qđ talis accuſatio pꝛocedit.⁊ alie demonſtrationes nō ſūt neceſſarie qđ nō.

**Fundus ille.** In contꝛactibus eſt locus iuri acreſendi quādo pꝛomiſſ.intereſt .h.d. Alias eſſet ſecus vt.l.mihi ⁊ ticio.ī.de ver.ob.⁊ colligitᷣ ex glo.hic poſita ⁊ ciꝛca.l.iſtam vide qđ nō.gl.C.de veꝛ.ſig.l.cū quidā.in cōtractibus bonefi.habet locū ius accreſcendi ex impedita admiſione.in p̄ncipio.h.d.in vſufruc.haberet locum etiam in acquiſitiōe reſoluta ex poſt facto vt.ſ.d vſufr.ac.l.i.§.interdum pꝛo ſuperuacua nō.n.poteſt ratificari quia non fecit verba vt pꝛocuratoꝛ ſed ea direxit in eo vt in.§.alteri. Bald.

**Conuenit.** Nō.hanc.l.per quā poteſt cognoſcere contractum locationis a contractu emptionis ⁊ vendicꝭ.idē habuiſtꝭ.ſ.e.l.ſabinus alias incipit ſi cū rem ⁊c. Nō.ꝙ tegulī.dicuntur vēditoꝛes quādo vendūt tegulas ex perſona materia factas qꝛ p̄ſtāt materiā ⁊ operaꝫ ſed ſi pararet operā in materia aliena dicuntᷣ cōductoꝛes ſeu cōmutatoꝛes vt ſi ex tua certa faciunt tegulas hoc expedit ſcire vt ſciamus quo genere actis agendum ſit ⁊

facit.ſ.eo.l.ſabinus.

**In uendendo.** In ꝯtu emptio.⁊ uenditi.uenīūt que dam etiam ſi nō dicant̄ ⁊c.

Additio. Bald.

In vēdendo. Nō.ꝙ illa q̄ nāliter inſunt ꝑ expſſis habētur.ſecus in aliis que nō inſunt nāliter.h.d.Et nō. hāc.l.pro materia ꝯtuū. Nō. ꝙ ſi vendis mihi prediū quod nō hʒ viaʒ niſi expſſe dicatur vt preſtes nō teneriſ preſtare vt hic.ſed.l.videtur dicere ꝙ preſtare debeas vt.ſ.ſi vſuſfr.pe.l.ij.§.i.⁊.C.de ac.⁊ obli.l.i.§.fi.imo preſtare dʒ vt.ſ.e.l.q fundū.§.in lege. So.an uendo funduʒ vel aliquid aliud.aut nō habetur additus. ⁊ tūc additus preſtādus eſt ⁊ ita loquitur.l.ſi fundū.Si autē hʒ additū tūc additus ꝑſtandus eſt ⁊ ſi additus nō eſt vel iter vel via ꝗuis mea intereſt vel iter vel actu vel viaʒ aliūde habere.⁊ ita ītelligitur hic. Sed certe non bene ītelligitur ⁊ ideo dicas meliuſ vt.l.gayus.in glo.ij.ſo.ſ. de ſui.vr.ꝑdi. Quero ſi habes duos ſundus. ⁊ vnuʒ tibi uendo ad quē nō eſt additus nō per meū queʒ retinui uel ad aliuʒ queʒ retineo nō eſt additus niſi ꝑ illuʒ queʒ uēdidi.nūquid poteris me cogere uel ego te ī imponēdā ſeruituti.Ro nō puto lʒ ſecus in ultima uoluntate ut.ſ.de ſer.ruſti.ꝑdi.l.binas ⁊.ſ.de uſufr.uel.l. dānas.§.i. Sed nūquid hic poſſit cogi uendere cum aliūde nō poſſit uiā comode habere. Ro ſic.ar.ſ.de ſer.ru.ꝑ.l.ſepulcrū ul' dici poteſt ꝙ ſpāle ſit ibi fauore religionis uel dic ideʒ in uenditōe ꝙ in ultima uoluntate.nō.ſi equitas ſit.

**Alienatio.** Res trāſit cum cā.h.d. iſta .l.Nō.ꝙ alienatio nō impedit naſci obligatōnem facit quod nō. Ja.ſ.ad ſilla.l.ſenatus dixi i.l.ſi fundus.ſ.locati ⁊ uide qō dixi i .l.ſi mors.§.ij.ſ.de do.inter ui.⁊ ux.

**Sicum undum.** Si uenditor ꝓmiſſit emptori exigere mercedeʒ rei uendite a ꝯductore debʒ in exigendo diligētiaʒ ꝑſtare. Iteʒ in uenditi. ſolēt adici vba ꝙ dolus malus abſit a uēditore.h.d. Verba futuri tēporis nō importāt ꝯdicti.ar.ꝯ.ſ.eo.l.ſi debitor. §. fi.⁊.l.cū ab eo.⁊ facit de leg.ij.l.ſi ticius.

**Fere aliqui.** Dolus dʒ abeſſe a uēditore ñ ſoluʒ tempore ꝯtus. ſed etiaʒ poſtea qñcunqʒ ut nō.ex.in auē.ſacra pubex.xxij.q.

**Rutilia pola.** Nō.ex hac.l. ꝙ vba ꝯtus referunt̄ ad tēpus ꝯtus ſecundo uides hic ꝙ lacus nō habʒ ius aluuionū. Ultimo circa iſtā.l.vide.q.adquā glo.all'. i.l.dāni infec.ſtipulatio pertinet.§.ſi is q.ſ.de dā. infec.

**Imperatores.** Quibus mēſuris menſuret̄ ē i arbitrio ꝯhentiū.h.d. Nō.iſtam.l.⁊ de materia iſtius.l.videbitiſ plene nō.in.l.arbitrio.§.de eo.ſ.ō do.

Addi. Bal.

Imperatores. Nō.ꝙ pro vēditionibus aliq dicunt ꝙ nolūt uendere ad mēſuraʒ cōmunis.⁊ dñt. ego uolo tīn de hoc uaſe nūc uendo tibi tāquaʒ ad mēſuraʒ cōis ꝙ pōt fieri. Item nō.ex fi.iſtius.l.ꝙ poteſt renūciari cōſuetudini.⁊ derogati per pactum iſtud eſt nex niſi ꝯſuetudo eſſet ꝓhibitoria.ut nō.C.de fideiuſſ.do.dē. Et ad ꝯ huic.l.qō nō. Inno.de cenſ.c.oli cām uide Bar. in.l.ij. de ſolu. Bal.

**Pacta conuēta.** Pacta ſup accidētalibus ſeu nālibus ꝯtus facta ad exceptōem tīn proſunt.lʒ ſi apponātur ſuper ſubſtantialibus ad actionem proſunt h.d. Nō.ex hac.l.ꝙ pactum appoſitum ſup nālibus ex interuallo ſi apponatur ad diminutōeʒ nō ualet ad actōnem.ſed ad exceptōem tīn.pactum vō appoſituʒ ſup ſubſtātialibus ꝯtus ualet ēt ad actōnem ſiue apponat̄ ad augumētum ſiue ad diminutōem. Secūdo nō.i hac.l.ꝙ dictio poſtea denotat interuallū ut hic de quo habuiſti i.l.iuſ gentiū.§.adeo.⁊.§.idem reſponſū ⁊ ibi dixi.ſ.de pac.vos habetis hic vnaʒ glo.q̄ ponit plura .nā prio ponit qō ſunt genera pactorū dicens qō ſunt tria. Quedā ſunt ſubſtantialia.quedam naturalia.quedam accidētalia. Secundo ponit que ſint pacta que apponūtur incōtinenti ſiue ex iteruallo pariant actionem.⁊ quando excepti.⁊ qñ pcm incōtinenti appoſitū parit actionē pſcri. verbis.⁊ veterem actōem informet.⁊ in quibus caſibuſ pactum incontinenti appoſitum actionem non pariat Tertio dicit ſi pactū non ſeruetur quo iure ſuccurretur ei i cuius fauorē fuit appoſitū. Quarto ⁊ vlti. dicit vtrū in contractibus nominatis habeat locum condictio ob cauſam. que omnia in hac glo.ponuntur. In glo.in verbo noua actio ibi naturalibus contractus intelligaſ iſtud probatur infra de actio. emptō.l.ex empto in fi. ibi dum dicit que naturalibus inſunt ⁊c.in eadem gl. ibi diuerterint ⁊c. Circha hoc vide quod notat̄ .C. de pac.l.in bonefidei.ſ.de pac.l.iuſ gentiū.§.quinymo ⁊ ibi dixi ⁊ ibi vide in eadem gl.ibi ego diſtingo tu vero dic ſecūduʒ odofr.ꝙ etiā ſi fiat pactū in continēti ſuper ſubſtantialibus contractus actio prima tollitur qr videtur ſe contraxiſſe ⁊ nouum contractum feciſſe ar.l.i.de manu.te.l.ſticus. Imo pāphilus qñ vero pactū fit ex interuallo tūc ꝙ tollatur actio pᵒ tex.ē hic ⁊ ita tenʒ odo. hic in lec.iſtius.l. Bald.

**In eadem.** Glo.ibi pacta vero que ſunt de accidentalibus iſtā partem gl. vſqʒ ad vſi.in caſibus nec datur ⁊c.examinaui tibi in. l. iuſ gen.§.quinymo videtur dicere ꝙ nō detur rei vēdicatio pacto nō ſeruato nulla habita diſtincti.niſi in caſibus tribus. Sed hec glo.vr̄ melius loqui quia eo caſu quo preciū nō eſt ſolutū vel ſi non eſt fides habita ō eo emptio nō eſt perfecta quo ad tranſlationē dominij vt ſ.e.l.ꝙ vendidi.inſti.de re.di.§.vendite ſed ſi uolumus dictaʒ glo .§.quinymo ſuſtinere poſſumus dicere ꝙ dicta gl.nō male loquatur intelligendo eā ꝙ habuit reſpectū ad tranſlatiōnē dominij. Circa illud autem ꝙ ſequitur in gl.vtrū condictio ob cauſam habeat locum in contractibus nominatis ⁊ quādo ⁊ i quibus cōtractibꝰ nominatis locū habeat vide.qō habuiſti.nō.i.l.fi.ſ.de ꝯdic.ob cām ⁊ ibi dixi qō nō.⁊c.

**Papinianus.** Nō.ex.§.iſto qō appellatōne publici intelligitur publicum locum qui eſt in vſu publico.nam uides hic qō uenditor excipit.qr in uenditorem nō ueniret. ſed quid eſt iſtud publicum quod uidetur excipere. Ro intellige ō loco publico qui eſt in uſu.nō de loco publico qui nō eſt in uſu publico q ñ.ē ō patrimonio fiſci.nā duplex eſt locus publicus ut uidiſtis.ſ.e.l.ſed celſus.

**Clauibus.** Nō ſūmatur qr breuis eſt Nō.ex hac.l. duo pmo qō traditio clauiū videtur tradita poſſeſſio eoruʒ que ſub clauibus ſunt circa quod vide qō nō.gl.de acq. po.l.i. Secundo nota.ex hac.l.qō quo caſu traditiōe facta a dñ transfertur dominiuʒ eodeʒ caſu traditiōe facta a nō domino transfert̄ vſucapiendi condictio vt hic eū quo vide qō nō.gl.ſ.de acq.po.l.pōponius.§.q iuſu.

Additio. Bal.

Clauibus. Traditio clauiũ iuxta rem importat traditõem poſſeſſionis ⁊ ſicut tradente dom.no trãſfertur vſucapiendi ꝯdictõ.tradiꝗ.ex cã emptꝗ.ſed ubi nõ pcedit cã dñij intelligit traditio fieri cã cuſtodie vt.j.de leg.ij.l.cũ pater.§.pluribus.adde ad hanc.l.qđ nõ.dy.ex de reg.iur.c.i.li.vi.⁊ quod nõ.in ſpec.de furtis.§.quid ſi reſ Sed nũquid per ablationem clauiũ factã iuxta reȝ auferatur poſſeſſio cogita.

De re ſacra. Solum ad hoc remanet ſacrũ licet diruatuȝ eccleſia.§.inter. Nõ.ꝙ quis excipiẽdo ſepulcrum nõ intelligit excipere locum purꝝ licet ſit deſtinatum ad ſepulcrum. Bal.

Qui fundũ. Actio ex vendito iformatur ex pacto incontinenti appoſito vt detur ad illud quod in pacto deuenerit.h.d.vidiſtis de hoc.ſ.eo.l.pacta ⁊ in.l.iur gentꝗ.§.gnymo.ſ.de pac.⁊c.

Addi. Bal.

Qui fundũ. Nõ.ꝙ ille q fundũ vendit.ita ꝙ eum retineat pro conducto põt agere vt ſibi locet. Item valet pactuȝ vt nõ poſſit vendi.alij ꝙ ſibi dic vt nõ.ſ.ſi quis cau.l.ſi eũ in fi.ergo ex neutro iſtorꝝ pactorꝝ pſumitur ꝯ eius ſi latus.⁊ facit.ſ.e.l.cuȝ ab eo.

Eum qui. Nõ.iſtuȝ.§.ꝙ eiſdeȝ defenſion.bꝰ vtitur emptor qbus poterat vti vẽditor.⁊ huic tex.⁊ glo.adde ꝙ videbitis nõ.in.l.etiam.§.item ſi qs dolo.ſ.de peti.here. Nõ.ꝙ ius excipiẽdi tranſit ad emptorẽ ſic allegat per dy.i.l.fluminũ.§.addicitur.ff.de dam.infec.

In lege. Paria ſunt nõ eſſe ⁊ nõ apparere.h.d.Et nõ.bene caſuȝ iſtius l.⁊ circa iſtam.l.vide.q.ad quã glo.habeat.⁊ allegatur in.l.dãni infecti ſtipſo pertinet.§.ſi is.j.de dã.infecto.

Addi. Bal.

In lege. Locus qui eſt i comertio lȝ ſit fiſci non ꝯtꝰ appellatione loci ſacri vel religioſi.h.d. Nõ.ꝙ exꝰ que nõ hȝ locum nõ prodeſt excipienti facit de leg.iij.l.ſi qs ita legauerit. Bal.

Fiſtulas. Qui aliquid excipit intelligit excipe ea per que peruenitur ad aliud.h.d. Nõ continetur explicite tamen continebatur implicite. Bal.

Fundum ab eo. Hic q̃ro an iſte §.hodie corrigit gl.hic videtur velle ꝙ ſic quaſi iſte talis hodie nõ poſſit eſſe tutor.ſed de hoc dic i aut.minoris debitor C.qui dari tu.po.

Addi. Bal.

Fundũ ab eo. Tutor poſſeſſioneȝ ſibi debitam a pupillo poteſt ſibi tradere.propria auctoritate.⁊ exercentẽ de poſſeſſione pupilluȝ.⁊ familiã eius.h.d.Et nõ.bene Nõ.ꝙ in acceptione poſſeſſionis decretũ nõ eſt neccm Nõ.hic purificari tradere poſſeȝ ⁊ derelinquere vt alius ingrediatur.⁊ huic.§.allegat Ja.bu.C.de acq.poſ.l.vltima ꝯtra glo.⁊ pro intellectu huius.§.vide oio quod nõui in.l.eum ipe in fi.C.eo.ti.

Qui fundũ. Modus nõ diuiditur ⁊ tranſmittitur ad hrdem.h.d.poſſet dici ꝙ hec eſſet ꝯdictio propter ablatiuũ abſolutuȝ.tamẽ iſta ꝯdictio non erat inſerta obligationi.ſed executioni obligatꝗ. Nõ.ꝙ venditor nõ coartatur ad vẽditioneȝ alicuius partis ñ ei tota pecunia ſoluatur.

Frumenta. Nõ ſũmatur q2 breuiſ.ſed nõ.bene caſum iſtius.§.

Addi. Bal.

Frumẽta. Nõ.caſuȝ cõe peruſij vẽdidit frumẽta recolligenda incluſo hoc acto ꝙ periculuȝ guerre ⁊ glandinis pertineat ad cõmune peruſij dicit iſte tex.ꝙ debȝ intelligi de guerris.⁊ glandinis inſolita qui nõ potuit puideri innuit ẽt iſte tex.ꝙ idem eſſet in caſu ſimili ẽt ex guerrã.⁊ glandinẽ.puta ſi inſolita pluuia corrupiſſet frumenta.ſȝ hoc dic vt nõ.gnil.i.l.ſed ⁊ ſi qs.§.quintũ.ſ.ſi quis cau. Nõ.⁊ iſtum.§.pro ſtatuto quod dat arbitriuȝ ſuper nouis caſibus ꝙ intelligatur nouus caſus.i.inſolitus.in glo.ſed obligat ibi vt hic a ꝯrio ſenſu allegat iſte §.ꝙ ſi vendo tibi funduȝ liberuȝ a decimis ꝙ intelligit đ decimis extraordinarijs nõ ordinarijs facit.l.ſeyo.§.medico.ff.de an.leg.⁊ ibi dixi ſm Jac.de are.

Fundi partem. Nõ ex hac.l.ꝙ ſi vendo rem certo precio aliquo pacto appoſito i mei fauorẽ ꝙ illud pactuȝ in dubio videtur eſſe pars pcij ut hoc tex.cũ glo.que incipit ꝙ ſemper pſumitur qđ no.⁊ tenementi vel ſic pactũ eſt loco pcij ad hoc allegatur. No.ar.ad.q.dicit ſtatutuȝ qđ nemo poſſit uendere foliculũ vini ultra ſex dinar dicit cauponarius volo ſi uis uinum ꝙ emas iſtam caſtaneã ſex alijs denarijs queritur utrũ incidat i ſtatutũ.nam hic pactum requirit pcium ut hic ⁊.j.đ ac.emp.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.⁊ de in diẽ adiec.l.ſi predio.§.fi.⁊.l.pe.ſm dy.⁊ cy.in addi. Item eſt ar.qđ qui petit reſtitui ꝯ ꝯtum uideatur petere reſtitui ꝯ pactũ ſm Ja.đ are.uide omnino que dixi.ſ.e.l.pcã.

Cum manuſata. Nõ. vendita ſilua ciuis debeat eſſe glãs ꝙ illa que cedit incitionẽ ſilue eſt venditoris ea que eſt in arboribus cum ſinduntur ẽ emptoris ſi vero emiſſet omnes fructus ſilue nõ haberet locum hec diſtinctio quia quicquid infra tempus cõtractus naſcitur pertinet ad emptorem de vſuf.leg.l.in fructu. Bald.

Silua cedua. Non ſũmatur q2 breuis ſed nota caſum iſtius.§.

Nemo poteſt. Nõ.ex hoc.§.ꝙ licet contractus vbi fit mentio precij dicatur emptio venditio vt eſt tex.in l.vltima circa mediuȝ.C.de pdijs curi.li.x.⁊ Nõ.per gl.in.l.apud celſum.§.ſed cũ legatũ.j.de doli excep.tamẽ hoc fallit vnde eſt in contrariũ regula que traditur hic vidȝ quando agitur vt dñm non transferatur vt hic. Item fallit vbi eſt puitas pcij quoniã tunc potius preſumitur locatio ⁊ condictio ꝙ emptio ⁊ venditio vt no.per gl.in.l.i.§.i.j.de ſuperficiebus qđ no.⁊ tenementi perpetuo ⁊c.

Additio. Bald.

Nemo. No.ꝙ vbi pactum ꝙ nõ transferatur dominium ſi directũ non eſt emptio vñ licet detur preciuȝ p vtili dominio proprietate remanẽte venditioni non eſt contractus emptionis ſed contractus emphiteoſis ſm glo.ꝙ bene no.⁊ vide hic qđ no.C.de fide inſtru.l.contractus vnde ſi apponitur in contractu pactũ per quod remaneret naturalis venditionis effectus puta vendo rem retento dominio directo ⁊ vtili venditio nulla eſt quia a quo remouetur naturalis effectus remouet ſpecies. Si aũt vendit utile dñium retẽto directo bene tȝ venditio cum emphiteota non ſit proprie dñs vt ibi no.in glo.ma. Sed pone qđ venditor tradidit rem hoc acto

vt non tranſeat dominium donec precium integraliter ſit ſolutum nunquid iſtud pactum teneat ⁊ vide qđ dixi in Rica.C.e. Bal.

**Ticius cũ mutuo.** Pacto ſimile pacto.l.cõmiſſorie inter debitorẽ ⁊ creditorez reprobat' nõ aũt inter debitorẽ ⁊ terciuz.h.d.

Addi. Bal.

Ticius. Valet pactum inter debitorez ⁊ fideiuſſorẽ ꝙ fideiuſſor poſſit emere pignus ⁊ eo ipo fiat dñs.h.d. Et pactuz.l.cõmiſſorie eſt reprobatuz iter debitorem ⁊ creditorez ꝓncipalem.ſed nõ inter debitorez ⁊ fideiuſſorem.⁊ aduerte ꝙ hic nõ pretendebat fideiuſſor tituluz ⁊ ille titulus de pactꝭ.pig.nõ facit. Nõ.ẽt ꝙ fideiuſſor põt emere pignus ex ꝓmiſſione debitoꝛ. Bal.

**Lucius ticius.** Obligatio pſonalis non ſequit' fundũ poſſeſſionis.h.d. Cõcordat.l.fideicõmiſſũ §.tractatũ.ſ.de iudi.ĩ.ad trebellia.§.i.l.ſi heres in glo. ſua ibi ſo.vt ibi.vel dic vt nõ.in.l.gayus.ĩ.de an.lega.ſ. alle.in glo.⁊ circa iſtum.§. vide quod nõ.glo.in.l.iij.§. opus.ſ.de alie.iu.mu.ca.fac.⁊ quod nõ.dy.in.l.fi.ĩ.de ope.no.nũ.⁊c̃.

Addi. Bal.

Lucius ticius. Obligatio pſonalis nõ ſequitur particularem ſucceſſorez.h.d. Vel ſic emptor nõ ſuccedit ꝑ obligatõe perſonali auctõiſ ſui. Nõ.hoc ar.ꝙ ſicut emptor nõ tenetur ſtare colono.ita nõ tenetur ſtare ẽptori redituũ vel proventuũ.ſed tu dic ꝙ qñqꝫ ex iſto ꝯtcu eſt actuz ius reale.⁊ tũc tenetur ſtare.ff.de vſuf.l.ſi quiſ ita qñqꝫ ẽ orta ſola obligatio pſonalis.⁊ tũc cuz iſta trãſeat ad emptorẽ nõ vr ꝙ emptor teneat' ſtare facit.ĩ.loca.l.ſi fundus.C.eo.l.emptorẽ.ſi tu velis rñdere ad hũc tex.dicas ꝙ hic loquitur de iure agẽdi.ſecus in iure excipiendi vt.ſ.e.l.dolia.§.i.⁊.ĩ.de ac.emp.l.in venditione ⁊ facit de leg.i.l.ab omnibuſ.§.idem iull'.⁊ quod ibi nõ.ꝑ Ja.⁊ de pig.l.lex vectigalis.§.idem queſiyt.adde quõ nõ.i.l.ſi qs viã.§.ſi ſub ꝑna.ĩ.de vbo.ob. Bal.

De in diez adiectione. Rica.

**In diẽ adiectio.** Nõ ſũmatur qꝛ breuis.ſed nõ.i.l.quotiens vtruz ꝯtcus ſit pur' reſoluẽdus ſub ꝯdictione vel ab initio ſit condictionalis dic qñqꝫ apponũtur vba ſapiẽtia ꝯtcuz qñqꝫ ſapientiã diſtractũ primo caſu verba ꝯdictionaliter prolata reddũt ꝯtcum ꝯdictionalez. Secũdo caſu reſoluẽdum ſub ꝯdictione ⁊ ſic d dictõe niſi aut emi apponit' ad pfectõz ꝯtc' aut ad reſolueñ.ꝑmo cãu facit ꝯdictõz.ꝑo nõ.⁊ h nõ.gl.ſubtilr dic emi hoc eſſe nũerũ in ꝯtcibus. ſed in vltimis voluntatibus dictio niſi importat ꝯdictꝫ.quãdo reſpicit tractuz de futuro ut.ĩ.de ꝯdi.⁊ demõ.l.quibus diebus.§. quidticio dicit tamen gl.ꝙ tũc ꝯtcus dicitur ꝯdictionalis qñ eſt in ſuſpenſo quo ad ſuũ eſſe.adde quod nõ.ĩ. de ac.⁊ ob.l.obligationuz fere.§.condictio. Secũdo nõ.glo.que incipit qui dr̃ que eſt notabilis.⁊ menti tenẽda ⁊ adv'te ad fi.glo.qꝛ facit drĩam inter ꝯtcus ⁊ vltimas voluntates.⁊ huic gl.adde quod nõ.dy.in.c.ꝙ ſemel placuit ex de reg.iur.li.vi. Bal.

**Sed marcellus.** In glo.que incipit ñ deſinit ibi hic de neceſſitate nõ.tex.⁊ nota notabilem ſolutꝫ.quaz dat glo.ad.l.bouez.§.pignus in glo.al'e. Et iſte tex.⁊ glo. facit ad iſtam.q.quod ſi vẽdo tibi rẽ pacto appoſito ꝙ.ĩ.annum illam mihi reuendas.⁊ tu.ĩ.illuz annũ obligas rez ⁊ poſtea ſecũdum pactum mihi reuendis ꝙ dicta obligatio pignori diſſoluitur.ratio eſt qꝛ uendis mihi ex oblig.primi cõtractus.vt hic ſecus ſi reuenderes ex volũtate vt dicto.§.pignus.⁊ hac glo.⁊c̃. Bal.

**Melior aũt ꝯdictio.** Nõ.iſtũ.§.ex quo optime declaratur quando dicatur melior condictio afferri ⁊ tene ipſum menti. Bal.

**Item quod dictum ẽ.** Iſte tex.d clarat.l.ij.in fi.⁊ nõ ſũmatur. Bal.

**Si quis extiterit.** Etiã primus emptor ad plus offerendum admittitur ⁊ ei plus offerenti res admittitur ꝫ fructus tñ interim percepti debent eſſe vẽditoris ſicut ſi alius plus obtuliſſet. Nõ.ꝙ ſi penes primũ emptorẽ remaneat res ex licitis nõ lucret' fructus medij temporis quia nõ habet rẽ ex primo cõtractu ſed ex nouo contractu qui idem operatur in eadem perſona quod operaretur i noua quod nõ.nõ ergo proprie dicitur res penes eũ ꝑmanere ſed potius diſcedere ex prima emptione ⁊ ex ſecunda venire qđ eſt nouũ factũ cũ repetitiõe ꝯtcus ſy.ĩ.de preto.ſtipu.l.valarianus dubitatio erat qꝛ per licitationem videbatur conferri prior contractus in eadem perſona ſed non eſt verum qꝛ aditamentũ pretij nouum contractum facit.ſ.d ꝯtrah.emp.l.pacta conuenta.§.paulus.

**Neceſſe.** Venditor plus offerẽti vender' non debꝫ niſi prius emptor' requiſito.h.d. Vſqꝫ ad.l.ſabinus Nõ.hunc.§.⁊.l.eſt neceſſe.ĩ.eo.⁊ glo.ibi poſitaz que optime declarat l.illam. Bal.

**Licet.** Nõ.gl.ꝙ licet verba ſic ſint concepta ſi alius meliorem condictionez atulerit ⁊c̃.tñ ad hoc beneficiũ admittit' ipſe idez emptor qꝛ venit vt alius nouo contractu vt.ſ.ꝑx.§. Nõ.ꝙ venditor debet notificare emptori primo qũo plus offertur ad hoc vt ille poſſit vincere licitantẽ l.vltima.C.de iur.emph.⁊ de leg.ij.l.ſi cũ quibuſdã ⁊.l.vnum.§.rogo per. Ja.

**Sabinus.** Ille qui vendit ſub pacto adiectionis in diem meliorem condictionem oblatam põt reicere ⁊ ſequi primam condictionem ſi vult niſi fuerit actũ ꝙ meliore cõdictione oblata liceret emptori reſilire. Predicta ꝓcedunt ⁊ locũ habent in vendente rem ſuaz.ſecus in creditore uendẽte qui meliore condictione oblata primam uenditionem ſequi nõ poteſt.h.d.cum.l. ſeq. In tex. ibi pignus adiectũ ⁊c̃.i.venditum ſub pacto adiectionis in diem. Nõ.caſum iſtius.l.ſi preponatur ⁊ ex hac.l.habeſ ꝙ ille qui uendit rem alienam.⁊ nomine alieno nõ uidetur bona fide uerſari ſi nõ dat plus offerenti. Bal.

**Quod autem.** Pactum adiectiõis in diem poteſt adici ſemel bis ⁊ pluries.h.d.

Additio. Bald.

Quod autẽ. Nõ.ꝙ ſi primo vendidi ſub pacto adiectionis i diem ⁊ alius poſtea emit pluri vel ſimili pacto dicebam ſabinus primam emptionem non ſolutam ꝑ ſecũdam que poteſt nõ habere locũ cum ſit reuocabilis

ſed iuſt̄.dicit contra quia eſt receſſuȝ a prima cum ſecū da emptio ſit contracta ⁊ idem in tertia ⁊ ſic de ſingul̄. Et nō.caſum vt ſit maior dubitatio. pone ꝙ eſt p̄fixus terminus ⁊ ꝙ eſt lapſus re ſic ex̄ñte pendenti.

**Item quod.** Nō.hic diſtinctionē pluribus vendētibus an deſtructo p̄cio an eodē p̄cio. Primo caſu quilibet pōt facere facta ſua ꝑ ſe.ſecūdo nō ymo vnus ɔdictor plus operatur ꝙ̄ ſcīn multoꝝ quod eſt notabile.fallit tm̄ quando eſt actum ꝙ emptor debeat habere omnes partes. naȝ tunc lȝ ptes precioꝝ fuerint diſtincte.tamē illud pactū operatur idē ꝙ vnitas precij.idem cuȝ operatur vnitas rei ꝙ precij ⁊ de hoc gloriatur celſus ꝙ hic a nemine eſt aiaduerſum vnitas.n.precij facit ꝙ ɔctus i totuȝ manet.ſed illud pactum facit ꝙ ɔctus in totuȝ reſoluatur rōne partis.vnd̄ nō eſt per omnia idem ſed in hoc.tm̄ ue fiat diuiſio.

**Idem eſt.** Nō ſūmatur q̄ diſtinguit. ſed nō. caſum iſtius.§.⁊ legis ſequētis cuȝ ſeq.⁊c̄.Bal.

**Quod ſi uno. §. uerum.** Nō. in iſto.§.ꝙ quātum plures ſūt vēditōes cū pacto adiectionis in diē vnus coruȝ plus offerēdo p̄t recuperare totā rē licet ſecuſ eſſet i vno vēditore.⁊ ſic facit ad.q.tribus canonicis eſt data electio ꝑ alios d̄ capitulo vt eligant tertiū.⁊ ille electus dat ſibimet ip̄i vocē ſuaȝ.queritur vtrū talis electio valeat.⁊ vtꝝ valeat vox quā electus ſibimet ip̄i dedit.⁊ dicimus ꝙ ſic ar.iſti⁹.§. q̄ lȝ rem meaȝ nō poſſuȝ emere.ſ̄.ti.i.l.rei ſue tamē rōne partiuȝ ſocioꝝ meoꝝ poſſum emere reȝ meaȝ. vt hic ⁊ facit.ſ̄.man.l.funduȝ qui ex parte ſic ⁊ in.q.nr̄a nam lȝ quādo eſt cōmiſſa vni electio vt eligat abbatē nō pōt ſe ip̄m eligere ar.ſ̄.mādati.l.ſi mādauero.§. ſi tibi tam̄ ratōe ſocioꝝ adiunctoꝝ in electione facienda valȝ mea vox mihi preſtita ſ̄m cy.in addi.de hoc nō.i.l.plane.§. ꝙ cuiuſqȝ vni.no.Item nō.i generali ſermone ɔtinetur ꝑſona vnius ex l°ᵇˢ. Bal.

**Si uenditor.** Nō ſūmatur iſtud p̄n cipiuȝ.q̄ diſtinguit iſtā .l.vel dic ꝑ ɔctum ſimulatū nō recedit a ɔctu. Nō.ſed ꝑ vnum ɔctum ſic dūmodo de iure ſubſiſtāt ⁊ ponit diuerſa excēpla vſqȝ ad.§.p̄ter corpus in iſto tam̄ ɔctu nō erat ſimulatō in ſubſtātia.ſed in quātitate ⁊ nō. ſed ſi emptor. Nō.ꝙ ſil̄atio in perſona nō hȝ impedire quādo eſt veritaſ i ɔſenſu ſic.j̄.d manu.l.iiij.§.ſi ab ignoto. Nō.cuȝ cōprobare qui malū elegit ſciēter facit.j̄.de re iudi.l.qdam ɔſulebat.ſed ſi neuter. Nō.ꝙ electio ſcienter facta hȝ viȝ approbationiſ ɔcor.de re iudi.l.quid ɔſulebat in.vſi.ſed ſi poſtea i p̄ncipio loquitur de pupillo ubi emptio ɔſiſtit ſoluȝ quo ad nālem obligatōeȝ quo ergo in vſi.aliter loquitur quādo nulla eſt orta obligatō ſ̄m glo.quaȝ habuiſtis.ſ̄.ti.i.l.ij.vr̄ velle ɔrium videlicȝ ꝙ naſcatur obligatio tamē nō cum effectu de hoc an inter p̄r̄m ⁊ filiuȝ dn̄m ⁊ ſeruum oriatur obligatio habuiſtis in.l.frater a fratre.ſ̄.de ɔdi.inde.⁊c̄.

**Preter corpus.** Nō ſūmatur q̄ breuiſ In tex.ibi p̄ter corpus .l.rei vendite.In tex.ibi nihil ſequitur ⁊c̄.d.c.ſ. ſecūduȝ emptoreȝ ⁊c̄. Nō.ꝙ p̄cium ⁊ cōdictio nō dicit̄ melior ꝑpter acceſſoriū cuȝ acceſſoriuȝ nō eſt curāduȝ.⁊ eſt rō q̄ in p̄mo ɔſtituendo fuerat habitus reſpectus ad reȝ p̄ncipaleȝ.fructuſ n.aſcendebant ex diſpoſitōe legali ar.tm̄ ɔ in.l.fi.§.i.que in fra.cre.

**Si predio.** Nō.ex hoc p̄ncipio. nā iſta .l.facit ꝙ ius implendi ɔditionem in ɔctibus trāſeat dixi d̄ hoc in.l.ſi neceſſarias.§.ſi vendēdo.ſ̄.de pig.ac.vbi ꝑ guil.d̄ cu.nō ꝑ cy.in.l.ſi plures.C. de ɔdi.iſert.⁊ dic ꝙ in his que deſiderant volūtatem hereditas non haberetur loco perſone.⁊ temporū a condic.currit hereditati iacenti ⁊ ſi ſupereſt de tempore condictio tranſmittitur ad hr̄dē.h.d. Nō.ꝙ hereditas non reſtituit̄ aduerſus lapſum termini hic nō loquitur in termino legali ſed in tempore conuentionali ⁊ facit.ſ̄.de minori.l.emilius largiā.In glo. Nō.hereditatē ar.ꝙ hereditas non pōt conſtitui i mora qd̄ eſt neceſſariū per interpellationem quia non itelligit ſe debere ſed per diei certe appoſite lapſum vt .l. ad diem de v̄.ob.in gl. Nō.ꝙ in f◦ſo .ibi in vltima voluntate vt non tranſit cōdictio niſi mora precedat vt e.ti.l.cum fundus hic autē in cōtractibus vt in.§.ex conditionali vt.j̄.de ver.ob.l.qui rome.§.auge◦rius q̄ ibi ɔdictio erat coartata ad vitā ⁊ ideo nō trāſit.

**Si fundus.** Quādo ɔbitur debet ɔſiderari quātitas additi vel detracti facit quod dixi.ſ̄.de contrah.n.emp.l.fundi partē.

**Imperator.** Sicut fructuſ percepti per emptoreȝ melioris ɔditōnis oblata reſtituūtur venditori.ita ⁊ ɔuerſo ip̄i primo emptori dȝ reddi quod impendit. h.d. Nō.tex.in fi.⁊ credo ſenſiſſe ⁊c̄.ꝙ in dubio dȝ intelligi ꝙ lex loquatur de illa actione de qua loquitur titulus i qua illa lex ſituata ē.Idem habuiſtis in.l.fi.ſ̄. de cōdic. inde.in p̄n.⁊ ibi nō.⁊c̄. Uel aliter vbi nō ſit expreſſa mentio actionis intelligitur de actione congruente ſubiecte materie ad h̄ allegatur. Bal.

**Cum duo.** Nō.notabilem diſtinctionem iſtius.l.⁊ circa iſtaȝ.l. vide qd̄ nō.C.de dotis pro.l.i. Ratione incertitudinis nil valet quod agit̄.h.d. In glo.non ergo. Nota ꝙ quedā allegationes iſtius glo.loquuntur quādo eſt dubium facti.Quedā quando eſt dubium perſone Quedam qn̄ eſt dubiuȝ temporis ſeu ordinis ⁊ videtur ꝙ vbicūqȝ aliquid certū eſt de ſubſtantia probationis vbi viciat incertitudo ⁊ facit ad.q.de pluribus concurrentibus ad brauiū ita ꝙ nō apparet de ordine preuentj.vt.ſ̄.de ſtatu.ho.l.aretuſa. Si autem ſit dubium vtrum vt.ſ̄.de legi.l.ambigua adde qd̄ nō.j̄.de penis.l. ſi preſes ⁊ facit ad.q.ꝙ ſi venditur cluſium per ſe ⁊ venditur ꝙ alius redditus per ſe ⁊ ego promiſſi incluſio. x. ⁊ in alio redditui.v.⁊ poſtea apparet alius ad banᵗᵃ. ⁊ in vtroqȝ ſimul ꝓmittit.xx.ꝙ nō dicat̄ ille me ſuperaſſe q̄ non apparet in quo me ſuperauit.vtrum incluſio vel redditu.vnde oportet ꝙ diſtincte ⁊ ſeparate ⁊ quodlibȝ per ſe promittat. Bal.

**Cum in diem.** Unus ex emptoribus poteſt offerre meliorem condictionem ⁊ tota nouatio ēptio nouatur.h.d. Bal.

**Prior emptor.** Prior emptor n̄ habet actionē cōtra ſecundum quia perſonalis actio non ſequitur fundū ⁊ hoc dicit. Bal.

De lege cōmiſſoria. Rica.

**S I fundus.** Quando apponit̃ pactum.l.cōmiſſorie vendicio ē pura ſed reſoluit̃ ſub condictione ꝛ iſtud pactum apponitur in fraudem venditoꝝ.ideo venditō poteſt vti iſto pacto volens inuitus aūt nō cogitur.h.d. vſq₃ ad.l.ſi fundus ꝛc̃.Circa glo.rubrice quero que eſt rō quare i pignoribus reprobat̃ pactū.l.cōmiſſorie Rō eſt ne creditores ſuā₃ auariciā₃ exercerent.vt nō.glo. in.l.ij.gs i cōſcribendo.C.de pac.

**S i fundus.** Pactū.l.cōmiſſorie nō facit ꝯdictionale₃ emptiōem ſed emptōem reſoluit qḋ dic vt nō.in.l.ij.ṡ.ti.i.Quero hic quādo venditur ſub pacto.l.cōmiſſorie vel adiectionis in die₃ que actio competit venditori ꝯdictione exiſtente Rn̄deo aut apponūtur verba directa vt ſit inempta.ꝛ tūc agetur rei vendicatōe.qꝛ res ē apud ēptore₃ ſine cā.Si autē apponitur v̄ba obliqua ꝙ res reuertatur ad dn̄m.tūc agetur actione preſcri.v̄b..qꝛ nō tranſit dn̄iū₃ recta via quādo v̄ba ꝯtus ſunt obliqua vt ſingulr̄ legit̃ ꝛ nōtur.ĵ.de dona.l.i.in magna gl.ꝛ hoc nō. cy.ṡ.ti.i.l.ij.in addi.Credo ꝙ i primo caſu ꝯperat ad retraditōem actione ex vēdito.ṡ.ti.i.l.ij.ꝛ.l.in pr̄ vbi expſ ſum ar.ĵ.e.l.ſi fundus ꝛ.ṡ.de ꝯhen.emp.l.ſed celſus.§.i.v̄ſi.nō ꝑturbari debemus.Bal.

**Q uum venditor.** Semper pactum quod expellet̃ rō ne more eſt interpretādū i fauore₃ creditoris nō debitoris.ꝛ ideo pōt renūciari per creditorem pacto ĵ.e.l.iiij.§.eleganter.ꝛ.l.poſt die₃.ꝛ idem dico in legali diſpoſitōe vt.ṡ.pro ſocio.l.cū duobus.§.ide₃ rn̄dit ꝛ qḋ notatur i.l.ij.ṡ.ſi ager vectiga.Bal.

**Eleganter.** Eligens inter ꝯria variare non poteſt.h.d. In glo.vel in area.

Nota.in iſta glo.vtrum poſſit alicui prefigi terminus ad eligēdum ꝛ ad declarādum.an vellit ꝯctum ſubſiſtere op₃.n.ꝙ elligat alterum ꝛ facit contra proprietarios qui recipiūt cenſu₃ ꝛ proteſtamur ꝙ ſi res eſſet reuerſa ꝙ nollūt ſuū ius perdere.na₃ non valet iſta proteſtatio iuri ꝯria.qꝛ debet determinar̃ animū ſuu₃ ad vnā parte₃ tantu₃ vt hic ꝛ.ĵ.de ac.emp.l.iulī.§.ſi qs a colu dente ꝛ.C.de vſur̃.l.ius vaſa ar.ex̃ de cen.cū oli₃. Nō. ex hoc.§.ꝙ ſtatim cū preciū₃ nō eſt ſolutu₃ d₃ ſtatim vēditor dicere vtrū vellit vti.l.cōmiſſaria vel preciu₃ petē ꝛ ſi eligit.l.cōmiſſoria₃ nō poteſt poſtea variare ꝛ aducerte.qꝛ iſta glo.hic dicit ꝙ poteſt cogi hic venditor ꝑ ēptorem officio iudicis vltimo hūc tex. adducit Mar.ſilla. ad.q.ꝙ ſi habeo debitore₃ meū i bāno rōne ꝯtumacie ꝛ poſtea accipio ab eo fideiuſſore₃ ſeu ſatiſdatione₃ qḋ videar renūciare omni ꝑuilegio bāni ad idem.ṡ.depoſiti.l.ei apud.§.in ſequeſtro.

**In comiſſoriā.** In glo.ſua ibi cā ſit conſuetu₃.nō.glo.menti tenendā₃ in.§.qꝛ aſſidua ꝛ.C.de fideiu.l.ſi.Sed tu dic ꝙ ca que ſollita ſūt fieri.ꝛ apponi in ꝯtibus nō preſumuntur niſi probentur quādo aliquid adiciūt obligationi vt dicit iſta glo.quam tene menti ar.eius quod nō.ĵ.de v̄. ob.l.ex ea parte. Nō obſtat.ĵ.de v̄.ob.l.ſciēdū.m.qꝛ nō loquitur in pacto vel capitulo ꝑlumēdo.ſed in ſolēnitate intrinſeca vt ibi nō.Bal.

**Marcell9.** Ubi nō eſt appoſitus certus terminus nō eſt neceſſaria iterpellatio.h.d. Nō.tex.ibi ꝙ ſi nō habet ꝛc̃.Et cum hoc tex.cōcordat.ĵ.de vſur̃.l.cum quidā₃.§.ſi pupillo.ṡ.de procur.l.ſi reus i glo.que incipit quādo dn̄s ꝛc̃.

**L ege fundo.** Cum res habetur i certa.qꝛ p̄cium nō ſolutu r nihil debet remanere penes emptorem. h.d. Uel ſic fructus reuertūtur ad venditorem reſoluto contractu ꝛ emptor qui incidit in.l.cōmiſſoriam ꝑdit arras nec retinet fructus.h.d.Et hic ꝯcluditur ꝙ arre non cedunt in preciūm.qꝛ eſſet ſecus vt.ṡ.e.l.ſi fundus.§.ꝙ ait ꝛ ibi dixi. Nō.ꝙ in re in qua quis feſellit non debet cōmodū reportare.Et eſt ar.ꝙ ille qui delinquit in officio nō debet habere ſalarium.

**D e lege.§.ſi ꝑ emptorē.** Re facta inempta.qꝛ emptor i termino nō ſoluit illud quod eſt datum venditori nomine arre nō d₃ reſtitui nec debet ei dari illud quod cum re vendita erat acceſſurum.h.d.iſte.§.

**Poſt diem.** Si poſt terminum ſolutionis venditor recipiat preciū videt̃ renunciare.l.cōmiſſorie.h.d.cū.l.ſequenti.

Additio.Bald.

Qui petit vel recipit pecunia₃ debitā nomine ſortis videtur renunciare.l.penali ſm cy.in addi.ꝛ ſic eſt ar.ꝙ ſi dominus recipiat ſeruiciu₃ a vaſallo poſt ceſati.longi temporis non poteſt non poterit poſtea dicere tu nō feciſti ſeruiciū tacito tempore ꝛ ſic feudu₃ perdidiſti.ꝛ vꝫ gl.in ti.quo tempore miles.c.i.ꝛ tenet dy.de vſu.in conſti.ſi vaſallus. Nō.hanc.l. pro effectu interdicti ſiue ſequeſtrationis. Bal.

**M ulier.** Nō.ex hac.l.ꝙ ꝓteſtatio facta debitori ne ſoluat excuſat eum ne incidat in penam quod intellige verū quando ꝓteſtatio fu t facta per iudicē vel aliū habentē auctoritatem ꝛ ita d₃ intelligi hic ꝙ fuerit facta proteſtatio a priuato ex cauſa iuſta vt.C.que res pig.ob.po. l.nomē. C. de nouatio.l.iij.alias proteſtatio nihil valeret vt.l.vtrū ṡ.de conſti pe.l.ſi quis prohibuerit.ṡ. de publi.facit qḋ videbitis.nō.ṡ.d procu.l.ſi reus. Nō.in iſta .l.poſſe fieri fraudem creditori in diē vt interponatur tercius q denunciet debitori vt nō ſoluat ꝛ ſic pena contractus ñ cōmittetur ſm odof.ꝛ cy.in addi.Et hoc vidi d facto q dam tenebat̃ ſoluere magnā quantitatē ſub magna pena procurauim⁹ vt fieret ſibi inhibicio ꝛ ſaxiuitū a conſulibus mercatoꝝ.ꝛ per hoc euaſit a pena nā ſi ēt eſſet appoſitum iuramentū non incideretur in penā nec etia₃ imperiū vt nō.archi.xiiij.q.v.dixit ꝛ vide quod nō. i ſpec. iiij.parte de ſequeſtr.po.v̄.ſed pone ꝛ facit.ĵ.de peri.ꝛ co.rei ven.l.habitationū ego credo ꝙ ſi opera ꝛ fraud debitoꝝ eſſ₃ factū nō patrocinaretur vt.ṡ.ti.i.l.ſi venditor.§.i.ꝛ qḋ ibi nō.per.Ja.bu.ꝛ adde quod nō.Inno.d offi.deleg.c.ſane.ꝛ de maior.ꝛ obe.C.dilecti ꝛ in ſpecu. de emp.ꝛ ven.§.nūc dicendum v̄ſi. Quod eſt valde notandu₃.adde quod dixi i.l.ij.circa principium.ṡ. ad.l.rodiam.de iac.Baldus.

## De hereditate vel actio.vendi. Rica.

**S I hereditas.** Iſta.l.non ſūmatur qꝛ breuis ſed ipſam declara vt in glo.ꝛ bene.

**V enditor.** Venditor hereditatis ſatiſdare non debet nec cauere

debet de euictione niſi de ſuo dato. ⁊ facto tantum Nota tex. ibi plane de facto ſuo pro verbis que apponũtur i inſtr̃is. in quibus dr̃ promiſit de ſuo dato ⁊ fcõ tm̃ de quo habuiſti i.l. de tuo. ſ. man. In glo. que incipit ſl hereditatĳ ibi de fideiuſſor. l. exceptionũ. vide quod ibi nõ. ⁊ maxie per Ja. de are. ⁊ circa totã glo. uide qð nõt. cy. C. de euic. l. i. Baldus.

**In hr̃ditate.** In venditione hr̃ditatis i dubio videtur euenire illud qð erat in hereditate tempore euic. h. d.

**Peruẽiſſe.** Nõ. ꝙ iſtud dicitur pleniuſ peruſſe ꝙ quis hꝫ de iure ⁊ poſſidet ⁊ hoc dr̃ etiaꝫ in beneficĳs ꝙ nõ vocant poſterĩõa niſi quis habeat poſſeſſionez. ſꝫ. l. q̃ nõ dicitur quis plene habere niſi poſſideat ex̃ de elec. cum in ciuitate ⁊ ar. iſtius glo. vide Bar. in. l. nemo. ĩ. de leg. i.

**Sed ⁊ ſi quis.** Ad uenditorez dicitur ꝑuenire nõ ſolum quod in ueritate peruenit. Sed etiaꝫ illud quod dolo malo vel culpa fecit quominus perueniret qui dolus malus cõſideratur non ſolum in ꝯmiſſione rei acquiſite. Sed etiã in nõ acquirendo. h. d. iſte. §.

**Illud.** Nõ. rationem quare nõ capax poteſt iſtitui in hr̃ditate damnoſa vt. ĩ. de hr̃dibus inſtitu. l. qui ſoliduꝫ. q̃ nõ dicitur ad eum ꝑuenire ſic. ĩ. õ ꝯdi. ⁊ demõ. l. ſed ſi here. §. i. Bal.

**Fecisse.** Nõ. ꝙ venditor tenetur de acqrendis ⁊ loquor in vẽditore vniuerſitatis.

**Solet q̃ri.** Venditor hr̃ditatis ſi indebituꝫ exegit emptori preſtari nõ debet ⁊ ſi indebitum ſoluit emptori imputare nõ debꝫ niſi ſoluat̃ per ſñiam. h. d. Vel ſic illicituꝫ lucruꝫ nõ venit in reſtitutĳ. h. d. Et iniurioſa ſñia lata cõtra venditorez nocet emptori. h. d. Et eſt ratio ſm̃ Bar. q̃ periculuꝫ ⁊ ꝯmodum rei uendite pertinet ad emptorẽ ⁊ ſemper ſñia iniurioſa nocet. ⁊ ad quem pertinet periculuꝫ caſus fortuiti. ⁊ ad hoc inducebat hũc tex. ⁊ vide ꝙ nõ. cy. ĩ. loco. l. dieꝫ functo ꝑ Ja. de fideiuſſo. l. exceptõez. ⁊ facit ad primã. ĩ. ad trebel. l. debitor. §. fi. Cuꝫ ꝯdemnatum hũc tex. allegat quidam aduocatus pro quodam fideiuſſore iniuſte ꝯdemnato qui fecerat in eum qdquid potuerat. nam ſufficit ei ꝙ ꝯdemnatus ſine dolo malo ſuo vt hic. nam totuꝫ iſtum negociuꝫ principaliter pertinet ad debitorẽ ⁊ periculum contingẽs arg. iſtius. §. qð v̉iſſimum.

**Non ſolum.** Venditor emptori nõ ſolum actĳ hereditarias cedere debꝫ ſed etiam actiones proprias ex ſuo facto ſibi cõpetẽtes h. d. Nõ. hunc tex. ⁊ glo. que incipit ꝯ. fideiuſſorem quia facit ad. q. an ſi vendo tibi actionem quam habeo cõtra fideiuſſorem õ quo dicam. ĩ. eo. l. venditor actiones.

**Apud iulianum.** Non ſũmatur. quia diſtinguit. ſed nõ. in d ſtinctione iſtius. §. h. d. Venditor hereditas qui excepit ſeruum cum peculio quatenus onera peculĳ agnoſcere dꝫ quatenus nõ repetet in hoc ſolum fundam rõnẽ. §. aut venditõ ſoluit pro onere quod debet ſequi emptorez ⁊ repetit. aut pro onere quod debꝫ ſequi ipm̃ uẽditorem ⁊ nõ repetit. Nõ. in fi. iſtius tex. ꝙ ſimplex exceptio ſimpl'r debet intelligi. Bal.

**Si uenditor.** Nõ poteſt ſũmari q̃ diſtinguit. Sed nõ. notabilem diſtinctĳ. iſtius. §. ⁊c̃. Nõ. tex. ibi in verbo ſi non apparebit q̃ in dubio onus damni ꝯtingentis nomine cautionis interpoſite de damno infecto per venditorez pro re que permanet penes venditorez pertinet ad emptorez ſi dãnuꝫ ante venditõem ꝯtingerit. Nota diſtinctĳ. de dãno dato ante venditionem vel poſtea facit ꝙ vi aut clam ꝗ in puteum. §. ſi poſtea. Bal.

**Si ticius meuij.** Illud poteſt conſeq venditor hereditatiſ ab emptore ꝙ ꝯſequeret̃ a quolibꝫ extraneo hr̃de. h. d.

**Si publici.** Nõ. ꝙ uenditor hereditatiſ datas ⁊ collectaſ r̃petit ab ẽptor̃.

**Cum qui is.** Nõ. iſtum. §. ⁊ maxime i verbo. ita tamen ibi nota optimã regulã ꝙ tunc eſt verum ꝙ actio cõfuſa per additionem hereditatis reſtituitur heredi hr̃ditate vendita quando eſt talis actio que de ſui natura datur contra hr̃dem. ⁊ nõ eſt tranſitoria ad hr̃dem. quod nota ⁊c̃. Et hoc dicit ⁊ propriuꝫ debitum adiectione confuſum venditor hr̃ditatĳ. repetit ad emptorez. ⁊ hoc ex ui ⁊ natura iſtius ꝯtractus non vi prime obligationis predicta vera in debito quð erat a principio impetus. ſecus ſi erat impetrabile.

**Si nomen.** Nota hanc legem cũ lege ſeque. ſed non ſũmatur q̃ breues ſunt. Circa iſtam. l. quero quid debet ꝑmittere ille qui vendit vel delegat nomen dic vt nõ. per gl. in. l. apud celſuꝫ. §. ſi is. ĩ. de doli. excep. Nota ꝙ ille qui vendit tanꝗ̃ creditor debꝫ ħ preſtare ſe eſſe creditorem cũ effectu ⁊ ſine exceptione non autẽ tenetur facer̃ bonũ nomen. i. tenetur de iure. i. obligatum eſſe non de facto. i. ſoluendo eſſe ſic. ſ. manda. l. inter cãs. §. abeſſe. Secundo Nota. ꝙ per iſtam legẽ determinat̃ queſtio ſi fideiuſſor condemnatus in exequtĳ. obicit beneficium cedendaꝝ ⁊ petit ſibi exiberi inſtrumentum debiti principalis debet hoc fieri ſibi q̃ ille qui cedit debet haber̃ inſtrumenta per que appareat eſſe creditorem vt hic ſecundum alb. ga. que ita notat in margarita ſua in titulo de fideiuſſore. Ergo ſi agens contra fideiuſſorem viciſſet per iniuriam adhuc poſſet repelli per beneficium cedendaꝝ quia non licet quid cedat vbi condemnatus nec obſtat. ſ. e. l. i. §. ſolet vbi ſolemnitaſ facti ſufficit q̃ ibi loqtur in eo cui nõ debebant cedi iura eo ꝙ erat p̃ncipalis ⁊ ad eũ pertinebat obligatio per prius ⁊ non ꝑ poſterius. Et vide quod notat. Ja. ſolu. ma. l. meuia ⁊ õ legatĳ. primo. l. apud celſum. §. ideꝫ iull'.

**Est quidem.** Nota ꝙ proprie non dicitur creditor ille cui obſtat exceptio ſic. ĩ. õ libe. ca. l. vel obligatus qð nota bene. Bal.

**Emptori.** Nota ex hac. l. ꝙ emptori nominis debet cedi actio cõtra fideiuſſorez vt videbitis. ĩ. e. l. venditor actionis facit quod vidiſtis. ſ. e. l. ĳ. h. d. Cui debꝫ cedi ꝑſonalis debet cedi ypothecaria. h. d. queſita poſt contractuꝫ non tranſit ſine ceſſione ypothecarie ⁊ dic vt. ſ. fa. her. l. ſi pignori. Nota tex. ꝙ beneficiuꝫ venditionis ꝙ prodeſt emptori quod eſt veruꝫ niſi eſſet bñficium ſcriptuꝫ i ꝑſonaꝫ vt. ĩ. de publi. l. licitatio. §. fi.

**Cum hereditatem.** Nõ. iſtã. l. cum ſe. vſqꝫ ad. l. qui filĳ ⁊ maxime. l. ꝙ ſi ſit hereditĳ. ex quibus habes ꝙ aliud ẽ dicere vendo tibi hr̃ditatez vel vendo tibi quicquid iur̃ habeo in hereditate vel ſi ꝗ̃ hr̃ditatem habeo ꝙ nõ. ⁊ tene menti. Nam quando venditur quicquid iuris habet in hereditate illa vẽditio nõ affert tituluꝫ niſi probetur de iure auctoris q̃ quãdo eſt incertum ius auctoris eſt incertum ius ſucceſſoris ⁊

facit hoc ad notata per dy.j.de lega.i.l.ſi ſic.§.i.vbi vid as ibi dicit dy.ꝙ ſi comes donat eccleſie quicqd iuriſ hꝫ in tali caſtro eccleſia nõ poteſt vẽdicare niſi probet dñiu re venditoris ad qđ facit hec lex.

Qui filii. Iſte tex.facit optime ad qõem ꝙ ſi uendo tibi actõem ꝙ hẽo cõtra ticium uideor tibi vendere actj.quã habeo cõtra fideiuſſ.nam vides hic ꝙ ſi vendo actionem contra filiumfamilias videor vendere tibi actionem ꝙ habeo ꝯ patrem qui pater dicitur eſſe fideiuſſor filij vt.l. cũ filius.j.de vbo.ob.nõ.ſ.de minor.l.iij.§.ſed vtrũ ad idem ꝙ videatur etiaꝫ vẽdita actio ꝯ fideiu.videbitis.j. e.l.venditor actiõis vbi vr̃ tex.de qua.q. p Ja.de are.j. ſolu.ma.l.in his ⁊ vide qđ nõ.ſpe.in ti.de ceſſione actõnis.§.i.vſi.ſed pone ꝙ habeo debitoreꝫ ⁊c̃.Facit.C.de actio.⁊ ob.l.ſi inſolutuꝫ.

Si quaſi. Uendẽs tãquaꝫ heres cum ſit fideicõmiſſarius vniuerſalis tenetur ad itereſſe emptori.h.d. Nõ.ergo ꝙ appellatione heredis ſimplr̃ prolata in ꝯtibus directum heredem ſignificat.

Nomina. Ar.ꝙ vxor põt cedere ius dotj cõſtante matrimonio vt nõ.C. de donati.ante nup.l.ꝯſtante Ri3.mal.Quero vtrum ille qui vendidit nomina omniuꝫ qui tenẽtur reali ſo.vt nõ.Jac.de are.j.ad.l.fal.l.cum querebatur.

Si ex pluribus. Si vnus ex pluribus hr̃dibuſ pecuniaꝫ q̃ a teſtatore ſub pena debetur ſolut ⁊ hr̃ditatem alijs hr̃dibus ꝯſentientibus vendit poteſt illud ſolutuꝫ ab ẽptore repetere.h.d.

Multũ intereſt. Nõ ſumatur qa diſtinguit. ſed nõ. notabileꝫ diſtinctõem iſtius.l.nam differentia vtruꝫ ꝓdictio adiciatur ceſſioni.an actione eſſentie. prio ſi deficit ꝓdictio nũquã videtur facta ceſſio ſecũdo caſu ita finitur ⁊ preciũ ceſſionis debetur.

Venditor. Jſta lex ſecundũ glo.hꝫ tres partes ⁊ glo.hic poſita põit caſuꝫ per ptes qđ dic vt in ea.⁊ eſt iſta lex nõbilis ⁊ mẽnti tenẽda.Et ad euidẽtiam premitte ꝙ nõ.h in glo.que incipit ꝙ ſi qdem.Nõ.ex hac.l.pmo nõbileꝫ dr̃iam inter uenditõem hereditatj.⁊ venditiõem rei ſingular̃.Secũdo nõ.in tex.in vbo.ſed hoc in re ſingulari ibi dñ dicit pciuꝫ ẽ hominis venditi ⁊c̃.Quod pciuꝫ rei nõ dicitur eſſe ex re qđ nõ.pro intellectu.l.ꝙ procur̃.ex re.Tertio in dicto vſi.ſedhoc in re ſingulari vr̃ tex.ꝙ licet vendit̃.rei mee tuo nomine factã.ego poſſuꝫ habere rataꝫ in ſubſidiuꝫ re pempta vel preſcripta vt per hoc. ego ꝯſequar preciuꝫ vt.l.mater.C.de rei ven.ſ.de ne.ge. .l.fi.ſ.ſi cer.per.l.ſi cũ ſeruuꝫ.tñ hic tex.videtur velle ꝙ ſecus ſit in re mihi debitaꝫ.tñ hoc intellige ut in glo.q̃ incipit ſic habes vbi glo.videtur velle ꝙ ſit ideꝫ nõ ſec ꝙ tene menti pro dicta.l.mater. Quarto nõ.in vſi.quiſ ſi neglexiſſet ꝙ ille qui dꝫ rẽ actõne pſonali nõ tenet illã rem tolle.⁊ ideo nõ tenetur de fructibus pcipiendis.circa ꝙ vide qđ habes.in tex.⁊ glo.in.l.ſi ſuum in prin.j.ſ vbo.ob.Quinto nõ.in hac.l.in vſi.ſed ⁊ ſi ui deiectus ꝙ illud qđ percipio nomine pene occaſione rei tibi debite tibi reſtituere nõ teneor de quo dic vt nõ.ſ.ſ.de peti. hr̃. .l.vtrum.cum.l.ſeq.Ultimo nõ.tex.in dicto vſi.ſed ſi ⁊ lectus cum glo. ſup vbo ad emptorem pro intellectu legis ꝙ ſepe.§.ſi res.ſ.de ꝯben.emp.⁊ ibi hunc tex. cum glo.allegaui.

Additio.Bald.

Venditor. Ubi venditur vniuerſitas precium ſuccedit loco rei.Sed vbi venditur vl̃ quaſi uenditur res ſingulares pciũ vel pena ab alio ex acta loco rei nõ ſuccedit nec eſt proprie in obligatione.h.d. Jn pncipio lex iſta dicit ꝙ in vniuerſalibus pciũ ſuccedit loco rei.ſecꝯ in ſingularibus action.buſque ſũt formate ſuper re ſpecificata.nam ab ipſa forma nõ eſt recedẽduꝫ de hoc nõ. j.de vbo.ſig.labeo ⁊ ſabinus ⁊ de leg.ij. cum pater i fi. C.de rei ven.l.iur̃ ubi uideas diuiditur in tres partes. primo loquitur in emptore hereditj. ſecũdo in emptore rei ſingular̃.tertio loquitur in quaſi emptore. tertia ibi ſed in re ita diuidit glo. Nõ.ex prima parte ꝙ ſi ego uẽdidi tibi hereditatem.⁊ promiſſi tibi quicqd ex hr̃ditate peruenerit reſtituere.ꝙ ſi peruenerit ad me aliqua res.i.alij eam uendidi ⁊ precium percepi quod diſtinguntur tempora. nam ſi ante uenditionem hereditatis precium eſt perceptum ad ipſum perceptum a principio eſt contracta obligatio ſi autem poſt venditionem hereditatj. percepi precium ex re ſingulari ad me prouenta tunc obligatio fuit priuata quo ad rem tamẽ quia eſt actio vniuerſalis illa re alienata poteſt preciuꝫ peti quia ſuccedit loco rei hoc.d. pncipiũ Recepero a ſecundo emptore.Nõ.ex iſta ſecunda parte ꝙ precium non ex re ſed propter negociationẽ pcipit̃ ſic.j.ad.l.fal. l.iij.⁊ cottidie alle.Secundo nõ.ꝙ ſi ego vẽdidi tibi ſtichum primo per.x.poſtea vendo alij pro.xv. ꝙ ego nõ ſum obligatj.primo emptori ad.xv.ſed ad rei reſtitutj.⁊ ideo re perempta ante moram liberor a toto ſecus in venditore hereditatj.q2 videt̃ gerere negociũ emptoris ⁊ nõ propriuꝫ adminiſtrando qđ eſt notañ.⁊ ſi tu dicas qño in ſingulari poteſt eſſe cum ſit in mora iteꝝ vendẽdo cum incidit in crimen falſi.Reſpondeo ꝙ non incidit in crimen falſi eo q2 primus emptor non ſoluit precium ⁊ ideo non incidit in crimẽ. Secundo loco vendendo ſecundũ od.qđ eſſet expeditũ in his q non poſſunt vendere niſi pñti pecunia ſiue precio vt.j.de re.iu.l.a diuo.pio.§.ſi poſt aditã vbi eſt expreſſum ⁊ nõ.

Hereditatis. Donec ſoluatur preciuꝫ poteſt res vendita loco pignoris retineri.h.d. Sed an ſit vero pignori obligata vt ſic ſi venditor ab actione poſſet agere ypothecaria dic ꝙ non nam res vendita non prius deſinit eſſe venditor̃ ꝙ preciũ ſoluatur ⁊ ꝙ tradatur emptori vt in.§.vendit.cũ ergo remanſerit uenditoris nõ poteſt ei eſſe ypothecaria ut.j.de re.iur.l. in pignus ſm.Ri3.malũ facit.j.de ac.emptio.l.iul̃.§.offerri. ⁊.j. de captiuis.l.i bello.§.ſi quis ſeruũ.

Quod ſi rem. Nõ.ꝙ ſi ego uendidi reꝫ ſingularẽ quã nõ poſſidebã ⁊ culpa deſij poſſidere puta ui uel furto culpa precedente uel caſu ⁊ propterea.Aliquid ad me peruenit ꝙ illõ nõ eſt i obligatione.ſed res.Si autem ſine culpa deſij poſſidere.tũc ſi nõ exigeſſerim liberor pſtando actioneꝫ quia non habeo amplius.gᵒ ſi exegi ſuccedit in ſubſidiũ precium loco rei etiam in re ſingulari.quia magis loco actionis cedende quaꝫ loco rei ſuccedit illud pciũ ⁊ hoc ur̃ uelle littẽa ſm g.vᵉ ergo res tñ debẽtur re pempta liberatur uenditor ſecus ubi ſuccedit loco rei ceſſio. actj. uel preciũ redactum quia quantum ad hoc interitus nõ liberat debitorẽ. non obſtat locati.l. in naue ſaufelli in fi.quia ibi erat in obligatione genus ſub alternũ ut tacitum ex tali aceruo qđ põt perir̃ hic autẽ erat genus generaliſſimuꝫ ut extimatio ar.j.ſo.ma.l.ſi cum.§.fi.in vſ.

q̄ ſi rem. No. q̄ eſt in culpa qui uendit rem q̄ nō habz vide i hac. l. quod notat. Inno. ex. ď decimis. c. paſtoral. ⁊ cy. C. arbi. tu. l. cū venditor. §. nominis. Bal.

**Venditor actionis.** Ille q̄ vēdit actionem tenetur cedere nō ſoluz ius quod hz cōtra p̄ncipalem. ſed cōtra fideiuſſores. h. d. Nota in hac. l. caſuz. q. q̄ formaui. ſ. e. l. qui filij. Bal.

**Nominus.** Circa iſtuz §. vide qd̄ nōt. glo. in. l. venditor. ſ. de trāſac. vbi glo. ď iſto. §. q. facit. Sz nō ſūmatur. qꝛ ſūmatū ē cū. l. p̄cedēti.

**Hereditatem.** Iſta. l. facit ad id quod habuiſtiſ in. l. fundi p̄tem. ſ. de ꝯtrahen. ēptio. quod nō.

**Si excepto.** Nō ſūmatur qꝛ nō poteſt cōmode ſūmari. Sed nō. bene caſum iſtius. l.

## De reſindenda venditione. Rica

**Celſus.** Filiuſ ab emptōe facta cū filio ſolo ſuper re peculiari pōt recedi etiā pacto inito cum ſolo patre. h. d. No. hanc. l. ⁊ glo. ſi huius. l. que hāc. l. cōp̄rehendit. Et de hoc dicit ꝯtus reciprocus nō poteſt ipo iure ex vna parte reſolui. ⁊ ex alia produrare. h. d. Et hoc operatur nā correlatiuoꝝ. qꝛ correlatio requirit duo extrema vt. l. vl. j. de acceptila. Bal.

**Si quam rem.** Ab emptōne pōt recedi ⁊ nudo pacto re integra. ſecus ſi res non eſſet integra. h. d. per hanc. l. dicit cy. in. l. pacta cōuenta. C. de pactis q̄. l. non ad ea ď ꝯdi. ⁊ demō. habet locuz in ꝯtibus tamen ꝯtra nō. glo. i. l. pacta conuenta. ſ. de ꝯhen. emptj.

**Emptio.** Fideiuſſoriſ ſtipulatio nō facit deſinere rem eſſe integra vt p̄ hoc a p̄ori ꝯtu nō poſſit recedi. h. d. Hāc. l. allegat Guil. ſ. ď trāſac. l. ⁊ poſt rē. §. i. ⁊ ibi vide.

**Paulus.** Iſta. l. nō ſūmatur qꝛ legitur pluribuſ modis vt colligitur ex ſolutione ꝯtrarij facta. vt in glo. quā nota ⁊c̄. No. q̄ ꝯtui alternatiuo pōt adimi vna p̄s de alternatiuis ⁊ redigi in formā ꝯtractus.

**Cum emptor.** In ꝯtibus correlatiuis facta reſolutione ab vna parte totus ꝯtus reſolutus. Item peremptio rei vēdite facit deſinere rem eſſe integrā. h. d. Et cuz prima parte ſūmarij ꝯcordat. l. fi. j. de accepti. Et hoc dicit acceptilatio in ꝯtu reſoluen̄. nō hz p̄priam nām. ſed naturā ſimplicē pacti. qꝛ ſi acceptilatio valeret iure acceptilationis cuz ſit tāquā ſolutio nō reſolueret ꝯtuz. Sed facit. ſ. de pac. l. ſi conuenerit.

**Si id quod pure.** Per ꝯtum ſemiplenuz ſeu i perfectū nō receditur a ꝯtu pleno ſeu p̄fecto ſed ecōtra ſic. h. d. No. per ꝯtum ꝯdictionalē non derogari ꝯtui puro. Itē nota p̄ ꝯtractuz nō ſolemnē nō cē receſſum a ꝯtu ſolēni. Et ideo eſt ar. qd̄ id q̄ facit ſolēniter prelatus cuz caplo nō poſſit poſtea caſſari a p̄lato vel ſolo capitulo. Bal.

**Si conuenit.** Hic loquitur qn̄ eſt appoſituz certuz tp̄ſ quod ſi nō ē appoſituz certū tp̄s. quantum poteſt recedere rē emptor ſi res ſibi diſplicet dic quod ſi tempus non eſt ſibi appoſitum tempus poterit reddere rez. j. ſexaginta dies tantum caſum videbitj in. l. q̄ ſi nolitj. de edil. edic. Bal.

**Si pupilli.** No. tex. ibi dū dicit vt. ſ. ip̄e ſi teneatur quod ſi vendo pupillo vnaz rem ſine tutoris auctoritate ⁊ ipſaz rem venditaz ſibi trado nō poſſuz poſtea ab eo p̄cium petere. ſed ſi rē nūduz ſibi tradidi ⁊ ip̄e a me rem petat poſſum retinē rem donec p̄cium mihi ſoluat ut hic. ⁊ nō. dr̄ hoc p̄ glo. ſ. ď minor. l. i cauſe cl. y. ſup v̄bo. h. d. Bal.

**Siticius.** No. hunc tex. i fi. q̄ dn̄s ex p̄ſona ſerui tenetur ď iure p̄torio nō ď iure ciuili ad idem inſti. ď actio. §. in p̄ſonaz tetigit. hi i. l. i. i fi. ſ. de con. pe. Secūdo nō. q̄ erronea ſcriptio nō p̄iudicat ſubſcribenti. ſecus ſi nō ſit erronea quod dic ut in glo. ⁊ vide qd̄ nō. i. l. ij. C. ď reb⁹ alie. nō alie. ⁊c̄. Qui putat ſi procur. cum nō ſit offi. ſibi quod procuratorio nomine facit. h. d. Bal.

**Fundus.** No. ex hac. l. q̄ licet ďbitor offerat ſe paratum ſoluē tamen nō p̄ hoc alienatōi impedit᷑. ſed p̄ iudicez reſciditur. vt hic ſecus ſi pecuniaz offerat. ⁊ ita vr̄ ſentire gl. hic ⁊ clari⁹. C. ď diſtrac. pig. l. ſi reſiduū. Secūdo hūc tex. allegant doc. ad. q. q̄ ſi q̄ſtio eſt ꝯmiſſa ꝯſulenda alicui ꝯſuluit reum ꝯdēnanduz. ⁊ iudex p̄nunciat in hec v̄ba vz pronūcio ſm̄ formā ꝯſilij q̄ iudex ſic dicēdo videtur reū ꝯdemnare ſicut vides hic. qꝛ qn̄ iudex iubet venditionē reſcindi. vr̄ reſcindē. Sed ď hac. q. dic vt nō. per doc. in. l. i. ⁊. l. fi. C. ſi aduerſus liberta. vbi glo. faciunt ꝯ. Addi. Bal.

**Fundus.** Res vēdita per fiſcum occaſione debiti reuocatur. ſi debitor non facit in mora. ſed ſi aſſerebat paratum ſoluere. ⁊ tūc ſoluitur quod habet. h. d. Intellige g. in. l. noſtra q̄ fiat iſta reuocatō quatj ď facto proceſſit

No. in iſta. l. in verbo reſcindi q̄ ſi iudex pronūciat laudum reducendum ad arbitrium boni viri videt᷑ reduxiſſe. qꝛ verba infinitiua omne tēpus ſignificāt vt nō. j. de verb. obli. l. ſtipulationum. §. ſtipulatio. Sz re uera iſta littera mod. cū facit qꝛ hic non ſolū pronunciauit reſtituendum ſed etiaz iuſſit reſtitui. ⁊ adde q̄ nō. C. ſi aduer. li. l. i. per gl. ⁊ cy. in lec. allega. ēt q̄ conſiliū ſapientij. dicit aliquem condemnandū. ⁊ iudex dicit pronuntio ſz conſilium. q̄ dicatur eum condemnaſſe alter enim nō obſeruaſſet conſilium ex cuius forma tenebatur condēnare ar. in. l. fi. ſ. ſi cer. pe. Secundo nō. in hac. l. q̄ ille q̄ eſt iuſſus rem reſtituere dum petitur ex⁹ iſtius ſententie poteſt opponere exceptionez precij non ſoluti. quod eſt multum nō. adde q̄ dixi de inſtitutan. l. ſi duo patroni. §. ſi quis. Tertio nō. q̄ ille qui dicit ſe paratum ſoluere non debet grauari. tn̄ ſi grauatur non reuocat grauamē niſi ſoluat. qꝛ debitū eſt liquidum per conſenſum vt hic eſt exp̄ſſum. Quarto nō. ſm̄ gl. q̄ hic nō fuit proceſſuz ſolemnitj. ⁊ tn̄ ex non ſolemni ⁊ inordinato proceſſum competit retentio tenute qꝛ erat res affecta ⁊ al᷑. obligata propter debitum quod ē nō. No. in iſta. l. q̄ ꝓdeſt offerre ſe paratum q̄ dic vt nō. Odo. de diſtra. pi. l. creditor ⁊. l. q̄diu vbi vide ⁊ adde quod nō. Ja. de are. j. de ſtatu li. ⁊. l. ſtatu li. rationem facit. l. iulianus. §. offerri. j. de acqui. emp. Bal.

**Si eius.** No. q̄ tutor incidit pu⁹ ſuo i penā non ſoluēdo ex contractu patri no hoc dicit. Bald.

**Emptor.** Nõ.ex hoc.§.ꝙ licet timoꝛ ne mihi controuerſia moueatur per certas perſonas ſit cã petendi fideiuſſ.de euic.tñ ſi fideiuſſoꝛ dari debet generalit̃.ꝓ quolibꝫ de euictione ⁊ ſic videtur hic caſus.q.gl.quã gl.mouet ⁊ nõ ſol.j.ti.i. l.p. §.fi.ꝙ tene menti.

Addi.Bal.

Emptoꝛ.Nõ.ꝙ ſicut pactũ.l.cõmiſſoꝛie ſit ꝑ v̾bum inemptum ita per verbum inuenditam ſit q2 vtrũqꝫ eſt verbũ directũ nõ.ꝙ terminus aſſignatus ad ſoluẽdum nõ currit ei cui debebat dari fideiuſſoꝛ.⁊ nõ eſt datus facit.j.de lo.pu.l.i.§.fi.Nõ.ꝙ ſi ẽ promiſſuꝫ daꝛ̃ fideiuſſorem dꝫ dari ẽt pacifico poſſeſſoꝛi.Nõ.in iſto.§.ꝙ lꝫ ſiat liga ad repellẽdum ſocietates ⁊ vidẽduꝫ i pace ⁊ poſtea ſocietates recedãt.⁊ nõ ſit modo metꝰ eaꝝ ꝙ adhuc durant̃ dicte lige.⁊ dꝫ colligati tenere gentẽ ſm formam pactoꝝ ar.iſtius.§.Sed g.dicit hic fuit cã impulſiua nõ final̃.vt in.l.vl.j.de here.inſti. Nõ.hic qȯ ꝑmuꝫ pactuꝫ d̾ dando fideiuſſoꝛ̃.reſtringit ⁊c̃.de ſoluẽdo ad terminũ vt itelligatur unũ pactum ſm aliud ſy.j.de le.ij.l.legatoꝝ.§.ſi plures ⁊ bene no. Quero promiſiſti ſoluere p̃cium ad certũ terminũ qñ incipit iſte terminꝰ.R̃ndeo aut ẽ tẽpus i genẽ.⁊ incipit currere a die rei tradite ar.j.d̾ vẽ.do.l.tali.aut ẽ tẽpus in ſpẽ.puta vſqꝫ ad paſca immediate ſecuturũ.⁊ tũc bene currit tps.ſed currit ſine p̃iudicio emptoꝛis ar.huius.l.§.fi.Et vide quod no. bar.de leg.ij.l.ſi uir.legatur.Et ad iſtam mãm ꝑ moduꝫ ſũmule breuis ꝑmitto qȯ ꝯctus emptionis.⁊ venditõnis requirit quidã ſubſtãtialia quod vide. ut ſcripſi.j.de reſcin.vendi.c.ſuper R̃ica.

De periculo ⁊ cõmodo rei uendite. R̃ica.

**Si vinum.** Si vinũ uẽdat̃ i ſpẽ piculum eſt emptoꝛ̃ niſi uenditoꝛ piculuꝫ in ſe ſuſceꝑit quo caſu ſi tp̃s nõ eſt appoſituꝫ itelligitur in ſe ſuſcipe piculum vſqꝫ quo vinuꝫ fuerit deguſtatũ hoc dicit.tñ habes hic vnã glo.magnã.que principal̃r ponit duas.q.vna eſt qñ vinũ vẽdit̃ in ſpẽ cuius ſit piculum ante deguſtatõem quod dic vt i glo.⁊ adde ꝙ nõ.ꝑ cy.in.l.ij.C.e.i pn.⁊.iij.q. Scõa qȯ eſt ſi vinũ uenditur ad mẽſuraꝫ cuius ſit piculum ⁊ ſi piculuꝫ eſt vẽditoꝛ̃ ꝙ piculũ ſit ſuuꝫ d̾ qua.q. dic vt in gl.

Addi.Bal.

Si vinuꝫ.Vino vendito in ſpẽ piculuꝫ eſt emptõis niſi uenditoꝛ receperit piculum donec deguſtetur.vnde deguſtatio facit tranſire piculum ſigilli aũt appoſitione nõ tranſit piculuꝫ.h.d.Vſqꝫ ad.§.lꝫ uenditoꝛ̃ ex forma pena fra.nõ.ꝙ vinũ põt emi tripliciter.ꝑmo in ſpẽ vt emo hãc vegetẽ vini.ſo emo i generẽ ſubalterno vt emo x.ſalmas vini ex vino quod ẽ i celario tali.tertio modo i genẽ ſine vlla coartatione vt emo a te.x.ſalmas vini albi.ꝑmo caſu quãdo emitur vinũ in ſpẽ.aut loqmur de damno ꝯtingẽte ratõe ñ adhibite cuſtodie.ꝑmo cãu qa vinũ exiuit d̾ vegete ruptis circulis diſtinguit h.l.ꝙ aut nõ eſt appoſitũ pactuꝫ ſup piculo.⁊ tũc aut cũ limitatõe certi tẽpoꝛis.⁊ tũc vſqꝫ ad illud tp̃s ẽ piculuꝫ vẽditoꝛis ſm formã pacti.aut nõ eſt cuꝫ diffinitione tpoꝛ̃.⁊ tũc vſqꝫ ad deguſtatõem.q2 qui deguſtat uꝛ̃ approbare.vnde piculum poſtea eſt ipius.Nõ iȯ per appoſitõem ſigilli q2 nõ ſit ad illuꝫ finẽ approbãdi.ſed ad finem ne poſſit aliqd admiſceri vt coꝛrũpat̃ uinũ ſic.ſ.d̾ ne.ge.l.ex.ſcõ

Si aũt loqmur ratione cuſtodie dic vt.j.e.l.cuſtodiã ⁊.l.h ita.§.fi.Si vo vinuꝫ vendat̃ in genẽ ſubalterno vel i genẽ magis generali cum ibi apponatur pciũ d̾ mẽſurãdo nõ eſt piculum emptoꝛ̃.ante miniſtratõeꝫ vt.j.e.l.§.fi.⁊.l.ſi qs vina.⁊.l.vina que i dolijs cuꝫ ſy.Cõcludo ergo ſic qñqꝫ ẽ pactũ appoſitũ de deguſtatõne qñqꝫ d̾ mẽſuratõe qñqꝫ ẽ ſimpl̃r uẽdituꝫ.⁊ adde.ſ.d̾ ꝯhẽ.ẽp.l.ſi uẽditoꝛ.§.v̾iſimile.deinde nõ.hic ar.ꝙ ille q apponit ſigilluꝫ nõ uꝛ̃ cõpꝛobare.⁊ eſt rõ.q2 hic regrebat̃ deguſtatõ.

**Licet autem.** Nõ.hũc.§.⁊ maxie in.v̾.aut uendẽ ⁊c̃.ꝙ ſi emptõ ẽ i mora menſurãdi uinũ ꝙ uenditoꝛ poteſt illud uendere.Secundo nõ.tex.§.ſi doliare.cũ.l.ſe.in pn.

Addi.Bal.

Licet aũt.Ibi denũciet.Nõ.caſum ubi dies nõ interpellat pro homine.ſed eſt iterato denunciandum ſm Ja.de bel.ſciat futuꝝ vo de continuatione que appõitur in pꝛeteſtatione.Nota quod licet uenditoꝛ uini effũdere uinũ propter moꝛã ẽptoꝛis ⁊ de ꝓteſtatiõe ſup hoc fienda ⁊ ſic nõ.quod quedam licent cum proteſtatione que non ſunt licita ſine proteſtatione. Secundo nõ.ꝙ eſt laudandus ille qui poteſt aliuꝫ dannificare ⁊ nõ vult. Tertõ nõ.ꝙ ſi emptoꝛ tenet vinũ in vegete vẽditoꝛis vltra ſtatutum tempus ꝙ debet ei mercedẽ vegetis pro qua poteſt retinere etiã vinum habetis ſimile in lege ediles de via pu. Quarto nota.caſuꝫ i quo qs põt reꝫ uenditaꝫ iterato uendẽ.q2 hoc faciat bo.fide ꝓ cõmodo ꝑmi emptoꝛis nec per hoc perdit ius agendi ex ꝑmo ꝯctu hoc aũt ſit ꝑꝑ moꝛã emptoꝛiſ nõ.hic ꝙ qlibꝫ debet alij nocere quanto minus poteſt.

**Si doliare.** Nõ.ꝙ emptoꝛ vini debꝫ euacuare vegetem venditoꝛis ⁊ ꝙ ꝑꝑ moꝛam emptoꝛis venditoꝛ põt effundere vinum per coꝛbes.i.menſurã coraꝫ honeſtis viris vt appareat mẽſura. Nõ.etiaꝫ qȯ ex qualitate perſonaꝝ pꝛeſumat̃ tempus tacite appoſitum ſic.j.de v̾.ob.l.cũ qui certarũ.j.qñ dies leg.ce.l.nec ſemel.§.i hereditatiõe i.l.firmio.

**Vino.** No.qȯ non debet quis teneri ad cuſtodiam in infinitum ⁊ qȯ ſuper hoc multum operat̃ proteſtatio vt tollat ille q tollere debet ⁊ ẽ ar.qȯ ſi ego cuſtodio aliqueꝫ ad petitionẽ alicuius qȯ propterea nõ debeo teneri in infinitũ ſed d̾beo denunciare dño ⁊ ſi ille non tollit captiuum ſuum poſſum dimittere ⁊ vlterius non cuſtodire denunciatione p̃cedẽte ar.huiuſ.§.⁊ viȯ ꝙ no.dy.j.ſo.ma.l.ſi moꝛa.

**Custodiam.** In gl.ibi vel dic no.hic verba gl. pro equiperationibus ⁊ ſimilitudinibus que repeꝛiuntur in ſtatutis vel legibus.

**Si quis uina.** Si venditoꝛ eſt i mora deguſtãdi uina piculum ſpectat ad ipſum non ſolum tempoꝛis ante deguſtationẽ ſed ẽt tempoꝛe poſt tp̃s deguſtationis vel ſic qñ tempus eſt appoſitum deguſtationi ⁊ ſtetit per venditoꝛem quominus deguſtet̃ pertinet ad eũ periculuꝫ pꝛeteriti tempoꝛis ⁊ pꝛeſent̃.h.d. Nõ.hãc l.nam vos ſcitis ꝙ relatiuum quis vel q iunctũ verbo futuri tempoꝛis facit additionem vt.j.de le.i.l.ſticum q meus erit vidiſtis.ſ.de contrahen.emp.l.debitoꝛ.§.veriſimile.Modo quero vtruꝫ pꝛeteritum futuri tẽpoꝛis condictionem inducat vel non vt iſte tex. videt̃ velle ꝙ nõ.nã uides hic ꝙ tex.in pꝛin.dicit ꝙ intra certũ dieꝫ deguſtandi itẽ poſtea in fi.huius principij dicit ꝙ talis venditio non eſt condictionalis vt patet hic in verbo

autem ego arbitroꝛ.

**Si in aduerſione.** Iſte. §. habet du as lec. poſitas ſed pꝛima lec. uidetur uerioꝛ ꝙ pꝛobatur hic in glo. ſup ṽbo ad emptoꝛẽ. h. d. Eo ipſo ꝙ uẽditoꝛ renũciat deguſtatõi uidetur eis omne ꝑiculū acoꝛas ⁊ rancoꝛi. ſ a ꝑ̃ncipio qꝛ iſta renũciatio habet̃ pro deguſtatõe ⁊ appꝛobatur. ſed ubi agit̃ deguſtando ſine tẽpoꝛis diffinitiõe qñcũqꝫ põt guſtari. h. d. Bal.

**Si uina.** Emens vina exceptis accidis ⁊ mucidis nõ poteſt cogẽ uẽditoꝛẽ ad tradẽdũ ſibi accida ⁊ mucida. h. d. In glo. que icipit ſic ergo in fi. tu ṽo dic vt nõ. i pꝛedicta. l. ꝙ ſa uoꝛ. ⁊ vt nõ. ſ̃. de legibus. l. nulla.

**Id quod.** Nõ. ꝙ eadẽ eſt. rᵃ. ꝯrioꝝ ſic diminutio diminuit ⁊ augu mẽtū auget ſic. ĩ. de. l. mi. l. fi.

**Quod uenditur.** Nõ. notabilē tex. ex hoc. §. habes qd debet in mẽſuratꝫ venire agri. qñ ager vendit̃ ad mẽſu rã. qꝛ rl'a eſt ꝙ illud ſolū venit mẽſurandũ ꝙ venit in ꝯctu. nõ. illud in quo ex ꝯctu nõ querit̃ ius vt eſt via pu. ⁊ limites publici iur̃ dixi de hoc i. l. littoꝛa. ſ̃. de ꝯhẽ. ẽp.

**Neceſſario.** No. ex hac. l. in ꝑ̃ncipio quot requirãtur ad hoc vt emptio dicat̃ ꝑfecta ⁊ glo. hic ſup ṽbo ꝑi culo ponit plura ꝙ̃ ponat tex. iſte ꝙ dic vt in glo. Sed ad iſtam glo. op. i eo ꝙ excipit caſū publicatõnis ꝑ. l. ſi fundus. ĩ. locati. naꝫ dicunt qdam ꝙ ille caſus ꝯtinetur ſub alio caſu q. ĩ. ponit̃ in glo. ſ. quãdo culpa venditoꝛis accidit. ⁊ ita intelligũt ipi d. ctã. l. ſi fundus ꝙ loquat̃ qñ fundus fuit publicatus culpa uenditꝫ. Sed certe illa. l. ſi fundus hꝫ duplicē itellectum. ꝑ̃mus eſt ꝙ loquat̃ qñ ſi ne culpa debitoꝛis. ⁊ tũc hec glo. procedit clare. ſecũduſ eſt ꝙ loquatur quãdo culpa uẽditoꝛis fundus fuit publi catus. ⁊ tũc dic qꝺ in hoc eſt ſpãle qꝺ uẽditoꝛ. tũc tenet̃ ad reſtitutõeꝫ ꝑ̃cij ſolū licꝫ aliter teneret̃ ad intereſſe. Uenio ad. §. Qꝺ ſi pendentꝫ. ex quo nõ. ꝙ exiſtentꝫ ꝯdi ctione. ſub qua facta ẽ ꝯdictio dicta ꝯdictio exiſtẽs tra hitur retro. ⁊ facit ſingi retro ꝯctum fuiſſe ꝑfectum de quo vide in. l. q potioꝛ ⁊. l. q balneũ. ĩ. q potioꝛes in pign. habe. Secundo nõ. ex hoc. §. ꝙ ſi hec fictio non habet locum. niſi reperiatur res ſuper qua iſta fictio poſſit pedes fingere pro hoc. ſ̃. ad. l. acquil. l. huic ſcri pture ⁊ qꝺ videbitis i. l. ſciẽdum ⁊. l. deniqꝫ. ſ̃. ex quibus ca. facit qꝺ nõ. i. l. i. ſ̃. pro ſocio.

Addi. Bal.

Neceſſario. Nõ. hic rl'aꝫ ꝙ ꝑfecto ꝯctu ꝑiculū eſt emptoꝛis. ſed ad iſtã ꝑfectionẽ reqritur qꝺ ꝯctus ſit cele bꝛatus pure ꝙ res ſit certa. ⁊ ꝑ̃ciū certũ. ſi aũt hꝫ eſſẽ tial'r pendẽtiaꝫ ꝺ futuro. tũc nõ dr̃ ꝯctus ꝑfectus iterim ⁊ aduerte ꝙ triplex ẽ ꝑfectio. Priᵃ. eſt quãdo eſt locus pnie in ꝯctibus innoiatis nec diſtinguit̃ pure. vel ſub cõ dictione vt. C. ꝺ fide inſtr. l. ꝯctus. ſa ꝑfectio ẽ qñ naſci tur obligatio et trãſit. ꝑiculū vt hic. 3ᵃ. ⁊ vltia qñ ẽ uẽtū ad executõem facti. ⁊ iſta pꝛoducit hũc effectũ quꝺ nõ poſſit ſolo diſſenſit recedi a ꝯctu niſi iteruẽiat actus retro ſilis. ſ̃. de pactꝫ. l. ab emptoꝛe ſm cy. q ita nõt. C. ꝺ ꝯhen. l. ij. vbi videas. Secũdo nõ. qꝺ pendẽte ꝯdictione ꝑiculum deterioꝛatõis ẽ emptoꝛis lꝫ nõ ꝑiculum iterituſ ꝑ̃cedentꝫ. vt in. ṽ. ſicuti ⁊. ṽ. ſane ⁊ ṽ. qꝺ ſi extiterit. ⁊ ẽ rõ differẽtie. qꝛ vbi res extat inuenit fictio ubi figat pedes ſed vbi res nõ extat nõ inuenit vbi fundet̃ vt. ſ̃. ad l. ac quil'. l. huic ſcripture. ſm dy. ⁊ cy. in addi. ⁊ aduerte. qꝛ ꝙ̃

doqꝫ pendẽte ꝯdictione ſubtrahitur res ꝺ reꝝ nã. ⁊ tunc loquit̃ hic qñ ſubtrahit̃ ꝑſona. tũc tex. dicit qꝺ vadit ad ſucceſſoꝛẽ ſic. ſ̃. de in diẽ adiec. l. ſi ꝑ̃dio. iſtud eſt veꝝ in ſucceſſione q fingit̃ eaꝺ ꝑſona. ſecus in fiſco q ſuccedit i bonis ꝯſiſcati ut. ĩ. ꝺ noua. l. quotꝫ. §. fi. Qñqꝫ pendẽte ꝯ dictione ſubtrahit̃ adminiſtratio adminiſtratoꝛi. tũc uꝝ dicere. d. dy. qꝺ actus deficiat ut nõ. ꝑ eum i. c. i. in fi. de reg. iur̃. li. vi. facit qꝺ no. ꝑ eum in. l. ſi certaꝝ. §. i. ĩ. ꝺ nuli te qꝺ no eſt oio ṽum ut. ĩ. de acq. he. l. ii qs alicui ⁊. l. fi. ꝑ epl'am facit. c. ult. ne pre. vi. ſuas. ⁊. ĩ. e. l. §. fi. Secuſ di cit idē dinus i ul ima uolũtate quãtum ad dñiū ut. C. cõia de le. l. f. §. ſin aũt. ob auaritiaꝫ ita notat ipe i dicto. c. actꝰ limi de re. iur̃. ⁊ ſic nõ obſtat. ĩ. ad ſil. l. i. §. fui. qꝛ ibi quo ad dñiū facit. ĩ. ad. l. fal. l. in rõe. §. i. ⁊ ibi ꝑ bar. ⁊ de uul. ſub. l. teruũ. §. ticius ⁊ qꝺ no. in. l. is cui ꝙ̃ ad ſꝫ admi. ſm ray. adde qꝺ no. C. de pac. l. petenſ ⁊. l. i. §. ii gl de colla. bo. ⁊ ꝑ gul. i. l. ſi rem. §. fi. de pig. ac.

**Cum uſũfructũ.** No. diſtinctionem huius. §. qñ uſuſfru ctus ꝯſtituitur ſeu alicui cõceditur facultas utendi fruẽ di in cuius ꝑſona uſuſfructus finiatur. Nõ ẽt glo. i. hu ius legis.

Addi. Bal.

Cum uſufructu. Quãdo uenditur uſuſfructus refert aut uendit uſuſfructuarius. ⁊ finitur moꝛte uendentꝫ. aut uendit pꝛopꝛietarius ⁊ finitur moꝛte ementꝫ. h. d. Et ad uerte quia pꝛimū reſpõſum itelligitur nõ ꝺ uſufructu i ſeꝑabili. ſed de cõmoditate utendi. quia uerba in dubio ſic ſunt interpꝛetanda. ut ualeant ⁊ debent intelligi poſ ſibiliter nõ impoſſibiliter ut. ſ̃. ꝺ ꝯhẽ. emp. l. q tabernas ⁊ de iuriuran. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſoꝛi. §. ſed ſi verum ⁊ nõ. ſ̃ fami. her. l. ⁊ puto. §. iube. in gl. nõ. ⁊ ꝑ cy. i. l. i. C. ſi pig. pi. da. ſit. adde hic qꝺ no. Ja. ĩ. de dona. l. i edibus. §. i. ⁊ qꝺ no. cy. in auc. ingreſſi vbi videas. No. i iſto. §. qꝺ cõmoditas vtendi tranſit ad heredem non vſufructus formal'. ⁊ ideo quando in contractu ſit mentio heredū ⁊ ſucceſſoꝝ. generaliter ⁊ in rem lꝫ verba dicant vendi dit vſumfructum redditū ⁊ pꝛouentũ intelligitur ꝺ ſo la cõmoditate non de vſufructu foꝛmali qꝺ apparet ex adiectione heredũ ꝑ iſtum. §. ⁊ cũ hoc ar. de ſer. ru. pꝛe. lucius ticius. vide h qꝺ no. C. de vſuf. per cy. ⁊ per. Ja. de dona. l. acquilius regulus. ⁊ ꝑ bar. ĩ. de publi. l. cotẽ. §. dominus. ⁊ ideo in contractibus ſic celebꝛatis nõ ver titur cautio de utendo fruendo ⁊c̃. qꝛ nõ eſt uſuſfructus foꝛmalis. dde qꝺ notat̃ ⁊ dixi in. l. ſi qs. ſ̃. de uſufruc. ⁊ in. l. uace. de euic. Uide tex. in gl. i. de pig. ⁊. l. ſi is. §. uſuſf. ⁊. C. de uſuf. l. non utitur cũ ſequen.

**Si poſt.** Nõ. caſum huiuſ. l. ⁊ maxime in ṽ. ſꝫ ſi ignoꝛauit.

**Si in uenditione.** Per iſtaꝫ. l. ſi in venditio ne tꝫ. gl. ꝙ pactum nudũ veſtitur coherentia ꝯ tractus condictionalis ita nõ. gl. per hanc. l. in. l. lecta. ſ̃. ſi cer. pe. ⁊. l. iur̃ gen. §. quiymo. ſ̃. de pactiſ ⁊. l. pacta. ſ̃. ꝺ contrahen. emp. Secũdo nõ. ex. §. iuſl'. ꝙ ſicut in re bus mobilibus qñ venditio eſt facta ad menſurã nõ di citur ꝑfecta ante mẽſurã. Ita i rebus imobilibꝰ vt hic.

Additio. Bald.

Si in uenditione. Precium veſtitur coherentia con ditionalis ad hoc allegatur ⁊ agere actione pꝛeſcrip. ṽ. nõ ex vendito infoꝛmata pꝛopter defectum conditionis vt nõ. in. l. petens ⁊. l. pacta cõuenta ſꝫ cy. in addi. patet ergo qꝺ ad veſtiendum pactum per coherentiã non re quirit̃ obligatio pꝛincipalis ſꝫ ꝯctus ſolus ſufficit. Iſte

eſt tex. multum ſingul'is valere vt poſſit peti preciũ lꝫ res non ſit perempta non tñ petere per actionẽ ex uẽdito ſed per ac. pꝛeſcrip. v. Quidam dicunt qꝺ hoc precium facit ſolutum ⁊ qꝺ iſtud pactũ ualet ſolũ ad excipiẽdum ſi petat' pciũ qualem diuinatio.

**Si uendita.** Factum familie nõ facit tranſire periculũ caſus in dñꝫ qꝛ dominus nõ tenet' pꝛo ſuo familiari facit ex. de reſti. ſpo. c. cũ ad ſeꝺ.

**Rectos.** No. qꝺ iniuria facta reſpectu rei non reſpectu perſone nocet emptoꝛi poſt tradit̃. Itẽ ante ſi fuit in moꝛa ⁊ qꝺ officialis q fecit de facto fecit lit̃ ſuam ⁊ poſſũt iura cedi ꝯ eum ſicut ꝯ quẽlibet pꝛiuatũ. Nõ. ar. ꝯ iſtos officiales ſup vijs ⁊r ſup vetitis qui ſi nõ poſſunt deſtruere res quas inueniunt. ſed debent multare iobediẽtẽ. vide. l. ediles vt via pu. Bal.

**Quod ſi.** Nõ. tex. ibi videri ſũt cum glo. ſup verbo ſignaſſet.

**Si uina.** In hac. l. nõ. tex. in verbo plane

Addi. Bal.

Si vina. Nõ. ꝙ venditoꝛ tenetur admonere ẽptoꝛẽ de bonitate duratura ⁊ ꝙ ꝓpter ſuam maliciã ſi tacet piculũ ẽ venditoꝛ. pone exẽplũ i vino ciuit' caſole all'. iſtã. l. ad illud Guil. ff. de legi. l. fraus ⁊ vide gui. ꝺ zuza. j. de fideiuſſ. l. fideiuſſoꝛ ꝓ uendit̃. Bal.

**Serui emptor.** Precaria poſſeſſio emptoꝛis non habet' ꝓ vera ⁊ plena poſſeſſione. h. d. In glo. q̃ incipit ymo ibi hic autẽ. Nõ. hãc glo. que videt' velle ꝙ ad hoc vt qs faciat fructus ſuos requirit' ꝙ poſſideat ciuiliter ⁊ nãliter de qua. q. nõ. ꝙ cy. C. de rei ven. l. certũ in. ij. q. ⁊ tangit' p glo. ⁊ doc. j. de acq. poſſ. l. iij. §. ex ꝯrio tangit' ẽt per glo. i. l. querit'. j. de acq. reꝝ do. Bal.

**Illud ſciendum.** Poſteriõ moꝛa nocet vel ultima moꝛa ꝑmã abſoꝛbet. h. d. Bal.

**Habitationem.** Glo. hic ponit caſum ⁊ optie. ⁊ nõ. hanc. l. Bal.

**Ante pretium.** Nõ ex hoc. §. ꝙ quãdo i limine ꝯct' iminet euictio ſeu euictõis piculum vẽditoꝛ dat fideiuſſoꝛẽ qui de euictione ꝓmittit. ſed querit glo. ⁊ nõ ſoluit nũquid debꝫ dari fideiuſſoꝛ q de euictione ꝓmittit ꝯ mouentẽ litem tñ. ſed etiã ꝯ quoſcũqꝫ alios. Sed tu reſpõde ꝙ ſic vt. l. fi. §. i. ꝺ ti. i. de qua. q. ꝑ gl. ⁊ doc. i. l. ſi poſt ꝑfectam. C. de euictõe. hoc etiã tenet dy. j. de ꝑto. ſtip. l. i. ⁊. l. ſtipulatio duple ꝙ nõ. Et vide emptoꝛ non tenetur ſoluẽ al a lite vt. ꝺ. ꝺ reſcin. uen. l. fi. §. fi. ſed ibi ex pacto vitanꝺ fraud.

## De ſeruis expoꝛtandis. Rũca.

**Si fuerit.** Quis põt renũciare viri qꝺ in ſui fauoꝛẽ eſt itroductum h. d. Uel ſic pacto pꝛohibitorio põt renũciari ab eo cuius fauoꝛe fuit inductum. h. d. Bal.

**Exportandus.** Poſitio limitatũ ꝓducit effectũ. h. d. Et ad hoc allegat' iſta. l. Idem habuiſtis i. l. cũ ſeruo. ꝺ. de ꝯhen. emp. ⁊c. Bal.

**Venditor.** Ratione moꝛe emptõis debentur vſure pcij. ſed nõ aliud itereſſe depẽdẽs ex caſu foꝛtuito. h. d. Nõ. ꝙ lucrũ mercatoꝛis ẽ maius qualibet vſura. ⁊ tñ ẽ licitũ quod eſt valde notãdum. Bal.

**Si quis hac.** Quãdo ex ꝯctu innoĩato venit querẽdum ius. tertio ibi hꝫ locũ penitẽt'a. ſecus eſſet i ꝯctibus nomĩatis. qꝛ ex quo ius eſt alijs queſitũ vel querẽdũ illud ius nõ põt tolli vt nõ. ꝺ. ſi cer. pe. l. certi ꝯdictio. §. ſi nũmos dic ꝙ hic erat peñ appoſitũ ꝑncipaliter ob fauoꝛẽ penitentis. ſecus ſi ꝑncipaliter ob fauoꝛẽ. tertij ⁊ melius. qꝛ illud peñ fuit iſertũ ſup ꝯctu innoĩato. de innoĩato loqtur. ꝺ. de ꝯdi. ob cãꝫ. l. ſi pecuniã §. ſi ſeruũ. ⁊ nõ. hic nõ ob. l. fi. ꝺ. de pac. v. i dixi ⁊ vide quod dixi i. l. ſi cũ fundum in pꝛima glo. eo. ti. Bal.

**Si minor.** Ubi eſt inhabilitas pſone a ꝑncipio actuſ nõ põt ꝯfirmari lꝫ ꝯferatur i tẽpus ꝓmiſſũ. ⁊ nõ. ꝙ hic loqt' de ihabilitate pſone efficiẽtis ſeu diſponẽtis. ſed de pſona i quã ꝯfertur diſpõ loquit'. j. de hr̃. inſti. l. in tp̃s ꝓmiſſũ de hoc nõ. doc. in. l. dies feſtos. j. videas ⁊ dicũt tẽpus ꝑciſe eſſe ꝓhibitũ id quod ẽ feriatũ i honoꝛẽ dei. ſꝫ ſi i vtilitatẽ hominũ põt fieri citatio ꝑ nũciũ ſicut q̃libꝫ executio iterlocutoꝛia. al' diſ. vt in. c. vltio ex de iudi. ita dñt quidꝫ vt bar. Nõ. tex. ibi lex quippe ꝯſilio ⁊c. ex quo nõ. ꝙ illud ꝙ fit tpe ꝓhibito licet ꝯferatur in tp̃s ꝓmiſſum nõ valet qñ. l. reſiſtit initio ſeu ꝯſilio tex. eſt nõ. hic. Sed quãdo legis pꝛohibitio reſpicit effectũ nõ inicium tũc eſt ſecus vt. l. i tp̃s. j. de here. inſti. Bal.

**Qui pacto.** Pactum penale ⁊ odioſũ ꝓpter uitadã abſurditatẽ recipit iterpꝛetatõem ẽt extenſiuam ⁊ iſta. l. facit ꝙ ſi eſſet. l. ꝙ ꝯfinati nõ poſſent ẽt moꝛari itra muroſ ⁊ eſt ideo. qꝛ rõne penalitatis facta ⁊ nõ debent ꝯcedi maioꝛa ei cui ſunt denegata minoꝛa vide hoc. c. ſi ciuitaſ de ſentẽ. exco. li. vi. cui eſt itrerdictum quod eſt minus videtur eſſe interdictum quod eſt maius. hoc dicit. Bal.

**Si uenditor.** Pactum ꝙ reſonat i ius intelligit' de actu iuris quod reſonat de facto intelligitur etiam ꝺ mero facto. h. d. Iſtud pꝛĩn. nõ. Nõ. hic de cõmiſſione pene an cõmittat'. p. fieri de facto nam aut illi actus ſunt iur'. ⁊ manumiſſio ⁊ non cõmittit' pena ſi manumiſſio non tꝫ. aut ſunt facti vt perſecutio ⁊ tunc cõmittitur pena ipſo facto. pꝛimum eſt verum vbi non intereſſe vt nõ. C. de pac. l. vbi factum ibi vide. Bal.

**Si quid emptor.** Quando pena ꝑmittitur per ſtipulationem non inſpicit' an ſtip°. interſit ſecus ſi pena ſine ſtipulatione pꝛomittatur. h. d. cũ. l. ſe. j. pꝛoxima.

**Seruus.** Nõ. ex hac. l. ꝙ ſi pena ꝓmittitur pacto nudo incontinenti appoſito non poteſt exigi niſi ſtipulatio interſit vt nõ. hic in gl. i. ⁊ in gl. que incipit intereſſe circa qꝺ vide qꝺ nõ. j. de v. ob. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ⁊. C. eo. l. ij. Secundo nõ. tex. ibi nec videtur intereſſe ꝯria ⁊c.

**Queſitum.** Quando pactum de mãumittendo fauꝫ apponitur gratia emptoꝛ. vel vtriuſqꝫ non poteſt per vẽditoꝛẽ reuocari vel ſic non poteſt mutari voluntas in ꝑiudicium tertij. h. d. nõ.

**Siticius.** Pactum manus iniectiõis poteſt exerceri etiam cõtra

tertium. hoc dicit. Nō. hanc. l. cottidie allegatur quod
ſi fatuo pactū de ingrediēdo pignore propria auctorita
te poſſum iſtud ius exercere ꝯ tertium debitorē de quo
ſ. de contrahen. emp. l. ſi quis ſub hoc pacto de quo. C.
ď pignoribus. l. creditores.

Addi. Bal.

Ticius. Pactum manus iniectionis appoſitum in
ꝯtu in venditione rei ſue afficit rem vt poſſit afferri a
quolibet poſſeſſore ⁊ ſucceſſore ⁊ facto ſucceſſoris actor
incidit in penam ꝯctus. h. d. ħ. l. elegant. prima pars fa
cit ad nō. C. de pignoribus. l. iij. Secunda pars facit ad
nōta. ſ. de alie. iudi. l. iij. §. opus ℞. i fugitiuo ar. iſtius lr̄e
dicit ſpe. ꝙ bānitus dꝫ haberi pro fugitiuo ⁊ ſuſpecto vt
in ſpe. de cōpe. iudi. addi. §. i. v̄. ꝙ ſi aliqs ſenēſis. ⁊ ē̄ eſt
ar. ꝙ ꝯfinati i certo loco nō ꝯbant ibi domicilium vt. j.
de hr̄. inſti. l. ex facto ꝑ Ja. de le. i. l. huiuſmodi. §. legatū
Afferre nō. ꝙ ſucceſſor nō pōt derogare. l. auctoris. ⁊
lꝫ vendat ſalua eadē. l. hoc nō excuſat cum a pena ſi iſte
conferat. Nō hic tex. ꝙ fauor libertatꝭ facit ceſſare ma
nus iniectōem. Idem dicit Inno. de fauore eccl'ie. ſꝫ nō
ē verꝫ vt dixi. ſ. de pig. ac. l. qui ratione ⁊ nō. Bal.

**Cum uēderet.** Si apponatur pcm̄
ꝙ ſeruus venditus
emptore mōtuo fiat liber ⁊c. h. d. Nō. ſuffi
cere quē vna lege iuuari. ⁊ ecōtra ſufficit aliquēꝫ vna le
ge ꝓhiberi ut. j. de hr̄. inſti. l. ſi lex eliaſtentia. Bal.

De actionibus empti. ⁊ vendi. Rica.

**Si res.** Si res vendita nō
tradatur ad ſingla
re itereſſe agitur ꝙ iterduꝫ exce
dit p̄cium cōe vel ꝯuentum. h. d.
Et ad euidētiam iſtius tex. ⁊ gl.
p̄mitto illud ꝙ nō. hic i glo. q̄ ici
pit hic Nō. triplex itereſſe ⁊c. In glo. mag ibi. ſꝫ vnaꝫ
tm̄ ⁊c. nō. iſtam glo. ⁊ ē ratio diuerſitatis iter hanc actꝭ.
⁊ alias bone fidei ex vna parte ⁊ actiones arbitrarias
ex altera. q̄r officiū iudicꝫ ꝑ quod fit ꝯdemnatio ad iter
eſſe in actione bone fi. cauſatur ex nā ipius actionis me
rito pōt fieri ex eius nā in prima ſnia ſm offm̄ iudicis ꝑ
ꝙ fit ꝯdemnatio ad itereſſe in actꝭ. arbitrarijs nō tātuꝫ
ex nā prime actionis. ſed ex eo ꝙ non paretur p̄me ſnie
vt videbitꝭ. in. l. que reſci. ſ. ď reſtituē. merito ꝯdemnatō
ad intereſſe nō pōt venire pure i prima ſnia. ſed ꝯdictio
nalr̄ vꝫ ſi p̄mo ſnie nō pareatur facit ꝙ videbitis in. l. ſi
cum exceptōe ſm hoc. ſ. ꝙ metus cā. i eadē glo. ibi. ſ. ad
intereſſe ⁊c. Nō. ex hac glo. vnuꝫ moduꝫ formādi libel
luꝫ i hac ac. vꝫ ꝙ petat rem. ⁊ iudex poſtea tp̄e ſnie iter
rogabat reuꝫ ſi vult rem tradere ⁊ ſi reſpōdebit ꝙ ſic ꝯ
demnabitur ad reꝫ. Si uero reſpōdebit ꝙ nō ꝯdemna
bitur ad intereſſe. Sed hic q̄ro nunquid iudex poſſit co
gere vēditorē ad reſpōdenduꝫ vtrū velit tradere reꝫ vel
ſoluē intereſſe. dic ꝙ ſic ut. j. de le. i. l. ſi quādo. §. hr̄s ad
iđ facit ꝙ nō. ſ. de. l. cōmiſſoria. l. iiij. §. elegāter ⁊ ď hac
. q. per cy. C. de ſen. q̄ pro eo. l. i. lꝫ iſtaꝫ glo. nō alle. ⁊ adū
te. q̄r iſte glo. locuꝫ hn̄t vbi aliqd ē in obligatione p̄ncipa
liter. ⁊ aliqd acceſſoric. vbi aūt ſunt plura i obligatōe al
ternatiue qd iuris. tūc dic vt habes. j. de v̄. ob. l. cū q cer
tarū. Sed certe lꝫ iſta lec. ⁊ iſta forma libelli in ſe ſit v̄a
tm̄ nō ꝯgruit huic lr̄e. nam iſta lr̄a dicit i id quod itereſt
agetur. ⁊ ſic agitur ad itereſſe. ſed ſm iſtam lec. ⁊ iſtum
moduꝫ formādi libelluꝫ agitur ad rem. ergo ⁊c. ⁊ ideo
alij. j. in glo. i v̄. ſed an ipſuꝫ itereſſe ponūt ſm formam

libelli lꝫ ibi gl. hoc nō firmet vꝫ ꝙ emptō directe petat
ꝙ venditor ꝯdemnet̄ ad itereſſe ⁊ iſta forma libelli lꝫ
glo. eam nō firmet. tm̄ eſt v̄a ſi ponimus p̄ciſſe morā de
bitor̄. ut pꝫ in iſto tex. dum dicit ſi res vēdita nō tradat̄
nā tūc ſtati ſuccedit ob° ad iterē. Adeo ꝙ iterē ē ēt i
petitꝭ. vt in tex. ſubicitur i id quod itereſt agitur. nō ob. l.
ſi ſeruuꝫ. §. fi. quā alij alle. in glo. ꝯ iſtam formā libelli. q̄r
ibi agit̄ i obligationibus dandi in q̄bus poſt moraꝫ non
ſuccedit obligatio ad itereſſe. Ponit glo. tertiā formaꝫ
libelli. ſ. vt formet̄ libellus ꝯdictiōalr̄. q̄r emptor petit
venditorē ꝯdemnari ad intereſſe. ſi nō tradit ⁊ iſtaꝫ for
maꝫ dicit glo. eſſe tutioreꝫ. ſed hanc formā libelli intelli
ge eſſe verā q̄n petitio dat̄ ante moraꝫ debitoris ⁊ ſic
ex hac gl. hēs tres ꝑticulas ſeu tres for̄as libelli quas ēt
pōit gl. i. l. ij. §. iteꝫ ſi i ſcō. j. de v̄. ob. ⁊ cō iſta. tertia prati
ca ſeu forma libelli ꝯcor. ꝙ nō. glo. i ſili. C. vnde vi. l. non
ab re ⁊. C. locati. l. ꝯductores tene p̄dictamēti i eadē gl.
ibi a tertio. ſ. a tali de centum in eadem glo. ibi equioreꝫ
ſequi. Iſtam opi. gl. approbat expreſſe inſti. e. §. precium
⁊ ipſam tꝫ cy. C. e. l. ſi traditio ipſam etiaꝫ tenet dy. j. ď
v̄. obli. l. ſtipu. non diui. in magna diſtinctꝭ. ⁊ pro huius ď
claratione dic ꝙ quedā eſt obligatio mere dādi quedaꝫ
obligatio mere faciendi. quedam eſt obligatio que par
tim ſapit naturam dandi partim ſapit naturam faciēdi
primo caſu non liberatur reus ſoluendo intereſſe vt. j. ď
v̄. obli. l. ſi ſeruus. §. fi. ⁊ l. vbi aūt. §. fi e. ti. ſecundo caſu
liberatur reus ſoluēdo intereſſe vt. j. de v̄. obli. l. ſtipul.
nō diui. v̄. celſus ⁊ l. ſi quis ab alio. §. fi. j. ď re. iudi. tertio
caſu vt eſt in contractu emptꝭ. ⁊ venditꝭ. vbi i oblig. ē rē
tradi. quo caſu ſi tradens eſt dn̄s debet facere dn̄m em
ptorem alias non vt. j. e. l. exempto in prin. ⁊ de v̄. obli.
l. in conuentionalibus in fi. ſ. de contrahen. emp. l. ſi ita
tūc eligitur quedam media via q̄r ſi habet rem cogitur
etiam preciſe tradere ſi vero rem non habet cogitur ad
intereſſe vt in hac opi. M. ⁊ per hoc glo. quā habuiſtis
in. l. certi condi°. ſ. ſi certuꝫ pe. dicit ꝙ venditor q tenet̄
ad tradendum nō tenet̄ ad puꝝ ſcm̄. q. d. q̄r ſapit de nā
dandi ⁊ ideo dicta media via eligitur quod tene menti.
in eadeꝫ gl. ibi aut cā appellatiōn̄ ⁊c. hoc quod dicit gl.
intellige eſſe verꝫ ſi libellus formetur. primo vel tertio
de modis ſupra poſitꝭ. in glo. ſed ſi formatur. ſecūdo mo
do. ſ. quādo ab initio peteretur intereſſe propter moraꝫ
tunc venditor non poſſet poſt litꝭ ipam rem uendere ſi
ue tradere vt. l. ſi inſulam. j. de v̄bo. ob. in eadē glo. in fi.
ſed certe hoc ē falſum. ymo emptor cogitur p̄ciſe ad tā
duꝫ p̄ciuꝫ vt. j. e. l. exempto i prin. ſed in obli. dandi non
ſuccedit obligatio ad intereſſe. ut dicta. l. ſi ſeruum in fi.
⁊ l. ubi ā in fi. ď v̄. ob. ⁊ ſ. dixi fallit in ꝯctib⁹ innoīotꝭ ubi
agr̄ ad dādū ⁊ tm̄ ꝯmittit oblo ad iterē vt nō. i. l. re. ⁊ l.
ſe. C. de re. permutatiōe. C. de ſententijs q̄ pro eo. l. i. vi
de. j. de preſcrip. v̄. l. naturalis in gl. que incipit hic nō. in
prin. ꝑ declaratione huius gl. vide quod nō. dy. i. c. mora
ex̄. de re. iur̄. li. vi. ⁊ ꝙ nō. cy. C. de ſn̄ijs que pro eo. l. ſi.

Additio. Bald.

Si res vendita. Nō. ꝙ non tradens reꝫ quā vendi
dit tenetur ad intereſſe etiam ſi excedat precium conuē
tum vel rei valorem. h. d. Nō. hic primo dictuꝫ genera
le quod agitur ad intereſſe ex mora creditoris. Secūdo
nō. ꝙ iſta quantitas intereſſe ex facto ꝯſiſtit. nā q̄ñdeqꝫ
excedit precium conuentum ⁊ ēt preciū cōmune habet̄
ergo rē affectionis ſingular̄ q̄n affectio iſta cauſatur a
ſingl'i vtilitate vt ſi emo librū quē p̄mo ſtudui Tertio
ex hoc colligitur ꝙ triplex eſt intereſſe ſm gl. Quoddā
ē intereſſe ꝓprium ſeu ſingl'e ipius agentꝭ qđ ꝯcernit uti

litatẽ ſingularẽ.quoddã ẽ itereẽ cõe.ſ.quãti cõiter itereẽ
illam rem habere quoddã eſt intereſſe conuentum vt ꝓ
cium intra partes ordinatũ h.n.contra ſub nomine in
tereſſe ſm intellectum glo.cũ dictio itereſſe verificetur
i ipis Ja.bu.dicit ꝙ ꝓciuz nõ ꝯtinetur noie intereſſe.nã
q petit intereſſe nõ vr̃ petere iux̃ ꝯſtitutõem precij ar.ĩ.
e.l.emptorez.§.ibidem nõ tñ eſt negãdum ꝙ ſi quãtitaſ
ꝓmittitur noie intereſſe iſtud eſt intereſſe ꝯuentuz vt.l.
vlt.ĩ.ð preto.ſtip.In glo.an ergo.ibi.Ro nõ patet ergo
ꝙ põt peti intereſſe.nõ precedente ſnia ſuper re.⁊ eſt rõ
q: ſũmit originez ex tpe more vt.ĩ.e.l.rõ.§.fi. Sed i ar
bitrarijs.ſecũda ꝯdemnatio ſũmit originẽ ex tpe ꝓme
ſnie.⁊ ideo deſiderant̃ ibi due ſnie vel iura habẽs duo
.c.vt.l.ſi cuz exceptõe.§.hec aũt actõ dic vt̃ibi.Sed q̃ro
nũquid intereſſe poſſit peti lata ſentẽtia ſup re. ⁊ g.Ja.
dicit ꝙ nõ.s̃.de rei ven.l.q reſtituet̃ vbi dicit ꝙ ſñia ar
tat preciſe ad rẽ pp ſuaz.tñ cõtra videtur. q: cuz obliga
tio ad intereſſe eſſet certa retro.ante ſententiam nõ ex
tinguitur p ſñiam nec fit nouatio vt nõ.in.l.i.C.de iudi.
ꝙ credo verius ꝙ actor poſſit petẽ intereſſe nõ obſtãte
ꝙ reportauerit ſñiaz ſup re qᵃ interrogabunt̃.gl.innuit
ꝙ iſta interrogatione nõ ꝓcedente nõ poſſit fieri ꝯdem
natio ſub intereſſe ſil̃e. Nõ.in.l. i qñ.§.fi.de le.ij. Sed
ego nõ uideo ꝙ rõe more cõmittat̃ obl̃io ad intereẽ rõe
iterrogatõis ⁊ reſpõſiõiſ.ergo ſufficit mora ſine interro
gatione vt.ĩ.de v̂.ob.l.ſtipulationes nõ diuidũtur. §.cel
ſus.hoc fit.i.quod fit ꝯdemnatio ad itereſſe petita re.fa
cit de ꝯdi.inde.l.ſi ð ſortez.§.libertus ⁊.l.in ſũma. §.ſi
ſeruo.⁊.§.in frumẽto.Quod tutius ẽ nõ bene declarat̃
vtrũ petatur intereſſe iur̃ actionis vel officio iudicis. ſʒ
veritas eſt ꝙ petit̃ iure actionis ⁊ ẽ in obligatõne ꝙ pe
titur ex ꝯctu pp moraz.ſecus in acceſſionibus vt.s̃.ſi cer.
pe.l.certi ꝯdictio.in ꝓn.⁊.l.lecta ⁊.ĩ.e.l.qui p colluſiõem
§.vlt.⁊ nõ.ex iſta glo.qño procedit libellus ꝯdictiõalis
qñ incipit a ꝯdictione ut peto rẽ.⁊ ſi nõ tradiſ peto inter
eſſe ſil̃r habetꝫ.C.loca.l.ꝯductores ⁊.C.vnde vi.l. nõ ab
re.⁊ eſt glo.i.l.ij.§.itez ſi in facto in ꝓn.ff.de v̂.ob.⁊ gui.
in.l.ſi qs.C.de inoffi.te.⁊.l.in bo.fi.ff.de pac.ĩ. de accu.
.l.ea quið ſi man.ſue.alie.⁊.l.i.§.biduũ.ff.qñ ap.ſit .⁊ ibi
dixi.⁊ adde quod nõ.in.l.fi.C.de ã.excep.⁊.l.iur̃.§. deni
qʒ de ex.rei iudi.⁊ nõ.ex̃.de teſta.c.rei ⁊ in ſpe. de libe.
ꝯcep.§.iux̃.v̂.libellus ꝯdictionalis ⁊ ẽ ſil̃e ꝙ nõ.cy.C.ð
iudi.l.i.in.iiij.op.Itez eſt ſil̃e i illo alio libello peto rez ſi
exiſtat ⁊ ſi nõ exiſtat eius extimatõem.vt in ſpe.de li.ꝯ
cep.§.fi.v̂.hic autẽ. Nõ.adde ꝙ nõ.in ſpe.ð loca. §.poſt
ꝙ̃ ad fi.⁊ adde ꝙ dixi de ꝯdi.fur.l.in re furtiua. ⁊ de cõ
di.inde.l.ꝙ indebitũ ⁊ vide oĩo ꝙ dixi in.l.nõ quẽadmo
dum.s̃.de iudic.ibi exempto.§.fi.pʒ.ergo ꝙ ad itereſſe
põt ſepius agi ꝙ eſt verꝫ ex nõ facto.ſed ex malfic̃io. ſi q
dez ẽ iterabile idẽ.Si aũt nõ eſt iterabile nõ põt niſi ſe
mel agi.⁊ nõ.ĩ.de v̂.ob.l.ſi ſit.⁊ adde qð ẽ.quoddã inter
eſſe ꝑticulare rõne tẽporis.quoddã eſt itereſſe totale rõ
ne totius rei.In iſto intereſſe totali ꝯfunditur itereſſe ꝑ
ticulare ſm Guil.⁊ bene ⁊ hec ẽ dr̃ia. q: intereſſe tota
le venit iur̃ obligationis vt ſupra dixi.ſed itereſſe ꝑticu
lare venit ad ſil̃itudinez ac.⁊ officio iudicis.⁊ ideo dicit
glo.ꝙ venit ẽt ſine libello ſi emergit poſt litꝫ ꝯte.ante ñ
venit niſi petitũ ſit ſil̃e.nõ.ĩ.de dam.infe.l.ſi qs iuſſum
§.iudex plerꝫqʒ in fi.ibi loquit̃ i obligatõe ꝓncipali ⁊ ſuc
cedanea fauore libertatis.ideo ymo nõ venit itereſſe.q:
nõ repñſentaret eãdez vtilitatez nec eũdez.finez acto.nõ
tñ dices nõ bene ſoluit.q: in obligatõibus dandi nõ põt
dari aliud p alio.ſed in obligatõe faciendi bene põt da
ri itereſſẽ p facto.q:.l.nõ vult qð aliquis ꝓciſe teneat̃ ad

fcũ cuz eſſet quadaz ſpẽs ſeruitutis.⁊ cũ pactuz nõ deſi
deret̃ ꝓncipal̃r.ſed pp ſe.vt.s̃.man.l.ſi remunerãdi.§.ſi
tibi ⁊.l.ſi procur.§.mãdati.Si velis ꝓmaz opi. iſta opi.
approbat̃ p glo.inſti.e.§.itez ꝓciuz.⁊ eſt tex.i. q.i.ſtudet
⁊ ibi p archi.⁊ p cy.C.e.l.ſi traditio qð credo verꝫ quod
officio iudicis ꝯpellat̃ ꝓciſe q hʒ facultatẽ tradendi ma
xime ſi ꝯctus eſſet vallatus iuramẽto ar. eius qð nõ.s̃.
de ꝯdi. ob cãm.l.ſi pecuniaz .In glo.ꝑua.⁊ adde hic qð
nõ.inſti.de ac.§.actionuz in ꝓn.l i.§.fi.ergo pʒ qð in cã
ap.põt purgari mora.ſicut in ꝓn.ar.ꝯtra.qð nõ.s̃.qð me.
cã.l.ſi cuz exceptõe.§.hec aũt actio dixi hoc itellige quatꝫ
ꝓcium i facto ꝯſiſtit .s̃.de ꝯhen.emp.l.fundi partẽ.⁊.ĩ.e.
.l.tãtuz.§.i.ſed quatenus ꝯſiſtit in pecunia numerata ſi
cadit intereſſe.Scða vo de qua hic loquitur ut.s̃.de in
litꝫ iur̃.l.nũmis.Concludo ex iſta glo.determinatur.vij.
.q.primo an intereſſe poſſit peti non precedẽte ſentẽtia
ſuper re.ſa quo ordine peruenitur ad condemnationẽ
intereſſe.Tertia an ſit in obligatione. Quarta an iter
eſſe particulare confundat̃ i intereſſe cõmune.Quinta
an ſi actor vult preciſe tradi debeat.Sexta an in cauſa
appellationis poſſit mora purgari. Septima an preciũ
debeatur preciſe vel nõ preciſe. ⁊ nõ.hanc glo.meliorẽ
ꝙ̃ reperiatur in ſua materia.In glo. h nõ. triplex hoc
examina.vt nõ.dy.in.c.mora de re.iur̃.li.vi.⁊.Inno.de
ſen.ex.c.ſacᵒ.ſi ſeruum meũ .ibi loquit̃ in legali diſpoſi
tione h qñ agitur ex partium conuentꝫ.In fi glo.⁊.ĩ.de
v̂.obli.continuus.§.cũ ita ⁊ facit quod nõ.l.iij.§.fi.ð co.
ꝙ cer.loco vbi ponit̃ qualiter ꝓbet̃ intereſſe ꝙ ꝯſiſtit i
ſpe.⁊ de hoc nõ.ĩ.e.l.ſi iactũ retis.Vltimo ſcias ꝙ iſtð
principium debet intelligi poſtꝙ̃ emptor ſoluit procur̃.
nã ante venditor non eſt in mora vt.ĩ.e.l.iull̃.§. offerri.
de lo.p .fru .l.i.§.fi.ĩ.loca.l.quero.§.inter locatorem ⁊
ſupra de reſcin.ven.l.fi.§.fi.

## Venditor ſi cum ſciret.

Si vẽditor
celat ſeruitutes tenetur emptori ad intereſſe ꝙ locũ ha
bet ſi emptor fuerit ignorans ſecus ſi ſciens.h.d.Vſqʒ
ad finẽ. Nõ.ex hoc tex.i fi.ꝙ nõ debet certiorari q ſcit
de quo per dy.in.l.denunciaſſe.ĩ.de adultꝫ.⁊ in. c.cũ qui
certus ex̃ de re.iur̃.li.vi.facit ꝙ videbitꝫ.ſupra de pe. hr̃.
l.item veniunt.§.petitum ⁊c̃.

Addi.Bal.

Venditor.Vẽditor nõ dʒ cõmittere fraudẽ i tacẽdo
vel in loquẽdo ꝯditionaliter vel ambigue ⁊ qñ emptor
ſcit non dicit̃ fraudem.h.d. Deberi puta arãdo viaz
vt non cognoſcatur ſeruitus frau.ſeruitutẽ ſecus ſi ſcit
vt ſeqtur. Nõ.de fraude quomodo cõmittit̃ tacendo ⁊
mentiẽdo cauteloſe loquẽdo.⁊ facit ꝯ vẽditores equorꝫ
qui aſſerunt ⁊ adiciunt qð ſi contra appareat qð nolũt
teneri de vicijs ⁊ morbis nam iſta cl̃a non excuſat a do
lo vt hic ⁊.ĩ.e.l.tenet̃ ⁊.l.iull̃.§.idẽ iul .⁊. l. quero ⁊ in
ſpe.de emp.⁊ ven.§.nunc dicendum.v̂.quid ſi venditor
eq cum.v̂.ſe.Item facit ꝯ illum qui cedit iura tanꝙ̃ cre
ditor ⁊ dicit qð nõ vult teneri ad faciendũ bonũ ius vt
s̃.de hr̃.ven.l.ſi nomen nã nihilominus tenet̃ ſi ſciebat
ſe ius non habere.Itẽ facit ꝯ impetrantẽ qui patitur ð
fectũ nataliũ ⁊ impetrat cũ cl̃a non obſtante ſi patere
tur defectum natalium ⁊ ita videtur obrepiſſe ſecus ſi
ponit verba aſſertiua puta nõ obſtante qð patiatur de
fectuz ſm.d.recuperatũ ð ſanctominiate qui ita conſul
uit p iſtum tex.⁊ facit ꝙ nõ.in ſpe.ð loca.§.nunc aliqua
ꝟ loca.xc.Itẽ nõ.ex fi.iſtius tex.quod iſte qui ſcit non di
citur ðcipi.⁊ dicit ſpe.p iſtum tex.quð.l.ij. C. de reſcin.
ven.non hẽt locum quando agẽs ad decipiẽdum ſcinit

rei valorẽ in ſpe.ꝺ emp.⁊ vẽ.§.nunc dicẽdum ẽ.v.quid ſi aliqs ⁊.e.ti.§.fi.v.ſi cui.habuiſti caſuꝫ expſſum.ſ.de ꝯ hen.emp.l.domuꝫ,adde alium caſuꝫ in quo ceſſat illa.l.ſ.de peri.⁊ ꝯmo.rei uẽ.l.habitationũ.npn.ſ.rõe dubij euẽtus.Itẽ ff.ad trebel.l.lucius.§.vltimo.Itẽ allegabatur iſte tex.ex de elec.c.eccleſia vrã.

**Actio.** In glo.ſua.Nõ.hanc glo.q̃ dicit ꝙ quãdo ẽ euicta poſſeſſio nõ agit᷑ ad dupluꝫ.naꝫ illud ꝙ dicitur ꝙ re euicta agitur ad duplum hꝫ locuꝫ qñ ẽ euicta res nõ qñ euicta poſſio vt hic.Ideꝫ nõ.p glo.j.de v.ob.l.venditores i quadam glo.pua.⁊ ideo ad cautellaꝫ facias in inſtro venditõnis ſcribi ꝙ ſi moueret᷑ lis queſtio ſeu ꝯtrouerſia de re ſiue poſſeſſione ⁊c̃

Addi.Bal.

Actio.§.ſi empto.Nõ.ꝙ ex cõi ꝯctu dandi vel tradendi debẽt tradi vacua poſſeſſio cum i ꝯctu ſtricti iuriſ nõ veniũt fructus.ſed i bone fidei ſic ex die more facit j.de le.ij.l.meuius.§.i.i glo.pmo i.l.ſi ſtipulatus ibi fuerit plura verba debent aliquid operari ꝙ nõ.Bal.

**Si emptor.** Nõ ſũmatur quia breuis.ſed ipm declara.vt in glo.

**Si inter actum.** In icorporalibus paciencia habet᷑ p traditiõe.h.d.Et circa iſtuꝫ.§.vide ꝙ nõ.ſ.e.l.i.i glo.i.q̃ nõ.

Addi.Bal.

Si inter actũ.In icorporalibus nõ cadit plena traditio.h.d.Nõ.ꝙ poſſeſſio icorporalium nõ eſt ppria ⁊ vera poſſeſſio.Bal.

**Si per uenditorem.** Pro mã huius.§.vid ꝙ habuiſtis i.l.iij.§.in hac.ſ.cõmo.⁊ in.l.in hac.ſ.de triti.Secũdo nõ.tex.i v.mora.Tertio nõ.glo.que incipit in alio.In glo.q̃ incipit etiaꝫ loco.Nõ.ex hac glo.ꝙ dictõ a ⁊ denotat ſepatõm.idem habes i.l.ſi ex duobus.j.ꝺ duobus reis ⁊.iij.q.v.c.qſquis plene p archi.c.ſtatutj libro.vi.ꝙ tene menti.

Addi.Bal.

Si p venditoreꝫ. Venditor ẽ in mora creſcit interesse a tpe more v.emptor decreſcit ⁊ rõne more que cõmittitur i loco ſolonis inſpicitur quãti plimi res valꝫ ibi vel i loco iudicij.h.d.Mora.Nõ.ꝙ difficultas ꝯtingens i perſona creditoris excuſat creditorẽ a mora.In glo.alio i fi.Nõ.ꝙ dictio a ⁊ ab denotãt ſepationem ſiue apponat᷑ ſup loco ſiue ſup tẽpore.⁊ nõ.in ſpe.ꝺ citatj §.iuxta.v.fi.⁊.e.ti.§.i.v.ſed pone ppa.⁊ p archi.i.c.ſtatutuꝫ de pben.li.vi.⁊ de elec.c.i.e.li.⁊.xxxij.diſtin.alr ⁊ p cy.C.de nup.l.a caligato ⁊ habes aliaꝫ glo.j.de duobꝫ re.l.ſi ex duobus.Ex predictis apparet ꝙ dies termini nũq̃ cõputãtur i termino qñ ponitur ibi monoſilla a vl ab.vnde nõ fit ꝯputatio de momẽto ad momẽtuꝫ.

**Si ſeruum.** Nõ.ex iſto pncipio drĩaꝫ inter actõem ⁊ ſtiplõnem de dupla ⁊ actj.ex ẽpto.Secũdo nõ.tex.ibi nõ põt extimari bonitas loci qui nõ extat.naꝫ iſte tex.põt allegari ad id ad qꝺ alle.Ja.bu.l.eius q in puincia.ſ.ſi cer.pe.vide ꝙ pus opꝫ aliqd ſubſtãtiari q̃ ſubici qualitatibus dixi tibi i dcã.l.eius qui i puincia i fi.ſ.ſi cer.pe.

**Si heres.** Illud qꝺ dicit hec.l.ꝙ poſſit agi ex teſtõ p reliqs intellige p reliquis rebus q̃ veniũt i ꝯſequẽtiam empti q̃ res vẽdite nõ fuerũt.eo eim ipo ꝙ uendite ſũt liberatur hrs ex teſtõ vt.ſ.ꝺ ſolutõibus.l minoribus.Et facit pn.huius.l.qꝺ ſi dicit ſtatutũ qꝺ nulla actio vel ius poſſit cedi vel uẽdi forẽſi.⁊ aliqs dãnet᷑ ex teſtõ cedere vel vendẽ.⁊ vẽdat vl cedat nõ incidit i penaꝫ.nõ eim hoc facit ſpõte.ſꝫ ui vltie uolũtatj qꝺ nõ.⁊ tene mẽti ⁊c̃.Nõ duo pmo qꝺ ꝯdemnatus uẽdẽ nõ liberat᷑ uẽdẽdo.ſꝫ põt ꝯueniri vt tradat.⁊ facit ad no.p dy.in.l.iux.§.agri.plagam de le.iij.⁊ dixi.ſ.ꝺ pe.here.l.i extimatõibus.Secũdo no.qꝺ erroneus ꝯctus nõ ẽ implẽdus nec exequẽduſ ſ.fa.her.l.heres cuius.Bal.

**Tenetur.** No.bene caſuꝫ i.§.ſi vẽdidi ⁊ tene eũ mẽti defectus ex pte recipiẽtis iuuat ꝯnũciatione.ſꝫ nõ defectus p mittentis.h.d.Bal.

**Si uas aliquod.** Si vẽditor vaſis aſſerat ipm eſſe certe menſure vel ponderis qꝺ aſſeruit ipm ẽ integrũ pſtare dꝫ qꝺ in dubio pſumitur.h.d.No.Bal.

**Si tibi.** Si aliqs uendit alicui ſeruitutẽ pdialẽ ita demũ illi tenetur.ſi ille hꝫ fundum cui ſeruitj.poſſit acquiri.h.d.Bal.

**Si uenditor.** Nõ ſũmatur qꝛ breuis.ſed no.bene caſum iſtius no.§.uide.j.ꝺ dona.l.ariſto.p Bar.

**Fundum.** No.hanc no.l.falſa demonſtratio pſone non viciat exceptionẽ factaꝫ in contractu nec auget nec minuit rem.ac.ſi eſſet vera facit.l.in venditorẽ.ſ.eo.pdio.⁊ facit optime iſte tex.qꝺ ſi aliquis emit emphiteoſim pro ſe ⁊ nomine fratris ſui ⁊ ille frater deceſſit priuſq̃ fieret ei reſtitutio ⁊ anteq̃ ratum haberet qꝺ ex pſona ſua finitur emphiteoſis ſicut ſi eſſet ſibi facta reſtitutio a fratre ſtipulante noie ſuo ⁊ ipſiꝰ fratris qꝺ tene mẽti.

**Si is qui.** No.hic creditorẽ poſſe ꝯueniri ad expediẽdum debituꝫ.ſed certe hic ñ pbat᷑ oblio hinc inde.No.hãc.l.⁊ facit p colono qꝺ poſſit proteſtari domino qꝺ vadit p fructibus ⁊ ecclie qꝺ uadat p decimis.Bal.

**Non eſt nouum.** Iſta.l.in principio ſui ponit vnã regulã quã l.extra declarat ⁊ principium iſtius.l.eſt ſũmarium ipſius ⁊ non dictionem huius.l.q̃ ponit in gl.ma.v.die ergo.

**Ex empto.** Nõ.ex hac.l.primo ꝙ vẽditor non tenet᷑ niſi ad traditionem rei non aũt dñium in emptoreꝫ trãſferre.Emptor vero tenetur facere pciũ vẽditoris ⁊ eſt ratio vt non h in glo.ſuper.v.cogitur in.v.emptor quã rationẽ tene bene mẽti.nam p hanc rationẽ apparet ꝙ ſi vẽditor tenet᷑ in genere puta qꝛ vẽdidit.x.corbes grani in genere tunc vẽditor tenetur facere rẽ emptoris magis ex qualitate rei qꝛ in genere q̃ ex natura obligationis vt dicit rugerius in ſimili vt nõ.per glo.j.de l.i.l.ſi domꝰ §.i.l.qui concubinam.§.ſi heres de leg.iij.ſo nõ.in.v.⁊ i primis ꝙ verbũ pſtare nõ denotat dominij trãſlationẽ.

**Si quis uirginem..** Actj.ex eo ꝯtractu quandoqꝫ proponitur ad impletionẽ ꝯctus quandoqꝫ ad reſolutionẽ.h.d.vſqꝫ ad.§.etiaꝫ.Nõ.ꝙ arra põt conſiſtere in qualibet re.dicit hic Riꝫ.ma.ꝙ arre.que conſiſtũt in ſpecie non computant᷑ in pcio ſecus ſi conſiſtant in quantitate ſm riꝫ.q allegat.l.vltj.C.de l.cõmiſſo.in.v.reliqua ⁊ cy.in addi. Nõ.etiam hic qꝺ titulus inueſtitura non facit deſtruere rem integram.vt nõ.dy.in.c.i.de re.iur.l.vi.

**Js qui vina.** Glo. ſuper verbo diſtraben
dā in. ſba vēditionis caſſent̃
ex quo tex.ꝛ glo.no.qđ poteſt agi actione ex eo ꝯctu vt
quatenus contractus de facto proceſſit eatenus reuoce
tur ꝛ inſtrumenta caſſent̃ ꝛ no.ꝛc̃.

**Etiam.** Quero qñ aliqs ꝯdemnat̃ ex eo ꝙ nō
cauet hr̃e licē vtrū ſtatim fiet executō
ꝯ ipm ꝛ iſte tex.videt̃ uelle ꝙ ſic.ſ.de hoc dicut nō.C.
de euic.l.ij. Bal.

**Emptorem.** Jn gl.que incipit ibi no
toriū. No.iſtam glo.ad
uerte q: licet notorium non indigeat ꝓbatiōe
dʒ tñ ꝓbari notoriū eſſe vt nō.p glo.C.đ accu.l.ea quiđ
in glo .ante penulti.i fi.ꝛ nō.in.c.vr̃a ex̃ de choa. cle.ꝛ
mulierū ꝛ dr̃iaʒ iter notoriū ꝛ manifeſtuʒ vide p glo.in
.l.ciues.C.đ appellatōibus in glo.ſup v̄.poſſe ibi naſcie
bat ꝛc̃.ꝛ hāc ſo.tenet Ja.bu.

Addi. Bal.

Emptoreʒ. Potuit vnde plus ſoluēdo q̄ꝑ expediat
illud plus nō repetit. Jn tex.q: rō quare nō defendebat
Jn tex.ex ſtipulari ex illa ſtipulatione fuit nobiſqʒ ꝛc̃.
Jn glo.ibi nō indiget ꝛ uide ꝙ nō. Jnno.de offi.dele.c.
ſtatuimus.ꝛ adde quolibet notoriū indiget probatione
ubi notoriū facti ꝑmanentis.i.facti p̄ſītis notoriū auteʒ
facti p̄teriti.ꝙ doc.appellant notoriuʒ facti tranſeūtis
illud idiget ꝓbatione.q: potius dʒ hoc dici manifeſtum
q̄ꝑ notoriū ut.C.đ appella.l.ciues ꝛ incole ſm Jac.bu.ꝛ
cy.Apparet ergo qđ ē quoddā notoriū ꝓbans quoddaʒ
ꝓbandum notoriuʒ ꝓbans eſt notoriuʒ p rei euidētiam
quod principal̃r inſtat vt.l.ſi vero.§.q.p rei q ſatiſ. cog.
Notoriuʒ ꝓbanduʒ eſt illud qđ ad p̄ſ nō eſt exiſtēs. ſʒ
de eo ꝑtio eſt memoria hominuʒ ſicut dicit tex. al̃r.j.de
fur.l.qđ tabulaꝝ i fi.Et dr̃ notoriuʒ quaſi publice notuʒ
qđ pōt probari p maioreʒ ꝑtem populi.vt vbi gr̃a ticius
fuit notarius vſurarius.q: tenuit altare paratuʒ donec
vixit. Jteʒ ꝙ aliqs geſſit magiſtratū. Jteʒ banna publi
ca vt nō.ſ.fer̃.l.ij.C.qui.ꝛ adv̄.quoſ.l.i.de recep.l.Et di
cit.d.cy.ꝙ illud qđ probat̃ p plures q̄ꝑ.xx.teſtes cenſet̃
nōriuʒ.C.de accuſa.l.ea qdem ꝙ tene mēti. Adde ēt ꝙ
pōt eſſe nōrium nō ſoluʒ factū ſed ēt ius vt dñium ꝛ iur̃
dictio ꝛ in nōrio nō iuratur đ calūnia vt nō.ſ. de ne.ge.
.l.at qui nā.§.cū me abſēte.Et vtrū poſſit probari aliqđ
eſſe nōrium niſi ꝓbetur ipm eſſe factuʒ p ſenſum corpo
ris eius q teſtificat̃ Ja.bu.hic ſentit ꝙ ſic.Sed ſub qua
forma deponūt teſtes dic vt nō. Jnno.de offi.dele.c.ſta
tuimus.Et adde ꝙ hoc nōriuʒ equiperat̃ ſn̄ie quo ad ꝓ
banduʒ.tñ nō itelligit̃ eſſe v̄a probatio.vnde nō equipa
tur. Jtē quātuʒ ad inducēduʒ uel ꝓhibēduʒ vt.l.factū eē
nō.j.de ritu nup.l.palā.j.de cur.fur.l.iul̃.ꝛ p hoc decidi
tur qđ de nōrio prodigo que format̃.j.de teſta.l. is cur.
bonis facit.j.de.vſuc. pro emp.l.ſi quis cum ſciret. Et
an i notorio requiratur proceſſus dixi i.§.cuʒ me abſēte
Et adde dicit Jnno.ꝙ poſito ꝙ in ꝓceſſu nō ſit ſeruatuſ
ordo p̄muʒ ſeu p̄ncipale fcm̃ adeo efficitur nōriuʒ.ꝙ nō
pōt modo aliquo refutari. Jta dicit Jnno.de v̄.ſig.cum
olim ꝛ Jo.an.de ſen.exco.ſolʒ.ꝛ de v̄.ſig.ex pte.in glo.
ſup v̄bo poſſe vbi.ſed p defenſioneʒ. No.ꝙ vbi reqrit̃
ſn̄ia notoriuʒ nō equipatur ſn̄ie vt in ſtipl̃one duple.ſec⁹
vbi ſn̄ia nō eſt de ſubſtātia.q: nōrium equipatur ꝯfeſſio
ni ꝛ ꝯfeſſio ſn̄ie.tñ iſte tex.ſemp allegat̃ ꝙ notoriū equi
patur ſn̄ie.ſed g.intelligit qđ ſic quātum ad nō iputādū
culpaʒ obmiſſe defenſionibuſ nō qđ ſup notorio nō ſit ꝓ
nūcianduʒ. Jn notorio eniʒ nō cadit defenſio probabil̃
ꝛ ubi nō cadit defenſio ibi nō eſt aſſumēda defenſio ar.
eius qđ no.in.l.i.de fur.ꝛ in.l.qui.qm̃ es. Jn eadē gl. ibi
ſic vel ibi ſi ſciſſet ſn̄ia erat p̄uata hic publica.q: notoriū
i.e.glo.in fi.ꝛ.C.de euic .l.emptor.iſta glo.innuit quđ in
notorio cadat appellatio qđ pōt veꝝ eſſe ſi neget̃ noto
riuʒ ēt q: tūc oportet probari qđ ſit notoriū eo qđ loqui
mur i notorio facti p̄ti.facit qđ no.C.de accuſa.l. ea qđ
Ex̃ no.hic qđ ſi aliquis ꝯxit cuʒ eo q eſt notorie ꝓdigus
vel furioſus vel ſimilis cui interdicūtur bona vt iterdici
debent lʒ p ſn̄iam iudicis nō ſit iterdictum cū eo ꝯhere
tñ ſi ꝯhit cum eo nō obligat̃ talis pſona cui ſolent bona
iterdici ꝛ hoc tenet Ja.de ra.ꝛ Ja.de are.Et no.ff.đ v̄.
ob.l.is cui.ꝓ primis optime facit ex̃ de choi.cle.c.nr̃a.ꝛ
.c.fi.nō eſſe notoriuʒ p ſn̄iam vel exiſtētiam facti ſūt pa
ria dic qđ in furioſo nullus diſcordat qn ſtatim adepto
furore ipo iure.ꝛ ſine iudicis ſn̄ia ſit iterdicta adminiſtra
tio vt no.de cura.furi.l.i.ꝛ de v̄.ob.l.is cui.Sed i ꝓdigo
glo.cōiter tʒ ꝯ ſm cy.h in addi.nō obſtante qđ notoriū
ꝛ ſn̄ia equipetur qđ veꝝ eſt quātū ad euidētiaʒ facti ſeu
ꝓbationeʒ.ſed nō quātum ad aliquod ꝓhibēduʒ uel idu
cenduʒ i quo ſn̄ia ſit de ſubſtātia ut.j.de cuſto.reo.l. ſi ꝯ
feſſus.ꝛ infra de penis.l.quod ad ſtatuʒ.patet eniʒ qđ
ex ſententia oritur actio in factum ꝛ hʒ parataʒ exc. nō
tñ repit̃ qđ h ſit in notorio ꝯct⁹ l̃ dñij ut in.§.cū me abſē
te fac̃ qđ no.j.iuriur̃.l.ſʒ ꝛ ſi poſſeſſori.§.ſi cuʒ đ hr̃ditate
patet ex predictis ꝙ in prodigo ad ſubtrahēdaʒ ſibi ad
miniſtrationē rerum ſuaꝝ ſn̄ia eſt de ſubſtātia vt.j.de ꝯ
feſſ.l.iul̃.ſʒ in rebus nō vidēt̃ neceſſaria ſn̄ia vt.l.fi. C.
de ſen.paſ.Adde iuxta materiā nōrij ꝙ licet nōriū re
leuet ab onere probandi non tñ ab onera ꝓponēdi vt i
.C.de appellatiōe de ap.i cle.fallit hoc vbi qs nō audet
proponere iuſto metu vt i.c.paſtoralis de re iudi.cle .ad
de ꝙ nō.i.l.i.C.qui.ꝛ aduer.quoſ.Et facit ad.q.đ homi
cida qui tenet beneficium eccleſiaſticum ꝛ dicit. Jnno.
ꝙ hoc ponit donec deponat̃ p ſn̄iam vt ipſe nōt. de cō
ceſſ.pre.c cum noſtris hoc eſt veruʒ ſi homicidiū eſt nō
riuʒ puta q: fuit in aliquo officio ꝛ fecit quendā decapi
tari ꝛ apparet hoc p acta ſi enim tu dicas equiperari
ſn̄ie tunc priuatus eſt ꝛ ipſo iur̃ ꝛ poterit conferri bene
ficium tanq̄ꝑ vacans Ex his que dicta ſunt pōt argui ꝓ
ꝛ ꝯ vʒ.nō.ꝓ. Jnno.in.c.de of.cuſto.ꝛ archi.xxij.di. non
licuit.ꝛ.ij.q.i.guiliſtrius ꝛ in.q.i.qui ſuſpectus ꝛ. xi. q.i.
coꝝ ꝛ ꝙ nō.in.c.fi.de fo.com.li.vi.i nouella.iſta.q.eſt de
facto in vno magno beneficio.Ad h an.nōriū iur̃ ꝛ fa
cti equiperetur rei iudicate adde ēt ꝙ no.ſ.de infami.l.
ictus fuſtiū ꝛ in cauſis criminalibus plus operatur no
torium q̄ꝑ in cauſis ciuilibus vt no. Jnno.in dicto. c. no
ſtra.ꝛ đ iuriurando.c.ad noſtram el.ij.

**Jdem neracius.** No.ſūmatur q: bre
uis ſed circa iſtum.§.
vide qđ habuiſtis.ſ.e.l.rem in tex.ꝛ glo.

**Caſſius.** Jlle qui conſecutus eſt precium vel
intereſſe totale ad particulare non
agit hoc dicit. Bal.

**Jdemqʒ libro.** Si vēditor cū emptore
paciſcantur vt.j.certum
tempus de dupla teneatur tempore elapſo de euictiōe
nō tenet̃ niſi ad p̄cium vbi ſcienter vēditur rem alienā
quo caſu ad intereſſe tenetur.item creditor iure credito
ris vendens de euictione non tenetur niſi ſciens rem ſi
bi obligatam eſſe alienam vendiderit hoc dicit vſqʒ ad
§.ſi quis rem. Bal.

**Si quis rem.** Pro re prin.debetur du
pla nomine euictōnis ſed
ꝓ acceſſor̃ debetur ſolum ſimplū.h.d.ꝛ eſt ar .qđ pena

que adicit rōne qualitatꝭ.nō duplet.vide qđ dixi.ſ.qđ metus cā.l.ſi cū exceptione.§.i.

**Qui aūt.** Vēditoꝛ ꝓmittēs hr̄e licē tenet ad ea que hic per oꝛdinē inſeruntur.h.d. No.h.§no.glo.ſup.v.pſtare debere q̄ optime d̄clarat quando valet promiſſio habeꝛe licere facta p om nes ⁊ quid operetur ꝓmiſſio hr̄e licere fcā p ſe ⁊ ſuos quam glo.no.perpetuo.

**Ibidem ait.** Si venditoꝛ paciſcat ſe nolle teneri d̄ euictione nihilominuſ re euicta dꝫ pciū reſtituē niſi ſcienter rē alienaꝫ uēdi derit quo caſu ēt ad intereſſe tenet.h.d.In glo.que inci pit ſi pitoꝝ ⁊c.ibi ualet eniꝫ.Nō.ex hac glo.ꝯiuncta cū tex.ꝙ ad hoc ut paciſcens ꝙ nō teneatur de euictōe nō teneatur ad pcij reſtōem ⁊ euicta opꝫ ꝙ expſſe paciſca tur ꝙ ne duꝫ teneatur ad itereſſe.ſed nec etiam ad pcij. reſtōeꝫ.alias ſi iſta vba nō eſſent expſſa tenet reſtꝭ pcij

Predicta vā in eo qui uendit ignoꝛāter rem alienā ſi vo uendat ſciēter,tūc tenetur etiam ad intereſſe ut h v.niſi cum glo.ſua ⁊c.

**Iulianus.** Vendēs rem vicioſaꝫ igno rāter tenetur quāto mioꝛis emptoꝛ fuiſſet empturus.Fallit in ſeruo fure Si vo uenditio fuit fcā ſcienter.tūc venditoꝛ teneat ad omne itereſſe ēt quod ē ex̄ rē.h.d.vſqꝫ ad.§.qđ autꝭ.⁊c. Nō.ex hac.l.ꝙ reſ vicioſa uendita ab ignoꝛāte tenetuꝛ uenditoꝛ quāto minoꝛ emptoꝛ fuiſſet empturus ſi illud viciuꝫ ſciuiſſet.Secūdo nō.ꝙ uendēs reꝫ vicioſaꝫ ſciētꝭ teneatur ad omne itereſſe ēt ex̄ rem.Tertio nō.in.v.itē qui fureꝫ dr̄iam iter uendētem furē fugitiuū ignoꝛantꝭ ⁊ uendētem ſeruuꝫ fureꝫ ignoꝛāter.Op.ad pmuꝫ notabi le ⁊ vr̄ ꝙ teneatur quāto minoꝛis res ē ſeu valꝫ vt.j.de edil.edicto.l.ꝙ ſi nolit.§.ſi plures glo.i.hic poſita ⁊ etiā glo.mag.poſita.j.in.v.item ſi furem dicit ꝙ duplex eſt actio quāto minoꝛis.vna eſt ciuilis de hac loquit hic.l.ꝯ ria.⁊ differūt iſte due iter ſe.qꝛ ciuilis datur quāto mio ri pcio emptoꝛ fuiſſet empturus ut hic.ptoꝛia vo datur quāto mioꝛis res ē.Itꝭ iſta ciuil ꝑpetua ē.Illa vero pto ria eſt ānalis.Petrus vo de bel.dicit ꝙ ymo ē una tm̄ quāto minoꝛis ⁊ nō plures.allegat ꝑ caſu.l.ij.C.d̄ edil. ac.vbi impatoꝛ dicit ꝙ neſcit aiaduertere qualiter poſt āнuꝫ poſſit agi.ſi eniꝫ repiretur quāto minoꝛis ciuil ꝑpe tua imperatoꝛ bene ſciuiſſet. Preterea dicit ipe dif ferentiā quā facit glo.inter actōem quāto minoꝛiſ ēptoꝛ fuiſſet empturus ⁊ actꝭ.quāto minoꝛis res ē nihil ualet qꝛ ſemper dꝫ ꝯſiderari quātuꝫ cōiter res ualꝫ.qꝛ tāto fu iſſet regulr̄ empturus ut.l.pcia reꝝ.j.ad.l.fal. Itē dicit ipe idem impoꝛtāt.iſta ſunt verba petri que cy.refert i .l.ij.C.de edil.actꝭ.ſed doc.reſpōdent ꝙ ibi imperatō fu it iterrogatus vtrū poſſit agi actꝭ.redibitoꝛia uel quanto minoꝛ ptoꝛia.⁊ ad illud reſpōdet impatoꝛ ꝙ nō aiaduē tit quo iure ſeu qua rōne poſſ t agi poſt annum de actꝭ. ver.quanto minoꝛis aliꝭ impatoꝛ nō reſpōdet.qꝛ nec fu it iterrogatus tene.ergo opi.glo.nr̄e.nam longa ē dr̄ia inter hanc actꝭ.quāto minoꝛis fuiſſet quis empturus ⁊ act.quāto minoꝛis res valet illo quo ē empta. tm̄ qs nō fuiſſet empturus ſi viciuꝫ ſciuiſſet.nam inſpecta cōdictō ne pſone quis nō emeret rem quam alius eodem pcio emiſſet poſito ꝙ viciuꝫ eius ſciuiſſet.Pone exempluꝫ in libꝛo coꝛrupto.naꝫ vnus doctoꝛ d̄ illa coꝛruptella mo dicuꝫ curat ſcolari⁹ vo nullo modo eſſet empturus. In glo.ij.in pn.iſta glo.duo foꝛmat ꝯria.⁊ pmū ꝯ.de.§.ſi p uenditoꝛem optime ſoluit ⁊ ponit optimam ſolōnem. Sed quātum ad ſm ꝯrium de.l.liber homo.§.ſi.j.de v. ob.dic qꝛ ibi debebatur quātitaſ pecunie que nō recipit intereſſe circa rem.ideo uenit intereſſe ex̄ rem ut vidi ſtis in.l.nūmis.ſ.de in litꝭ iur.Vtrū hodie habeat ratō lucri.etiam cōtra eum qui cōuenitur ex eo ꝙ nō dedit dic vt nō.p doc.in.l.i.C.d̄ ſi͞ijs que pro eo. In glo.ſe.in pn.iſta glo.declarat utruꝫ uendens rem vicioſaꝫ ignoꝛā ter regulariter teneatur propter vicium rei uel nō.⁊ te ne opi.que ponitur in.v.tu dic que p doc.appꝛobaretur Secūdo dicta glo.in.v.quid differt ponit differentiam inter actionem quāto minoꝛis eſſet empturus ⁊ actꝭ.q̄ to minoꝛis res eſt quam glo.ſigna.⁊ adde ipſam ad pꝛi maꝫ glo.iſtius.l.Bal.

**Quod aūt dixi.** Vendēs ſeruum fuit eſt ignoꝛāter tenetuꝛ ſi ipm aſſerat bone vite.h.d.vſqꝫ ad.§.ſi vēditoꝛ.

**Si uēditor.** Qui dolo facit ut rem maioꝛi precio uendat emptoꝛi tenet ⁊ eꝯ ſi emptoꝛ dolū cōmittit vt rē minoꝛi pcio emat uē ditoꝛi tenetur.h.d.vſqꝫ ad.§.idem iulianus.

**Idem iulianus.** Iſte.§.ponit ad quod teneatur uenditoꝛ em ptoꝛi.⁊ ideo nō ſūmatur.in hoc.§.nō.tex.in v. quia nec trāſſert cū glo.ſua q̄ icipit ſi culpa.

**Offerri.** In cōtractibus vltro citroqꝫ obliga toꝛijs non poteſt agē cum effectu il le qui non impleuit ꝯ͞tum ex parte ſua. vel ſic emptoꝛ agens ad rem ſuam dꝫ offerre precium integrum alſ male agit ⁊ vide hic ꝙ nō.in ſpe de excep.§.dicto .v.ſꝫ pone dixi ſupꝛa de reſcin.ven.l.fundus.v.nunqd. Nō. ꝙ actꝭ.duple nomine euic.non habet locum ptio non i tegraliter ſoluto hoc dicit. Nō.iſtum.§.⁊ idem eſt eꝯ ⁊ nō.j.e.l.qui pendentem.

**Si fructibus.** Nō.iſtū.§.⁊ circa iſtū.§. vide ꝙ no.ſpecu.i ti.d̄ le gato.§.i.v.ſed pone.⁊ quod no.dy.j.de iur.fiſci.l.ſi.⁊.l. cu.ſi⁹ in ſi.de le.i.⁊ ibi dy.⁊ uide omnino quod dixi in.l. in vēdēdo.§.ſi.ſ.de contrahē.emp.

**Si locatus.** Penſiones debētuꝛ vēditoꝛi ⁊ non emptoꝛi a colono vel in quilino tm̄ iſte vēditoꝛ pōt cedere iura emptoꝛi ad pēſio nes que debentur ꝓ fructibus percipiēdis. v. ꝓ futuro tempoꝛe i.v.ſi quid ⁊ de le.iij.l.quātum.§.peto.j.ꝙ vi aut clam.l.is qui i puteū.§.ſi poſtea.

**Si ticius.** Nō.ꝙ dolus nō purgatur ratio ne contractus ſuperuenientis ſꝫ culpa ſit hoc dicit.

**Si fundum.** Cauſa lucratiua nō extin guit cauſam oneroſam nec vna oneroſa aliaꝫ oneroſam.ſ.e.l.non eſt nouū ſꝫ vna lucratiua extinguit vnam lucratiuā i eadē perſona idē in diuerſis inter quas ſit locus iuri accreſcēdi vt nō.j.d̄ ac.⁊ ob.l.oīs ſm pe.in bꝛocar.in dicta.l.nō eſt nouum.

**Idem celſus.** Quādo ps ꝓ idiuiſo debe tur actꝭ.pſonali qcquid ob uenit debitoꝛi debetur creditoꝛi.h.d.vel ſic precū ꝙ ex neceſſitate loco rei ſucceſſit quo ad vēditoꝛē intelligitur ſucceſſiſſe ēt quo ad emptoꝛē.idem adiudicādo facta vē ditoꝛi ēt ad emptoꝛē tranſſertur.h.d.⁊ hūc.§.intelligit cy.in.l.ſi ꝯ͞ctus pig.da.ſit vbi omnino videas. In tex.p tem tuā pꝛo idiuiſio.In tex.ſocio.i.ꝯſocio tuo. In tex. totā nō.h nouū ius accreſcēdi.In tex.ab altera .ſ. que accreſcit.In tex.equū ratio generalis omniuꝫ pdictoꝝ. Nō.ꝙ proceſſus factus cū vēditoꝛe poſt ꝯ͞tum ⁊ ante traditioneꝫ equiperatuꝛ pꝛoceſſui facto cū ipſo emptoꝛe

⁊ ambulat pari paſſu ꝙ eſt no. No.ꝙ propter aucto ritatem ſnie ſuccedit ꝑciuȝ loco rei ⁊ adde ꝙ no .ĩ.de l'. i.l.ſerui electione.§.fi.⁊ de vſufruc.l.is qui.

**Si quid ſeruo.** Iſtum.§. declara ut in glo.i.⁊ in glo. ulti. quaȝ glo.⁊ iſtum.§.nõ.Bal.

**Ex uēdito.** Venditor competit actio ex uen dito ad ea que hic ꝑ ordinem īſe runtur.h.d.Nõ.ex hoc.§.ꝙ emptor tenet' ſoluē uſuraſ ꝑcij eo ipo ꝙ res eſt ſibi tradita qͦ intellige ut in glo. ma.hic in.v̂.tu dic melius ⁊c̄.An aũt iſta uſura ſit ho die prohibita de iure canonico.dicit glo ꝙ non qꝛ ex eo ꝙ emptor ꝑcipit fructus ex re tenetur ad vſuras ꝑcij tã quã ad intereſſe.idem nõ.ĩ.e.l.§.ibideȝ.in glo.ma. in fi. ⁊ ex̄ de vſuris.c.cõqueſtus.idem ēt tenet glo.C.e.l.cura bit ad idē facit ꝙ nõ.C.ꝺ vſuris.l.ij.Bal.

**Si procurator.** Ex ꝓmiſſione ꝓcura tor' dñs obligatur ⁊ ei cõpetit actio exemplo inſtitoris.h.d.iſte.§. Quero pro declaratione.iſtius tex.quare dr' ad exēplum inſtito rie Rndeo ille dr' inſtitor qui eſt ꝓpoſitus negociationi vl'i.ſed iſte fuit ꝓpoſitus ad vnaȝ rem vendēdaȝ merito datur vtil' actio exceptio iſtitorie vides ergo ꝙ iſte do minus vendēs ꝑ ꝓcur'.ſuum obligat' vtili act̄.ad exēplũ inſtitoris. An ãt ꝓcur'.videbitis i.l.procur'.q pro euic.ſ. de procur.Sed quero qñ ſit veꝝ ꝙ ex ꝯtu facto ꝑ ꝓcu ratoreȝ queratur actõ ipi dño.R.qñ procũr.nõ eſt ſoluē do vel nõ reperit'.ita ꝙ nõ põt actõeȝ cedē ſicut diximꝰ i inſtitore vt.l.i.i fi.cuȝ.l.ſe.ſ.ꝺ iſtitoria.⁊ hoc ſentit glo. .i.hic i fi.nec obſtat ꝙ poſſet obici ꝙ dño q̄rat' idiſtinctē ipo iure actio ex vēditione facta ꝑ ꝓcũr.quaſi ꝓcũr.ven dens ſtipuletur ꝑcium ex re dñi vt.l.ꝓcur.ex re.ſ.de ꝓ cur'.qꝛ rñdeo ꝙ ꝑciuȝ nõ dr' eſſe ex re.ſ.de procur'.quia Rndeo quod preciuȝ nõ dr' eſſe de re.vt vidiſtis i.l.vēdi tor.ſ.de hr'dit̄ vel ac.ven.⁊c̄.

Additio.Bald.

Si ꝓcur'.Ex ꝯtu ꝓcuratoris ſuper re dñi celebrato dñs agit ⁊ cõuenitur.h.d.Dicũt quiꝺ ꝙ ex ꝯtu ꝓcũr. acqritur dño directa actio ſi ꝓcũr.emit ꝓcuratorio noie ⁊ i hoc coopetur ſolutio ꝑcij quã facit dñs.Alij diſtigũt tres caſus.aut procũr.ꝯxit ſuo noie.tũc ñ acqritur dño actio nec cõuenitur dñs.qꝛ ꝯtrorũ eadē eſt potentia.aut ꝓcuratorio noie.⁊ tũc acqritur dño.⁊ eꝯ cõuenitur ut h ⁊ ē iſta actio vtilis nõ directa.tñ nõ requirit' ceſſio.ratio qr' eſt vtilis.qꝛ ſũmit originem i alia ꝑſona.⁊ porrigit' in dñm ſolũ ꝑ quãdaȝ fictioneȝ.⁊ ideo eſt vtilis.nã fingit' dñs eadē ꝑſona cũ ſuo ꝓcuratore.Aut ꝯxit ſimpl'r. tũc aut fecit mentõem officij.aut nõ.ꝑmo caſu acqrit dño. ꝓo nõ.ar.ff.de adim.l'.l.ãnua.ꝺ rebus du.ciuibus.C. de inf' deli.l.cũ aliqs ſm vꝫ.de hoc.nõ per Guil.⁊ cy. C.ſi qs alteri vel ſibi.l.multũ ⁊ ibi videas. Et dicit glo.i.§. ſi qs alij ꝙ ē ſpãle in iſto.§.vt nõ requirat' ceſſio.ſed in ſtip'one pena.uel quas pene reqritur ceſſio vt.ĩ. ꝺ acq. poſſ.l.quã.§.⁊ ſi ponit'. Bal.

**Idem pap.** Pena addita ſoloni quãtitatis vr' addita i fraudeȝ vſurarũ. Sȝ pactuȝ.l.cõmiſſorie nõ vr' in fraudē adiectuȝ.In glo.i.ſȝ ſi erat ſolitus fenerare.⁊ hanc opi.vr' tenere glo. iur' ca nonici i.c.tuã ex̄ de penis.Et nõ.ꝑ glo.⁊ doc.i.l.cuȝ alle gatur.ĩ.ꝺ vſuris ⁊ ꝑ glo.i.c.illo noſ.ex̄ de pignoribuſ in eaꝺ glo.ibi ſi nos ⁊c̄. Nõ.iſtã ꝑtem glo.⁊ ipſaȝ allega ui tibi.ſ.e.l.§.vendito.

Addi.Bal.

Ideȝ papi. Pena iſerta dationi q̄titatis ꝑſumitur iſerta i fraudē vſurarũ.fallit in ꝑcõ.l.cõmiſſorie. Quero qr' pena põt adici fcõ ⁊ nõ dationi q̄titat̄ cũ ēt in fcõ ſuc cedat obligatio ad intereſſe ut.§.celſus ꝙ intereſſe i q̄ titate cõſiſtit.ergo pena ur' inſeri q̄titati. So. qꝛ itereē iſtud uenit ex poſt facto nõ a ꝑncipio ⁊ obligatõis origo ē ponderãda.Iteȝ qꝛ pena nõ adicit' ꝑꝑ moraȝ nõ ꝑſtiti itereſſe.ſed ꝑꝑ moraȝ nõ ꝑſtiti facti.⁊ ideo nõ addicitur q̄titati ſm cy.uide h.l.cũ ſeruus.ff.ꝺ cõdic.⁊ de.⁊ inſti. de acti.§.oẽs.cy.remittit ad nõ.ꝑ ſe.C. de ſen.q̄ pro eo i lec.adde ꝙ nõ.Ja.ſ.ſi cer.pe.l.rogaſti.§.ſi cer.

**Si quis.** Colludēte procedit iſte libellus pero ꝙ aut rat.f.ces ſcm ꝓcurator.aut re probes.h.d.Et ꝑ iſtuȝ.§.dicit Riȝ.ꝙ ſi fui in iudicio cũ minore poſtea in proceſſu cauſe perpendo quod eſt mi nor poſſum petere u detur ei terminus ut omnia que facta ſũt ratificentur uel oia irritentur ſm Rizar.Sed qũo põt ratificari iudiciũ qꝺ nõ hũit ſua eſſentialia cer te nullo mõ ut notatur in.l.fi.C.ſi aduer.reȝ iudi.ſꝫ cy. addi.niſi tu diceres qꝺ hec geſta non erant nulla ꝓpter vigorem iuris conſeruãduȝ ſed fauore minoris vnde vi det' qꝺ poſſit ratificari ar.ĩ.de admi. tu. l. vulgo adde qꝺ nõt.in.l.cum ⁊ minoris.C.ſi aduer. rem iudi. C. de procur'.l.non eo minuſ.

**Si uenditor.** Nõ.ex hoc.§.in.v̂.deniqȝ ꝙ poſſum agere contra te vt tu agas ꝯ alium.Simile vidiſtis.ſ.ad.l.ro.ꝺ iac. l.ij. in fi.videbitis in.l.cum pl'es.§.meſſem.ĩ.locati.Secun do nõ.hic glo.que dicit ꝙ cũ ago ꝯ aliquē vt agat ꝯ ali um ꝙ ille cedendo in actionem liberatur ꝙ nõ. ⁊ tene menti.Idem per glo.in.l.ij.§.idem labeo.ĩ. nequid in lo.pu.ꝙ nõ. Bal.

**Edibus.** Iſte.§.cũ.l.ſe.vſqȝ ad.l.veteres dicit quid contineat' appellatione fundi legati vel diſtracti ⁊c̄.

**Fundi.** Nõ.tex.in.v̂.multa ēt defeſſa cũ glo.ſua ſuper verbo cohereant ⁊ adde.l.cũ fundum ⁊.l.dolia.ĩ.de fundo inſtruc. ĩ.de ſuplec.l'.l.fi.i prin.l.ſed ⁊ ſi quis.§.proprietatis .ſ. de vſuf. Secũdo nõ.§.labeo. Tertio.nõ .circa.§. caſtella vide.l.queſituȝ.§.papi.⁊.§.fi. ĩ. de fun .inſtruc. vbi hẽtis de huiuſmodi affixis ⁊ approbatis. Quar to nõ.v̂.ea quoqȝ ⁊.v̂.poli.⁊.l.granaria que iura omnia nõ.⁊ tene mēti. Bal.

**Si predij.** Iſtũ.§.declara vt habuiſtis nõ. ſ.e.l.Jul'.§.q furem in glo. ma.

**Cum per uen.** Quãdo petitur intereſſe ꝑꝑ moram in nõ traden do cõmiſſum non habetur non intereſſe extrinſeci ſȝ in trinſeci tñ.ſecus vbi petit' intereſſe propter traditionē male factã vt vidiſtis.ſ.e.l.iulianus ⁊ gl.tangit hic. In tex.ibi nec enim exemplũ de intereſſe ex̄ reȝ ꝙ nõ venit ſi tibi clam aufert' res principalis ipſius contractus. Ultimo nõ.glo.q̄ incipit nõ.regulam ⁊ circa hoc vide ꝙ nõ.glo.C.de ſententijs que ꝑ eo.l.vna.

**Si tibi fundũ.** Nõ .hunc. § .tã in prin. q̄ in ſa parte ⁊ circa pri mam partē vide.l.fundi partē.ſ.de ꝯhen.emp.⁊.l.ſ.de here.vel ac.ven.⁊ circa ſecundam partē vide gl. hac po ſitam que incipit an per hoc.⁊.l.ſi onus.§ .fi .ad quam glo.remittit Bal.

**Qui demũ.** Nõ ſũmatur qꝛ breuis .vel ſic i pacto alternatiuo annuo poteſt variari quolibet anno.h.d. Nõ.⁊ eſt ar.ꝙ ſi emphiteo ta ſemel fefellit ⁊ dñs elegit rē rēanere penes emphi

teotā ꝙ ſi poſtea fallat iterato pōt eligere totum ꝯriuȝ ⁊ variare per tex. iſtum ⁊ facit qđ no. in ſpec. de loca. §. nūc aliqua. v. xlvij. ⁊ v. xliiij. ⁊ vide bartolum. in. l. ſi cōis ſeruus meus de ſtip. No. iſtum. §. ⁊ glo. ſuam que incipit. ſed in vno quā nō. ⁊ tene menti.

**Si quis ſeruū.** Pactuȝ de ſucceſſiua poſſeſſione ualet qñ fit ex neceſſitate p̄cedentꝭ ꝯtus. h. d.

**Seruum tuum.** Iſtū. §. ⁊ iſtaȝ mām declara. vt habuiſtis in. l. cum fundas. §. ſeruum tuum i prudens. ſ. ſi cert. pe.

**Seruo uendente.** Ille qui fide iubet pro ſeruo uēditor illud tenet ꝙ teneret ſi p libero ſideiuſſiſſet. h. d.

**Qui pendentem.** Allegat ꝙ ille q prohibet uti iure ſuo hȝ actꝭ. iniuriaꝝ. h. d. Nō. Inno. d ap. dilectus. Iſta. l. pōt ſūmari ſicut ſūmatur i. l. iul. §. offerri. ſ. e. quia ponit caſuȝ ecōuerſo ad illū qđ nō.

**Predia.** Iſta. l. diuidit in quatuor ptes. nam p̄mo ponitur thema. ſo ponitur rñſio cuidaȝ tacite obiectioni. tertio ponitur rñſio ad quādaȝ aliam. q. reſultātem in dicto themate. quarto ponitur qō ad. q. ij. que reſultat ex. q. ſa ibi reſpondi. tertia ibi ſed ꝯſecutus. quarta ibi ſi ex ſtipulatu. ⁊ breuiter h. d. Actio ex uendito i formata p ſtipulat. penaleȝ non innouat. ſed facta ex actione p eam penalis ſtipulatio iur̄ exceptionis pimitur ⁊ verſa vice facta exactōne per penalē ſtipulatōem ipā actio ex uendito ipō iure tollit quatenus cōcurrunt. h. d. ſm lec. verā. Pro declaratōe iſtius. l. q difficilis ē. quero de ipius intellectu. Rndeo p̄ma pars hȝ duas lec. p̄ma lec. ē ꝙ ſa ꝯuentio fuerit ſtipulatione vallata ex qua lec. nō. ꝙ pactum nudū incontinenti appoſituȝ iuxta ꝯctum hȝ veterē actōem iformare. Secūda lec. ē ꝙ ſi ſa ꝯuentio. qua ꝯuenitur vt aliqd fieret vēditori fuerit facta pacto nudo incōtinenti appoſito iuxta ꝯctum hȝ vetereȝ actōnem iformare iſte due lec. ponūtur hic i glo. que incipit tua. ⁊ in glo. ſup verbo ꝯuenit ⁊ etiā in alijs glo. fit mentio de eis. Iteȝ ſa parſ iſtius. l. in. v. reſpōdi hȝ tm̄ vnam lec. vȝ ꝙ actio ex vēdito nō nouatur p ſtiplōneȝ penaleȝ. ſed pōt agi ex actiōe ex vēdito etiaȝ anteꝗ̄ agatur ex ſtiplōne penali. Item tertia pars in. v. ſi ꝯſecutus hȝ tres lec. nam dicūt qdaȝ ꝙ uenditor. p̄mo agit ex ſtipulatōe penali ⁊ ꝯſecutus ē penaȝ. ⁊ ideo ſi poſtea agere vult ex illa ſtipulatiōe ut fiat ꝙ ꝯuenit repelletur exceptōne doli. Iſta lec. ponitur h in glo. ſup v̄bo fuerit ibi. vel dic ꝙ tm̄. ſed iſtam lec. reprobant glo. ⁊ merito p̄mo q iſta lec. nō ꝯgruit lr̄e. naȝ ſ. pr. dictum eſt ꝙ uēditor pōt agere ex uēdito poſtea i cōtinēti ſeqtur i tex. ſi ꝯſecutus ⁊c̄. ⁊ p ꝯſequens debet intelligi ꝙ iſte v. loquitur de dicta actione ex uēdito de qua loquit. ſ. proxime. Preterea iſta lec. nō eſt v̄a i ſe rō eſt q actio ex ſtipulatu ut fiat ꝙ ꝯuenit datur ad intereſſe ſicut actio ex uendito. ergo facta exactōe p ſtipulationeȝ penaleȝ tollitur ipō iure. ſicut i fi. iſtius. l. dicit de actione ex uēdito. quare alij dicūt iſtaȝ pticulā debē intelligi qñ fuit actū ex actione ex vēdito ⁊ p ipām actōnem vēditor fuit ꝯſecutus tm̄ quātum erat i ſtipulatōne penali ⁊ p hoc actio ex ſtipulatu vt fiet ꝙ ꝯuenit tollit p doli excep. iſta lec. ponit in p̄n. glo. ma. Sed ꝯ iſtā lec. op. actio ex uēdito ⁊ actio ex ſtipulatu vt fiat ꝙ ꝯuenit ſūt diuerſe ⁊ ſūt pariter p̄ncipales. ergo vna p aliaȝ nō dȝ tolli vt. l. gnāliter. ⁊. l. ſi reus. j. d fideiuſ. huius timor dicit gl. ꝙ nō tollit directo. ſed tollitur p quādaȝ ꝯñtiā. nā ſtipulatio penalis ſuccedit i locuȝ actōnis ex uēdito ⁊ actio ex vēdito tollēt p ſtipulatōeȝ penaleȝ. ergo codeȝ modo tolleret actio ex ſtipulatu vt fiat qđ ꝯuenit ſi tm̄ ē exactū quātuȝ ē in ſtipulatꝭ penali. Sed certe due actōnes pariter p̄ncipales reſpectu natiuitatis ſe inuicem nō impediūt. ſed p ac. ipō iure tollūtur vt dcā. l. ſi reus ⁊. l. gnāliter. j. de ac. ⁊ ob. l. quotiēs. vnde iſta actio ex ſtipulatu ut fiat qđ ꝯuenit ipō iur̄ tollet fcā ex actꝭ. pro ac. ex uēdito. quare alij recedūt ab hac lec. ⁊ legūt iſtā pteȝ Tertio mō ⁊ ſm iſtaȝ lec. iſtaȝ. l. ſūmui vȝ qđ hic loquitur qñ ē actum actꝭ. ex vēdito ⁊ exactuȝ tm̄ quātuȝ venit i ſtipulatione penali. quo caſu penalis ſtipulatio tollit ope exceptōis. ⁊ iſta eſt vera lec. quā ponit glo. ma. ibi l forte hic ē caſus ⁊c̄. vſqȝ ibi lȝ ſecus ⁊c̄. Sic ſȝ p̄dictas lec. habes qđ actio ex uēdito nō tollit p ſtiplōneȝ pēalē iur̄ nouationis. ſo habes quđ actio ex ſtipulatu vt fiat qđ ꝯuenit nō tollit iur̄ nouatōis p ſtiplōneȝ penalē. Sȝ ꝯ hoc op. ⁊ aſſumo gl. ma. ibidē. Itē ad id qđ h dr̄ ex ſtipulatu ⁊c̄. ⁊ vr̄ qđ nouatō iducat p ſtiplōnē penalē ut. l. obligōnū fere. i fi. j. d ac. ⁊ ob. qđ vr̄ ꝯ hāc. l. ⁊ ſi dicat qđ hic fuit actum ne nouetur. tunc illud qđ dicit nō uidet procedere q ſi hoc eſſet actum ne nouetur poſſet peti vtrunqȝ. ſ. pena ⁊ intereſſe. vt. j. de v. obli. l. ita ſtipulatꝰ in fi. cuius contrarium hic dicitur cuius timor dicunt qdam ꝯcordeū. ꝙ tollat ipſo iur̄ ⁊ ꝙ hic dr̄ excep. ꝯnū doli mali debet intelligi. ſ. facti vel intētionis ⁊ ſm hoc nulla eſſet differentia inter actionē ex vēdito ⁊ actiōn ⁊ ſtipulatu quam differētiam voluit facere tex. Sed glo. dicit ꝙ quantum ad hoc ꝙ non eſt dr̄ia ſed in alijs ſic. Ex qua glo. nō. ꝙ ſtipulatio penalis nouat precedentē conuentꝭ. factam verbis ipſo iur̄ vt. l. obligationū fere in fi. ſecus ſi precedens conuentio eſſet facta conſenſu. ita videtur velle glo. ma. hic ibi. Itē eſt ⁊ alia dr̄ia ⁊c̄. ⁊ hāc opi. tenet dy. in. l. in prouinciali in magna diſtinctiōe. j. de op. no. nū. ſed hoc opi. nō placet guil. d cu. vt ipſe nō. in. l. reſcriptū. §. ſi pacto. ſ. de pactꝭ. ⁊ ideo ipſe ſoluit alio modo de quo dic vt ibi per eū. Preterea iſta opi. vr̄ ꝯ. l. qui rome. §. duo fratres. j. de v̄b. obli. ⁊ ꝯ. l. apud celſum. §. labeo. j. de doli. excep. ⁊ ideo dic breuiter. quādo qȝ precedit conuentio hñs cauſaȝ onerofam ⁊ tunc precedens conuētio per ſequētem ſtipulationem penalem non nouatur ſiue dicta ꝯuētio fuerit bone fidei ſiue ſtricti iuris. ſiue fuerit iur̄ gen. ſiue ciuilis vt hic ⁊. l. ſi quis a ſotio. ſ. pro ſotio ⁊ i. l. duo ſocietatē. e. ti. ⁊ dicto. §. duo fratres. ⁊. §. labeo quandoqȝ precedit conuētio hñs cauſam lucratiuā ⁊ tunc nouatur per ſequētē ſtipulationē penalē ut. j. d pen. l. l. i. §. Itē ſed ita ad. l. fal. ⁊ ita dȝ intelligi dicta. l. obligationum fere in fi. tetigi in dicta. l. ſi quis a ſotio ⁊ i dicto. §. ſi pacto. Circa illud qđ glo. querit que eſt ratio qđ penalis ſtipulatio tollitur p ac. ex vēdito ope exceptionis. ⁊ actio ex vēdito. tollitur p penalem ſtipulationē ipſo iur̄. dic vt in glo. ibi licet ſecus ⁊c̄. ⁊ tene primam rationē. Itē quarta particula iſtius. l. ibi ſi ex ſtipulatu ⁊c̄. habet tantum vnam lec. vȝ. qđ ſi vēditor exigerit penam p ſtipulationē penalē tollitur actio ex vēdito ipſo iur̄ quatenus concurrunt. Vltimo i hac. l. ponitur quedam glo. que eſt addicio ⁊ incipit. vi. caſus nō. ⁊ ibi dum dicit p ac. ex vēdito dic p̄mo ipſo iur̄ cum vtraqȝ cōpetat ad intereſſe vt. ſ. dixi. In eadem glo. ibi ſeruus in glo. dic. ſ. ſm diuerſas lec. In eadem glo. ibi p̄mus ⁊c̄. dic. ⁊ ēt in tex. ſm diuerſas lec. In eadem glo. ibi nec. In tex. nec in glo. dic p̄mo in tex. ⁊ glo. ſȝ diuerſas lecturas.

Addi. Bal.

Predia. Diuiditur in quatuoꝛ partes. Primo po
nit' thema ex quo reſultat quedã queſtio. Secũdo põit'
eius ſolo. Tertio ponitur determinatio cuiuſdã alteri⁹
.q. reſultãtis ex deciſione. ꝑme queſtionis. Quarto poni
tur quedã noua qõ. ꝛ eius determinatio. ſa ibi reſpondi
tertia ibi ſi ꝯſequitur. quarta ibi ſi ex ſtipulatu. Circa ꝑ
maꝫ ꝑtem ſũt due opiniones vna ꝙ furtũ fuit ꝓmiſſum
ꝑ ſtipulatõeꝫ alia ꝙ nudo pacto ſa ꝑticula eſt ſatꝭ clara
Circa tertiã ſũt tres lec. tertia eſt ſingular' ꝛ clara ꝛ iſta
.l. redditur forte magis ꝑ glo. ꝙ̃ ꝑ tex. ꝛ hoc dicit i ſum
ma. lꝫ pena adiecta i pacto ſit ꝯmiſſa ꝑ emptoꝛẽ. tamen
põt ex vẽdito ꝯueniri ſ ꝑmo. Et ſi fuerit ꝯuentus ex uẽ
dito pena ꝑ exceptiõem tollit'. Sed ſi ꝑmo fuerit ꝯuẽ
tus ad penaꝫ ꝛ exacta fuerit toll'r actio ex uẽdito ipõ iu
re niſi plus eſſꝫ i intereſſe ꝙ̃ pena qꝛ quatenus excedit
catenus põt peti itereſſe ꝑ actꝭ. ex uendito licꝫ ſit exacta
pena. h.d. Et ẽ nõ. ꝛ nota ꝙ hec pena fuit inſerta pacto
acceſſoꝛio nõ aũt fuit inſerta ſol'oni veri ꝓcij. tũc eniꝫ lo
quitur. ĩ.e.l. lucius. Iteꝫ ex hoc ſequitur ꝙ pena fuit ipo
ſita loco particulariſ intereſſe nõ loco itereſſe totalis cũ
iſta pena ꝯcernat ſolũ quoddaꝫ pcm̃ accidẽtale lꝫ illud i
terpꝛetet' eſſe ps ꝓcij vt. ṡ. e.l. cur̃. §.i. ꝛ.l. ſi ſta. li. §. fi. ṡ.
de ꝯben. emp. l. fundi parteꝫ. nõ. ꝙ lꝫ ſit ꝯmiſſa pena ꝑ
emptoꝛeꝫ. tñ põt ꝯueniri actione ex vẽdito. Et ſi tu dicaſ
qũo ꝯuenitur actꝭ. ex vẽdito cũ pena nõ ſit iſerta ipĩ uen
ditioni. ſed pacto accidẽtali. Rñdeo ꝙ illud pactuꝫ infoꝛ
mat. ꝑmuꝫ ꝯctum vnde loquit' de ac. ex uẽdito ifoꝛman
da ꝛ tenẽdo ꝙ iſtud pcm̃ fuerit ſtipulatione vallatũ hẽs
hic expſſuꝫ ꝙ ſicut nudũ pcm̃ infoꝛmat ſic ꝛ ſtipl'o. ꝯtra
iſtud dcm̃ ꝑmuꝫ op. qꝛ ex quo eſt ꝯmiſſa pena vr̃ eẽ fcã
ꝯfuſio obligatõis ſoꝛtis i obligatõem penaleꝫ. ergo non
põt agi niſi ex ſola penali vt. ĩ. de ac. ꝛ ob. l. obl'onũ. §. fi.
ꝛ.l.i. §. itẽ ſi ita. ff. ad. l. fal. Sed rñde ꝙ illa. l. obl'onuꝫ fe
re. §. fi. loqtur i ꝯctu bo. fi. Sed huic ſol'oni ob. qꝛ iſtõ pa
ctuꝫ ď faciẽdo erat ſtricti iuris vt nõ. in dicto. §. qnymo
ergo ipõ iure ſit nouatõ ipſius pacti. Rñdeo ꝙ ſ nih di
cit de ac. q̃ oꝛitur ex pacto de ac. in foꝛmata nõ. ergo no
natur ac. ex vẽdito. ſꝫ bñ nouaret' actꝭ. ex ſtipulatu ad fa
ctuꝫ l' ac. ꝓſcrip. v̇. ad idem Riꝫ. itelligit ꝙ hic pcm̃ ď fa
ciendo fuit ſimplex pactũ. ꝛ nõ ſtipl'o forte timoꝛe pꝛedi
cti ꝯrij qꝛ ac. ꝓſcrip. v̇. ex tali pacto ẽ bo. fi. vt. l. ij. C. ď pa
ctis iter emptoꝛeꝫ ꝛ uẽditoꝛeꝫ dñs cy. in addi. ſup v̇. con
ſueuit dicit ꝑ ſtipl'onem uel ſine ꝛ ſup g. dicit ꝙ nõ facit
vin. an nudo pacto vel ſtipl'one ſit facta ꝯuentõ ſm Ia.
de ra. Bar. dicit ꝙ ſi eſt debitũ ex cã oneroſa nõ ſit no
uatio vt ſ ꝛ in. l. apud celſũ. §. labeo. ſecus ſi ex cã lucra
tiua. ꝛ ita intelligit. l. obligationũ fere in fi. ꝛ.l.i. de pe. l'.
Secũdo op. ꝛ vr̃ ꝙ nõ poſſit agi ex vẽdito iformata. qꝛ
ꝑ actum eque ꝓncipalem vr̃ eſſe facta nouatio vt. ṡ. pꝛo
ſocio. l. duo. ſed ꝙ pactum ꝙ infoꝛmat nõ nouat. vt ſ ſe
cus vbi nõ infoꝛ. vt in ꝯ° ꝛ. ĩ. de pꝛeto. ſti. l. valerianus ꝛ
eſt ratio. qꝛ impoſſibile eſt ꝙ infoꝛmet ꝛ nouet. naꝫ iſta
ſũt appoſita hinc eſt ꝙ ſtipl'o penalis nũquã ifoꝛmat ſi
ue faciat nouatõem ſiue quaſi nouatõem. ꝛ ita ſentit hic
glo. Secũdo nõ. dr̃iam in oꝛdine. nam ſi ꝑmo eſt actum
ac. ex vẽditꝭ. ifoꝛmata ſiue ad ſcm̃ ſuuꝫ ad intereſſe etiaꝫ
facta exactione durat obl'o. pene ipõ iure. tñ ob. ex° ꝑꝑ
equitatem que ponitur in. §. labeo. ꝛ hic. nam recipiẽdo
ſoꝛtem videtur renũciare. pene que ẽ appoſita in defe
ctuꝫ ſoꝛtꝭ ar. ṡ. de le. ꝯmiſſo. l. poſt diem ꝛ. C. de pac. iter
emp. ꝛ ven. l. ꝯmiſſoꝛie ꝛ. ṡ. ď decurio. l. emili⁹. lꝫ glo. hic
videatur dicẽ ꝙ ipõ iure ceſſat obl'o. pene qõ nõ eſt ve
ruꝫ niſi forte. i vno caſu quãdo eſſet appoſita loco diffi
niẽdi intereſſe ar. in. l. fi. ĩ. de ꝓto ſti. veriuſ ergo intelle
ctus iſtius. v̇. ſi ꝓſecutus eſt qõ ſi ẽ actuꝫ ex uẽdito ꝛ exa
ctuꝫ nõ põt agi ex ſtipulatu ad penaꝫ. qꝛ ob. exceptõ do
li ſm Ia. de ra. nec diſtinguit' hic quãtitas. pene vtrum
i pena ſit plus vel minus vel tãtumdeꝫ vel circa itereſſe
diſtinguatur vt i fi. l. Tertio nõ. quõ ſi eſt actum ꝯuerſo
oꝛdine. pꝛimo ad penã deinde agatur ad intereſſe qõ ip
ſo iure nõ poteſt agi uſqꝫ ad ꝯcurrẽtem quãtitatem. qa
pena ceſſit loco intereſſe ex quo. ergo itereſſe ẽ ſolutuꝫ
iuris fictione deſijt actio competẽ. ſed i quãtum eſt plus
intereſſe ceſſat. iſta rõ ficte ſolutioniſ. ꝛ ideo durat actõ
ꝓncipalis efficax. ꝛ iſte eſt uerus itellectus. l. ꝛ adde ad
iſtam. l. qõ nõ. in ſpe. de ac. ſeu petitio. §. ſequitur. v̇. quõ
ſi penalis ſtipulatio. ꝛ. v̇. ſeq. Et hanc. l. ꝛ ſuuꝫ apparatũ
pꝛolixe examinat Ia. bu. in lec. hic ꝙ̃ uide. in glo. pꝛima
ibi iſtud pꝛincipium ſcilicet uenditio pꝛedictoꝛuꝫ. ibi per
ſtipulationem uel melius nudo pacto ſecundum Riꝫ.
tu dic quõ in hoc non eſt vis ſecundum Cy. ibi locate ꝗ
ut irem pꝛo te romaꝫ vel quid ꝓ te facereꝫ ibi ac. ex ſtip.
vl' ꝓſcrip. v̇. ſi nõ interueniſſet ſtipulatio. ibi ꝛ uno modo
ergo foꝛmalis ſtipulatio nõ infoꝛmatur al' ageret' duo
bus modis ꝛ adde ꝙ nõ. in. l. ꝙ petẽs. C. de pac. Ibi ac
tum. ſ. iuditio frau. Ibi vel melius ſ natuꝛa ꝛ ſm hanc
poſui caſum. Ibi ſtipulatio penalis. ſ. agatur ex vendito
fran. ac. Ibi nõ oꝫ. qꝛ non loquitur hic de ac. ex ſtipulatu
ad factum ſed de ac. ex ſtipulatu ad penam. In glo. vi.
caſus. Iſta fuit addi. ꝛ ſm diuerſas lec. põt loqui bene
vel male ꝙ declara vt habes hic ꝑ. Ia. bu. Ibi pꝛima
i. ad factum competẽs. Ibi ꝑ exceptionẽ. i. ipſo iur̃ cum
vtraqꝫ ſit rei ꝓſecutoꝛia ad idẽ ſm. Ia. in oꝛigine tamẽ
concurrunt tanꝙ̃ pares. ſꝫ in executione ipſo iure nõ ꝯ
currũt ſm eũ. Et idẽ ſequitur bar. Ibi pꝛima i tex. tenẽ
do. pꝛimi caſus poſitionẽ glo. ꝓcedentꝭ. que eſt falſa. Ibi
vel hic dicitur ꝙ pena nõ erat inſerta dationi ꝓcij ſꝫ fa
cto vnde iſta datio eſt ſimplex ꝛ nõ vallata penali ſtipu
latione. Bal.

**Seruus quem.** Non ſũmatur qꝛ
non põt cõmode
ſũmari. Nõ. ex ha. l. in. v̇. ſm que dicendum
eſt ꝙ quandocũqꝫ res mea peruenerit ad te ſine cã. te
neris mihi reſtituere ꝑ cõdictionẽ ſine cã ſimile habui
ſtis. ṡ. ſi cer. pe. l. ſi me ꝛ ticium. Secundo nõ. glo. que in
cipit ex maleficio ex qua glo. habes qõ ꝯdicio furtiua ẽ
ex maleficio licet gl. aliter notet i. l. ſi pꝛo fure. §. fi. ṡ. de
condic. fur. de quo dixi ibi dixi ẽt i. l. ſi ambo. §. quotꝭ. ṡ.
de compenſatꝭ. vbi de hoc eſt tex. ꝛc̃.

**Si ſciens alienam.** Nõ. hunc. §. ꝛ
pꝛo declaratio
ne ipſius dic ꝙ̃doqꝫ quis vult agere ꝯ vẽditoꝛẽ ſuuꝫ qꝛ
ſcienter rẽ alienam ſibi vẽdidit ꝛ tunc põt agere ac. ex ẽ
pto ẽt anteꝙ̃ res euincatur vt hic. ꝛ. ṡ. e. §. l. ſi ſeruum.
qñqꝫ vult agere de euictiõe ꝛ tñ non põt agere niſi re
euicta. ĩ. de euictio. l. euicta. Ad idẽ i dicta. l. ſi ſeruũ
ſo reſponſo. Quandoqꝫ emptoꝛ vult agẽ contra ſuum
vẽditoꝛẽ qꝛ res vẽdita non defenditur ꝛ tunc agẽ põt
anteꝙ̃ euincatur vt. ĩ. e. l. de euic. l. ſi plus vel minus. §.
mota lite qõ nõ. ꝛc̃.

**Si ea res.** Si vẽditoꝛi rẽs fuerit ꝑ vim
ablata liberat' cedẽdo actio
nem emptoꝛi. h. d. Nõ. tex. ibi qꝛ cuſtodia ꝛc̃.
ꝛ nõ. ex hac. l. qõ re ablata venditoꝛi ꝑ vim liberatuꝛ vẽ
ditoꝛ qõ intellige ſuerum niſi illa res fuerit illata ꝑpter
inimicicias venditoꝛis. nam tunc res vr̃ ꝑdita ꝑꝑ culpã
venditoꝛis vt. ĩ. ti. i. l. ſi merces. §. culpe. ĩ. ſo. ma. l. ꝑ. in
ꝓn. Item nõ. quod cuſtodia aduerſus vim parum ꝓ

fuit facit.ſ.de ꝯ.emp.l.qđ ſepe.§.ſi res.Nõ.ergo qđ ñ dicitur male cuſtodire qui per uim repellitur niſi culpa preceſſerit.ut dixi.

**Uterq3 ueſtrum.** Unam rez ſepati ab vno dño uel a duobus nõ dñis ille dr eſſe potioꝛ cui prius res ẽ tradita.h.d.iſte.§.Et iſtuz.§.examina plene.vt nõ.optime p glo.ſ.de publicia.l.ſiue aũt.§.ſi duobus ⁊ ꝙ ibi dicam. Nõ.ꝙ habens antiquiorẽ titulũ antefertur i poſſeſſorio antefertur. ergo iſte q h3 antiqorem poſſeſſionẽ vel magis a dño cãtam ⁊ iuſtificataz vt ex̃ de proba.l3 cãm quod eſt notabile.

**Si quis a me.** Si emptoꝛ vl̃ uẽditõ i menſura d cipiatur deceptus ꝯ decipiẽtem h3 regreſſum h.d.Jſta.l.examinat plene glo.in.l.arbitrio.§.de eo.ſ.de dolo ꝙ dic vt ibi.

**Uẽditore dom⁹.** Pars cuſtodie ẽ ſe.p cuſtodia obligare.h.d.Et nõ.hanc.l.i ar.ad poſſeſſores q habẽt arbitriũ ſuper cuſtodia ꝙ poſſit.ppietatez obligare.Jn tex. ibi domus que minatur ruinaz ſm vnum itellectum uel ſm aliuz cui alia domus minatur ruinaz.⁊ iſte intellect⁹ vr̃ verioꝛ ſm Ja.bu.Bal.

**Si uenditor.** Jſta.l.dicit ꝙ aliud ẽ dicẽ.x.aliud duntaxat.x.⁊ h3 locuz iter pncipales.ſed i fideiuſſionibus equipolet vt.ſ.d neg.ge.l.q aliena.§.liberto.ſed glo.dicit ꝙ iſtud eſt vez ex vtute cuiuſdaz gnãlis nõ ex vtute numeri a pn. nõ taxat. Nõ.bene pmuz ⁊ ſm caſum iſtius.l.ſed nõ ſummatur.q2 breuis.Bal.

**Si per emptorẽ.** Nõ.ꝙ ad alium ex moꝛa ptinet piculũ expenſaꝝ ꝙ facit ꝯ locationes.

**Quero.** Exceptio cauilloſa ⁊ obſcura non patrocinatr̃ excipiẽti.nõ.ꝙ qui ſcit ꝓ3 clare ⁊ ſpãliter loqui nõ ſub ṽbis gnãlibus ⁊ ꝯfuſis.ſed in ignorãte tolleratr̃ gnãlitas.q2 nõ põt quis ſpecificare ꝙ neſcit.⁊ nõ.Bal.

**Quintus mutius.** Nõ. ex hoc tex. circa fi. ꝙ arbores que ſũt i fundo nõ dicunt̃ corpus ſeparatuz ab ipo fundo.

Addi.Bal.

Quintus.Dñiũ arboꝝ ſolo coheret.⁊ ſine ſolo trãſferri nõ põt.h.d.Et tene mẽti.⁊ idẽ eſſet i edificio.Quero ruſticus emit hic vnaz arborẽ ficus vel oliue pendẽtẽ in agro meo nũquid valet emptio.⁊ vr̃ ꝙ nõ q2 nõ põt tradi nec dñium trãſferri ex iſto tñ ꝯtu agit̃ ad patiaz que habetur loco traditõis vt hic.⁊ iſte eſt caſus in quo ex ꝯtu vendiṫ.nõ patitur trãſferri dñium nec ſequi traditio.tñ ꝯtus tenet.De huis aũt pẽdẽtibus ⁊ alijs que poſſunt ſepari nõ eſt dubiuz ꝙ uendi poſſũt vt.j̃.e.l.que pendẽtẽ vindemiaz.Ex pdictis apparet ꝙ q emit arborez nõ emit ſoluz.q2 tũc fieret traditio ⁊ dñij tranſlatio de quo p doc.de le.ij.l.ſi fundus.

**In uenditione.** Jn hac.l.pone caſum vt nõ.hic i gl. pma.⁊ ideo nõ ſũmatur.q2 breuis ẽ. ⁊ tñ. h.d. Jus excipiẽdi afficit ſingularez ſucceſſorẽ ſicut auctorez h.d.ſm Pe.⁊ hãc.l.ſi generatr̃ allegat Cy.C.loca.l.emptorez.⁊ adde ꝙ nõ.ſ.de procur.l.ſi qs l rez ſuã ⁊ ꝙ nõ. Ja.de le.i.l.apud iull.⁊ ꝙ nõ.dy.de dam. infe.l.fluium §.adicere.Bal.

**Si duorũ.** Quod dẽficit i vna re põt ſuppleri in alia melioꝛe vel ſilis quantitatis.Nõ.hic fieri ꝯpenſationez de qualitate ad qualitatez.Nõ.ꝙ nõ refert a quo ſoluatur.

**Ticius cũ decederet.** Nota tex.i.h ṽ.de ſumptibus cõiuncta.l.ſi naz.Jſte tex. cuz .l.ſe.vr̃ velle ꝙ ſumptus nõ deberet excedẽ dupluz pcij rei empte ꝙ ex ꝑpetuo mẽti tenẽduz.

Additio.Bald.

Ticius cuz decederet. Jn glo. manumiſſi ibi rñdeo forte hrdum.Jdez nõ.ſ.de ſerui.l.pap.ꝯ nõ.⁊ male.C. de le.l.ij.rei trãſlatione dñij b ſolo.pbatur de fidez.l.l. q libertatẽ rai.nam hoc ẽ fauore libertatis cũ mãnumiſſ⁹ ab emptoꝛe poſſit eligẽ hrdem.vt.j̃.e.l.ideq3 i fi.cy.⁊ facit ad nõ.i.l.ſi nõ ſortẽ qđ in ꝯtu bo.fi.nõ põt peti intereſſe vltra duplũ niſi petatr̃ rõe doli vt.j̃.l.ideq3 ṽ.i oibus uel niſi petat̃ pp maleficiuz ut.ſ.e.l.iull.Nõ.in.§.illud ꝙ imputetr̃ ſibi q nõ excep cũ potuit.

**Si quis alienam.** Nõ ſũmatr̃ q2 breuis vel ſic ſũmatur dñiuz accedẽs vẽditoꝛi opitulatur emptoꝛi.Et nõ.hũc tex.cũ glo.q loquit̃ melius ꝙ alius Et idẽ exaiat hic Ja.⁊ Bar.j̃.d vſu.l.cũ vir pdiuz vbi uide glo.hic diſting.de dño utꝝ ſupueniat ex cã de pterito ⁊ nõ regrit nouã traditõnem.an ex cã de futuro.⁊ tũc ſic ꝙ ẽ mẽti tenẽdum.Jn glo. ſua.i.tpe fideicõiſ ⁊c̃.

Nõ.nõ.di.gl.qñ ſit vuz ꝙ qñ uẽditoꝛ ſuccedit dño rei tranſeat dñiuz ipo iure i emptorẽ uel nõ.nã ſi quid uẽditoꝛ ꝯſeqt̃ dñiuz ex cã q fingit ipm fuiſſe dñm tpe traditõis trãſit dñium ipo iure i emptorem ut .l. proinde hic in glo.alle .Si vero vẽditoꝛ efficit̃ dominus ex cauſa q retro non trahit̃ tunc ſecus q2 non tranſit dominiuz ipſo iure in emptorẽ ſed venditoꝛ cogitur venditionem implere vt hic dr̃ ⁊ in.l.ſi a titio.j̃.de doli excep.l.apud celſum.§.ſi a titio ⁊ de hac opinio. facit magnum feſtũ.Ja.d are.⁊.Ja.butri.i dicta.l. pinde.ſ.ſi cer.pe.⁊c̃.

**Lucius ticius.** Quando pena ẽ adiecta datõi pre. ſiue facto põt peti nec preſumitur adiecta in frau.vſuraꝝ.hoc dicit.

Addi.Bal.

Lucius ticius.Pena inſerta facto non intelligit̃ apponi in frau.vſuraꝝ ad hoc allegat̃. Nõ .emptoꝛ ꝙ vtrunq3 non exigit ſed vel rẽ vel intereſſe cũ vſuris vel penã ⁊ non ob.ſ.e.pdia ſm rai.q2 alteꝛo debet eſſe contentus nõ quaſ.eſſet plus i alio vt dicta.l.pdia. Sed q ro emptoꝛ petit rẽ ſibi tradi aut ad itereſſe pſtari nunquid ſub iſto libello comprenditur intereſſe cõmune vel reſtitutio precij re enim nõ tradita emptoꝛ põt precium repetere nõ vt pcium ſ3 vt intereſſe ſicut re euicta vt.ſ. e.l.emptorem.§.ibidẽ ⁊.j̃.eo.ſicut in fi. Jtẽ põt petere rẽ ⁊ vſuras pcij ſi id pciũ quod ſoluit acquiſiuit ab alio ſub vſuris tex.eſt in hac.l.lucius.Nõ.quia nõ eſt alibi. Jſta queſtio ſtat in hoc vtrũ ſit triplex intereſſe .ſ. conuẽtum cõmune ⁊ ſingulare tunc enim omnia iſta includuntur i libello.Si autem nõ eſt niſi vnicũ intereſſe .ſ. damnum emergẽs vt quidam tenẽt non vr̃ ꝙ iſte libellus comprehẽdat pcium cõmune vel pcium conuẽtum. pro hoc.ſ.l.emptorẽ.§.ibidẽ vbi facit drĩam inter pciũ conuẽtum ⁊ vtilitatẽ.i.intereſſe.Nic.d mata .tenet qđ non ſit niſi vnicum intereſſe cuius partes integrales ſint pcium cõmune ⁊ ꝯuentum.ſicut poſtis nõ eſt dom⁹ ſed pars domus tu dic quod iſte libellus.ẽ gnãlis ⁊ ꝯti

net iſta tria ⁊ per talem libellũ conſequitur quanti plu rimi intereſſe dũmodo ſit intereſſe iter rem.⁊ iuxta rē ⁊ de natura rei nō ex rē ⁊ cx naturā rei vt.ſ.e.l.ſi fieri lis.§.cũ p vēditorez l3 Ri.de ma. dicat ꝙ venit itereē ex rem ex mora.ſed male dicit. qꝛ vel tacite venit non ꝙ eſſet de natura rei vel de natura ꝯctus.⁊ adde quod no.p Inno.ex de ſenten.excōi.c.ſacro.Bal.

**Ticius heres.** Venditoꝛ cogitur ce dere emptoꝛi inſtru menta rei empte qñ ſibi expedit.h.d. No.ꝙ dixi in ſũmario ⁊ adverte qꝛ oꝛiginalia inſtrumēta rei empte qñ ſibi expedit nō cogr̃ emptoꝛi tradere vt.l.in ſtrumēta.C.d fideiuſ.ſed cogr̃ oñdere ⁊ ei copiā facere ad hoc vt emptoꝛ poſſit d eis ſe iformare ⁊ ita loqr̃ h.

**Qui p colluſionē.** Iſtud pncipi u3 nō ſũmat̃ l3 pone caſũ in ec̃ vt i glo. Vel melius.pone caſu3 locaui ticio fundũ meũ ad quinquēnium ſingulis ānis p.x.⁊ in vita ꝯuis ſit cavētur inſtrumēto nō da bat niſi quinq3 hoc feci cā decipiēdi ēptoꝛē vt plus mi hi daret. Queritur an ego tenear exēpto reſpōdet̃ ꝙ ſic nec excuſat̃ ſi dicit volo recipe i fide mea ꝙ colon⁹ ſtabit qnque ānis i fundo ⁊ ſingulis annis pſtabit.x.cy. in addi.⁊ nō.hunc caſum.Bal.

**Precii ſorte.** No. ex hoc tex.ꝙ que de bētur officio iudicis nō ſũt i obligatōe vt hic.⁊.l.quintus.ĵ.d annuis le.ĵ. ad tre.l. deducta.§.minimis ifra locati.l. qro cũ ſiliibus qd no. officiũ iudicis mercenariũ extinguitur ſorte ſoluta.h.d. cottidie allegatur.

**Bona fides.** Si emptoꝛ ex aliquo be neficio nō cogitur ſolue re pcium nō cogitur vēditoꝛ ei ad tradēdũ rez h.d.Vel.ſic reſoluta fide emptoꝛis reſoluit̃ fides vēdi toꝛis.h.d.No.ꝙ ſi ego nō teneoꝛ tibi ſeruare fidez nec tu mihi.⁊ iſtud ē ex natura coꝛelatiuoꝝ.Bal.

**Si per emptorem.** Moꝛa em ptoꝛis tollit effectum moꝛe vēditoꝛis.h.d.vel ſic. In mo ra eiuſdē tpis deterioꝛ ē pditio agētiſ.l3 i moꝛa ſucceſ ſiua vltia moꝛa nocet.h.d. In tex. moꝛa fuiſſ3 vt qꝛ cer ta die certo loco debebat tradi vinũ ⁊ nullus fuit eadē die in loco ſm Ri3.Bal.

**Creditor fundũ.** Venditoꝛ co gitur exhiber̃ emptoꝛi inſtrumenta ptinētia ad defenſionem rei vēdite h.d. No.primo ꝙ dixi i ſũmario ꝯcoꝛ.ſ.e.l. ticius hēs.vel ſic exactoꝛ collectaꝝ pōt vēdere bona nō ſoluētiu3 ſm Bar.Et dicit cy. ꝙ etia3 pene nō ſoluēti u3 ptinent emptoꝛibus gabellaꝝ p hanc.l.⁊.l.fi.§.dini quoq3 frēs de publi.⁊.C.d vectig.l.ſi qs tu reſpice vba qꝛ ſi pena eſſet noiatim collata i fiſcũ.⁊ nō i emptoꝛē ꝯ ſului ꝙ ſequeret̃ emptoꝛez niſi eſſet pene q̄ ſuccederet loco rei.qꝛ pene malefícioꝝ debēt fiſco applicari.⁊ non pūatꝭ.vt.l.multaꝝ.C.de mō mul.⁊ h nō dicit aliqd de pena ꝯmiſſi.vt.ĵ.d publi.l.cōmiſſa facit.ſ.de reſcin.vē .l.fundus adde ꝙ dixi l.l.fi.§.i.infra q po.i pig ha. In. tex.ſaltus.i.ꝯctus rei. No.ꝙ emptoꝛibus gabellaꝝ.vi de qd no.i ti.d ſen.aug.c.ſciēdũ in pn. Secundo no. ex tex.qd ille q emit tributa vnius loci pōt vēdere pdia nō ſoluētiu3 ſi ipe ſindicus cogitur ſoluere pro tota vni uerſitate quod no.

**Prediũ extimatũ.** No.ex hoc tex.dum di cit.⁊ marito libeꝝ pſtare ⁊c̃. Ma3 iſte tex.cũ pn.§.vide tur velle ꝙ tūc pdium dicat̃ libeꝝ qd nō eſt obligatum de quo dic.p glo.i.l.ſi pro fundo.C.de trāſac.⁊ de hoc v bo vide i.l.vi facit ifra d vi ⁊ vi ar.Secundo no.ex hoc tex.ꝙ qñ pdiu3 datur extimatũ.p dote agit marit⁹ actō ne exempto quaſi videat̃ emiſſe vt hic.⁊.C. de iure do. .l.i.C.de pac.l.ex ꝯuentꝭ.ifra de iure do.l.quot̃ cũ ſilib⁹ An aũt ex⁹ ipa mulier ſoluto matrimonio .p iſto pdio dato extimato i dotē habeat ac ex venditꝭ. glo.hēs no. quod no.C.de iure do.l.cum dotem.

**Inter uendi.** In tex. bi milicie ⁊ de mul tiplici milicie genere.vide ꝙ no.p guil.de cu.l.omnino.C. de inofficioſo teſtamento ⁊ ibi plene per eum Bal.

**Si mercedem.** No. hanc.l. ⁊ iũge cu3 ea.l.inſulam in loca.⁊ ex hoc pncipio hēs qñ qs vendit rez h acto ꝙ penſiones accedāt de quibus penſionibus intel ligatur quod no.⁊ tene menti.Bal.

**Si cum fundum.** Eo nomine can tum.i.paꝝ cui pro ſpexiſti. No.hic ꝙ ſepulcrũ tranſit cu3 vniuerſitate fun di ſm labeonē niſi acceſſus ſit ad ſepulcrum p via3 pu blicam ſm paulu3 eſt ſimilis diſtin.infra d le.ij.l.pdys §.balneas ticio ⁊.§.qui domũ. Et no.qd loquit̃ hic de via publica diuidente ſepulcrum a fundo vt ifra d acq. re.do.l.marcius qꝛ via publica nō eſt finis intra rem l3 ē finis ex rē vt.ſ.de picu.⁊ ꝯmo.rei vē.l.id quod.§.i.

**Si habitatoribus.** No. hunc tex. cu3 glo. ſua que incipit qui gratis habitant ⁊c̃.

Addi.Bal.

Si habitatoꝛibus.Ibi recepta.i.excepta eſt.no. hic tria primo ꝙ vēditoꝛ excipiēs habitationē habitantib⁹ videt̃ excepiſſe aliȷs non ſibi qꝛ in generali ſermone ñ cōtinetur pſona loquētis ſic.C.de ſolo.l.inquiſitio vita tis ſimile ifra d pec.l.ſi periculũ.§.ſicut ⁊ facit ad no.l ſpe.de peni.⁊ remi.v.ꝙ ſi tempoꝛe ⁊ p Inno.de ſen.ex cōi.c.ꝙ indubȷs ⁊ per archi.in.c.ij.de conſtō.lib. vi.no. ſo ꝙ excipiens habitatōem conductoꝛibus nō videtur excepiſſe habitatōem gratuitam ſeu pcariam ⁊ ꝙ reg ritur ſpecialis ex⁹ d habitatiōe gratuita exemplũ Al̃r tex.habeo infra.d dōa.l.acquilius regulus ⁊.l.lucius.ter tio.⁊ vltimo no.qd emptoꝛ poſt traditā ſibi poſſeſſionē pōt impune expellere illicitos detenꝭ.fac.t infra de vi ⁊ vi ar.l.colonus.⁊.l.cum fundus.

**Si dolia.** Incertu3 de certis debet̃ ad inſtar generis ⁊ in ꝯcu eſt electio dbitoꝛ̃ ſed incertum de certis debetur ad inſtar ſpeciei ⁊ tale quale eſt.h.d.In vltima voluntate dic vt infra de l.i.l. ſi quis a filio.§.ſi quis plures.⁊ facit ſupra d ſerui.u.l. certo generi.§.i. Bal.

**Si ſeruus.** Qui emeretur rei que fuit noſtra ⁊ ē in poteſtate ho ſtium pōt eſſe comercium hoc dicit. Iſta.l.vſ qꝫ ad fi.ti.ſed iſtam.l.declara vt in glo.⁊ bene.

Locati ⁊ conducti. Rubrica

**Locatio.** Sicut emptio ⁊ venditio conſen ſu cōtrahitur ita locatio ⁊ condu ctio ⁊ ſicut vendictio ſine precio

nō procedit ita locatio ⁊ cōnductio non procedit ſine mercede.h.d. Jſta.l.cuꝫ prin.l.ſe. Nō.ꝙ i ꝯctu locatō nis reqritur p̄cium.i.merces que preſtatur ꝓ vſu rei. ſꝫ i emptōe reqritur p̄cium ꝙ p̄ſtatur pro ip̄a re vn̄ ſi dubitet̄ rōe precij quis ꝯctus ſit ex quātitate p̄ſumet̄ vt no.i.l.i.§.i.ī.de ſupfici.⁊ facit.ī.de fur.l.ſi ſeruuſ.§. locaui Jtem fallit.l.vlt.C.de p̄d.curia. Secūdo no.ꝙ taꝫ p̄ciuꝫ ꝙ̄ merces reqritur i pecunia numerata ſeu nūerāda.ī.d̄ p̄ſcri.v̄.l.natural̄.§.at cū do. Quid ergo ſi merces ꝯſiſtat i frumēto Rndeo aut ꝓ noia quote.l̄ tertiā l̄ quartā partē.tūc ē ſocietas vt.ī.e.l.merces.§. vis maior ⁊.ſ̄.ꝓ ſocio.l.cū duobuſ.§.i coheūda.aut cir ca mēſuratōeꝫ vt octo corbes grani.tūc ē ꝯctus inno minatus ⁊ agr̄ p̄ſcrip.v̄.vt ifra d̄ p̄ſcrip.v̄.l.ſi rē ⁊ no. C.e.l.ſi olei.ſm goſ.⁊ ray.⁊ no.ſilis diſti.ſ̄.ꝓ ſo.l.cuꝫ duobus.§.item ex ſcō hāc tꝫ idē in.l. ſi merces.§. vis maior ifra.e.ergo q̄ ſūt ſpālia i ꝯctu locationis ⁊ ꝯdu ctioñ puta ꝙ iuncta ⁊ illata ſint obligata ⁊ ꝙ fiat re miſſio mercedis pp ſterilitatē nō hn̄t locū i locat̄ abu ſiua vbi merces nō ꝯſiſtit i pecunia numerata vt no.i ſpe.d̄ loca.§.poſtq̄.v̄.porro ibi reus ſic ponat. alij di cūt ꝯ vt iſti.d̄ ac.§.itē ſeruiana.C.loc.l.exēpto.⁊.l.ꝫ ⁊ extra d̄ loc.c.pp qd̄ ē equius. qr d̄ ſilibus idē eſt iudi ciuꝫ. Tertio ⁊ vltimo no.diſtin.aut artifex p̄ſtat mate riam ⁊ operam.aut operari tm̄ ⁊ ꝙ vnus. ⁊ ideꝫ act⁹ nō.dꝫ diuerſis contractibus cenſeri.

**Adeo autem.** No.hūc tex. ꝑ quē potes cognoſcere locatōis ꝯctuꝫ a ꝯctu emptionis.⁊ venditionis ⁊ ꝯcordantie.ſunt in glo.ſuper verbo negotium.⁊ de hoc in concor.dixi.

**Cum fundus.** Nō ſūmatur quiſ breuiſ.ſed no.tex. cum glo.ij.in fi.

Addi.Bal.

Cum fundus.Jn glo.ſꝫ ⁊ dos in fi.no.ergo ex bre uitate tpis preſumi ꝙ extimatio nō faciat empt̄.⁊ ex h apparet ꝑ. extimatos qd̄ ſcolares.⁊ alij qui accipi unt equos extimatos nō ppea de periculo tenētur ñ eniꝫ agitur vt ēptio.⁊ vēditio ꝯhatur cū omni die ve cturam recipio.vnde equo poſtea reuerſo nō puto ꝙ iſta extimatio faciat emptōeꝫ l̄ vēditōem nec ꝙ ꝑicu lū trāſeat i ſcholarē l̄ aliū.ſed forte hoc adicit̄ vt ſcia tur qd ſine litigio p̄ſtanduꝫ ſit re ꝑ culpā ꝑempta ſic ē cōeꝫ.l.ſi vt certo.§.nūc vidēdū ſm Jo.hic eni adicie bat̄ extimatio rei nō locate.ſꝫ in qōe ꝓpoſita rei loca te vn̄ itelligitur ſm naturā ꝯctuſ.Adde ꝙ ſolet queri nūqd extimatio rei q̄ dat̄ alicui facit trāſire rē i aliuꝫ ꝯctū ⁊ ſic ꝑiculū trāſeat pe.diſtinguit.aut de natura ꝯctus pōt res extima i illa extimatōe q̄ facit emptio nē.⁊ tūc trāſit i aliū ꝯctū.ſ.empt̄.⁊ tūc facit trāſire ꝑi culū rei ⁊ caſus fortuiti.ſicut ē in dote vbi talis extia tio pōt fieri q̄ facit venditōeꝫ vt.l.quot̄.aut nō ē d̄ na tura ꝯctus.vt in locatōe.qr locatio nō ſolet trāſferre dn̄iuꝫ ⁊ tūc in dubio nō p̄ſumitur emptio vt.ſ̄.ꝓ ſo.l. cū duobus.§.damna.nō ob.hec.l.qr loquitur i acceſſo rijs rei locate.ſecus eſſet in re locata principal̄r.⁊ ſic rn̄det Odo.ad hāc.l. Uel dic ꝙ h loquit̄ vt qs tenea tur de caſu fortuito. ſed in.§. damna nō poteſt fieri talis ꝯuentio vt.e.ti.l.ſi nō fuerit.§.i.Et ideo hec ex timatio facit trāſire ꝑiculum in rebus iſtis que de fa cili vſu ⁊ tpe ꝯſumūtur vt hic.⁊ infra.e.l.quero.§. fi. Jn alijs rebus dic vt dixi.ſ̄.ꝯmo.l.ſi vt certo.§.ꝯmo datū cy.in addi.facit infra ſo.ma.l.extimate. Bal.

**Locatio precarii.** Nō. ex hac.l.ꝙ etiā ſola mors inducit deſinētiam volūtatis.Ad ideꝫ infra.e.l.q ad certū qd̄ intellige verum quando mors inſpicitur reſpectu certe ꝑſone.ſecus quādo mors iſpi cit̄ reſpectu certi officij.qr tūc mors illius q aliqd ꝯce dit nō inducit.deſinētiaꝫ volūtatis ut in.c. gratioſe ex d̄ reſcrip.li.vi.⁊ circa hanc.l.vide ꝙ no.cy.i.l.vlt.§.ſed qr.C.cōia de le.C.d̄ ꝯhē.emp.l.fi.in vlt.q.⁊ quod no.ēt ꝑ doc.in.l.centeſimis in fi.infra de verbo.obli.

**Si tibi.** Nō ſūmatur qr breuis.ſꝫ ipſaꝫ declara vt in glo.Bal.

**Is qui.** Jus ꝯſecutus.qu vtilitatem ſuā facit ex natura contractus.

**Si quis domum.** No.p̄ncipiū Jſti⁹.l.⁊ no. ex hac.l.ꝙ conductor pōt agere ad ip̄m factū vꝫ ꝙ ei p̄ſtetur vti frui licere re ꝯducta vt hic poteſt ēt agere ad intereſſe vt.l.proxima videbit̄.iira.e.l.ex ꝯdu cto. Secūdo no.in v̄.plane qd̄ ſi locator preſtat do muꝫ eque bonā conductori cui mouetur controuerſia a domino cuius eſt res:liberatur.⁊ ſic ꝑ hanc.l.⁊ ꝑ.ſ̄.l. prox.habetis formaꝫ libelli in hac actione. Tertio no.in.v̄.huic ſubiungi pōt ⁊c̄.no.diſtin.an quis locauit vt vſufructuarius an vt dn̄s quod eſt mēti tenēduꝫ ad multa. Pone.n.ꝙ quis vēdidit.vt dominus vl̄ poſſeſ ſor.naꝫ inter iſtos eſt dr̄ia ut hic uides. Ultimo in p̄dicto v̄.huic.no.notabilē tex.ibi heredē eius qnymo nō tenemur ⁊c̄.ꝙ dominuſ proprietatis in quē trāſfer tur ſeu conſolidatur vſufructus non cogitur ſtare colo no adhibito ꝑ uſufructuariū ut hic. Circa ꝙ uide quō no.doc.C.locati.l.emptorē ⁊ quod no.ꝑ doc.⁊ maxime per Pe.de bel.infra ſo.ma.l.ſi filios.§.ultimo.

**Si quis fundum.** §.ſi colon⁹ ad monitio obli gatōeꝫ nō auget.h.d. Uel ſic admonitio ñ fa cit trāſire ꝑiculū caſus fortuiti.h.d.no.caprarium nō te neri ad reſtitutōeꝫ capraꝝ a latronibus ſubreptaꝝ ſine culpa caprarij.Et no.hic ſm quoſdaꝫ culpā p̄ſumi i ca prario ratione priuati officij ſic.ſ̄.d̄ edē.l.ſi qs ex ar.§. fi.d. Riꝫ.dicit ꝙ caprarius hic probat ſe innocētē eo ip ſo ꝙ nō probatur cōtra.⁊ idē guil.allegat ipſe inſti.qui mo.tol.ob.in fi. Secūdo no.ꝙ vbi debꝫ fieri remiſſio mercedis eo caſu ſolutum repetitur.in glo.l.ſi pr̄ igno rans ibi loquitur in dote promiſſa que erat cōis pr̄is ⁊ filie ⁊ ideo repetitur ꝑ ac.cōem nō ꝓpriam ſm Pe.l̄ illud ē de natura dot̄ vbi debetur reſtō ex ꝯctu ſꝫ Ja. de are.⁊ Ja.d̄ ra.⁊ cy.in addi.§.celſus ille qui facit ſci uolum tenetur de imperitia hoc dicit.Bal.

**Imperator.** Jn hoc.§.i.glo.ponit caſum altero de tribuſ modis tene lec.quāuis ⁊ no.hunc.§.nam hic videtur innui ꝙ quis debet probare culpam abeſſe quaſi uelit tex.ꝙ i dubio culpa p̄ſumatur ꝙ dic eſſe ueruꝫ ubi ex qualitate facti apparet culpa prima facie.alias culpa nō preſumeret̄ quod dic ut no.ꝑ doc.C.de pig.ac.l.ſi creditor. Secū do no.quod eo caſu quo mercedes pro futuro tempore nō debentur ſi ſoluantur ut indebite repetuntur.Bal.

**Si aliena.** Superueniens dominium condu ctori ēt extraneo liberat eum a ꝯ tractu condictionis.h.d. ⁊ Jdē eſſet in emphiteoſi qa tūc eſt quedam cōductio. Nō obſtat.ſ̄.de act.emp. l.ſi quis alienaꝫ.qr ibi actori hic ſucceſſori ius ſuperuenit.

Et ego. Nō.in hac.l.tex.nō.qꝺ licet ꝓ futuro tempore qs nō teneat᷑ vt.ſ.l.prox.§.ult.tñ poſſum agē ut me liberes eo caſu quo nō teneor.quod tene menti.Bal.

Si hoc in. Nō.dr̃iam quaꝫ fecit tex.vtrū apponatur pcm̄ ne ignis a ꝯductore apponatur i domo vel ne ignis innocens teneat᷑. In p̄mo caſu habenſ ignē i domo teneat᷑ de caſu fortuito.ſecūdo nō teneatur qꝺ nō.⁊ ſic nō.quod aliqd aliud ē ꝓhibere aliquid ſimpl'r.aliud cū mō.qꝛ quādo ſimpliciter ꝓhibetur nullo mō permittitur.

Item queritur. Nō ſūmatur qꝛ breuis ⁊ clara ē vel ſicꝫ ſemꝑ h̃ri modus cū tēpore.h.d.

Si gēma. Nō.dr̃iam iſtius.§.⁊ glo.:q̄ dicit ꝙ piculum ꝓprie dr̃ qꝺ culpa contingit ibi ꝯtj.nō.⁊c̄.ibi piculuꝫ.ſ.materie.Bal.

Si magiſtri. Nō.ꝙ perit nauis pp non habere adminiſtratorē.h.d.

Si quis. Qui ꝯducit ſeruū docendum nō pōt ipm̄ pegre ducere.h.d.nō.

Si fullo. Nō.ar.ꝯ feneratores ꝙ ſi nō excutiant pānos pignoratos a tigris ſit eoꝝ piculo ſm Ja.de bel.Itē ſi reddūt aliud ꝓ alio.⁊ ēt hoc facit ꝯ bidelos ſcolaꝝ ⁊ ꝯ tutores ⁊ curatoreſ ⁊ ſcriptores vt dicit Bar.C.de murile.

Exercitu. Nō.hūc tex.cuꝫ glo.ſa ꝙ ſi aliquis detinet vel poſſidet rē alienaꝫ ex culpa tenetur ad rei reſtōem.⁊ nō pōt allegare ſibi violētiam factā.niſi probet ſe violētia reſtitiſſe quātū ſibi poſſibile fuit qꝺ nō.⁊ vide quod nō.j.ſi mu.ven.no.poſſ.mit.l.ꝺ dolo.Et ſic nō.hic tria primo de denūciatōne neceſſaria.ſo ꝙ quis tenetur ſe defendere.tertio ꝙ impotentia excuſat.

Si quis. Nō.ꝙ iniuſte mēſure ſunt frāgēde ab officialibus.

Si in lege. Nō.ꝙ pactū de re locādo itelligitur ſub ſimili forma cū p̄ma ⁊ nō pōt exerceri niſi finito termino.h.d.

Qui impleto. Si ꝯductor poſt tp̄s cōductionis finitū remaneat in predio ruſtico vr̃ i annū renouata cōductio.⁊ ēt pignora eiuſdeꝫ.ſecus ſi pignora eſſent alterius. In p̄dio vō vrbano.catenus vr̃ ꝯductio renouata quatenus poſt tp̄s ꝯductionis finitū inhabitauerit niſi i ſcriptj p̄ma ꝯductō fuerit celebrata vel niſi dn̄s deſierit poſſe ꝯſentire .h.d.cuꝫ.l.ſe.Nō.ꝙ dixi i ſūmario.Scdo nō.in.v̂.eadē ꝙ idē eſt i predio ruſtico publico quod ē nō.naꝫ cuꝫ diuerſitas de facili ꝯſentire nō poſſit.vt.l.ſed ⁊ ſi ex dolo.§.i.ꝺ dolo.j.ꝺ liber.vniuerſitatj.l.i.videbatur ꝙ i p̄dio publico ñ haberet locū tacita recōuētio.ſed dic ꝙ admininiſtratores rei publice q habēt poteſtatē locādi hoc fuerūt paſſi quo caſu ip̄a vniuerſitas vr̃ feciſſe vt nō.in dicta.l.ſi ſi ex dolo.§.i.ꝙ nō.ꝓ p̄latis eccleſiaꝝ locātibuſ p̄dia ut ip̄oꝝ ſcia ⁊ pacientia inducat tacitaꝫ relocatōem ⁊ ꝯductōeꝫ.Tertio nō.in.v̂.ꝙ aūt dicim⁹ ꝙ in p̄dio ruſtico vr̃ facta recōductio ꝑ annū lꝫ.p̄ma ꝯductio fuerit facta ꝓ maiori tēpore.Quid aūt iur̃ ſit in p̄dijs vrbanis dr̃ i.v̂.vrbanis pro cuius.v̂.intellectu iſtius.v̂.facta eſt quedaꝫ glo.que valde loquitur intrincate.⁊ eſt ſup v̂bo ut qſqꝫ que glo.itelligit dcm̄.v̂.i urbanis tribus modis.aut que ponitur in.v̂.niſi i ſcriptis ⁊c̄.intelligit quattuor modis verius intellectus eſt in.v̂.in vrbanis ſm modū itelligēdi poſitum in dicta gl.vt i id tm̄ tp̄s quo habitauerit poſtea videatur recōduxiſſe.⁊ hūc intellectum tenet franaccur.⁊ Mar.ſily.⁊ cōiter tenetur ꝑ noſtros doctores dictus vō.v̂.nō in ſcriptis itelligitur ꝑ glo.quattuor modis poſtea glo.ſubiungit quintū modū itelligēdi ſm Ja.antiquuꝫ.gloſatorē vt velit dicē.i.vbi p̄mus ꝯctuſ fuerit celebratus i ſcriptis quē itellectum glo.reprobat ꝑ.l.pactuꝫ ꝺ pac.Sed aduerte ꝙ ſi Ja.intelligit i ſcriptis hoc ꝙ p̄mus ꝯctus fuerit celebratus ꝯſenſu.⁊ ſcriptura fuerit adhibita ad ꝓbatōem vt.l.ꝯbitur.j.de pigno.C.de ꝓbatio.l.cum res.tūc eius intellectus optīe reprobat᷑ per glo.qꝛ illa ſcriptura nō inducit.ſed probat.ſed ſi Ja .itelligit ꝙ p̄mus ꝯctus fuerit factus i ſcriptiſ hoc eſt ꝙ ſcriptura fuerit de ſubſtātia ꝯctus ſm formaꝫ.l.ꝯctus.C.ꝺ fide inſtru.tūc Ja.dicit verum hic eſt verus intellectus nr̃e.l.⁊ ē ratio.nā idem ꝯctus videtur renouatus.qꝛ conſenſu ꝯbitur.vnde tacendo renouatur.Sed qñ ſcriptura eſt de ſubſtātia ꝯctus tacendo ſcriptura nō renouat᷑ ideo ꝯctus in ſcriptis nō pōt videri renouatus pro hoc facit optime.j.e.l.ꝓxim̄.⁊ ꝑ hoc ꝯcluditur ꝙ in his que gerūt᷑ ex neceſſitate ñ p̄t uideri i lō.offim̄ renouatū lꝫ qſ remaneat in tali officio.l.i.§.i.v̂.ꝙ ſi finita. j.de eo qui ꝓ tutore ⁊ iſte eſt veras intellectus quē ponit glo .in.v̂.nō eſt in.vi.lec.de qua fit mētio in dicta glo .⁊ nō. bene dictā glo.ma.in.v̂.⁊ quid ſi prima locatio ⁊c̄. vſqꝫ ad fi.qꝛ ponit multuꝫ notabileſ queſtiones.Pro declaratione iſtius.§.quero qñ ſit verum ꝙ ſit facta reconductio.rñdeo qñ colonus retinet predium ſciente ul' paciēte locatore ⁊ ita intelligit hunc tex.odo. qui intellectus probatur.j.e.l.prox.⁊ intelligit ēt hunc. §. qñ colonus poſt tempus conductionis finitum non remanet i cōductiōe duob⁹ vel tribus diebus ſed aliquo tēpore cōpetēti ⁊c̄.

Addi.Bal.

Qui impleto.Remanēs conductione predij ruſtici poſt finitum tempus conductionis expreſſe videtur in alium annum tacite eiſdem pactis ⁊ pignoribus reconduxiſſe ſed in predijs vrbanis donec habitauerit niſi cōductio ⁊ locatio fuerit celebrata a principio ⁊ i ſcriptis.⁊ vbi locator deceſſerit vel facere ceperit.h.d.Cuꝫ.l.ſe.ſumando ſm cōmunē intellectum doc. Nō .ꝙ tacita reconductio eſt eiuſdē qualitatis cum exp̄ſſa videntur ēt repetita eadē pena ⁊ pignora ⁊ ē ſimile.e.l.lucius.§.paulus ⁊ iſte.§.facit ad.q.quam ibi ponit dy.per quas.ll.dicit ꝙ idem eſt in reconductione expreſſa quod eſt nō.hoc tm̄ eſt verum niſi p̄cedat proteſtatio in ꝯtriuꝫ vt nō.j.ſo.ma.l.ſi mora.Itē hoc eſt verum inter ipſos conſentientes.ſecus quo ad tertiū obligatū vt hic.⁊.C.loc.l.ſi cum hermes.Iuxta hoc quero qd ſi pena eſſet appoſita in p̄ma:locatj.an in ſa conductione tacite facta videatur repetita pena.Dy.ꝙ nō.j.de le.ij.l.cum pr̃. naꝫ iſta pena cadit i aliuꝫ ꝯctum ex contractu locationis.⁊ nō ꝯbatur cum conſenſu ſm dy.Ad hoc facit. qꝛ pactum penale nō informat p̄muꝫ cōtractum.vnde pena nō petit᷑ eodem genere ac.vt.ſ.de actio.emp.l.predia.Secundo quero quid ſi prima locatio erat uallata per ſtipulationem.Reſpondeo quod uidetur tacite facta reconductio licet non interuenit noua ſtipulatio. Licet enim fuerit a principio ſtipulatio interpoſita.tamē ēt conſenſu contrahebatur nec fiebat nouatio vt.ſ.ꝓ ſo.l.duo ſocietatē ⁊.j.de v̂.obli.l.ſi quis cū aliter.§.fi.ſm bar. Secūdo nō.ꝙ idē eſt in iuribus rei publice quod in iuribus priuatoruꝫ. Et dico ꝙ idē in rebus eccleſie que patiētia p̄lati ⁊.c.ſufficit ad renouationē cōtractus ar.ſ.ſi cer.pe.l.ſi ciuitas. Sed quid ſi ꝯctus non fuit factus ꝑ modum locationis ſed ꝑ modum vēditionis fructuū .vtrū

videatur renouari tacito conſenſu ⁊ videtur .qđ ſic. qꝛ
eadē eſt ratio.⁊ qꝛ locatio ⁊ fructuū venditio equipant̃
vt.l.i venditõe.§.i.j.de bo.an.in poſſ.iſte tñ.§. hoc nõ ex
primit vt gl.dicit h̃ ſup alio puncto ꝙ a verbis iſtius lr̃e
durū eſt recedere. Quero hic quid in emphiteoſi ſi ali
quis cepit i emphiteoſi ad decenniū vtrū videat̃ poſtea
renocaſſe vr̃ ꝙ nõ.qꝛ hic deſiderat̃ ſcriptura vt.l.i.C.de
iur̃ emph..ergo ⁊c̃.vt.j.e.l.v̂.nõ. Sed qdam dicūt ꝙ
ſcriptura nõ eſt ď ſubſtãtia ꝯctuſ emphiteotici.tñ adhuc
crederē ꝙ non intelligeret̃ eſſe facta renouatio. qꝛ ibi
agit̃ vtili dñio transferendo non de modico p̃iuditio ⁊
ſic non ob.iſte.§. Quarto nota drĩam inter colonuꝫ
⁊ inqlinum.naꝫ colonus vr̃ renouaſſe ad annuꝫ iquilin⁹
quatenus habitat dño patiente. Hic quero qd ſi nõ
eſt ꝓprie colonus.qꝛ nõ preſtat mercedem i pecunia nu
merata.ſed forte in frumẽto vel ē ꝑtiarius colonus.vtꝝ
habeat locuꝫ iſte.§.credo ꝙ ſic ex gnãlitate v̂borūꝫ ei⁹.

Quinto nõ.ꝙ ſicut extendit̃ exp̃ſſum ita ꝓrogatur
tacitum.vñ tacita recõductio vnius anni põt prorogari
ad aliaꝫ tacitam alterius anni.vt in.v̂.ſed ſi.ƀo in v̂. ⁊ in
vno quoqꝫ anno. Nõ.qđ ibi reqritur ſcriptura ibi ñ
fit tacita ꝓrogatio.ita videtur dicẽ lr̃a. Et nõ ꝙ ſcri
ptura adhibetur dupl'r vno mõ dr̃ cõtentus celebrari i
ſcriptis.C.de fide inſtru.l.ꝯtentus. Secūdo mõ non
vr̃ celebrari in ſcriptis lꝫ tūc nõ dicatur ꝯtentus abſolu
tus niſi poſtq̃ cõtractus cõpleuerit v̂ba.vt nõ.in.l.fidei
cõmiſſa.§.i.de le.iij. Et qdam intelligūt iſtū.§.i vtro
qꝫ genẽ ſcripture de iſtis generibus.nõ.ſ̃.ď pig.ac.l.ga
ius.in glo.or.Sed ſatis uř i ꝯueniẽſ qđ licꝫ ſit facta ſcri
ptura de locatĳ.ſicut quaſi ſemp fit finita locatõe inquili
nus itelligatur habitaſſe gratis ex ſcriptura q̃ fiebat ad
ꝓbationeꝫ.ſed ad ꝑfectioneꝫ ꝯtractus nõ.cuꝫ autem cõ
trahitur lr̃is ⁊ nõ ꝯſenſu ex ſolo ꝯſenſu nõ ꝓcedit actus
retroſilis.⁊ ita intelligo lr̃aꝫ. Quero qd in re mobi
li accepi roncinū ad vecturã pro.x.diebus poſtea tenui
xx.diebus.nūquid teneboꝛ ad vecturã.xx.dieꝝ glo. ma.
hic in fi.dicat ꝙ nõ.qꝛ in re mobili nõ hꝫ locuꝫ tacita re
cõductio.dic tñ ꝙ qui ꝯtitur vltra tp̃s determinatĳ facit
furtuꝫ.qđ nõ placet Ja.bu. Et ideo dicit ꝙ tenet̃ ad
vecturas totius tẽporis quouſqꝫ reſtituit̃ ar.iſtius. v̂.in
vrbanis nec facit furtum.qꝛ p̃ſumit̃ hr̃e volūtateꝫ dñi ꝓ
pter ꝯctum p̃cedentem ſcđm eum qđ eſt verius. In
v̂.in vrbanis h̃.ſcđa prout q̃qs habitauerit ⁊c̃. intelli
gitur tribus modis.p̃mo vt in vrbanis nullã intelligas
factã recõdictioneꝫ tacite.⁊ qđ dicit habitauerit.ſ. ea cõ
ductõne exp̃ſſe.ƀo vt pro rata tp̃is.quo poſtea habitaue
rit videatur recõduxiſſe.tertio ꝙ videã rē integral'r re
cõduxiſſe in quãtūlibꝫ tp̃s prime ꝯductõis medius itel
lectus eſt verus .p̃mus ⁊ tertius ſūt falſi. In.v̂.vbi
h̃ exceptio intelligitur.v.modis ⁊ variatur exceptio op
poſita.ƀe p̃mo nõ in ma.i.nõ actuꝫ fuit vt in tantū tp̃s
intelligatur facta recõductio q̃tuꝫ p̃ma ⁊ aduerſat̃ iſte
ꝙ vl'r vel pro rata.ƀo ibi nõ eſt actuꝫ ꝙ ſit pro rata.tūc
aduerſat̃ ƀe ꝙ in nullo l' in toto.tertio ibi niſi actuꝫ ſit
vt in nullū p̃ꝫ intelligatur facta recõductio.⁊ aduerſa
tur.tūc ſecūde ꝓ rata l' in totuꝫ.quarto ibi vbi actuꝫ ſit
vt itelligatur in nullū tp̃s fcã recõductõ ⁊ ruſtico.⁊ tūc
aduerſat̃ ƀe ꝙ in nullo uel in toto.quinto ibi niſi actū ſit
vt in nullū tp̃s intelligatur.⁊ ita dꝫ exponi gl.vno mõ
exponit̃.v̂.in ſcriptis ⁊c̃.i.vbi ꝯtractus p̃mus accipit fõ
maꝫ ꝑ ſcripturã ex ordinatõe ꝑſonaꝝ ꝯhentiū. qꝛ tūc vo
luerūt ſolēneꝫ ꝯhentiū.⁊ nõ ſtare.in finibus nudi ꝯſen
ſus ⁊ ſic nõ p̃ſumitur nouatio.⁊ hec fuit opi.Jo glo.Ja.
bal.⁊ odo.⁊ eã ſeqt̃ Riꝫ.malū.⁊ dy. Qui ſic dicit ſu
per iſto.§.h̃ lr̃a põt clare intelligi.vt ſic intelligas ꝙ p̃
diuꝫ ruſticū cõduxit ⁊ finito tp̃e ꝯductioniſ remanſit vi
detur recõduxiſſe pro anno ſequẽti.⁊ ē rõ quia alias nõ
ꝓdeſſet ſibi recõductio.tñ fructuſ p̃dĳ ruſtici recolligãt̃
poſt annū.ut.j.ſo.ma.l.diuortio.ſecus in domo cuius lo
catio ēt ſi ꝑ minimuꝫ tp̃s ſit ꝓdeſt. Et h̃ v̂a ſunt in p̃
dio ruſtico ⁊ urbano niſi in ſcriptiſ certū tp̃ſ ⁊c̃.qꝛ tunc
in nullū uidet̃ recõduxiſſe ſiue fuerit p̃diuꝫ ruſticū ſiue
urbanū.⁊ ē rõ qꝛ hic fit a nã ꝯctus celebrati in ſcriptis
⁊ ſolo ꝯſenſu nõ ꝑficiebat̃ merito finito tp̃e locatĳ.ſolo
ꝯſenſu ⁊ tacito nõ poterit inſtaurari.ſecuſ qñ nõ erat ce
lebratus i ſcriptis.qꝛ cū ſolo ꝯſenſu ꝑficiatur.⁊ tūc ſolo
ꝯſenſu poterit reſtaurari ſ̃m dy.⁊ cy.in addi. Nã cū
tacite locatio fingat̃ ⁊ deſcendat ab imagine.p̃me non
alio mõ poterit fieri q̃ ꝑſona ſ̃m Riꝫ.malū. In gl.
mag.dū dicit eſt util' ⁊ ꝓportionabil'r eaꝫ utilitatē affert
pars tp̃is q̃tum totuꝫ reſpectu totius ⁊ eſt rõ.qꝛ ē diui
ſibilis. In.e.glo.l.ſꝫ duꝝ ē ꝯſiderem⁹ rõem.l.ij. Ja. bu.
lꝫ.n.ꝯſideram⁹ tp̃s.nõ reſpectu tp̃is.ſꝫ reſpectu utilitatĳ.
Et ideo ponamus quod colonuſ ſeminauit agrū.⁊ ante
quam meteret finitum eſt tempus utrum poſtea poſſit
metere quod ſeminatum eſt.Et eſt ar.qđ non.ſ̃. ſi cer.
pe.l.ſi qs nec cãm.§.res pignori de h̃ tangitur.j.uſufr.
legato.l.uſufructu facit.ſ̃.de vſufru.l.defunctus ⁊.ſ̃.e.l.
ſi quis domum.Equius eſſet dicere ꝙ poſſit ⁊ ꝙ domi
nus debet ei preſtare aditum qꝛ ex clama.queſitum ar.
j.e.l.ſed ades.§.ſed inquilinus cuiu.§.ſe.⁊ ar. ſ̃.de ac.
emp.l.qui pendẽtem nam ex quo ipſe ſoluit mercedem
pro fructibus ergo debet habere fructus.j. de fur.l. ſi
ſeruus.§.locaui.Et ideꝫ in colono ꝑciario.qꝛ inter ſocie
tatem debet fieri diuiſio ſaltem pro rata temporis et
j.e.l.ſi merces.§.in c obeunda non bene cogitaui i iſta.
q.ad meum modum.

## Qui ad certum.

Nõ.ex hac.l.ꝙ mors inducit de
finẽtiam voluntatĳ.vidiſtĳ.ſ̃.e.l.locatio. Sꝫ que
ro qd ſi hr̃s defuncti vel curator furioſi.ſciuit ⁊ paſſus
eſt colonum.retinere fundum poſt.tempus cõductionis
finitum.an videatur conductio.renouata.videtur .ꝙ ſic
ar.l.plane.ſ̃.pro ſotio facit.l.certe.i princip.j.de p̃cario.
C.e.l.legē. Nõ.ꝙ ex°.rei non tradite ob.locatori petẽti
mercedem. Item qđ ille qui locat domū debet eam
p̃ſtare habilē ad illum vſum ad quē locat̃ vide in ſpe.ď
loca.§.poſtq̃.v̂.ſi querit̃ vtrum conductor.

Addi. Bal.

Qui ad certuꝫ. Iſta.l.allegatur ad duo.p̃io ꝙ taci
tum pactum non extinguitur p̃ñtia ꝯhentium ar .ad h̃
nõ.ꝑ Cy.C.de pac.l.poſt vẽditionē. Secūdo all'r.qđ
l.preſumptio ſeu fictio nõ operatur i eo.in quo nõ poſſit
veritas allegari ad h̃ allegatur ꝑ cy.i.l.ſi nõ ſinguli. C.
ſi cer.pe. Tertio allegatur qđ illud qđ nõ poteſt fie
ri expreſſe nõ põt fieri tacite. In tex. ibi vel deceſſe
rit facit.ſ̃.de in diē.adiec.l.ſi p̃dio.⁊ vide.l.i .⁊.l. q̃ro.§
fi.ď teſta.tu.⁊ facit.ſ̃.cõmunia p̃.l.ē receptū.⁊.ſ̃.e.l.iiij.

## Ex conducto.

Nota iſtã.l.in prin.
ad id qđ dixi.ſ̃.e.l.ſi
quis domum in prin.

**Si uis.** Nõ.ex hoc .§ .ꝙ remiſſio mercedis
ſeu penſionis.fit non ſolum ꝑꝑ caſum
occurrentem potentia diuina ſed etiam ꝑꝑ caſum con
tingẽtem vi humana qđ patet hic.dum dicit aut ſi icur
ſu hoſtium fiat ⁊c̃.⁊ ꝑ hoc apparet ꝙ gl.q̃ eſt.C.e .l.dã
num loquitur.in damno magno dato ꝑ incurſum latro
num.ſecus in damno modico vt.j.in.v̂.idemqꝫ dicẽdus.

Addi. Bal.

Si uis. Qñ colonus nõ põt percipere fruct⁹ pp ca
ſum fortuitũ. debet fieri ei remiſſio mercedis. h. d. De
bonis per modum incurſionis hoſtiũ. facit. ſ. e. l. Item q̃
ritur. §. exercitu ⁊ intellige d̃ publicis hoſtibus non de
priuatis inimicis ſuis vt. l. ſi merces. §. culpe. ĩ. e. Et nõ
ꝙ hic eſt caſus ꝯrius glo. que eſt. C. e. l. ob damnuꝫ.
Non ob. illa. l. in tex. q2 illa loquitur in damno contin
gente ĩ rebus coloni. ħ in fructibus. ẜm bar. ⁊ cy. Ibidẽ
⁊ intellige de fructibus non ſeparatis a ſolo ſecus eſt
ſeparatis opera coloni puto in meſſe frumẽti q2 tunc ẽ
damnum coloni qui colit eo qd̃ ꝯtingit in re coloni nõ
in re dñi ad qd̃ facit qd̃ nõ. C. de reſcin. uen. l. poſt. p̃n. p
cy. Hoſtiuꝫ hic quero de queſtione facti quidã cõdu
xerunt a cõi piſtoꝛij certas pſonas poſſeſſiones ad cer
tum tp̃s. puta qnqꝫ annoꝝ exactoꝛ pro cõi petit penſio
nem ꝯducẽtes dicũt ſe nõ teneri. q2 nõ potuerunt coloni
fodere dictas poſſeſſiones pp incurſuꝫ hoſtiuꝫ qui moꝛã
tur in caſtro ſaliceti. queritur qd iuꝛ. Rndeo aut ſupue
nit guerra ĩ curſu p̃dictoꝝ hoſtium poſt ꝯtẽtuꝫ locatõis
⁊ remittitur penſio. ut hic dr̃. Aut ante erat guerra ⁊
tũc imputandũ eſt eis qui ſciuerũt ꝯdictũ. ⁊ ſtatũ rei. vñ
nõ excuſant᷑ a penſione ar. ĩ. de damno infec. l. q bona
§. de illo ⁊ eius qd̃ nõ. ĩ. e. l. habitat. §. fi. cy. ĩ addi. ita ad
ditio vehemẽter allegabat᷑ ꝯ emptores fructuũ loci. ſꝫ
pro eis dicebat᷑ deterioꝛ ꝯdictio agẽtis eo q2 ex nã ꝯtc⁹
locatoꝛ ⁊ vẽditoꝛ ſciebat ſe teneri ad hr̃e licẽ. ymo loca
toꝛ tenetur ad habẽ licẽ de facto ẽt. ⁊ tenetur dño. vt ħ
lꝫ ſecus in vẽditione rei ſeu ꝓprietatis vt. C. de ac. emp.
l. impulſos. Si q2 ibi amiſſi ſeis nõ in iſto. §. drĩam ĩ
ter viciũ nãle ⁊ accidẽtale ⁊ iter ſolituꝫ. ⁊ inſolituꝫ ⁊ in
ter magnũ ⁊ puuꝫ. Et addo ꝙ qñqꝫ colonuſ all'at fũ
di ſterilitateꝫ. ⁊ in iſto caſu fit remiſſio penſionis vt ĩ. v̂.
ſed ſi labes. ⁊. ĩ. e. l. ſi vno. qñqꝫ fructuũ vicioſitateꝫ. tunc
nõ excuſatur colonus. vt in. v̂. ſed ſi ager ẜm Ja. de are.
⁊ cy. in addi. Sterilitas v̂o põt ꝯtingere multis mo
dis uel pp fluminũ ĩ vndatõem uel ꝓpter auiũ ⁊ v̂miuꝫ
coꝛoſioneꝫ uel pp incurſuꝫ hoſtiuꝫ. vt. ĩ. e. l. ſi vis tempe
ſtatis uel pp grãdines vl' niues imoderatas vt. ſ. d̃ ꝯh.
emp. l. fiſtulas. §. frumẽta. ⁊ de oibus ẽ ideꝫ iudiciuꝫ

**Si qua tñ uicia.** Nõ. ex hoc tex. qd̃
lꝫ remiſſio fiat per
ſterilitatem vt. ſ. prox. §. nõ tamen fit propter fructuuꝫ
vicioſitateꝫ. Bal.

**Si uno anno.** Nõ. ex hac. l. ꝙ v̂ba d̃
bent intelligi ſcd̃m na
turaꝫ ꝯtẽtus ⁊ ſic debẽt intelligi ſcd̃m ſubiectã
mãm ⁊ ad hoc hec. l. quottidie allegat᷑ ſil'e habetis in. l.
dãni infecti. qdam in fi. ĩ. de dam. infecto. ĩ. de vſur. l. ſi
ſtipulatus ⁊c̃. Et iſtaꝫ. l. vidi allegari p dñꝫ Alex. ad
talem. q. citius erat obligatus martino in centũ flor̃. ⁊
idem ticius locauit eideꝫ martino vnaꝫ domũ pro certa
penſione ſoluẽda certo tp̃e qui mar. promiſit eidẽ ticio
dicto tp̃e dictam penſioneꝫ ſoluẽ. ⁊ ſi nõ ſoluit remitte
bat ⁊ donabat dictos centũ floꝛenos eideꝫ ticio nec fuit
adiectuꝫ nomie pene qd̃ intelligat᷑ noie pene facit quod
habet᷑. C. d̃ fideiuſſ. l. ſancimus in p̃n. cuꝫ glo. parua ⁊ ñ
de pura donatõe pp ſubiectaꝫ materiã. In glo. ij. ibi
vulgi opi. ⁊c̃. Nõ. hãc glo. ⁊ vide quod nõ. C. e. l. lꝫ ⁊ ibi
p Ja. de are. q tꝫ iſtam opi. eaꝫ etiaꝫ tenet Odo. Ja. d̃
ra. dicit qd̃ tunc dicatur ſterilitas qñ ſi ꝯductoꝛ p̃ſtaret
mercedeꝫ eſſet deceptus vltra dimidiaꝫ iuſti p̃cij. C. de
reſ. ven. l. ij. que poſſet eſſe bona de quo p cy. in dcã. l. lꝫ.

Addi. Bal.

Si vno. Ibi in vectigali uidet᷑ ħ exp̃ſſuꝫ ꝙ in fundo
emphiteotico habeat᷑ rõ ſterilitatis. ſed in. l. i. C. de iuꝛ
emphi. nõ. ꝯtrium ⁊ in. l. quinqꝫ de fũ. pa. li. xij. ⁊ in. l. pri
uat. de excu. mu. li. x. ⁊ ħ eſt v̂itas. Nõ ob. iſta lr̃a. q2 in
telligitur de p̃dio vectigali ⁊ pro quo penſio rei publice
preſtatur nõ tñ eſt emphiteoticuꝫ p̃dium. ſed ſimpl'r lo
cataꝫ ẜm glo. ⁊ cy. in addi. iſta ẽ v̂itas. Nõ. vbertatẽ
cuꝫ ſterilitate cõpenſari. Nõ. v̂bum donatiõis ĩ pro
prie accipi. nam huic v̂bo erat appoſita cã ſiue rõ ob ſte
rilitatem q̃ dat v̂bo aliaꝫ interp̃tationeꝫ q̃ v̂buꝫ ſonet
⁊ cottidie allegatur.

**Item cum quidam.** Caſus ꝯtingẽſ
ex pte locato
ris p quem vſus ꝯductoris impedit᷑ mercedis rete itõ
neꝫ inducit. h. d. Uos habetis hic glo. ma. que circa
mãm huius. §. diſtinguit. Sed tu latius ꝓ huius. §.
⁊ glo. declaratõe diſtingue qñqꝫ qs locat rẽ puta fundũ
vel locat opas ſuas uel rem ⁊ opas. p̃mo caſu qñqꝫ fcm̃
locatõis eſt iuſtuꝫ. qñqꝫ iniuſtuꝫ. ſi eſt iuſtũ tũc ſi qdẽ iſta
iuſticia ꝯtingit ex culpa ipſius ꝯductoris. puta q2 nõ vult
mercedẽ ſoluẽ. tũc ſi locatoꝛ eſt p̃latus põt mercedẽ pe
tere totius tp̃is vt in aũt. qui rem. C. de ſacro. ſan. ecc. ⁊
in coꝛ. tñ ſũmitur. Si uero locatoꝛ ẽ p̃uata pſona tũc
põt petẽ mercedẽ ſolũ ꝓ rata tp̃is. ut. ĩ. e. l. colonuſ ĩ p̃n.
⁊ ibi nõ. C. e. l. edem. Si v̂o iſta iuſticia ꝯtingit ꝓ pte
locatoris abſqꝫ ꝯductoris culpa. tũc merces pro rata de
betur ut dicta. l. edẽ. C. e. ĩ. e. l. qui inſulaꝫ. Si v̂o fcm̃
locatoris eſt iniuſtuꝫ. tunc tenetur locatoꝛ conductoꝛi ad
totale ſuum intereſſe ut. ĩ. eodẽ. ſi fundus ⁊. l. hec diſtin
ctio ⁊. l. ſi in. l. §. colonus. ſ. e. l. ex conducto in principio.

Secundo caſu qñ vſus impeditur facto ꝯductoris ⁊
tunc locatoꝛi debetur integra merces vt. ĩ. e. l. ſi. in. l. §.
ſi domus ⁊ in. l. dñs oꝛreoꝝ. e. ti. Tertio caſu quãdo
vſus impeditur facto tertij tunc quandoqꝫ factũ tertij
ẽ iuſtũ. qñqꝫ iiuſtũ ſi ẽ iuſtũ ſi qd̃ locatoꝛ potuit circa ħ
prouidẽ. ⁊ non prouidit tenetur conductoꝛi ad intereſſe
totale ipſius conductoris vt. ſ. e. l. ſi quis domum. §. p. ĩ.
e. l. ſi merces. remiſſio ꝓ rata vt dicta. l. ſi qs domũ. §. i.
ĩ. e. l. ſi fundus. Si vero factum tertij eſt iniuſtũ tũc aut
conductoꝛ põt reſiſtẽ. ⁊ reſiſtere tenetur vt. ſ. e. l. Item
quia. §. exercitu. ſi vero nõ põt reſiſtere fit remiſſio mer
cedis pro rata vt. ſ. e. l. prox. §. i. ibi dum dicit. aut ſi icur
ſus hoſtium fiat ⁊c̃. Quod intelligo veꝝ niſi hoc fie
ret pp inimiciciã locatoris ſeu ꝯductoris q2 tunc videt᷑
factum culpa illius pp cuius inimiciciam hoc contingit
vt. l. ſi merces. §. culpe. ĩ. e. Quarto caſu qñ hoc con
tingit caſu foꝛtuito. dic qñqꝫ caſus contingit ex pte loca
toꝛ ſeu ex pte rei locate ⁊ tunc remiſſio fit pro rata vt
l. ſi quis domũ in fi. ſ. e. ⁊. ſ. l. prox. ĩ. e. l. habitatores. §.
vltimo. ⁊. l. qui inſulam. §. i. qñqꝫ cõtingit ex pte ꝯducto
ris. ⁊ tunc ad integram mercedẽ tenet᷑ alle. gl. l. colon⁹
§. maxime ſed probatur melius. ſ. ad. l. rodia. de iactu. l.
ſi vehẽda in prin. Secũdo caſu principali. vꝫ qñ quis
locat operas ſuas. vel reꝫ. ⁊ operas. ⁊ contingit ꝙ ope
ras non preſtat tunc quid iuꝛ ſit gl. ponit duas opi. vnã
ibi in. v̂. cum autem qui operas. ẜa ibi vel dic verius. ⁊
videtur tenere glo. ſecundã opi. ſꝫ primã opi. tenet glo.
ĩ. de varijs ⁊ extraoꝛdinarijs cog. l. i. §. diuus. C. d̃ cõdi.
ob cauſam. l. pe. tñ iſta opi. videtur contra iſtũ. §. ⁊ eius
materiam ⁊ habetis iſtã totam glo. in ſũma aꝫ. C. e. tñ
pro declaratione iſtius membri verum. qñ in ꝯtẽtu loca
tionis ⁊ ꝯductionis vnus debet pecuniã qñqꝫ opere nõ
p̃ſtantur propter factũ ꝯductoris vel ꝓpter caſum con
tingentẽ in pſona conductoris. ⁊ tunc debet᷑ tota penſio

vt.j.e.l.ſʒ addes.§.cum quidã ⁊.l.q operas. Si vero opere non preſtantur q: ſtet ꝑ locatorẽ tunc qñqʒ ſtetit ꝓpter factum eius qñqʒ propter caſum.primo caſu tenetur ad totale intereſſe vt.C.e.l.bi.qui.Secundo caſu tenetur vt mercedẽ remittat vt.§.Et ſic dʒ intelligi.l.ad nocationis.C.de ꝯdi.ob cãm. Predicta ſunt va i ꝯtractibus bo.fi.puta locationis ⁊ ꝯduc.ſed ſi loquimur in ꝯtractibus ſtricti iuris.puta i ſtipulatõe.tũc ſi qdem ſtipulatio ẽ ſimpl'r cõcepta.puta promitto tibi centuʒ ſi tale qḋ feceris.tũc ſi qdem ꝯdictio nõ impletur,ꝓpter aliquẽ caſuʒ nihil debetur vt.ṡ.ad.l.rodiaʒ de iac.l.ſi vehenda in ꝓn.j.de v̄.ſig.l.cedẽ diem. Si v̄o nõ fuerit ꝯdictionaliter ꝯcepta. ſed tu promiſiſti aliqḋ facẽ. ⁊ ego promiſi dare centuʒ.tũc eſſet idem in ꝯtctu ſtricti iuris qḋ dixi in ꝯtctu locatõis ⁊ ꝯductionis.⁊ iſto caſu talis ſtipulatio diceretur ꝯuentionalis.vt.j.de v.ob.l.v.§.conuentionales.

Jn glo.ma.ibi illud aliud ẽ in venditõe.nõ.hãc glo. ⁊ id cʒ ponit Ro.i libellis ſuis ſup hoc ti. Sed circa hoc vide qḋ nõ.cy.C.e.l.legem. Jn.e.glo.in fi.Nõ. ex hac glo.ꝙ ſi ille qui dʒ preſtare opas eſt impeditus certo tẽpore põt ſuppl'ẽ alio tẽpore.⁊ totaʒ mercedẽ ꝯſequitur niſi ope deberent ex ꝯtctu noiato ⁊ penitẽt cum cui ope ſunt ꝓſtande.Circa quod vide.quod nõ.aʒ.in ſũma.C.e.⁊c̃.Bal.

**Vbicunqʒ.** Pro declaratione iſtius.§.dic qñqʒ ꝯductor allegat fructuũ ſterilitateʒ.qñqʒ allegat fructuũ modicitatẽ. ꝓmo caſu fit remiſſio mercedis.vt.ṡ.e.l.ex ꝯducto.§. ſi uis fallit. ſi ꝯtrium fuerit actuʒ inter partes vt.ṡ.e.l.ſi qs funduʒ.Jtẽ fallit ſi alijs annis fuit vbertas.vt hac.l. ſi vno.in prin.

Jteʒ fallit ſi ſterilitas ꝯtingeret culpa coloni.vt hac.l.§.item alio. Secũdo caſu ꝓnci.nõ fit remiſſio mercedis vt.ṡ.e.l.ex ꝯducto.§.ſi qua tñ vicia. Tertio caũ nõ dʒ fieri remiſſio vt hac.l.v.cuʒ quidaʒ. Eſt ⁊ quartus caſus videlʒ qñ ꝯductor allegat funduʒ caſu piſſe.⁊ tũc dʒ fieri mercedis remiſſio.vt dicta.l. ex ꝯducto.v.ſʒ ſi agere ⁊c̃.Bal.

**Sed addes.** Nõ ſũmatur.q: breuis.ſʒ ipſaʒ declara vt i glo.

**Si quis.** Que facilius ſciri poſſunt ſi ignorantur grauius cohercẽtur.

**Jllud nobis.** Nõ.ꝙ ille qui locat vineaʒ vl' oliuctũ vel aliud ꝓdiuʒ alicui dʒ preſtare oĩa inſtr̃a que ſũt neceſſaria colono ad fructus ꝑcipiendos.alias ſi nõ ꝓſtat actione ex ꝯducto tenetur vt hic ⁊c̃.

**Si dominus.** Nõ ſũmatur.q: breuis.ſʒ nõ.caſuʒ iſtius.§.

**Si inquilinus.** Nõ.hunc tex. ⁊ iunge huic tex.l.habitator.ṡ.ḋ rei ven.⁊.l.ſi qs in ꝓn.ṡ.de vſufru.ibi adicit ⁊ ḋ ſuo ſic fran.Jnde ꝯdictio nõ hʒ locuʒ niſi qñ ſolutuʒ eſt indebitum tẽpore ſolonis.adde quod nõ.ṡ.e.l.ſi quis fundum §.i.in prin.Bal.

**Si qs in annum.** Nõ.hunc.§. ⁊ maxime in fi.ibi proro gauit.i.ante tp̄s ſoluit.naʒ hic vr̃ caſus ꝙ penſio nõ dʒ ſolui i inicio.ſed in fi.anni.ſed de hoc dicit ꝑ gl.in.l.cedẽ C.e.⁊.l.ſi ſeruus cõmunis meuij.§.fi.de ſtip.ſeruorum.

**Si qs ad mulierem.** Nõ ſũmat' q: breuiſ.ſed nõ.caſuʒ iſtius.§.⁊ ip̄m vide ꝑ te. Jſte.§.eſt ar. ꝙ ꝑ ſinglis qui ſugũt lac.nõ debeatur potoriuʒ uel gabella q: cenſent' ꝑs m̃ris.⁊ uide cy.in.l.i.C.de pac.pi.ad iſtuz

tñ.§.dic ꝙ ꝯſiderato tẽpore ꝯtctus erat unuʒ corpus cuʒ hic dicatur ꝙ infans fuit natus in naui.ergo tẽpore ꝯtctus erat in vtero.Guil.allegat iſtum.§.ṡ.de ſta.ho.l.q i vtero quod eſt nõ.⁊ habui de facto facit ad nõ.ꝑ doc. i.l.ſi ut certo.§.uſqʒ adeo.ṡ.cõmo.

**Papinianus.** Nõ.tex.ibi ſi nõ poſtea ⁊c̃. ⁊ nõ.glo. ſup v̄bo reſidui.l. ibidem ſi eſſe potuit.⁊ vide qḋ nõ.j.e.l.q opas ⁊c̃.

**Jtem ſi pretio.** Nõ ſũmatur.q: breuis ſed ip̄am declara ꝑ te.

**Quemadmodum.** Nõ.tex.dũ dicit nãliter ꝯceſſuʒ ẽ eſt q: lʒ nãlis.hoc ẽ de iure gentiũ ꝯhentibus decipere inter ſe exponit glo.hũc tex.in.l.in cauſe.§.ideʒ pap.ṡ.ḋ mino. Et nõ.hic glo.ſup verbo circũſcribẽ que dicit ꝙ nõ eſt ꝓprie circũuentio ſine dolo.⁊ nõ.gl.ſup v̄.ſʒ nũqd eo ipſo ⁊c̃.Bal.

**Si in lege.** Nõ.ex hoc tex.ꝙ ille q hʒ arbitriũ approbãdi opus nõ põt terminũ ꝓrogare niſi fuerit ei ſp̄al'r ꝯceſſũ Et ſic facit ad.q.ſ.ꝙ ſi alicui eſt datũ arbitriuʒ cognoſcendi ḋ aliquo nõ põt terminũ ꝓrogare niſi ſp̄al'r fuerit ei ꝑmiſſuʒ Secũdo nõ.ꝙ liberꝝ arbitriũ dr̃ tribus modis. ꝓmo qñ qs põt ꝓferre iniquũ equo.⁊ ita accipit' ḋ le.ij.l.fideicõmiſ.§.ꝙꝙ.Scḋo mõ dr̃ liberꝝ arbitr.ũ qñ vigore ip̄ius nõ dʒ obſeruare ſolẽnitatẽ iur.ut.l.militib' in ꝓn.⁊.§.fi. Tertio dr̃ liberꝝ arbitriũ q̃do nullo cogẽte impio.ſʒ ſola ip̄ius uoluntate facit ut.l.ſi quis maior C.de tranſac.pro iſto libero arbitrio qḋ habeat operari vide.l.ꝑ.ff.ḋ teſtõ.mili.⁊ ibi plene dixi. Jn glo.que i cipit.ẽt pro mercede.ẽt ſtatim.ꝓmo exꝑſſe dicit' hic tñ. j.in tex.poſtea ſubiciat'.ſed ⁊ de his ⁊c̃.videt' de neceſſitate dʒ intelligi.principiũ de pẽſione futuri temporis habes ergo hic ꝙ dominus põt in ꝯtinenti agere ẽt ꝑ futuro tempore ꝙ intellige vt nõ.j.prox.§.in glo.que i cipit.ſ.ad intereſſe ibi ⁊ ſic intellige ⁊c̃.

Addi.Bal.

Si in.l.Nomine arbitrij continet' arbitrium conceſſuʒ ſup ꝓacti approbatione ⁊ qualitate. ſʒ non videt' conceſſum ſup ꝓrogatiõe temporis limitati.h.ḋ. Jn tex.ex locato ⁊ ſic ac.ex eo contractu qḋ dic.vt ſupra ꝑ ſoc.l.vnde ⁊ ſi nerue. Et facit ad.q.vnum ſtatutum dicit ꝙ ꝯtra incẽdiarios poteſtas habeat liberꝝ arbitrium in cognoſcẽdo ⁊ pronunciando aliud ſtatutũ generaliter dicit ꝙ non poſſit cognoſcere de maleficijs niſi ſuo tempore ꝑpetratꝭ.modo queritur vnum de incẽdio alio tempore perpetrato habeat cognitionẽ ex vi arbitrij.⁊ dicẽdum eſt ꝙ non niſi ſpecialiter fiat mentio in arbitrio de tempore ꝑ hunc tex.⁊ ad idẽ ḋ v̄.ob.l. qui rome.§.calimacus in fi.⁊ ita dixi alio die de facto.

**Si colonus.** Fructus poſſunt ꝑ mercede loco pignoris retieri ad hoc allegatur in tex.non obligat' ſecus in vrbanis predijs vt.ṡ.de pig.act.l.ſolutũ.§.vnde ſi domum.

**Si domus.** Hic dicitur ꝙ ſi inqlinus vel colonus deſerant habitationem ꝙ dominus ſtatim agere põt. Et dicunt quidam ꝙ agere poteſt ad ꝓſtationẽ ẽt futurarum.niſi habeat iuſtam cauſaʒ migrandi ⁊ recedẽdi.Azo dicit ꝙ nõ põt agere ſed habet retentionẽ contra inquilinum repetentem res ſuas ſi tamẽ inquilinus ꝯuenit de non recedendo.al' nec petit nec retinet. Et glo.dicit hic ꝙ ſi inqlinus habet iuſtam cauſam recedẽdi ꝙ poteſt migrare ⁊ petere remiſſionẽ pẽſiõis ſicut dominus põt expelle

re ex eiſdem cauſis ex quibus locator .pōt migrare vt q₂ ducturus eſt vx. ⁊ illa domus eſt incapax .vel pp aliam neceſſitatem rei familiaris.ſed azo.⁊.Jo.dicunt ꝯ͂rium. Ja.de ra.dicit ꝙ inquilinus pōt migrare ſine ſolutione penſionis future.quando cauſa migrādi prouenit ex ipſa re.vt q₂ domus minatur ruinaꝫ.q₂ tūc uenit ꝯ̄fectus ex pte rei.ſi aūt prouenit ex parte inql ni. tūc ſecꝰ ut q₂ migratio eſt uolūtaria ut puta cā ducendi vx̄ uel ꝓpter aliaꝫ ſuaꝫ comoditateꝫ.vn̄ nō ob. ꝙ recedat tenet̄ tūc ſoluere penſioneꝫ ſm̄ formaꝫ p̄dictorum.q₂ nulla.l. repitur eſſe cautuꝫ ſm̄ cy.in addi. ⁊ iſta eſt v̂itas.

**Colonus.** Nō.in hoc.§.glo.que incipit ſcꝫ ad itereſſe que dat optimū itellectum ad hūc.§.⁊ ad p̄cedētem. Iteꝫ nō.tex. in fi.ibi ſera.Eſt eniꝫ paria ⁊c̄. Ex quo tex.nō.ꝙ nō ſoluꝫ locator tenetur colono ad traditōem vt.ſ̄.eo.l.ex ꝯducto in p̄n.ſed etiaꝫ tenetur ad patiam vt patiatur colonuꝫ vti frui.vt hic. Bal.

**Si merces.** Nō.tex.ibi ſin aūt ille l̄ voluerit ⁊c̄. Nā facit iſte tex.ꝙ arbitrator cogitur ferre ſn̄iam ſeu lauduꝫ de qua .q.ꝑ doc.C.de ꝯ̄hē.emp.l.i.ĩ.de le.ij.l.i.⁊ uide qͦ.ſ̄.ꝺ arbitris.l.ſi de meis.§.recepiſſe.

Addi. Bal.

Si merces. In nō noiatum virū non pōt fieri declaratio quātitatis.ſed in virū ſpecificatū ⁊ noiatū ſic.h.d. general̄r.i.ſine declaratione quātitatis.

**Qui fundū.** Nō.ex hoc.§.ꝙ emptor pōt cōpellere colonū ⁊ inqlinuꝫ.⁊ ſic ſucceſſor ſingularis nō cogitur ſtare colono lꝫ colonꝰ habeat regreſſuꝫ ꝯ̄ locatoreꝫ ut hic.⁊.ĩ.e.l.q fonduꝫ.C. .e.l.emptoreꝫ.⁊ ibi ꝑ glo.⁊ doct.ĩ.ſolu.matri.l.ſi filio.§. finali.

Addi. Bal.

Qui fundū.Emptor nō tenetur ſtare colono ul̄ inqlino niſi uēditor reſeruavit ius coloni uel inquilini. h.d. Adde ꝙ nec inqlinus uel colonus emptori.l.q fundum ĩ.e. Cū eo.ſ.uēditore. Nō.hic ꝙ ſingl̄is ſucceſſor n̄ tenet̄ ſtare colono dicūt doctores ꝙ iſtud eſt ueꝝ in ſucceſſore uolūtario.ſecus in neceſſario ſucceſſore ut. ĩ.ſol. ma.l.diuortio.⁊ de bo.au.iudi.poſ.l.in uenditione.§.i.tn̄ hoc vr̄ fallē in fiſco qui non tenet̄ ſtare colono ꝯfiſcati vt.ĩ.e.l.ſi fundus licꝫ ꝯfiſcatio dicatur alienatio neceſſaria ⁊ hētis ſimileꝫ ſpecificatōem.ĩ.de iur̄ fi.l.fi. Iteꝫ dicūt doc.ꝙ iſte.§.dꝫ intelligi de colono ad modicuꝫ tēpus.ſecus ſi ad longuꝫ tp̄s.q₂ tūc hr̄et ius in re. ⁊ n̄ poſſet expelli.q₂ habetur loco ſocij ar.ĩ.pro ſocio.l.ideꝫ i ſi. ꝙ dic vt nō. Jac. de are.⁊ cy.C.loca.l.edem.⁊ ꝑ Ja.de bel.ſ̄.ti.i.l.emptoreꝫ ⁊ in ſpe.de loc.§.i.v̂. ſed pone locaui.⁊.§.nūc aliqua.v̂.cxxiiij.⁊ ꝑ Ja.ĩ.ſo.ma.l.ſi filio.§.f.

Dicūt etiam qdam qꝺqd ſit in colono.ſecus eſt iemptore fructuū.q₂ nō poteſt expelli ꝑ emptoreꝫ ꝓprietatꝭ quod eſt veꝝ qn̄ acquiſiuit ius reale. puta vſufructus.ſecus vr̄ ſi nō queſiuit ius reale.q₂ emptor non eſt obligatus ei.vt.ſ̄.de ꝯ̄.emp.l.fi.⁊ ar.ĩ.de vſufr.l.l. fundi trebaciani de quo vide quod dixi in.l.ſi fundo.⁊.l.qui fundum cuꝫ eniꝫ nō habeat poſſeſſionē nec ius in re. qd ꝓhibet eum expelli a domino.⁊ poſſeſſore certe nihil ar. de.l i. .l.iul̄ §.i. Bal.

**Si vicino.** Nō.tex.iſtius.§.pro te ſcolari ſi lumina domus tibi locate obſcurantur a vicino.h.d. Propter nimiā obſcuritateꝫ luminū inqlinus pōt licite migrare.h.d. Nō.ꝙ locator tenetur reficē hoſtia ⁊ feneſtras.

**Culpe.** Nō.ex hoc tex.qͦ illud qͦ fit pp inimiciciaꝫ coloni vr̄ fieri pp eius culpā ꝙ tene menti.⁊ hāc glo.approbat Ja.de are.in.l.excep.ĩ.de fideiuſ.facit.ĩ.ſo.ma.l.pria qͦ tene menti ad multa.

**Conductor.** Nō.ꝙ opera ruſtica ſūt ſuo tpe facienda alias autem eo ip̄o probatur mora.

**Vis maior.** In glo.ij.ibi ideꝫ ⁊c̄.iſtam glo. nō.que vult ꝙ ſicut penſio remittitur ꝑ ſterilitateꝫ caſu fortuito ꝯtingentem ita ꝓpē magꝰꝫ vbertatem ꝯtingētem cāu fortuito penſio augmētatur. Sed circa iſtam glo.vide qͦ nō.C.e.l.lꝫ i.i.gl. in fi.⁊ facit ad mām huius glo.ex̄ de cenſibus.C.e. quāto. Vltimo ex hoc tex.in.v̂.appet nō.ꝙ ꝓprie dicitur colonuſ ſeu ꝯductor ille qui ꝯduxit ad pecuniaꝫ nūeratā ut hic.⁊.C.e.l.lꝫ.ĩ.de vſur̄.l.in fructu.⁊ tūc agitur locati ⁊ ꝯducti vt.l.i.§.ſi qs ſeruuꝫ.ſ̄.depoſiti.l.nālis.§.at cum do.ĩ.de p̄ſcriptꝭ.v̂bis facit.ſ̄.e.l.item ſi pretio.§.i. ⁊ quͦ ibi nō. Sed hic q̄ro.pone ꝙ ꝯductor dat locatori certaꝫ q̄titatem frumēti pro locatōe quo iure agit̄. R̄deo actioñ p̄ſcriptꝭ.v̂bis.ut nō.C.e.l.edem i glo.ij.⁊ l.lꝫ i gl. .i.⁊.l.ſi olei.ĩ.e.ti.vbi aūt eſt ꝑtiarius colonus ꝺ quo loqtur .l.v̂.prox.tunc debet agi actione ꝓ ſocio ut nō.i.l. .i.§.ſi qs ſ̄uuꝫ.ſ̄.de po.vide eūdem in.l.i.ſ̄.e.

**In operibus.** In glo.ij. vel hic i faciendo nō. gl.notabilem qͦ illud qͦ dicitur ꝙ i perſonalibus obligationibus ille:qui prior eſt in tempore non eſt potior i iure ut.l.p̄uileg.ĩ.ꝺ p̄uilegijſ creditoꝝ hꝫ locū i obligatꝭ. dandi ut ibi nō autem habet locum in obligōibus q̄ ꝯſiſtūt i faciēdo.q₂ tūc q potior in tpe potior ē i iur̄ caſus ē hic.nō.⁊ mēti tenendus. In obligationibus facti q̄ prior eſt tempore potior eſt in iur̄ licet ſit obligatio ſimplex abſqꝫ ypotheca.bonoꝝ.h.d.⁊ ē lex ſin. Et ē ar. iſta.l.ꝙ habēs duo beneficia curata ex diſpēſatione ſuperioris.debeat primo ſeruire ꝑ ſe ipſum .ſ̄o ꝑ ſubſtitꝭ. q₂ ordo tēporis in obligatione facti debet attēdi. Eſt etiam ar.ad habētem feuduꝫ a duobus dominis quoꝝ vtriſqꝫ promiſſit operam ſimul vt debeat attendi ordo ꝯceſſionis feudi ⁊ vide circa hoc qͦ nota in ſpe.de loca. §.poſtq̄ v̂.quid ſi quis locauit operas.⁊ de feu.§.qn̄.v̂. xij.q.Facit ēt.l.iſta ad.q.de ſcriptore qui promiſit ſcribere duobus ꝙ compellat̄ primo ſcribere primo. ⁊ de famulo qui ſe conduxit duobus ſucceſſiue ꝙ teneantur primo.Et nō. Bald.

**Habitatores.** Nō.diſtinctꝭ.iſtius.l. cum.l.ſe. Nō.tex .in v̂.ceterum.ꝙ licet qs habeat gratuitā habitationem tn̄ fit ſibi mercedis remiſſio.

Addi. Bal.

Habitatores. Pro modica in cōmoditate .vel moleſtia non licet migrare pro magna ſic. Item pro iuſto metu is qui potuit migrare.⁊ non migrauit ſibi imputet.⁊ ſi migrauit propter vicium rei locator acquirat eq̄ cōmodam habitationē debet recipere integram penſionem.h.d.cū.l.ſe.habitatores. Nō.in.§.iteꝝ ꝙ ſufficit iuſtus metus. Quod ſi vnus nō. ꝙ nil operatur exponere ſe ꝑiculo. Ar.ꝙ ſi citatus qui habebat excuſationē propter metū inimicoꝝ ſe expoſuit periculo. venit ad iudicium cogat̄ reſpōdere aduerſario ⁊ imputet ſibi ſi ſe poſuit in periculo. Ibi tempus quo migrauit.Ex quo enim inuenit habitationē non cogitur eam recipere ⁊ pōt petere remiſſionē pro rata tempor̄ facit ĩ.de dam.infec.l.qui bona.§.illud.

**In lege.** Nō.tex.ibi verbū ſentencie ⁊c. ⁊ vide ꝙ nō.azo.in ſūma iſti⁹ti.
Addi. Bal.
In lege. Uerba relata ad certum intelliguntur ſm naturam contractus.h.d.vel ſic.Ex ſolicitudine ſuſcepti officii ⁊ ex natura ⁊ qualitate cōtractus verba recipiunt interꝑtationē extenſiuaꝫ.h.d. Et eſt ar.huius.l. ad ligam.vt debeatur ſubſidium non ſolum cū offenſa eſt in actu.ſed etiam cum eſt i potentia ad actū vt obuietur offenſioni a ṗn.ne poſſit fieri qd̄ nō. Bal.

**Qui inſulam.** Nō.diſtinc. huius. l.i ṗn.Et nō.tex.§.q mulas ↄ euꝫ qui imponit roncino nimis magnaꝫ valiſiam vt teneatur ſi propter hoc roncinuſ maculet᷑.

**Qui edem.** Nota caſum iſtius. §.Nō. ꝙ qñ merces eſt diuiſa in ſinglos pedes uel menſuras ꝙ nō dꝫ expectari ꝑfectio totiuſ tē poris vel opis.ſed ↄſumatio tm̄ ꝑticule in ꝑticulā d̄ qua dꝫ ſolui merces ſm itellectuꝫ Jo. Nō.⁊ ē ar. ꝙ ſcriptori debeat ſolui de petia in petiaꝫ.qr merces ↄſtituit᷑ in ſinglas petias ſm Bal.

**Colonus.** Qui excipit vim itelligit᷑ excipere vim ex̄neoꝝ.⁊ nō ſuorū dubitatio erat.quia verba extraneus erant i perſonalia. Bal.

**In naue ſaufelli.** Actio nois diuerſi non hꝫ locuꝫ in re que locatori nō remanet. Item cū alia nō cōcurrit. Item debitor quātitatis rōe certe ſpēi nō tenetur de caſu cōtingenti.circa illaꝫ ſpēm.ſꝫ interitu illius ſpēi liberat᷑.h.d. Opp.⁊ vr̄ ꝙ iſte ſaufellus nō liberet᷑ interitu nauis ⁊ frumēti.nam cum ipſe tenetur ad frumētuꝫ i gnē tenetur ad eius interitū vt.l. in rōne.§.in certo.j.ad.l.fal.C.ſi cer.pe.l.incendiū. Secūdo qñqꝫ qs tenetur in genere rōne certe ſpēi. ⁊ tunc interitu illius ſpēi liberatur ⁊ ita loquit᷑ hic ad ideꝫ in.l. titie textores in fi.j.de le.i.§.i.e.ti.C. d̄ iure emphiteotico.l.i.ſ.de nox.l.p.§.i. In gl. ſuꝑ ver.l.omnes. Ibi propriū nomē actioniſ ⁊c.⁊ hoc apparet ex hac.l.⁊ Jo. fecit i arbore.Circulū d̄ hac actiōe. An aūt iſta actō hodie locuꝫ habeat glo.que incipit hac rōne vr̄ velle ꝙ nō. Et ideo iohēs in arbore ſuꝑ circulo quē fecit de hac actōe nō fecit pūcta.
Addi. Bal.
In naue ſaufelli. Nō.hic ꝙ locatio ⁊ depoſitū pn̄t fieri in genē ⁊ in ſpē.ṗmo caſu trāſfertur dn̄iuꝫ ⁊ ꝑiculum.ſo nō. Secūdo no.ꝙ lꝫ genus ſit i oblōne.ſicut reſpectu ſpēi liberat᷑ qſ ꝑ interituꝫ qd̄ eſt no.dignuꝫ ſm glo.⁊ ad hoc cottidie allegat᷑ ſꝫ Ja.bu. In.v̂.ſed ſi ita i culpa dūtaxat optimū ar.ꝙ ſi fructus ꝑierunt ipſe deſinit᷑ teneri ſic dr̄ de ſaufello. Naꝫ lꝫ ipe ad genus teneatur.tm̄ ſi ꝑut frumētum rōne cuius tenebat᷑ ē liberatus ſm Riꝫ.malū.⁊ cy.in addi.ego dixi ſ.e.l. ex conducto.§.ſi vis. Nō ob.iſta.l.qr ibi nō ꝑit illud qd̄ erat i ſolutōe.ſed aliud diueſuꝫ ar.ad hoc.ſ.depi.⁊ co. rei vē.l. neceſſario.in ṗn.⁊ adde qd̄ nō.ſ.e.l.ſed addes. §.item cuꝫ qdaꝫ in glo.ma.v̂.dicet. Bal.

**Qui fundum.** Colonus nō tenet᷑ ſtare emptori.h.d. Et itelligitur etiaꝫ ſi ad magnuꝫ tēpus.ſecus eniꝫ vt dixi.ſ.e.l.ſi merces.§.q fundū.⁊ ꝑ hac.l.dico ꝙ colonus nō pōt actionē ex forma ſeu ab emptore eo ꝙ nō laborat funduꝫ.qr hoc ius nō trāſit ad emptorē.Itē a venditore dixiſſet talem colonuꝫ eſſe in fundo. tūc ſi ille colonus vellet recedere tenetur venditor. Nō.ex hac.l.ꝙ ſicut ſucceſſor ſinglis nō cogitur ſtare colono ita colonuſ nō cogitur ſtare ſucceſſori ſingli. Sed aduerte.qr tenetur venditor emptori ad intereſſe vt.ſ. de ac.emp.l.qui ꝑ colluſioneꝫ.Et ad iſtam.l. facit qd̄ vidiſtis.ſ.e.l.ſi merces.ſ.q funduꝫ.⁊c.

**Si fundus.** Nō.diſtinctōem iſtius.l. vſqꝫ ad.§.cum funduꝫ i.l. ⁊ hec diſtictio.⁊ circa v̂.nā ⁊ ſi vēdes ⁊ gl.q̄ icipit.ꝑmo vr̄ qd̄ nō.doc.C.de ꝑi.⁊ co.rei ven.l.i.
Addi. Bal.
Si fundus.Feudo locato publicato nō tenetur locator niſi ad remiſſioneꝫ mercedis.ſed fundo vendito publicato nō tenetur nec ad reditioneꝫ vel remiſſioneꝫ precij.Idem ſi colonus impediatur frui i maiore cui reſiſti nō poteſt. Nō.ꝙ fiſcus nō tenetur ſtare colono.ſed emptor fructuuꝫ.qr nec vni nec alteri eſt obligatus. vñ potior eſt ꝙ hic ꝙ nō ob.uenditōe venditoris fundus ↄfiſcatur ex nō erat traditus uel quaſi traditus liberatur §.ſupervacuū.j.qui.mo.pi.vel ypo.ſol.⁊ adde qd̄ no.in.l.i.C.d̄ iure fi.li.x. Et ex hoc no.ꝙ fiſcus nō tenetur ſtare ↄctui cōfiſcati quod eſt verum qñ cōfiſcatur certa res.ſecus ſi vniuerſitas vt.C.ad.l.iul.de vi.pri.l. ſi tutoris ſm Ray.de for. Tertio no.ꝙ cōfiſcato fundo venditor nō tenetur ad aliud niſi ad redendum ꝑcium receptuꝫ ſm Bar.hic ⁊ ē rō. qr iſta alienatio ē neceſſaria.
Quarto no.ꝙ locator nō tenetur de vi.⁊ ſi nō pōt reſiſtē ꝑp maioreꝫ potentiaꝫ aduerſarij.tūc nō tenet᷑ niſi ad remiſſionē mercedis ꝓ rata tempoꝛ.⁊ adde.ſ. e.l. iteꝫ q̄ritur.§.exercitu.Hoc no. ꝙ res q̄ euincit᷑ de iure aſſimilatur rei que euincitur maioꝛ ui cui nō poteſt reſiſti. Uno tamen addito ꝙ ſi poteſt imputari dolus locatori tenetur parti ad intereſſe totale ut hic ⁊.ſ. e.l. ſi quis domuꝫ.ꝑ. R. Bal.

**Cum fundū.** Nō.iſtum.§.ↄ emptorem fructuum cluſi qui pōt percipere omnes fructus illius anni tm̄ fructus cedētes in alium annum corrūpere nō pōt.⁊ adde qd̄ nō.j.d̄ vſuf. l.l.infortuniū. Nō.iſtū.§.qui eſt no.⁊ mēti tenēd⁹⁊ de ipſo facit.q.gl.in.l.p.j.de vſuf.legato.

**Opus.** No.ex hac.l.ꝙ qñ quis cōducit aliquod opus ſuo periculo nō tenetur perpetuo de ꝑiculo.ſꝫ tenetur donec opus ſit aſſignatum dn̄o ꝓ perfecto facto.⁊ approbato. Et ſi eſt opus talis qualitatis ⁊ arbitrio boni viri debeat approbari.eo ipſo debet approbari.h.d.cum.l.ſe.ſm bart.
Secundo nō.ꝙ vbi qs ſuſcipit in ſe periculum non tenetur de caſu fortuito vt hac.l.i fi.⁊.j.l.prox.licet dubitetur ꝑ gl.ſ.ſi qs cautio.l.ſꝫ ⁊ ſi qs.§.queſituꝫ. Ultimo nō.glo.ij.huius.l.que dicit ꝙ periculū nō aſſumit᷑ ꝓ caſu fortuito habuiſtis.nō.e.l.Itē q̄rit᷑.§. ſi gemma.

**Qui operas.** Nō.hanc.l.cū glo. i. cū qua cōcor.qd̄ habuiſtis nō.ſ.e.l.ſꝫ addes.§.fi. Adde hoc qd̄ nō.in ſpe.de loca.§.poſtq̄ v.ſcias.⁊ v̂.quid ſi faber.⁊.v̂.qd̄ ſi mercenarius infirmet᷑.Et dicit dy.i.l.fi.ſ.ſo.ma.ꝙ iſta l.eſt i ar.ad.q.legati redeunt aūt tertias an totius diei ſalarium debeat haberē ⁊ dicit.ꝙ ibi innuit᷑ ꝙ ſic. Itē qr dies incepta pro cōpleta habetur vt.j.de manu.l.i.⁊ de vſu.l.iij.⁊ de diuer.⁊ temꝑ.ꝑ.l.in vſucap.in prin.⁊ d̄ teſta.l.qua etate. Econtra videtur ꝙ pro rata dici.vt ſ.de mino.l.in minore.⁊.j.de ac.⁊ ob.l. in omnibus preſcrip.ꝑterea.ſa pars diei non vr̄ eſtimanda. ſꝫ prior vt j.de ali.le.l.ij.d̄.j. vb.ſig.l.iij.§.i.ſꝫ cū.adde qd̄ no.ray.

i.l.arboribus.§.de illa.ſ.de vſufr.

**Si quis conduxerit.** Circa iſtaȝ.l. vide qꝺ not.glo.⁊ doc.in.l.ſi quis autē.§.vlti° ĵ.de acquir̃.poſ.

Addi.Bald.

Si quis.Ex modicitate mercedis reddit̃ ꝯductio
nulla ad h allegat̃. Nūmo vno qdā faciūt vim in
eo qꝺ dicit vno q꞉ dicūt ꝙ vnus nō eſt numerus ſȝ pn
cipium numeri vnde nō ē ibi pecunia numerata tunc q̄
requirit̃ in iſto ꝯctu que ratio nō valet.q꞉ licet nō eſſet
locatio eſſet ꝯctus innoiatus vt.ĵ.de pſcrip.v.l.nālis.§.
at cum do.Iteȝ q꞉ res eſſet tam vilis ꝙ nō eſſet digna
ergo rō eſt vna diſpoſitio inter rem ⁊ mercedeȝ vñ eſſet
magna donatio ꝙ̄ cōductō ut lr̃a dicit.ſed i emphiteota
uidemus hoc tollerabile ꝙ ſoluitur unus denarius pro
canone ēt magne rei.ſed illud eſt ideo ibi q꞉ ſoluit̃ in ſi
gnuȝ recognitionis dñij nō pro fructibus cōſequēdis ⁊
adde qꝺ no.in ſpe.de loca.§.nūc aliqua.v.ciij.⁊ per cy.
C.de ſa.ſan.ec.aūt.qui reȝ huiuſmodi i ultima.q.Iſtud
brocarduȝ nō.ꝙ ignorantia nedum excuſat a delicto.ſȝ
etiā dat robur ꝯctui.In glo.ſi ergo in fi.

**Cum apparebit.** In ꝯctu locatō
nis ⁊ ꝯductōis
poſſunt cōſtitui duo rei inſoliduȝ ⁊ ille qui ab
actor̃ inſoliduȝ cōuenitur hȝ beneficiuȝ cedēdaruȝ actio
nuȝ.h.d.Adde dicūt qdam ꝙ ſi ſunt correi ex cā lucra
tiua nō habent bñficiuȝ cedendaꝝ.ĵ.ad.l.fal.in.l.fal.hoc
obſeruāduȝ.ſecus ſi ex cā onerosa ut in caſu.l.noſtre.

Nō.tex.iſtius.l.in fi.Nam hic vr̃ tex.ꝯ glo.quā ha
buiſtis.ſ.cōmodati.l.i.vnde q̄ritur que glo dicit non
habē locum ceſſioneȝ vbi nō hȝ locum bñficium diuiſio
nis.Naȝ vides hic ꝙ ſcōm hec iura inter plures cōdu
ctores nō hȝ locū beneficiū ceſſionis tex.eſt hic.

**Si ignorans.** Glo.iducit ⁊ vide tex.
i argumtēuȝ de offen
dente clericuȝ icedētem i actu laicali ⁊c̄.

Addi.Bal.

Si ignorans.Ubi ceſſat ꝓpoſituȝ deliquēdi ceſſat ⁊
delictuȝ.h.d.ſm cy.q plene examiat hic ꝙ pcutienſ cle
ricum nō icedētem in habitu nō incidit i excōicatōeȝ ꝙ
intelligo ſi ignorabat eū clericuȝ.ſecus ſi ſciebat.vt nō.
archi.xl.di.xi.q.i.pcipue ⁊ facit de ſen.excōi.ſi iudex lai
cus li.vi.⁊ de iniur̃.l.apud labeoneȝ.§.ſi qs vginem.er
go clericus qui nō hȝ habituȝ nō hȝ priuilegiuȝ canonis
ſi qs ſuadente ꝙ dic qꝺ nō.archi.xvij.q.iiij.ſi qs.⁊.xij.
q.ij.eos. Et qualis debeat eſſe habitus clericoꝝ.vid
p archi.xvi.q.vij.in noua actiōi ex qbus pſumatur qs
clericus.vide p eūdem.c.di.cōtra morē faciūt pdicta ad
ſtatuta q̄ d̃riam faciunt inter laicos ⁊ clericos.

**Ea lege.** Pactuȝ appoſituȝ ſolū in fauo
re vnius ptis pro parte aduerſa
interpretari nō dȝ.h.d. Nō.ꝙ ꝯrioꝝ nō eſt
eadē diſciplina. Nō.caſuȝ iſtius pncipij qui eſt nō.
⁊ menti tenēdus in cōem caſuȝ nō ſoluȝ tenetur ad ſor
teȝ.ſed etiā ad vſuras. Secūdo nō.tex.in fi.pn.ꝙ iſta
vba promitto te ſeruare indemnē referūtur tam ad ſor
tem ꝙ̄ ad vſuras.⁊ ad omne intereſſe. Ultio nō.gl.
q̄ incipit queritur.an fideiuſſor ſimplr̃ intercedēs tenea
tur ad vſuras.⁊ vide qꝺ nō.azo.i ſūma.C.co.§.vlt°o de
quo dixi in.l.centuȝ capue.ſ.de eo qꝺ cer.lo. Ultio nō.
tex.ibi ſi nō tam ex obligatōe ⁊c̄.qꝺ illud qꝺ debet̃ offō
iudicis nō eſt in obligatōe habuiſtis.ſ.de ac.emp.l.qui
p colluſioneȝ pcij ⁊ ibi dixi. Bal.

**Si decem.** Diſcordia i quātitate viciat ꝯctū
inter ptes.h.d. In gl.ſibi bñ
ibi nō eſſet.Iteȝ ſi quātitas profert̃ abſolute.hic reſpe
ctiue ad aliud.⁊ vide qꝺ nō.per guil.C.de an.ex.l.ſi qs
ex multis. Et p hanc.l.uidet̃ ꝙ.l.dicet proferre.§.ſi
plures.ſ.de arbi.nō habeat locuȝ i arbitris aſſumptꝭ.ſu
per declaratione precij ſeu mercedis.ſed ſolum i actib⁹
litꝭ deciſiuis.Bal.

**Si fideiuſſor.** Nō vr̃ fideiubere apud
fiſcum ille qui fideiubet
apud fideiuſſoreȝ fiſci.h.d.Unde ſūmitur ar.ꝙ nō per
tinet ad offiñ exactoꝝ debitoꝝ fiſcaliuȝ. Nō.hic ꝙ ſi
ꝯductor cluſi locat alteri official̃ a citatōe dȝ agē cōtra
pmuȝ cōductorē nō ꝯ cōductorē cōductionis vel ſuū fid
iuſſoreȝ niſi i ſubſidiū ut.C.qñ fiſ.uel pua.l.nō prius uel
ibi loqtur in fiſco.ſenis in ciuitatibus que nō habēt iu
ra fiſcalia ut.ĵ.admini.ſi le.hic ⁊ facit.ſ.e.l.in.l.

**Quero.** Fideiuſſor i oēm cām accept⁹
tenetur ad uſuras ex mora rei
vr̃ acceptus i oēm caſuȝ ſi ſe obligauit ad quā
titateȝ reſpectu future cōdēnatꝭ.h.d.Apparet ex pn.hu
ius.l.ꝙ offō iudicis mercenario poſt accedē fideiuſſor.

Utrū aūt ille q ſimplr̃ fideiubȝ uideat̃ in oēm caſū
fideiubē.uide hic plene ⁊ qꝺ nō.C.de in litꝭ iur̃.l.i.⁊ per
dy.ĵ.admini.l.lutius in fi. Nō.ꝙ ille q ꝓmit.it idem
nitatē tenet̃ ad uſuraſ.

**Inter locatorem.** Promiſſio facta
de non expellēdo
conductorē ſub certa pena intelligit̃ facta ſub ꝯdictione
niſi cām expulſiōis.expulſus pſtaret.h.d.nō.ex hac.l.ꝙ
in generali ꝯuētiōe intelligit̃ except⁹ caſus a.l.ꝓmiſſuſ
⁊ cum hac.l.concor.quod nō.de vbo.ob.l.quidam cum
filiū.ĵ.d admi.reꝝ ad ciuitꝭ.ptineñ.l.curatores.C.de non
nu.pe.l.indubitati.⁊ eſt tex.⁊ gl.i.c.ꝙ̄ad.ex̄.de iur̃iur̃do

Et in iſto.§.videt̃ caſus.q.quā diſputauit oldradus.
ſi dicit ſtatutum ex bānitū poſſe impune offendi ⁊ ego ꝓ
mitto te qui nō ex bānitus nō offendere ſub certa pena
qꝺ ſi ꝯtingat te poſtea ex bāniri.⁊ te offendā in penā nō
incido quaſi talis caſus videat̃ exceptus cū ſit ꝓmiſſus
ex forma ſtatuti ⁊ pro deciſiōe iſtius.q.ipſe allegat iſtū
§.⁊ ad idē facit.l.quid ergo.ſi heres.ĵ.de le.i.⁊.ĵ.de v.
obli.q ſeruum facit qꝺ vidiſtis.ſ.de procu.l.non cogen
dum.§.aut qui iuſtus. Secundo nō.ꝙ ſi colonus ceſ
ſat inſolutione p biēnium pōt a conductione repelli.vt
hoc tex.pro cuius tex.⁊ eius glo.declaratione dic.qñqȝ
loquimur in emphiteotꝭ.qñqȝ in ſimplici colono.primo
caſu aut eſt emphiteota priuati aut eccleſie ſi priuati re
quiritur ceſſatio p triēnium vt.C.de iure emphi.l.ij.ſi
eccle.ſufficit ceſſatio p biēniuȝ vt.C.de iure emphi l.ij.
⁊ in auc̃ qui rem.C.de ſa.ſanc.ec.qꝺ dic vt habes in.c.
potuit ex̄.de loca. Secūdo caſu qñ loquimur in ſim
plici colono.aut fuit expreſſe actum de non expellēdo.
aut nil fuit de eo actū.primo caſu requirit̃ ceſſatio bien
nij vt hic.Secundo caſu pōt in continēti cū nō ſoluit ex
pelli.vt.C.e.l.in ꝯtrium facit.ĵ.e.l.cū dñi ſȝ ibi ſoluā ⁊c̄.

Addi.Bal.

Inter locatorē.Promiſſio de non expellendo colo
num intelligitur ſi ſoluit penſionē vnde ſi ceſſat in ſolu
tione p biēnium pōt impune expelli.h.d. In glo.nō.
ibi qꝺ intellige.hoc refferas ⁊ ad ſimplicē colonum de
non expellendo alias autē ſtatim ꝙ nō ſoluit poteſt ex
pelli franc.ac. Secundo ꝯ nō.C.d vectiga.l.vectiga
lia ſm dy.h vera ⁊ illa falſa.cy.in addi.in.e.glo.ibi.Et
maius tempus ſed ſi minus tempus forte ſtatim poſſet

expelli qui eſt in moza ſoluēdi vt.l.i.in fi.de lō .ꝓu .fruc.
alias nil operaretur ſubauditus .intellectus iſtius.§.qd̓
videtur abſurdum cum dn̄s ſed ibi abſens hic ꝯtumax.
bar.vero dicit ꝙ in iſto.§.intelligit̄ actu tacite ſi penſio
ſoluat̄ vel coloretur ſicut dʒ.Sed nunquid iſta cauſa ta
cite intellecta vr̄ intellecta ꝑ moduʒ cōdictionis dicunt
qdam ꝙ ꝑ modaʒ cōdicꝗ.vt.ꝫ.de iur̄ do.l.ſtipl̄o cum ſy.
Sed hoc nō vr̄ veꝝ.qꝛ tūc nō cōpetetur ex⁰ ipſo iure ḋ
ficēt cū nō poſſit agi.qꝛ lʒ tacita. tn̄ ac.impedit naſci vt
ſ̄.de pac.l.item qꝛ cōuentiones.Et ideo dicit Pe. ꝙ h̄
ur̄ adiecta tn̄ ꝑ modū.modi vn̄ nō tollitur ip̄o iur̄ obli
gatio.qꝛ ſicut modus nō impedit obliga.naſci.ita nec cā
diſſoluit ip̄o iure ſʒ ope exceptōis vt h̄ in fi. Nō ob.
dicta.l.ſtipl̄o.qꝛ ibi loqtur i tali ꝯctu q nō pōt ſine cā ta
cite ſubintellecta ſubſiſtē.i.in ꝓmiſſione dotis que n̄ pōt
ſine matrimonio eſſe.vt.C.de donatꝗ.ante nuptꝗ.l.fi. hic
autē poterat iſte ꝯctus ſine cā ip̄a ſubſiſtē de uolūtate
ꝯhentiuʒ ſ̄m Pe. Reſſicit ergo.qꝛ aut cā tacita in
telligitur in tali actu qui nō pōt ſine cā tali procedē.aut
in actu qui pōt ḋ volūtate ꝯhentium ſubſiſtē ſine cā ſ̄m
cy.in addi.q remittit ad nō.ꝑ ſe.C. de trāſac.l. cū mota
facit qd̓ nō.ꝑ eūdem.C.de iure.⁊ fac.igno.l.cuʒ qſ in.ij.
col̄.⁊.C.de iure emphi.l.ij.cum ſy.ſimile habuiſtis. ſ̄.ḋ
cōdic.ob cām.l.damus. Iteʒ eſt ar.iſte.§. qꝛ lʒ qs pro
mittat nō petē redactōem ad arbitriū boni viri. hoc dʒ
intelligi ſi arbitrator talis fuerit in laudo qualis eſſe dʒ
vt nō.ꝑ dy.ꝫ.de v̓.ob.l.qdam cuʒ filium. Bar.querit
nūquid iſte tacitus itellectus reddat iniquū laudū nullū
dico ꝙ nō.qꝛ nō intelligitur ꝑ moduʒ cōdictionis. ſed ꝑ
modū modi ēt forte ſi arbitrator eſſet in dolo. Et etiā
in ꝯctu bone fidei qn̄ interuenit dolus eſt nullū laudum
ip̄o iure ar.ſ̄.e.l.ſi in le.in fi.ꝑn. Nec ob. ꝙ iſte ſit
tertius.qꝛ factuʒ eius eſt de ſubſtātia actus ut.ſ̄. eo.l.ſi
merces.vnde nō dʒ tāquam tertius reputari.ſed vt vn⁹
ex ꝯhentibus ut.ꝫ.qui.⁊ a qui.l.fideicōmiſſaria.§. ariſt.
Et p̄ma pars verior vt.ſ̄.pro ſoc.l.vnde ſi nerue. naʒ ſi
eſſet nullū ip̄o iure nō recipet reductōem nec poſſet con
firmari vel ifirmari vt.ꝫ.de ap.l.ſi exp̄ſſum ⁊.ꝫ. de ac.⁊
ob.l.ſtipl̄ones que ꝓprijs iuribus.

**Dominus horreoꝝ.** Nota in hac.l.i.v̓.
ſcd̄m ꝙ ſi i aliqua cōtrata cōmittitur aliquod
maleficiū debēt ad tormēta citiuſ poni vicini ⁊ domeſti
ſti.⁊ qui habēt noticiaʒ hominū ꝙ̄ nō ſunt vicini nec do
meſtici ⁊ hominū noticiaʒ nō habent vt h̄ cōcor.C.e.l.
.i.ad idem.ꝫ.ḋ fundo inſtru.l.ſi ita in fi.⁊ ibi de hoc per
Ja.de are. Nō.ꝙ vicini p̄ſumūtur ſcire v̓itatem fci
⁊ nō denūciator q datur pro habēda v̓itate maleficiꝗ ſʒ
Ja.⁊ bar.⁊ vide.ꝫ.de fun.inſtruc.l.ſ.ita.§.ſi. Nō.h̄
ar.ꝙ furtū p̄ſumitur fcm̄ a cōuerſantibus i domo l̄ ſal
tim ꝙ illi ſciant quis fecit.facit.C.de repu.l. cōſenſu.§.
ſi ſuper ſeruis.Bal.

**In conducto.** Nō.iſtum.§.⁊ ſecus eſt in
emphiteota.qꝛ ex nā ēphi
teoſis pōt repetē finita emphiteoſi vt.l.ij.C. ḋ iure em
phi.ſi ſimplex colonus pōt etiā ſi ſuo delicto expellat̄
vt.ꝫ.e.l.colonus qd̓ eſt nō.

**Cum dn̄i.** Hic vr̄ caſus ꝙ colonus nō
poſſit expelli niſi demū ela
pſo biēnio.ſed ꝯ hoc habuiſtis caſum. ſ̄. e.l.q̄
ro.§.interlocatoreʒ.ſed dic ꝙ illud qd̓ ibi dicitur eſt ve
rum qn̄ cōductor eſt preſens ⁊ eſt in mora ſoluendi quo
caſu biēnio expectatur.vnde quādo eſt a tum de nō ex
pellendo.hic vero loquitur quādo cōductor erat abſenſ

vnde ſibi non potuit imputari tanta mora. Nō.quo
ordine debeat dn̄s appire hoſtia rei locate. ⁊ quando ⁊
ꝙ debet ducē notariuʒ q ſcribat res ibi reptas.ſed iſtḋ
eſt verum quādo inquilinus eſt abſens.ſed ſi eſt p̄ſens
⁊ in mora ſoluendi poſſet ire ⁊ ꝓpria auctoritate expel
lere vt.ſ̄.l.quero.§.interlocatorem ⁊. ꝫ.e.l. colonus nec
eſt tūc prohibituʒ apperire hoſtia.Et eodem modo ſi in
quilinus vellet interuertē poſſeſſioneʒ vt.ꝫ.ḋ vi.⁊ vi.ar.
.l.colonus ⁊.l.cum fundus.Et eo ip̄o ꝙ inquilinus ſi aliū
trāſtulit de facto videtur interuertere vt.l.fi.C. de acq.
poſ. Item nō.hic ꝙ deſcriptio debet fieri manu pu
blici notarij.Bal.

**Inſulam in.** Breuitas tēporiſ ſeu di
lationis nō viciat ꝯctus
bone fidei.h.d.ſʒ bu.⁊ bar.Idē nō.⁊ cy. i.l.iij.
§.ſi qs ita ḋ eo ꝙ cer.lo.⁊ nō repit̄ alibi. Glo.intelligit
ꝙ hic fiat terminus poſſibilis ex poſt facto vel inſertuſ
a ſciente ar.ꝫ.de ac.⁊ ob.l.non ſolum prima verior ibo
ne fidei.ſecūda ⁊ tertia in ſtricti iur̄ in termino iudicia
rio dic vt.ex̄.de do.⁊ contu.cū dilecti. Vel ſic termi
nus i moderat⁹ dʒ moderari arbitrio boni viri. Nō
ex hoc tex.ꝙ impoſſibilitas in ꝯctibus bone fidei nō v.
ciat ꝯctuʒ tex.eſt nō.h̄. Idē in his que ſapiunt natur
ram bone fi.vt ſunt vltime volūtates.vt.l.ſi mihi ⁊ tibi
§.ſi qs ſeruos.ꝫ.de le.i. ⁊ ibi nō. Secus in ꝯctibus
ſtricti iur̄.vt.ſ̄.de eo quod certo loco .l.iij .§ .ſi quis ita
inſtꝗ.ḋ v̓.ob.§.loca.⁊c̄.

**Quidam.** Nō.tex.nō.ꝙ in ꝯtractibus debʒ
preſtari cautio de mō implēdo fa
cit.ꝫ.de condic.⁊ de.l.quibus diebus.§.terminus ⁊c̄.Et
debet eſſe cautio ydonea.cuʒ fideiuſſore vt.ꝫ.ſi cui plus
ꝙ̄ ꝑ.l. fal.l.diuus quia ibi erat nudus miniſter h̄ cōmo
dum ſentiens ſ̄m ray.

**Marcius.** In glo.i.ibi colli ge circa iſtaʒ
q.noſtri doctores dicunt aut
iſte ticius fuit curatus ⁊ poſt eam infirmitatē
reincidit non defectu medici ⁊ tunc medicuſ non tenet̄
ar.iſtius tex.qn̄qʒ conſtat ꝙ ille reincidit in infirmitatē
ex reliquijs p̄cedētib⁹ infirmitatē qi ille nō ſit liberat⁹
⁊ tunc medicus tenet̄.vt.l.q.terciana.ꝫ.de edil̄. edic.qn̄
dubitat̄.⁊ tunc aut infirmus ſtatim reuertitur in infir
mitatē aut ex interuallo.primo caſu medicus tenetur.
ſecūdo nō.ar.l.iij.ḋ diuortijs.⁊.l.pleꝝqʒ.ꝫ.de ritu.nuptꝗ.
In eadem glo.ibi ceſſare ⁊c̄. Nō.dr̄iaʒ inter extin
guere ⁊ ceſſare. Item habes in .l.reintegrato .ꝫ.re
rum amotarum.

Addi.Bal.

Marcius.Nō.hanc.l. pro eo qui promiſſit facere
fontem vel molendinum ⁊ dum feciſſet partem aque i
petus deſtruxit qd̓ factum erat nā non periculuʒ fabri.
niſi vicio fabri.emerſiſſʒ damnū vt.ꝫ.de v̓. ob. l.non he
ſitatur ⁊ hoc in gl.⁊ ſic in fi.dicunt quidā aut infirmus
reincidit culpa ſua tūc ſibi imputet vt.ꝫ.de regulis iur̄.
l.qd̓ qs aut ſine culpa ſua.⁊ tūc ſi in modicum tempus
⁊ tenetur.ar.ꝫ.de diuor.l.iij.vel ſolue ſ̄m azo. aut remi
ſerunt alique reliquie vulneris aut nō.p̄mo caſu tenet̄.
ſo nō.de edi.edic.l.qr̄.§.idem ait. Neqʒ dic t ꝙ aut cō
ſtat infirmuʒ v̓e ſanatuʒ.⁊ tenetur medicus de edi.edic.
l.ꝙ ita ſanat⁹.a.n̄ ꝯſtat eū fuiſſe v̓e ſanatū.ſʒ debē aliq⁰
tempore ⁊ tunc tenebit̄ medicus vt.ꝫ.de edi.edic. l.qui
tertianam. Si autem ſuper hoc dubitatur tunc ſi in
modicū tp̄s reuerſa eſt ifirmitas nūquā vr̄ fuiſſe curat⁹
ar.ꝫ.de re.mili ꝫ.de diuor.l.iij.ſaluo ꝙ ſuper hoc admit
titur iudiciuʒ medicoꝝ ut.ꝫ.de uē.inſpi.l.i.§ .i. ſ̄m Ri.

ꝛ.l.ſi ſemel de re.mili.ſm cy.ꝛ ray. Et verba h ſaci
unt ad ſciendum vtrum ille qui pcuſſit aliquez qui pmo
videbatur liberatus.ꝛ tñ poſtea deceſſit teneat̃ de occi
ſo qñ nõ ꝯſtat eũ deceſſiſſe ex nouo accidenti.ꝛ vide qð
nõ.in ſpe.ð hoie.§.pone.ꝛ in ſpe.ð ſolu.§.poſtremo.v̂.i.

**Cum in plures.** Quero vtrũ he
res coloni ptia
rij ſuccedat i colonia ꝛ videtur ꝙ nõ.qꝛ eſt con
tractus ſocietatis vt.ſ.e.l.ſi merces.§.uis maioꝛ ꝛc̃.

Addi.Bal.

Cum in plures.Nõ.ꝙ ꝯducta poteſt alij locare nec
põt dñs impedire.Itez nõ.ꝙ ſi habitatõ nõ pſtatur cõ
ductori in termino nõ cogitur eam recipẽ dudũ poſt ter
minũ ꝛ facit.ſ.e.l.ſi in.l.§.colon᷒.Vrſ nõ.p colonũ reti
netur poſſeſſio locatori.qꝛ remãſerũt reliquie ꝯductõis
quod eſt notãdum. In glo.poſt finitaz hoc i colono q
nũtius colit.ſed qd in colono ptiario dubitat bar. qꝛ cũ
inter enim ꝛ dñm v̂ſetur ſocietas vt.ſ.e.l. ſi merces.§.
vis maioꝛ vr̃ ꝙ talis ſocietas moꝛte finitur.vt.ſ. ꝓ ſoc.
.l.ac.§.moꝛte credo ꝯtriuz.qꝛ nõ eſt mera ſocietas ut.C.
loca.l.viaz v̂itatis.

**Ueſtimenta.** Nõ iſtuz.§.q facit ad.q.ꝙ ſi
ad vnũ ð duobus reis tota
pecunia peruenit põt actoꝛ cogi vt ꝯ eum agat ad quez
puenit pecunia periculo ꝛ expenſis choꝛei vt hic ꝛ. l.vñ
quẽ in pn.ſ.ꝯmo.qð tene menti.qꝛ lꝫ cõiter in inſtrumẽ
tis renũcietur bñficio ð duobus reis.tñ his legibus cõi
ter nõ renũciatur.Bal.

Addi.Bal.

Ueſtimẽta.Nõ.ꝙ fulo põt opponere bñficiuz excu
ſionis.tñ iſta excuſio dꝫ fieri ſumptibus opponẽtis quð
eſt nõ.ſic.ſ.cõmo.l.uñ queritur. Itez hoc veꝝ qñ põt
fieri excuſio de facili.alias põt agi nõ pmiſſa excuſione
ꝛ tũc debet cedi iura fulloni.h.d.Et eſt nõ. §. i materia
excuſionis.Bal.

**Meſſem.** Nõ.in hoc.§.ꝙ poſſum agẽ.ꝯ te vt
agas ꝯ alium vidiſtiſ.ſ.de ac.emp.l.
iulianus.§.pe.ꝛc̃.

Addi.Bal.

Meſſem.Colõus ptiarius nõ hꝫ actiõ furti. ſꝫ agi
tur ꝯ dñm ut agat.h.d.Et dic ut nõ.cy.C.e.l.ſi p fundo
i ſpec. de ac.ſeu petitõ.§.ſe.v̂.item. Nõ. quod ſi ubi
paſtorez colono ptiario cuz quo eſt actꝫ.pſcriptꝫ.v̂. ut nõ.
ſ.depoſiti.l.i.§.ſi qs ſeruuz ar.ꝙ ſic ac.pro ſocio ut.ſ.p
ſoc.l.cum duobus.§.ſi i coeũda. Sed an i colono qui
mimis collit poſſet intelligi dic ut nõ.j.de fur.l.ſi qs.§.
locaui. Ex ꝯducto.j.pſ.v̂.q̃ ſapit nãz ac.ex cõducto ꝛ
iõ ex ꝯducto debꝫ agi i effectu ut.j.ð pſ.v̂.l.nãl.§.ſin ãt
cy.in addi. Sed nũquid iſte ꝯ quem agitur liberetur
ac.cedẽdo ꝯ illum dic ꝙ ſic glo.eſt que nõ eſt alibi.i.l.ij.
§.idem nerua.ff.ne qd i lo.pu.Acturũ. Nõ.hic ꝙ ago
ut agas ſic ad.l.rodi.de iac.l.i.§.p.ꝛ de ac.emp.l. iul.§.
ꝙ quãdoqꝫ excipio ut agas ut.ſ.e.l.§.ueſtimẽta.ꝛ.C.cõ
mo.l.iiij.querit̃ ſm Bar.

**Locator.** Dicũt qdam p iſtuz.§.ꝙ p patiaz
ac.ꝯrij ur̃ recedi a proteſtatione.ſed
doc.nr̃i iſtum tex.intelligũt ꝙ hic iſtud ꝓpoſitum.nõ fu
it expſſum.alias ſecus ut nõ.p cy.C.de pactꝫ.l. pacta no
uiſſima.circa quod uide qð nõ.dy.in.l.ſi qs in pn.teſti.
j.de le.iij.facit.qð videbiꝫ.j.nau.ca.ſta.l.fi.§.item ſi pdi
xerim.Bal.

Addi.Bal.

Locatoꝛ.A proteſtatione recedi uidetur per actum
ꝯ.ſubſecutum. Alij dicunt ꝙ hic nõ fuit proteſtatio
ſed propoſitum i mente retentum ſm Bar. ꝛ hoc nõ.
p cy.C.de pac.l.pacta nouiſſima.ꝛ de iſta proteſtatione
dixi in.l.i.j.de edi.edic.ꝛ in.l.fi.§.Item ſi predixerat.ſ.
nau.cau.ſtab.ꝛ plene per Bar.in.l.nõ ſolum.§.moꝛte
de op.no.nũ.p Guil.in iſta.C.de litꝫ ꝯtꝫ.ꝛ per dy.in.l.q
i aliena.§.celius.j.de acq.here.ꝛ uide qð dixi in. l.item
veniũt.§.petitã.ꝛ.§.ſequẽ.ſ.de peti.here.ꝛ vide ray.i
.l.quintus.ſ.man. Op.de.l.ſi qs in pn. teſta. Se
cũdo hic nõ expſſit propoſitum.ſed tũc nulla eſſet dubi
tatio per.l.ꝯ i repetẽdi.C.de ꝯdi.ob cãm.qꝛ retinẽ volun
tatem i corde nõ accomodatur actibus hominũ vt.j.ð
ſup.l̃.l.labeo.§.idẽ tubero vt ſic ſequeris obl̃o ſumpſit
vires ex volũtate duoꝝ.ꝛ ideo tollit ꝓpoſitum vnius.p
mo expſſuz in ꝯtriuz.i᷒ nõ.primuz ꝛ ſm ex uolũtate uni
us. Sed hoc non uidetur veꝝ.quia hic pncipale ꝓ
poſitum cepit de uolũtate utriuſqꝫ. Cum dictuz fuit ab
vno eoꝝ alteri. Alij dicunt ꝙ hic nõ fuerũt verba de
rogatoria ad ſcðm actuz ibi ſic.qꝛ dixit ſi cui bis legaue
ro nolo dari niſi ſemel.Ita etiam eſſet hic ſi dixiſſet no
lo tantum de piculo etiam ſi ꝯtingat te intromittẽ.tũc
actus eſſet derogatus a pma uolũtate ꝙ hic nõ fuit ſm
Pe.ꝛ cy.in addi.ꝛ eſt ſpeciale ꝙ factum deroget pro
teſtationi vbicunqꝫ factum trahit ſecum exceptiõem ut
ex̃.de ꝯſti.c.cum.m.ferraricñ.

**Uehiculũ.** Nõ.ex hoc. §.ꝙ pro ipſo ani
mali ſoluit mulio ꝓ ſalma ſol
uit.ſ.dñs ſalme.ꝛ pro hoc habes ꝙ ſi ꝓ ſalma ſoluitur
gabella non pro animali dominus ſalme debꝫ ſoluere.
non dominus animalis.

Addi.Bal.

Uehiculum. Nõ. ꝙ mulio tenet̃ ſoluẽ paſſagium
muloꝝ ſuoꝝ ſcolaris libroꝝ ſuoꝝ ſm bar.qð nõ.pro em
ptoribus paſſagij ꝛ ſalmorum nõt.bart.in.l.i. poſt prin.
j.de vecti. Bal.

**Colonus.** Nõ.tex.ibi fundo eiectuz
ꝛc̃.nam hic videtur caſus
ꝙ ſi emphiteota ceſſauit in ſolutione canonis
poſſit expelli propria auctoritate de quo.dic.p cy.in.l.ij.
in.iiij.q.C.ð iur̃ emphiteotico ꝛc̃.

Addi.Bald.

Colonus.Ibi eiectuz iniuſte.vel dic iuſte vt qꝛ non
erat ſoluta penſio ſecundum ray. Et ſm hoc eſt hic
caſus ꝙ colonuz vel inquilinum qui nõ ſoluũt penſionẽ
dominus põt expellere impune ꝓpria auctoritate ſecũ
dum.Ja.de are.qui hoc nõ.in.l.ij.C.de iure.emphi.per
hanc.l.ſm ray.ꝛ bar.facit.ſ.e.l.quero.§.interlocatorez.
Nõ.hic ꝙ colonus põt repetere meliorationes.ꝛ ꝯ
putare in mercede.ſecus eſt i emphiteota qꝛ recipit ad
meliorandum vnde eſt idẽ ſi colonus recepiſſet cuz one
re meliorãdi.quo caſu nõ repeteret meliorationẽ vt hac
l.in prin.a contrario ſenſu.

**Nauem.** Nõ.ꝙ licitum pp illicitũ publicum.
qð dic vt.C.de naufra.l.cũ ꝓponas
Secũdo nõ.ꝙ licet nõ ſit ſecutus effectus pp culpã
obligati ad mercedẽ.tñ obligatio non minuit̃.nec exte
nuatur aduerte ꝙ in iſto tex.nõ fuit publicata nauis.ſꝫ
onus impoſitũ naui qꝛ forte portabatur ꝯ decetũ quð
in illo mari vigebat.ꝛ hoc facit contra quãdam ſolutio
nem quã ponũt doc.in dicta.l.cuz proponas.Bal.

De extimatoria actione. Rica.

**Actio.** In glo. que incipit. .i. extimatoria .l. in bone fidei. vt inſtᵗ. de ac. §. actionum ⁊ ibi vide. In eadē glo. in fi. vt ponit exemplū. ī. ti. ij. l. i. ī fi. cuz. l. ſequenti. vbi actio ꝑſcri. v̄. datur in ſubſidiuz ⁊ ubi eſt incertum de noīe ꝯctus l' de noīe actionis. ⁊ nō eſt extimatoria ut bo. fi. ſed ſtricti iur̄. vt nō. inſti. de ac. §. actionum. in glo. ſup verbo exp.

In glo. vltima. in fi. huic gl. adde quod nō. inſti. ꝺ ac. §. actionū. in glo. que incipit vt ſi tibi rem ⁊c̄. Bal.

De rerum ꝑmutatione. Rica.

**Sicut aliud.** Ex hac .l. nō. pl' res dr̄ias inter emptiōem ⁊ venditōem ex vna parte ⁊ ꝑmutatōnem ex alia. Secūdo nō. tex. in. v̄. vn̄ ſi ea res ibi dū dicit dandā actionez. Nam hic. vr̄ tex. ꝙ iſta actio ſit datiua. Sed ī ꝯriū eſt v̄itas. quia ꝑmo eſt natiua probatur. ī. t. i. l. nālis. §. ſin aūt do. rē ubi tex. dicit eaz naſci. Idem habes. e. l. §. at cum do. ⁊ iſta ē v̄a opi. ⁊ ꝓbatur ꝑ tex. in. l. iur̄ gen. §. ſed ſi i aliā. ſ. ꝺ pac.

Tertio nō. tex. dū dicit ꝙ intereſt ⁊c̄. Nā vides hic tex. ꝙ in ꝯctibus innoīatis. vbi agit' ad dandum ſuccedit obligatio ad intereſſe ad idez. ī. ti. i. l. nālis. §. ſin autem C. e. l. rebus. nō. ꝑ glo. in. l. i. C. de ſen. que pro eo. ⁊ ē rō qꝛ ꝯctus innomīati in pariēdo obligatōem ⁊ actōem ⁊ ī ea retinēdo ſūt debiliores ꝙ̄ alij ꝯctus ideo in eis ſuccedit obligatio ad itereſſe. ⁊ hāc rōem ponit dy. in. l. ſtipulationes nō diuidūtur. §. celſus. ī. de v̄. obli. nam rōnem ponit glo. in. l. ſi pecuniā. in ꝑn. ſ. de ꝯdic. ob cām. In glo. que incipit. l. hi. ſoli ibi iur̄ gen. dic vel melius vt. C. e. l. In. e. glo. in fi. adde qꝺ nō. C. e. l. i. i vltia glo.

Addi. Bal.

Sicut. Nō. ꝙ ꝯctus ꝑmutationis differt a ꝯctu emptionis ⁊ vēditionis. ꝑmo in noīe ꝯhentiū. qꝛ ꝑmutātes hn̄t vnū nom̄ emptoꝛ ⁊ vēditoꝛ diuerſa noīa ⁊ ſic ē dr̄ia ꝑmo ex vi nominis ſil'c. nō. ī. de ac. ⁊ ob. l. ꝯſenſu. Secūda dr̄ia eſt reſpectu liberatōis ſeu implectōis. qꝛ ꝑmutatio deſiderat trāſferri dn̄ium hinc inde. ſed emptio ⁊ venditio ex ꝑte emptōis nō ex ꝑte vēditoris. Tertia dr̄ia eſt in initio obligatōis. qꝛ in emptᵗ. ⁊ venditᵗ. inicia tur obligatio a ꝑncipio ſolo ꝯſenſu. in ꝓnunciatione ex poſt facto rei interuentu. Quarta dr̄ia ſubſtātialis ē qꝛ in ꝑmutatione hꝫ locum ꝯdictio ob cām. cā nō ſecuta ſecus in emptᵗ. ⁊ vēditione ⁊ alijs ꝯctibus nomīatis. h. d.

Qualiter formet' libellus cū agitur ex ꝑmutatᵗ. vide ꝙ nō. in ſpe. de reꝝ ꝑmu. ⁊ in tractatu libelloꝝ. Et nō. ꝙ legiſte loquūtur de ꝑmutatione reꝝ que ſunt in dn̄io alicuius. Canoniſte loquūtur de quadaz alia ꝑmutatᵗ. q̄ frequētat' apud eos ſi de ꝑmutatione bn̄ficij quaz materiā explicauit dn̄s ray. de ſenis in quodā ſuo tractatu ⁊ de ea. Nō. ꝑ archi. lxiiij. di. ad eccleſiaſticū ⁊. i. q. i. ordinationes ⁊. vij. q. ij. ibi ea. vnde vnus nō ꝑmutat i alio. ſꝫ renūciat aio ꝑmutandi ⁊ ſupioꝛ ꝯfirmet i cuius eſt ꝑtāte.

De ꝓſcriptis verbis. Rica.

In glo. rubrice ibi huic actioni ⁊c̄. tu v̄o dic ꝙ actōes noīate denominā' a ꝯctibus noīatis ex q̄bus oriuntur iſta v̄ba actio que ortur ex ꝯctibus innoīatis nō pōt in de nomē aſſumē cuz ꝯctus ſit innomīatus vocatur. ergo actio ꝓſcrip. v̄. hoc eſt actio deſcendēs ſeu cōpetens ex v̄bis ꝓſcrip. ſeu propoſitis. In. e. glo. ibi tribus generibus huic adde qꝺ nō. inſti. de ac. §. actōnū ⁊ inſti. ꝺ interdic. §. vltio plenius in. l. ex placito. C. de re. ꝑmu. Sed vltramō. dicūt ꝙ actio ꝓſcrip. v̄. nūquā hꝫ locuz niſi i ꝯctibus innoīatis de quo dic ꝑ cy. in dicta. l. ex plito. C. de rerum ꝑmuta.

**Non nūquam.** In glo. .i. ibi ꝓpter dubitatōem de noīe ꝯctus. tꝫ ergo iſta glo. ꝙ iſta. l. hꝫ locuz tm̄ vbi eſt dubiuz de noīe ꝯctus. Sed hic quero quō. in ꝑmo caſu iſtius. l. poteſt eſſe dubiuz de ꝯctu. naz. l. dicit ꝙ ꝯductoꝛ ē ille q dat pecuniā. locatoꝛ ē ille q ꝓbet operā ſeu pacientiā vt. ſ. depoſiti. l. i. §. ſi q̄s ſuum. quō ergo pōt eſſe dubiuz an q̄s locauerit ſeu ꝯduxerit. Rndeo ꝙ eſt incertuz ꝺ facto. puta qꝛ ſeruus meus ponit merces i naui ⁊ veſtitur ſi ip̄e nauem ꝯduxerit an mercatoꝛ conduxerit merces portādas ſcitur tm̄ ꝙ merces ſunt i naui merito ergo recurrit' ad actōez i fcm̄. ⁊ ita loquit' exemplū ꝑmuz iſtius. l. Sed in ſo huius fcm̄ erat certū tm̄ nō cadebat i ꝓpꝛium nomē ꝯctus merito ad actōem i factū recurritur. Bal.

**Naturalis.** Nō. hāc. l. que ponit materiam contractuum innominatoꝝ diſtinguendo eos per quattuoꝛ ꝯct⁹. Secūdo nō. tex. in v̄. ⁊ ſi quidē ibi. vt rē accipiaz ex quo nota. ꝙ verbū accipere non includit de neceſſitate dn̄ij tranſlationē vt patet qꝛ vēditoꝛ non tenet' dn̄ium trāſferre ut. l. exēpto. §. i. ſ. ꝺ ac. ēp. Et hoc ideo ꝯtingit. qꝛ v̄bo accipe adiūgit' ſp̄ēs do eniz pecuniā ut ſpeciē accipiam alias ſi dem aliq̄s in ſp̄ē. ut accipiam ſp̄ēs. tūc verbuz accipe denotat dn̄ij trāſlatōem ut. ī. proxi. ⁊. ī. e. l. ſi operas in ꝑn. Item ſecus ſi do pecuniā ut accipiā aliq̄d in genere puta ꝑtē bonoꝝ. vel aliud i genē qꝛ tūc verbū accipere denotat dn̄ij tranſlationē vt. l. cū mota C. de tranſac. Sed hic quero nunq̄d erit tūc i dubio ꝯctus inominat⁹. Ro ſi ex iſtis v̄bis pōt reſultar̄ ꝯct⁹ innominatus puta qꝛ nō pōt reſultare emptio ⁊ vēditio erit ꝯctus innominatus. Sed ſi poſſꝫ reſultare ꝯct⁹ emptionis ⁊ venditionis ex iſtis verbis puta qꝛ do pecuniam numeratam vt aliquid accipiaz in genere tūc erit ꝯctus emptionis ⁊ venditionis ar. iſtius tex. ⁊ tenebit' vēditoꝛ tunc dn̄ium transferre ex natura rei vēditᵗ. qꝛ ē in genere ⁊ ſic eſt eadē ratio que in emptione ergo ⁊c̄. vt dicta. l. exempto. §. i. ⁊ qꝺ ibi nōt. ī. de euic. l. ſi dom⁹. §. i. ⁊. l. qui concubinā. §. ſi heres. ī. de le. iij. Si vero emptio ⁊ venditio reſultare non pōt tunc erit ꝯctus innominatus vt ꝓbat' vt dixi in dicta. l. cū mota. Tertio nō. tex. ibi naſci oblōnem ciuilem. ex quo tex. habes ac. preſcriptᵗ. verbis eſſe natiuam iꝺ. ī. §. prox. lꝫ tex. quē habuiſtis. ſ. ti. prox. l. i. appellet ipſam datiuā. Quarto ex hoc tex. duz dicit quanti intereſt mea ⁊c̄. Nō. ꝙ licet in obligatione dandi in ꝯctibus nominatis non ſuccedat oblīo ad intereſſe vt. l. ſi ſeruū in fi. ī. de v̄. obli. .l. promiſſoꝛ. ſ. de conſti. pecunia tm̄ in cōtractibus innominatis ſuccedit obligatio ad intereſſe. vt hic ⁊. ī. e. l. §. at cū do ⁊. §. ſe. ⁊ hac. l. in fi. cū ſimilibus vidiſtis de hoc ſ. ti. i. Uenio ad. §. at cū do. ex quo. §. Nō. ꝙ vbi ex vna parte interuenit pecunia ex alia parte interuenit factum ꝙ conſueuit locari tūc eſt locatio ⁊ ꝯductio vt hic ⁊. l. i. §. ſi q̄s ſeruum. ſ. depoſiti ſecus ſi pecunia nō interueniat qꝛ tūc ꝯctus innominatus vt hic vides. Se

cundo nõ.ꝙ locatio non poteſt ƺbi in illis factis q̄ loca ri nõ ꝯſueuerũt. Sed circa iſtuȝ.§.quero quõ cognoſci tur ƺctus do ut facias a ƺctu facio ut des dicit glo.pͥma ꝙ cognoſcitur in mõ ƺhendi. Sed ultramõtani dicũt ꝙ iſti ƺctus cognoſcũtur ex mõ implẽdi nõ ex mõ ƺhendi de quo p eos in.l.ex placito.C.de reꝝ permu.ꝛ nõ.per glo.ꝛ etiaȝ p doc.in.l.cuȝ mota.C.de trãſac.ad ideȝ qḋ nõ.ȷ.e.l.§.ꝙ ſi faciaȝ. Uenio ad.§.ꝙ ſi faciaȝ ꝛ hũc §.declara vt in glo.que incipit ſȝ certus ibi in faciendo ꝛc. Nõ.ex hac glo.ꝙ ƺtractus innominatus cognoſcitur ſm modum ƺtrahendi.nõ ſm modum implendi. In eadem glo.ibi qꝛ nõ impleuit. Nõ.ex hac gl. dr̃iam inter ƺtractum facio vt des ꝛ ƺtractuȝ tranſactꝭ. qꝛ in ƺtractu fatio vt des agit̃ de tali facto ꝙ põt peni tus ꝯſumari. In contractu vero tranſlationis agit̃ de tali facto qḋ ꝯſumari non põt vt colligit̃ ex hac gl. ꝛ expreſſe nõ.per glo.C.de tranſactꝭ.l.ſine apud acta in gl.ma.in fi. Uenio ad.§.ꝙ ſi facio ꝛc. Ex hoc tex. nõ.ꝙ licet mãdatũ non ſit gratuitũ nõ tñ impeditur qñ quis dicat̃ procuratõne ipſius debitoꝛis ſed tñ bene i peditur oꝛiri actio mandati inter mandanté ꝛ mãdatari um. Secundo nõ.in v.ſed hoc tucius in fi.tex.ꝛ glo. que incipit non tñ ꝙ ƺctus innoiati diiudicãtur ſm mo duȝ ƺctuȝ noiatoꝝ qbus aſſimilant̃ vidiſtis in.l.i.§.ſi qs ſuum.ſ.depoſiti.l.cũ qui i ſpectoꝛi.ſ.cõmodati. Ue nio ad.v.ſi ergo i quo.v.iuꝛcõſultus ſoluit.q.quã fecit in pͥn.lͥ.Et ex hoc tex.nõ.ꝙ nõ dr̃ quis locupletioꝛ ex eo ꝙ libertuȝ hȝ ad ideȝ in.l.plane.ꝛ.l.ij.in fi.de le.i. Ulti mo nõ.glo.que icipit nõ quãti intereſt ex qua no.ꝙ in ex timatõe itereſſe iſpicitur ꝙ itereſt mea te nõ ceſſaſſe vl̃ me nõ dediſſe vel feciſſe facit.ſ.de hꝛditꝭ.vl̃ ac.ven.l.ꝙ ſi nulla de ac.emp.l.ꝙ ſi actum.

Addi. Bald.

Nõ nũquã. Ubi nõ ꝯſtat de noĩe ƺctus ꝑſumitur ƺctus innoiatus ꝛ agitur pſcrip.v.h.d. Et vide ꝙ nõ.p Ja.de are.i.l.i.C.de iuꝛ emphi.

Inſulam. Uerbum vẽditionis adapta tur ad ƺctum innoiatum ꝛ ſi nõ valet vt ƺctus noiatus valet vt valẽ poteſt Quod nõ.ibi vẽdidi ſine i ſercione ꝑtij.ſed ſolum factũ fuit inſertuȝ p moduȝ ꝑtij. Nõ.ex hac.l.ꝙ lȝ qs vta tur v̄bo venditꝭ.i ƺctu cui vẽditio nõ ꝯgruit lȝ nõ valeat vt v̄a vẽditio ualet tñ cõtractus in ſe. Bal.

Si dñs. Dicitur hic in fi.pſcrip.v.incerti ꝛc.quare dicat̃ incerti dic vt nõ.p glo.C.e.l.rebus.

Addi. Bal.

Si dñs. Nõ.ꝙ pfectio ƺtractus ſtat in condictõe. Nõ.etiam hic ꝙ creditoꝛ hȝ electioneȝ petens rem vel extimatõem.adde qḋ nõ.C.de iure do.l.quotiens.

Partis tertie. Nõ.hanc.l.ꝛ iunge eam cuȝ.l.inl̃.§.ſi ti bi.ſ.ad exibẽdum ꝛc. Uel aliter cautio per erroꝛeȝ ꝯmiſſa repetitur.h.d. Nõ.ꝙ ꝑtoꝛ ſupplet id qḋ.l.deeſt ſic.ȷ.de teſta.l.qͥtuȝ.

Quia actionum. Uide qḋ nõ.i.l. de peccoꝛibuſ.C. ad.l.acquil.in fi.ꝛc. Bal.

Si tibi rem. No.hãc.l.q̄ optime do cet cognoſcẽ ƺctum ĩno minatũ a ƺtractu ſocietatꝭ.ꝛ eã tene memo.ꝛc.

Sed ſi ſeruum. No.ꝙ ille qui fecit ali quem moꝛi frigoꝛ tene tur vt homicida.l.coꝛ.de ſic. Bal.

Solent. Nõ.ex hac.l.duo pͥmo ꝙ ƺctus i nominatus fit p dictionem ſi vt pȝ hic dum dicit iudicaſſet ꝛc.ad idem facit.ȷ. e.l.labeo de qua.q.vidiſtis.no.in.l.ſi.ſi qs cuȝ debitoꝛe ſ.de iureiuran.ſ.d pac.l.ſi intra. Secũdo no.tex.no tabilẽ ꝙ vbicũqȝ eſt mã ꝑexiſtens ex qua põt oꝛiri actio nũquã act o eſt datiua.ſed natiua tex.eſt hic dũ dicit.ſȝ hȝ in ſe negociũ aliqḋ ergo ciuilis actio ꝛc.cõcoꝛ.ꝙ vidi ſtis in.l.iuꝛgen.ſ.ſed ſi in alium.ſ.de pactis.

Addi. Bal.

Solent. Ibi de dolo qꝛ induxit dñiuȝ dolo ad ꝑmittẽ duȝ vel debeat cãm fuge vel occultatõnem ꝑ.in addi. No.qḋ ex ƺtractu facio vt des oritur facienti actõ pſcriptꝭ.nec ob.ſ.e.l.nãlis.§.ꝙ ſi facio.qꝛ ibi loquit̃ i eo facto qḋ pecuniaľr fieri nõ itererat facientꝭ.hic võ d fcõ in quo v̄ſabatur pecuniaꝝ itereſſe ex quo facto tãquã ex rei iteruẽtu ƺtractus naſcit̃ ſm glo.ꝛ oẽs.

Si gratuitam. In glo.ſi dubitet̃ .nõ. ꝙ vbi dubitat̃ quis ꝑ ceſſerit ƺtractus ſic agit̃ tanq̃ ex ƺtractu innominato qḋ nõ.Et adde dicunt quidã ꝙ ſi ꝓcedit̃ habitatio ẽ co modatuȝ h vero v̄ſus domus eſt ƺtractus innominat᷒ ꝛ tunc aut dico comodo rẽ ꝛ eſt cõmodatũ.aut do vel ꝯ modo vſqȝ ad tale tꝑs ꝛ tũc eſt cõtractus inominatus hȝ quoſd. Nec ob.l.vlti.ȷ.e.qꝛ ibi fuit ſpecificatus v̄ſus hic no.ſm cy.

Si margaritas. No.diſtinctꝭ.qs ali um rogauerit quia ꝑſumitur fieri pncipaľr ƺtemplatione rogãtis. Secũ do no.ꝙ in dubio ꝑſumit̃ ƺtract᷒ celebrat᷒ gr̃a vtriuſqȝ.

Permiſiſti. No.glo.que incipit.ſed hodie datur ꝛ huic gl.ad de ꝙ habuiſtis.no.ſ.de dolo.l.ſi cum tamẽ.

Si rem. Puta librũ. No.in ꝑtij huius.l. qḋ bidellus q negat ſibi libꝛuȝ tra ditum a ſcolare ad inſpiciẽduȝ cõmittit furtũ. Ideȝ ſi fa tetur a ſcolare traditum.ſed dicit ſe ꝑdidiſſe cũ habeat penes ſe hoc dic vt.ȷ.d furtis.l.inficiando.

Si quis. No.iſtuȝ.§.cum glo.ſup v̄bo victoꝛi ibi dicit ſup eum ꝛc.vide qḋ no.in.l. ſi oleũ.ſ.de dolo.

Apud labeonem. No.hũc tex.i pͥn.ꝛ no.ex hoc tex.qḋ ƺtractus innoiatus fit ꝑ dictionem ſi quḋ no.ꝛc.

Addi. Bal.

Apud labeonẽ. No.in.§.item quod tñ diu debet̃ mihi merces q̃diu ſit pfecta emptio.

Quotiens. Iſtam.l.declara vt i glo.ꝛ in quantũ glo.dicit d certi condictione videt̃ velle iſta glo.ꝙ ꝑ mutuo ñ habeat locum certi ꝯdictio ſpecialis cuius ƺtra.nõ.ſ.ſi cer.pe.in rubrica ꝛ ibi dixi in.l.certi.e.ti.ꝛ no.notabileȝ diſtinctionem.l.ſi tibi ſeruus. Secundo no.l.lucius maxime ibi ꝙ autem idebituȝ ꝛc. Tertio no.l.ſi ope ras. Quarto no.l.ſi tibi ꝛ facit ad id qḋ.no.ſ.ſi cer. pe. In glo.que incipit vel aliud ꝛc.

Addi. Bal.

Quotiens. In glo.ad euidẽtiam in ac.de dolo.l.nõ debet ſed dolo interueniẽte competit actio in factũ vt. ſ.de dolo.l.eleganter.§.idem labeo ſi compediũ.ꝛ vide e.ti.l.ſi qs affirmauerit.§.fi.ꝛ.l.cũ qs ꝛ.l.cũ qdaȝ cũ ſy. Certi condictio. Impꝛopꝛie loquit̃ dum dicit ꝙ i contractibus nominatis deficit actio qꝛ hoc eſt impoſſi

bile vt.ſ.ď pac.l.iurgeñ.in pꝛin. Niſi dicas ꝙ deficit
actio.i.ſpecialis.non anté generalis. Et ſm hoc iſta
gl.vult qď pꝛo matuo nō competat certi cōdictio ex mu
tuo ſȝ ſolum certi condictio generalis vt.ſ.ſi cer .pe .in
Ro.ꝛ.l.certi ꝯdi°i pn.ꝛ dic .vt ibi.Solét.y°ſubdiſtingue
qñ i dādo aut ex impleñto aduerſij aliqd adeſt adūſa
rio conuento aut nō.vt ibi dixi. In fi.glo.ꝛ conclu
de qď interdum actio oꝛitur ex delicto.interdum ex con
tractu.interduȝ oꝛitur ex diſpoſitióe legali. Si oꝛit᷑
ex delicto aut eſt actio nominata vt furti ꝛ iniuriaꝝ ꝛ
tūc ceſſat actio i factū ſubſidiaria qꝛ competit ei oꝛdina
ria.aut nō reſultat actio nominata.ꝛ tūc agitur actio in
factuȝ ut.ī.de fal.l.qui noíe.Si vo loqmur indiſpoſitio
ne ꝯbentiuȝ.ꝛ tūc refert inter ꝯtractus noiatos i qbus
oꝛitur actio noiata.ꝛ nō in fciū.ꝛ iter ꝯtractus innomia
tos ex qbus agitur pſcrip.v.p eum q ex pte ſua ipleuit
fall᷑.in facio ut des qď dic ut in.l.nālis.§.ꝙ ſi faciá. Si
aūt actio oꝛitur ex diſpoſitóe legali ꝛ ex noua.l. tūc hȝ
locum ꝯdictio ex.l.ut.l.i.ſ.de ꝯdic.ex.l.Si aūt nulla da
tur nec oꝛitur actio.ꝛ tñ equitas ſuadet ad ſimilitudinē
actionis rem in iudiciuȝ deduci.ꝛ tūc competit offīi iu
dici᷑.ſ.de mino.l.ꝙ ſi minoꝛ.§.fi. Ex ét pdictoſ caſ⁹
actio in factum cópetit in multis caſibus in iur expſſis
ut.ſ.e.l.q ſeruādaruȝ.C.de ſa.ſan.ec.l.ſancimus. ꝛ uide
addi.azo.ꝛ Ia.que incipit turbatus eſt quá ponit cy. in
addi.ꝛ latius nō.p eum.C.de reꝝ.pmu.l.ex placito ꝛ p
bar.lacius ꝛ diffuſius.C.de cōdi.ex l.l.iſta uide etiaȝ ꝙ
nō.inſti.de ac.§.actionuȝ ubi glo.ponit de quadruplici
ac.in factum.

De pignoꝛibus ꝛ ypothecis. Rica.

**Conuentio.** Nō.ex.§ in ſpéȝ ꝙ
dñium ſupueniēs debitoꝛi nō cō
firmat pignus creditoꝛi ſciēti ꝙ̄
tum ad actóem dādam ipi credi
toꝛi.ſecus ſi creditoꝛ fuiſſet igno
rans vt.ſ.de pignoꝛaticia actóe.l.in ré alienā. Ulti
mo in hoc.§.nō.glo.que incipit ibi nō trahitur q̄ optie
diſtinguit qualiter dñium ſupueniens debitoꝛi pignus
confirmat.

Addi.Bal.

Conuentio.Generalis ypotheca poꝛrigitur ad fu
tura.ſed ſpālis ypotheca in re aliena mero iur nō recō
ualeſcit ex ſupuenienti dñio niſi quo ad excipiēduȝ.h.d.
iſtud pn. Collige ex iſto pn.pmo diſtinc. ď ypotheca
gnāli a ſpāli.nam in gnāli veniūt futura vt. C. que res
pig.ob.poſ.l.fi.ergo dñium ſupueniens debitoꝛi pdeſt
creditoꝛi.ſed in ſpāli ypotheca certe rei ſubdiſtinguitur.
aut erat res debita obligāti.aut nō. pmo caſu ꝯfirmat᷑
pignus ex ſupuenienti dñio lȝ ex cā de pterito facit qď
nō.ſ.de pig.ac.reȝ alie. ſo caſu ſubdiſtinguit᷑ inter cre
ditoꝛé ignoꝛātem ꝛ recōciliatur pignus ꝛ ſciētem ꝛ non
recōſiliatur ad agendum.ſed ad excipiendum vt in tex.
Sed glo.ſubdiſtinguit in agēdo.aut ꝯ debitoꝛeȝ ꝛ re
cōciliatur ar.ī.e.l.fi.inter.§.ſi debitoꝛ aut ꝯ tertiuȝ ꝛ nō
recōciliatur vt ibi. Et nō.melioꝛeȝ glo.que ſit in iure
de recōciliatione ypothece rōne noui dñij ſupueniētis ď
bitoꝛi qño ergo glo.examinat Bar.ī.de vſu.l.cū iur p
dium ibi vide.ꝛ adde qď debeat pꝛobare agens ypothe
caria.ī.e.l.ꝛ q̄ nūdum ſunt.§.i.ꝛ.ī. ď pbatiō.l.aū oia.

**Cum predium.** In glo.q̄ incipit triēnij ibi.§.non mutat.Circa
iſtam glo.vide qď nō.in.l.uſuc.C.e.ꝛ in.l.i.ꝛ.ij.C. ſi ad⁹
ſus creditoꝛeȝ.In glo.ſup vbo pignoꝛ ibi.qꝛ eſt extīi cta
vr ergo velle iſta glo.ꝙ actio ypothecaria nō eſſet extin
cta lȝ pſonalis actio ſit extincta.ꝛ ꝙ pót cedi ypotheca
ria ſiue pſonali.ſed ꝯ.huius nō.in.l.vlti.C.de hereď.vel
actioñ ven.de qua.q.dic vt ibi p doc.ꝛ p dy.ī.ď fideiuſ.
.l.fideiuſſoꝛ.ꝛ obligari.in pn.ꝛ circa pncipalem.q.iſtius
glo.vide qď nō.C.e.l.vſucapio.vbi gl.ponit pmuȝ reme
medium hic poſitū.ꝛ ad rónem factam in ꝯꝛium gl.ibi
reſpōdet ut dr hic in fi.iſtius glo.ꝛc̄.

**Si ſuperatus.** Nō.hanc.l.cū glo. que incipit.ná tunc
ꝛc̄.ꝛ huic gl.adde qď nō.ſ.ď inoff.teſtó.l.pap.
.§.ſi ex cā i medio gl. ma.ꝛ qď nō.p Guil.in.l.ſuſpecta
eo.titu.Bal.

**Contrahit᷑.** Nō.ex hac.l. ꝙ irregulr̄ ſcrptura nō fit ad ſubſtā
tiam ꝯctus.ſed ut facilius p eaȝ pbatio fiat.fal
lit in caſibus qď dic vt in glo.Item fallit i emācipatóne
vt.l.emācipatóe.C.de fide inſtroꝛum. Item fallit in
adoptione ut.l.fi.C.de adop.ꝛ huic glo.adde qď nō.i ſū
ma.C.de emācipatóne l.i.i fi.Bal.

**Res ypothece.** Nō.tex.ibi ſiū dos in quo tex.nō .caſū
ꝙ maritus poteſt dare pignoꝛa p dote ꝯſeruā
da.ad idem.ī.de dote inter viꝝ.ꝛ vxo.l.ꝙ aūt.§. ſi ux.ꝛ
§.ſi tibi maritus ad idem.ī.q po.in pig.ha.l.i.qď nō.qa
glo.hanc.q.foꝛmat ꝛ nihil boni allegat in.l.i .C.ne fide
iuſſoꝛ do.detur ꝛc̄.Bal.

**Obligatione.** No.ex hac.l.ꝙ in gnā li obligatione nō veni
unt ea que quis ſpāliter nō eſſet obligaturus ꝛ
ea que ſunt in cottidiano vſu faciat quod uidebitis qui
in ſili.in.l.cum tabernam.ī.e.

**Si debitor.** Nō.iſtam.l.cū glo.ſa ibi ſed qd ſi dubitet᷑.Et circa
hanc glo.vide qď nō.ī.de ſaluia.interdicto. l.
vltima.ꝛ p aȝ.in ſūma.C.de ſaluia.interdicto ꝛc̄.

**Si is qui.§.ſi autem.** Nō. qď
miſſus in poſſeſſione ex pmo decreto nō rece
dit a poſſeſſione.niſi pꝛimo ſoluat᷑ ubi ſimile habet᷑ in.l.
is ꝯſequenti.ſ.familie hr.qď intellige vt ibi dixi. Se
cundo nō.in hoc.§.tex.cum glo.ſup veꝛbo habitando.
ꝙ habitando quis dicit᷑ fructus pcipere.ꝛ ideo ſi mutu
as certā quantitatem pecunie ſup quadam domo ꝛ ip
ſam habitas diceris fructum pcipere vt hic ꝛ p conſe
quens computabitur in ſoꝛté vt.l.i.ꝛ.ij.C.de pig. ac.ꝛc̄.

**Iura.** Nō.ex hoc.§.dr̄iam inter vrbanas ſerui tutes ꝛ ruſticas qꝛ vrbane ſeruitutes non
poſſunt obligari ruſtice vero ſic.Et circa iſtū.§.ꝛ ſe.l. vi
de qď nō.i.l.q filios.C.que res pi.ob.po.ꝛ i.l.que pdiū.
C.ſi res aliena.pi.da.ſit.ꝛ.inſti.de reꝝ diuiſione in pn.
In glo.que incipit talis diuiſio ꝛc̄.qď nō.

**Grege pignori.§.cū pig.**
Nō.ex hoc.§.ꝙ pignus dat᷑ pignoꝛi cōpetit
vtilis ypothecaria ſm glo.hic poſitā. Sed hoc ymo
eſt veꝝ.qꝛ in hoc caſu cōpetit creditoꝛi vtilis actio que
debitoꝛi competebat dirꝛecta vt.C.que res.pi.ob.po .l.
nomé. In glo.ſupeꝛ veꝛbo ſoluto ibi ne ſolueret ꝛc̄.
Nō.ex hac glo.foꝛmam denunciationis debet eniȝ
denunciare debitoꝛi ꝙ ſoluat ꝛ ꝙ ſufficiat debitoꝛi de
nunciare hoc modo videt᷑ caſus in.l.her.s cū debitoꝛ i

fi.ij.ad treb.ſ; hoc eſt falſu;.q; ꝯ.l nomē hic in gl. alle. ibi dū dicit certior de obligatōe factus ⁊c̄.⁊ ſic p; ꝙ d̄ bitē ⁊ d; reddi certuſ quare nō ſolnat.⁊ ꝓ hac opi.facit optime.l.ſi qs inficiatus.ſ̄.de po.ex̄ de ele.c.cā; in cle.

Nō ob.hec glo.⁊ dicta.l.hr̄s.q; deberet itelligi d̄bitor de cauſa cerciorato ⁊c̄. Bal.

**Si cum defenſore.** Nō.ex hoc.§. ꝙ ſciendū hec iura poterat agi ſil'ꝯ ꝑncipalem ⁊ fideiuſſorē.⁊ aduerte q; poterat cū vtroq; ſimul agi.ſ.ꝓ parte ēt hic dic tex. nō aūt inſolidū ꝯ vtrūq; ſimul vt.l.i.C.de fideiuſſor. tu. hodie v̄o nō poſſet agi ꝯ vtrūq; ēt pro pte. ſed opponatur exceptio cū hodie d; fieri ꝑus diſcuſſio ꝯ ꝑncipalē ꝗ̄ ad fideiuſ.veniat' vt in au c̄ de iuſ.§.i.poita.C.d̄ fideiuſſ.aūt pn̄te. Et ex eo ꝙ iſte tex.dicit ꝙ agitur ꝯ ꝑncipale;⁊ ꝯ fideiuſſorē ſimul vr̄ velle iſte tex.ꝙ ꝯ fideiuſ. ꝯctus nō fiat executio ſnīe late ꝯ ꝑncipalem de qua.q. ꝑ glo.in.l.fi.C.de vſuris rei iudi.⁊ ibi ꝑ doc.⁊ in.l.i.ij.iudica.ſol. Bal.

**Si ſub.condictione.** Nō.ex h̄.§. ꝙ l; agēs añ condictionem exiſtentem.

In qbus cauſis pignus vel ypotheca tacite ꝯhitur.

**Eo iure.** Circa iſta;.l. q̄ro de duobus ꝑmo que eſt rō d̄rie ꝙ iniecta ⁊ illata in ꝑdium vrbanu; ſunt tacite obligata ēt dño ignorāte. S; iniecta ⁊ illata i ꝑdium ruſticum nō ſūt tacite obligata dic vt no.per glo.C.locat.l. certi iur̄ ⁊ inſti.de act.§.ite; ſeruiana. Secūdo an iſta tacita ypotheca i iniectis ⁊ illatis hēat locū ſiue ſit pciariuſ colonus ſiue nūmis collat dic vt no.in dcō.§.ſeruiana ⁊c̄.

**Pomponius.** Al'.l.ſi gratuita; no.§. ſi qs fideiubeat ⁊ vide circa hūc.§.⁊ eius glo.l.fundū cū ſua glo.ſ̄.ꝙ iuſſu hic all'.quod no.C.e.ti.l.quid cum ſimilibus Bal.

**Licet in ꝑdiis.** No.tex.nōb le; ꝙ aliud eſt pinde haberi ac ſi ſpāl'r eſſet obligatum ⁊ aliud ē ſpal'r obligatu; eſſe tex.ē hic quō tene mēti facit ꝓ hoc.l. mortis appellatōe.j.de v̄.ſig.facit.l.ſi maritus la.ij ſ̄.d̄ adl'.

**Eſt differētia.** No.iſtā.l.ꝙ l; ſerui.iducti dicantur tacite obligati pro penſiōe.tñ poſſunt manumitti vt hic.⁊.l.l; ſ̄.e.qō ē ve; niſi ſint ia; iclaſi ꝑ locatorē.⁊ ꝓ penſione qō fieri pōt vt cū dñi horreo;.ſ̄.locati.nā tunc manumitti nō poſſūt tex.ē hic notabil'.⁊ mēti tenēdus.

Que res obligari poſſunt. Ruci

**Pupillus.§.ſi fi.** No.ex hoc tex.ꝙ in ꝯceſſione libere adminiſtratōnis non venit dōatio ꝯcordātie ſunt in gl.h̄ poſita ꝙ no.⁊ tene diligēter mēti.

**Si alius.** No.iſta;.l.ſi alius maxie in fi.in quātum dicit ꝙ ſi aliqs obligat re; pro filioſa.pecunia; mutuo accipiente contra ſenatuſconſultū macedonianu; ei ſuccurritur vt hic quod notat. Baldus.

**Oriſſo.** No.ex hac.l.in.v̄.ſi deniq; no. iſtū.§.quia notabil' eſt.⁊ no.eius glo.i v̄.ex pſona ex qua habes qñ ſit ve; ꝙ ſi ſuus ſuccedat i locum dñi cū qua glo.ꝑ oia ꝯcordat qō no.C.de his qui i po.cre.lo.l.i.⁊ ad id quō dicitur i fi.iſtius.l. ibi ſepe enim ⁊c̄.vide quod no.per dy.in.c. poteſt quis pro alio extra de regulis iuris libro ſexto. Baldus.

Qui potiores in pignoribus habeantur ⁊ de his q priorum predictorum loco ſuccedunt. Rica.

**Qui dotem.** Nota ex hoc nōbili tex.notabilem diſtinctionem. q; ſi quide; implementu; ꝯctus ſeqtur ex neceſſitate d; inſpici dies celebrati ꝯctus.Si vero iplementu; ꝯctus ſequitur ex voluntate tunc debet inſpici dies non celebrati ꝯctus ⁊ de primo membro ſequitur hec lex vſq; ad ver.aliam ibi non te. deſero de quo loquitur.l.ticius ſupra titulo primo. Baldus.

**Qui generaliter.** No.caſum iſtiuſ.l.nota etiam ꝑncipium.l.creditor.quod eſt nota.⁊ no.etiam.§.cum ex cauſa ibi niſi forte prior ⁊c̄.iſte tex.videtur velle quod prior creditor poteſt offerre vide per glo.C.e.l.i.⁊ infra eodem.l.potior§.finali. Baldus.

**Poſt diuiſionem.** No.ex h̄.§.duo ꝑmo ꝙ ius reale qō habeo in pte vnius rei.⁊ pro indiuiſo non reſidet i pte que illi obuenit ex diuiſione.Sed talis obligatio reſpic̄ totu; fundum ⁊ pro indiuiſo.Idem videbitis j.ti.ij.l.fi. Secus eſt in obligatione pſonali vt.l.iulianus.§.idem celſus.ſ̄.de act.empt'. Secūdo no.tex.ibi pignus ⁊c̄. no.ꝙ eo ipſo ꝙ do tibi poteſtatem vendendi rem meā videor ipſam obligare.⁊ iſtum textum allegat.Jaco.de are.in.l.ac curatoris ifra de dam.infe.ſuꝑ quadā gl.⁊c̄.

**Idemq; eſt.** No.glo.notabile;.⁊ mēti tenendam q̄ dat intellectum glo.l.ſi vt proponas.C.de rei ven.⁊ vide qō no.i.l.ſi tu dic hic all'.⁊ ꝓbatur ēt i.l.curator hic ēt all'.⁊ ꝓ itellectu oium vide qō tangit' ꝑ gl.i. l.filio.ifra d̄ ſolut.⁊ quod no.Ja. de are.in.l.ij. ifra quādo ex fcō tu.

**Si tibi.** No.ex hoc.§.i.caſu; iſtius.§.in ſe.Secūdo nota quod res empta ex pecunia pignorata nō eſt pignori obligata.Sed querit glo. vtrū iſte.§.habeat locum etiam ſi diuerſis temporibus fuerint facte iſte obligationes.⁊ glo.hic vr̄ velle qō ſic idē ſiue fiant ſimul ſiue fiant ſepati; iſte obligatōes d̄ qua.q.vide ꝑ glo.in.l.ſi is qui.ifra d̄ iur̄ fiſci.S; Ja.d̄ are.hanc queſtionem diſputauit quam queſtione; refert cy.in.l.licet.C.eo.Sed veritas eſt qō ſi obligatio ſit facta diuerſis temporibus prefertur primus vt.l.hac edictali §.omnibus.C.de ſis nupt.C.e.l.ij.C.de iure do.l.in rebus infra eodem.l.fi.ſecundum vnu; intellectu;. Bal.

**Si pignus.** Nota iſtam glo.que videt' velle quod ciuitas habeat tacitam ypothecam in bonis ꝯtrahent.ſecum quod poſſit habere locum in bonis ſui adminiſtratoris vt no.C.e.l.ij.C.de iure do.l.in rebus de iure rei publi.l.ij.li.xi.no.infra de priuileg.credi.l.antioceſſium ⁊.l.ij.C.in quibus cau.pi.ca.contrahitur. Baldus.

**Qui balneum.** No. quod exiſtentia condictionis caſualis

trabitur retro hoc ē verum niſi talis ꝯdictionis oppoſi
tio dependeret a pſona apponēte vt i.c.a te ex̄ de reſc.
li.vi.ad tēpus celebrati ꝯctus.ſecuſ in ꝑtātius vt hic ⁊.l.
potior.j.e.facit quod hab iſtis.ſ.e.l.i.l.neceſſario.§.ꝙ
ſi pēdente de piculo ⁊ ꝯmo.rei vē. Secūdo no.ver.que
nōdum gcꝙ̄ ⁊c̄. Naz hic vr̄ tex.expſſus ꝙ penſio debe
at ſolui in fi.anni de quo.C.loca.l.edē.§.ad idē.l.ſi edeſ
§.ſed cum in annum ſupra locati. Baldus.

**Ticia ꝓdiū.** Ita demū obligatur pignuſ ſe
cūdo creditori facta abſolutōe
a primo ſi eo caſu quo ſoluitur reperit̄ i bonis debitor̄.

**Potior ē.** No.tex.ad id qđ habuiſtis.ſ.
e.g balneuz ⁊ no.tex.ibi cuz ſe
melleniz cōdictio ⁊c̄. Sed q̄ro gd i ſnia.an
ꝯdictio exiſtens trahatur retro vide ex̄ de appell.c.pre
terea ⁊ ibi ꝑ Inno.lxiij.di.c.ſolitarie ⁊.ij.q.vi.c. biduuz
facit quod no.in.l.obligationum ferre.§.condictio iſra
de actio.⁊ obligat̄. Baldus.

**Si paratus.** Not.hunc text. cum glo. ad
idez.C.e.l.i.facit optime tex.
in.l.creditor.§.primo ſupra eodem. Baldus.

**Creditor q.** No.§.ſi tectum.⁊ q2 inſ̄
cōſultus queſtioni nō r̄ñ
det glo.q̄rit gd in dubio ⁊ dicit ꝙ i dubio vid̄
tur remittere.ſed ꝯrium no.in.l.paulus hic alle. Sz hu
ic glo.ꝯcor.C.de rem.ſſ.pi.l.ij.dic vt ibi ꝑ cy. Baldus.

**Si prior.** No.tex.i fi.iſtius.l.cuz gl.ſua
ſup v̄bo reſtituatur. Sz adde
quod no.in.l.i.in glo.fi.infra de diſtrac.pigno.

**A ticio.** No.caſum notabilem.⁊ menti tenēdū
q2 cōiter contra reum r̄ñdetur. Bald᷒.

**Etiam ſuperfi.** No.iſtam. l.cum
qua concor.l.vecti
gall.ſupra de pigno.

**Claudius felix.** Rex iudicata ꝯ
vnuz creditorez
alij nō preiudicat: nec prodeſt. Item ꝑ ſen
tentiam abſolutoriaz vnus creditor alij nō ſuccedit. h.
d. No.hic quod dixi i ſūmario. Secūdo no.ꝙ nō
ſequitur ſi vinco vincētem te.ergo vinco te.de quo dic
ꝑ doc.in aūt.lz.ſ.de naturalibus liberis.aduocare ꝑm᷒
ibi lit̄ extimat̄. Iſtud ē vez.⁊ hāc ſolut̄.tenent doc.⁊ hic
deberet iūgi.v̄.vel dic ꝙ nō eſt in v̄ſiculo vbi ponit̄ alia
ſolutio.ſed ꝑma verior ibi.l.paulus iunge.ver.in mulie
re vbi eſt finis glo.vbi ponitur alia reſponſio. Bal.

**Lucius ticius.** No.caſum iquan
tuz dicit de vſuris
currētib᷒ poſtquā ſecūdus creditor mutuauit.

**Mulier in dotem.** Not.ex hac.l.
ꝙ omnis poſ
ſeſſor poteſt ſoluere pecuniaz creditori ⁊ pete
re ꝙ actionem ſibi cedat hoc vult in iſta. l. Bal.

**Ticius ſeve.** Si ſunt duo creditores
pares priuilegij etiam
poſtea queſitis ille prefertur qui prior eſt in tē
pore hoc dicit iſta lex. Baldus.

De diſtractione pignorum.⁊ ypothecaruz. Rica.

**Creditor.** no.hanc.l. ⁊ vide
quod no.in.l.ij.j.
de ſeruo pignor̄.da ma.⁊ in.l. ſi is j.
de furtis. In glo.fi. no.glo. no.⁊
vide qđ no.ſ.ti.i.l.ſi prius.in glo.ꝑ ua

In glo.in fi.in ſubſidium ⁊c̄.no.notabilem glo.⁊ mē
ti tenendam quod ſicut quando quis vendit meam rem
nomine ſuo ego poſſum agere ad precium in ſubſidiuz
rem perempta vel preſcripta vt.l.mater.C.de rei vēdi
tione. Ita poſſum agere ad precium in ſubſidiuz re per
empta vel preſcripta quādo quis vēdit mihi re pignori
obligatam ita tenet iſta glo.notabilis hic ad quod facit
quod no.infra que infraudem creditor̄.l.qui a debitore
⁊ ſic patet ꝙ.l.videtur ⁊ ſimiles nō ſolum habent locū
in vendente rem alienam ſed in vendente rez obligatā

**Fideiuſſor.** nota ꝙ ceſſio poteſt fieri
officio iudicis. Secūdo
nota.tex.in fi.nam huiuſmodi venditio ⁊c̄. nā
iſta ceſſio dicitur quedam ſimulata venditio ⁊c̄. vt no.
in.l.cum is ⁊.l.ſi dubitetur infra de fideiuſſo. Alti
mo circa iſtum verſi.vide quod no.glo in.l.i. C.đ dolo.
in glo.que incipit eſt ergo. Baldus.

**Si creditor.** In glo.ibi ſi heres iſta ē
vera lec.⁊ ita reperitur i
libro pandectarum ⁊ ſm iſtam veram lect.no.
tex.no.⁊ menti tenendum ꝙ pactum de nō vendendo
rē mihi obligataz impedit venditionem. not. ex hoc
§.ꝙ viciato expſſo nō viciat̄ tacituz quando non eſt ea
dem ratio de quo ꝑ cy.in auc̄.ingreſſi.C.de ſacro ſanc.
eccle.in illa queſtione qua queritur vtrum viciato igreſ
ſu vicietur obligatio bonorum. Secūdo no.hic caſū
ſecundum vnam lecturam poſitam.in glo.magna nam
ex hoc textu habes quod remiſſio debiti vltra quingen
tos aureos eget inſinuatione ⁊ ideo ſi ex forma ſtatuti
in donationibus a certa quantitate ſupra debet inſinua
ri ſtatutum illud vendicabit ſibi locuz indebiti remiſſio
ne ut debeat inſinuari de quo per glo. in.l. ſi quis obli
gat̄.de regulis iuris tetigi ſecundum Guil.de cu.in.l. ſi
mulier ſupra de condictio.ob cauſam. Baldus.

De edi.edic.⁊ redibitoria actōe ⁊ quāto minor̄. Ric.

**Labeo ſcripſit.**
Non ſūmatur quia edictum con
tinet ⁊c̄. In glo.prima ibi dā
tur ⁊c̄.idem dicit glo. de uerbo
ad uerbum infra in gl.iij.⁊ ideo
una iſtarum gloſarum eſt ſuperuacua. Baldus.

**Cauſa.** nota iſtum.§.qui ponit que fuit cauſa i
uentionis huius edicti uz ne emptor ꝓp
caliditatem uenditoris.uel propter ignorantiaz empto
ris decipiatur ⁊ ideo iſtud edictum uult ꝙ ſi ſigna rei uē
dite adeo ſunt manifeſta ꝙ ex ipſis ſignis poſſet appa
rere morbus ipſi emptori quod non habet locum redi
b tio ut pz infra in.v̄.ſi intelligatur ſupra facit de actio.
emptio.l.i. in fi.facit ⁊ quod no.oy.in.c.cum qui certum
extra de regu.iur̄.libro ſexto quod no.⁊ tene bene mēti.

**Exempli itaqz.** no.ex hoc tex.ꝙ edictuz
edilium carrilium quod
loquitur de rebus uenditis redimendis propter morbū
uel uicium habet locum in uicio corporali non in uicio
animi niſi uicium animi contingerit propter uicium cor
porale.ſed alio remedio emptori ſuccurritur ut hic ⁊ ifra
eo.l.ob que uicia in prin.⁊.§.i.ij.⁊.iij.⁊.§.in ſumma ⁊ eo
dem modo habet locum redibitio ſi fuerit mixtum uici
um animi ⁊ corporis. Secundo nota.in fine iſtius ſi
mul ut dicta.l.ob.que uicia.v̄.ſin autem corporis. Se
cundo nota.in fine iſtius legis quod eſſe nimium timi

dum dicitur eſſe vicium animi quod nota. Baldus.

**Sed ⁊ ſi vicium.** Nō.tex. notabilez iſtius.§.naz vos ſcitis ꝙ ex ſermonibus preſumitur vtrum qs ſit ſane mētis vel nō vt.l.is qui.§.diu⁹.ĵ.de tu.⁊ cu.da.ab his.ĵ.ð ꝯdi.inſti.l.quidam habetis.in tex.⁊ glo.lxxxxij.di.c.legibus modo habetis hic tex.nō.q docet formare articulū ad ꝓbandum quez ex ſermonibus nō eſſe ſane mentis. Nam ille qui hoc probat dz articulare ꝙ talis deridēdo loquebatur per vices ea que deridēda erant ſeu ea que digna erant deriſionis vt hoc tex.dum dicit vel qu per vices more.inſanoꝝ ⁊c̄.quod nō.Baldus.

**Idem offilius.** Nō.ex principio iſtius.l.ꝙ digitus nō eſt mēbrum.naz vides hic ꝙ digitus ⁊ mēbruz ponūtur vt ſpēs ſeparate.dicit eniz ſi hoīs digitus ſit abciſus mēbri ne ⁊c̄.naz copula ⁊ ſeu ne hz copulare diuerſa vt nō.in rubrica.ĵ.de iur̄ ⁊ fac. igno. ⁊ ſic puta ꝙ digitus nō eſt mēbruz ut hic licet tamē nō ſit mēbruz eſt tñ officiuz mēbri quod videbitis nō.in.l.nō ſunt liberi.ō.de ſta.ho.quod tene menti pro ſtatutis loquētibus de mēbris abciſis vel ob tricatis.

**Quod ſi fugitiuus.** Nō ſummatur qꝛ clara eſt.Baldus.

**Apud labeonem.** Nota tex.ibi qui id facit qð publice facere licere arbitratur.naz iſte tex.facit ad.q.ꝙ ſi dicit ſtatutum ꝙ homicida poſſit impune offendi ⁊ occidi ⁊ aliquis occidat.ex bannitum.non legitime ex bānituz tamen venientem in forma publici ex bāniti. talis occidens excuſatur ⁊ hoc tex.qꝛ facit illud quod publice facere arbitratur vt hic quā queſtionē ponit dy.ĵ.ð adulṫ.l.pe.⁊ ibi tenet per hunc tex.ꝙ ſi ignorabat publice ex bānitum non eſſe excuſatur vt hic.ſi vero ſciuit punitur vt dicta.l.pe.allegat etiam dy.ꝓ hac opione.l. de etate §.ex cā.ō.de interrogaṫ.acṫ.de ven.inſpi.l.i.§. certum. Sz aduerte ꝙ ſciens ſine dubio tenetur vt dcā.l.pe. ignorās v̂o quāuiſ excuſetur a dolo.tñ nō excuſatur a cl̄pa fuit eniz culpa ex eo.qꝛ nō fecit videri.an eēt legitie ex bānitus merito de culpa dz puniri vt.ĵ.vi bo.rap.l.ij. §.actione.ĵ.de ſuc.l.lege coꝛ.l.reſpiciēduz.§.delinq̄runt ĵ.de penis. Secūdo nō.tex.cum glo.i.§.idem celius ibi multoqz magis ⁊c̄.cum glo.ſua ſup v̂.adduci. Nam iſtaz glo.allegat cy.ꝙ qs nō pōt adduci ð loco alieno ad alienū alterius ⁊ ꝑ ꝯñs in territorio alieno quis capi nō pōt ⁊ ſi capit̄ debet ꝑſtine libertati relinqui ita allegat cy.hūc tex.cuz glo.in qōne quaz diſputauit.ſecus q̄ incipit rector ciuitas ſenaꝝ ⁊ ꝙ qs i territorio aliēo capi nō poſſit vr̄ caſus i.c.ex pte.e.l.i.cx̄ de v̂.ſig.

**Apud celſum.** Iſte.§.allegat̄ ꝙ oēs illi q habitāt ſub eadez clauī dicant̄ eſſe ſub eadē familia.Bal.

**Quod aiunt.** Nō.tex.ibi q noxas ⁊c̄. qð ex publicis iudicijs nō poteſt agi noxal̄r qð nō.pro mā.l.i.ĵ.de penis ⁊ ꝑ hūc tex. nō vr̄ bene loq glo.quā hūiſtis.ō.e.l.ſi ex nox.cā agat̄.l.pe.

**Si quis talis.** Iſte tex.ibi l̄ ſub pena vinculoꝛuz ⁊c̄.facit ad.q. vtrū i vinculario ſit de mero iperio ⁊ videtur ꝙ nō qꝛ ſi eſſet de mero iperio nō ꝯpeteret ex ptāte priuati.⁊ tamē habetis hic in tex.ꝙ competit de qua queſtiōe ꝑ Guil. de cu.in.l.iperiuz.ō.de iur. oīuz iudi.⁊ ibi dixi nō.

**Si qs uendi.** Nō.ex hac.l.ꝙ ſi aliqs vendidit ſeruuz ⁊ dixit ipm̄ habere aliquaz virtutez deſcendendo ad ſpēm debet itelligi ð bono ⁊ equo videlz aſſumpto quodaz tēperamēto ad idē.ĵ.l.ꝓx.§.illud ſciēdum. Secūdo nō.in.v̂.illud ſciēdum ꝙ eſſe coquū ⁊ eſſe artificē qð nō.ꝓ ſtatutis loquētibus ð artificibus ꝙ appellatōe artificum coquus ꝯtineatur qð nō.Bal.

**Sciendum eſt.** Nō.ex hac. l.ꝙ ſi venditor ꝯmendat rem i genere nō obligatur ad idez.ō.de cōtrahen.emp.l.ea que ꝯmodandi. Secūdo nō.in.§.dictum in quo differt dictū a cōpromiſſo. Tertio nō.in.v̂.illud ſciendū tex.ibi dū dicit ſufficit tales eſſe quales dic ⁊c̄.facit.ō.e.l.ſi quod venditor ⁊c̄.Bal.

**Policentur.** Nō.tex.ibi emptorez accipere debemus.⁊ ꝑ hoc dicit.l. ꝙ quādo in cōtractu aliquo fit mētio ꝓcij in dubio intelligitur eſſe emptio ⁊ venditio vt.l.i.circa mediuz. C.de predijs cur̄.lib.x.Bal.

**Cum autem.** In hac glo.ponitur qd dz preſtare emptor uenditori q ēptor redibet rem emptaz ⁊ h ſit loco ſumarij.Baldus.

**Excipit̄ ēt.** Nō.ex hac.l. ꝙ capitalis pena ſimpl̄r ꝓlata refertur etiam ad penā decapitatōis ð q° qd iur̄ ſit nō.ꝑ gl.C.ð ſacra.pa.

**Cum redibetur.** Nota hunc. §. ⁊ facit ad materiā l.āt vbi ⁊.l.vtraqz.ō.de petiṫ.hr̄.⁊ qð ibi nō. ⁊ ad materiam.l.cum ſolū ⁊.l.quotiens.ĵ.de iur̄.do.⁊ ad materiā l.ꝓtor.§.⁊ qð de fructibus.ĵ.de bo.auc.i poſſ.

**Familie ap.** Nō.iſtuz.§.familie cū hoc.§. ꝯcor.qð habes i.l.i. §.familie ĵ.de publicanis. Secūdo nō.iſtū.§.procul.ꝓp id qð habuiſtis nō.in.l.ſi procurator.ĵ.de doli.excepṫ.nā preallegata glo.loquit̄ qñ ꝓcur̄.habet liberam. Sed hic tex. videtur loqui etiam in hñte generale mandatū ⁊ ſic videtur contradr̄e.illi glo.⁊ ideo Riz.malū.exponit hunc tex.ꝓcurator̄.ſi hñtis liberam ne contradicat dicta gl. ⁊ dictum dy.hic non ſunt alia.

**Item ſciendum.** In his q̄ occurrūt poſt liṫ. cōṫ.iudicis officiū eſt multum poſtea vero que ante litē conteſtatā ꝯtingunt debēt nomiatiz in libello poni.⁊ peti. Nō. hunc.§.⁊ pro declaratione iſtius.§.vide qð nō.ſpec.i ti. i.de expenſ.§.iuxta.v̂.ſi ante litem ⁊.v̂.in ſuma ⁊.e. ti. §.nunc dicēduz.v̂.hoc quoqz nō.eſt.

**Debet āt.** Nota hanc.l.debet in .v̂ .ſz ⁊ ſi qd emptionis cum glo. ſuper verbo eſt rogatum qꝛ ponit caſum notabilem hic non ſunt alia.

**Si plures.** Si plures hr̄des ſūt heredes ēptoris nō hz locū redibitio niſi fiat oīum cohereduz cōſenſu.h.d. No.hūc.§. ⁊ idē tex.ē hic.ĵ.e.l.§.pōp.v̂.hoc aūt ⁊ hij tex.faciūt ad.l.pluribus ⁊.l.nō tñ.ō.de procūr.Bal.

**Pomponius.** No.tex.in.v̂.hoc āt ad id qð vidiſtis.ō.e.l.§.ſi pl̄eſ.

**Si uenditori.** Non ſūmatur qꝛ breuis ſed nota notabilem glo. que incipit cur.ſecus ⁊c̄.Bal.

**Culpā omnē.** No.iſtū.§.⁊ ſequētez ⁊ no. gl.que incipit hoc ē optimū

arg ad duo notabilia q̃ glo.ponit ⁊ circa ſm notabilem uide qͦ no.glo.in.l.indignuꝫ hic alle.in.l.ab hoſtibuſ.§. ſi vir.j̃.ſo.ma.Bal.

**Q.ui aſſidua.** Nõ.in hoc.§.ꝙ de dupla dꝫ promitti ſm moreꝫ ⁊ conſuetudinẽ loci ad idẽ.j̃.de euictj.l.ſi fundus facit. l.ij.⁊.l.emptori.eo.ti.Baldus.

**qui mancipia.** Nõ.tex.ibi pſumptuꝫ ⁊ ẽ eniꝫ ⁊c̃.cũ hoc tex. cõcor. qͦ hẽs i aũt.ut iudi.circa finem colla.ij.

**Si qd ita.** Nõ.notabileꝫ diſtinctiõem iſtius tex.qñ qs emit rẽ vt ſi ſibi nõ placebit poſſit reddere.j̃.q̃tum tp̃s poſſit dicẽ ꝙ ſibi ñ placebit.⁊ vides hic ꝙ ſi nõ eſt tp̃s appoſituꝫ põt dicere ꝙ ſibi nõ placet.j̃.xl.dies tm̃ poſt aũt nõ niſi cã cognita ei ſuccurratur quod nõ.⁊ hũc tex.alleg.glo.ad hoc.ſ. ď reſcin. ven.l.ſi cõuenit.C.de edil.actj.l.p.ex̃ de pignoꝛ.c. illos nos. Secũdo nõ.tex.notabilem i.v̇.i cauſe auteꝫ cognitõe ibi duꝫ dicit.aut moꝛa fuerit ⁊c̃. Nam hic videtur tex.ꝙ arbitramẽtum nõ poſſit fieri parte abñte ad idem.j̃.de v̇bo.ob.l.ſi qs arbitratu.⁊ ibi de hoc p doct. ⁊ p cy.de ꝯhen.emp.l.fi.Bal.

**Itaqꝫ ſicut.** Nõ.l.iſtaꝫ ⁊.l.ſe.qa ex his legibus habes quãdo ſi veruꝫ ꝙ pro his que acceſſoꝛie veniunt in venditõe venditoꝛ dꝫ cauere de vicijs ⁊ moꝛbis.

**Cum eiuſdem.** Nõ.diſtinctõeꝫ iſtius.l. ⁊.l.ſeq.⁊.l. ſi plura.naꝫ ex iſtis legibus hẽs ꝙ pluralitas ꝯſtipcij facit plures eſſe ꝯctus qͦ nõ.pꝛo ſtatutis dicẽtibus ꝙ.pꝛo quolibꝫ ꝯctu dꝫ ſolui certa gabella.⁊ aliqs vẽdat plures res.⁊ p qualibet re ꝯſtituit certuꝫ pcium ⁊ ꝙ debeant ſolui plures gabelle quaſi ſint plures ꝯctus ⁊ ſic̃ illõ ꝙ dr̃ in.l.ſcire debemus cũ ſy.j̃.ď v̇.ob.quot ſũt res tot ſũt ſtipulatões hꝫ locuꝫ i alijs ꝯcibus vt vides hic i emptõe.⁊ venditj.vbi ꝙ igitur res tot ſũt ꝯctus ſi res ñ vendãtur vl̃r vno pcio.ſed diuerſis pcijs. Ultio nõ. glo.hic poſitaꝫ q̃ hãc.l.⁊ alias ſimiles reducit ad diſtinctõem ⁊ eaꝫ tene menti.Bal.

p

**Percipiũt.** Nõ.in hac. l.tex. ibi pſumptuꝫ ẽ ⁊c̃.ſed nõ ſũmatur qꝛ breuis eſt.Bal.

**Ediles ãt.** In hac.l.ediles nõ.glo.ma. q̃ declarat qñ eſt veꝝ ꝙ pp oꝛnamẽta nõ tradita redibeãtur pncipaliſ ⁊ ſic pp acceſſoꝛia redibeatur pncipale.Bal.

**Si iumenta.** Circa iſtuꝫ.§.vide nõ.ſ.e.l. cũ eiuſdẽ i glo.mag.i.§. que ſitũ nõ.diſtinctõem iſtius.glo.q̃ facit differẽtiaꝫ vtrũ nulla trãſiungi nõ poſſit ex accidẽti vel a nã.Bal.

b

**Hij enim non.** Sũmatur qꝛ ꝯtinetur cum.l.edilis.⁊ eiuſ.§. cuꝫ.l.edil.nõ tm̃.ſ.e.Baldus.

**Deinde autem.** Nõ.ex hoc.§.cũ duabus legibus ſe.qual̃r puniatur ille qui tenet animalia que nocent alteri in locis in quibus vulgo iter ſit . quod nota. ⁊ tene menti.

**Bouem.** Nõ ſũmatur qꝛ breuis.nota.§. ſi qs ſeruum pꝛo materia.l. ac. vbi ⁊.l.utꝝ ſ.de petitj.hꝛ̃ditatj.facit quod vidiſtis.ſ.e.l.cum autem §.cum redibetur.Baldus.

**Aliqñ.** Nõ.hunc.§.in quo habes caſtra ꝙ licet agatur quanto minoꝛ.tm̃ redibetuꝛ res ⁊ p hoc dicit.Gai.de cu.i.l.qd ergo.§.pena grauioꝛ .§.ſꝫ ſi in cã.ſ.de his q.no.infa.ꝙ ibi fuit actũ de furto manifeſto ꝙ fuit ꝓbatuꝫ furtũ nõ manifeſtũ.⁊ tm̃ condemnatuꝛ ex eadẽ inſtancia ⁊ hunc intellectũ dat illi.§.p hunc tex.nam vides hic ꝙ licet fuerit actũ quanto minoꝛ.ꝓt ferꝛi ſnĩa.ꝙ res redibeatuꝛ.⁊ p hoc dicit ipſe ꝙ ſi aliqs accuſatur de pcuſione cũ ſanguine vel cũ armis ⁊ ꝓbatur pcuſſio ſine ſanguine vel ſine armis ꝙ de ſimplici pcuſſione põt ſequi cõdemnatio ex eadẽ inſtantia ď qua dic.vt ibi dixi.Sed tamẽ aduerte qꝛ iſte tex .adhoc modicum facit.qꝛ hec redibitio continet̃ ſub natura actionis pꝛopoſite.Si ergo ago.quanto minoꝛis ex virtute iſtius actiõis ſequitur redibitio ratio qꝛ ſi res q̃ redibetur nullius ptij eſt illud qͦ nihil eſt minus vt vidiſtj.i.l. illud.§.minus.ſ.de tributoꝛia.⁊ ideo ſi ex nihilo eram empturus ex natura actionis ꝓpoſite ſequit̃ redibitio vt hic ⁊ hanc rõnẽ videtur tangere gl.hic ſup.v̇. officio.

**Si ſub ꝯdi.** Nõ.iſtum.§.⁊ circa ipſuꝫ vide qͦ dixi in.l.pecuniam.ſ. ſi certe.quod nõ. Bal.

**Iuſtiſſime.** Iſtam.l.declara vt nõ. hic i gl.ſup v̇bo minoꝛ.

**Et hominem.** Nõ.hanc .l .⁊ glo .⁊ pꝛecipue in duabus partibus pꝛimo i eo qͦ querit que ſit ratio diuerſitatis inter manumiſſionem ⁊ moꝛtem. Secundo i eo qͦ q̃rit qd iuris ſit qñ moꝛs ꝯtingit ex volũtate.

**Si qͣ ſuũ.** Nota tex.ibi multo enim amplius ⁊c̃ ⁊ circa iſtũ tex.vide ad qͦ allegat glo.hunc tex.inſtitj.de reꝝ diuiſione.§.pactionũ.

c

**Cum mancipiũ.** In hac.l. hẽs vnaꝫ glo.mag. que optime declarat omnes caſus iſtius.l. aliquos addendo. Secundo nõ.tex.in fi.l.cum glo. ſi ſecus ſi pꝛocuratoꝛ ex quo nõ.effectuꝫ vtilis actionis ⁊ directe.nam vides hic aliquam exceptõem poſſe obici alicui que non poteſt obici alij.⁊ cum hoc tex.⁊ glo.no. gl. no.ponendo alium effectum actionis vtilis ⁊ directe vt no.in.l.quotiens.j̃.de adminiſtra.tuto. de qua materia actionis v̇tilis ⁊ directe tetigi dy.in.c. pꝛo poſſeſſoꝛe ex̃ de reg.iuꝛ.li.vi.qͦ no.Baldus.

c

**Cum ſex menſes.** No. gl. que incipit loquitur hec lex.quam no. ſed nõ ſũmatur quia clara eſt ſed no.dictam glo.Bal.

**Seruum dupla.** No.hunc tex. ꝙ cõfeſſio facta extra iudicium etiam parte abſente facit iudicium de quo no.in .l.capite quinto.j̃.de adulte.vidiſtis in.l.ictus fuſtiuꝫ.ſ. de his qui no.infa.Baldus.

**Ad res dona.** Pꝛo rebus donatis ⁊ locatis non habet locuꝫ redibitoꝛia rationibus hic inſertis hoc dicit cum.l.ſe.qͦ no.In glo.vlt.ibi reſpondeo non de hoc dic vt habes in tex.⁊ glo.in.l.ariſto.j̃.de donatj.l.i.C.ď iuꝛ dotj.de euictj.l.i.

**Sciendũ.** Ex hac.l.nota duplicem rationem quaꝫ reddit iuꝛ conſultus quare in locatis non habet locum redibitoꝛia ſicut in venditis ⁊ no.tex.in fi.duꝫ dicit quia ſimpliciteꝛ locationes ⁊ venditiones fiunt qͦ tene menti pꝛopter id qͦ habuiſtis in.l.conuenit.ſ.de contrahenda empti.⁊ ibi dixi.Secundo no.in.l.labeo glo.magnam que ponit caſuꝫ ⁊ eam nota ⁊ tene menti.

De euictione ⁊ dupli ſtipulatione. Rica.

**Siue tota.** Opp. ⁊ uidetur quod iſte tex. nõ precedat. naꝫ. l. dicit ꝙ euictione ptis nõ cõmittitur ſtipulatio ꝺ euictõne niſi expſſe ſit actũ vt. ĩ. e. l. ſi dictuꝫ. §. ex ſtipulatiõe. Huius timore intellectus huius gl. variatur duobꝰ modis. pmo ꝙ hec lex loquatur i actione ex ſtipulatu ꝺ euict. ⁊ iſta lex ponitur i pma glo. ⁊ ad ꝯriuꝫ rñdet duobus modis vno mõ ſm Jo. ꝙ ẽ ſpãle hic in hoĩe vt nõ cõmittatur ſtipulatio vbi totus euincat vt hic ſecus i aliis indiuiduis ſeu in fundo vt hic ar. l. fi. Secũdo mõ legitur hec lex. in glo. magna ꝙ hec. l. loquat i actiõe ex empto nõ. ꝯria võ loquatur ex ſtipulatõe de euictione ꝗ nõ cõmittitur niſi tota res euincatur ſtiplõ enim de euictõe hꝫ in ſe ꝯdictõꝫ ſi res fuerit euicta. Euicta ãt dici nõ poteſt niſi tota euincatur ⁊ hanc opy. tenet Pe. ꝺ bel. l. l. ij. C. e. ⁊ ibi p cy. Sed iſta opi. nõ videtur vã. ſed ꝯ. l. bonitatis vt ibi glo. itelligit ꝺ neceſſitate ⁊ ꝯ. l. mile. ĩ. e. vbi expreſſe loquatur i actione ex ſtipulatu. ⁊ ꝯ rõem. nã iſta verba ſtipulat. ſi res fuerit euicta ꝺꝫ intelligi ꝙ ſi in pte ſit euicta pro pte agitur ſi totũ in totuꝫ agitur vt. l. ſtichus qui meus erit. ĩ. de leg. i. ⁊ l. ſi debitor. §. veriſile ꝺ. de ꝯben. emp. tene ergo opy. Jo. qꝛ vr̃ glo. placẽ. Vltimo i hac glo. magna habetis vnaꝫ addit. vide glo. ibi actione ex ſtipulatu etiaꝫ i hũc moduꝫ glo. iſta habetur corrupta. nec hꝫ aliquem itellectuꝫ ⁊ voluit ponere exẽplum in gl. ⁊ ideo retentis terminis. pone ꝙ vendidi rẽ valẽtem. xv. ego emi. pro. x. ſi euincitur tertia ps ſi gdeꝫ p indiuiſo nõ eſt dubiuꝫ ꝙ habita rõne ad totuꝫ fundũ ego habeo regreſſuꝫ vtrũ auteꝫ habeatur regreſſus ſꝫ quãtitatem pcij cõuenti vel ſm ꝙtitatem pcij cõmunis. Si võ euincatur ps ⁊ pro i diuiſo habetur rõ bonitatis vt ſi pars euicta plus valebat in plus ꝯdemnetur vẽditor. Si minus i minus. ⁊ hoc nõ hꝫ dubiuꝫ tenẽdo ꝙ in actõe ex ſtipulatu habet rõ ſm quãtitatem pcij cõis. Si võ teneremus ꝙ hẽret ratio ſm quãtitateꝫ pcij cõuenti dꝫ fieri detractio tertie ptis ſm ptium cõe. pone emi funduꝫ valẽtem. xv. p. x. euicta ẽ tertia ps ꝗ ſm extimatõem cõem valet ſex detrahet tertia. qꝛ tãto mĩus emi ⁊ ſic remanebũt quattuor ⁊ illa veniũt in actõne ex ſtipulatu. Bal.

**Si dupla.** Quero de itellectu iſtius. l. gl. ponit dupliceꝫ lec. pma eſt ꝗ ſi qs recuſat cauẽ cõdemnet ad ipm ſcm̃. ſ. ꝙ caueat. ⁊ iſta lec. ſatis plꝫ. Naꝫ cum illa cautio debeat ex diſpõne. l. põt qs pciſe ad eaꝫ cõpelli vt. l. ſtipu. §. fin aũt ꝺ. de no. op. nũ. Secũda lec. ẽ ꝙ cõdemnetur ad ipꝫ dupluꝫ. ⁊ huic lec. tex. multũ aplaudit. ſed retẽta iſta lec. glo. vtrũ ſtatiꝫ fiat ex actio l' differatur in euẽtuꝫ euictõnis. ⁊ tenet glo. ꝙ differatur. Sed ꝯrium habuiſtis nõ. i. l. ex empto. §. fi. ꝺ. de act. emp. illud ibi nõtum videt ueriꝰ rõ eſt qꝛ ille q nõ cauet nõ caret dolo iõ ſtati fiet ex actio vt. l. locũ. §. cũ i tabulis. ĩ. de tab. exhibẽ.

**Si fundus.** Cõtra hãc. l. op. de. l. i. in pn. de vſur. ⁊ de leg. iij. §. vltimo. ĩ. ꝺ teſtibus ⁊ ibi dicam.

**Venditor.** In glo. ibi etiaꝫ ex̃ rem ⁊ c. tenet ergo glo. iſta ꝙ iſtud itereſſe ſit ex̃ rem quod eſt falſum. qꝛ ẽ intrinſecum qꝺ patet. qꝛ pſequitur ſuum apud quem ẽ vt. C. ꝺ ſnijs ꝗ pro eo. l. i. ⁊ ita tenent doc. ibi ⁊ ẽ. tertia diuiſio.

**Ex his.** Nõ. tex. hic ꝙ ſtiplõ duple l' ſimple pp rixas publicas nõ cõmittit ſed pp priuatas tñ ex qbus. ſ. pũatis agit nõ aliter vt nõ. ꝺ. ti. i. l. q ſit fugitiuus. §. qꝺ aũt vſi. noxas.

**Quidam ex.** Pro huius. l. declaratione diſtigue tria qñ aliqs ẽ pñs ⁊ tacens nõ recipiẽs pcium vel non ſcribens. tũc cõſentire nõ videtur ⁊ ꝺ euictõe nõ tenet vt. ꝺ. de pigno. act. l. gayus. l. ſicut. §. non uidet. ꝺ. q mo. pi. uel ypo. ſol. qñqꝫ quis eſt preſens tacite cõſentiens uel expſſe nõ tamẽ ptium recipiens nec eius ptem. tũc nõ tenetur ꝺ euictõe. ſed ſibi piudicat i re vt. ĩ. de reg. iur. l. aliꝺ ẽ vendẽ qñqꝫ quis eſt pñs ⁊ ptium rei vel eius partem ſuſcipiens. tunc ipſo iure ſibi preiudicat ⁊ de euictõne tenetur caſus eſt hic. Bal.

**Duple ſtipulatio.** Nõ. §. duple qñ ſit veruꝫ ꝙ ſtipulatio duple cõmittatur. Bal.

**Vendicãtem.** Nõ. ex hac. l. ꝙ quem de euictõe tenet actio eũdeꝫ agentẽ repellit exceptio ex ſecũdo nõ. in. v. eligere cum. l. ſe. ꝙ licet quis ſuccũbat i exceptione nõ ꝓhibetur illud idem in modũ actionis deducere. qꝺ intelligo verꝫ quãdo actio tendit ad diuerſum effm̃ ſecꝰ ſi ad eũdeꝫ vt. l. ſi in diem. §. i ꝺ. de compenſat. C. ſniaꝫ reſcin. nõ poſ. l. ij. in pſale declarat hãc. l. in prin. iij. col. Vltimo habes hic duas glo. In gl. ibi. Sed nõ ne. ⁊ adde qꝺ nõ. in. l. venditio. ĩ. de rebus alie. non alie. l. ſi per imprudentiam. ĩ. e. Secundo nõ. glo. pcedentem ⁊ pro dicto iſtius glo. vide tex. in. l. i. contrario. ĩ. de ꝯrio iuditio tutelle ⁊ qꝺ nõ. i dicta. l. vẽditrici.

**Si pro re. §. ſi pro euic.** In fi. glo. ibi vel diſtingue veritas eſt ꝙ quando transfero rem in alium nõ ſimpliciter. Sed i ea aliquod ius mihi reſeruo puto ꝯcedo rem in dotẽ i emphiteoſim vel in feuduꝫ. ⁊ iſto caſu eo ipſo ꝙ res euincit ab eo qui habet cãm a me perimit illud quod erat mihi reſeruatum. ⁊ ſtipulatio de euictione cõmittitur. hoc ẽ ꝙ dicit iſte tex. ꝙ mulier ſtatim efficitur indotata. ⁊ per conſequens ſibi habere non licet. quãdoqꝫ ego transfero rem i aliũ ſimpliciter. ⁊ nullũ ius mihi in ea reſeruo ⁊ iſto caſu licet euincatur res habeo q habet cauſam a me. tñ mihi nihil abeſt. ꝓpter illã euictionẽ ⁊ ideo ẽ neceſſe ꝙ ego cõdemnor ⁊ ſoluaꝫ ſibi alias actionẽ ꝺ euictione nõ haberẽ ſm regulam traditã p iulianũ. ꝺ. l. px. §. iulianus. ad idẽ. ꝺ. e. l. §. i.

**In creditore.** Nõ. ex hac. l. ꝙ venditor tenet has actiones quas habet pro re vendita contra ſuuꝫ actorem cedere emptori. Secundo nõ. ꝙ illud qꝺ prodeſt mihi. ⁊ nõ nocet uenditori de facili impetratur.

**Minor. xxv. an.** Nõ. ex hac. l. re euicta ꝙ p reſtitutiõeꝫ in integruꝫ poteſt agi ꝺ euictione. Secũdo no. glo. hic ſup vbo ſeyuꝫ ꝗ inducit iſtam. l. i argumẽtuꝫ qꝺ ſi die feriato detur tenuta p offm̃ iudicis eodeꝫ tpe dꝫ caſſari. circa quam glo. uide quod no. Ja. de are. i. l. i. §. item nũciaꝰ. ff. de ope. no. nũc. Bal.

**Si ſeruus tuus.** Nota ex hoc. §. duo. primo quod ſuccumbens in rei vendicatione non prohibet publicianam intentare qꝺ tamẽ hic glo. diſputat ſed vera eſt opinio. Jo. hoc dicentis. ⁊ p Jo. ꝺ. de rei ven. l. iij. in

prin.⁊ qd̄ ibi no. Secundo no. qd̄ nec ſuper eſt actio ad uendicādam nō dicitur res euicta qd̄ nota. In gl. ibi ſiue directum ſiue vtile ⁊c̄.vr̄ ergo velle iſta glo.ꝙ ſi ꝓpoſui libellū ꝯ ticium petendo rē iur̄ dn̄ij uł quaſi qd̄ ſi ꝓbo me p̄ſcripſiſſe nō ſeqtur cōdemnatio.nam ꝓpter p̄ſcriptōem nō cōſequitur directum dn̄ium.ſed vtile ut i aūt.niſi trienali.C.de bonis maternis.C.de pacꝫ.l.traditōibus.ſed ei queritur vtile dn̄ium qd̄ nō videtur in libellum deduxiſſe vt hac glo.ergo ⁊c̄.In publiciana aūt nō vincit.qꝛ nō cōpetit ei q p̄ſcripſit vt dicta.l.i.§.i.ſ.d publi.ergo ⁊c̄..Et ideo ne iſta gl.faciat te errare dic ꝙ tria ſūt.ſ.vtile dn̄ium direcuꝫ.⁊ quaſi dn̄iuꝫ qbuſ uocabulis glo.abatit̄.nam qn̄qꝫ vtile dn̄ium appellat̄ quaſi dn̄ium.habuiſtis eniꝫ glo.dicētem ꝙ ꝑ preſcriptōem q̄ritur quaſi dn̄ium vt vidiſtis.ĩ.de fundo dotali.l.i.⁊ nō.i.l.ſi finita.§.ſi aū.⁊.l.cū poſtulaſſem.ĩ.d dam.infe.⁊ aliis quas allegaui in dicta.l.i.d fundo dotali.⁊ ita ecōuerſo appellat glo.vtile dn̄ium.i.quaſi dn̄ium ut uellit dr̄e ꝙ ille q itentat rei uēdicatōem vr̄ in iudiciū deducē ius dn̄ij decreti vel vtił.nō aūt vtile dn̄ium.⁊ quaſi dn̄ium ꝓ quo cōpetit publiciana ⁊ ꝑ cōſequēs redeūdo ad qōeꝫ ſi agēs rei vēdicatōe ſe ꝓbat p̄ſcripſiſſe vincit cū videat̄ deduxiſſe ius directi dn̄ij vel vtilis lꝫ nō videat̄ deduxiſſe quaſi dn̄iuꝫ vt.ſ.dixi qd̄ ⁊ idē tꝫ Bar.i.l.ſi mr̄.§.cādeꝫ.ĩ.d excep.rei iudi.niſi o o vide qd̄ etiā vide nō.

Si ei cui. Nō.tex.i.§.is q ⁊c̄. q facit ad id quod nō.ſ.in.l.vranius.ĩ.de fideiuſſ.⁊.l.ſi ſocer.ĩ.ſo.ma.quod nō.

Fundū. Nō.§.cum tibi ſtichuꝫ ut i glo. vlt.etiaꝫ aduerte ad iſtā nōbileꝫ glo.dicēteꝫ ꝙ qs nūquā punit̄ ꝑꝑ mendacium niſi alij obſit.⁊ huic glo.adde.l.nemo.ĩ.de rg.iur̄.ꝙ nō.⁊ tene menti. Bal.

Si ꝑ imprudētiam. Iſte tex.facē ad.q.ꝙ ſi aliqs fuit condemnatus itelligatur.ergo glo.iſta qn̄ emptor prebuit cām iſtius i iuſticie.al's ager̄ poſſet de euictōe.Sꝫ ꝯtrium vr̄ glo.tenere.ĩ.de fideiuſ..l.exceptōe dum dicit maxie Iac.de are.vr̄ tenere glo.ꝯ poſitaꝫ ꝑ.l.ij.§.ſolet.ſ.de hr̄di.vel actꝫ.venditꝫ.de quo ꝑ cy.i.l.emptor.C.e.i vlt.q.Sed certe iſta glo.vr̄ ꝯ tex.iſtius p̄ncipij.nā nō pōt emptor p̄ſtare cām ignorātie iudicis de qua hic loqtur.⁊ ideo dic ꝙ i caſu noſtri.§.q̄do res euincit̄ ꝑꝑ ignorātiam vel dolū iudicis reſpectu vēditoris res vr̄ ꝑdita caſu fortuito.⁊ iō ꝑiculuꝫ ē emptōis ⁊ ꝑ hoc appet ⁊ ideo ꝑiculuꝫ eſt qꝛ ibi ad vēditionē non ſpectat ꝑiculuꝫ caſus fortuiti ſicut nec hic qd̄ nō.

Si ideo. Nō.tex.ibi magis enim ⁊c̄. iſte tex.facit optime ad qōeꝫ ꝙ ſi qs ē ex bānitos ꝑꝑ falſuꝫ inſtr̄m eo exiſtēte ꝯtūace ꝙ inſtr̄a nō ꝓhibeant̄ ꝯficere.qꝛ magis ꝑꝑ ꝯtumatiā vr̄ ꝯdemnatus q̄ ꝑꝑ falſuꝫ inſtr̄m qd̄ nō.Secūdo nō.glo.totaꝫ vſqꝫ ad fineꝫ ſuꝑ v̄bo habuerit.

Si dictum. Nō.p̄mam glo.iſtius.l. ⁊ circa ip̄aꝫ.adde qd̄ nō .gl.⁊ dy.i.§.oēs inſtitꝫ.de actꝫ.⁊ qd̄ nō.cy.de ſn̄ijs q pro eo.l.i.i.viij.oppo.Adde ꝙ nō.ꝑ gl.⁊ doc.C .de ꝯ.iudi.tu.l.ij.vbi hēs glo.ſin limita hanc.l.

Si compromiſero. Nō. tex. nōbilē ibi nulla eniꝫ neceſſitate ⁊c̄.nam ex hoc tex. ⁊ ex hac rōne habes caſum ꝙ ſi emptor cogit̄ ꝯpromittere cām ex forma ſtatuti ſicut ē in ciuitate iſta ꝯmittatur ſtipulatio de euictōe ꝯ venditorē cuꝫ hoc fecerit neceſſitate cogente tex.eſt hic a ꝯtrio ſenſu.⁊ vide ꝙ nō.An.d.ſ.tranſac.l.in pr̄.lꝫ ſi emptor prorogaret iur̄dictōem nō ſui iudicis tamē illud faciat nulla neceſſitate cogente nō cōmittetur ſtipl'o d euictōe glo.eſt hic. Bal.

Herenius. Nō.hoc p̄ncipium ex quo habet ꝙ ius denūciandi ſuo auctori pōt ꝑ ip̄m remitti. Secūdo nō.tex. in glo.ſi.i.§.ſeya ſuꝑ v̄bo appellauerit q̄ glo.tangit vtrum emptor cogatur appellare pro cuius declaratōne diſtingue tria mēbra.qn̄qꝫ ꝯſtat ꝙ emptor hꝫ bonaꝫ cām qn̄ꝫ malā. Qn̄qꝫ dubitat̄ p̄mo caſu appellare tenet̄.ſo ⁊ tertio nō vt hac glo.lꝫ glo.q̄ eſt in.v̄.herenius q̄ incipit ergo ab eo abſente teneat ꝯtrium.⁊ male.q. gl. fuit additio Ita dicūt Riꝫ.mal.Mar.ſil.⁊ Ja.bu. In gl.ibi p̄ſumo malam cām.nō.hāc glo.ꝙ eo ip̄o ꝙ quis habet ſn̄iā ꝯ.ſe.p̄ſumitur hr̄e malā cām quod nō.

Rem hr̄ditariam. Nō.tex. nōbilē ⁊ mēti tenēdum ibi nō duo rei ⁊c̄..ex quo hēs ꝙ lꝫ duo vel plures ex nā rei teneātur inſolidum nō tam̄ dicūtur duo rei debēdi ⁊ eſt gl .in.l.ij.§.ſi tamen hominem.ĩ.d v̄.obli.in glo.que incipit vt liberetur.⁊ nō.per cy.i aūt.hoc ita.C.de duobus reis.

Si cum. Nō.tex.ibi nuda poſſeſſiōe ⁊c̄. Nō.ex iſto tex.ꝙ ypotecharia aduocat nudaꝫ poſſeſſionē.ex quo potes colligere concluſionē libelli i actione ypothecaria.peto eniꝫ aduerſarium ad rem tradēdam ⁊ relaſandam poſſeſſionem rei.⁊ ipſam rem detinendam in cauſam pignor̄.donec relaſetur qd̄ nō.

Pater filie. Quero cuꝫ pater teneatur dotem recuꝑeratam a mārito iteꝝ dar̄ filie vt i auc̄.q̄uis aū.ſi forte non recuperauit ꝑꝑ inopiam iuri teneat̄ ip̄am dotare hic glo.que incipit quandoqꝫ videt̄ velle ꝙ ſic de qua queſtione nō.in.l.ſi cū dotē.§.i.⁊ in.l. ſi conſtante i p̄n.⁊ fāc.qd̄ n d.in.l.ꝙ ſi in primis.ĩ.ſo.ma.

## De vſuris ⁊ Fructibus ⁊ omnibus cauſis ⁊ acceſſionibus ⁊ mora. Rica.

In fideicōmiſſi. Si mora non ꝑdit iudiciū reus non tenetur de fructibus percipiendis infra tempus qd̄ datur iudicatis ſi mora iudiciuꝫ preceſſiſſet.h.d. Nō.ex hac.l.plura p̄mo qd̄ dixi in ſūmario.

Secundo nō.ꝙ nō pōt facile ꝯuenire ꝙ perueniat̄ ad iudicē mora nō precedēte. Tertio nō.ex hac.l.ꝙ quando certa ſpecies petit̄ actione p̄ſonali reus habet quadrimeſtre tempus ad ſoluēdum poſt ſn̄iam vt hic i prin.licet glo.quā habuiſtis in.l.ſi cū exceptione .§. quatenus.ſ.ꝙ metus cā inducat ꝯtrium de quo per modernos in.l.reos.C.de exceptꝫ.rei iudi. Quarto nō.illū tex.ibi ſed puta leg.⁊c̄.nam hic videt̄ caſus ꝙ ratio ꝑtis que indebite petitur reus in totum excuſet̄ vt reus nō dicatur in mora.nā vides hic ꝙ reus opponebat exceptionem dicēs.l.falci.imminere ⁊ ꝑꝑ hoc excuſatur ſuper toto.Sed in ꝯtrium eſt veritas vt .l.qui ſolidum in p̄n.de le.ij.⁊ nō.per Pe.de bel.in.l.ſi quis cum totū in prin.ĩ.de exceptꝫ.rei iu.non ob.iſte tex.quia poſſibile eſt ꝙ iſta exceptio quam heres opponit dicendo legem fal.iminere totum legatum abſorbet.⁊ nihil debetur vt

l.i.§.hec verba.ĩ.ſi cui plus ꝙ per.l.fal. Ultimo gl. h̄ tractat materiam fructuum circa qꝺ ꝺic ſi quidem loquimur ꝺe legato ſeu fideicõmiſſo rei ſingularis tũc ꝺic vt plene ꝑ ꝺoc.i.l.i.C.ꝺe vſur.⁊ fructibꝰ legatoꝝ. Si vo loqmur ꝺe fructibus fideicõmiſſis vl'is tũc ꝺic vt ꝑ glo. ⁊ ꝺoc.i.l.iubemus.C.ad trebel.⁊ i.l.i fideicõmiſſaria.ĩ. ad trebel. Baldus

**Non nunquam.** Quando quis eſt rogatuſ reſtituere quicqd ſuperit. Item quando ꝺilatio gratia fideicommiſſarij opponit᷑.tũc fructuſ ꝺeniunt i reſtõez.h.ꝺ.iſte nõ. §.

**Si auro.** In ꝺebito ſpecieꝝ uſuꝛe non ueniunt niſi ꝑ uendicãtez ſpẽs ſint i pecunia redigẽde hoc.ꝺ.bonus tex. Nõ.hic ꝙ moꝛa ꝺr̃ fruſtratio idem ꝙ hic nõ.in.l.hoĩez.ſ̃.mã. ad idẽ in.l.liberto.§.lite.ſ̃.ꝺe neg.geſt.

**Stipulatus.** Licet in ſtipulatõe rez ꝺari ⁊ in ſtipu. rẽ tradi fructus nõ veniũt.tñ ſi ſimul iũgantur rõ fructuũz habetur.Sed ſi ꝯctus vẽditionis precedit ſm illũ ſtipulatio iudicatur.h.ꝺ. Nõ.qꝺ ꝺixi i ſũmario.Secũdo nõ.tex.nõ.qꝛ lz in ꝯctu emptõis ⁊ vẽditioniſ ꝺicat᷑ talis ꝺedit uendidit ⁊ tradidit illud verbuz ꝺedit nihil i poꝛtat tex. eſt hic. Ultimo ꝺe hac mã. qualiter fructus veniũt in ſtipulatione rem ꝺari ꝺicam. ĩ.e.l.videamus.§.ſi actionem. Bal.

**Cum de in.** Ex ꝺiuturna ꝑſtatione uſuraꝝ ꝑſumitur obligatio ſuper vſuris ꝯcta ac etiaz ſuꝑ ſoꝛte adeo qꝺ ẽ neceſſe illaz ꝑſtationem fieri.h.ꝺ.nõ.tex. In glo. ibi tu aũt breuiter ⁊c̃. Sed pro huius ꝺeclaratõe tu lacius ꝺiſtingue cum q̃ritur.an verus titulus allegatus ꝑſumat᷑ ex ꝺiuturna ꝑſtatione vel paciẽtia ꝺiſtingue.aut ius cõe reſiſtit ꝑſcribenti.⁊ nõ ꝑſumitur vt.l.ꝯpit.C.ꝺe ꝑſcrip.xxx.annoꝝ.ex̃ ꝺ ꝑſcriptꝫ.c.i.⁊.c.i.ꝺe ꝑſcriptꝫ.li.vi.aut ius cõe nõ reſiſtit.⁊ tũc aut q̃ritur vtrum titulus ꝑſumatur ꝯ ſoluẽtem aut ꝯ paciẽtem.ꝑmo caſu ꝑſumitur ut hic in tex. Secũdo caſu ꝺic qñqꝫ queritur ꝺe ꝑſumẽdo titulo i fauoꝛez.⁊ ꝯmodum patiẽtis.⁊ tũc titulus ꝑſumitur vt.l.ſi filius.C.ꝺe petitꝫ.hr̃ditꝫ.qñqꝫ tractamus ꝺe ꝑſumẽdo tituluz in ipſius i ꝯmoduz.⁊ tũc aut tractatur ꝺ modico ꝑiudicio.⁊ titulus ꝑſumitur vt.ff.ꝺe acq.hr̃di.l.q aliena ṽ.ſed ſi aderit.l.cũ opoꝛtet.§.cũ aũt.C.ꝺe boniſqꝫ lib.⁊ ita loquatur glo.hic ⁊ pꝛout loquit᷑ ꝺe ſeruitutꝫ.⁊ qꝺ nõ. in.l.i.in fi.ꝺe aqua.plu.ar.⁊ ꝺe ſeruitutꝫ.l.ſeruitutes ⁊ ꝙ nõ.C.cõi ꝺiui.l.pl't.aut tractatur ꝺe magno ꝑiudicio.⁊ tũc aut tractatur ꝺe ꝑſumendo tituluz obligatoꝛiuz.aut liberatoꝛiuz.pꝛimo caſu titulus nõ ꝑſumitur ymo regritur verus.⁊ vera poſſeſſio vel titulus putatiuus cuz iuſto erroꝛe vt.l.celſus.ĩ.ꝺe vſucap.l.ſi nullo.C.ꝺe rei uẽ. Si. vo tractatur ꝺ ꝑſumendo tituluz liberatoꝛiuz. ⁊ tũc aut loquit᷑ ꝺeliberatoꝛio aut lucro oꝺioſo.⁊ titulus ꝑſumit᷑ vt.ĩ.e.l.cuz qdam.§.ꝺiuus.⁊ ĩ.ꝺe iur̃.ꝺotꝫ.l.cũ poſt i ꝑn. aut loqmur ꝺeliberatoꝛio aut lucro nõ oꝺioſo. ⁊ tũc ex ſola paciẽtia titulus nõ ꝑſumitur ut.l.alimẽtis.ĩ.ꝺ alim̃tis.⁊ ciba.le.niſi cuz paciẽtia longa illa iterueniat vt ꝑz in cãu.l.⁊ pꝛocula.ĩ.ꝺe pꝛobatꝫ. Sed aduerte qꝛ qꝺ ꝺixi ꝙ ex ꝺiuturna poſſeſſione ꝑſumatur titulus ꝺic qñqꝫ ꝑſumitur ex vno actu.puta ſi ꝑceſſit ꝯctus locationis.nã pro ſequẽti anno videtur tacite renouare.vt.l.item q̃ritur.§.qui impleto.ſ̃.locati.⁊ eodem mõ ſi ꝑceſſit contractus ꝺotiſ.naz in ſequẽti matrimonio itelligitur tacite repetitus vt.ĩ.ꝺe iur̃.ꝺo.l.ꝺiuuſ.e.ti.l.pl't.§.vxoꝛ.ĩ.ſo.ma. Item aduerte.qꝛ illud qꝺ facit ꝑſtatio vſuraruz ꝺiuturna faceret vnica vſurarum pꝛomiſſio vt.C.ꝺe ꝺotis pꝛomiſſione.l.ſi pro ꝺote.⁊ ibi nõ. ⁊ quod nõ. i vltia glo.quod no.⁊ tene menti. In glo.ibi ꝯtrium obſeruare ⁊c̃.no.iſtam glo.ſed ꝯtrium no.in.l.ij.C.ꝺe ingenuis manu.⁊ iſta videtur verioꝛ.⁊ iſtam opy.tenet ſpec. in ti. ꝺe emigratꝫ. In glo.ibi conſueuit ⁊c̃. No. iſtam glo. que reſtringit materiam huius.l.⁊ ꝙ iſta.l.hẽat locũ ꝯ hoĩem negligẽtẽ ⁊ quẽ nõ eſt vtile pecuniaz iactare circa quod vide quod no.cy.in.l.ſi certis annis hic allega.

In glo.ibi confirmata eſt pꝛomiſſio.tenet ergo glo. iſta.ꝙ pꝛomiſſio que eſt facta a patre filio exiſtente in poteſtate confirmatur moꝛte qꝺ veꝝ videtur .qꝛ lex .ꝺicit.ꝙ pꝛomiſſio facta inter virum ⁊ vxoꝛem niſi interueniat traditõ vel aliquod loco traditionis habeatur moꝛte non confirmatur. Sed foꝛte iſta glo. ꝺebet intelligi ſm.l.pamp.ĩ.ꝺe ꝺonatꝫ.inter viꝛum ⁊ vxoꝛem.

**Gaius ſcius.** Nota tex. ibi ꝙ ſi ſeruus publicus ſm hanc expoſitionẽ ⁊ pꝛout ponit ſeruus publicus pꝛo notario ⁊ ex hoc patet ꝙ per notarium acquirit᷑ vtilis actio priuato etiam in ſtipulationibus nõ ꝑtoꝛijs nec iudiciarijs ꝺe qua queſtione habeſ per Guil.ꝺe cu.in.l.nõ aliter.ſ̃.ꝺe adoptionibus. Bal.

**Qui ſemiſſes.** No.glo. que incipit nota mirabilez ꝑſum ptionem.⁊ vide.no.C.e.ti.l.aduerſus.

**Paulus rñdit.** In glo.ibi cum heredis res eſſet ⁊c̃. nõ.ex hac glo.ꝙ cũ allegat᷑ res heredis nõ trãſit ꝺñium in legatarium vidiſtis nõ.in.l.ticio pap.ſ̃ .ꝺe ſeruitutꝫ.qꝺ nõ.⁊ tene menti.

**Neqꝫ eoꝝ.** In glo.ibi officio nõ poteſt ſeruare ⁊c̃.nõ.hanc gl.⁊ idẽ habuiſtis nõ.ſ̃.ꝺe petitꝫ.hereditꝫ.l.heres furioſi.§.fi.qꝺ facit ad queſtionem quam foꝛmant ꝺoc. inſti. ꝺe actꝫ.in pꝛin. Bald.

**Cum qdam.** In.§.ſi pupillo ⁊c̃ .nõ. tex.ibi vſuꝛe enim ⁊c̃. nõ.ex hoc tex.ꝙ minoꝛ non reſtituit᷑ ad lucrũ qꝺ facere potuiſſet ex ꝺelicto alteriꝰ facit qꝺ habuiſtis. ſ̃.ex quibus ca.ma.l.ſciendum.

**Fiſchus ex.** No.glo.que incipit no. ipſa re ex qua habes ꝙ fiſcho fit moꝛa re ipſa quã glo.habes.ĩ. e.l.§. eos vbi ponitur alius caſus in quo fit moꝛa rei re ipſa qui caſus ſunt contra glo.que eſt.ĩ.e.l. ſed ſi rei publice.⁊ ibi ꝺicam. Bald.

**Cunctis agris.** Iſtum tex.allegauit quidam ꝙ quidam euentus condictiones conſtituit quem i moꝛa quod apparet quia ſtatim euictis agris vſure veniunt ſine interpellatione.ꝺe qua queſtione no.in.l.ſi ex legis cauſa ⁊ in.l.ita ſtipulatus.ĩ.ꝺe veꝛ.ob .⁊ vide qꝺ habes in.l.quotiens in ꝺiem.e.ti.

**Sciendum eſt.** No.l. notabilem ⁊ mẽti tenẽdaz ꝑꝑ eiꝰ exẽpla ex qbus ꝺicatur qs eſſe i moꝛa ⁊ no. tex.ꝺũ ꝺicit quid enim ſi amicos ⁊c̃. Nam habes h̄ ꝙ quis poteſt in teſtes amicos adhibere videbitis i.l.iij.ĩ. ꝺe teſtibus in.§.iulia. Bal.

**Sed ⁊ ſi.** In gl.ibi niſi in perſona minoꝛ. ⁊c̃.tenet ergo glo. Iſta ꝙ i vſuris nõ eſt reperire caſum in quo fiat moꝛa re ipſa niſi in perſona minoꝛ certe hoc repitur i alijs ꝺuo.

caſibus in quibus ſit mora re ipſa etiam in vſuris vt.l. cuȝ qdam.§.fiſcbus.⁊.§. eius qui facit quod videbitis nō.in.l mora.in p̄n.j.e.⁊ quod videbitis.nō.in.l.cuȝ ſm primam lecturam.

**Si quis.** Nō.tex.in. §.mora ꝙ interpellatio negocioꝝ geſtoꝝ conſtituit qué in mora ꝙ qualiter intelligat' dic vt in.l.ſi ſeruuȝ.§.nūc videamus.j.de v̂bo.obl.⁊ ibi per glo.⁊ docto.

**Qui ſcit.** Nō.tex.in.§.i alieno.⁊ nō.eiuſ rónes.⁊ nō.tex.ibi in v̂.porro ⁊ de mā huius.§.vidiſtis in.l.ex diuerſo.ſ.de rei vē. Secundo nō.i.§.pterea qn̄ ſit veꝝ ꝙ fructuarius facit fructus ſuos.⁊ qn̄ bonefidei poſſeſſor ſ quo vidiſtis i.l.poſſeſſor.ſ.de vſufruc.⁊.l.ſi vſuſfructus meſſeȝ.ſ .qbus modis vſufr.amit.⁊ nō.glo.ſuper v̂bo ſepatim que dicit ꝙ fructuarius facit fructus ſuos etiaȝ nāles quaȝ glo. allegaui tibi in.l.vſufructu legato.ſ.ď vſufruc. Ultimo nō.glo.poſitaȝ i.§.bonefidei ſup v̂bo pcipiendoſ q̄ dicit in quibus bonefidei poſſeſſor ab initio remaneat bone fidei poſt litȷ̄ ƺte.vel ƺtrouerſiam quaȝ nō.Bal.

**Mora fieri.** Nō.ex hac.l.qn̄ dicat' mora ƺbi. Secūdo nō .qđ mora re ipſa non ƺbitur. Sed hoc dicit gl.magna ꝙ fallit in miore ſunt ⁊ aliȷ̄ caſus quos vidiſtis mō in.l.ſed ſi rei publice.ſ.e.vos habetis hic vnam glo.magnaȝ q̄ facit quattuor.pmo ponit ꝙ ſit mora cōmunis Secundo ponit effectus more communis. Tertio ponit de mora ſpāli. Ultimo tangit qualr mora purgetur.⁊ ad vltimuȝ vide qđ nō.doc.i.l.ſi inſulaȝ.j.de v̂bo.ob. In glo.magna ibi p diei appoſite lapſuȝ ⁊c̄. dic.iteȝ p lapſuȝ diei appoſite a lege vt eſt tex.in glo.in .l.ij.C.de iur̄.emphi.⁊.l.ſi mora.j.ſo.ma.⁊ é tex.⁊ glo.in .l.fi.§.p.C.de iur̄ dotȷ̄.In glo.ſuper v̂bo ſemp.⁊ nō.iſtā glo.magnaȝ q̄ videtur velle.ꝙ ad ƺſtituēdū debitoreȝ i mora ſufficit vna īterpellatio.⁊ probatur in.l.ticia ſeye j.de leg.ij. Secūdo nō.in fi.huius glo. ꝙ pater non tenetur ad vſur̄.ad ex^m fideiuſſ.facit.l.cum filius.j. ď v̂. ob. Uenio ad.v̂.ſed ſi duo iſtuȝ.§.declara.p dy. in.c. mora.Circa finé de reg.iur̄.l.vi.

**Videamus.** Si p actōem ſtricti iuris petaȝ qđ eſt vel fuit in cū veniūt fructus a tépore more.ſi v̂o mihi ōbitū petaȝ veniūt fructus a tépore litis ƺteſtate.h.d. In glo.ibi ſo.hic ſpāliter ⁊c̄.tu v̂o lacius diſtingue tria mēbra qn̄ȝ loqmur i ſtipl'one ré dari qn̄ȝ i ſtipl'one ré tradi qn̄qȝ loqmur in ſtipulatōe que ƺtinet vtrūqȝ ſi reȝ dari ⁊ vacuaȝ poſſeſſioné tradi.pmo caſu ſtipulatio ad intereſſe nō ƺmittitur.Sed cogitur promiſſor ad dādum pci ſe vt.l.ſi ſeruuȝ.§.fi.j.de v̂bo.ob.fructus aūt nō veniūt niſi poſt litȷ̄ ƺte.vt hic ⁊.l.cum fundus in prin .⁊ ibi nō. ſ.ſi cer.pe.l.ſi filius.§.i.j.de v̂bo.ob. Secundo caſu venit intereſſe a tempore more.ſed fructuū rō nō habetur niſi poſt litȷ̄ ƺte.vt hoc.§.⁊.l.ſi fundum tradi.j.ď v̂b. ob. Tertio caſu veniunt fructus ſine dubio vt. l.ſi ſtipulatus.ſ.e.pdicta v̂a niſi ſtipulatio ſucceſſerit in locum ƺctus emptionis ⁊ vēditionis.qꝛ tūc veniūt fructus ſm formaȝ ⁊ naturaȝ illius ƺctus ita intelligi dȝ.l. in cōuentionalibus in fi.j.de v̂.ob.facit.l.ſi ſtipulatus. Circa mediuȝ quod nō.Bal.

**Tutor.** §.ab aulo augerio.In glo.ibi niſi ƺrium ⁊c̄. Nō.hāc glo.ꝙ ſicut q̄do promiſſio apparet facta in publico inſtr̄o pſumitur ſtipulatȷ̄.interceſſiſſe.ita quādo apparet facta in epl'a priuata.idem nō.⁊ apcius in.l.i.C.de ƺhenda ⁊ cō mitten.ſtipul'.⁊ hoc videtur velle tex.in.l.ticia. §.idem reſpondit.j.de v̂bo.obli.Bal.

## De nautico fenore. Rica.

**Labeo ait.** Nō. caſum notabilem ⁊ menti tenendum cum glo .que incipit pronūciabit ⁊c̄.hic non ſūt alia dicenda in.l.Bal.

**Fenerator.** Perempta obligatione principali fruſtra queritur de ypothecaria.h.d.iſta pn̄s.nō.l.

## De pbationibus ⁊ preſumptionibus. Rica.

In glo.rubrice i fi.qđ latius nō.in.l.nō eſt veriſile.ſ. ꝙ me.cā.⁊.l.ſiue poſſidetis hic allegata.in glo.

**Quotiēs.** In gl.i.ibi pp quattuor liberos nota ex hac glo.ꝙ ille q habet quattuor liberos dicit' habere genté qđ tene menti pp ſtatuta dicentia . ſi qs coadiuuauerit genté puniat' tanta pena ꝙ adiuuatio quattuor hoīuȝ dicat' gens tex.tn̄ q eſt inſti.de iure nāli.qꝛ ois. nō. vr̄ ponere p eodé gentem ⁊ populuȝ in quāt aūt v̂ificetur populus dic ut habes in.c.i.extra de elec. In.e.gl. ibi vel dic genus.ideſt agnatio ⁊c̄. Uidetur ergo velle iſta glo.ꝙ de genere dicantur illi q ſunt i prin. agnati. non auteȝ cognati.Sed tn̄ iſta glo.in prin.videtur iſtud verbum genus generaliter intelligere vt habemus tex .cū glo.ꝙ de genere meo dicantur etiaȝ illi qui ſunt cognati tex.eſt in auc̄.de man.prin.§.hos autem facit qđ habetur in auc̄.de inceſtȷ̄.nuptȷ̄.§.ſancimus qđ nō .⁊ tene.

**Ei incumbit.** In gl.magna ibi que eſt p affirmatiua ⁊c̄. Sed certe iſta glo.nō dicit verū .nam omnis ratio dicit' negatiua que eſt priuata ſeu priuationem in ſe continens vt.l.fi.in fi.⁊ ibi nō.in fi.vltime gl. j. ď doli.excep.⁊ pbatur in.l.inter ſtipulationé in prin.j.de v̂. ob.vnde cum dico aliqué furioſu.mdico eum non ſane mentis per quécūqȝ enim verba dicaȝ priuatȷ̄. ſignifico ⁊ ideo eſt negatiua ⁊ ideo ſolue ƺriuȝ aliter ꝙ ibi negatur quedam qualitas naturalis q̄.ſm naturam preſumitur addeſſe quilibet enim preſumitur ſane mentis ſi p betur contrarium idcircho neganti incumbet onus p bandi ⁊ totam.Iſtam glo.examina per doc.in. l. actor. C.e.ti.quod nō.

**Qui tacitū.** Tacitū fideicōmiſſum ēt in ſo teſtaméto intelligitur tacite repetituȝ.h.d.iſta Nobilis lex.

**Patronus.** Nō. tex .ibi manifeſte dicere debet ⁊c̄.nam tu ſcis ꝙ dolus vel fraus pbat' eo ꝙ probantur ſufficientia indicia vt.l.dolum .C .de dolo .⁊ hic vides tex. quod dicit manifeſte docere debes ⁊ ſic probatur hic ꝙ manifeſte dr̄ probari dicitur illud qđ probat' ex indicȷ̄s vel ex cōiecturis.vt.l.licet imperator.j.de le.i.⁊. l.ſi qs locuplex.j.de manumiſſ.teſtō.Sed circa iſtam.l. quero vtrum debeat fieri executio ƺ bona liberti alienantis i fraudem vide glo.in.l.i.de his que in frau.cre.⁊ in auc̄. hoc ſi debitor.C.de pigno.ſm vnam lec.

**Cum probatio.** In gl.i. circa medium ⁊c̃.nõ.ex hac glo.ꝙ indicia dicũtur minus q̃ probatio tñ lꝫ ſint minus q̃ ſemiplena probatio ſufficit.tñ ad tormẽta circa qꝺ vide ꝙ nõ.ꝑ doc.in.l.fi.C.de qõnibus vbi querũt an ſemiplena probatio ad torturaꝫ ſufficiat .querũt etiaꝫ ꝺ ſama qd aũt debeant dicere teſtes.qui ꝓbant famam cõis.nõ.Inno.in.c.cum oportet ⁊ in.c.qualiter ⁊ qñ ex̃ de accuſatꝫ.⁊ ſpe.i ti.de inquiſitꝫ.§.nũc tractemus.

**Si pactum.** Nõ.ex hac.l.ꝙ in dubio qs p̃ſumitur ꝓuidere hr̃di ſuo ut ſibi de quo dic ut in gl.ſuꝑ uerbo plerũqꝫ quam glo.nõ.Bal.

**Celſus.** In glo.ibi uel dato dudũ ⁊c̃. nõ̃. glo.nõbilem ⁊ menti tenẽdã ꝙ ubi tractatur de facto de longeuo adhibetur maioꝛ fides ſcripture q̃ teſtibus vt hac nõ.glo. Ideꝫ nõ.ex̃.ꝺ probatꝫ.capitulo tertio loco.

**Quinquaginta.** Nõ .caſum iſtiꝰ l. Secũdo nõ. tex.in fi.ꝙ probatio ſeu fides debet fieri iudici,ad idem.l.is apud queꝫ.C.de eden. Ultimo no. in hac.l.ij.que eſt no.

**Cum de eta.** No deciſſioneꝫ iſtiuſ.l. ⁊ pro intellectu.l.de etate.ſ.de minoꝛibus.

**Circa eum.** No.ex hac glo.l.ꝙ illi incumbit onuſ probãdi q nõ eſt i quaſi poſſeſſione illius iuris quꝺ aſſerit ſibi deberi quꝺ eſt veꝝ in iſtis iuribus ꝑſonalibus ſeu circa ꝑſonam.ſecus in realibus vt habuiſtis no.l. ſicuti. §. ſi queratur.ſ.ſi ſeruitꝫ.ven. Secundo no.ꝙ reus põt aſſumere in ſe onus probandi quod intelligit glo.veruꝫ gnãliter in quacũqꝫ cã vt nõ.hic glo.quod dictum nõ.⁊ nõ. ſequẽtẽ qõem glo.⁊ de omnibus iſtis qõibus viꝺ ꝑ cy.i.l.actoꝛ.C.e.⁊ ꝙ nõ.dy.c.ñ.lꝫ actoꝛi.ex̃ ꝺ re.iuꝛ̃.li.vi.

**Etiam iuris.** In gl.ibi vt teſtis ⁊c̃. Sed certe ymo dic ꝙ mater recipitur vt teſtis q̃tũ ad probationeꝫ etatis vt nõ.per glo.i.l.parentꝫ.hic alle.quam opinioneꝫ approbat oldra.Bal.

**Cum de.l.** In glo.i.ibi ipi debent ꝓbarĩ ⁊c̃. Nõ.gl. notabileꝫ ⁊ mẽti tenẽdam ex qua habes ꝙ ſi uis ꝓbare ꝙ bõa alicuius nõ ſufficiant ad tale qd debes probare ꝙ bona talis tñ valent.⁊ ſic ad illud nõ ſufficiunt.⁊ ſi aduerſariꝰ dicit ymo ſufficiũt ſibi incũbit onuſ probãdi qꝺ nõ .hñ.

**Quotiens.** In glo.ibi nõ fuit ſcriptum. nõ.ex hac gl.ꝙ acta poſſũt probari ꝑ teſtes ꝺ quo in.l.qm̃.C.de hereticis ⁊ ꝑ Ja.de arẽ.i.l.emancipatio.C.de fide inſtroꝝ ⁊ per Inno.in.c.qm̃ ꝯ falſam extra.e.habuiſtis.nõ.in.l. ſi pretoꝛ.§ .marcelluſ.ſ.de iudi. Item nõ.glo.hic poſitam ad tria.p̃mꝑ ꝙ actitata coꝛam iudice ⁊ ſcripta non eſt neceſſe ꝓduci. Secũdo ꝙ ſi nõ ſunt ſcripta poſſunt ꝓbari ꝑ teſtes.⁊ vide.j.ti.i.i.l.curent.⁊ ꝙ nõ.in.c.qm̃ ꝯ ꝺ probatꝫ.ꝑ Inno.⁊ alias. Tertio ꝙ ubi actitata nõ ſunt ſcripta nõ debent credi iudici de ipis niſi quatenus fuerit ſcriptuꝫ.ſi tñ poſtea vellet adduci i teſteꝫ ſuꝑ his foꝛte poſſet ⁊ vide.ſ.ꝺ his qui nõ.iſa.in.l.luciuſ.⁊ in dcõ.c. qm̃ ꝯ falſaꝫ ꝑ Inno.⁊ Jo.an.

**In exceptionibꝰ.** Principium iſtius.l. declara vt in glo.Sed hic quero qualiter ꝓbare poterit valitudineꝫ vel tẽpeſtatem ipedimẽtum fuiſſe guil. videtur velle ꝙ ſufficiat probatio ꝑ iuramẽtum vt nõ. in.l.iij.ſ.ſi qs cautꝫ.Sed de hoc eſt glo.oꝛ.iiij.q.v.§.i.in glo.fi.⁊ vide qꝺ no.ex̃ de in inte.reſti.c.ex lr̃is ⁊ eſt glo. archi.in.c.i.ex̃ de dolo ⁊ ꝯtu.li.vi.⁊ vide quod no.ſpe.in ti.de app.i .§.nũc breuiter.v̂.qd ſi appellatõ qꝺ no.hñ.

**Sicut liberũ.** No.ex hac.l. ꝙ violẽta poſſeſſio nõ liberat poſſeſſoreꝫ ab onẽ ꝓbãdi facit.C.e.l.uix eius.

**Si cirographũ.** No.iſtaꝫ.l.⁊ uide ꝙ no.i.l.labeo ⁊.l. .i ſ.de pactis.⁊ uide plene per Cy.C. de probationibus.l.ſi de poſſeſſione.Bal.

**Cum in debito.** No. l.que ponit notabilem diſtinctioneꝫ cũ q̃ritur ſi quis dicitur i debite ſoluiſſe ⁊ ps aduerſa dicat debite recepiſſe cui incũbat onus probandi. Secũdo no.ꝙ p̃ſumptio,i genere tollitur ꝑ preſumptõem in ſpẽ. Nam p̃ſumptio in genẽ ẽ ꝙ ſoluens ſoluerit debitum.qꝛ nemo p̃ſumitur ſuaꝫ pecuniam iactare.tñ iſta p̃ſumptio tollitur ꝑ p̃ſumptionem in ſpẽ que reſultat ex ꝑſona recipientis ſolutiõem q negauit ſe aliquid recepiſſe ut in p̃n.iſtiuſ.l.uel ex ꝑſona ciꝰ qui ſoluit ut qꝛ minoꝛ mulier vel ruſticus vel reruꝫ foꝛẽſium expers vt hac.l.i.v̂.ſin aũt ſimile vidiſtis i.l.diuus ſ.de in inte.reſti. Tertõ no.hic tex.ꝓ opinione ꝺ qua fit mentio in.l.nemo.j.de exceptꝫ.vꝫ ꝙ due exceptõnes ꝯue poſſunt opponi i codeꝫ iudicio.nam uides hic ꝙ reus.p̃mo negauit ſibi ſolutũ excipiẽdo poſtea fuit ꝯfeſſuſ ſibi fuiſſe ſolutũ ſed excipiẽdo dicit ſibi debitum eẽ ⁊ auditur lꝫ i onere ꝓbandi grauetur cuius opio lꝫ ꝯtrariū teneat dy.in.d.l.nemo.⁊ in.c.nullus pluribus ex̃ de reg. iuꝛ̃ l.vi.ſed ꝯ predicta videtur autẽ ꝯ q propriaꝫ.C.de non nu.pe. Sed certe ⁊ recte itelligẽdo illã auctẽꝫ magiſ facit ꝓ q̃ ꝯ.nã ille q venit ꝯ ſuam aſſertõem auditur lꝫ i aliquo puniatᷣ.qꝺ facit optie ad.q.ꝙ ſi aliqs negauit ſe omicidiuꝫ ꝯmiſiſſe ſi poſtea vlt dicẽ ſe occidiſſe ad ſui ꝺfenſiõeꝫ dꝫ audiri lꝫ in onẽ ꝓbandi grauetᷣ ar.iſtius tex.

Quarto nõ.ꝙ ille q dicit ſe indebitum ſoluiſſe debꝫ probare duo.ſ.ſolutum indebitum fuiſſe ſe ⁊ per erroꝛem ſoluiſſe.ignoꝛantia aũt preſumitᷣ eo ipſo.ꝙ probatᷣ indebitum eſſe ſolutuꝫ vt no.hic in glo.ſuꝑ verbo ignorantie in fi.ex qua glo.no.ꝙ quando quis tractat de dãno vitando etiam in propꝛio facto ignoꝛantia p̃ſumetᷣ facit.l.Sꝫ ⁊ ſi me putẽ.ſ.ꝺ ꝯdictꝫ.idebi.ad idẽ.C .ꝺ iuꝛ̃. ⁊ fac.igno.l.poſt diuiſioneꝫ.

**Sin autem cautio.** No. ex hac .§. ꝙ cautio non habens cauſam vel habens indiſcretam non valet ꝙ dic vt in pꝛima glo.cui.glo.ꝯcoꝛ.qꝺ no.in. l.ſi ex p̃cio.C.ſi cer.pe.⁊ in.l.generali.C.de nõ nu.pecu.l.ſi ex cautꝫ.C.de dote cau.nõ nu.l.p. In gl.ſuper verbo ex poſuit no.hanc glo.idem no.in.l.generaliter.C. de non nu.pecu. In glo.que incipit non exigi ꝓbatꝫ .⁊c̃. Nota ex iſta gl.ex qua põt colligi ꝙ erroꝛ. probatur probãdo rem aliter ſe habere de quo habuiſtis no.peꝛ glo.in l.de etate.§.fi.ſ.de interrog.actꝫ.probatur. C.de iuꝛ̃ .⁊ factꝫ.igno.l.ſi poſt ⁊ in.l.non fatetur.j.de confeſſ. In ea.glo.ibi optimam ⁊ vide qꝺ no.inſtitꝫ de inutili ſtip. §.item verboꝛum.

**Procula.** No.ex hac.l.ꝙ ex ceſſatione longi tempoꝛis ⁊ computatione rationum ſepius facta ⁊ ex taciturnitate p̃ſumitur fideicõmiſſum tacite remiſſum ⁊ ſi aliquod iſto

rum deficeret nõ p̃ſumeretur remiſſio ⁊ ita hanc .l.itel
ligit glo.in.l.libertis.§.i.j̃.de alimentis ⁊ ci .leg.vbi gl.
iſta.l.declarat.qd̓ nota bene.

## Qui teſtamentũ.

No.ex hac.l. q̄ licet teſtator
confiteatur in teſtamento aliquid ſe debere
alicui tamen ille in cuius fauorem fit confeſſio non po
terit petere vt debitum.ſed vt legatum licet debituꝫ ꝓ
betur qd̓ no.⁊ licet hic loquatur in non capace.idem eſt
in capace ſi ad eius cõmoduꝫ facta fuerit talis cõfeſſio
vt.l.legaui.j̃.de lib.le.⁊.l.qui vxori.j̃.de au.⁊ ar.le.l.luci
us.§.q̇ſqs .j̃.de lega.ij.cum ſy.qd̓ no. In glo . ibi qd
ſi ab eo ⁊c̃. dic.ſ.filio nãli. In.e.glo.ibi ſtatur confeſ
ſioni ⁊c̃.tenet ergo glo.iſta q̄ ꝯfeſſio facta inter prẽm ⁊
filiuꝫ inter viuoſ nõ p̃ſumitur frauduléter facta.Sꝫ Ja.
de bel.⁊ Riꝫ.malũ.dicũt iſtam glo.male loqui dicenteſ
q̄ omis ꝯtus p̃ſumitur fraudulenter factus probat̃ ꝑ
.l.i.C.de nã. In glo.ibi niſi forte omnia vẽderet ⁊c̃.
Nõ.glo.que dicit q̄ venditio omniũ bonoꝝ ẽ fraudolo
ſa.naꝫ lꝫ.l.oẽs.§.lucius hic alle.loquatur i donatiõe. tñ
iſta glo.itelligit ideꝫ in vẽditione.Idem nõ.ſ̃.e.l.patro
nus qd̓ vidẽtur tenere docto.i.l.ij.ſi quis i frau.patro.

Quid ſi nõ vendidi oĩa bona mea dicens ſic vendo
oĩa bona mea.ſed vẽdidi ſingulariter illam reꝫ ⁊ illaꝫ ⁊
ſic de ſingulis.⁊ ſic quaſi nihil mihi remãſit probatur i
tex.cum glo.in.l.nom̃.§.i.j̃.de leg.ij.

## Si arbiter.

In hac.l.glo.ma.dicit ẽt
hoſti.q̄ ſufficit q̄ teſtiſica
tiones in ꝓx.auditis habuerit a pluribus ꝑ iſtum tex.
max.cũ de facili non poſſunt teſtes ſcire a quo vel a qui
bus habuerint illi a quibus.ſe audiuiſſe certificant qꝛ ꝓ
batio nõ ẽ anguſtanda ſeu reſtringẽda dũmodo teſtes
ſint honeſti per id quod habetur in.l.quin.C.de heretic.

In ea.glo.ibi vel enim ipſi omnes.dic ⁊ ſic vult gl.
q̄ ſufficiat q̄ vnus audiuerit a duobus. alter audiuerit
ab alijs duobus vel quod etiam quilꝫ.coꝝ ab eiſdẽ duo
bus audiuerit.Et iſtud tꝫ.Inno.hic q̄ ſufficiat teſtes eẽ
concordes in principali dcõ.lꝫ nõ ſint concordes in cau
ſis dicti vt ipſe nõt.in ca.qualiter lo.ij.de accu .v̓. dicit
qd̓ ſi volo ꝓbare iuriſdict̃.⁊c̃. Contrariuꝫ tenet hic
hoſti.quẽ vide.Inno.in.c.lꝫ ex quadam de teſtibus po
nit caſum ⁊ optime. Nõ.ex hac.l.tria p̃mo qd̓ qñ nõ
agit̃ principaliter d̓ ꝓbando certo tempore non eſt ne
ceſſe qd̓ teſtes deponant de tempore nõ.in.l. teſtiũ.C.
de te ſtibus.⁊.l.ob carmen.j̃.ti.ij. Secundo nõ. i quo
ſufficit teſtimoniuꝫ de auditu. Tertio circa iſtũ tex.
vide qd̓ nõ.Inno.i.c.quid ꝑ nouale ex̃ de v̓.ſig.⁊ vid̓ ꝑ
bar.⁊ alios i.l.i.in fi.de aqua plu.ar.de mã antiq̇tat̃ ad
de ẽt qd̓ nõ.i.l.ſi filius.C.de peti.here.⁊ in.l.ſi in aliena
§.i.de acq.hr̃.⁊c̃. Conclude qd̓ vbi teſtis deponit ꝑ
ſenſuꝫ corporeũ audit̃ propriũ ſi id ſuꝑ quo probatio q̃ri
tur ẽ tale qd̓ ꝑ dictuꝫ ſenſum ꝑcipitur.tũc valet teſtimo
niuꝫ de auditu exẽplum ſi dicat teſtis qd̓ ticius ꝓmiſit
ſeyo.x.interrogat̃ qũo ſcit reſpõdit.qꝛ audiuit ip̃m pro
mittere facit qd̓ habetur i.l.i.§.i.d̓ v̓.ob. Et ꝑ p̃dicta
ẽt vr̃ qd̓ ſi teſtes audiuerũt v̓ba ꝯhentium lꝫ cortina eſ
ſet in medio dũmodo habeãt voces ꝯhentiuꝫ notas va
lebit teſtimoniũ ſi deponãt audiuiſſe ticiuꝫ promittẽ ſe
yo.x.vel aliud ſil̓e de quo ꝑ glo.in.l.ij.§.idem labeo de
aq.pl̃.ar.⁊ ẽt tãgit̃ ꝑ gl.i.c.teſt̃ i.q.viiij.⁊ dixi.ſ̃.e. p̃tẽa.

Aut teſtes deponũt ꝑ ſenſ̃.audit̃. vt ſi deponunt q̄
audiuerunt aliquos carnaliter cõmiſceri nõ autẽ dicunt
ſe vidiſſe ⁊ hoc caſu tale teſtimoniũ de ꝑ ſe non ꝓbat.
ſed cum fama ⁊ alijs adminiculis ſic.⁊ probatur in di
cto.c.preterea. Quando vero teſtes deponunt ſe au
diuiſſe ab alio qui dixit aliquid fuiſſe dictum vel factum
⁊ illud proprie eſt teſtimonium de audit̃.audit̃. q̄ regl̃r
non probat vt nõ.gl.in.c.hoc vr̃.xxij.q.v. i caſibus autẽ
precedentibus non eſt proprie teſtimonium de auditu.
audit̃. In cã tamen matrimoniali.eſt ſpeciale q̄ iter
dum recipitur teſtimonium de auditu.audit̃.ſ̃.eo.c.quo
tiens ⁊.c.licet ex quadam ⁊ ſimiliter eſt ſpeciale vbi agi
tur de fact̃.valde antiquis vt in.l.ſi arbiter.de proba. ⁊
in.c.quid per nouale de verb.ſig.⁊ eo.ti.veniens cuꝫ ibi
nõ.per.Inno.li.vi. Quod autem ſi teſt̃.an interroga
tus an ticius promiſſerit ſeyo dotem reſpondit .q̄ ſic.

Interrogatus de cauſa ſcire reſpondit quia p̃ñs fuit
⁊ vidit an probet teſtimonium eius videtur q̄ nõ qꝛ tici
um promittere ſeyo.x.nõ ꝑcipit̃ ꝑ ſenſum viſus ſed per
ſenſum audit̃. Contrarium cõmuniter tenet̃ qꝛ ſen
ſus viſus vr̃ eſſe generalis.ad omnem ſenſum.vt eſt gl.
valde nõ.in.c.teſtes. p̃allegato in.q.ix. Et nõ. ẽt cy.
in.l.teſtiũ.C.eo.⁊ archi.in.d.c.hoc videtur.xxij.q .v.nõ.
ẽt ſpec.de teſt̃.§.i.v̓.Itẽ q̄ non prohibet. Quid autẽ
econtra.ſi dicat ſe audiuiſſe id quod ꝑcipitur per viſuꝫ.
puta qꝛ interrogat̃.an ticius ingreſſus fuit talẽ domuꝫ
vel talẽ poſſeſſionem reſpondit q̄ ſic.interrogatus d̓ cã
ſcie reſpondit qꝛ audiuit ipſum ĩgredi an probet .d .an.
vr̃ hic velle q̄ ſic qꝛ hꝫ cũ ſenſus auditus ibi includit vi
ſum. Sed contrarium voluit archi.in.d.c.hoc vr̃.⁊ vi
det̃ q̄ melius quia licet reperiatur in ſenſu viſus q̄ ſit
generalis.ad alios ſenſus non tamẽ ſic reperit̃ in ſen
ſu audit̃.facit q̄ nõ.Inno.in dicto.c.cum caſum.j̃.eo.

# De fide inſtrumẽtoꝝ. Rica

## Inſtrumẽtorũ.

Nota ex hac.l.qd̓ ex colluſio
ne vocabuli colligit̃ ꝓpria ſigni
ficatio vocabuli.Sꝫ circa iſtã.l.q̃
ro nũquid data dillatõe ad ꝓdu
cendum inſtr̃a poterunt ꝓduci teſtes. Sed ꝯtrũ nõ.
ſpecul̃.in ti.de dilat̃.§.fi.v̓.qd ſi actus.Bal.

## Quicunq̃ꝫ a fiſcho.

In glo.ibi
publicatus
⁊c̃.idem nõ.in aũt.ſi quis in aliquo.C.d̓ eden
do.Sed q̃ro de duobuſ.p̃mo an ſufficiat ꝯſenſus ãbaꝝ
ꝑtium ſine iudice dic qd̓ nõ.vt nõ.ꝑ Inno.ex̃ de fide in
ſtrumentoꝝ.c.ſi inſtr̃a ⁊ in ſpe.de inſtr̃oruꝫ edict̃.§.oſtẽ
ſo.v̓.hoc etiam no Sed q̃ro an cum inſtr̃m exẽpla
tur iur̃.auc̃te dꝫ pars citari dic qd̓ ſic vt dicit Ja.d̓ are.
i aũt.ſi quis i aliquo.C.de edendo ⁊ ibi ꝑ cy.⁊ per ſpec.i
dicto titulo de inſtru.edict̃.§.oſtenſo. Ultimo no.
ſeq̇ẽtem partem glo.

## Repetita.

Quero de intellectu iſtius.l.
rñdeo iſta.l.dꝫ intelligi d̓ ꝑua
ta ſcriptura.naꝫ ſi notarius apponẽt aliaꝫ diẽ
in inſtr̃o q̄ deberet ſine dubio falſuꝫ committeret.⁊ in
tellige hoc fuerit appoſita dies.antiquior.⁊ nõ v̓a.Sed
ſi appoſita dies vera vt puta ꝯfiteor.ego debitor hodie
qd̓ iam fũt ſex menſes qd̓ obligaui talem rem.tunc ſcri
ptura nõ eſſet falſa cum talis ꝯfeſſio nõ p̃iudicaret alij
creditori cui prius obligaui ut.ſ̃. de pigno.l.ſi ſtipulat̃
quod nota.Bal.

## Si de tabulis.

Nota iſtam pulcraꝫ
⁊ notabilem.l.cuꝫ q̃
ritur apud quem debeant eſſe inſtrumenta te

ſtamenti de quo dic vt habes hic.

De teſtibus. Rica.

**T Eſtimonioꝝ.** Nõ.ex hac.l.ꝙ edictuꝫ de teſti
bus eſt prohibitoriũ quilibet eñ
admittitur in teſtẽ.q nõ prohibe
tur.vltimo circa iſtud ꝑnc piũm
uide glo.ſuper uerbo litibus in fi.Sed certe cã dicit᷑ añ
litem ꝯte.ꝛ poſt.ſed lis dr̃ poſt liteꝫ ꝯte.tñ ut in.c. ex ꝑ
te ex̃ de ṽbo.ſigni.

**Q uãquam.** Nõ.ex hoc.§. ꝙ iudex ꝑt
refrenare teſtium multitu
dineꝫ refrenata uide ꝑ Inno.i.c. mecuꝫ tñ ex̃ de teſtib᷒
ꝛ ibi etiam per glo.quã uide ꝛ nõ.

**T eſtium fides.** Nõ.ex hoc tex.
ꝙ magis credit᷑
ei qui eſt i dignitate ꝙ̃ ei q nõ eſt in dignitate
Secundo nõ.ꝙ ꝑꝑ inimicitias qs teſtis redditur ſu
ſpectus quod intellige ut i glo.q̃ incipit vbi diſtinguitur
Et aduerte ad glo.que incipit ꝙ ſuſpectus in quantum
dicit ꝙ iudex de oibus ꝯdictionibus teſtis dꝫ inueſtiga
re ex ſuo offõ ab omnibus bone opĩonis quaꝫ glo. nõ.ꝛ
idem nõ.in aũt.de teſtibus.§.ſi vero. Et circa ꝑdcã
vide qđ nõ.ꝑ Inno.in.c.qm̃ ꝯ falſaꝫ ꝛ in ſpe.i ti. đ teſte
§.notãdum ṽ.ꝯſiderare ꝛ aduerte qđ dicit đ inimico qđ
dꝫ intelligi de inimico capitali ſeu de eo q hꝫ cãm diuꝫ
bonoꝝ ꝛ vide circa hoc qđ nõ.in aũt.de teſti.§.ſi ṽo ꝛ in
aũt ſi dicatur.C.e.ꝛ vide q dicãtur inimici quo ad iſtum
tractatuꝫ i.c.cũ oportet ex̃ de accu. Tertio nõ. quod
amicus repellitur a teſtimonio.Sed aduerte qđ ſi qdẽ
eſt amicus leuis amicicie a teſtimonio nõ repellit᷑ ꝛ ita
loquat᷑.l.ſciẽdum.ẽ.đ vſuris.aũt ẽ amicus nõ leui ami
citia.ſed magna.tũc repellitur iuxta diſtinctõnem q̃ po
nitur in.l.late.§.amicos.ĩ.de ṽ.ſigni. ꝛ ita iuxta ꝑdicta
dꝫ intelligi qđ no.in aũt.đ monachis.§.cogitãduꝫ.

**Tu magis.** No.ex hoc.§.ꝙ iudicii arbitrio
ꝯmittitur quãta fides ſit adhibẽ
da teſtibus ꝛ vtrũ ſit adhibẽda vel nõ.ꝛ ex hoc glo.ꝯclu
dit ꝙ teſtis dꝫ eſſe notus iudici. an aũt debeat eſſe no
tus ꝑti ꝯ quaꝫ producitur glo.dicit ꝙ ſic i actõne pſona
li nõ aũt in actione reali.Sed ꝓ huius glo. declaratiõe
dic ꝙ ſi qdem teſtis ꝓducitur ad teſtificãduꝫ ſuꝑ aliquo
qđ nõ reſpicit factum ꝑtis.ꝛ tũc nõ eſt neceſſe ꝙ cogno
ſcat partẽ puta ſi fuit adhibitus ad teſtificãdum.an tale
opus fuerit factuꝫ vel nõ.ꝛ hoc vult dr̃e iſta glo.ꝙ i rea
li nõ ẽ neceſſe ꝙ teſtis ſit notus ꝑti.Si ṽo hꝫ teſtificari
ſuꝑ eo. ꝙ repicit ꝑtẽ.tũc ẽ neceſſe ꝙ cognoſcat ꝑtẽ.puta
ſi fuit adhibit᷒ ad teſtificãdũ.an tale op᷒ fuerit ſcm̃ l'ñ
aliter de eius facto teſtificari nõ poſſet.ꝛ hoc vult dicẽ
gl.ĩ.Sed aduerte quod lꝫ ꝑtem nõ cognoſcat.Sꝫ tamẽ
dicat ꝙ ſi eam videret ꝙ cognoſcẽt ſufficeret.vt nõ.ẽ.ſi
ex noxal' cauſa agatur.l.i.ꝛ no.ex̃ de teſtibus.c.cuꝫ cãm.
Secũdo no.ꝙ iudex põt interrogare teſtem de tꝑe vt
no.i.l.teſtiuꝫ.C.eo.ꝛ.ĩ.eo.l.ob carmẽ.§.fi. An aũt te
ſtis poſſit deponẽ teſtimoniũ i ſcriptꝭ dic ꝙ nõ.qꝛ iudex
dꝫ audire viuaꝫ voceꝫ.ꝛ ſic qua ꝯſtantia ꝛ qua trepida
tione loquat᷑.l.de mĩore.§.tormẽta de queſtꝭ.Si tñ teſtꝭ
iuratꝭ dcm̃ ſuuꝫ in ſcriptꝭ nõ ꝯdicente iudice neqꝫ ꝑte ꝛ i
ꝑñtia iudi.ſcripturã teſtimonij porrigat vel dicat ſe teſti
ficari vt in illa ꝯtinet vr̃ teſtimonium valere ut uoluit
bar.i.l.eos.ff.de fal.ꝛ facit ꝙ ipe nõt.i.l. theopõpus de
dote ꝑle.Secus ſi in abſẽtia ꝑ lr̃as deponẽt dcm̃ in.q.
viij.i.c.ſi teſtes Jo.ĩ.c.đ teſtibus extra codeꝫ.nõ.i. l.te
teſtiũ.C.e.ꝛ.ĩ.e.l.ob carmẽ.§.fi.

**Eiuſdem quoqꝫ.** Nõ.ex hoc.§
ꝙ fama ꝑ ſe ñ
probat. Sed probatõnem coadiuuat. Sed dicit glo.
ꝙ fama facit ſemiplenã ꝓbatõem qđ itellige i ciuili ꝛ itđ
itelligit ſpec.in ti.đ notorio crimĩe.§.fama.ſecus i criali
vt ibi no.ꝑ eum ꝛ ẽ glo.or.i.c. veniens ex̃ de teſtibus lꝫ
dy.ꝯſulendo tenuerit ꝯtrium ꝙ etiã i criminali faciat ſe
miplenã ꝓbationeꝫ i ꝯſilio quod icipit in qõne q̃ vertit᷑
ꝛ vide ꝙ ipe dy.no.i.l.ij.§.etas de excu.tu.ꝛ aduerte qꝛ
glo.dicit hic qđ fama probatur per duos teſtes q.ꝓbent
maiorẽ partem populi hoc ſentire. Sed aduerte qđ te
ſtis dꝫ reddere cãm qꝛ dꝫ dicer᷑ qđ audiuit dici a maiori
ꝑte populi.naꝫ teſtis debet teſtificari ꝑ vnum đ quinqꝫ
ſenſibus vt.l.q teſtõ.ĩ.de teſtis in fi. Sꝫ an famã ſuf
ficiat ꝓbari eſſe i ṽna quaqꝫ ꝑte ciuitatis.an i loco đlicti
tex.qui eſt in.l.de minore.§.tormenta. ĩ. de queſtionib᷒
ciuitatis videor dr̃e eſſe neceſſarium famam probari eẽ
in vna quaqꝫ ꝑte ciuitatis.ſed de iure canonico reqrit᷑
qđ fama probetur eſſe in loco delicti vel vbi aliquid di
cit᷑ eſſe factum ita no.in.c.iquiſitꝭ ex̃ de accuſat᷑.

**Idem diuus adrianus.**

Iſte textus.dum dicit ſe non teſtimonijs ꝛc̃. indu
citur per.Ja.de are.ꝙ maleficium non põt probari per
inſtrumenta đ qua.q.ꝑ glo.i.l.ꝯ negateꝫ ad.l. acquil'.
ꝛ in.l.ij.ſenatus.ĩ.de accuſatꝭ.de quo ꝑ Jo.an.in.c.fi.ex̃
de iureiur᷑.ꝛ i.c.ij.ex̃.đ verboꝝ ſignificatꝭ.

**Sabino quoqꝫ.** Nota tex.ꝙ ꝑs
ꝓducens teſtes đ
bet eis impendia dare de quo habes in.l.ſi quando
C.e. Nõ.ex hoc.§.l.iulia.que perſone prohibeantur
dr̃e teſtimoniũ ꝛ inter alias pſonas que hic enumeran
tur eſt ipubes ꝛ infans.ꝛ ideo glo.querit an factus pu
bes poſſit ferre teſtimonium de his que vidit i pupilla
ri etate ꝛ videtur hic gl.velle qđ ſic ſuꝑ verbo impube
res ꝛ cũ hac glo.ꝯcor.qđ nõ.in.l.notionem.§.inſtrumẽ
toꝝ.ĩ.de ver.ſignifi.ĩ.de teſtamẽtis.l.ad teſtiũ.inſti.de
teſtamentis.§.teſtes. Sed dy.in hac.q.dicit qđ ſi q
dem factus pubes teſtificatur de eo qđ vidit i pupillari
etate in qua tñ erat alicuius diſcretionis tũc eius dictũ
valet.Si vero teſtificat᷑ de tali tempore pupillaris eta
tis i qua nõ habebat diſcretionẽ tunc eius dictum non
valꝫ ita nõ.ipſe i.l.accipiunt᷑.ĩ.ad ſy.ꝛ eſt gl. or.xxxvij.
di.c.relatum.ꝛ vide qđ nõ.ſpec.in ti.de teſte.§.i. ṽ.item
accipit. Secundo dixi qđ infamis repellitur a teſti
monio qđ intellige de infame infamia iur᷑. Nam infa
mis infamia facti admittitur ad teſtimoniuꝫ de quo vi
debis in.l.caſſius.ẽ.đ ſenatoribus.C.de ſũ.tri.ꝛ fide ca
tholica.l.i.i fi.l.i.i.gl.ẽ.de his qui.no.i fa. Sed aduer
te qꝛ glo.que incipit ſine deletu que dicit qđ infamis q
admittitur ad teſtimonium dꝫ admitti cum tormentis
pro qua glo.facit tex.in.l.ob carmen.§.ſi rei.ĩ.e. ꝛ vide
qđ nõ.in auc̃.de teſtibus.§.ſi vero ignoti. Item ad
uerte ad gl.que dicit ꝙ infamis contra infamẽ indiſtin
cte admittitur an ſit verum dic vt no.Ja.de are.in.l.cũ
mulier.ĩ.ſo.ma.ꝑdicta ſunt vera de iure ciuili ſed de iu
re canonico infamia facti non repellit quem a teſtimo
nio in cã ciuili.Sed in cã criminali ſic vt ex̃.de teſtibus.
.c.teſtimonium eius ꝛ ex̃.de excep.C. primo. In gl.
ibi qd de homicida circa iſtam glo.vide ex̃.e. c.antepl't.
Et aduerte qꝛ quando ꝯ teſteꝫ excipitur qđ eſt crimino

ſus dñt appõi circũſtãcie crimis ſicĩ libello accuſatorio.

**Quod ad teſtes.** No.tex.ibi que ↄſuetudo ⁊c.no.
ex hoc tex.ꝙ in his que ſpectat ad litis ordina
tionem dꝫ inſpici cõſuetudo loci vbi lis agitatur ut.l.ij.
circa fi.C.de iura.calũ.facit.l.ij.C.quẽadmoduꝫ teſt.ap.
In his vo q̃ pertinet ad litis deciſioneꝫ dic ut habuiſ
ſtis in.l.ſi fundus.ſ.de euict.⁊.l. .ſ.ð vſuris. Et circa p̃
dicta vide qð nõ.Inno.i.c.i.ex̃ de ↄſue.xij.di.c.illud.

**Lege iulia.** Circa iſtam.l. q̃ro quid in
alijs affinibus hic nõ enu
meratis.vide qð nõ.glo.in.l.veſteꝫ.j.de iniuri
is ⁊ vide quod nõ.glo.hic ſup v.ſobrinaꝫ ⁊ vide qð nõ.
in.q.ij.c.abñs. In glo.ibi.ſed an.p eis ⁊c. tu dic ſm
nños docto.ꝙ aut fauor ſolus ẽ cã nõ cogendi teſtẽ te
ſtimoniuꝫ ferre.tũc.p eis teſtimoniũ ualet ar.l.ꝙ fauorẽ
hic alle.qñqꝫ nõ eſt ſolus fauor.ſed reuerẽtia cã nõ cogẽ
di teſtem ferre teſtimoniuꝫ.tũc etiam .p eis nõ ualet ut
in liberto qð nõ.Facit.l.iſta ꝙ ẽt in crialibus ſũt teſtes
ↄpellendi ad ferrẽduꝫ teſtimoniũ ex eo ꝙ excipit certaſ
pſonas.ut hic uide de hoc i.c.dilectoꝝ ex̃ de teſtibuſ eo.
p glo.⁊ doctores.⁊ nõ.diſtinctõem quaꝫ hic ponit Jo.

Idem dicit hoſtienſis.de priuilegia.tisut non poſ
ſint ↄpelli ut ſunt aliqui de qbus habetur.iiij.q.iij.§.in
ter in criali.v.item.l.iulia.⁊.v.ẽt inuiti ꝙ poterũt etiaꝫ
ↄpelli quãdo aliter vitas haberi nõ poteſt qꝛ nulluꝫ pri
uilegiuꝫ nec aliqua pietas excuſat a peccato.j.de vſuriſ
ſup eo.⁊ ſic ſm hoſti.erat differentia inter p̃uilegiatos
ſoluꝫ quãdo veritas aliter haberi põt.qꝛ tũc nõ ↄpellun
tur p̃uilegiati.ſed alij ſic Johan.i.c.i.de teſti.eo.⁊ idem
voluit de ſacerdotibus ⁊ ↄcordat glo.in.c.ſup eo.eo.ti.al
legat.c.extra q̃.xiiij.q.ij.

**Idonei.** In glo.ibi vel iuriſdictõis pe.in
telligitur hanc nõ eſſe verã ⁊ iõ
dic p cy.in.l.iiij.C.de teſtibus.an aũt dñs poſ
ſit eſſe teſtis pro ſuo ſubdito vide caplm cãm ex̃ de offi
cio delegati.Bal.

**Inuiti.** In glo.ibi ↄ.Sed tu ↄ ⁊c.Sꝫ.d.
Mar.ſil.intelligit aliter diceſ ꝙ
illud quod hic dr̃ dꝫ intelligi qð nõ cogũtur di
cere.ſ.vniẽde corã iudice. Sed iudex dꝫ mittere ad eos
officiales.⁊.p hoc facit finis iſtius.l.intelligẽdo ſimplr
facit.l.ad pſonaſ.ſ.ð iuř.iurã.alias dicit ipe hec.l.abſur
diſſimũ ponẽt.⁊ hoc ẽt tꝫ Ja.bu.⁊ nõ.bene finẽ huiuſ.l.
q dicit ꝙ ſi hee pſone q̃ hic enumerantur fuerũt poſtea
rogate a ptibus qð videť renũciaŕ p̃uilegio qð hñt ne
iure cogãtur ferre teſtimoniuꝫ qð nõ. Ultimo circa
.l.teſtis vide qð habeſ.j.de teſtis.l.qui teſtõ ⁊ ꝙ nõ.ſpe
cul.in ti.de teſte.§.i.Bal.

**Nullus idoneus.** In glo.ibi te
neť de euictõ
ne ⁊c.petrus vo dicit ꝙ nullo mõ põt eſſe teſtis
.p emptore ſiue teneať de euictõe ſiue nõ ad modũ .pſo
nete qð nõ.bene. Secũdo nõ.glo.in.l.que ponit caſũ
i qbus requirũtur teſtes rogati idem nõ.in aũt.rogati
C.e. Tertio nõ.i.l.q̃ſitum ꝙ cã abſurditatis vitande
extendiť lex ad caſũ nõ expſſuꝫ hñteꝫ tñ ſimilẽ rationẽ.

**Scio quod.** Nõ.ex hac.l.ꝙ ar.a con
trario ſenſu diciť eẽ lex.
circa qð vide tex.⁊ glo.in.l.apud antiquos.C.
de furtis ⁊.l.q teſtõ.§.mulier.j.de teſtamentis facit.l.i.
§.huius rei.ſ.de offic.eius q.man.ẽ iuř dictio. In gl.
ibi excepto teſtõ ⁊c.dic ꝙ in codicillis mulier põt eſſe
teſtis vt nõ.l.ſi.C.de codicill.⁊ dicta.l.q teſtõ.§.mulier

Item poteſt eſſe teſtis in teſtõ.ꝙ pater facit inter fi
lios vt nõ.in auc.de teſtis imperfectis in prin.⁊ in auc.
ꝙ inc ſubſcriptione.C.de teſtis que aũt ſit ratio quare
mulier regulariter prohibeatur eſſe teſtis in teſtamen
to dic vt nõ.per glo.inſti.de teſtamẽtis.§.teſtis, Se
cundo nõ.in.l.in teſtimonium ex quo habes ꝙ in cauſa
criminali non põt eſſe teſtis minor.xxv.an.v.hic.

**Si teſtes.** Oẽs quero de itellectu huius.§.
dicit gl.ꝙ iſte.§.põt intelligi ſiue
teſtes adhibeãť ab vna pte tñ ſiue a diuerſis.qꝛ ſemp
ſtať dignioribꝰ potiꝰ q̃ nuõ ꝙ itellige verꝫ niſi i nuõ ſit
magnus exceſſus vt nõ.p gl.in.c.in noſtra ex̃.c.In gl.
ibi hoc determinat iohes ⁊c. Nõ.iſtam determina
tionem quãdo ſit verum ꝙ teſtis debeat de tẽpore iter
rogari circa qð vide quod nõ.docto.in.l.ij.in.iiij.q.prin
cipali.v.ſed quero cum difficile ⁊.v.ſe.facit qð nõ.Inn.
in.c.qualiter ex̃ de accuſat.⁊ in.c.cum cauſam ex̃ de te
ſtibus facit.l.teſtiuꝫ ⁊ qð ibi nõ.C.e. In glo.ibi coũ
teſtimoniũ hic tenet ⁊ ſtatur ei niſi ſit ſingularis i dicto
ſuo.ita dicit Mar.ſil.vt eſt caſus i.c.bõe memorie el.i.
ex̃ de elec.⁊ in.c.porro ⁊ in.c.cum dilectus ⁊ in.c.nos vo
ex̃ de accuſa.c.cum dilecti in fi.vide.ſ.de legi.l.ð qbus
ad fi.nõ. Nõ.qð p̃ferũtur teſtes qui veriſimiliora
dicunt illa autem ſunt veriſimiliora que iuri cõi ↄſonãť
ar.ex̃ de proba.c.lꝫ dũmodo in alijs ſit paritas ſꝫ Inn.
ex̃ de preſcriptis.c.auditis.in glo.qdeꝫ.Bal.

**Qui reus ingratus.** Hec lex.
ſm gl.in
telligitur duobus modis vt habes hic in glo.
Sed.Ja.bu.legit eam tertio modo cuius lec.eſt notabi
lis multum.⁊ menti tenenda.pone ꝙ aliquis facere vo
lebat teſtamẽtũ venientis ab inteſtato non paciebanť
ipſum facere teſtamentũ vel teſtes ad eſſe vel notariũ.
Sed circa iſta dic ꝙ iudex debet ire per ſe vel mit
tere notariũ cũ teſtibus vt ille poſſit teſtari.h.d.ſꝫ.Ja.
bu. In gl.que incipit non faciet eos dicere ⁊c.nõ.ex
hac glo.ꝙ acta pñt probari per teſtes vidiſtis in.l.quo
tiens.§.interrogat.ſ.de pro bat.

**Produci.** In glo.ibi.C.e.l.ſi quis teſti
bus.Sꝫ tu dic in eadem cau
ſa.idem ſuper diuerſo capitulo.vt nõ.ibi p cy.
In.e.glo.ibi in auc.de teſti.§.qꝛ.vero ⁊c. dic ho cẽ
in eadem cauſa alias ſecus vt ex̃.e.c.veniens ⁊ ibi p gl.
⁊ Inno.⁊ etiam pñt in eadem cã pduci ſuper alio tñ.c.
vt ex̃.e.c.cuꝫ cauſam.el.ij. In.e.gl.q̃ incipit quattuor
de queſtionibꝰ repeti ⁊c.dic ſꝫ illud officio iudicis fit qñ
obſcure dixit nõ.in auc.de teſtibus.§.qꝛ vero ſepe ⁊ i.c.
cum clamor ex̃.e. In glo.ibi ſm.Jo.dic ſed ↄrium vi
detur nõ.glo.ex̃.e.c.cum cauſam in vlt.glo.⁊ plenius in
c.conſtit.e.ti.el.ij. Bald.

**Mandatis.** In quantum iſta lex.dicit
de tutore vide ꝙ nõ.habes
in.l.qui teſtamento.⁊ ibi p glo.⁊.Ja.de are.⁊
dy.j.de teſtamentis. In glo.ibi in procuratore ⁊c.vi
de circa hoc qð nõ.p cy.in.l.qñ liberi.C.e.in.ij.q.⁊ qð
per glo.in.l.decreuerunt.j.de iuř fiſci qð nõ.bene.

De iuř.⁊ facti ignorantia. Rica.

In glo.rubrice no.gl.q̃ ponit differentiã inter igno
rantiaꝫ ⁊ ſcientiam.Sed clarius i.l.de ſtatu.j.de teſtiſ
In.e.glo.ibi ſic iſta duo copulantur ⁊c.no.ex iſtu gl.
quod dictio hꝫ copulare diuerſa.h.d.Bal.

**Ignorātia.** Jſta.l. pōit duplicez ig°
rantiam ſcilicet iuris ⁊ facti ⁊
eam per exēpla declarat ⁊ nō.
ver.dicemus qui eſt tñ hodie cō
rectus ut habes in glo.

**Regula eſt.** Nō.ex hac.l.in.§.⁊ lz ibi
nam inicium ꝯſtitutionis
⁊c̄.ꝙ qñ p̄fatio.l.eſt gnālis lz.l.ſit ſpālis. tamē
tota.l.gnāliter eſt itelligenda.⁊ ideo p̄fatio.l. dat intel
lectum toti legi vt.l.apud celſum.⁊ ibi nō .in p̄nci .j.de
doli except̄. Secūdo nō.ꝙ lz.l.ſit ſpālis ſi tamē eius
rō eſt gnālis eſt gnāliter intelligenda.quia rō eſt de ſui
nā debet eſſe generalis vt videbitis nō.in.l. non omniū
ō.de legibus. Baldus.

De ſponſalibus. Rubrica.

**Sponſalia** Sponſal'a fiunt ꝑ ver
ba de futuro ⁊ a ſpondendo dicū
tur a quo etiaz deſcēdit appella
tio ſpōſi.h.d.cuz duabus leg.bus
ſequētibus. Jn glo.ibi.l. pꝛia
in fi.Et ꝙ matrimoniuz nō requirat ſpōſalia probatur
j.e.l.queſituz.⁊ q̄ incipit ad idē.j.ti.i.l.minorē.⁊.l.in libe
ro. Jn glo.⁊.l.ij.ibi.§.item v̄boꝛuz ⁊c̄.Sz p̄ma opi.ē
verioꝛ ⁊ nō.in dicto.§.item verborū.⁊ ibi ꝑ glo .quā gl.
allegant doc.in.l.iij.C.de in vtili. ſtip. Jn.e.gl .in fi.
videtur.ergo velle iſta gl.ꝙ a tali ſtipulāte poſſit agi ad
intereſſe ſi femina q̄ promiſit matrimoniū ꝯhere ip̄z nō
ꝯhat idem nō.glo.in.l.ticia quam glo. allegat pꝛo ꝯꝛia.
Sed ꝯꝛium nō.in.l.ſi ſtipuler.e.ti.⁊ ꝑ azo. in ſūma il
lius ti.in p̄n.vltramōtani doc.tenēt glo.dicte.l.ſi ſtipl'er
vt refert cy.C.e.l.fi.dy.v̄o reducit iſta ad ꝯcoꝛdātiā iſto
mō.qñqz volo agē ad intereſſe qd̄ ꝯſiſtit i damno. puta
qꝛ ꝑꝑ talē promiſſionez feci ꝯuiuia.⁊ tūc poſſuz ⁊ ita lo
quitur glo.intereſſe quod conſiſtit, in lucro.⁊ tunc qꝛ.ſa
pit penaz hoc petē nō poſſuz.⁊ ita loqtur glo. dicte. l.ſi
ſtipuler.Sed certe lz iſta diſtinctio dini.ſit vera. tamen
iſte glo.ad ꝯcoꝛdātiam nō reducūtur.⁊ iſta glo.⁊ glo.l.
ticia loquūt' de intereſſe qd̄ ꝯſiſtit i lucro.Nam iſte gl.
dñt agi ad itereſſe.qꝛ mulier eſt diues.⁊ ſic ſm iſtam di
ſtinctionez dy.iſte glo.nō bene loquēntur itelligēdo ſm
ex^a q̄ patiūtur diſtinctio tñ dy.eſt vera ⁊ ꝑ hac diſtinctō
ne facit.j.de furtis.l.is cui.l.proculus ⁊ ō damno ifecto
⁊ circa mām iſtius glo.vide quod nō.glo.⁊ Jo.an.i.c.ge
mina mulier ex̄.e.ti.ꝑ doc.C.e. Bal.

**Sufficit ⁊ ſpon.** Cōtrahuntur nu
do ꝯſenſu inter p̄
ſentes vel iter abſētes ꝑ nūciuz vel ꝑ epl'az. h.
d.cum.l.ſe. Jn glo.ſuꝑ verbo poſſe ibi ar. ꝙ non ſint
ſpōſalia.Sed ꝯꝛium habuiſtis nō.in ſilii.l.i.in fi.ō. ō ꝯ
hen.emp.ſed veritas ē ꝙ ſpōſalia nō tenēt ar.l.ſi pater
j.de manumiſſ.vidic.⁊.l.Si penituit.j.de diuoꝛ.naz iſte
q mittit' cum iteruēniat vt nūcius ſtatim cum defficit ꝯ
ſenſus dñi defficit actus q per illum geritur cum nō di
catur ꝯhere nupt̄.Sed dñs vt.ō.de ꝯſti.pecu.l.licz.C.ſi
qs alteri vel ſibi.l.multuz ⁊ hāc opi.tenet cy.C.mādati.
.l.mādatum ⁊ Ja.de bel.in.l.i.§.Sed ſi ego.ō.ꝙ iuſſu ⁊
de ac.nō.per glo.xxx.q.v.c.nec illud ⁊ in.c.ſuꝑ eo ex̄ de
ꝯdict̄.appoſit̄.⁊ vide quod habetur hodie ex̄ de procur.
c.fi.v̄.ſane.li.vi.⁊ circa hoc vide quod nō.Jnno.in.c.iuue
nis ex̄ de ſpōſalibus. Jn glo.ij.ibi nō v̄bis ⁊ hāc opi.

firma' glo.in aūt.de nupt̄.§.nuptias coll'.iiij.j. ō re.iu'
.l.nuptias circa quod vide qd̄ habes in.c.fi.ex̄ de ꝓcur.
li.vi.⁊ nō.ex hac glo.ꝙ matrimoniuz v̄ba nō requirit cu
ius ꝯꝛium nō.C.de p̄ſcript̄.xxx.an.l.cum notiſſimi i p̄n.
Sed pꝛo nr̄a glo.facit.l.mutus.j.de iur̄ do.vbi mutus ꝯ
hit matrimoniuz.Sed ꝯ iſtam glo.facit gl.i.iſtius.l. dū
loquitur de ſpōſalibus.Sed de hac queſtione diſtigue
vt diſtinguit glo.ex̄.e.ti.c.tue vbi eſt bona glo.⁊ vide qd̄
nō.e.ti.c.pe.⁊ de cōiugio ſeruoꝛum.c fi. Jn.e.glo. ibi
nō matrimoniis ⁊c̄.tenet ergo glo.Jſta ꝙ matrimoniū
poteſt fieri in diem ⁊ ſub ꝯdictione idem nō.in.d.l.act̄.
⁊ in dicto.§.nuptias ⁊ hēs hoc exp̄ſſum ex̄ de cōdict̄.ap
poſit̄.c.de illis ⁊.c.ſuper eo ⁊.c.ſuper tuas ⁊.c.fi.eo.titu.

**Si puelle.** Eius eſt diſſoluere cuius ē
ligare.h.d. Jſta notabilis.
l. Nota ex hac.l.ꝙ ſolus tutoꝛ nō pōt ſpon
ſalia ꝯhere nec diſoluere ad quod.C.de nuptiis.l. in co
pulandis. Sed hic quero dicit' hic ꝙ ſponſalia de
bent fieri de voluntate puelle.qd ſi puella ꝑꝑ verecūdi
am nō conſentit dic vt nō.in.l.i.C.de nupt̄.⁊ .l .i cegnit̄.
e.ti.⁊ qd̄ nō.e.ti.l.ſi pater qd̄ nō. Bald.

**In ſponſalibus.** Tantū valet
id qd̄ fit cum
ſcriptura quantū id qd̄ fit ſine ſcriptura .h. d.
Jſta notabilis p̄ns.l.ꝯcoꝛdātie.C.e.l. neqz ſi ō nuptiis.

**Queſitum ē.** Perductionez ad do
mum ſponſalia nō pre
ſumūtur ꝯcta durant tñ ſi ante ꝯductiōem con
tracta fuerunt.h.d.Jſta notabilis.l. Sed quero po
ne cū minore.xij.annis fuerunt contracte nuptie ꝑ ver
ba de p̄nti an.cū nō poſſit eſſe matrimonium erunt ſal
tim contracta ſponſalia.dic ꝙ ſic nam licet matrimoni
um iur̄ prohibente ꝯctum non ſit matrimonium dicunt'
tñ eſſe ꝯcta ſponſalia iur̄ interpꝛetat̄. vt ex̄.de ſponſa.
impubeꝝ c.uno.v̄.idem quoqz li.vi.⁊ vide qd̄ nō. gl.ex̄.
de ſponſa .impubeꝝ .c.nob.⁊.c. duo pueri ⁊ .c .tue ⁊c̄.

**In poteſtate.** Pater pōt ſponſa
lia filie exn̄tis in po
teſtate diſſoluere ſecus ſi filia fuerit emancipa
ta.h.d.Jſta notabilis lex. Pꝛo declaratiōe iſtius. l.
vide qd̄ habes in tex.⁊ glo.xxx.q.iij.c.i.⁊ qd̄ nō. gl .ex̄.
de ſponſa. impubeꝝ .c.vno.v̄.poꝛro.li.vi .⁊ qd̄ notauit.
Jnnoc.in.c.ex ꝑte ex̄ de reſt̄.ſpoliat̄.c.i.in glo.ij. Bal.

**Sponſalia.** Spōſalia conſenſu filie ꝯ
trahuntur ſponſalia q̄ filia
patri ſemꝑ itelligitur cōſentire licet contradi
cere poſſet ſi haberet iuſtam cauſaz ꝯtradicēdi.h.d .iſta
.l.cum.l.ſequenti. Nota ex hac.l.ꝙ ſicut pater in du
bio filie intelligitur ꝯſentire vt.ō.e.l. in ſpōſalibus. §.i.
ita ecōuerſo filia patri in dubio intelligitur conſentire.
Jn glo.que incipit ergo ſi dignum ⁊c̄. ibi ſed Jo . ⁊
iſtam opy.tenet Jo.extra de deſpō.impuber̄.c.i.

**Filiofa.** Quero circa iſtam.l.an i dubio
pater intelligatur filio conſenti
re ſicut vidiſtis de filia.ō.e.l.prox.glo .q̄ eſt .j.
ſo.ma.l.lucius tenet ꝙ non.Sed illam glo.repꝛehēdit.
Ja.de are.⁊ pe.de bellaptica argumento.l.hoc. Jta.ō.
⁊ illam.l.lucius intelligunt ꝙ ibi filius nō conſenſit qꝛ
ignoꝛauit vel expꝛeſſe ꝯdixit circa iſtam glo .vide quod
habes ex̄ de ſponſa . impubeꝝ.c.vno.li.vi.

**In ſponſalibus.** Nō . ex hac
.l.ꝙ ſpōſalia
non conſtituuntur ante ſeptimum annum vt
hic ⁊ extra de ſponſalibus.c.lr̄as ⁊.eo.ti.c.i.li.vi. vbi de

hoc an aūt aliquo modo etas.vij.annoꝝ poſſet pueniri nō.per gl.in.xxx.q.ij.c.in ſūma ex̄ ꝺ ſpōſalibuſ.c.iuuenis.⁊ vide quod no.archi.ex̄ de ſpōſa. ipubeꝝ .c.i.li.vi. vbi de hoc etiam per glo.J.an.

**Tutor.** Nō.ex hac.l.ꝙ iura loqntia ꝺ nuptijs ꝯbuntur ad ſpōſalia ꝯcoꝛ.ī.l. prox:⁊.ī.de fundo dotali.l.iiij.qꝺ facit ad.q. ꝺ qua dicam in dicta.l.iiij.Bal.

**Oratio.** Cum aliquid prohibetur vr̄ eſſe ꝓhibitum omne id p quod peruenitur ad illud ꝓhibitum ſit ⁊ qn̄ aliquid pmittitur videtur eſſe omnia pmiſſa per que peruenitur ad illud vt.l.ad rem ⁊.l.ad legatū.ſ.de procur.l.ij.ſ.de inī.o.in.

Secūdo nō.tex.ibi in fi.vt ſuppleatur ⁊c̄. Nam iſte tex.videtur velle ꝙ appellatōe vxoris nō ꝯtineatur ſpōſa ex propria ſignificatione vocabuli. Sed ex quadam interpretatione.dicit .n. tex.vt ſuppleat̄ ꝙ orōni deeſt ad idem.C.de bo. qꝫ li.l.nō ſiue ibi quāuis ⁊c̄. ad idem .ī .de fundo dotali.l.iiij .⁊ ibi dicaꝫ. In glo.ſua in fi. circa hanc glo.vide quod nō.dy.in.c.cum quis ex̄ de re. inī.li.vi.⁊ per glo.ex̄ de elec.c.in cauſis ex̄ de offi. dele. c.preterea de procura.tue.Baldus.

**Sepe iuſte.** Sponſus dꝫ ſpe expectare ſpōſam etiaꝫ vltra quadrien̄nium ſi iuxta ⁊ neceſſaria cā interueniat. h.d. Circa iſtam.l.vide quod habes.C.de repudijs.l.ij.⁊ C.c.l.ij.ex̄ de ſpōſalibus capitulo de illis.Bal.

**Si ſponſalibus.** Spōſalia pn̄t ꝯbi inter pſentes vel abſentes p nūcium vel epl'am.h.d. Bal.

De ritu nuptiarum. Rica.

**Nuptie.** Nō. ergo ꝙ nuptie ſunt ꝯiūctio maris ⁊ femine qd aūt ſignificꝫ iſta ꝯiunctio dicit vt nō. p glo.iſtiṫ.de patria ptāte.§.i. Secundo nō.glo.que ponit quatuoꝛ nomina matrimonij.Sed adde qntum videlꝫ ꝯnubiū vt ī.e.l.i eo.§.i.nō.in dicto.§.i.inſti.de patria ptāte ⁊ vide etiā quod nō.glo.in.l.cū ancillis.C.ꝺ iceſtuoſis nuptijs.

**Nuptie.** Circa iſtam.l.illud quod dicitur hic ꝙ dꝫ interuenire ꝯſenſus illorum i quoꝝ ptāte ſunt ꝯhentes hodie de iure canonico nō requirit̄ nō.per glo.ſ. de ſtatu hominū.l. paulus.C.de repudijs.aūt.contra. hodie vero requirit̄ ſolus ꝯſenſus illoꝝ de quoꝝ ꝯiunctione agitur ut ex̄ de ſpōſalibus.c.cū apud ⁊ vide circa hoc ex̄ de ꝯiugio ſeruoꝝ.c.i.⁊.xxviij.q.c.ſequēs ancillā.xxij.q.ij.c.ſufficiet.

**Si neptem.** Inter fratres ꝯſobꝛinos nuptie ꝯhuntur etiā ſi ſol' ꝯſenſus qui iteruenerit.h.d.iſtud ꝓcedit de iure fori nō de iure poli.nō.C.de nupṫ.l.i celebrādis inſti. e.§.ſi duoꝝ.l.reprehēdenda.C.de inſti.⁊ ſubſti.

**Minorem.** Nuptie iperfecte ꝓpter ꝺfectum etatis ꝯcte adueniente legitima etate pfiiuntur.h.d. Iſta.l. nōbilis. Quero ꝺ intellectu iſtius.l. Rn̄deo iſta.l.dꝫ intelligi qn̄ ſil' habitant. vt hic nōnṫ.dicit tex.ibi dū dicit cū apud virum.xij. annoꝝ impleiet ad ideꝫ.ī. de adulṫ.l.ſi vxoꝛ .§.ſi minoꝛ ibi dum dicit cum apud eum etatem ⁊c̄.Si ꝺo ſeoꝛſū habitauit.tūc ita demū matrimoniū ꝯfirmatur ꝺbo vel facto.puta qꝛ ꝯuerſatur in domo ſpōſe vl' qꝛ dant ei aliqua munuſcula q̄ ſponſi ſponſe donare cōſueuerunt vt ex̄ ꝺ deſpōſa.impubeꝝ.c.lr̄as ⁊ ibi glo.⁊ facit ad pdicta qꝺ habetur ex̄ de ſpōſa.c.ad id.⁊ ex̄ q matri accuſare poſſunt.c.in ſup quod nō.

**Mulierem.** verba de futuro ꝓlata matrimoniū inducūt ſi mulier ducatur ad domū viri.Secus ſi vir vadat ad domū vxoris.h.d.Iſta notabilis pn̄s lex. p hanc. l.dic pla.ꝙ ad matrimoniū eſt neceſſaria ductio ad domum Ita nō. ipe in.l.cū te.C.de donaṫ.ante nupṫ.in aūt . de nupṫ.§.ante nuptias.Sed certe iſta.l.nō facit qꝛ hic nō pceſſerunt ꝺba de pn̄ti qꝛ ductio ad domū nō eſſet neceſſaria vt nō.in palle.glo. Sed ꝓceſſerunt ꝺba de futuro quo caſu ductio ad domū viri facit pſumi matrimoniū eſſe ꝯctum p verba de pn̄ti.⁊ ita intelligunt hanc.l. glo.in dcō.§.nuptias.hoc etiam videtur ſentire gl.i. ibi vel eo ipo ſpōſa.vel poſſumus intelligere hanc.l. ꝙ ibi loquatur quādo eſt dubiū vtrum preceſſerunt verba ꝺ pn̄ti vel de futuro quo caſu vxore ducta ad domum viri preſumitur ꝯtractum matrimonium per verba de pn̄ti ſecus ſi vir vadat ad domū vxoris ita poteſt fieri caſus hic arg.dicte.l.cum te.⁊ quod nō.in.l.pe.§.fi.ī.de dona. inṫ viruꝫ ⁊ vxoꝛem ⁊ ꝙ expreſſe nō.per glo.in.l. cui fundus.ī.de ꝯdi.⁊ demon.Baldus.

**Si nepos.** Furioſi conſenſus non requiritur.h.d.Iſta nōbilis lex.

**Is cuius pr̄.** Patre ab hoſtibus capto vel abn̄te. filij poſſūt poſt triēnium liberare matrimoniū ꝯhere. poſt triēnium vero ita demū matrimonium ꝯhere poterunt ſi contrahunt cum tali cuius condictionē pateꝛ nō eēt repudiatur'.dicit iſta lex.vſqꝫ ad.l.ſi qua mihi vxoꝛ.

**Si qua mihi.** Non viciat̄ matrimoniū licet perueniat ad eum caſum a quo incipe non poteſt.h.d.

**Inter me ⁊.** Nō.ex hoc.§.ꝙ ſpōſa patris mei non dicitur proprie mea nouerca. Secundo nota.ꝙ ſponſa mea non proprie dicitur nurus patris mei qꝺ tene menti pro ſtatutis loquentibus de nouerca ⁊ nuro. vide qꝺ nō .barto .in. l. cum pater.ff.de periti.

**Adoptiue.** Ad cui pmitte ꝙ ſi adopto aliquem ille efficit̄ cognatus ſolū agnaṫ mei non aūt cognatis ⁊ ego efficioꝛ cognatus cognatis ſuis non cognatis ⁊ agnati ſui efficiunt̄ cognati mei non aūt agnati iſta ꝓbant̄ .ſ.de adopṫ .l. q adopṫ. inſtiṫ.de legi.agna ſuc.§.p adopṫ.de gradib'.l.ſi filium ⁊.l.nō facile.§.pl't.ī.de ſuis ⁊ legi.t.l.poſt ſanguineos.§. pui.ſꝫ hodie filius adoptiuus non ſuccedit agnatis patris nec agnati patris eius vt.l.pl't.§. pe. C. de adopṫ.

Hoc pmiſſo pone caſum ꝙ pater meus adoptauit q̄ſdaꝫ filiam.⁊ ſic dicta filia eſt mihi cognata.⁊ ego ſuꝫ cognatus ſibi vt dicta.l.poſt conſanguineos.§.pui. ⁊ dicta.l.ſi filiū.mō iſta filia peperit quādam filiā. Mō q̄ritur.an ego poſſum iſtaꝫ filiaꝫ natam ex iſta ſoroꝛe mea adoptiua in vxoꝛem accipe rn̄det iuriſcōſulṫ.⁊ dic ꝙ ſic rō.qꝛ iſta filia ſoroꝛes mee adoptiue nō eſt mea cognata rō qꝛ nemo fit auunculus p adoptōem ⁊ ꝙ nō ſit cognata ꝓbatur qꝛ he demū cognatōes ꝯſtituūtur i adoptōne que legitime eſſent ⁊ hn̄t ius agnatōꝛ.vult ꝺ̄re tex.ꝙ illa demum efficitur cognata per adoptioneꝫ que habꝫ ius agnationis ſed iſta filia nō eſt cognata matris adoptate.ſed eſt cognata ergo non eſt cognata .mihi filio adoptantis ⁊ fratris ipſius adoptante ⁊ p conſequens

poſſum ducere in vxorem.h.d.iſte.§.

**Adoptiuus.** Filius adoptiuus nõ põt in vxorez ducẽ eaz que fuit vxoꝛ patris ſui etiaz ſi ſit emãcipatus. Itẽ ſufficit alium viruz fuiſſe quo ad nuptias impediendas h.d.iſta lex. Baldus.

**Seruiles quoqꝫ.** Cognatio ⁊ affinitas ſunt impedimẽta nuptiaꝝ.h.d.iſte.§.in.§.nũc uideamus uidetur uelle ꝙ appellatõe nurus nõ ꝯtineatur pronuruſ. ⁊ eodẽ mõ de ſocru nouerca ⁊ ꝓuigna niſi quãtum ad hanc cãm.ſ. ad impediẽduz matrimoniuz vt hoc tex.ibi ſed quod ad hãc cãm ⁊c̃.Sed in ꝯ̃rium videtur vitas de quo habui ſtis i.l.i.in fine.eaz.l.ſe.ſ.de poſtulãdo.Bal.

**Per adoptionem.** Iſta.l.in ſui ꝑn.põit ſũmariuz in tex.ibi itaqꝫ voleti ⁊c̃.ſubaudi qd̃ emancipatione finitur ius fraternitatis inductuz ꝑ adoptiõez vt.ſ.dictuz eſt ⁊ inſtit̄.eodẽ.§.iter reoſ.§.ſed ⁊ ſi qua.j.de gradibus.l.ſi filius. Op.ad iſtaz.l. duobus mõis ꝑmo de.l.cuz etiaz.j.e.vbi lꝫ ſit finita adoptio nihilominus nuptie ꝓhibentur.So.ibi loqtur quãdo qs vult accipere i vxorez illam quaz adoptauit vbi licꝫ ſit adoptio diſſoluta durat ꝓhibitio nuptiaꝝ vt ibi ⁊ inſtit̄.e.§.ij.h vo tractat̄ vbi tractatur de matrimonio ꝯ̃hendo inter adoptatuz ⁊ legitimuz quo caſu finita adoptõe finitur ꝓhibitio vt hic ⁊ inſti.e.§.inter eos. Secũdo opp. matertera magna ⁊ amitta magna ẽ mihi i quarto gradu vt hic ⁊ inſtit̄.de gradibus.§.iiij.Si ergo eſt mihi i quãto gradu.ergo nuptie ſũt licite vt inſti.e.§.duoꝝ. C. de nupt̄.l.i celebrãdis. Secũdo ideo iter iſtas pſonas ſũt nuptie prohibite.lꝫ ſint in quarto gradu.qꝛ iſte pſõe habentur loco parẽtum ſunt eniꝫ ð trãſuerſalibus. ſupioribus vt inſti.e.§.iteꝫ amitaꝫ vbi glo.format iſtud ꝯ̃rium ⁊ ſoluit. Sed hic q̃ro de vno ⁊ uos videtis ꝙ filius legitimus.⁊ nãlis nõ põt matrimoniũ ꝯ̃here cuꝫ ſorore adoptiua. Quero an filius nãlis tñ poſſit in vxorez ducẽ ſororez adoptiuaz dic ꝙ nõ vt ex̃ de ꝯgnit̄.legali.c.i.⁊ ibi ꝑ glo.filij aũt adoptiuiꝫ inter ſe bene poſſunt matrimoniuꝫ ꝯ̃here vt nõ.i decõ..c.i.Bal.

**Nuptie.** Nõ.ex hac.l.ꝙ cuius cõſenſus requiritur in ꝯſtructiõe eiuſdem ꝯſenſus requiritur in nouatõe vt hic ⁊ eodem mõ requiritur in deſtinctõe vt.C.de nupt̄.l.ſi vt ꝓponiſ

**Qui liberos.** Pater cogitur dotare filiaz iudicis officio. h.d.iſta nõbilis lex. Pro declaratõne iſtius.l. q̃ro hic dr̄ ꝙ pater cogitur filiaz dotare iudicis officio. Sed quero quãtam dotem cogatur ei dare Rñdeo dꝫ ei dotez dare ſcḋm vires patrimonij ſui vt.C.ð heret̄.l.cognouimus.j.ti.ij.l.q̃ro.Sed ponamus ꝙ pr̄ illam dotẽ nõ dat nec illam taxat.puta qꝛ eſt abſñs quis debebit ipſam dotez taxare. Rñdeo taxabit iudex tex.ẽ notabilis.j.ti.ij.l.profecticia.§.i. Sed quero vtrũ pr̄ naturalis cogat̄ ſuam filiaz baſtardaz dotare Rñdeo nõ.ita nõ.ꝑ glo.in.l.vxorez.§.nãlis pater.j.de leg.iij.Et aduerte qꝛ lꝫ iſta.l.dicat ꝙ pater cogatur filiam dotare. tamẽ ſecus eſt i matre q̃ nõ cogitur filiã dotare.vt.l. neqꝫ mater.C.de iur̄ do.⁊.l.cognouimus.C.de hereticis nec ẽt cogitur dare auus maternus vel auia materna vt.ſ.de neg.ge.l.nẽſennius.⁊ ita intelligatur glo.q̃ eſt in.l.vlti.C.de dot̄ promiſſ.Auus aũt paternus bene cogitur nepteꝫ dotare vt.l.dedit dotem.j.de colla.bonoꝝ facit.l.⁊ ideo.§.fi.ſ.de in rem verſo.ad idem.j.de iur̄ do.l.profecticia.§.ſi filius ad idem in dicta.l.cognouimus lꝫ ꝯ̃rium nõ.C.de dot̄.promiſſ.l.fi.intelligẽdo eaz i auo paterno ſed itelligẽdo eaz in auo materno.tũc bene loquit̄ ut.ſ.dixi. Sꝫ quero vtrũ frater cogatur dotare ſororem Rñdeo ſic dũmodo dcã ſoroꝛ ſit nata ex eodez patre ita nõ.j.ð admi.tu.l.cũ in plures.C.de admi.tu.l.nõ enim vbi ð hoc ꝑ glo.⁊ cy.pro hoc optie.l.q filiũ.j.vbi pupill̄. educari debeat. Vltimo q̃ro filiafaĩ.eſt nupta ſine dote.mõ iſta filia videt̄ ſe nõ habẽ dotez vult petẽ dotẽ a patre dicit pr̄ nolo te dotare.qꝛ nupta es. an filia poterit ipm̃ cogere glo.q̃ ẽ hic.j.de act̄.⁊ ob.l. obligamur §.lege videtur ꝙ ſic. Sed ꝯ̃rium determinat Gnil. ⁊ cu.ſ.de ꝓdi.inde.l.cum is.§.ſi mulier ⁊ ibi de hoc dixi.

**Sciẽdum.** Curatoꝛ datur rebus. nõ ꝑſone.h.d.Iſta notabilis lex concoꝛ.C.de nupt̄.l.in copulãdis qd̃ nõ.Bal.

**Non cogitur.** Circa iſtaz.l.vide ꝙ habes in tex.⁊ glo.in c.i.ex̃ de ſponſ.impuberum quod eſt nõ.⁊ mẽti tene ndum.Bal.

**Si patre cog.** Reuerẽtia filij erga patrẽ matrimonium nõ infirmat licet alias filius nõ fuiſſet contracturus.h.d.iſta.l.Iſtam.l.itellige qñ propter reuerẽtiã patris filius conſentit non aũt intelligas.ꝙ interceſſerit verus metus qꝛ tunc matrimonium eſſet nullum vt in.l.ſi mulieꝛ alle.h.c in vltima glo.C.e.l. nec filium nõ. ex̃ ꝙ metuſ cã.c.abb.ꝓbat ex̃ de ſponſalibus.c.cũ locũ.

**Lege papia.** In glo.i.ibi expeditum ⁊c̃.ꝑmo ẽ hodie expedituum ⁊ nõ.per glo.ſ.e.

**In liber.** Conſuetudo ad liberam mulierem inducit matrimonium h.d. In glo.ij.ibi fauore mulieris ⁊c̃. iſtud eſt veꝝ de iure ciuili. Sed de iure canonico eſt ſecus qꝛ vxoꝛ non preſumitur lꝫ eſt coitus illicitus vt.xxx.q.v.c.i. nõ.per glo.in.c.illud ex̃ de preſumpt̄.j. de concubinis l.in concubinatu.⁊ vide qd̃ nõ.glo.in c.ex parte ex̃ de reſtit̄.ſpoli. In.e.glo.in fi.ibi fornicatio .vt dicto .c .primo.xxx.q.v. Baldus.

**Si qs in ſena.** Quod ab initio ñ valꝫ tractu tpis ꝯualeſcẽ h.d.Et ð h dic ꝑ glo.j.de reg.iur̄.l.q̃ ab initio per.dy.in.c.non firmatur ex̃ de reg.iur̄.li.vi.ꝑ glo. ex̃. ð his q̃ fiunt a p̄lato ſine conſenſu capituli.c.cũ nos ⁊ directe caſum iſtius.l.vide ex̃ de cõiugio ſeruoꝝ.c.fi.⁊ qd̃ ibi nõ.⁊ qd̃ nõ.in.c.non debet ex̃ de conſan.⁊ affi.

**Sciendum.** Libert⁹ a patrono arrogatus ingenuus eſt quo ad familiaz patrẽ abſtinere tñ debet a nuptijs ſenatoris.h.d.iſta.l.nõ.qd̃ nota ⁊ tene menti.

**Pleriqꝫ.** Modicum interuallum rem ñ alterat hoc dicit. Iſta nõ.lex. Nõ.ex hac.l.ꝙ reconciliatio facta in continẽti operatur vt ſemper videatur idem matrimoniuꝫ ⁊ eadem dies circa qd̃ vide qd̃ nõ.i.l.his.§.vxoꝛ.j.ſolu.ma. l.diui.ſeueri.j.de iur̄.do.l.poſt diuortium.e.ti.qd̃ nõ.

**Generali mandato.** Generale mãdatum de nuptijs contrahendis non ſufficit niſi mandãtis ratihabitio ſubſequatur.h.d.glo.inducit hanc.l.generali ad.q.quod dic.vt in ea.Bal.

**Si quis officium.** In prouincia quaꝫ quis ad

miniſtrat ſponſalia contrahere pōt vxorem aūt ducere nō poteſt niſi veterē ſpōſam pōt tamen eius filias nu p. u tradere.h.d. Bal.

**Stuprū.** Nō.tex. ibi dum dicit matris familias honeſtatē ꝛc̄.ꝙ licet ꝯcubinatus de iure ciuili ſit licituſ tn̄ illa q̄ ſtat p cōcubina nō dicitur honeſta mater familias.h.d.

**Semp in.** Circa nuptias ꝯhendas non ſoluꝫ rigor.ſed etiam equitas inſpiciatur.h.d.iſta.l. In tex.ibi qd boneſtū ſit circa iſtum.§.uide quod nō.ex̄ de ꝯſanguinitate.c.nō debet.ꝛ quod habes.xxxi.di.c.vicena. Baldus.

**Palam q̄ſtū.** Palam dicitur facere illa que ſine diſtinctiōe pſonaꝝ ſe ꝓſtituit ꝛ nō ſolum infamia notatˀ illa q̄ pn̄tialiter mō facit ſꝫ etiam illa que iam fecit licꝫ mō facere deſijt etiā ptextu paupertatis nō excuſatur. h.d.iſta lex. Nō.ex hac.l.qn̄ dicatur mulier palam queſtum facere. Secundo nō.ꝙ mulier turpiter viuens pretextu paupertatꝭ non excuſatur circa qd̄ vide xxxij.q.v.c.ita ꝛ vide qd̄ nō.in.c.ex litteris ex̄ de diuor. ꝛ in.c.qm̄ ex̄ de ſymonia i.c.ſi quis pp neceſſitatē ex̄ de fur. Ultimo nō.glo.ſup verbo taberna que dicit que eſt taberna q̄ caupona ꝛ qd ſtabulum. In glo. que incipit accipiendo ibi.ibi ſupponit vide hoc qd̄ nō. habes in.l.maritus.§.qui queſtum. j̄.de adulte. quod nō. ꝛ tene menti.

**Senatus cenſuit.** Senctus nō pōt ducere in vxorē dānatam in publico iudicio.h.d. Bal.

**Que in adul.** Deprehēſa in adulterio efficitur infamis ſiue poſt deprehenſionē ſequatur ſn̄ia ſiue non etiam ſi ſequatur ſn̄ia abſolutoria.qꝛ.l.ipm̄ fcm̄ notat.h.d. Nō.ex hoc tex. ibi dum dicit qꝛ factum .l.ꝛ nō ſententiam nōt.ꝙ quando lex nō.factum ſn̄ia nō requiritur vt hic ꝛ.l.qd ergo §.cum aūt.ſ̄.de his qui.no.infa.ꝛ qd̄ nō.in.l.i.§.qui eaꝫ e.ti.ꝛ.ff.de poſtu l.i.§.beſtias vbi bonus tex.ff.ꝙ quiſqꝫ iur̄.l.iij.§.i.quod nō.pro ſtatutis dicētibus ſi quis ita fecerit puniatur ipo facto.nam cum tale ſtatutum notet ipm̄ factuꝫ ſn̄iaꝫ nō requiritur vt hic ꝛ i iuribus.ſ̄.alleg. In glo.q̄ incipit ſecus ibi ſecꝰ ꝛc̄.nō.ideꝫ qd̄ nō.Jo. ibi hic nō.azo.i ſūma.C.de his qui nō.infa. iur̄ aūt infamia. In glo.que incipit.ſed an ibi nō.ꝛ pro hac opy.Jo. facit optime.l.i.§.qui iudicio.ſ̄.de his q no.infa.ꝛ ē ſpāle in adulterio ꝙ ſola deprehenſio inducat ifamiā non aūt eſt idem in alijs publicis iudi.ſed ſn̄ia reqritˀ vt ibi

**Lege iulia.** Lex iulia prohibet ſenatorem ꝛ deſcendētes ex eo p lineam maſculinaꝫ nuptias vel ſponſalia ꝯherˀ cum liberta.vel cum ea cuius pater vel mater arteꝫ ludricaꝫ exercuit ꝛ ecōtra libertus vel artem ludricā exercens ſeu cuius pater vel mater artē ludricaꝫ exercuit ꝓhibetur cum filia ſenatoris vel deſcendētium ex eo p lineaꝫ maſculinaꝫ matrimoniū ꝯhere.h.d.iſta.l.notabilˀ.

**In eo iur̄.** Liberta nupta patrono nō pōt diuertere eo inuito.h.d. iſta.l.nōbilis. Nō.tex.ibi nec enim.

**Illud dubitationis.** Illud ꝙ dr̄ de liberta.propria nupta patrono ꝙ eo inuito non poſſit alij nubere hꝫ locum in liberta.cōmuni. h.d.cum duabus ſe.nō.tex.ibi.qꝛ nō propria ꝛc̄.qd̄ illud qd̄ dicitˀ qd̄ eſt cōe eſt meuꝫ vt.l.ſerui.electꝭ.§.fi.j̄.de le.i.l.pupil. §.fi.j̄.de v̄bo.ſig.eſt veꝝ ꝙ dicitur eſſe meuꝫ in ꝓprie nō aūt proprie ꝛ ſic habetis hic tex.pro glo.que ē in.l.id ꝙ nr̄m.j̄.de reg.iur̄.nō.etiaꝫ de hoc in.l.ij.j̄.de inſti.ſub.d̄ quo p dy.ꝛ alios doc.i.l.ſerui.electꝭ.§.fi.j̄.de leg.i. ꝛ per cy.C.q te.ſa.poſſ.l.i.ꝛ p eūdem dy.in.c.ꝙ omnes tāgūt extra de regu.iur̄.li.vi.qd̄ nō.ꝛ tene bn̄ menti.

**Proxime nota.** Ex hoc tex.ꝙ nō dr̄ ꝯferre aliquod beneficiuꝫ ille qui ex neceſſitate aliqd facit circa quod vide quod habes ex̄ de ſyᵒ.c.de hoc aūt. In glo.l.nuptie que incipit adeo.vide hic quod nō.C.de nuptijs.l.nemini inſti.de nupt̄.§.ij.ꝛ tene menti.ꝛ no.tex. in.l.qn etiaꝫ ꝙ pp emācipationes quis no. efficitur extraneus facit.C.de rei vx.actꝭ.l.i.§.ex̄nco. Bal.

**Diuus marcus.** Temporis diuturnitas iur̄ ignorantiā iuris cū numero liberoꝝ inducunt principē ad liberoꝝ legitimationē.h.d.iſta lex. Nō. duo primo ꝙ legitimatio liberorum ſpectat ad principē de iur̄ ſtoꝝ. Secundo nō.ꝙ legitimatio trahitur retro ad tempus conceptionis qꝛ finguntur legitime cōcepti tex.ē notabilis hic ꝛ habes alibi ꝙ legitimatio nihil aliud eſt q̄ reſtitutio natalibus vt in aūt.quibus mo.nāles effi.le.§.illud tamen ꝛ.§.ſe. vnde ſicut reſtitutio trahitˀ retro vt.j̄.de nata.reſtiꝭ.l. i.ꝛ.l.ij.ita ꝛ legitimatio ſm̄ hūc tex.notabilem qꝛ dicit trahi retro ad tempus cōceptionis quod tene menti.p quadam queſtione quam diſputauit Jo.an.de qua.q.facit mentionem Ja. de bel. in aūt.quibus mo.na.effi.ſui col.vij.

**Senatuſcon.** Nō.ꝙ appellatione filij continetur nepos ꝛ no.tex.dum dicit ſignificatur.nam hic videtˀ caſus ꝙ appellatione filij contineatur nepos ex propria ſignificatione ꝛ no.tex.dum dicit ꝛ ita videtur velle gl. inſti.qui dari tu.poſ.§.pl̄t. In ꝯtrium videtur tex.ꝙ ꝯtineatur ex interpretatione vt.ſ̄. ad mac. l.filium hō. .l.ſi filius tuus.C.e.ti.vbi tex.porrigitur de hoc dicitur p doc.in.l.libeꝝ.j̄.d̄ v̄.ſig.quod tene.

**Si qs tutor.** Ad euidentiā huius .l. p̄mitte quattuor. p̄mo ꝙ tria onera tutellaꝝ excuſant aliquē a quarta tutella vt.j̄.de excu.tu.l.tria onera inſti.de excu.tu.§. tria onera.C.qui numero tute.l.i. Sꝫ ſcdo p̄mitte ꝙ quandoqꝫ tutella eſt finita pp captiuitatem pupille vt inſti.quibus modis ꝛc̄.tn̄ periculum ſpectat ad tutorēꝫ vt hic in prin.nō tamen talis tutella eſt talis tutella q̄ connumeretur in numero triū tutellaꝝ q̄ hn̄t quem excuſare a quarta tutella vt hac.l.in fi. Tertio premitte ꝙ quādoqꝫ qs non eſt tutor.ꝛ piculū tutelle ſpetat ad ipm̄ nō pp ſe.ſꝫ pp alium puta qꝛ fideiuſſit ꝓ tutore vel curatore vel eſt magiſtratus q malum tutorēꝫ dedit ꝛ tale piculum non ꝯnumeratur in numero trium tutellaꝝ vt hic in.v̄.ſꝫ ſi pp alterius vt.j̄.de excu.tu.l.ſpadonem. §.ſi ciuitatꝭ. Quarto p̄mitte ꝙ eſt qdam tutor qui vocatur tutor honerariꝰ vꝫ.qn̄ teſtator dat plures tutores ꝛ vult ꝙ vnus gerat.certe alij .tutores dicuntˀ tutores onerarij quaſi oneris cā dati.ꝛ ad eos p̄t ſpectar̄ piculū tutelle ſm̄ formaꝫ.l.tres tutores.§.i. j̄.de admini. tu.ꝛ iſta talis tutella nō cōnumeratur in nūero trium tutellaꝝ ut hac.l.v̄.quid ꝛ dicto.§.ſi ciuitatꝭ in fine ꝛ dicitur tutor honerarius qꝛ eſt honor eius qui datur vt no. per glo.in.l.iur̄.noſtro.j̄.de teſtamētaria tutella licet glo.alibi dicat ꝙ dicitˀ tutor honerarius.qꝛ ē honor ei cui datˀ vt no.per glo.in.l.ſi forte.§.i.j̄.de ſolutꝭ. ꝛ per hanc.l.ſ̄

claratur de quo tutore intelligitur oratio q̄ dicit ꝙ tutor nō poteſt pupillã ſuam in vxorẽ ducere in generali mandato. Baldus.

**Quāquam.** Nō.ex hac.l.quod nō uenit id quod de iure fieri ñ pōt cōcor.s.de cōdi.inde.l.ſi procurator. §. pe. s.de pecu.l.qui peculij.l.ſi pater filio.j.de priuile.credi.

**Si pfectus.** Circa finem iſtius.l.vid quod habes in.c.7 ſi neceſſe ex̄ de donat.inter virū 7 vxorem. 7 vide qd nō.in.c.plerūq3.e.ti. Bal.

**Non ſolū.** Nō ſūmatur q2 breuis eſt. ſ3 ipſam declarat vt in glo.

**Denuo.** Nō.tex.ex hoc.§.ꝙ par affectio remouet ſuſpicionẽ.7 facit iſte tex. ad plura vos ſcitis ꝙ ſi aliquis vendit duo pdia ſepatim diuiſis pſonis.7 inter emptores eſſet ꝯtentio de finibus talis venditor admittitur in teſtem vt.s.finium regum.l.eos dicunt docto.p iſtum tex.ꝙ nō eſt ita q2 quod vnus iſtorũ emptoꝝ reſtituitur alter emptor lucratur.7 par affectio eſt venditoris.circa vtrūq3 emptorẽ vt hic itaq3 dicunt doc.p hunc tex.i.l.omnibus.C.de teſtibus. Secundo facit iſte tex.ꝙ in caſu in quo qs eſt cōſanguine9 repellitur a teſtimonio.p cōſanguineo ſi eſt cōſanguine9 vtriuſq3 valet tam actoris q̄ rei ꝙ admittetur in teſtẽ q2 par affectio 7c̄. Ita determinat glo.p hunc tex. in.q. v.c.i.7 ſpectu.in ti.de teſte.§.i.v.Sed quid ſi teſtis. Ultimo vide ꝙ determinat glo.p hunc tex.ex̄ de appella. .c.poſtremo.7 quod ibi nō.p Jo.an.7 qd nō.p glo.in.c. cum ex̄ de offi.delegati. Bal.

**Et ſiqs.** Nō.tex.ibi nam 7 hic d3 reddere 7c̄.ꝙ curatur datus neutri d3 reddere rōem quẽ tex.nō. Ja.de are.j. de cura.bo.da.l.ſi plures.7 per hoc vult.l. ꝙ curator datus boniſ faciat inuentariũ vt.l.i.§.pe.j.de uen.in poſ.mit. nō.per glo.j.de cu.bo.dan.l.i. Baldus.

**Si puelle.** Nō.tex.ibi 7 ſi ſimplex debitum ex quo lex. nō.ꝙ heres pupilli vel pupille nō habet priuilegiũ i actionem tutelle quod habuit pupillus uel pupilla cui ſucceſſit tex.eſt notabilis hic 7 gl.hic tenet hoc que incipit cū etiam cuius ꝯtrium nō.per glo.j.de puileg.credi.l. dabimus.v.ipe vero hoc etiam nō.j.de admi.tu.l.ſi ex pluribus vbi Ja.de are.reprehēdit glo.dicti.§.ipe nō.7 dicit eſſe cōtra caſum iſtius.§.quod nō.

**Sed 7 is q.** Nō.tex.ibi ſed 7 ſi optimo cōſilio. Nō.hūc tex. ꝙ quādo pupillus vel pupilla abſtinet ab hereditate optimũ conſiliũ 7 optima cautella eſt ꝙ abſtineat cū decreto iudicis.7 hanc queſtionẽ vtrũ in tali abſtētione ſit neceſſarium decretum iudicis format cy.in.l.ſi pupillum.C.de repudijs hedit. Baldus.

**Iuriſgentiū.** Nō.ex hac l.ꝙ delinquens cla3 grauiuſ punitur q̄ delinquens palam 7 rō ponitur i hac .l.de qua materia.nō.per cy.s.de ſū.trini.l.nam 7 clericus per dy.in.§.ſequens inſtit.de a t.7 per eundem. j. ui.bo.rap.l ij.§.generaliter 7 per Ja.de bel.hic nō ſūt alia. Baldus.

De iure dotium. Rica.

**Dotis cauſa.** Dos dat' eo animo vt ſemper apud maritũ ſit.h.d.iſta.l. Et aduerte quia contractus dotis eſt de iure gentiũ videbitis in.l.eas.s.de capi. dimi. An autem ipſũ matrimoniũ dicatur de iure gentium vel ciuili nō.per glo.inſti.de iure naturali gentium vel ciuili in prin.ſuper verbo cōiugatio 7.s.de iuſti. 7 iur.l.ius ciuile 7c̄.quod nō.bene 7 hic menti.

**Rei publice.** Nō.ibi pp quas nubere poſſint. Nam iſte tex.facit ad.q.vtrum mulier.ſo nubens habeat beneficiū i dote exigenda a primo viro 7 videt' ꝙ nō q2 ceſſat ratio iſtius.l.que dicit pp quas nubere poſſint cū ipſa ſit maritata.ad idē.j.ſo.ma.l.i.S3.Ja .de are. determinat ꝯtrium per caſum.l.nupta.j.ſo.ma.l.i.vbi et ipſe querit vtrū mulier ſterilis habeat beneficiū i dote de quo dic vt ibi p eum 7 bene.

**Dotis appellatio.** Hic dr ꝙ vbi ñ ē mrīonium dos ſed quaſi dos puta dos putatiua.Sed an niū mlr habeat priuilegiū ſicut pro dote vera dic ꝙ ſic vt nō.per glo.in.l.aſſiduus.C.q.po.i pi.ha.7 ibi p cy .in vi.q.7 qd nō.per glo.j.ſo.ma.l.ſi cum dotem.§.fi.j .de priuiſ.cred.l.iij.qd videbitis.j.e.l.ſi ſponſa.7.l.ſi ego .§. do,is quicquid nō.p glo.C.qui.po.in py.ha.l.eos.

**Profectitia.** Nō . ex hac.l .duo pmo. ꝙ ſicut dicitur pfecticium peculium illud qd queritur filius ex re patris vel eius ꝯtemplatione vt.l.cum oportet. C.d bo.q3 li.ita dicitur dos profecticia que proficiſcitur d bonis patris vel eius ꝯtemplatione data vt hic facit.l.ſed ſi plures.§.i arrogato.j.de vulg.7 pu. Secundo nō. tex.nōbilem 7 ppetuo menti tenēdum in.v.ſed 7 ſi proponas ꝙ patre abſēte vel ab hoſtibus capto dos conſtituitur officio iudicis facit quod videbitis.j .e.ti.i.l.quotiẽ

Sed ꝯ principium iſtius.l.in.v.quid 7 ſi quiſ facit.j. e.l.§.ſi qſ certam. Secūdo ibi ille qui donabat pecuniā donauit patri ꝯtemplatione filie ideo dicitur dos aduēticia 7 ibi hic aūt ille qui dedit dotem pro filia volebat donare ipi patri vnde ideoq3 dos eſt profecticia.7 ita loquitur hic. Baldus.

**Si pater.** Iſtum.§.declarant in glo.7 primã opi.glo.videtur tener' Azo.C.e.in prima.coll'. Bal.

**Si pater ñ quaſi.** Nō .ex hoc §.ꝙ pro dote danda poteſt dari fideiuſſor vt hic 7. j.e.l. dotem licet Secus ſi pro dote reſtituenda vt. C.ne fideiuſſor dotiũ dent'.l.i. Secundo nō.ꝙ p dote danda poſſunt duo rei conſtitui glo.format duas queſtiones 7 non ſoluit i dicta.l.ij.C.ne fideiuſſor dotis dent' .tex.eſt ꝙ ſic in.l.f. C.de doti.cau.nō nu.ibi dum dicit omniumq3 pſone 7c. 7 i auc.de nupt.l ſi quis aūt coll'.iiij.

**Si filiuſ fam.** Nō.tex.ibi quaten9 au9 eſſet daturus 7c̄.7 ſic videt' hic caſus ꝙ auus cogit' dotare neptẽ adidē in.l. dedi.dotē.j.de coll'.bo.dixi.s.ti.i.l .qui liberos.

**Si qs certa.** Iſtũ.§.intellige vt dix' mō s.e.l.v.quid eſt.7 ſi quis.

**Si pr̄ pro filia.** In glo.q̄ incipit. Sed quero in ſi. opi.Jo.videtur tenere gl.j.ſo.ma. l.ij. poſt pn

cipiũ ⁊ eam ibi tenet dy.ipſam etiã tenet cy.C.e.l. auia probatur ratione.Cũ enim actio que eſt cõis patris ⁊ filie efficiatur propria mulieris poſt emancipationem poſtea ſecuturã vt.C.de rei vx.actꝫ.§.videamꝰ ergo multo magis ab initio debet eſſe ipſius mulieris ar. C.de vſur.l.acceptam. Baldus.

**Cum pr̃.** Nota tex.notabilem.ꝙ quando pater curator filie ꝓmittit doté videtur promittere vt pr̃ non vt curator.

**Adoptiuum.** Nota ex hoc.§.ſi qs ꝑ aliena nota rõnez que ponitur ibi potuit enim nũcium ⁊c̃.qd̕ nõ.

**Iure ſuccurſum ẽ.** Principiũ huiꝰ.l.declara vt nõ.per glo.C.ſo.mat.l.dos a patre profecta.Baldus.

**Dotis fructus.** Nõ. ex hac.l.in.ij.R̃o ꝙ fructus ꝑcepti ante nuptias ꝯctas ꝯuertũtur in dotem ⁊ ſũt dos niſi aliquid agatur vt hic dr̃ ⁊.ſ̃.de vſur̃.l.videamus.§.añ matrimoniũ.j.ſo.ma.l.ſi añ. Sed hic quero vir ꝑcipit fructus ſoluto matrimonio. an illi fructus ſunt dos ⁊ ꝯuertantur in dotez R̃ndeo ꝙ non ſunt dos nec in dotez ꝯuertantur:ſed petũtur actione de dote.Ita nõ.glo.nõ.⁊ méti tenéda.j.ſo.ma.l.diuortio.§.ob.donationes ⁊.l.ſi marito.§.e.ti.In glo.que incipit licet nõ ſit dos. In glo.i.ibi ⁊ nutriuit ⁊c̃. Nõ.ex hac glo.ꝙ ſi aliquis ducit puellaz nõ nubilis etatis non facit fructus ſuos quos ꝑcipit ante nubilem etatez alibi ponit glo.opi.⁊ format i.l.ſi autez.j.ſo.ma.vbi azo dicit ꝙ de eqtate fructus lucratur.ita dicit azo.ibi ⁊ in ſũma C.e.in pe.col̕.⁊ hanc opi.tenet azo.in.l.ſi pro dote C.d̕ dot̃.promiſſi. ⁊ ſpe.in ti.de dotꝫ inter viꝝ ⁊ vxorez.§.ſi.v̂.quid ſi mulier iſtam etiaz opi.tenet Odo.hic ⁊ ſic dic plures fuiſſe iudicatuz de qua.q.per dy.in dicta.l.ſi ante cuius v̂ba refert cy.in dicta.l.ſi pro dote. Sed veritas vr̃ ꝙ vir nõ lucretur fructus niſi quatenꝰ onera ſuſtiuit vt.l.pl̕t.j.ꝙ fal.tu.au. Ultimo circa iſtam glo.vid̕ ꝙ nõ.i.d.§.ſed nouiſſimi.C.de rei vxor̃ actꝫ.Baldus.

**Si uſuſfructꝰ.** Iſtum.§.itellige ſm̃ diſtinctioné.l. quarte j.de pac.do.que lex.declarat iſtum. §.bene.

**Si res.** Nõ.diſtinctionez iſtius.§.⁊.l. ſequentꝫ ⁊ no.ex hac.l.ꝙ niſi ꝙ i dubio vr̃ fieri traditio cauſatõis ferrendi dñium v̂t hic ⁊.ſ̃. de ꝯben.emp.l.clauibus.j.pro dote.l.i.C.de donatꝫ.l.i. In ꝯrium vr̃ tex.cũ glo.i.l.ſi pater.§.pater pluribus.j.de le.ij.vbi tex.⁊ glo.dñt ꝙ in dubio vr̃ facta traditio cã cuſtodie.Secũdo quãdoqꝫ ꝑcedit titulus habilis ad dñij trãſlationez qñqꝫ nõ procedit.ꝑmo caſu vr̃ facta traditio vt dñium transferatur.vt hic ⁊ alijs iuribus.ſ̃.allegatis.

Secũdo caſu nõ vr̃ facta traditio vt dñium trãſferatur.⁊ ita loquitur i dicto.§.pr̃ pluribus ⁊ qd̕ ibi nõ.⁊ i.l.donationes.§.penl̕.j.de dona. Sed ꝯ iſtaz ſo.vr̃.j.e.l.ſi ego.§.dotis vbi ſubeſt cã ad trãſlationez dñij ⁊ tñ in dubio dñium nõ trãſfertur. Secũdo vbi ſubeſt cã legitima ⁊ habilis fauore dantis.⁊ ideo i dubio dñium nõ trãſfertur hic v̂o ſubeſt cã legitima ⁊ habilis fauore dantis.⁊ ideo i dubio dñium nõ trãſfertur hic vero ſubeſt cã legitima ⁊ habilis fauore recipiẽtiſ.⁊ ideo i dubio dñium transfertur vt hic.Bal.

**Si ego ſ̃ eyc.** No.ex.§. ſi res caſum iſtius.§.Bal.

**Dotis cã.** No.ex hoc tex. ꝙ ſi bona pafrenalia tradũtur ab vxore viro in dubio nõ vr̃ ſic tradi vt dñium transferatur.⁊ aduerte.qꝛ dicit tex.ꝙ bona pafrenalia ſũt illa q̃ dant̕ viro vt nõ ſunt i dote.⁊ vxor poſſit vti vt h̃.⁊ dicũtur pafrenalia a para qd̕ eſt iuxta ⁊ frena qd̕ eſt dos quaſi iuxta dotez data ita no.ꝑ glo.C.de pactis ꝯuen.i rubrica. Sed quero an maritus lucret̕ fructus reꝝ parafrenaliũ Odo.tenꝫ ꝙ nõ.C.de pac.ꝯuen.l.fi.quaz glo.doc.intelligũt i fructibus nã.bus.ſed in fructibus induſtrialibus dicũt idem eſſe ꝙ in vſur̃ quas vſuras ſine dubio lucratur vt ibi apparet in tex.ſed d̕ hac.q.dic vt diſputãdo tenuit Marſil̕.qui hanc.q.diſptauit.

**Plerũqꝫ.** No.ex.§.ſi res ꝙ in alternatiuis eſt electio debitoris ꝯcordãtie ſunt in glo.qd̕ intellige veꝝ i ꝯctibus. Sꝫ in vltimis uolũtatibus i dubio ẽ electio legatarij ut.j.d̕ le.ij.l.lucio.⁊ ibi no. Circa quod̕ vide ꝙ no.dy.in.c.alternatiuis ex̃ d̕ reg.iur̃.li.vi.⁊ qd̕ no.cy.C.d̕ verbo.ſig.l.cum quidam. Bal.

**Si res.** No.ex hac.l.ꝙ paria ſunt aliquid fieri tẽpore ꝓhibito vel fieri tp̃e ꝑmiſſo ⁊ fieri in tp̃s ꝓhibitum ad dé.l.ſponſe C.de donatꝫ.añ nuptꝫ.⁊.ſ̃.ad uſufruc.l.ticio cũ moriretur cũ ſy.ecõtra paria ſũt aliqd fieri tẽpore licito uel fieri tẽpore ꝓhibito ⁊ ꝯferri in tp̃s licitum ut.l.in tp̃s.j.de heredi.inſti.quod ⁊ qñ ueꝝ ſit uidiſtis in.l.ſi minor.ſ̃.d̕ ſeruis exportan.Baldus.

**Si mulier.** In hoc.§.ponit glo.caſuz. Sꝫ hic quero in caſu in quo mulier maior reſtitui turbare dicit Odo .quod reſtituitur ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cã ar.l.i.§.fi.cuꝫ.l.ſe.ſ̃.ex qui.ca.ma.ita videt̕ velle odo.ſ̃.e.l.iure ſuccurſuꝫ.§.fi. Ultimo ſcias.ꝙ gl.tenet ꝑ hunc tex.ꝙ licet dolus dans cãm ꝯctui reddat contractum ipſo iure nullũ tñ ſi deceptus vult põt ratificare ꝯctum ⁊ agere ex contractu ita nõ.ꝑ hunc.§.ſ̃.de dolo.l.eleganter i prin.⁊ ſupra d̕ minoribus.l.i.cãc.e.l.ij.§.i.

**Quotiẽs.** Nota ex hac.l.ꝙ re dotali extimata euicta uir agit de euictione ⁊ actiõe exempto vt hic ⁊.C.de euictione.l.i.C.de pactis.l.ex conuentione.l.creditor.§.prediũ ſ̃.de actꝫ.emptꝫ.⁊ ibi queſiui vtruꝫ mulier ſo.ma.cẽperat actio ex vendito ad extimationem rei de quo dic vt ibi dixi. Secundo no.ex hoc tex.ꝙ pena quam qs cõſequitur a me occaxione rei mihi reſtituende debet libere mihi reſtitui ratio eſt qꝛ pena ſuccedit loco rei ſecus ſi loco rei non ſuccederet vt.l.ſi pignori in prin.ſ̃.d̕ pigno.actꝫ.⁊ de iſta materia tangitur ꝑ glo.in.l.vtrũqꝫ in fi.cũ l.ſe.de petitꝫ.hereditꝫ.l.p̃tor.§.ꝙ de fructu.j.de bo.auc.i poſ.l.manifeſtiſſimi.§.ſꝫ cum in ſecunda.C.de fur.facit j.de ſolutꝫ.l.id qd̕ pene nomine .⁊ ibi nota. Ultimo ꝓ declaratione iſtius.l.quero dicit̕ hic quare ſi duplaꝫ ⁊c̃. Quero an vxor que dat rem extimatã viro debꝫ cauere de dupla nomine euictionis tex.eſt ſingularis cũ glo.j.e.l.non ſolum. Baldus.

**In rebus.** Nota ex hac.l.ꝙ maritus tenetur de dolo lata culpa ⁊ leui pro quo vide.j.ſo ma l.ſi conſtante .§.ſi maritus.l.ſi filio.§.i.j.e.ti.j.de reg.iur̃. l. contractus vidiſtis i.l.ſi vt certo.§.qd̕ vbi.ſ̃.ꝯmo.

**Si filioſa.** Nota ex hac.l.ꝙ filio non poteſt ſolui debituꝫ peculiare per ipſum contractum caſus eſt hic ⁊ .ſ̃.de

poſiti.l.qδ ſeruus.l.ſi vir in princ.ſ.de pactꝭ.l.ꝙ ſeruus ꝯ.de ſolutꝭ. Bald.

**Ita conſtante.** No.ex hac.l.ꝙ pt fieri ꝑmutatio dotis de re ad pecuniaȝ ⁊ ecꝯ. Et facit. Iſta.l. ꝙ licet eccleſia ſit prohibita facere permutationẽ niſi cũ alia eccleſia vel cũ principe ⁊ in auc̃.ſȝ ⁊ permutare.C. de ſacro.ſanc.eccl̃. ⁊ in auc̃.item ſibi inuicem cũ priuata aũt perſona nõ vt in aũt.de nõ alie.§. ſi autem ꝑmutatio tamen ſi eſt multũ utile eccleſie poterit etiam cuȝ priuato ꝑmutare ar.iſtiuſ.l.⁊ ita tenȝ azo i ſũma i aũt.δ nõ alie.⁊ emphiteoſi. Ultimo pro declaratione iſtiuſ .l.uide qδ nõ.ſpec.in ti.de donatꝭ.inter uirꝝ ⁊ uxoreȝ.§. formatis.v̂.ſed queritur. Baldus.

**Cum pr̃.** Nõ.notabilem diſtinctionem iſtius.l.⁊ nõ.tex.in p̃n.dũ dicit ⁊ dotẽ legat.nõ.ꝙ dicit doteȝ qꝛ ſecus eſſet ſi iſte pater ſimpliciter legaret marito non dicendo dotẽ qꝛ tunc valeret legatum nec videretur in dubio teſtatoꝛ velle.cõpenſare vt.l.creditorem.ꝯ.de le.ij. Sed q̃ro hic dicitur aut teſtatoꝛ duplicare voluit aut nõ. Quõ quid in dubio glo.arguit pro ⁊ ꝯ̃ ⁊ non ſoluit.quandoqȝ teſtatoꝛ dotat p̃mo ꝓmittendo doteȝ marito ⁊ poſtea noĩe dotis legat filie ⁊ tunc indubio videtur ꝙ filia ſit ꝯtentata alterutro ⁊ ita debet intelligi glo.que eſt.ꝯ.de le.i. l.huiuſmodi.§.cũ pater que incipit ꝙ ſemper preſumit̃ ⁊ quod nõ.C.de le.l.filia legatorũ facit quod nõ. Inn. .l.ticia.§.qui iuita de le.ij.aut teſtatoꝛ poſtꝙ̃ dotauit ꝓmittendo dotem pro filia nõ legauit expꝛ̃ſſe noĩe dotis ſed ſimpl̃r legauit filie ſue.⁊ tũc aut legauit aliud ꝙ̃ qδ fuerit expꝛ̃ſſum noĩe dotis ⁊ hȝ vtrũqȝ vt.ꝯ.de colla.dotꝭ .l.ſi pater pro filia aut legauit tm̃ quãtum noĩe dotis ꝓmiſit.⁊ tũc alterutꝝ tm̃ debetur vt dicta.l.huiuſmodi.§. cum pr̃ de leg.i.pro quo optĩe facit.ꝯ.ſo.ma.l.ſi cuȝ dotẽ §.ſi pater.quãdoqȝ pr̃ dotat filiam nõ ſolum ꝓmittẽdo ſed dotẽ tradendo ⁊ poſtea filie legat ⁊ iſto caſu vtraqȝ debetur ut nõ.per glo.C.δ lega.l.filia.leg.

**Dotem q̃.** Nõ.ex hac.l.ꝙ dos data primo dr̃ in dubio dari ſecundo niſi aliud actum ſit ⁊ hac.l.declara ut in glo.⁊ habes.ꝯ.δ pactis do.l.cum maritus.§.ticius in aũt.⁊ ꝙ̃nis.C.δ rei vx.actꝭ. Baldus.

**Si ex lapidicinis.** Diuus hic videtur tex.qδ res dotalis mobilis poſſit aliẽari muliere nolente in qua queſtione glo.variat vt nõ.C.e.l.ſi ꝑdium C.de rei vx.actꝭ.⁊.§.cum res ⁊ ibi ꝑ docto.⁊ ꝑ glo.inſti. quibus ali.licet in p̃n.ꝯ.de vſuc.l.cum vir per glo.⁊ doc. C.ad velle.auctꝭ.ſiue a me ⁊ in corpe.vñ ſũmitur rãgitur ꝑ glo.ꝯ.ſo.ma.l.i.quod nõ. Baldus.

**Si extraneus.** Nõ ĩputatur marito cur vxoreȝ l'eiuſ patreȝ doteȝ pro vxore promittẽteȝ nõ ꝯuenit vel extraneum dotem ex cã donationis promittẽtem. ſec⁹ ſi promiſit tãquã debitoꝛ mulieris.h.d.ſingularis.l. In glo.ſuper uerbo uerſit in fi.tu v̂o dic ꝙ viro nõ ĩputat̃ cur patrẽ mulieris nõ ꝯuenit ut hic.ſed bene imputatuꝛ viro cur hr̃des patris nõ ꝯuenit.⁊ ita ſentit glo.i.l. ꝯ̃ria ⁊ pro hac ſolutione ẽ caſus.ꝯ.δ pactꝭ.dotꝭ.l.ob res.§.vltimo.v̂.ſed ſi nõ petierit ⁊ pro hac ſolutꝭ.eſt caſuſ.ꝯ.de pactis do.l.ob res.§.vlt.v̂.ſed ſi nõ petierit quod nõ.

**Debitor.** Nõ.iſtam.l.cum duabus ſe.⁊ nõ.tex.in.l.ſane in fi.vos ſcitis ꝙ ſi vir ſoluit dotem ex cã donatõis liberat ꝓmittẽtem.ſecus ſi promiſit tãquã debitoꝛ ne videat̃ mulieri donar̃.⁊ hoc ẽ fauore viri. Sȝ pone ꝙ vir ñ vl't vti iſto fauore.an erit ꝑ talem ſolutõem liberatus Ja.δ are.diſputauit hanc.q.multũ late i.l.i.C.ſi dos ꝯſtante matrimonio.⁊ vr̃ tenere quδ ſic.⁊ inter alias.l. allegat hunc tex.in fi. Sed ꝯ̃trium nõ.in.l.ij.in p̃n.ꝯ.ſo.mat. vbi glo.tenet ꝙ vir nõ liberatur niſi quatenus vxoꝛ eſt locupletioꝛ iſtam etiaȝ opi.tenet glo.ꝯ.e.l.cum i fundum §.vxoꝛ ⁊ in aũt.de nuptꝭ.§.coll'.iiij. pro hac etiam opione facit.ꝯ.ſo.ma.l.ſi cum dotem.§. ſi mulier ⁊ quod ibi nõ.probatur optime.ꝯ.e.l.fi.⁊ quod ibi nõ.⁊ ad hanc.l. Rñdeo ꝙ dos ſoluta viro nõ poteſt cõſtante matrimonio reſtitui mulieri.⁊ ita loquũtur ſupradicta.ſed dos ꝓmiſſa viro bene põt remitti ꝯſtãte matrimonio ⁊ ita loquitur hec.l.probatur per glo.nõ.C.de donatꝭ. añ nuptꝭ. .l.ſi ꝯſtante.§.pe.in glo.vel poſſumus dicere ꝙ iſta.l.nõ faciat in ꝯ̃triũ.qꝛ hic nõ contingit liberatio ip̃o iure.ſȝ ope ꝯpenſationis cõpenſabit.ergo mulier quatenus ẽ locupletioꝛ.⁊ ſic nõ ꝯ̃dicit predictꝭ. Bal.

**Promittendo.** Nota ex.§.ſi a debitore tex.ꝙ ſi vir ſuſcipit ſcienter promiſſionẽ dotis a debitore non ydoneo ſibi preiudicat vt hoc tex.in fi. Pro cuius declaratione dic quandoqȝ a muliere datur nomen mulieris ſimpliciter in dotem quandoqȝ non dat̃ ſimpliciter ſȝ datur extimatũ quandoqȝ mulier delegat debitorem qui dotem promittit. Primo caſu periculũ nominis eſt ipſius mulieris vt.l.meuia in prin.ꝯ.ſolu. ma. Secundo caſu eſt ꝑiculum ipſius viri recipiẽtis vt.l.ſi nomen.ſ.de hereditatꝭ.vel actꝭ.ven. Tertio caſu dic aut vir accipit debitorem non ydoneũ ſciẽter aut ignoranter primo caſu ſibi ꝑiudicat.Secundo caſu non vt hic ⁊.l.inter cãs.§.ab eſſe.ſ.mandati.ꝯ.ſo.mal.ſi cũ dotem.§.ſi mulier facit.ꝯ.de fideiuſſ.l.qui ſatiſdare.⁊ qδ ibi nõ.ꝑ dy.licet glo.ibi male loquat̃. Sed aduerte qꝛ illud quod dixi ꝙ ſcienter accipiens ſibi ꝑiudicat ẽ verꝝ niſi acciperet ſcienter debitorem non ydoneũ animo donandi ipſi vxori vt.ꝯ.l.cum vir ⁊ ibi dicam.

**Res in dotem.** Nõ.ex hac.l.caſum in quo dos data pro i extimata eſt in ꝑiculo viri vȝ qñ dantur i dotem res que ꝯſiſtunt põdere nũero vel mẽſura vt h tex. vr̃ reddere rõem ibi dum dicit.qꝛ in hoc dãtur ⁊c̃. Sed alibi glo.dicit ꝙ in his rebus q̃ conſiſtunt pondere numero vel mẽſura lȝ dentur pro i extimatꝭ tamẽ dicitur extimatio fieri a lege.Ita nõ.ꝑ gl.ꝯ.ſol.ma.l.extimate.

**Licet.nota** Ex hac.l.ꝙ acceptilatio facta cã dotis ꝯſtituende añ matrimoniũ ꝯ̃tractum nõ ſecutis nuptijs nõ tollit obligatõem.⁊ ſic habes ex hac.l.ꝙ acceptilatõ requirit tacitam cõdemnationeȝ vt hic ⁊.ꝯ.de acceptila.l. quod in diem.ꝯ.de reg.iur̃.l.actus in fi.lȝ ſub cõdictõne expꝛ̃ſſa fieri nõ poteſt vt dicta.l.actus in prin.⁊.l.acceptilatio.ꝯ.δ acceptilatꝭ. Baldus.

**Quotiens.** Nõ.ex hoc.§.concurrere tres fictiones circa diuerſa alias aũt circa idem plures fictiones concurrere non pñt de quo videbitis in.l.cuȝ poſt.§.gener.ꝯ.e.C.de dotꝭ.ꝓmiſſ.l.i.

**Si pr̃.§.** Que debitorẽ. In glo. ſȝ cur pr̃ ibi põt cedi actio nõ.ex hac gl.ꝙ ſicut inter patrẽ ⁊ filiuȝ non põt contrahi obligatio niſi in certis caſibus ita patri cõtra filium vel ꝯ̃ non põt actio cedi in caſibus in quibus inter pr̃em ⁊ filiũ põt obligatio contrahi qδ tene menti facit ꝓ hoc.ꝯ.de

actꝫ.⁊ ob.l.actiones ſm vnã lec.ſup glo.pſtari.

**Quemadmodum.** Ex promiſſione dotis fcã ſeruo noĩe dñi acquiritur obligatio dño nõ tñ dotis periculum trãſfertur in dñm uel in patrẽ uel dñz niſi dñs uel pater talẽ promiſſiõez uel rei dotalis traditionem ratam habuerit.h.d.iſta.l.

**Si fuo.** Nõ.tex.ibi dum dicit ampliatur dos ſicut ex fructibus. circa quod uide quod habuiſtis.ſ.e.l.dotis fructus.

**Talis facta.** Nõ.ex hac.l.ꝙ tp̃s appoſitũ i promiſſione dotis incipit currere a tẽpore nuptiarum. Sꝫ h q̃ro pone ꝙ pater relinquit filie centuꝫ pro dote. an poterit petere incõtinẽti.an quãdo iubet iſtam queſtionẽ diſputauit Ric.malũ. quam diſputationem refert cy C.de nuptꝫ.l.ſancimus. Bald.

**Socer.** Nota iſtum.§.ſꝫ ꝯ ipſuꝫ op.⁊ videtur ꝙ ſola mulier poſſit agere ex teſtamẽto ad legatum factum per patrem ut.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ĩ.de legatꝫ.i.l.fideicommiſſaria.§.interdum de le.iij.So.de ſtricto iur̃ ſola filia hꝫ actionem ut in ꝯ rijs.Sed de equitate taꝫ gener q̃ ipſa filia põt ex teſtõ agere vt hic ⁊ ita nõ.p glo.ĩ.de cõdi.⁊ demon.l.ticio.§.ticio genero vbi tex.cõcor.cum glo.Bal.

**Vir ab eo.** Iſtaꝫ.l.intellige quãdo vir liberauit promiſſorem dotꝫ abſqꝫ pmiſſiõe mlíeris.al' ſecus vt.l.debitor cũ.l.ſeq.ſ.e. Sed quero pone ꝙ maritus fuit cõfeſſus ſe habuiſſe ⁊ recepiſſe dotem a patre vel extraneo.deinde incõtinenti fuit factum inſtrm quo pater uel extraneus promiſit dotem ſoluere nõ obſtante cõfeſſione viri. mõ q̃ritur.an ſoluto matri.vir teneatur ad totaꝫ doteꝫ.an liberetur cedendo actõem ꝯ patrem uel extraneum ⁊ uidetur ꝙ liberetur cedẽdo actõem ut.l.ſi forte.§.lucius.ĩ.ſolu.ma. In ꝯ.uidetur ꝙ teneatur ad totaꝫ dotem.q2 per talem cõfeſſionem uidetur ſolutuꝫ ipi marito ſicut cum ipe facit acceptilatꝫ.vt hac.l.in fi.⁊.l.pe.§.ſi vir.ĩ.ſo.ma.⁊ ibi hoc tenet Ia.de are.⁊ vide ibi bar.qui lacius loquitur i additionibus ſuis ⁊ uide bar.in cõſilio ſuo qð icipit ⁊ eſt cõſilium ſm.in rubrica de ꝯtibus in libro conſiliorum meorum.Baldus.

**Non ſolum.** Nõ.hanc.l.⁊ cum ipa cõcor.l.quotiens.ſ.e.⁊ vltra illa que colliguntur ex dcã.l.quotiens.nõ.tex.notabilem cuꝫ glo.que incipit veluti. Ad.q. cum queritur.an mulier dꝫ cauere de dupla noĩe euictionis ul' ñ ⁊ cõiungẽdo ſimul duas op.poſitas hic in glo.ita põt diſtingui. Q̃nqꝫ queritur vtrũ debeat caueri d dupla cuꝫ ſatiſdatione vel fideiuſſ.⁊ caueri nõ debet vt hic. Q̃nqꝫ queritur vtrum caueri dꝫ ſine fideiuſſione.⁊ tunc dic aut ẽ cõſuetudo in regione ꝙ de dupla teneatur.⁊ tunc caueatur aut nõ eſt cõſuetudo.⁊ non cauetur ut hoc nõ.tex.cum glo. Et aduerte q2 in caſu in quo mulier dꝫ cauere d dupla ex eo quod ẽ cõſuetudo dꝫ attendi ꝯſuetudo loci vbi ſit ꝯtus lꝫ alibi ſit res vt habuiſtis in.l.ſi fundus.ſ.de euictꝫ. Vltimo circa hãc.l.quero ecõtra quid dꝫ vir promittere vxori Rndeo dꝫ ſimpl'r pmittẽ reſtituere dotem ſo.ma.vt.l.q̃rebatur.ĩ.de vbo.ſig.⁊.ĩ ſo.ma.in.l.ſi quis ſtipuletur dꝫ etiam promittẽ de dolo.lata culpa ⁊ leui.vt.ĩ.ſo.ma.l.ſi filio.§.i.⁊ facit.l.in reb⁹ ſ.e.⁊ cogetur p̃dicta promittere ſm ꝯſuetudinem ciuitatꝫ facit.l.ꝙ ſi nolit.§.qui aſſiduas.de edil.edic.l.ſi tertius.§.i.ĩ.de aqua plu.ar.ꝙ ſi eſſet ꝯſuetudo cõtra aliã eſſet recurrẽdum ad ius cõmune vt.ĩ.de reg.iur̃.l.ſemp in ſtipulationibus.Baldus.

**Cum uir.** Nota in hac.l.caſuꝫ ꝙ ſi uir accipit promiſſorem ſcienter nõ ydoneum nõ donandi ipi mulieri non obligatur niſi in eo in quo erat promiſſor ydoneus tẽpore pmiſſionis niſi ex poſt facto poſt factaꝫ promiſſionem dictus promiſſor fieret ydoneus ut hic de quo dixi.ſ.e.l.promittẽdo.§.ſi debitore. Sed hic quero.an vir poſſit vxori dotem augẽ ꝯfitendo ſe plus recepiſſe nomine dotis q̃ in veritate acceperit dic vt.C.de donatꝫ.ante nuptꝫ.l.i.quod qualiter procedat dic vt nõ.in.l.ſi voluntate vt ibi per glo.⁊ per cy.C.de dotꝫ.promiſ.⁊.l.ij.⁊ ibi ẽt per cy.C.de dotꝫ.cau.no.nũerata.Bal.

**Res q.** Iſtum.§.declara.ut in glo.⁊ in.l.ex pecunia.C.e.⁊ quod ibi nõ.p docto.

**Cum dotis.** Nõ.ex hac.l.ꝙ pro dote promiſſa danda põt dari fideiuſſor habuiſtis.ſ.e.ti.l.profecticia.§.ſi pr̃.

**Siis q.** Nõ.ex hoc.§.ibi dos ꝙ ibi debet eſſe dos ubi ſunt onera mrĩmõij.

**Quod dicit.** De materia iſtius.§.vide plene per gl.ĩ.de impẽſ.l.quod dicitur ⁊ ibi per dy.in diſtinc.ma.⁊ p gl.ray.in ſti.de actꝫ.§.pl't.⁊ qð nõ.glo.⁊ dy.C.de rei vx.actꝫ.§.ſed nec ob.impẽſas. Baldus.

**Nuptura.** Nota ex hac.l.in fi.ꝙ ſtatur preſumptioni.donec probet cõtrariũ vt h.⁊.l.nõ ẽ veriſimile.ſ.ꝙ met⁹ cã.

**Si ſponſalibus.** Nõ.tex.notabilem in.v̂.ꝙ ſi forte quia ponit notabilem diſtinctionem ⁊ declarat multam materiã.l.ſingular̃.ſ.ſi cer.pe.

**Si mulier.** Non ſummatur quia breuis ſed nota ꝙ dos poteſt ſolui adiecto.

**Ex aſſe.** Nõ tex.ibi quas transferre ad alium ⁊c.ꝙ reſtitutio hereditatis vel fidei9.non põt fieri pcur̃.in rem ſuã tex.eſt nõ.hic eſt ſingularis.Sed bene põt fieri reſtitutio hereditatis ſimplici pcuratori vt.l.apud iulianum.§.vtrum.ĩ.ad trebel.ð qua nõ.ĩ.ad trebel.l.q̃uis.§.fi.l.reſtituta.§.ſꝫ ſi voluntate ⁊.l.qui ita.§.i.e.ti.nõ.etiam.C.ad trebel.l.ſancimus ⁊ per hoc dicit glo.hic ꝙ ſi fideicõmiſſarius moriat̃ ante reſtitutionem fideicõmiſſi nõ tranſmittit̃ aliquid ad heredem ſuũ ſed iſtud dictũ eſt falſum q2 caſus eſt in ꝯriũ vbi.l.iij.⁊.l.ſi i perſonam.C.de fideicõmiſſ.nõ.i.l.apud iulianum.§.vtrum.⁊.l.cogi.§.idem marcianus.ĩ.ad trebel.vbi eſt tex.licet ꝯriuꝫ nõ.in.l.cũ filio hic all'.ſꝫ ibi reph̃enditur p dy.l.a teſtatore.ĩ.de cõdi.⁊ demo.

**Siue generalis.** Nõ.caſum i.v̂.ſin aũt nõ aliter in quo curator põt vendere bona immobilia mulieris adulte ⁊ ei doteꝫ in pecunia conſtituere quod nota hic.Baldus.

**Ticia.** Nõ.ex hac.l.ꝙ pmutatio habet viꝫ emptionis vt hac.l.in princi.⁊.C.de rerum permu.l.ij.⁊ uide ꝙ ibi nõ.idem.ĩ.quibus ex cauſis in poſ.ea.l.fi. Scdo nõ.tex.ibi nõbilẽ ibi cur marito dos auferenda ſit nam hic videtur caſus ꝙ licet vxor ꝯſtãte matrimonio ſit alicui puato ꝯdẽnata nõ poterit fieri executio in res dotales caſus eſt hic de qua queſtione nõ.per gl.in.l.quinqꝫ legibus.ĩ.d bonis damnatorum ⁊ hanc.l.non allegat.

**Si in legato.** In hac.l.nō.glo. q̄ dic ꝙ in dubio legatū fa ctum ſeruo dotali videtur factum in fauorem mulieris que glo.multum eſt notabilis ⁊ mēti tenēda.

**Si uſuſfructus.** Nō.ꝑmū reme diū introductū ꝑ iuſcōſultū.circa reſtitutōem dotis ꝯſiſtentis ī vſufructu qñ mulier non eſt dña proprietatis illius rei cui⁹ vſuſfructus fuit datus ī dotē.ſecundo vr̃ hic caſus exꝑſſus ꝙ locatio ⁊ venditio vno nūmo valet ⁊ tenet.
Pro cuius declaratione dic quādoq; talis locatio ⁊ venditio ſit ex neceſſitate.⁊ tūc valet vt hic ſm vnā lec. hic poſitam ⁊.l.ſi quis añ in fi.ȷ̄.de acq.poſ.Qñq; ſit ex volūtate.⁊ tunc aut res que venditur eſt digna.ita ꝑua mercede.⁊ tūc valet vt hic ſm aliā lec.hic poſitā hic ī glo.⁊ dicta.l.ſi quis ante in fi.aut res que vēditur vel lo catur ē digna maiori mercede.⁊ tūc vēditō facta vno nū mo non valet vt.l.ſi qs ꝯduxerit.ſ̄.locati ⁊ dicta.l.ſi qs ante in fi.de qua ꝑ Pe.de bel.ī.l.vſufr.ȷ̄.ſo.ma. ꝑ cy.ī .l.nō ideo.C.de hr̃di.⁊.l.maritus.C.de procur̄.

**Ancilla.** Nō.ex hac.l.tex. notabilē cū glo.que incipit.ſecus ſi rex ibi ſ̄ melius ⁊c̄.an ſicut vēditionem rei mee factam nō noīe meo.ego poſſum habē ratā in ſubſidiū re per empta vel ꝓſcripta vt.l.mater.C.de rei vē.cum ſy.ita ⁊ ecōuerſo emptōem factā de pecunia mea nō noīe meo potero habē ratū in ſubſidium vt illam rem conſequar pecunia mea ꝑempta vel ꝓſcripta que qō per hūc tex.⁊ hūc glo.deciditur quod nō. Baldus.

**Cum poſt.** Nota ex hac.l. ꝙ ex tēpo ris taciturnitate īducitur ta citi pacti exceptio vt hic.⁊.l.procula.ſ̄. de ꝓba tioni. Baldus.

**In domum.** Quero an ſi vir vxorē alimē tat poſſit ꝑcipere vſuras dotis promiſſe de iure canonico.dic ꝙ ſic i.c.ſalubriter. ex̄ de vſuris de quo per Ia.de are.ȷ̄.ſol. ma.l.iſulā.§.vſuras.

**Gener.** Nō.ex hoc.§.ꝙ dotis ꝯſtitutio poteſt ꝯ mitti in arbitriū ꝓmittentis etiam nō demōſtrata re vel quātitate.⁊ eſt ſpāle in dote vt valeat ſtipl̄o etiam vbi ille qui dē arbitrari nō arbitratur vt h̄ regulr̄ ſecus vt.l.ſi qs arbitratu.ȷ̄.de verbo.ob.l.ſi.C.d̄ ꝯhen.emp.ſed ſi arbitratur ⁊ iniq; recurritur etiam ad arbitriū boni viri ut.l.⁊ in ꝑſonā.§ ⁊ gnāliter.ȷ̄.de re. iur̄.nō.C.de ꝯhen.emp.l.ſi. In glo.que incipit ymo ibi nec enī duo ſpālia.nō.ex hac glo.ꝙ duo ſpālia non poſſunt ꝯcurrere.circa idem.nō.in.l.i.C. de dot̄ ꝓmiſſ. de quo dic ut nō.Guil.de cu.in.l.ab emptōe.ſ̄.de pactiſ ⁊ vide qō nō.glo.⁊ doc.ȷ̄.de ſtipulat̄.ſeruoꝝ.l.ſi ſeruus cōis meuij vbi glo.nōt ꝙ due fictiones pūt ꝯcurrere ⁊ i .l.ſub ꝯdict̄.ȷ̄.de ſolut̄ Bal.

**Cum res.** De mā iſtiuſ.§.dic plene vt nō.C. .e.l.i.Baldus.

**In ambiguis.** Iſtam.l.declara vt i glo.⁊ que ſunt dotis ꝓuilegia nō.per glo.⁊ dy.in.l.i.ȷ̄.ſol.mat.

**Mulier bona.** Nō.ex hac.l. ꝙ bona mulieris ītelligūtur de ducto here alieno vt hic ⁊.l.ij.§. illud ibi.ȷ̄.de coll̄.bonoꝝ.C.de boniſq; lib.l.ſi.§.vbi autem. In gl. q̄ incipit ꝙ nulla in fi.nō.ex hac glo.ꝙ ſm dictū Ariſt. mulier vr̃ dare omnia ſua bona in dotem de qua. q.dic vt diſputauit.d.Bar.q̄ incipit quedam mulier habens rem libero.Baldus.

**In rebus.§.ſi mulier.** Nō.ꝙ ille qui adhibetur ad ſtipulādum vr̃ in dubio adhibitus vt procurator nō aio donandi vt hic.⁊ ſ̄.mandati.l.idem.§.ſi cui.⁊.§.ſi mater ⁊ qō nō. ꝑ glo.i .l.ſi mādato ticij in ꝓn.e.ti.⁊.ȷ̄.ſo.ma.l.que dotis.ȷ̄.d̄ le. ij.l.cum quis decedēs.§.nuptā.ȷ̄.de dot̄.ꝓle.l. ſeya. per cy.C.e.l.ij.Baldus.

**Mutus.** Hic videtur caſuſ ꝙ ad matrimo niū nō regrat verba de quo dic vt dixi.ſ̄.de ſponſa.l.ſufficit.

**Matrimonio.** Nō.ex hoc.§.ꝙ ex cā ꝓba bili pōt ꝯſtan.ma.dos mu lieri reſtitui vt hic.ſed ex cā volūtaria non vt in.l i.C.ſi dos conſtante metrimouio de quo uidiſtis.ſ̄ e.l. t bitor cum.l.ſe.⁊ facit quod tangam.ȷ̄.e.l.cum in fundo.§.uxor v̄.ceteri.Baldus.

**Si ſponſa.** Quero hic.an mulier hēat ꝓuilegium pro iſta dote pu tatiua Jo.uidetur uelle hic ꝙ ſic de quo dic ut nō.ȷ̄.ſo.ma.l.ſi cum dotē.§.ſi.ȷ̄.de ꝓuile.cre.l.iij. ⁊.C. qui po.i pi.ha.l.aſſiduis.⁊ ibi ꝑ cy.in ſexta. q. Baldus.

**Quāuis.** Si mulier dat fundum in exti matum in dotem ⁊ conſtante matrimonio euincatur mulier pōt ſtatim ager̄ de euictione ꝯ ſuum auctorem.h.d. Lucha iſtam.l.ꝓ ipſius declaratione quero vos ſcitis ꝙ ad hoc vt quis agat de euictione oportet ꝙ denunciet auctori ſuo vidi ſtis in.l.ſi rem.§.vl̄t.ſ̄.de euict̄.l.auctore laudato. C de euict̄.modo q̄ro ad hoc vt mulier agat de euictione ſit neceſſe ꝙ maritus a quo euincitur res ꝯſtāte matrimo nio denunciet mulieri.⁊ mulier auctori ſuo. Secun do quero an mulier agit de euictione ſtatim condemna to marito ſeu re mariti euicta an erit neceſſe.ꝙ ipſa .ꝑ mo condemnetur marito ſuo.de iſtis duabus queſtioni bus dic vt nō.per glo.in.l.ꝙ ſi pro re.§.ſi pro euictione. ſ̄.de euictione in gl.prima.

**Cum in fundo.** Iſta lex.hē tres ꝑtes prima ibi ſi fundus.ſecūda ibi ſi marito. Itē prima ſub diuiditur in tres. Nam prima loquitur qñ mulier dat ī dotem vſumfructū fundi ſui.⁊ ꝓprietas talis fundi ſui ex poſt facto ad uiꝝ non peruenit̄.tertia loquit̄ qñ mu lier dat dotē vſumfructū ſui ⁊ ex poſt facto proprietas ꝑuenit ad virum ꝑ venditionē factā ꝑſi viro a muliere de proprietate rei.ſa in.§.ꝙ ſi mulier.tertia in. §. vxor viro.⁊ pro declaratione huius principij vſq; ad.§.ſi fun dus vide.ȷ̄.ſo.ma.l.vſuſfruc.⁊ qō nō.ꝑ dy.⁊. Ja. d̄ are.
Nō.tex.ibi ex quo lucrū habeat ⁊c̄.ꝙ nō poſſū ali cui culpam obicere ex quo ꝑꝑ illam culpam lucrum ha beo. Secūdo nō.in.v̄.ipſius autē ꝙ vſuſfructus pōt cedi. Sed ꝯ hoc oppo.d̄ l̄.ſi vſuſſ.ſ̄.e.ſo. iſta mulier cui cedit̄ vſuſfructus eſt ꝓprietaria ideo ceſſio vſuſfru ctus valet vt habetur in dicta.l.ſi vſuſfructus ꝙ ſi aliqſ non eſſet propꝛietarius non poſſet cedi vſuſſ.vt ibi.⁊.§. finitur.inſti.de vſufruc. Secundo oppo.⁊ videtur ꝙ vbi mulier alienauit fundū.ꝙ vſufruc.nō debet ſib re ſtitui nec aliquid nomine vſufruct̄.vt.ȷ̄.i.§.vxor.v̄. quid ergo.ſo.ibi loquit̄ qñ maritus cui erat conſtit̄.vſufruct̄. ab vxore deceſſerit quo caſu heredes eius ad nichilum tenent̄ cū vſuſfructus ad proprietatē redierit ꝑ mortē viri ut dicto.§.finitur nec aliquid potuit uiro imputari ſed in caſu nr̄o uir uiuit ⁊ per conſequens uſuſfructus durat merito debet uxori reſtitui.h.d.Bal.

**Uxor uiro.** Iſtum tex.i.ꝟ.ceteruꝫ idu cit Ia.de are.ꝙ dos ꝯſtā te matrimonio poteſt ſolui. ⁊ vir ſoluendo liberatur vt ipſe nō. in.l.i.C. ſi dos ꝯſtante matri. Sed dic ꝙ uir liberatur quatenus uxor eſt facta locupletior.⁊ nō vltra ita dicit glo.hic q̄ incipit tunc ſꝫ cum qua glo.concor.qꝺ̄ nō.j.ſo.ma.l.ij.in princi.⁊ quod nō.de hoc dixi in .l .de bitor ſupra eodem.

**Si fundus.** Quando res cōmunis cum alio datur in doté dꝫ mulieri ſo.ma.reſtitui quicquid ex diuiſione ad viꝝ puenerit.h. d.Et cum hoc tex.cōcor.de actꝫ.emp̄tꝫ l.iulianus.§.idem celſus.ſ̄.cōi diui.l.cōi diui.§.ſi debitor. ⁊ nō. notabilem diſtinctionem iſtiuſ tex. Secūdo nō.ꝙ in fundo dotali eſt pmiſſa alienatio neceſſaria vt hic ⁊.j.ꝺ fundo dotꝫ .l.i. Tertio nō.ex hoc tex.nō.in.ꝟ. ſed ita vt inuicem corpis ⁊c̄.ad duo p̄mo ꝙ lꝫ nos dicamus ꝙ in iudicijs vniuerſalibus p̄cium ſuccedat loco rei vt.j.de le.ij. l.imperator in fi.ſ̄.de petic.hereditꝫ.l.ſi ⁊ rem ⁊ p̄cium tū̄ n̄ dicitur adeo precium ſuccedere loco rei ꝙ ſicut res ſtati pōt peti.ita poſſit peti p̄cium incōtinenti vt vides hic in reſtitutꝫ dotꝫ.que dos dicitur eſſe iudicium vniuerſale ut nō.j.de impenſ.l.quod dicitur. Quarto nō. ex hoc tex.ꝙ etiam de iuꝛ.ff.in reſtitutꝫ.dotis erat differētia inter bona mobilia ⁊ imobilia q̄ imobilia erant ſtatim reſtituenda mobilia nō ſtatim ut hic uides in tex.cuius ꝯ̄rium nō.glo.j.ſo.ma.l.diuortio.§.interdum ubi glo.dic ꝙ de iuꝛ ffoꝝ.etiam imobilia reſtituebantur ſtatim. ſed ānua bina trina die qꝺ̄ eſt expreſſe hūc tex.⁊ ideꝫ quod illa glo.ſentit glo.cum eodem tex.l.ij.i p̄n.quam glo. reprehēdit dy.p hūc tex.⁊ p textū.§.ex actio.C.de rei ux. actꝫ.ibi dum dicit ꝙ actio utriuſqꝫ fuerit actionis. Sꝫ ꝺ hoc quod dicit dy.eſt glo.ordinaria.j.de dote prelegata .l.ij.§.vltimo qꝺ̄ tene menti.

**Si marito.** Nō.hūc caſum.⁊ idem habuiſtis in.l.ſi donaturus.§.i.ſ̄.de ꝯdic.ob cauſam. Baldus.

**Si auus.** Nō.p̄ncipium iſtius.l.nam ex hoc tex.habes ꝙ ꝺ iure ffoꝝ.filiafa.hꝫ heredeꝫ i dote aduenticia tex. eſt hic nam vides hic ꝙ auus dedit dotem noīe neptis ⁊ auo mortuo remāſit pater iſtius neptiſ.mō dicitur hic ꝙ doſ nō reuertitur ad patrem.ſed remanet penes hꝛ̄des ipſius mulieris.⁊ ꝙ hoc ſit verum nō.j.ſol.matri.l.poſt dotem ſm̄ vnaꝫ lec.⁊ ibi hoc expreſſe tenet dy.qequid nō. per glo.in.l.nupta. §.nupta.⁊.l.filie mee.j.ſo.ma. ꝺ iuꝛ ꝟo. C.⁊ auctꝫ.nō eſt dubium ꝙ filiafa.habeat hꝛ̄dem de p̄mo eſt caſus in.l.ꝙ ſcitis.C.de boniſqꝫ li.de ꝟo in aūt. de here.q̄ ab inteſtato.§.i.coll.viij.⁊ ſi tu dicis iſta dos fuit ꝓfecticia. q̄ proceſſit ab auo.ut.ſ̄.e.l.ꝓfecticia i p̄n. R̄ndeo lꝫ dos aui dicatur profecticia .quia proceſſit ab auō ut ſupra eodem lege profecticia vt ibi tū̄ dos aui nō dicitur profecticia.ſed aduenticia.quia de eius bonis nō proceſſit ut hic.

**Si de dote.** Nō.ex h.§.ſi directo tex. ⁊ vide quod nō.j.ſo .mat.l. ex diuerſo in prin.in ꝟa glo.quod eſt nō.

**Fundum.** Nō.iſtum tex.in fi.ibi.ſi precium ⁊c̄.nam hic videtur caſus ꝙ nō poſſit ſolui mulieri ex cā volūtaria.ſꝫ demū ex cā probabili.nam vides hic ꝙ fuit facta uenditio vt preciuꝫ rei creditoribus ſoluatur facit quod habuiſtis.ſ̄.e.l.mutus.§.manēte. Secūdo colligitur ex iſta .l.fundum dotalem poſſe alienari quod eſt contra. §:.⁊ cum lex.C.de rei vx.actꝫ.⁊ inſti.quibus ali.licet in prin. Secūdo dic ꝙ hic alienatio eſt pmiſſa q̄ eſt vtilis mulieri ⁊ marito ymo magis dꝛ̄ eſſe quedam pmutatio vt ſentit glo.hic que incipit.⁊ ſic nota circa quod vide qꝺ̄ nō.inſti.quibus ali.lꝫ in p̄n.quod nō. Baldus.

De pactis dotalibus. R̄ica.

**Paciſci.** Nō.ex. §.pacto ꝙ ſi pater ab inicio ſuper dote nō paciſcitur.ſed paciſcitur ex poſt fcō ad hoc ut pactum proſit ⁊ noceat filie requiritur filie conſenſus ut hic.⁊. j.e. .l.cum dos.j.ſo.ma.l.quotiens quod nō.

**Si conuenerit.** Pactum factuꝫ vt ſoluto mr̄imonio liberis exn̄tibus dos remaneat penes viꝝ intelligitur ſi morte mulieris matrimoniū diſſoluatꝛ n̄ ſi morte viri hoc dicit. Pro declaratione iſtius tex. ⁊ glo.cum queritur an valeat pactuꝫ ꝙ diſſoluto matrimonio doſ remaneat penes viꝝ dic quādoqꝫ matrimonium diſſoluitur morte viri.⁊ tunc nil valet pactuꝫ. ſiue interuēiant liberi ſiue non vt hic quandoqꝫ diſſoluitur morte mulieris ⁊ tunc valet pactū ſiue iteruēiant liberi ſiue non vt hic ⁊.j.de dote p̄le.l. pater in prin .quādoqꝫ mater diſſoluitꝛ diuortio.⁊ tunc ſi qdem diuortium eſt factū ſine culpa alicuius coꝝ ſiue culpa cōmuniū ⁊ tūc valet pactum ſiue interueniant liberi ſiue nō. Si vero diuortium fiat culpa uiri tunc pactū nō valet ſiue interueniant liberi ſiue non omnia iſta probantur in.l.i.i p̄n. §.i.j.de dote p̄le.j.ſolu.ma.l.ſi dotali ⁊ ibi nō. ⁊ ē ratio iſto vltimo caſu vt non valeat pactū q̄ per hoc vir inuitaretꝛ ad delinquendum.qꝺ̄ eſſe non debet vt.l .conuenire.j.e.⁊ dicta.l.i.j.de dote p̄le.

**Pacta conuenta.** Nō. ex hac .l. ꝙ pactum ſup dote collatum in vnum caſum in alio caſu locum non habet vt hic circa qꝺ̄ vide qꝺ̄ nō.j.ſo .ma. l.ſi cū doté in prin.habuiſtis nō.ſ̄.de ꝯdictio.ob cauſam.l.ſi extraneus. Baldus.

**Si ꝯuenerit.** Iſta.l.ponit notabilem diſtinctōem ⁊ caſus iſtius.l.ponitur in glo.ſuper ꝟbo diſtinguitur nō. hanc. l.⁊ ſm̄ determinatōem iſtius.l.intellige.l.ſi vſuſ. ſ̄.ti.i.⁊.l.res quaꝝ.ſ̄.de iuꝛ do. Baldus.

**Conuenire.** Pactum quod ē ꝯ̄ ius l per quod quis inuitatur ad delinquēdum nō valet.h. d. Iſta notabilis lex. Nota quod dixi i ſūmaria de quo uidiſtis i.l. ſi unꝰ §.illud.ſ̄.de pac.quod facit ad.q.ibi nō.p guil.ꝺ cu.

**Pomponius.** Circa iſtam.l.uide qꝺ̄ notauit azo in ſumma iſtius ti.in ꝟa colūna. Baldus.

**Cum dos.** Iſta lex habꝫ duas partes p̄ma pars loquitꝛ qn̄ pactū interponitur a patre.ꝟa qn̄ iterponitur a filia ꝟa ibi ſi vero filia ⁊c̄. Nota.notabilem diſtinctionē iſtius.l.⁊ aduerte q̄.ꝟ.ſi vero poſt dotem debet intelligi qn̄ ex interuallo pꝛ̄ velet ſtipulari ⁊ poſt mr̄imoniuꝫ ꝯ̄ctum nam ante ꝯ̄ctum matrimonium ēt ex interuallo poſt doteꝫ datam poſſit pater ſtipulari ⁊ filie p̄iudicarꝛ ut.j.ſo.ma.l.quotiens facit.l.cum a ſocero.C.ꝺ iuꝛ dotꝫ.
Secundo nō.in.ꝟ.ſi filia ꝙ p filiā queritur patri ſed

ꝑ patrem nõ queritur filie.ſed ꝺ hoc utrum per patrem queratur filie exñti in poteſtate uide.l. qꝺ dicitur .j. de v̂.ob.⁊.l.qꝺcũqȝ.§.ij.e.ti.inſti.de inutili ſtipu.§.hij uero C.ꝺ ꝯben.⁊ ꝯmit.ſtip.l.ij.facit quod habuiſtis i.l. ſi tibi §.ſi pactum.ſ.ꝺ pactis.an aũt poſſit queri ꝑ patreȝ filie emancipate uide quod nõ.per glo.in.l.ſi gener.C.de iu re do.⁊ uidetur tex.ꝙ ſic.j.de opis lib .l.iuriſiurã.§.ſi li beri.⁊ quod nõ.per doc.in.l.ij.C.ꝺ ꝯben.⁊ ꝯmit. ſtipul.

Quid aũt iur ſit de auo materno uel matre dic ꝙ ñ queritur filio uel nepoti.C.ꝺ pac.ꝯuen.l. pactum .fallit fauore eius pro quo dos datur ut.l.gayus.j.ſo. mat.⁊ ꝑ hoc pater ꝙ.l.pater.C.de pac.ꝯuen.dȝ intelligi i aſcendẽ tibus ꝑ lineam maſculinaȝ.nõ antem i aſcendẽtibus ꝑ lineam feminaȝ.lȝ qdam ibi ita iſtam. l. intelligunt licȝ illa lec.ibi reprobetur per docto.facit ad predicta. j.ad trebel.l.debitor in fi.facit quod uidebitis.j.e.l.inter ſoce rum.§.cum inter. Baldus.

**Quotiẽs.** Iſtam.l.intellige ſm.l.ſi nepoſ in fi.cum duabus.l. ſequẽtibus ſ.ti.ij.quod nota. Baldus.

**Auus pact⁹ eſt.** Nõ.caſum iſtiuſ .l.⁊ ꝯcor.ſ.ꝺ pac. l.auus.⁊ ibi no.⁊ iſtum tex.i quãtum dicit qꝺ filio cõpetit exceptio pacti primi cui adiungitur.⁊ eſt ra tio quam ponit tex.quia ſi non reſtringeretur.nunquaȝ dos de ſeruiret oneribus matrimonij .ſ.directa .qꝛ iſte auus fuit pactus filio ſuo ut heredi.ut habuiſtis no.per glo.in.l.ſi tibi.§.pac.ſ. ꝺ pacti.

**Cum pr̃.** Uerba ꝑmiſſa in ꝑma parte ꝯ uentionis dant intellectuȝ toti ꝯuentioni.h.d.iſta.l. Nota ex hac.l.ꝙ ſm pactum generale reſtringitur rõne ꝑmi pacti cui adiun gitur ⁊ rõ eſt quam ponit tex.qꝛ ſi nõ reſtringẽtur nun quaȝ dos deſeruiret oneribus matrimonij quod eſſe nõ debet ut ibi dicitur ſic ⁊ alias habemus ꝙ verbuȝ gene rale reſtringitur rõe v̂bi cui adiungitur. ⁊ hoc ex ꝑſum pta volũtate ꝯhentium vidiſtis in.l.ſed ſi adiciatur.ſ. ꝓ ſocio.⁊ quod nõ.ibi nõ. Bal.

**Si mulier.** Si mulier paciſcendo vt certa pars dotis tantum petatur penaȝ apponit debet eſſe contenta vel exceptõ ne vel pena.h.d. Bal.

**De dic.** Pactum per quod efficitur dete rior dotis ꝯdictio nõ valet.ſecus ſi fiat melior.h.d. Baldus.

**Ob res quoqȝ.** Nõ. tex. notabileȝ ⁊ menti tenẽdum in v̂.ſi nõ petierit ꝙ lȝ marito nõ iputetur cur ñ conuenit patrem mulieris dotem ꝓmittentem vt.ſ.ti.i. .l.ſi exneus.tñ bene imputatur marito cur hr̃des patris nõ conuenit vt hic.⁊ ſic eſt hic caſus de eo ꝙ nõ. glo. j. ſo.ma.l.ſi ſocer.§.lucius que glo.hũc tex.no alleg.

**Si mulier dotis.** Si ẽ utile mu lieri pecunia i dotem promiſſa poteſt in corpus uel in ſpẽm ꝯmutari.h.d.iſta nõbilis.l.idem habuimus.ſ.ti.i.l.ita cõ ſtante. Baldus.

**Quidã fundũ.** Exceptio pacti cõuẽ ti non conuenit h. di matris que mater ex ꝯcu ꝯductiõis erat uiro obligata lȝ heres iſtius matris illud pactuȝ appoſuerit de lucrando mercedes percipiendas ex fundo dato in dotem.hoc dicit. Baldus.

**Pater cũ filie.** Stipulatio interpo ſita per patrem in fauorem filie valet.h.d. Nõ.ex hoc tex. ꝙ pater poteſt ſtipulari filio poſt mortem ipſius patris ut hic ⁊.j.de v̂bo.ob.l.quodcũqȝ circa quod uide qꝺ dixi.ſ. .e.l.cum dos. Baldus.

**Si inter uiꝝ.** Nõ.ex hoc tex. ꝙ i ꝯ ctibus iſta v̂ba propter liberos verificantur etiam in liberis iaȝ natis vt hic ſecus in vltimis volũtatibus.naȝ ſi vir negat vxo ri in tp̃s liberoꝝ intelligit̃ de filijs naſcituris nõ iã natiſ vt.j.de ꝯdi.⁊ demon.l.ſolemus. Baldus.

**Qui de reddẽda.** Nõ.notabileȝ tex.iſti⁹ l.⁊ gl. que ponit caſuȝ.ſed nõ ſũmatur. quia breuis.

**Inter ſoceꝝ.** Si mulier in naufra gio cum ãnicullo pe reat preſumitur poſt ãnicullum deceſſiſſe.h.d. Nõ.tex.ibi qꝛ veriſimile ⁊c̃.cum quo concor.l.ſi mu lier.j.ꝺ rebus dubijs.⁊ nõ.glo.hic poſitam. ⁊ circa iſtaȝ glo.vide quod hic no.per doc.in.l.ꝙ de pariter.j.de re bus dubijs. Baldus.

**Cum inter pr̃em.** Nõ.ex h.§. duo. primo ꝙ argumẽ tum a contrario ſenſu habet locum in his q̃ ſunt ſtricti iuris ⁊ vide qꝺ nõ.dy.in.c.ꝙ ob gratiam ex̃ de reg. iur̃. li.vi.vbi iſtum.§.alleg. Secundo nota.tex.ibi ſepabi tur ꝑ pactum interpoſitum ſup dote habet etiam locuȝ ſup eius adiuncto ad.l.idem.l.ſi conſtante.§.patris. C. de donatj.ante nuptj. ad idem. C.de iur̃.do.l. ſi dotem.

Ultimo nõ.tex.iſtius.§.qui hic videt̃ tex.q .quaȝ di ſputauit. Ja.de bel.de qua dicam.j. eodem .l. hebiius.

**Conuenit ut mulier.** No.ex hoc §.ꝙ licȝ iſta mulier ex iſto pacto directa actionẽ non habeat quia forte dicit glo.pactũ nudum tamen ei ſubuenitur a lege per actionem in factum qualiter aũt hoc procedat nõ. ꝑ Bal.ꝺ cu.ſ.ꝺ pac.l.iur̃ gentj.§.gnymo.⁊ ibi de h dixi.

**Cũ proſe.** Ex hoc tex.ꝙ ex pacto interpo ſito per filiã i pſona matris ma tri non queritur actio vt hic ⁊.j.ad trebel.l. debitor i fi. ſ.depoſiti.l.publ.a ꝑ cy.in.l.ij.C. de contrahen.⁊ ꝯmitj. ſtip̃.licet iſtam legẽ non allegat.

**Pater ſi filia.** Nota ex hoc.§.in.v̂.ꝙ ſi mulier ꝙ ius futuꝝ publi catur tex.eſt hic nã vides h̃ ꝙ illa condictionalis obli gatio tranſit in fiſcum.⁊ hoc eſt ideo qꝛ fiſcus habe tur loco heredis vt no.h̃ in gl.ſuper verbo fiſcho.Sȝ de hoc dicam.j.ti.i.l.ij.Sed ad hr̃dem trãſmittitur ſpe cies ꝯdictionalis obliga.vt inſti.de inutili ſtip̃. §.ſub ꝯ dictione.Secus vbi de preſenti nulla eſſet ſpes .qꝛ tũc illud non veniret in publicationem bonorum vt.l.ſi qua pena.ſ.de his qui ſunt ſui vel alie.iur̃.j.de teſtamentis .l.ſeruus. Baldus.

**Cum maritus.** §.ticius mulieris. Hr̃s eius cui dȝ fieri reſtitutio dotis.ſed ſecũdis nuptijs ꝯſen tit videtur de nouo in ſecũdo matrimonio dotem quaȝ recipere debet conceſſiſſe hoc dicit.

**Mulier ⁊ de dote.** Ille qui ſtipulat̃ doteȝ voluntate mulieris ex ſtipulatu actj.non ꝑdit licet mulier res do talis marito leget vel ſeruos dotales manumittat hoc dicit iſte.§. Baldus.

**B eblius marcellus.** In hac
l. pone
caſum vt in prima glo. que eſt addictio .iſta .l.
facit ad.q.quã diſputauit. Ja.de bel.in ciuitate iſta pr̃ l
ex̃neus dedit dotem ꝓ muliere ⁊ ſtipulatus eſt dotem
ſibi reddi ſi decedat i matrimonio ſine filijs.mõ mulier
deceſſit in matrimonio cum filijs. queritur vtrum iſta
dos cedat lucro mulieris vt poſſit de ea teſtari vel ce
dat lucro filioꝝ.⁊ ſic iſta doſ ſit iſtoꝝ filioꝝ ul' cedat lu
cro viri ita ꝙ iſta dos ſit iſti' viri ⁊ caſ' expſſ' videoꝛ ꝙ
cedat lucro viri.vt hũiſtis.ſ̃.e.l.iter ſoceꝝ.§.cũ iter ſr̃ q°
caſu Ja.de bel.dictam queſtionem diſputauit.⁊ videtur
caſuſ.j̃.de diuoꝛ.l.filia. In ꝯ̃rium uidetur ꝙ iſta dos
ſit lucro ipſius mulieris.nam hic fuit factum pactum in
ter dãtem dotem ⁊ recipiẽtem ꝙ filia decedẽte i matri
monio ſine filijs vir lucretur medietatem dotis.⁊ tamẽ
video ꝙ iſta ılia decedẽte cum liberis maritus nihil lu
cratur.⁊ ſic in caſu omiſſo nõ videtur eſſe ꝓmiſſum ipſi
marito. ⁊ iſtam opy.diſputãdo tenuit Ja.de bel. ꝙ i ca
ſa iſto dos ſit ipſius mulieris.non ob.dicto.§. cum inter
qꝛ dicit ipſe ꝙ ibi nõ vr̃ ꝙ vir lucretur dotem.ſed dicit'
ꝙ dos retinẽtur.dic ergo dicit ipſe ꝙ dos retineret'.ſ.a
viro nõ pro ſe.ſed pro filijs hr̃dibus filie dotate a patre
⁊ poſtea d̃functe filijs ſupſtitibus quod dic vt ipſe diſpu
tauit de iſta retentione quã facit vir pro hr̃dibus vxoris
ſue loquitur.l.filius.j.ſo.ma.⁊.etiam hic.nõ ob.l. ſi filia
ſ̃.alle.qꝛ ibi loquitur quando fuit actum expreſſe.ita de
terminat.Ja de bel. Sed ꝯ̃rium fuit cõſultum p dñꝫ
Guidonem de coꝛnẽio in ciuitate iſta. Sed aduerte ad
iſtum tex.qꝛ modicum facit.qꝛ hic fuit pactum factum i
ter marcelluꝫ ⁊ marilluꝫ ꝙ filia decedẽte in matrimõio
ſine filijs lucraretur vir medietateꝫ dotis.⁊ iſta filia nõ
deceſſit in matrimonio cum filijs.ſed prius facto diuoꝛ
tio deceſſit poſtea ſupſiſte filia mariti.vnde ex illo pacto
nõ põt marituſ ſe tueri ut ſibi proſit. Baldus.

**V xor uiro.** Nõ.ex hac.l.ꝙ funduſ do
talis ſi detur extimatus ⁊
pactuꝫ interponatur ꝙ ipſa res reſtituatur eo
dem p̃cio ſoluto matrimonio poteſt alienari dũmodo
mulier tali alienationi conſentiat. vt hic alias ſecus. vt
j̃.ſo.ma.l.ſi extimatus. Bal.

**Si pater.** Pro intellectu iſtius.§. quãdo va
leat iſtud pactum pro filia cum hic
mulier videtur in dotata.vide.l.iulianus ⁊ qð ibi nõ. ſ̃.
ti.i. Secũdo pro declaratione huiuſ.§.vide quod nõ.
glo.⁊ Ja.de arc.in.l.ſi marito.§.i.ſol.matri.quod nõ. ⁊
tene menti. Baldus.

De fundo dotali. Rica.

**I nterdum.** Nõ. ex
hac.l.tria
p̃mo aliqua permittũtur fieri ex
neceſſitate que ex volũtate fieri
nõ poſſunt vt hic ⁊.l. iij. §. i.⁊.ij.
j̃.de rebuſ eoꝛuꝫ. Secũdo nõ.
ꝙ aliqua trãſeunt titulo vniuerſali ꝙ nõ trãſeunt titu
lo ſingulari vt hic.⁊.l.quedam.j̃.de acq.reꝝ.do. Ter
tio nõ.ꝙ ex ſecũdo decreto quis efficitur dñs quod ẽ ve
ruꝫ ſi poſſeſſoꝛ erat dñs de quo habuiſtis i.l.ſed ⁊ ſi res
ſ̃.cõi diui.⁊.l.ij.in fi.ſ̃.ſi ex noxali cã agatur. Ultimo
aduerte ad glo.quãdam hic que dicit ꝙ p̃ſcriptione qs
efficitur quaſi dñs vt nõ.hic in glo.que incipit ſtatiꝫ idẽ
nõ.in.l.finita.§.ſi tamen.j̃.de dam.infe.⁊.C.ſi aduerſuſ
vſucap.l.i.j̃. de vſuf.lega.l.miſtice.Sed tu dic vt nõ.in
.l.minoꝛ.§.ſi ſeruus.ſ̃.de euictione.

**S i maritus.** Nõ.ex hac.l.ꝙ fiſcuſ dr̃
ſucceſſoꝛ vt hic ⁊.C.ad.l.
iul'.de vi.l.ij.ad idem.j̃.de fideiuſſ.l.ſi debitoꝛi
in prin.⁊ ibi nõ. Alibi appellat glo.fiſcuꝫ hr̃deꝫ vt.ſ̃.
ti.i.l.inter ſocerum.§.vl't.an autem habeatur vt verus
heres quo ad omnia.nõ.per glo.j̃.de fideiuſſ.l. iter eos
§.fi.probatur in.l.quotiens.j.de noua.de quo. per Ja.
d̃ arc.j̃.ſo.ma.l.ſi cõſtante.§.ſi bona ⁊ ideo glo.alibi ap
pellat fiſcum quaſi ſucceſſoꝛeꝫ vt.C.de fideiuſſ.l.i.⁊.ſ̃.d̃
iure dotꝫ.l.mulier bona. Baldus.

**I ulianus.** Nõ.ex hac.l.ꝙ vbi prohibe
tur alicuius rei alienatio vr̃
prohibita eius iuris remiſſio vt h.c.⁊.l.ij.C.de
auctꝫ p̃ſta.⁊.l.i.§.ait pretoꝛ.j̃.que in frau.credi.

**S i marito.** Si debitum purum mulie
ris promittat mulier debi
toꝛi in dotem id dotale erit vbi võ ſubalterna
tiue debitum promittat ſibi eſt in electione viri quid i
dotem ſit ex alternatiue debitis ꝙ ſi ex his alternatiue
debitis vnum pierit vel alienatum ſit alienati redẽptio
tribuit viris eligendi facultatem. ſed donec alienatum
remittitur vtrum alterius electio teneat ex futuro pen
det euentu.h.d. Baldus.

**E tiam dicit'.** Hic ꝙ ſoluto matr
monio prediuꝫ rema
net dotale. Quero vtrum ſoluto matrimo
nio dominium rei dotalis ipſo iure tranſeat in mulierẽ
Rndeo de iure antiquo non vt probatur in.l.ſi dotẽ.C.
de iur̃ do.probatur etiaꝫ in.l.iſta.Sꝫ de iur̃ nouo. ſic vt
l.in rebus.e.titulo. Secundo quero vtrum poſſeſſio
ipſo iure tranſeat Rndeo non etiam hodie niſi tradat'
caſus ẽ hic.j̃.ſo.ma.l.ſi dotis in.v̂.ſoceri. Quero vtꝝ
ipſe vir cum conſenſu mulieris poſſit vẽdere tex .dicit
ꝙ non.C.de rei vx.actꝫ.§.cum lex inſti.quibus alı .licet i
prin.etiam ſi mulier iuret ⁊ ibi nõ.qð eſt verum de iur̃
ciuili de iur̃ canonico ſecus ſi iurat vt in. c .cum contin
gat ex̃.de iureiur̃.⁊.e.ti.c.licet li.vi.⁊ circa iſtuꝫ tex .vide
qð nõ.Ja.de arc.⁊ cy.poſt eũ i.l.ſi p̃diũ.C.d̃ iur̃ dotiũ.

**D otale.** In glo.ſuper verbo preſtabitur
in fi.⁊ iſtud videtur veritas ar.
eius qð nõ.in.l.ſi cum dotẽ.§.fi.j̃.ſo.ma.l.ij.in
fi.de p̃uile.credi.⁊.C.qui po.in pi.ha.l.aſſiduis ⁊ qð ibi
nõ.per doc.in.vij.q. In gl.pe.ibi intellige ⁊c̃. cũ hac
glo.concoꝛ.j̃.ſo.ma.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.Sed con
trariuꝫ nõ.⁊ melius in.l.pater filiam in prin.j̃.ad.l.fal.
⁊ dic vt ibi.⁊ iſtam.l.dotale.prediuꝫ intellige vt in glo.
que ponit caſum. Baldus.

**S i fundum.** Si fundus quem alius
preſcriber' incipit a mu
liere detur in dotem preſcriptio non interrum
pitur ⁊ preſcriptio viri periculo perficit' niſi pauciſſimi
dies ad perficiendum preſcriptionem ſuperfuerint tem
poꝛe quo dotalis fundus fuerit datus i dotẽ.h.d. In
glo.magna ibi ſine poſſ' queri ⁊c̃. Sed hic q̃ro vtrũ
licet quo ad dominum acquiſitionem non requiritur tra
ditio vacue poſſeſſionis vt hic nõ.Et.C.de probatꝫ.l.cũ
res ⁊.l.que prediũ.C.de diſtrac.pig.An quo ad publi
cianaꝫ ⁊ vſuc.requiratur traditio poſſeſſionis vacue doc.
tenent ꝙ ſic vt nõ.per cy.in dicta.l.cum res ⁊ p Jac.bu.
inſti.de actꝫ.§.alie. per docto.etiam in. l.celſus infra de
vſucap. In eadem glo.ibi voluntatꝫ.⁊c̃.⁊ eſt ratio in
vltimis volũtatibus.qꝛ actus moꝛiẽtium nõ debẽt pẽdẽ

Ita dicit glo. j. de pollici. l. ſi quis rem in prin. vel dic ꝙ eſt ratio quia voluntas teſtatoris eſt lex. vt in auc̄. de nuptijs. §. diſponat coll. iiij. iſtam rōem reddunt doc. C. de pac. l. i traditōibus. Item ē alius caſus in. l. fi. C. de ſacro ſan. eccle. j. de publica. l. ꝯmiſſa. ſ. pro ſocio. l. cū duobus. §. idem rn̄dit. ⁊ quod nō. in. l. ſicut. §. fi. ſ. ꝙ cuiuſqꝫ vni. no. Baldus.

**Fundum.** Circa iſtam. l. quero vtrū cōfirmetur iſta venditio iſtius fundi dotalis quātum ad hoc vt dn̄ium trā ſeat in emptorem Rn̄deo nō. ſed ꝯfirmatur quātuꝫ ad publicianaꝫ vel vſucapionem vt. l. ſi a ticio. j. de doli exceptio. facit. l. cum vir p̄dium. j. de uſucap. ⁊c̄.

**Uir in fundo.** Nō ſūmatur qꝛ breuis. ſed in. §. ſi p mulierem glo. ponit caſum tribuſ modis tene quēvis. Baldus legum doctor.

## De donationibus inter vir. ⁊ vxorē. Rica.

**Moribus.** Donatio inter virum ⁊ vxorem eſt probibita rationibuſ hic inſertis. h. d. vſqꝫ ad. l. hec rō §. videamus. In tex. ibi ob temperantes. i. tēperamētum l' moduꝫ in donationibus nō adhibētes ⁊c̄. Iſte tex. dū dicit moribus facit ꝙ donatio inter vir. ⁊ vxorem non poſſit iuramēto firmari. qꝛ ſi moribuſ introducta eſt ⁊ iſta prohibitio ⁊ p ꝯſequens iuramēto nō firmatur vt in. c. nō ē obligatoriuꝫ ex̄ de reg. iur. l. vi. ſed de hac. q. p Guil. de cu. in. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ſ. de iure iurando. Baldus.

**Uideamus inter.** Ubi matrimoniuꝫ tenet ibi donatio ē interdicta. ſecus vbi nō tenent. qꝛ de iur rigore valet donatio. Secus de equitate ꝯcubine tamen facta donatio valet hoc dicit. Baldus.

**Qui in eiuſdem.** Ad euidētiaꝫ huiuſ tex. vſqꝫ ad. §. ſed ſi debitoreꝫ premitte quod nō. hic i glo. ſup v̄bo ptātis q̄ glo. totuꝫ iſtum. §. declarat. Pro declaratione iſtiuſ v̄. ſed hoc quero vtruꝫ mater hodie poſſit donare filio q eſt in p̄ris ptāte glo. que eſt in. l. ſi ꝯſtante matrimonio C. e. tenet ꝙ nō. In ꝯ̄rium facit fortiter. iſte tex. nam rō olim mater nō poterat donare filio. qꝛ i llud querebatur patri. ⁊ ideo caſu i quo patri nō querebatur valebat donatio vt hic in. v̄. ſed ſi in caſtro. ⁊ ideo tn̄ hodie queſita ꝙ filiū nō querātur patri niſi quo ad vſūfruc. vt. l. i. C. de bonis mater. ⁊. l. cum oportet. C. de boniſqꝫ li. ergo valꝫ donatio ſaltem quo ad proprietateꝫ. ⁊ hanc. opy. tꝫ Ja. de are. ipſaꝫ etiaꝫ refert cy. in dicta. l. ſi ꝯſtante.

**Sciendū āt.** Donatio facta inter vir. ⁊ vxorem nō valet ip̄o iure nec traditio que ex ea ſequitur. an autem licet nō valeat traditio trāſferatur poſſeſſio ad mulierem dicam. j. e. l. ſi eum. Baldus.

**Sed ſi debitor.** Si mādato meo debitor. alij ſoluit mihi videtur a debitore ſolutū. ⁊ a me illi. Et iō ſi vir mandat debitori ſuo vt vxori ſoluat talis ſolutio ipſum liberat. h. d. Baldus.

**Si ſponſus.** Donatio facta a ſponſo ſponſe valet ⁊ tenet licet traditio ſit facta poſtea conſtāte matrimonio dūmodo a ſponſo. ante matrimoniuꝫ ꝯ̄ctum fuerit facta traditio p̄curatori vxoris. Secus ſi a procuratore ſponſi. h. d.

**Si maritus.** Nō. §. general'r i. v̄. ꝙ ſi aliaruꝫ. ⁊ glo. magna hic poſita q̄ primo ponit exempla quādo cā rerum eſt mixta. ⁊ nō poteſt ſeparari. tertio qn̄ cā pſonarum eſt mixta. ⁊ poteſt ſeparari. ⁊ de hoc ꝙ qn̄ cā pſonarum eſt mixta glo. ponit pl'a. exª quod dic vt in ea. Bal.

**Circa venditionē.** Si venditio fiat cā donationis inter virum ⁊ vxorem ip̄o iur nō valet ſed ſi venditio uere fiat tunc de v̄o precio rei aliquid remittit venditio tenet. Sed remiſſio precij eſt inualida quatenus mulier eſt facta locupletior. h. d. Nō. tex. ibi remiſſionem autem ⁊c̄. ex quo habes ꝙ remittē eſt donare ⁊ per cōſequens remiſſio facta ab vxore viro n̄ valet. ⁊ ſic uidetur hic caſus ꝙ ſicut donatio requirit inſinuationeꝫ. Ita remiſſio debiti de qua. j. dixi in. l. ſi mulier. ſ. de condi. ob cauſam. ⁊ in. l. i. §. i. ſ. quibus mo. pi. l' ypo. ſol'. Ultimo nō. glo. ſuper uerbo conuentum ꝙ donatio facta inter uirum ⁊ uxorem in dubio non uidetur facta animo donandi.

**Conceſſa donatione.** Donatio illa eſt probibita inter virum ⁊ vxorem que facit donantem pauperiorem ⁊ recipientem locupletiorem. ⁊ ſi alterum iſtorū deficiat valet donatio hoc dicit.

**Si maritus.** Marito permittit' legatum vel hereditatē repudiare vt illud legatum pertineat ad vxorem quia per hoc non dicitur facta locupletior mulier hoc dicit non ſūt alia.

**Si qs rogatus.** Ille qui perfecte adimplet volūtātem teſtatoris trebellianicam non deducendo nō dicitur donare ⁊ illa donatio irritatur a iure que donantem facit pauperiorem ⁊ recipientem locupletioreꝫ alia donatio non hoc dicit.

**Si mulier.** Donatio reuocatur quatenus mulier eſt facta locupletior ⁊ an ſit locupletior inſpicitur tempus litis conteſtate. h. d. Iſta. l. vſqꝫ ad. l. ꝙ āt. §. ſi maritus.

**Si maritus.** Donatio que mulereꝫ locupletioreꝫ nō reddit non reuocatur ⁊ non dicitur locupletior ſi tantūdem de ſuo errogauerit. h. d. iſte nōbilis. §.

**Si uir.** Inter vir. ⁊ vxorem habet locuꝫ donatio ſi inuicem ꝯpenſauerint hoc dicit.

**In donationibus.** Nō. ex hoc. §. ꝙ donatio iter vir. ⁊ vx. impeditur de iure ciuili vidiſtis i. l. iij. §. ſed ſi debitorem. ſ. e. videbitis. j. e. l. ſi cum fuit tacitum per glo. ſ. e. l. prima. Baldus.

**Quod āt ſpectat.** Nō. ex. §. ꝙ ſi vxor cū ſe. duo primo ꝙ pignora pn̄t dari pro dote reſtituenda vt hoc. §. cum ſe. ad idem. ſ. de pigno. l. res ypothecate ⁊ ibi dixi. Secundo nō. ꝙ venditio facta bona fid̄ inter virū ⁊ vxoreꝫ non cauſa donationis valetꝫ. ut uidiſtis in. §. circa an autem in dubio uenditio facta inter uirum ⁊ uxorem preſumūtur facta bona fide nō animo donandi habuiſtis glo. nō. ꝙ ſic. ſ. e. l. ſi ſponſus. §. circa. v̄. conuentus. h. d. Baldus.

**Sed interiʒ.§.ſʒ quod dr̄.** Donatio cauſa mortis facta inter uiruʒ ⁊ uxo
rem ualet quocūqʒ modo fiat.⁊ vbi ſit donatio cā mort̄
que retro nō trahitur due regule viciantur ut pʒ i ſeptē
caſibus hic poſitis vſqʒ ad.§. idem marcellus. ⁊ ad eui
dentiam premitte quod nō.hic in glo. ſuper v̄bo uicia
quod nō. Baldus.

**Sed ſi mors.** Nō.ex hac.l.ꝙ proui
ſio facta i vno caſu nō
extenditur ad alium. Sed ille caſus habetur
pro omiſſo facit quod vidiſtis.ſ.de condi.ob cām.l. ſi ex̄
neus.j.ſo.ma.l.ſi cum dotem in p̄n.fallit ſi caſus omiſ
ſus ſit ſimilis expreſſo vt.j.ō lib.⁊ poſt.l.gallus.§.ſi et⁹
Secūdo nō.ꝙ donatio facta a uiro vxori ꝯfirmatur
deportatione donatōis.tamē deportatus pōt eaʒ reuo
care.⁊ circa hanc.l.uide.l.res uxoris ⁊ quod ibi nō.C.e.

**Ex animo.§.ſi marit⁹.** Uſure percepte ab uxore ex pecunia ꝑ uirum
ſibi donata ſūt ipſius ux.adeo ꝙ ſi pars capitalis ſit per
dita.⁊ alia ps pp uſuras ſic duplicata dʒ reddi uiro illa
ps capitalis que durat.⁊ ꝙ dictum eſt in uſuris idem ē
in fructibus rei donate.h.d.cum duabuſ.l.ſequentibus.
Iſte tex.facit ad.q.nō.per glo.C. de boniſqʒ lib.l.cū
oportet in p̄n.ꝙ ſi filius cum pecunia paterna lucretur.
ꝙ illas vſuras nō teneatur patri reſtituere ut ſint ſue ō
qua.q.dic.ut ibi qō nō.⁊ tene menti.

**Si uxor ſi.** Nō.ex hac.l.ꝙ ſicut vxor
nō poteſt donare marito
ita nō poteſt donare ei qui eſt in ptāte marit
de quo quid iur̄ ſit hodie dixi. ſ.eo.l.iij.§.verbum uer
ſm̄ h. Baldus.

**Si qs pro.** Uectigal.ſiū vxōe ſolute ⁊
expenſe facte ꝑ uirum pro
vxore ſua intercedente cum viro cā viri nō re
petuntur ab vx.h.d. Baldus.

**Si uxor.** Si vxor promittit viro doteʒ ⁊ uſu
ras dotis ualet promiſſio. ⁊ ſi mari
tus poſtea uſuras remittit nō ualet donatio niſi vſura
⁊ remiſſio fiat vt mulier ſe ſuoſqʒ alat.h.d. Nō.ex
tex.ibi.an donatio ſit illicita ⁊c̄.qui tex.videtur probare
ꝙ remiſſio ſit donatio.⁊ per conſequens inſinuationeʒ
requirit de quo tetigi.ſ.e.l.ſi ſpōſus.§.circa.

**Papi.** Jlla donatio facta inter uirum ⁊ uxo
rem morte cōfirmatur quā ſecuta eſt
traditio.ſecus ſi ad traditionem nō fuerit per
uentuʒ.h.d. Nō.l.ꝑ quaʒ limitātur omnes leges di
centes donationem inter uiuos factam inter virū ⁊ vxo
rem ꝯfirmari morte donātis q̄ȝ.l locuʒ habent quādo ē
deuentum ad traditionem rei donate tex. eſt hic idem
ſi eſſet deuentum ad quaſi traditionem vt nō.glo.C.de
dote cau.nō nu.l.ij.⁊.C.de donat̄.ante nupt̄.l.i.⁊ vide ꝙ
nō.Azo i ſūma huius ti. Sed hic quero quid in dōa
tione facta a patre filio in ptāte exn̄ti que confirmatur
morte ſicut donatio facta a viro vxori vt.C.eo.l.an̄ pſt
An ſit neceſſe ꝙ ſit deuētum ad traditionem vt mō
te donātis confirmetur de hoc nō ꝑ glo.in.l.cum de in
rem verſo.ſ.de vſuris de quo dic vt ibi.in glo. ſuꝑ ver
bo.antenogore ⁊c̄.hic nō habetis alia.

**Si eum q.** Nō.ex hac.l. ꝙ donatio fcā
inter virum ⁊ vxoreʒ prohibe
tur iure ciuili vidiſtis.ſ.l.iij.§.ſed ſi debitoreʒ
Secūdo nō.ꝙ uoxor prohibetur poſſidere rem dōa
taʒ.Sed aduerte.q̄ȝ in ux.tranſit poſſeſſio ut.l.i.§.ſi u.x
j.de acqui.poſ.j.e.l.ſi donate licet ꝯctus donationis ſit
nullus ac etiam traditio dicitur nulla ut.ſ.e.l.§.ſciēduʒ
Nō ob.iſte tex.qui dicit ꝙ mulier nō dicitur poſſidere
quod intellge ꝙ nō dicitur poſſidere.ſ.cum effectu poſſi
det.tamen vt hic nō.in glo.ij.habes. ergo ex p̄dictiſ ꝙ
ex inutili cōtractu tranſit poſſeſſio.an autem ex inutili
ꝯctu tranſeat dn̄ium dic vt nō.C.de fide inſtru.l. ꝯctus
C.ſi quis alteri uel ſibi.l.multum.C.de legibus.l.nō du
bium.ſ.de dolo.l.elegāter in prin.⁊ ibi dix.

**Inter eos.** Pro declaratione iſtius.l.
quero pone ꝙ die nuptiaꝝ
eſt facta donatio an p̄ſumat̄ facta ante matri
monium vel poſt cum de hoc non conſtet. reſpondeo ſi
quidem donatio fuit facta in domo vxoris preſumitur
facta ante matrimoniuʒ contractum. Si vero fuerit
facta in domo viri preſumitur facta poſt matrimoniuʒ
contractum tex.eſt notabilis ⁊ menti tenendus.C.ō do
nat̄.ante nupt̄.l.cum in te.vides ergo ex predictis ꝙ du
ctio ad domuʒ viri aliquid operatur.opat̄ ēt ⁊ aliud q̄ȝ
facit preſumi contractum eſſe matrimonium per verba
de pn̄ti ubi alias non preſumeretur ut nō.per glo.j.de
condi.⁊ demō.l.cui fuerit facit.l.mulierem cum.l.ſe.ſ.ō
ritu nupt̄. An aūt ductio ad domū uiri ſit neceſſaria
ad omne matrimoniuʒ dic ꝙ nō.ut nō.in dicta.l.cui fue
rit ⁊ dicta.l.cum inte.⁊ in aūt.ō nupt̄.§.nuptiaſ.col.iiij.

**Si id quod.§ ſi qs.** Nō.in h
.§.tex.ibi
iter coniunctoſ ⁊c̄.ꝙ uir ⁊ uxor dicuntur cōiun
cti de quo uidiſtis.ſ.e.l.iij. Bal.

**Si ex decē.** Nō.diſtinctionē iſtius.§. ⁊ ma
xime in.v̄.ꝙ ſi ex decē ubi tex.
diſtinguit.an ſerui fuerūt empti.uno precio ul̄ diuerſis.

**Si mulier.§.ſi uir.** Pro ſpe
cificatiſ ꝯ
petit viro contra vxorē vtilis actio.Sed ſi vir
ex ſua lana veſtimenta vxori cōfecerit cenſentur veſti
menta etiam viri.h.d.cū.l.ſe.in principio.

**Si uxor.** Ueſtimēta muliebria confecta ex
materia mulieꝝ licet operis ancil
laꝝ viri ſunt mulier̄ ſecus ſi mulier confecerit veſtimen
ta virilia licet vir remaneat dēbitor ipſius.h.d.

**Si uir.** Nota iſtum.§.ex quo habes ꝙ impē
ſas factas in area donata a viro vxori
poteſt mulier retinere retinendo edificiuʒ tamen ipſuʒ
edificatum eſt ipſius viri.

**Si duo.** Emptio facta mulieri precio animo
donandi inducit cōmunioneʒ.h.d.nō.
caſum iſtius.§. Secundo nō.glo.ſuper verbo quinis
ꝙ verbum quina exponitur.i.quinqʒ de quo dicam in
prima conſtitutione iſtius libri. ſ. in hoc. §. hec autem
tria ſuper verbo donar̄.

**Quod legaturus.** Donatio inter viꝝ
⁊ uxorem tenet ſi
de bonis donantis nihil diminuitur.h.d.⁊ nō.tex.§.ſi
uir uxori. Baldus.

**Cum hic ſtatus.** Omnis dona
tio fcā iter viꝝ
⁊ uxoreʒ morte confirmatur ⁊ de tali donatō
ne falcidia detrahitur.ſicut ſi res donate fuiſſent in te
ſtamento relicte.h.d.Uſqʒ ad.§.ait orō. Nō. ergo
ex hoc p̄n.ꝙ omnis donatio morte confirmatur quod
intellige ut uidiſtis.ſ.e.l.pap.⁊ qō ibi dixi. Secūdo
nō.quod de tali donatione detrahitur falcidia ut h.c.⁊

C. ad. l. fal. l. in donationibus qd nō.

**Si maritus.** Si uir obligat rem quā uxori donauit reuocatur donatō niſi non habuerit animum reuocandi que al' valet vbi ñ habuit animuȝ reuocandi. h. d. Nō. tex. in fi. ibi p doli exceptionem ⁊c. in quo habes caſum in quo quis cogitur p doli exceptione ad cedēdum actionem cōtra alium. circa quod vide qd habetis in. l. ſi abſētis. C. ſi cert. pet. de admi. tu. l. ſi minoris. Baldus.

**Si donator.** Si cōiunx. dōator vel donaturus efficiatur ſeruis donatio extinguitur. h. d.

**Si maritus.** Circa iſtum. §. vide quē nō. p docto. ⁊ maxime per Ja. de arc. i. l. poſt ꝯtum. j. de donat.

**Si miles.** Nō. tex. ibi qr promiſſuȝ eſt ⁊c. nā iſte tex. facit optime ad. q. ꝙ ſi notarius ē ꝯdemnatus d falſo iudex pōt ſibi reſeruare in ſnia famaȝ ⁊ officium tabellionatus ſicut videtis hic ꝙ iudex poteſt militi cōdemnato ius teſtandi reſeruare d qua queſtione dic per docto. in. l. ex militibus. C. de teſtamento milit.

**Si diuortium.** Donatō facta inter virum ⁊ vxoreȝ reuocat' facto diuortio mortis donatarij interuentu. Sed licȝ diuortiuȝ fiat. ſi tamē matrimonium reſtauretur donatore poſtea moriente recōualeſcit donatio. h. d. iſta. l.

**Si ambo.** Si donatio eſt facta inter virum ⁊ vxorem ⁊ ambo deceſſerunt ſi ꝯſtat quis pmo deceſſerit ſtamus tertio. Si vero non apparet quis prius deceſſerit donatio cōfirmatur. Si vero tam vir ꝙ vxor inuiceȝ donātes ab hoſtibus capiātur. ⁊ apud hoſtes moriātur donatio confirmatur quaſi tēpore capture mortui videātur. Sed ſi alter ex eis ab hoſtibus redeat: ille vir ſuperuixiſſe qui redijt. h. d. vſqȝ ad. §. quaſdaȝ nō. ex hoc ꝙ nō videtur quis prius decedere. qui ſolus decedit cum alio nec videtur ſupuiuere q ſimul viuit cum alio vt hic ⁊ in. v. Si vo ⁊ hic in. v. proide ⁊ hanc mām de pluribus ſimul moriētibus habetis in. l. ꝙ d pariter. j. de rebus dubijs. ⁊ ibi p doc.

**Ōro ſicut.** Donatio facta inter virum ⁊ vxorem morte donatoris confirmatur. ita donatio facta inter quaſcūqȝ pſonas inter quas matrimoniuȝ eſt prohibituȝ. h. d. Et nō. tex. ibi dum dicit vt agitur ⁊c. pro eo quod nō. glo. C. de donat. cauſa mortis. l. ſi fratris. C. e. l. iij.

**Si nurus.** Si nurus donat ſocero morte ſoceri donatio extinguitur ꝙ ſi maritus iſtius nurus ſuccedit ſocero qui eſt eius pater videtur ſibi de nouo facta donatio ⁊ per conſequens morte illius nur. donatio confirmetur. h. d. Et nō. hunc tex. qa ponit ſingularem caſuȝ. ⁊ nō. glo. vltima iſtius. §. ibi qd ſi extraneus ⁊c.

**Si ſponſus.** Nō. ex hoc. §. ꝙ. l. ſeu orō q loquitur de donatōne facta inter virum ⁊ vxorem ꝙ morte donatoris confirmetur nō habet locuȝ. quo ad verba in donat. que fit ante matrimonium. ⁊ eſt collata in tempus matrimonij. ſed ſolum habet locum quo ad ſententiam tm̄. Secundo nō. in. §. fin aūt ꝙ ſicut donatio quam ſequitur traditō morte donantis confirmatur. ita confirmatur morte donatio que fit debitori de debito qui fit per acceptilationem liberatur quod tene menti propter id quod habuiſtis in. l. papinianuſ. ſ. e. ⁊ ꝙ nō. glo. in. l. quod de ſuo. C. de dote cau. non nu. ⁊ in. l. i. C. de donat. ante nupt.

**Si qs ſponſam.** Nō. notabilē diſtinctionem iſtius. §.

**Si ſtipulata.** Siue vir vxori ſiue vxor viro aliqd animum pmiſſerit talis donatio ab initio non valet ſed morte donatoriſ confirmatur. que aūt ſit dria inter virum ⁊ vxorem aliquid animum promittere dic vt nō. hic in glo. iij.

**Si donate.** Si res donata extat p ea competit vendicatio etiam ſi veniatur ad extimationem quia res donata nō reſtituitur debet poſſidenti de euictiōe caueri. h. d. Nota ex hac. l. tex. ibi ſed quia cauſaȝ poſſidendi ⁊c. ꝙ licet ex donatione facta inter virum ⁊ vxorem non tranſeat dominium tñ tranſit poſſeſſio vidiſtis. ſ. e. l. ſi eum qui mihi videbitis nō. de hoc. j. e. l. inter virum.

**Si ſponſus.** Nō. ꝙ ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locū ſubrogatur ⁊ ad hoc all'. glo. hunc tex. in. l. ſi eum. §. qui iniuriar. ſ. ſi qs caut. ⁊ facit ad caſum hu'. l. j. e. l. pdia.

**Si ſuus.** Nota hac. l. que optime facit ad. q. nc. per gl. C. de pac. l. cū proponas. e. l. i. ⁊ ad finem iſtius. l. facit qd habuiſtis in. l. quidam ex parte. ſ. de euict. ⁊ nō. glo. que incipit ⁊ ita ſnia ⁊c.

**Vir uxori.** Nō. tex. ibi ſed ſi actiones ſuas ⁊c. nam iſte tex. facit ad. q. ſi cedatur rei vendicatio an per taleȝ ceſſionem transferatur dominium in ceſſionarium. ⁊ facit iſte tex. ꝙ non nam ſi bene aduertis ad hūc tex. iſte tex. dicit ꝙ vir cui facta eſt ceſſio vendicabit pecuniam nomine debitoris cedentis ⁊ videtur concludere ꝙ ſui nomine non competit vendicatio rei. ſed debet agere directa rei vendicatione ex perſona ipſius cedentis de qua queſtione habuiſtis nō. per glo. ſ. fam. her. l. plane ⁊ ibi de hoc dixi. Secundo nō. ex hoc tex. ꝙ quādo ceſſionarius agit actione directa debet uti ſeu agere ex pſona cedentis vt hic dū dicit nomine debitoris ⁊c. ad idē in dicta. l. plane. ⁊. C. de procur. l. qui ſtipendia.

**Quod adipiſcende.** Nō. hāc. l. cuȝ duabus. l. ſe. ⁊ nō. tex. ibi quatenus ratuȝ eſt ⁊c. nā hunc tex. inducit. Gui. de cu. ad queſtionem p fraudib' preſumendis ratione quantitat. que accidit in id quod licite irrogatur ita inducit. Gui. de cu. hunc tex. in. l. fi. ſ. de inſtitoria ⁊. l. pſt. ſ. de exercito quod habes. xij. q. ij. c. ſi quis. Baldus.

**Inter vir.** Iſtam. l. declara vt in glo. ⁊ bene ⁊ vide quod dixi. ſ. e. l. ſi donante ⁊. l. eum qui mihi ⁊c.

**Utrum.** Nō. ex hac. l. ꝙ ex mō. ⁊ ex. genere preſumitur utrum inter uirum ⁊ uxorem fuerit donatio. ⁊ nō. glo. que incipit in dubio. Baldus.

**Quintus mutius.** Nō. ex hac l. ꝙ res queſita conſtante matrimonio per vxorem videntur queſita de bonis viri vt hic ⁊. C. e. l. etiam pro cuius declaratione dic ꝙ quandoqȝ ſi preſumeremus aliqueȝ queſiuiſſe de bonis alternis iduceretur pſumptio delicti quandoqȝ nō induceretur delicti preſumptō. quandoqȝ nec induceretur nec effugeretur delicti preſumptio.

Primo caſu nō preſumitur quis queſiuiſſe d bonis

alterius ut patet in tutore ut.l.ſi defunctum.C.arbitriū tutelle. Secundo caſu quid in dubio preſumatur vt poſſimus ponere ex^m in filioſa.qui querit debet recurri ad ꝯiecturas que ponūtur per glo.C.de bo.qꝫ li.cū opꝫ facit aūt.licentia.C.de epis ⁊ cle. Tertio cāu p̄ſumitur quis acquiſiuiſſe de bonis alterius que p̄ſumitur acquiſiuiſſe de bonis viri ut hic ⁊.C.e.l.etiam.

**Uxor marito.** Res empta a marito d̄ pecunia vxoris efficitur vxoris in ſubſidium marito nō exiſtēte ſoluendo.h.d. No.ergo ex hac.l.quod illud ꝙ nō. i.l. vt proponis.C.de rei ven.ꝙ res empta p viru̅ de pecunia vxoris efficitur uxoris eſt veruꝫ in ſubſidium quādo vir non eſt ſoluendo ad reſtitutionem pecunie tex.eſt h ⁊ no.per docto.in dicta.l. vt proponis. Ultimo no. glo.que incipit argu.ꝯ p̄clatos de quo etiam in dicta.l. vt proponis Bal.

**Ea que.** Nota hanc.l.⁊ gl. que incipit.ſꝫ nō ne ⁊c̄.Et habes ex hac.l. ꝙ ꝯctus donationis poteſt reuerti in aliuꝫ ꝯctuꝫ ad idem.j.de dona.l.ariſto.

**Si p̄dia.** Nota ex hoc principio ꝙ inter virum ⁊ vxoreꝫ poteſt fieri contractus permutationis vt hic etiam poteſt fieri omnis contractus dūmodo nō fiat cauſa donationis vt. ſ.e.l. ꝙ autem.§.ſi vxor.⁊.§.ſi tibi maritus.Bal.

**Femina.** Donatio facta poſt matrimoniuꝫ eſt illa que infringitur nec inſpicitur.an fuerit facta ante traductionem vel poſt ꝙ locum habet in certo caſu. In caſu vero dubio bene inſpicitur vtrum fuerit facta ante traditioneꝫ vel poſt.h.d.cum glo.fi.iſtius.l.

**Si uxor.** In re empta d̄ pecunia donata a viro uxori conſiſtit donatio ſi illa donetur ab uxore uiro.h.d.iſta.l.Bald.

## De diuortijs. Rica.

**Ulianus.** Nō.ex hac l.ꝙ ille qui facit diuortium videtur confiteri matrimonium vt hic ⁊.j.d̄ le. i.l.ſi mihi ⁊ tibi.§.i legatis ⁊ qd̄ ibi nō.pro hoc quia non eſt dare priuationem ſine habitu vt.l.decem.j.de ver.ob.

**Si filia.** Iſta lex.facit optime ꝙ pp delictum filie pater non dicitur perdere dotem de qua.q.no.p glo.⁊ cy.C.de iur. do.l.ſi dotem ⁊ per glo.C.de repudijs.l.ſenſu ⁊ per cy. in.l.ij.§.ſed vtrum.j.ſo.ma.

**Uxores.** Quo ad quid dicitur quaſi matrimonium quo ad quid nō hoc dicit.iſta ſingularis lex.Baldus.

**Nulla diuortium.** Diuortiuꝫ nō pōt fieri niſi.vij.teſtibus.adhibitis. In quoruꝫ numero libertus.nō numeratur.h.d.iſta.l. Nō. glo. iſtius .l.nō.in fine cum dicit adhibitis ⁊ rogatis ꝙ tantum ē dicere adhibitis ⁊ quātum eſt dicere rogatis.Et ideo ſi inſtr̄o inuenitur verbū adhibitis debet exponi. ideſt rogatis pro hoc eſt tex.cum glo.inſti.de teſtis.§.fi.

**Quod ait lex.** Licet lex diuortium improbet fieri inuito patrono tamen ipſum non annullat ⁊ ad hoc vt diuortiū inuito patrono non poſſit impune fieri duo requiruntur vꝫ.ꝙ patronus non deſinat eſſe patronus ⁊ ꝙ libertam noluerit in matrimonium retinere ſecus ſi talis qualis eius voluntas in contrarium apparuerit h.d. Nota p̄ncipium iſtius.l.nam hic videtur caſus ꝙ ſi lex aliquid prohibꝫ ⁊ vltra procedit penā īponēdo ꝙ actus qui fit contra prohibitionem.l.ualeat.ſed cōtra faciens incidit in penam.nam hic ꝙ.l.iulia.prohibet diuortium fieri per libertam inuito patrono ⁊ penam imponit vt liberta diuertenſ dotem p̄dat.⁊ alij nubere nō poſſit ⁊ tamen hic dicitur ꝙ diuortium nihilominꝰ valeat in ꝯtrium videtur caſus in.l.i.in fine.j.de his que p nō ſcript̄.Sed de hac materia dic vt nō.in. l.non dubium. C.de legibus.Baldus legum doctor.

Explicit lectura famoſiſſimi Iur̄ Utriuſqꝫ iterp̄tiſ dn̄i Bal.de peruſio ſuper ſecūda.ff. veteris cum nonnullis ſuiſ aditiōibꝰ.Impreſſis anno.M.cccc.lxxxviij. die.xvi.Februarij.

# Regiſtrum huius operis.

a
Prima albe.
Incipit lectura
genus. ⁊ ſpecies
arguit Bart.
.l. vinum.

b
an valeat
bus. §. de
animo non
tate. quam
errorem iuris

c
do eſſet
dominus ſtici
tio per iura
ui contractus

d
Repetita fuit
ſionis. nam
reſcriptum. §.
aut eſt iuratum

e
.§. angelus
tis. quilibet
primum fuit
.l. ⁊ generaliter

f
ſatio propter
guil. in. l.
in fi. cum
quia in actibus

g
Alias autem.
.j. de exerci.
Que iurauit.
cy. in. l. tranſigere

h
Videamus.
vide. ō. ad. l.
ꝯdictio impletur.
locum pſūa

i
locum condictio.
iudicialis inq̄ſitio
debitor ſoluit.
de pac. l. tale

k
Quinto differūt
iuris ſecundum
erat in ſpecie
culio debitoris

l
hic vel ibi
hanc. v̄. nec
dixi in. l. prima
quod i conſtituto

m
Venit.
procurator poſſit
quia ſi iſte
tunc ſi quidem

n
h. d. vſq̄z
uis. ⁊. l. in
lieri mar. tus
Depoſitum.

o
.ō. de. p. l. e.
ex̄ de renunc.
cit. ꝙ conſtet
vel epiſtola

p
qua ſupradixi
.ō. in. ix. op.
rationis ſeu
fundus. ſecus

q
ta perſona
Additio. Bald.
Socius ſocio.
ius. l. i. §. fi.

r
Si fundus.
facit hoc
Emptor.
eſt tex. multum

ſ
net iſta tria
Et ego.
Additio. Bald.
re ex eiſdem

t
dum dicitur
De euictōne
.l. i. §. hec verba.
Cum probatio.

v
poſiti. l. quod
Si i legato.
per patrem


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
0 1 2 3 4 5 6 mm